MARTINI BONACINÆ ... TRACTATUS DE LEGIBUS. IN QUO NON SOLUM DE LEGIBUS, ...

Martino Bonacina, Salvatore Angelo De_Martis

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 C
9
1.B.14
13-2.a.3
Digitized by Google

XVIII B 55

Digitized by Google

Digitized by Google

MARTINI BONACINÆ SACRAE THEOLOGIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS,

EQVITIS AVRATI, ET COMITIS PALATINI.

Tractatus de Legibus.

In quo non ſolum de Legibus, diſpenſationibus, & priuilegijs, & legum tranſgreſſionibus in genere diſſeritur, verum etiam de alijs quampluribus materijs, præſertim ad Decalogi, & Eccleſiæ præcepta pertinentibus, tam ad externum, quam ad internum conſcientiæ forum facientibus, breui oratione in ſpecie diſputatur.

Ad Sereniſſimum & Auguſtiſſimum

FERDINANDVM IMPERATOREM,

Germaniæ, Hungariæ, ac Bohemiæ Regem, &c.

CVM PRIVILEGIIS.

PONTIFICIO SEMINARIO ROMANO

PONTIFICIO SEMINARIO ROMANO



MEDIOLANI, Apud hær. Pacifici Pontij, & Ioannem Baptiſtam Piccaleum Impreſſores Archiepiſcopales. M. DC. XXII.

B. 5.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dono Auctoris

Digitized by Google

Opus emptum pecunia ad usum concessa

Fr. Salvatori Angelo Demartis S. Th. Moralis Professori

Pro commodo

Lectoris Sapientiae

Digitized by Google

SERENISSIMO, POTENTISSIMO, ET INVICTISSIMO ROMAN. IMPERATORI FERDINANDO

Huius nominis ſecundo, ſemper Augu-ſto D. D. verè Clementiſsimo.

Martinus Bonacina Sacerdos Oblatus fælicitatem.

SAlua Sereniſsima Maieſtate tua, Cæſar Auguſtiſsime, deſcendas ad humilitatem oportet munuſculi, quod tuis auet excipi manibus, & humanitatis gremio confoueri. Tibi debetur ex omni parte, hoc etiam nomine quod exi

✠ 2 guum

Digitized by Google

guum eſt; *Ingentes quippe Domini oblata nequaquam metiuntur dona ex vilitate, & pretio, ſed ex affectu ponderant, & obſeruantia.* Cui porrò commentaria, & diſceptationes de legibus ſaniore conſilio dicarentur, quam ſapientiſsimo latori legum? quas dare intemeratas idcircò didicit, quia abſolutiſsimi iuris ipſe forma eſt: quas æquè amant, & verentur populi, quia formidabilis eminet in Imperio lenitas, & ſua uis affulget rigor. Sed nimirum *benè hominibus imperat, qui Dei legem primus adimplet.* Summa numeroſæ gloriæ, qua ſupra mortales emicas, diuinarum eſt cultus legum, quas obſeruari tam ſtrictè præcipis, vt te vindicem candoris ſui prædicent, te reparatorem æquitatis. Immutabile decretum mentis tuæ ſicuti pios ad ſperandum adduxit, ita perterruit monſtra nefandi dogmatis, & peruicacis amentiæ. Quod nefas non perpetratũ? qui non adſciti in commilitium diuini iuris, & humani violatores, vt Catholica res, tuumque nomen euerteretur? Fauit, fauebitq; ſemper Deus cauſæ meliori, & conſtantiæ mentis

tis imperterritæ. Non dominabitur aduerſarius iuris lacerator, ſed vincet in omne tempus legislator optimus, & cultor Dei. Iam verò ſpecioſiſsimum illud, tuaque dignum perſona cenſetur. Solent infortunia ſplendorem alienæ liberalitatis obſcurare: tu inter aduerſa munificus, ac ſi florens imperium tenore felicitatis, & curſu perpetuo retineres, in hoc Deo ſimillimus, quem non immutant, variantq; temporum contrariæ vices. Sane quanto quis humanitate tua vult vti modeſtius, tanto pleniorem experitur. Rogari putas indecorum, beneficio moram nectere, doni magnitudinem explorare ad libellam non regium cenſes. Huius indulgentiæ vix aliquis in domo mea expers. Beneficentiæ tuæ erga me fratremque meum Hieronymum Cameræ Aulicæ Sereniſsimæ Maieſtatis tuæ Conſiliarium amplitudo, impares nos facit ad referendam gratiam; Igitur ad vota confugimus, ne liberalitate tua, & officijs indigni ſaltem videamur. Det tibi Cæſar Auguſtiſsime, cuius in ſinum confugit concuſſa Reſpublica, ruenſque Imperium, cu-

Digitized by Google

ius ſaluti innixa eſt tutela, & ſecuritas bonarum, & diuinarum legum ætatem, hoc eſt æternitatem, fœlicitatemque Deus; quam mereris, ſeruetque animum, quem dedit.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

LVcubrationes meas de Legibus, magnis cum ſudoribus iam diu peractas, & expletas, precibus amicorum, & extraneorum ſuaſionibus in lucẽ prodire paſſus ſum. ſed vtinam in tenebris adhuc iacerent, & in meo ſtudiorum cubiculo conquieſcerent. non enim tot mendoſis verbis, quibus modo refertas comperi, in aliorum conſpectum venire cogerentur. Cum Mediolano Romam peterem, tractatum hunc Mediolani tranſcribendum relinquere coactus ſum, vt mutato charactere commodius imprimi, & typis mandari poſſet. Sed neſcio, an inaduertentia ſcriptorũ, an impreſſorũ incuria, an alterius culpa factũ ſit, vt nonnulla errata, me abſente, ſub prælo irrepſerint, quibus, cum ignorem, qua ratione hoc tempore conſulere, & mederi queam, te ſaltem admonendum duxi, vt non te lateat, in quem huius defectus vitium conferendum ſit. præcipua tamen errata, ſeu mendoſa verba, exceptis virgulis, & punctis, ad finem huius libri, cum ſuis correctionibus ita adnotata, & purgata reperies, vt ſi verbum aliquod nonnullam tibi obſcuritatem inter legendum ingeſſerit, perlectis correctionibus nõ ſolum eam commode auferre valeas, verum etiam

vber-

vberrimo fructu, maximaque voluptate, quam te ex iſtius libri lectione percepturum ſpero, iure merito compenſare poſſis; omnes enim quæſtiones, ijs prætermiſſis, quas alibi pertractaui, ad hanc rem facientes, miro ordine, validis rationibus, claſſicorum Doctorum teſtimonio, & magna cum perſpicuitate diſſolutas, & explicatas inuenies. has igitur perlege diligenter, conſule frequenter, inceſſanter ſtude, ne vberrimo fructu, & maxima voluptate tua culpa careas.

Digitized by Google

AD SERENISSIMVM
Et Auguſtiſſimum Imperatorem

FERDINANDVM.

BENEDICTI SOSSAGI Epigramma.

FErdinande, quibus componas legibus vrbes
Quaſſatas ſæuo turbine Martis, habes.
Non anus illa Numam, falſus non Iuppiter implet,
Scippidem monitis, mutaue ceruа Ducem:
Non hic virtutis rigidæ præcepta Lycurgus
Sancit, vti populos mœnibus abſque regat:
Non bis quinque viri bis ſex tabularia condunt,
Quæ Latiale prius ſunt moderata forum:
Aegeria maior, Ioue, Cerua, Rege Lycurgo,
Et bis quinque viris, te Bonacina docet.
Certè iuratur leges exponere Moſes,
Aut Deus interpres creditur eſſe ſui.

AD EVNDEM
AVGVSTINI TERZAGI S. T. D. & Oblati. Epigramma.

BEllica ſanguineo feruet Germania bello,
Inq; reluctantes prælia, Cæſar, habes
Auſtriaci æternum ſtabit reuerentia ſceptri,
Quàq; micant terris ſydera, iura dabis
Dum tenui leges offert Bonacina libello:
Hæc regnatrici ſuſcipe dona manu.
Armorum ſtrepitus inter, lituoſq; crepentes
Vtile erit ſpartum, quo fera colla liges.
Maximus imperio ſenſim quia ſubditur orbis,
Spectandus bello, legeq; Cæſar eris.

Ad

AD EVNDEM
FELICIS OSII S. T. D. & Oblati.
Epigramma.

IVris & æquarum cuſtos fidiſſime legum
Ferdinande ſoli gloria, cura Poli
Præſens ipſa tibi puro ſua militat aſtro
Iuſtitia, Imperij eſt hæc Cynoſura tui:
Ipſe tibi Aſtreæ genitor quoque militat; vno eſt
Pro quo dulce tibi viuere, dulce mori.
Lex is ſumma tibi, lex vnica criminis expers
Vnde inimica malis lex es, amica bonis.
Iure legunt legum tibi te monumenta Patronum,
Vnus lex ipſis legibus eſſe potes.

AD EVNDEM
NICOLAI PELLIZARII S. T. D. & Oblati.
Epigramma.

FErdinande, tua domitos virtute rebella
Dia vel inuitos, inſtrue iuſſa pati.
Arma tibi virtus, leges Bonacina miniſtrat
Corpora ſunt armis, mens ſubigenda toga.
Marte ſalutiferam miſcebis Pallada. Quantum eſt
Diuino Martem ſe implicuiſſe ſago?
Tunc erit æternum victis durabile fœdus:
Hoc ſibi depoſcent colla ſubacta iugum.
Viciſſe eſt populos non maxima gloria Cæſar
Sed verum populis, inſeruiſſe Deum.

AD

Digitized by Google

AD EVNDEM

IO. BAPTISTÆ CARCANI S. T. D. & Oblati. Epigramma.

DVm parit auguſtum patria MARTINVS in vrbe,
Romana & partum vulgat ab vrbe librum:
Inſubria Auſoniæ certet, contendat habere
Quæque ſibi; illa ſuum, hæc vindicet eſſe ſuum:
Iam ſtatuit BONACINA: alta ſtat mente repoſtum
Decretum, Auſtriaci Cæſaris hoc opus eſt.
Hoc tibi Cæſar habe: ridenti ſuſcipe fronte.
Cæſarei eſt iuris, Cæſarei eſt hominis.
Iuris vterq; tui eſt: tuus eſt Bonacina liberq;
Ferdinande faue; Cæſaris hoc opus eſt.

AD EVNDEM

HIERONYMI MAXERÆ Oblati. Epigramma.

QVò probet indignos fœtus dignoſq; volucrum
Regina, & ſummi fida miniſtra Iouis:
Siſtit in æthereos, librantibus vnguibus, ignes,
Vel vitam natis, vel dare prompta necem.
Iure tuum ſemper leges fuit edere, Cæſar:
Iure tuum leges atque probare fuit.
Sic tibi cum præſens offert Bonacina Volumen,
Quid niſi vult prolem lancè probes patria?

AD

1620. Die 17. Nouembris.

Imprimatur.

F. Io. Baptiſta Spadius Vic. S. Inquiſitionis Mediolani.

Al. Boſſius Can. Ord. Theologus pro Illuſtriſſimo D. Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

Sommario del Priuilegio conceſſo per l'Eccellentiſsimo Signor Duca di Feria Gouernator del Stato di Milano &c.

CHe niuno ardiſca di ſtampare, nè far ſtampare in queſto Stato, nè vendere, nè far vendere in eſſo nè ſtampato altroue introdurre il Libro intitolato Trattato de Legibus, de Peccato, & in Decalogo, compoſto dal Reuerendo Signor Martino Bonacina, eccetto, che gli Heredi di Pacifico Pontio, & Gio. Battiſta Piccaglia, ò chi da eſſi hauerà licenza, & facoltà in ſcritto, & queſto per anni ſei proſſimi à venire, ſotto pena à contrafacienti di cento ſcudi d'oro, come più amplamente appare da detto priuilegio. In Milano à 29. d'Ottobre 1621.

Gaſpar à Caſtello.

Digitized by Google

TRACTATVS DE LEGIBVS IN GENERE.

Et in Particulari.

DISPVTATIO PRIMA.

CVM vſu receptum ſit, & moribus Doctorum comprobatum, vt ea primo loco diſſerantur, quæ ad aliorum cognitionem, viam, & aditum parant, opere pretium duxi, de Legibus in vniuerſum in primis diſputare; cum illis veluti luminibus prędemonſtretur via, & aditus patefiat ad dignoſcendos latentes moralis Theologiæ ſinus, & receſſus. Itaque, vt debito progrediar ordine, vniuerſam de Legibus in genere diſputationem in tres partibor quæſtiones. In prima ſermo erit de ijs, quæ pertinent ad legem præceptiuam, & pęnalē, & ad ipſius ceſſationem. In ſecunda de Diſpenſationibus, quibus homo à legis onere, & obligatione eximitur. In tertia de Priuilegijs. Sed prius.

Prȩmittendum eſt primo legem, iuxta Diuum Thomam p.2. q.90. art.1. Valentiam tom.2. diſp.7. q. j. pun.1. & alios dici à ligando, eo quòd homines ligentur, ſeu obligentur legibus ad aliquid præſtandum, vel omittendum. Propterea lex in ſcriptura appellatur vinculū, & iugum, pſal.2. Dirumpamus vincula eorū, & proijciamus à nobis iugū ipſorum.

Secundò legem, iuxta Iſiodorum 2. Ethimologiarū, cap. 10. Toletum lib. de ſeptem vitijs, cap.22. Clau. Reg. lib.3.

2

cap.1.num.1.dici à legẽdo, eo quòd lex edatur, & ſcribatur, vt legi poſſit, vel vt ſæpius legatur ad inſtructionem, & illuſtrationem mentis, iuxta illud pſalmi 18. Præceptum Dñi lucidum illuminans oculos; quanquam non eſt de ratione legis, vt ſcribatur; nam ſicut conſuetudo vim legis habet, & obligat, etiamſi nõ ſcribatur, ita etiam lex põt vim legis habere, & obligare, etiãſi in ſcriptis nõ ſit expreſsa; regulariter tamen per ſcripturam exprimi cõſueuit ob allatã rationem.

Tertiò, iuxta Marcum Tullium 1. de legibus, legem ſuã trahere originem à deligendo, quatenus docet quænam deligenda, & eligenda ſint. Idem docet Sotus 1. de iuſt. q. j. art.1. Alfonſus à Caſtro lib.1. de poteſtate legis pęnalis cap.1. & Clauis Regia loco cit.

Quartò, legem varijs nominibus appellari; nam à Latinis nomine iuris aliquãdo appellatur. Tum quia lex definit, & præſcribit quod iuſtum eſt. Tum quia vnicuique tribuit quod ſuum eſt, iuxta definitionem iuſtitiæ, quam in tractatu de Reſtitutione diximus eſſę virtutem tribuentem vnicuique ſuum. L. Iuſtitia. ff. de Iuſtitia, & iure. Tum quia conſiſtit in iuſſione, ac imperio. Ita Suarez lib.1. de legibus, cap.2. & alij DD. citati. Aliquando nuncupatur conſtitutio, aut ſtatutũ, aut ſanctio. Quanquàm propriè loquendo, non eſt idem lex, & ſtatutum; nam lex propriè dicitur illa, quæ fertur à Principe ſuprẹmo, vt à Papa, Imperatore, Rege, vel à toto Populo. Statutum dicitur illud, quod fertur à Principe inferiore, vel à Populo ſubdito Principi, vt ſunt ſtatuta nonnullorum Oppidorum, aut Ciuitatum, exempli gratia, Medionali, Nouocomi, Modoetiæ, ita Azorius p.1. lib.5. cap.1. quæſito 3. & alij communiter.

Ab Hebreis dicitur Thora, quod ſignificat docere, & ordinare ea, quæ præſtanda ſunt, vt docet Valentia p.2. diſp.7. quæſt.1. pun.1.

A' Græcis appellatur νόμος, quod ſignificat paſcere, & inſtruere. Ità Salas p.2. tract.24. diſp.1. ſect.3. num. 8. Azorius loco cit. quæſito 1. & alij.

His breuiter præmiſſis accedendum eſt ad ea, quæ primo loco propoſuimus explicanda.

QVAE-

Google

QVAESTIO PRIMA.

De ijs, quæ pertinent ad legem præceptiuam, & pœnalem.

EXplicata in præcedentibus nominis ethimologia, vt veſtigijs Ariſtotelis inſiſtamus, rei naturam, & eſſentiam aggredi debemus. Quamobrem in hac quæſtione explicabimus Primò, quid ſit lex. Secundò, quotuplex. Tertiò, quis poſsit legem condere. Quartò, quænam conditiones ad legem requirantur. Quintò agemus de materia legum. Sextò de ſubiectò. Septimò de effectu. Octauò, quomodò ſit explicanda lex humana. Nonò, quibus actibus ſatisfiat præcepto. Decimò an requiratur intentio ad ſatisfaciendum legi. Vndecimò diſputabimus de cauſis, ſeu modis, quibus lex, & ipſius obligatio ceſſat.

PVNCTVM I.

Quid ſit lex.

1 *Quid ſit lex, & quomodo definiatur.*

2 *Lex principaliter reſpicit bonum commune, ſecundario priuatum.*

3 *Differentia inter legem, & præceptum.*

4 *Lex condenda debet eſſe iuſta.*

5 *Lex debet promulgari.*

6 *Lex debet ferri à legitimo ſuperiore.*

7 *Lex eſt ferenda ob commune bonum mediatè, vel immediatè.*

8 *Subditus vnius Communitatis, qui cum alia Communitate vnam tantum conſtituit, poteſt cogi ad legem ſeruandam Communitati vtilem.*

9 *Lex omninò inutilis Communitati, non obligat.*

10 *An ſeruanda ſit lex, ſi in aliquo particulari caſu fiat inutilis, remiſsiuè.*

11 *Subditus, cui certo conſtat legem eſſe magis noxiam, quam vtilem, præciſo ſcandalo non tenetur eam ſeruare.*

12 *Seruanda eſt lex, quæ alias fuit inutilis, ſed modo vtilis eſt Communitati.*

VNICA PROPOSITIO.

1 LEX variè definitur; nam Suarez lib. 1. de legibus cap. 12. num. 4. hanc tradit definitionem. Lex eſt præceptum commune iuſtum, ac ſtabile ſufficienter promulgatũ. Quæ definitio non longè differt ab ea, quam tradit Toletus tract. de ſeptem peccatis mortalibus, Lex eſt rationis ordinatio oſtēdens homini quid agendum, quidvè non agendum ſit, in commune bonum inſtituta. Communiter verò à Diſcipulis S. Thomæ p. 2. quæſt. 91. art. 4. ſic definitur. Lex eſt ordinatio rationis promulgata ad bonũ commune ab eo, qui curã habet communitatis, ſeu ab eo, qui poteſtatem habet obligandi.

Plures alias definitiones refert Sotus 1. de Iuſtitia, quæſt. j. art. 1. Valentia p. 2. diſp. 7. quæſt. j. pun. 2. Ioannes Salas de legibus, diſp. 1. ſect. 11., quibus prætermiſsis amplector tertiam, quam dixi communem Diſcipulorum Sancti Thomæ, eiuſque ſingulas particulas explico.

Dicitur, ordinatio rationis, loco generis, in quo lex conuenit cum multis alijs, quæ ratione præſcribuntur.

Dicitur autē ordinatio, quia lex eſt quædam directio, ſeu regula, qua ſubditi recta ratione diriguntur.

Dixi, rationis, ad oſtendendum, legem eſſe actum intellectus; nam lex eſt quædam regula agendorũ; regula autem præſcribitur à ratione, ſeu intellectu; quamuis concurrat etiam actus voluntatis, quo legislator intendit obligare. Ita Diuus Thomas par. 2. quæſt. 90. art. 1. Valētia p. 2. tom. 2. diſp. 7. quęſt. j. pun. 2. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 2. quæſito 1. Becanus tract. 3. cap. 1. quæſt. 1. num. 11. Sotus, Caietanus, & alij apud Salas loc. cit. ſect. 9. num. 17. & apud Suarez de legibus, lib. 1. cap. 5. num. 1. contra Gabrielem, Maiorem, & alios apud eundem Suarez, num. 8. aſſerentes legē eſſe actum voluntatis.

Nos verò dicimus legem in vtroque actu, voluntatis ſcilicet, & intellectus, conſiſtere, & ab vtroque intrinſecè pendere, vt bene docet Suarez in hac parte loc. cit. num. 22. nam ſuperior non obligat per ſolum actum intellectus, neque ordinat, & diſponit per ſolum actum voluntatis.

Obſerua tamen cum Suarez loco cit. num. 22. nos hic loqui de lege poſitiua, quæ pendet à voluntate ſuperioris, non vero de lege naturali, quam conſtat, præciſo voluntatis, & intellectus opere, obligare, vt conſtabit ex dicendis.

Dicitur, promulgata, videlicet per ſcripturam, aut vocem, nam, vt lex obliget, ſciri debet; cum nullus facere, aut velle poſsit, quod ignorat, voluntas enim non fertur in incognitum, vt bene docet Valentia loco cit. pun. 2. Toletus loco cit. cap. 18. Clauis Regia lib. 3. cap. 1. num. 12. ſed non poteſt ſciri, niſi promulgetur; ergo de ratione legis eſt, vt promulgetur.

Ex quo patet, ſuperiorem non poſſe ſua voluntate ad aliquid faciendum obligare, niſi voluntatem ſuam exterius manifeſtet. Ita Doctores citati.

Dicitur, ab eo, qui curam habet communitatis, ſeu ab eo, qui poteſtatem habet obligandi. Tum quia lex habere debet vim cogendi, & inducendi ad præſtandum opus præſcriptum; hanc autem vim non habet, niſi feratur ab habente curam Communitatis, & obligandi poteſtatem. Tum quia actus ferendi legem eſt actus iuriſdictionis L. 1. §. Poteſt. ff. de iuriſdictione omnium iudicum; actus autem iuriſdictionis nō poteſt exerceri, niſi ab eo, qui curam habet communitatis, ſeu ab eo, qui poteſtatem habet obligandi. Ita Diuus Thomas loco cit. quæſt. 90. art. 3. ad 2. Valentia loco cit. pun. 2. Medina p. 2. q. 90. art. 3. Sotus 1. de iuſtitia, quęſt. 1. art. 3. Clauis Regia loco cit. num. 7. Salas de legibus diſp. 1. ſect. 9. num. 54. & alij communiter.

Dicitur, ad bonum commune, ad oſtendendum finem, propter quem leges condi conſueuerunt; leges enim conduntur ob bonum cōmune; quia lex fertur per publicam poteſtatem; poteſtas autem publica ſpectat commune bonum, vt patet ex Ariſtotele 4. Politicorum cap. 1. & cōſtat ex cap. Erit autem lex, diſt. 4. & ex L. 1. ff. de Legibus. Et licèt aliquæ leges immediatè ferantur ob bonum particularium perſonarum, vt ſunt leges conditæ in fauorem minorum, pupillorum, &c., nihilominus cedunt etiam in bonum commune; inſtituta, de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, §. ſed hoc tempore; commodum enim partis dirigitur, & ordinatur ad totum. Ita Vaſquez p. 2. diſp. 191. c. 2. Valentia loco cit. pun. 2. §. 4. Suarez lib. 1. de legibus cap. 6. num. 8. Salas loco cit. ſect. 8. num. 47. & 48. Sāchez in opere morali lib. 3. cap. 9. num. 31. Couarruuias C. de pactis 2. parte § 1. nu. 6. Rebellus de obligationibus iuſtitiæ parte 2. lib. 1. q. 9. num. 9 Hac occaſione.

2 Obſeruandum eſt primo, omnes leges per ſe primo, & principaliter reſpicere bonum commune quoad intentionem; quoad executionem vero aliquando reſpicere principaliter bonum priuatum, & ſecundario publicum, & aliquādo principaliter publicum, & ſecundario priuatum, vt patet ex dictis de iuramento pun. 9.

3 Secundò, hanc eſſe differentiā inter legem propriè acceptam, & præceptum, quod præceptum imponi poteſt perſonæ particulari; lex vero communitati conſueuit imponi. Ità Suarez loco cit. num. 2.

Ex dictis in explicatione definitionis legis colliguntur aliquæ cōditiones ad condendam legem humanam neceſſariæ.

4 Prima eſt, vt ſit iuſta, alioquin non eſſet recta ordinatio, nec obligaret, vt conſtabit ex dicendis.

5 Secunda, vt promulgetur, leges enim tunc inſtituuntur, quando promulgantur cap. In iſtis, diſt. 4. & L. leges C. de legibus.

6 Tertia, vt feratur à legitimo ſuperiore, nullus enim poteſt alium obligare, niſi legitimam habeat ſuperioritatem, & poteſtatem; poteſtas autem legitima ferendi leges reſidet penes Summum Pontificem in toto orbe, penes Imperatorem in prouincijs Imperio ſubiectis, penes Regem in ſuo Regno, penes Reginam, quæ ſit verè domina Regni, penes Principem abſolutum in ſuo Principatu, penes Rempublicam ſuperiore carētem, qua-

qualis eſt Veneta; Genuenſis, & ſimiles; vel penes communitatem, quæ ſingulis partibus ſuperior eſt, & cum ſit veluti corpus quoddam liberum, habet ius regendi ſe ipſum, poteſtque hoc ius ſibi reſeruare, vel in alterum transferre, eique vices ſuas delegare, & demādare.

Ex quo fit, vt Princeps, qui poteſtatem accepit à Communitate, nequeat ferre leges vltra facultatem ſibi à communitate traditam; nullus enim poteſt obligare vltra vires, & terminos ſuæ poteſtatis. Ita Salas diſp. 1. de legibus ſect. 9. num. 54. Martinus Becanus tract. 3. cap. 1. quęſt. 5. num. 3. & cap. 6. quęſt. 1. & 2. Suarez lib. 3. cap. 7. 8. & 9. & alij, quos referam pun. 3.

7 Quarta conditio eſt, vt feratur ob commune bonum immediatè, vel mediatè.

8 Ex quo ſequitur primo, ſubditum vnius communitatis, quæ cum alia communitate vnam communitatem, ſeu Regnum conſtituit, cogi poſſe ad ſeruādam legem, quę vtilis eſt communitati, ſeu Regno, quamuis non ſit vtilis illi communitati, cuius ipſe eſt immediatus, & proximus ſubditus; nam cenſetur adhuc lata ob commune bonū, & pars poteſt periculo damni exponi ob bonum totius.

Secus dicendum eſt de ſubdito Regis habentis duo Regna diſtincta, hunc enim puto non teneri ad ſeruandam legem à Rege conditā in commodum alterius Regni cum detrimēto illius Regni, in quo ſubditus habitat; quia lex non cenſetur lata in bonum commune illius Regni, & Rex non poteſt vnū Regnū obligare ad aliquid repugnans bono communi ipſius Regni; quia lex ferri debet ob commune bonum, talis autem lex non cenſetur lata ob bonum commune; cum repugnet bono illius Regni, vt ſuppono. Quapropter Rex non poteſt, per ſe loquendo, dare facultatem vni Regno, vt alterum ſuis bonis, vel iuribus ſpoliet, vel priuet aliqua commoditate, ad quam alterum Regnum habet ius. Secus ſi nullum habeat ius, niſi dependenter à voluntate, vel permiſsione huius Regni, ſeu Regis; tunc enim Rex ob commune bonum vnius Regni priuare poteſt alterum commoditate, ad quam non habet ius, niſi dependenter à voluntate Regis, ſeu legislatoris. Propterea Rex poteſt ob bonum commune vnius Regni prohibere, ne vnum Regnum negotia gerat cum altero Regno, quod ex tali genere negotij commodum, & emolumentum percipiebat; nam hoc Regnum non habet ius gerendi negotia cum altero Regno, niſi dependenter à voluntate, & permiſsione Regis, vt ſuppono. Ita Sotus 1. de iuſtitia quæſt. 1. art. 2. ad finem, & alij recentiores communiter teſte Ioanne Salas de legibus diſp. 1. ſect. 8. num. 49.

9 Secundo ſequitur, legem omnino inutilem communitati non obligare. Ratio eſt tum quia lex ferri debet ob commune bonum. Tum quia lex iniuſta non obligat, vt inferius explicabo; lex autem omninò inutilis videtur iniuſta, cum ſine cauſa tollat hominum libertatem; leges enim homines ligant, & libertatem diminuunt L. leges ſacratiſsimæ, C. de legibus. Ita Vaſquez diſp. 151. cap. 2. Sotus 1. de iuſtitia quæſt. 1. art. 1. & quæſt. 5. art. 3. ad finem. Medina quæſt. 90. art. 2.

Digitized by Google

concl.2. Caſtro, & alij apud Salas de legibus diſp.1.ſect.8.num.50.

Ex quo licet inferre, eum non peccare, qui legem inutilem non ſeruat, præciſo ſcandalo, aliovè ſimili damno, vel incommodo, nã lex inutilis cõmunitati nõ obligat.

10 Vtrum verò lex ſeruanda ſit, ſi in aliquo particulari caſu fiat inutilis, ſeu ceſſet ipſius finis, conſtabit ex infra dicendis.

11 Tertiò ſequitur à fortiori, ſubditum, cui certo conſtat legem magis eſſe noxiam, quam vtilem communitati, & bono communi ſimpliciter conducere talem legem reuocari, aut non fuiſſe conditam, non teneri legem ſeruare, præciſo ſcandalo, alioue ſimili incommodo; nam talis lex non cenſetur lata in commune bonum. Ita Mencaca lib.1. controuerſiarum cap.finali num.2. Salas loco cit.num. 52. & alij. contra Sotum 3. de Iuſtitia q.4. art.5. ad primum.

Secus ſi dubium ſit, vtrum lex ſit magis noxia, quã vtilis; tunc enim lex ſeruanda eſt; quia poſſeſſio ſtat pro lege, & dubitatur de illius excuſatione. Ita Salas loco cit.& alij quamplures, quos in ſimili retuli de voto, & de peccatis.

12 Quartò, legem, quæ ab initio, aut aliàs fuit inutilis; ſed modo vtilis eſt communitati, ſeruandam eſſe; quia cenſetur lata ob commune bonum: quamuis non obligaret pro tempore, quo fuit inutilis, eo quod tunc ceſſaret ratio finalis legis. Ita Mencaca loco cit.num.10. Salas loco cit.num. 50. & alij, quos infra referam in explicatione illius difficultatis, qua quæritur, vtrum ceſſante fine legis ceſſet obligatio legis.

PVNCTVM II.

Quotuplex ſit lex?

1 *Prima legis diuiſio ſecundum D. Thomam.*

2 *Lex æterna eſt ipſa mens diuina, quæ ab æterno omnia ordinauit.*

3 *Lex diuina eſt illa, quæ vim habet, quatenus à Deo proficiſcitur.*

4 *Lex diuina quotuplex ſit.*

5 *Lex humana eſt, quæ fertur auctoritate humana; dependenter tamen à Deo.*

6 *Lex humana quotuplex ſit.*

7 *Lex naturalis eſt ipſamet conuenientia, & diſconuenientia rei cum recta ratione.*

8 *Lex naturalis quotuplex ſit.*

9 *Lex naturalis non poteſt mutari, niſi mutentur circũſtantiæ, & materia.*

10 *Deus poteſt diſpenſare circa Ius naturæ in ijs, quibus mutatis etiam licita videbuntur.*

11 *An Deus poſſit diſpenſare in ijs, quæ ſunt tantummodo de Iure diuino, remiſſiuè.*

12 *Papa poteſt in aliquibus, quæ ſunt de Iure naturali, & diuino diſpenſare, non in omnibus.*

13 *Secunda legis diuiſio, ſcilicet in naturalem gentium, & ciuilem.*

14 *Lex gentium eſt, quæ ab hominibus naturali ratione ductis, conſtituitur.*

15 *An lex gentium ſit naturalis, vel poſitiua.*

16 *Lex ciuilis eſt, quæ ſimpliciter auctoritate hominum decernitur.*

17 *Parendum eſt legi canonicæ, quando lex ciuilis canonicæ repugnat.*

18 *Tertia legis diuiſio, in affirmatiuam ſcilicet, & negatiuam.*

19 *Quid ſit inſpiciendum, quando dubitatur, an aliqua lex affirmatiua ſit, vel negatiua.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Lex ex Diuo Thoma p. 2. quæſt. 90., quem alij Doctores ſequuntur, primo diuidi poteſt in quatuor membra, videlicet in legem æternam, diuinam, humanam, & naturalem.

2 Lex æterna latè accepta eſt ipſa mens diuina, quæ ab æterno omnia ordinauit, Prouerbiorum 8 Ab æterno ordinata ſum. Strictius vero accepta eſt mens, & ratio Dei bona præcipiens, & mala prohibens. Ob id peccatum definitur dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei æternam. Plura de lege Dei æterna videri poſſunt apud Valentiam tomo 2. diſp. 7. tota quæſt. 3. apud Suarez lib. 2. cap. 1. 2. 3. & 4. apud S. Thomam 1. 2. q. 91. art. 1. & apud Salas de legibus diſp. 2. ſect. 1.

3 Lex diuina eſt illa, quæ vim habet, quatenus à Deo proficiſcitur, & hæc eſt duplex, vetus, qualis erat Moſaica, & noua, nempè lex Euangelica, qualis eſt lex Baptiſmi, confeſsionis, &c. Quando autem lex noua incæperit obligare, conſtat ex dictis de Baptiſmo, & videri poteſt apud Suarez de legibus lib. 9. à cap. 10. vſque ad 22. & lib. 10. cap. 8. apud Salas, Azorium, & alios ſtatim citandos.

4 Rurſus lex diuina poteſt ſubdiuidi in diuinam naturalem, & diuinam poſitiuam.

Diuina naturalis eſt illa, qua præcipitur idem, quod præcipitur à lege naturali, vt ſunt ea, quæ in præceptis Decalogi continentur.

Diuina poſitiua eſt illa, qua præcipitur aliquid, quod lege naturali non eſt ſancitum, vt eſt præceptum, præmittendæ confeſsionis ante ſumptionem Euchariſtiæ ab habente conſcientiam peccati mortalis, quod præceptum dicitur diuinum poſitiuum, quatenus iure naturæ non præcipitur confeſsio ante ſumptionem Euchariſtiæ.

5 Lex humana eſt illa, quæ fertur auctoritate humana, dependenter tamen à Deo, nam homo condit leges ea poteſtate, quam Deus ipſi communicauit, vt ſubditi melius contineantur in officio, & à peccatis timore pœnæ retrahantur.

6 Lex humana alia eſt Eccleſiaſtica, alia ſecularis.

Secularis eſt illa, quæ poteſtate ſecularium fertur, vt à Rege, vel Imperatore.

Eccleſiaſtica eſt illa, quæ fertur Eccleſiaſtica poteſtate, vt à Papa, Concilio, &c.

7 Lex naturalis eſt ipſamet conuenientia, ſeu diſconuenientia rei cum recta ratione; vnde diſconuenientia, quam habet mendaciũ, vel adulterium cum ipſa ratione eſt ipſa lex naturalis, qua prohibetur mendacium, vel adulterium. Item conuenientia, quam habet conſeruatio famæ proximi cum recta ratione, eſt lex naturalis dictans ſeruandam eſſe famam.

Alij Doctores legem naturalem hoc modo definiunt. Lex naturalis eſt dictamen, ſeu lumen naturale noſtræ rationis, quo cognoſcimus, quæ facienda, & quæ vitanda ſunt: ità ſentire videtur Vaſq. 1. 2. diſ. 150 cap. 3. Verum hęc definitio non videtur à priori, ſed à poſteriori, vt loquuntur Philoſophi; nã lex naturalis à priori videtur ipſamet rei conuenientia, vel diſconuenientia, quã lumine naturæ cognoſcimus.

Vide.

Videte Sotum 1. de iuſt.q.4. art.1. S. Thomam 1. 2.q.94. art 1. & 2. & Suarez lib.2.de leg.cap.6.num.9.

8 Sed modo dubium eſt primò, quotuplex ſit lex naturalis

Reſpondeo duplicem eſſe. Prima dicitur per ſe nota, & indemõſtrabilis, vt ſunt illa prima principia legis naturæ, Bonũ amplectendum, Malum fugiendum, Deus colendus, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, &c. Secunda eſt illa, quæ non eſt ita clara, & per ſe nota; nam dari poſſe aliquam legem naturalẽ ita ignotam, & obſcuram, vt aliquis ab ipſius tranſgreſsione ob inuincibilem ignorantiam excuſetur, conſtat ex dictis de peccatis ad finem. Verum, ſecluſa ignorantia, tantæ virtutis, & efficaciæ eſt lex naturalis, vt obliget in conſcientia omnes habentes vſum rationis, vbicunque exiſtant, niſi fortè in aliquo particulari caſu excuſentur ratione aliquarũ circunſtantiarum ſuperueniẽtium, vt patebit ex ſequentis difficultatis explicatione. Ità Vaſquez loco ſupra cit. quæſt. 4. pun.3. Sotus 1. de Iuſtitia quæſt. 4. num. 4. Syluester verbo, lex, quæſito 3. Clauis Regia lib.3.cap.2.num.10. Molina, & alij Doctores ſtatim allegandi.

9 Secundò dubium eſt, vtrum lex naturalis mutari, ſolui, & remitti poſsit, ſeu, an ſemper obliget.

Reſpondeo legem naturalẽ non eſſe mutabilem ſecundum ſe; ſed ſemper obligare manẽtibus iiſdem circunſtantijs, & nõ mutata materia. Ratio eſt quia lex naturalis conſiſtit in rebus ipſis habentibus conuenientiam, vel diſconuenientiam cum recta ratione. Si ergo res ipſæ, & circunſtantiæ rerum non mutentur, manet eadem conueniẽtia, vel diſconuenientia; conſequenter lex naturalis mutari non poteſt manentibus iiſdem circunſtantijs. Concedo tamen res ipſas, vel circunſtantias aliquando ità mutari poſſe, vt etiam lex ipſa mutari dicatur, vt patet inductione; nam iure naturæ dictante conſtat, non licere vinum ſumere, quoties ebrietas ex ipſius ſumptione ſecutura præuidetur; tamen ſi neceſſe ſit vinũ generoſum ſanitatis gratia ſumere, licita eſt ipſius ſumptio, etiãſi ebrietas præuideatur, & permittatur; ſuperuenit enim circunſtantia, quę licitam reddit vini generoſi ſumptionem, efficitque, vt ebrietas non cenſeatur intenta, ſed iuſta de cauſa permiſſa. Pręterea, quamuis non liceat rem alienam inuito domino capere; nihilominus, adueniente circunſtantia extremę neceſsitatis, licet. Item aliqua permitti poſſunt à Deo, quæ ſecluſa permiſsione aduerſarentur iuri naturæ, vt erat libellus repudij, & pluralitas vxorum, quam Deus alias permiſit; ſicut enim Deus poteſt res ipſas variare, ita etiam poteſt legem naturalem aliqua ratione mutare; & ſicut poteſt ſupplere id, quod dictat ius naturæ, ita in iure naturæ diſpenſare poteſt, cum autem pluralitas vxorum ſit contra ius naturæ, dictans pacificam familiæ gubernationem, & Deus poſsit ius naturæ in hac parte ſupplere, pacificè gubernando familiam, ſequitur Deum potuiſſe pluralitatem vxorum permittere. Rurſus homicidium priuata auctoritate eſt illicitum; verum ſi fiat ad vitæ propriæ defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut ſi fiat au-

cto-

ctoritate Dei, qui eſt dominus vitę, & facultatum, licitum eſt, vt patet in Abramo, cui Deus proprij filij necem mandauerat. Denique iure naturæ conſtat reſtituendum eſſe depoſitum domino exigenti; tamen dari poteſt caſus, quo illi reſtitui licitè nequeat, & ius naturæ obligat ad denegandum, vt ſi gladius petatur ad occidendum alterum. Ità Suarez lib. 2. de legibus cap. 15. Becanus tract. 3. cap. 3. q. 4. num. 7. Molina tract. 5. de Iuriſdictione diſp. 49. num. 3. verſiculo, Quod licèt Reginaldus lib. 13.

10 Tertiò dubium eſt, vtrum Deus diſpenſare poſsit in lege naturæ.

Reſpōdeo Deum diſpenſare poſſe circa ius naturæ in ijs, quæ à Deo ita dependent, & ita mutari poſſunt, vt poſita mutatione licita videantur. Ratio eſt tum quia non apparet vlla repugnantiæ ratio, cur hoc à Deo fieri nequeat. Tum quia Deus permiſit Hebræis pluralitatem vxorum; ſed pluralitas vxorum eſt contra ius naturæ; ergo Deus diſpenſare poteſt in iure naturæ, in ijs videlicet, quæ à Deo ita dependent, & ita immutari poſſunt, vt poſita mutatione licita videantur.

Ex quo fit, vt Deus diſpenſare nequeat in odio Dei, aut in mendacio, vel in cōſimilibus; nam hęc adeò mala ſunt, vt ipſorum malitia per diſpenſationem nequeat auferri.

Idem dicendum eſt de primis principijs. Ita Sanchez, & Azorius locis ſtatim citandis, Sotus lib. 2. de iuſtitia, quæſt. 3. art. 8. Bellarminus, cap. 11. de Matrimonio, nec diſſentire videtur Becanus tract. 3. cap. 3. quæſt. 4. num. 8. & alij.

11 An vero Deus diſpenſare poſsit in ijs, quæ tantum ſunt de iure diuino, conſtabit ex infra dicendis de diſpenſationibus, vbi oſtendam ſuperiorem poſſe in ſua lege diſpenſare.

12 Quartò dubium eſt, vtrum Summus Pontifex diſpenſare poſsit in ijs, quæ ſunt de iure naturæ.

Reſpondeo cum Sanchez lib. 8. de matrimonio diſp. 6. Angelo verbo Papa, num. 4. Azorio lib. 6. cap. 1. quæſito 5. Gutierez de matrimonio cap. 122. num. 1. Nauarro, Felino, Panormitano, Decio, & alijs. cōtra Suarez lib. 2. de legibus cap. 14. Vaſquez diſp. 7. quæſt. 4. pun. 6. Clauem Regiam lib. 3. cap. 2. num. 12. & cap. 10. num. 8. & alios, Summum Pontificem poſſe iuſta de cauſa in aliquibus, quæ ſunt de iure naturæ, vel diuino diſpenſare, non vero in omnibus.

Quòd ſummus Pontifex diſpenſare non poſsit in omnibus, quæ ſunt de iure naturæ, vel diuino. Ratio patet, tum quia in primis principijs iuris naturæ, aut in ijs, quæ proximè deducūtur ex primis principijs, aut in ijs, quæ ſpectant ad ſubſtantiam ſacramentorum, aut in dogmatibus fidei, aut in ſacrificio, aut etiam in alijs, quæ à Deo inſtituta ſunt, diſpenſare non poteſt. Tum quia in ijs nunquam fuit diſpenſatum; ergo iudicandum videtur poteſtatem in illis diſpenſandi non extare. Tum quia non adeſt ſufficiens cauſa, propter quam in illis liceat diſpenſare; nullus autem ſine iuſta, & rationabili cauſa diſpenſare poteſt in lege ſuperioris, vt conſtabit ex dicendis de Diſpenſationibus. ita omnes Doctores præcitati.

Quòd

Quòd verò in aliquibus, in ijs videlicet, in quibus admiſcetur aliquid obligationis humanæ, Summus Pontifex vi ſuæ poteſtatis diſpẽſare poſsit, etiamſi iure diuino, aut naturali ſancita ſint, perſpicuũ videtur. Tum quia experientia docet concedi diſpenſationem in voto, & iuramento, quæ ſunt adimplẽda ex obligatione iuris naturæ, & diuini. Tum quia Matrimonium ratum aliquandò poteſt auctoritate Papæ diſſolui, vt dictum eſt de matrimonio: Matrimonium autem ratum iure diuino naturali indiſſolubile eſt. Tum quia ad regimen, & bonam animarum gubernationem aliquando conducit diſpenſatio in ijs, quæ ſunt de iure naturæ, nec credibile videtur ſummam, & infinitam Dei prouidentiam priuare homines remedio ad ſalutem animarum adeò conducente. Tum quia hæc cõtinent humanam obligationem; ergo cadunt ſub humanam poteſtatem. Et hæc circa primam legis diuiſionem.

13 Secundò lex diuiditur in naturalem gentium, & ciuilem. Ita Vulpianus l. j. ff. de iuſtitia, & iure. Iuſtinianus §. Ius naturale, & § Ius autẽ gentium, & § Ius autẽ ciuile, Inſtituta de iure naturæ gẽtiũ, & ciuili.

Quid ſit lex naturalis conſtat ex ſupra dictis.

14 Lex gentium eſt illa, quam omnes homines naturali ratione ducti conſtituunt l. omnes populi 9. ff. de iuſtitia, & iure; qualis eſt illa, Poſſeſsiones ſunt diuidendæ; quamuis enim ab initio omnia bona eſſent communia; proceſſu tamen temporis omnes homines naturali ratione ducti iudicarunt poſſeſsiones diuidendas, ad vitam in pace traducendam, & ad diſcordias euitandas.

15 An verò ius, ſeu lex gentium ſit naturalis, vel poſitiua, non leuis diſſenſio eſt inter Doctores; nã Azorius parte 1. lib. 5. cap. 1. quæſito 5. & alij apud Salas de legibus diſp. 2. ſect. 2. num. 11. putant ius gẽtium eſſe ius naturæ, Valentia verò p. 2. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 2. Sotus 1. de iuſtitia quæſt. 5. art. 4. Molina de iuſtitia tract. 1. diſp. 3. & 5. & tract. 5. de iuriſdictione diſp. 69. ad finem, verſiculo, Quod verò. Salas loc. cit. ſect. 3. num. 21. Bannes 2. 2. quæſt. 57. art. 3. Arragonius, & Salonius ibidem, & alij, putant ius gentium facile quidem deduci ex aliquo principio iuris naturæ, ſimpliciter tamen eſſe ius poſitiuum, alioquin vana videretur diſtinctio legis, ſeu iuris in ius naturale gentium, & ciuile; ſed potius facienda eſſet diuiſio iuris in naturale, & ciuile.

16 Lex ciuilis eſt illa, quæ ſimpliciter auctoritate hominũ decernitur. An verò lex ciuilis obliget conſtabit ex infra dicendis.

17 Hic ſolum explicandum eſt, cui legi parendum ſit ciuili, an canonicæ, quando lex ciuilis eſt contra legem canonicam.

Reſpondeo parendum eſſe legi canonicæ. Ita Panormitanus in c. Canonum ſtatuta, num. 3. Sylueſter verbo lex, quæſito 9. Tabiena eodem verbo, nu. 34. Io. Lupus, Gregorius, Lopez, & alij apud Suarez lib. 3. de legibus cap. 8. num. 6. Ratio eſt quia Eccleſia ſicut poteſt abrogare leges ciuiles, vt conſtat in legibus ciuilibus permittẽtibus præſcriptionem cũ mala fide, quas per legem Eccleſiaſticam ſublatas eſſe, conſtat ex cap. finali de præ-

ſcriptionibus; ita ferre poteſt legē contra leges ciuiles, conſequenter lex Eccleſiaſtica ſeruanda eſt.

18 Tertiò lex diuiditur in affirmatiuam, & negatiuam.

Lex affirmatiua eſt illa, quæ pręcipit aliquid faciendum, qualis eſt illa pſalmi 36. Declina à malo, & fac bonum.

19 Ad cognoſcendum autem, an lex aliqua ſit affirmatiua, vel negatiua, nō eſt inſpicienda, & oſtendenda forma verborum, quibus lex fertur, ſed ſpectandum eſt, id, quod præcipitur, vel prohibetur, quia fieri poteſt, vt aliquod pręceptum affirmatiuum concipiatur, & feratur per verba negatiua; negatiuum verò per affirmatiua, vt eſt pręceptū Reſtitutionis, quod eſt affirmatiuum, licet reducatur ad præceptū Decalogi, Non furaberis, quod per formulam verborum negatiuam enunciatur. Inſpicienda igitur eſt res præcepta; nam ſi præcipiatur aliqua actio pręſtanda, dicitur pręceptum affirmatiuum; Si verò actio aliqua prohibeatur, cenſetur præceptum negatiuum.

Alias legum diuiſiones videre poteſtis apud Azoriū loc. cit. Clauem Regiam lib.3.cap.2.& 3. dub. 5. Valentiam loc.cit. quæſt.2 pun. 1.& quæſt.5.pun.2.Suarez,lib.1. de legibus cap.3. Salas de legibus diſp.2.ſect.1.apud Vaſquez p.2.diſp. 157.cap.5. & apud Toletū in ſum. tract.de 7. peccatis cap.17.

PVNCTVM III.

Quis poſſit legem condere.

1 *An lex ferri poſſit, & debeat ab habente publicam poteſtatem, iuriſdictionem, & vim cōgendi.*

2 *Pater, an poſſit legem ſuis filijs imponere.*

3 *Poteſtas quotuplex ſit.*

4 *An Iudices ordinarij habeant iuriſdictionem, & publicam poteſtatem.*

5 *An leges Eccleſiaſticæ ferri poſſint à Summo Pont. in toto orbe.*

6 *An populus reuocare poſſit poteſtatem condendi leges Imperatoribus conceſſam.*

7 *An Reges poſſint pro ſuo Regno leges ferre.*

8 *An Regina poſſit leges ferre.*

9 *An contracto Matrimonio ad Reginam, vel potius ad Regimen pertineat leges ferre.*

10 *An Communitates perfectæ poſſint leges condere.*

11 *Quænam Ciuitates ferre poſsint leges.*

12 *An legatus Sum. Pontificis poſsit leges, ſeu ſtatuta facere, & in quo loco.*

13 *An legatus poſsit facultatem ferendi leges alteri delegare.*

14 *An Concilia Vniuerſalia poſsint leges, & ſtatuta generalia facere.*

15 *Quandonam Generales Religionum poſsint leges ferre.*

16 *An Prælatus poſsit ſubditis præcipere quodcumque ſibi libuerit.*

17 *An ſubditus teneatur obedientiam præſtare Prælato diſpenſanti in regula ſine cauſa.*

18 *An Prælatus poſsit Religioſis præcipere tranſitum ad arctiorem regulam.*

19 *An Prælatus poſſit legem ferre, qua viri teneantur clauſuram perpetuam ſeruare.*

20 *An puellæ poſsint hoc tempore in Monaſteria monialium recipi ſine licen-*

licentia Papæ.
21 *An Epiſcopi poſſint leges Eccleſiaſticas ferre pro ſua Diœceſi.*
22 *An Epiſcopus poſſit legem ferre in rebus grauioribus.*
23 *An Epiſcopus poſſit leges, ſeu ſtatuta facere, contra ius commune.*
24 *An Epiſcopus poſſit leges ferre ſine Concilio, vel conſenſu Capituli.*
25 *An Patriarchæ, & Archiepiſcopi in ſua Diœceſi poſſint leges condere.*
26 *An Cardinales poſſint leges ferre obligantes ſuum territorium.*
27 *Penes quem ſtet electio decedentibus Cardinalibus.*
28 *An Abbates exempti, aliijque ſimiles Prælati poſſint leges condere.*
29 *An Capitulum Eccleſiæ Cathedralis poſſit mortuo Epiſcopo leges, & ſtatuta facere, duratura, donec reuocentur ab Epiſcopo ſucceſſore.*
30 *An Capitulum Eccleſiæ Cathedralis poſſit, viuente Epiſcopo aliquas leges, & ſtatuta facere.*
31 *An Capitulum aliarum Eccleſiarum, Collegia, Societates, & ſimilia habeant poteſtatem ferendi leges.*
32 *An omnes, quibus poteſtas condendi leges competit per iuriſdictionem delegatam, poſſint leges condere.*
33 *An Senatus Mediolanenſis poſſit leges, & ſtatuta facere.*
34 *An Summus Pontifex delegare poſſit alicui facultatem ferendi leges in totam Eccleſiam independenter ab approbatione ſpeciali ipſius Summi Pontificis.*
35 *An Poteſtas ferendi leges, ſemi- nis à Summo Pontifice delegari poſſit.*
36 *An Sanctis Patribus data fuerit facultas ferendi leges.*
37 *An ſententiæ Sanctorum Patrum vim legis habeant.*
38 *An decreta Particularium Epiſcoporum, vel Conciliorum vim legis habeant.*

QVamuis huius puncti explicatio colligi poſſe videatur ex dictis puncto 1., nihilominus non abs re, nec inutiliter fuſius, & clarius hanc doctrinam cẽſeo hic explicandam tradita primo loco generali regula; deinde allatis quampluribus caſibus, & exemplis, quæ ex regula generali deducuntur.

VNICA PROPOSITIO.

1 LEX ferri poteſt, & debet ab eo, qui publicam poteſtatẽ, iuriſdictionem, & vim cogendi habet. Ita Bartolus in L. Imperium ff. de iur. omn. Iudic. vbi ait legumlationem pertinere ad iuriſdictionem meri Imperij, vel exiſtentis in gradu proximo. Baldus in l. 1. ff. de iuſt. & iure, S. Thomas 1. 2. q. 90. art. 3. & q. 67. art. 15. Canoniſtæ communiter in cap. cum acceſsiſſent, & cap. cum in Eccleſia S. Mariæ de cõſtit. Ratio eſt quia actus condendi legem eſt vnus ex præcipuis actibus, quo Reſpublica gubernatur. Reſpublica autem gubernatur ab ijs, qui iuriſdictionem, & publicam poteſtatem habent.

2 Obijcies primò pater poteſt legem ſuis filijs imponere, ſed pater non habet publicam poteſtatem, & iuriſdictionem, niſi ſit Rex, vel aliquis talis, vt loquitur Ariſtoteles lib. 10.

lib.10. Ethic. cap.vlt. ergo non eſt neceſſe, vt lex feratur ab eo, qui publicam habet poteſtatem, & iuriſdictionem.

Reſpondeo negãdo patrẽ poſſe legem ſuis filijs ferre, niſi publicam habeat poteſtatem, quamuis poſsit præceptum illis imponere, pro intelligentia iſtius obiectionis.

3 Aduertendum eſt duplicem eſſe poteſtatem, alteram dominatiuam, ſeu æconomicam, alterã politicam, ſeu iuriſdictionis (ſicut etiam Ludouicus Molina tract. 2. de iuſt.d.3.& Couar.reg. peccatum 2.par.§ 9.num.8. diſtingunt dominium in dominium iuriſdictionis, & dominium proprietatis.) hæc autem differentia eſt inter poteſtatem dominatiuam, & iuriſdictionis, quod poteſtas iuriſdictionis per ſe primo reſpicit communitatem perfectam cum ad politicã gubernationem, quæ in tali communitate, vel Republica neceſſaria eſt, dirigatur; poteſtas verò dominatiua, vt plurimum eſt circa priuatas perſonas, ſeu circa communitatem imperfectã, ſeu inter partes cõmunitatis imperfectæ; & hæc iuriſdictio dominatiua aliquando acquiritur per contractum l. quaſi contractum, l. pactum, qualis eſt illa domini in ſeruum ſibi venditum, aut ſuperioris in ſubditum, qui ſibi per obedientiæ votum obedientiã promiſit, aut viri in vxorem, cuius caput vir dicitur, & cui vir præeſt per ordinem ad domus, & familiæ gubernationem; aliquando acquiritur naturali origine, & ex vi propagationis humanæ, qualis eſt poteſtas patris in filium hoc poſito. Dico patrem poſſe quidẽ pręcepta filijs imponere per poteſtatem dominatiuam, ſeu æconomicam; non verò per poteſtatem iuriſdictionis. ita Suarez, lib.1.de legibus cap. 8. num.5.& alij.

4 Obicies ſecundo Iudices ordinarij habent iuriſdictionem, & publicam poteſtatem & tamen leges ferre nequeunt; ergo lex ferri non poteſt ab eo, qui iuriſdictionem, vel poteſtatẽ publicam habet. Reſpõdeo Iudices ordinarios poſſe quidem præcepta iuxta metas, & terminos ſuæ iuriſdictionis ferre in materia ſibi ſubiecta; non tamen poſſe leges propriè acceptas condere, niſi ſint primates in tali ordine, & primaria fulgeant poteſtate; nam legislatio eſt præcipuus actus, quo reſpublica gubernatur; ergo ferri debet ab eo, qui præcipuã habet poteſtatem, vel ſaltẽ ab eo, qui legis condendæ facultatem accepit à præcipua, & ſuprema poteſtate. Ita Suarez loco citato, & alij quos infra referam.

Ex dictis colligi poteſt ſolutio plurimorum caſuum.

5 Primo leges Eccleſiaſticas ferri poſſe à Summo Pontifice in toto orbe. Ratio eſt tum quia publicam poteſtatem, & iuriſdictionem, vimque cogendi habet, nam Chriſtus abſolutè, & ſine limitatione dixit Petro, & eius ſucceſſoribus, Quodcumque ligaueris ſuper terrã, &c. Tum quia in Eccleſia reſidet poteſtas condendi leges, vt bene docet Valentia diſp.7.q. 5.p. 2. Vaſquez 1.2. diſp. 152. cap. 2. Salas diſp. 8. ſect.1.Azor.1.par.lib.5.cap.6.Card. Bellarminus 4.de Pontifice cap.15. & alij Doct. citati, ergo maxime penes Summum Pontificem talem poteſtatem reſidere dicendum eſt, cum, ipſe ſupremum in Eccleſia

locum

Digitized by Google

locum teneat. Tum quia Principes ſeculares poſſunt pro ſuo territorio leges ferre; ergo etiam Summus Pontifex pro toto orbe, cum totus orbis ipſi deſeruiat pro ipſius territorio. Tum quia nulla ſufficienti ratione probatur quare Sũmus Pontifex poteſtatem condendi leges Eccleſiaſticas non habeat in toto orbe.

Dixi leges Eccleſiaſticas, nam vtrum Summus Pontifex ferre poſſit leges politicas, ſeu ciuiles totum orbem obligantes, diſſenſio eſt inter Doctores. Syluester.n.v. Papa quæſito 7.10. & ſequentibus. Bartolus, Panormitanus, Hieronymus, Baldus, & alij apud Nauarrum cap. nouit de iudicijs, notab. 3. num. 19. apud Salas de legibus diſput 7. ſec.4.num.27. apud Couar.reg.peccatum 2.par.§.9.num.7.& apud Suarez de legibus lib. 3. cap. 6. num. 2. affirmant.

Alij verò, vt Nauar. & Couar. locis citatis. Molina tract.2. de iuſt. diſp. 29. Card. Bellarminus lib. 5. de Pontifice cap. 2. 3. & ſequentibus, Suarez loco cit. de legibus num. 3. & 3.par.tom.1.diſp.48.ſect.2. in fine Salas loco cit.nu. 30. & alij quamplures apud pręallegatos Doct. negant, quia Summus Pontifex non habet iuriſdictionem temporalem in totum orbem. Ratio eſt tum quia nulla ſufficiẽti ratione probari poteſt eam habere. Tum quia Sũmus Pontifex non habet poteſtatem ſuper infideles, vt concedunt etiam auctores primæ ſententiæ 1. Corint.5. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare; nonne de his, qui intus ſunt vos iudicatis, nam eos, qui foris ſunt Deus iudicabit: ergo Summus Pontifex non habet iuriſdictionem temporalem in totum orbem. Tum quia Summi Pontifices dominium temporale, quod in terris ſibi ſubditis habent, donatione ab Imperatoribus, ac Principibus acceptũ referunt cap. Conſtantinus d. 96. cap. ego Ludouicus d.63.& cap. Futura de electionib. in 6. ergo non habent iuriſdictionem temporalem, niſi in terras ſibi ſubditas, ergo non habent iuriſdictionem in totum orbem; ergo ferre nequeunt leges politicas totum orbem obligantes, cum huiuſmodi leges ſupponant iuriſdictionem temporalem in eo, qui eas cõdit. Rationes, & fundamenta contrariæ ſententiæ, quam Suarez loco cit. teſtatur non habere fundamentum, videri poſſunt apud præcitatos Doctores.

Non nego tamen quin Summus Pontifex poſsit leges ciuiles ferre pro territorio ſibi ſubdito, vt per ſe patet non enim repugnat poteſtatem Eccleſiaſticam, & politicã in eadem perſona reperiri, vt pluribus oſtendit Cardinalis Bellarminus 5. de Pontifice cap. 9. Salas loco cit. ſec. 6. Molina to.1. de iuſt. tract.2.d.21. & 29. Suarez loco cit. de legibus.

Immo neque nego Summũ Pontificem poſſe leges ciuiles, & politicas, ſaltem indirectè, per ordinem ad finem ſpiritualẽ ferre etiam in alieno territorio, quoties id neceſſarium eſſe duxerit per ordinem ad ſalutem ſpiritualem, vt ſi principes ſeculares non ferant leges, dũ neceſſe eſt eas ferre ad ſalutem ſpiritualẽ ſubditorũ, aut ſi principes ferant aliquas leges iure naturæ, vel diuino l. Eccleſiaſtico contrarias tunc enim Papa ferre poterit

leges

leges in alieno territorio obligantes per ordinē ad ſalutem animarum, vt patet tum ex cap. vigilanti cap. finali de præſcriptionibus, in quibus locis Alexander Tertius, & Innocentiūs III. conſentientibus Imperatoribus abrogarūt leges ciuiles, quibus permittebatur, vt poſſeſſor malę fidei rem alienam certo tempore præſcriberet. Tum ex Extrauag. vnam ſanctam, Bonifacij 8. vbi ait Opportet gladiū eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati, & Ieremiæ 1. verſ. 10. dicitur Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & ędifices, & plantes. Ita Suarez loco cit. cap. 6. num. 6. & 7. Toletus in commentarijs ad Rom. 13. annot. 2. Salas loco cit. ſect. 5. & alij Doct. cit.

Sed modo dubium eſt, an Summus Pontifex poteſtatem ferendi leges in Eccleſia acciperet à Chriſto, l. accipiat à concilijs. Reſpondetur accepiſſe immediatè à Chriſto, vt patet tum ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 7. Lugdunenſi cap. vbi periculum de electione, Florentino ſeſſ. vltima, in litteris vnionis, & ex alijs Concilijs relatis à Salas diſp. 8. ſect. 3. num. 21. Card. Bellarmino de Summo Pōtifice, & ab alijs Doct. cit. Tū quia Diuus Petrus, aliijq; Apoſtoli poteſtatem legislatiuam acceperunt à Chriſto immediatè, Ioan. 20. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Matthei 16. Tibi dabo Claues Regni cęlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cęlis, & Matthei 18. Chriſtus dicit omnibus Apoſtolis Quęcunque ligaueritis, &c.; homines autem ligantur præceptis: ergo illam etiam Summus Pontifex à Chriſto accepit; cum Petro, & ipſius ſucceſſoribus dictū ſit, Quodcunque ligaueris, &c. Paſce oues meas. Tum quia Papa eſt ſupra Concilia etiam generalia, vt docet Valentia 2.2. d. p. q. 1. pun. 7. Azor tom. 2. lib. 5. cap. 12. q. 1. Molina de iuſt. tract. 2. d. 21. Salas loco cit. num. 25. & 70. Card. Bellarmin. 2. de Cōcilijs cap. 14. idē innuit Suarez de cenſuris d. 2. ſect. 2. num. 2. verſ. Quamquam verò. Tum quia Summus Pontifex eſt proximus, & immediatus Chriſti Vicarius; ergo ſuam poteſtatē à Chriſto accepit.

Ex quo patet differentia inter Summum Pōtificem, & Epiſcopos, quod Epiſcopi non accipiunt poteſtatem immediatè a Chriſto, ſed à Summo Pontifice, vt bene docet Valentia tom. 2. diſp. 2. q. 1. pun. 7. Suarez de cenſuris diſp. 1. ſect. 2. num. 7. verſ. Eſt ergo aliorum ſentētia; & lib. 4. de legibus cap. 4. nu. 5. Bellarmin. lib. 1. de Rom. Pontifice cap. 15. & lib. 4. cap. 24. Salas d. 8. ſect. 3. de legibus, & alij quamplures apud præcitatos Doct. contra Vaſquez diſp. 152. cap. 3. & alios apud Salas, num. 29. & apud Suarez, lib. 4. de leg. cap. 4. Ratio eſt tum quia nulla ſufficienti ratione, vel auctoritate probari poteſt, Epiſcopos hanc poteſtatem habere immediatè à Deo. Tum quia ſi Epiſcopi ſuā à Chriſto immediatè auctoritatem haberent, ſequeretur Summum Pontificem non poſſe poteſtatem Epiſcoporum tollere, vel mutare, vel minuere, ſicut Epiſcopus non poteſt poteſtatem alicui cōceſſam à Papa tollere l. minuere; ſed conſequens eſt falſum, & contra vſum Eccleſiæ; ergo etiam falſum

ſum

ſum eſt Epiſcopos habere poteſtatē immediatè à Chriſto. Præterea patet differentia inter duodecim Apoſtolos,& alios ſeptuaginta qđ duodecim Apoſtoli poteſtatem immediatè à Chriſto acceperunt;illis .n.Chriſtus dixit; ſicut miſit me Pater,& ego mitto vos;reliq. verò mediantibus alijs Apoſtolis poteſtatē ſuam acceperunt; ex nullo.n.ſcripturæ loco colligi poteſt iſtis minoribus Apoſtolis collatam fuiſſe à Chriſto immediatè poteſtatem legislatiuam; nam hi abierant,dū Chriſtus Apoſtolis contulit poteſtatem, vt cum Maldonato Lucæ 10.obſeruat Salas loco cit.num.27. Excipi tamen debet S. Paulus, cui Chriſtus curam omnium Eccleſiarum commiſit,& poteſtatem ferendi leges conceſsit, vt ipſe teſtatur ad Theſalon. 4. prima Corinth. 4. & ad Galat. primo.

Secundo colligitur Imperatorē legitimè electum poſſe in regna,& prouincias ſibi ſubditas leges ciuiles ferre; non verò in orbem vniuerſum. Ratio eſt tum quia in hominibus eſt poteſtas condendi leges,vt latè probat Suarez, lib.3.de legibus cap.1. Valentia tom.2.d.7. q.5.pun.2.& ſequen.Bellarm.c.3,& ſeq. Salas de leg.diſp.7.ſect.1.ergo maximè reſidere debet in Imperatore,qui Principē inter viros ſeculares locū tenet.Tum quia Imperator legitimè electus in ſuis terris, publicam habet poteſtatem,& eſt ſupremus Princeps,quo ad iuriſdictionem temporalem directam.Tū quia Imperator eandem nunc auctoritatē habet in ſuis terris, quā aliàs habebant Imperatores in terris ſibi ſubiectis;nullo.n.iure cōſtat hanc poteſtatem illi ademptā eſſe; alias autem Imperatores habebāt poteſtatem condendi leges, vt patet ex Codice legum,qui auctoritate Cęſarea conditus eſt.Tum quia l.2.C.de veteri iure dicitur Soli Imperiali auctoritate leges condere, & interpretari conceſſum eſt.

Dixi legitimè electum; nam Imperator non electus legitimè non poteſt leges ferre, quia non dicitur habere iuriſdictionem, & poteſtatem, quæ per legitimam electionē confertur. Quapropter Imperator, aut Rex, qui Regnum, vel Imperiū per ſolam vim iniuſtam poſsidet, non dicitur habere veram poteſtatem legislatiuam, niſi fortè ſuperior talem electionem, vel Principatum admittat, aut niſi populus conſentiat, hancquè poteſtatem conferat, eiquè conferre poſſit.Ita Suarez lib.3.de legibus cap. 4.num.4. Salas diſp.7.ſect. 12 Bellarmin. 3. de laicis cap. 6. Molina de iuſtitia tract. 2. diſp. 13 & alij, quos infra referam, dum quæram vtrum parendum ſit legi, vel ſententiæ à Tyrano latæ.

Ex quo patet, inquiunt DD. citati, ſucceſſores eorum, qui Regnū inuaſerunt, vt plurimum cenſeri legitimos Principes, quia populi paulatim conſentiunt.

Dixi in regna, vel Prouincias ſibi ſubditas, vt aduerterem Imperatorem non poſſe leges condere vniuerſum aſtringentes orbem. Ratio eſt tum quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur. Tum quia Imperator obligare poteſt ſolum ſubditos; multi autem etiam Chriſtiani, non ſunt ſubditi Imperatori. Ita Vaſquez 1. 2. diſp.153. cap. 2. Suarez loco cit.cap.7.num. 6. Salas loco citato

num. 42. & 43. Molina tract. 1. de iuſtitia diſp.24. 29.& 30.Couar.loco cit. num.7. & alij communiter. Poſſet autẽ Imperator ſuis legibus obligare. Primò eas Prouincias, quarũ ipſe eſt dominus immediatus; ipſe enim ſolum in illis Prouincijs ſummam, & publicam habet poteſtatem, quæ ad leges ferendas requiritur. Secundò illas, quarum Imperator non eſt quidem immediatus dominus, illum tamen tanquam ſupremum dominum iure fęudi, aut alio; ſimili titulo recognoſcunt, nam in illas ſufficientem habet poteſtatẽ. Ita Suarez cap.8. num.2. Vaſquez p.2.diſp.153.cap.2. num.24 Salas diſp.7.ſec.8. num.46. & alij.

Addo cum Vaſquez, & Salas locis citatis,& alijs, quos in ſimili referã de immunitate, in terris, quas Summus Pontifex ab Imperatore accepit, iudicari iuxta leges Imperatoris, ſi Pontifex in ea re nullam legẽ tulit cap. 1. de noui oper. nũc. Immò etiã in cauſis ſpiritualibus, in quibus nõ extat ius canonicum, in Conſtitutione Capellæ, cenſeo iudicandum eſſe iuxta leges Imperatoris, ſeu Principis illius loci cap. 1. citato. Hoc tamen intellige iuxta ea, quæ inferius tradam de ſubiecto legum.

Neque obſtat dicere, quod Auguſtus Edicto iuſſerit vniuerſum orbem deſcribi; nam nomine vniuerſi Orbis nõ ſignificatur vniuerſus terræ ambitus, aut omnia omninò regna, quæ in toto terrarum ambitu continentur; non enim Edictũ Cęſaris tranſmiſſum fuit ad Indos, aut Scytas, apud quos Cæſar Præfectos non habebat. Sed nomine Orbis indicatur pars illa Orbis, cui Cæſar Auguſtus dominabatur, vt bene ait Maldonatus in eum locũ. Hieronymus Iſaiæ 13. Suarez loco citato cap.7. Salas diſput.7.ſect.7. num.42. verſ. quod autẽ,& alij DD. citati; nã per figuram ſynecdochẽ accipitur totũ pro parte, iuxta vſitatam ſcripturæ phraſim, Mathei 2. Commota eſt vniuerſa Ciuitas, & cap.24. Inuenimus hunc hominem peſtiferum, & cõcitantem ſeditionem omnibus Iudęis in vniuerſo orbe.

Ex quo licet inferre illas Prouincias, quæ Imperatorem iure dominij, ſeu fęudi, vel alio ſimili titulo non recognoſcunt, non teneri legibus Imperatoris. Idem cum proportione dicendum eſt de legibus Pontificijs in materia merè ciuili, & temporali.

Sed modo dubium eſt primo vtrũ Prouinciæ, quę in aliquo caſu non habẽt propriam legẽ, iuxta quam caſum illum decidere valeant in materia ciuili, teneantur caſum illum, iuxta legem Pontificiam, aut iuxta legem Imperatoris, decidere.

Reſpondeo nõ teneri ex obligatione caſum illum decidere iuxta legem Pontificis, aut Imperatoris, non ſolum ſi eodem, verum etiam ſi diuerſo modo caſus ille per vtrũque ius decidatur, vt benè notat Suarez lib.3.cap.8. num.6. cum Ioanne Lupo, Gregorio Lopez,& alij. Ratio eſt quia illæ Prouinciæ nõn recognoſcunt Imperatorem, aut Summum Pontificem in temporalibus, vt ſuppono ergo non tenentur; caſum, iuxta illorum leges decidere, & definire.

6 Secundo dubium eſt vtrum populus reuocare poſſit poteſtatem

con-

condendi leges Imperatoribus cōceſſam.

Reſpondeo negatiuè. Tum quia ſequeretur perturbatio in Republica. Tum quia ita videtur Imperatori conceſſa poteſtas legislatiua, ſicut gubernatiua; ſed gubernatiua reuocari non poteſt, vt per ſe patet; ergo neque legislatiua, quę ad rectam Prouinciarum gubernationem principaliter requiritur. Tum quia ſequeretur Imperatorem minori poteſtate in ſubditos gaudere, quam populus. Idem dicendum de facultate condendi leges Regibus, alijsquè Principibus conceſſa, vt patet ex rationib' allatis. Ita Salas de legibus diſp. 7. ſec. 16. num. 79, & alij, quos in ſimili referam illatione 6. Contra nonnullos alios, apud D. Antoninum 1. par. tit. 18. cap. vnico verſ. Lex ſecundū Iſidorum, & apud Salas loco cit.

7 Tertio colligitur Reges poſſe pro ſuo regno leges ferre, nā habēt poteſtatem publicam, ſupremāquè iuriſdictionem in ſuo regno. Ita Nauar. cap. Nouit notabili 2. num. 110. Bartolus L. vltima C. de legibus, S. Thomas 1.2. q. 90. art. 3. Suarez lib. 3. cap. 9. num. 2. Salas diſp. 7. ſec. 11. num. 51. & alij communiter apud præcitatos DD.

Idem cum proportione dicendum eſt de alijs Principibus ſupremis, qui ſuperiorem in Iuriſdictione temporali non agnoſcūt, ſiue Principes, ſiuè Duces, ſiuè Comites, ſiuè Marchiones, ſiuè Barones, ſiuè alio nomine nuncupentur. Idem aſſerendum de Principibus, ſeu Ducibus Imperatorem, vel Regem recognoſcentibus, ſi ab eo facultatem acceperunt cōdendi leges ſimpliciter, vel in aliqua materia. Ita Suarez num. 3. Salas diſp. 7. ſec. 8. nu. 46. & 68. Vaſquez 1.2. diſp. 153. cap. 2. & 3. nam poteſtas condendi leges dicitur poteſtas iuriſdictionis; poteſtas autem iuriſdictionis delegabilis eſt: Iuriſdictio enim alia eſt ordinaria; & alia delegata. Ex quo etiam patet principales magiſtratus, quibus adminiſtratio, & regimen Prouinciæ incumbit, poſſe leges iuxta limites à Principe ſibi præſcriptos, ſancire. Suarez num. 5. & alij communiter.

8 Quarto colligitur Reginam, quę Regni domina eſt, poſſe leges ferre. Ratio eſt, tum quia ipſa habet poteſtatem regiam, & eſt capax iuriſdictionis regiæ cap. Ex parte 2. de priuilegijs, & cap. Dilecti de arbitrarijs, nullumque habet in tēporalibus ſuperiorem. Tum quia ſequeretur eum peccare contra iuſtitiam legalem, qui ius, & dominium regni fœminæ relinqueret, nā rectę rationi aduerſatur, vt quis conferat ius, & poteſtatem illi, qui eam ad actum reducere nō poteſt. Ita Innocentius, & Abbas in cap. Dilecti citato, & Suarez lib. 3 cap. 9. num 9. & alij apud Salas diſp. 7. ſect. 11.

Obijcies L. fœminæ ff. de reg. iuris in 6. habetur, fœminas remotas eſſe ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis, ideò nec iudices eſſe poſſe, nec magiſtratus gerere, ergo neque poteſt leges ferre.

Reſpondeo in prædicta lege ſermonem eſſe de fœminis communibus, & ordinarijs, quæ iuriſdictionem non habent. Ita Suarez num. 9. & 15. Salas nu. 64. Vaſquez, & alij.

9 Grauior difficultas eſt, vtrum cōtracto matrimonio, ad reginam, vel potius ad regem pertineat le-

ges ferre, quando ius, & dominium regni iure hæreditario, vel alio titulo competit fœminæ.

Reſpondeo ad Reginam pertinere, niſi vices ſuas marito committat. Ratio eſt tum quia ad eum pertinet adminiſtratio, & poteſtas condendi leges, ad quem pertinet ius, & dominium Regni; Ius autem, & dominiũ regni pertinet ad vxorem, nec matrimonium transfert dominium, vel adminiſtrationem regni in maritum, cũ regnum alienari non poſsit, nec in dotem dari, vt docet Baldus cap. Significauit de reſcriptis num. 3. Tiraquellus de nobilitate cap. 18. nu. 3. Vaſquez 1.2. diſp. 153. cap. 3. Suarez de legibus lib. 3. cap. 9. num. 10. Salas de legibus diſp. 7. ſec. 9. num. 63. & alij apud præcitatos DD. Tum quia vxor habens iuſpatronatus poteſt præſentare abſque viri conſenſu, & ab ea præſentatus præferendus eſt præſentato à marito; ergo etiam vxor habens ius, & dominium regni, poteſt leges ferre, non verò maritus, etiamſi maritus tanquam rex honoretur, & regis nomine appelletur. Ita DD. citati, contra nõnullos alios præcitatos DD.

Obijcies prima Corinth. 11. vir dicitur caput vxoris, & prima ad Timot. 2. non permittitur mulieri docere, nec dominari viro, ſed ſub illius eſſe poteſtate; ergo non ad Reginam, ſed ad maritum pertinet leges condere, alioquin vxor diceretur caput viri, & viro dominari poſſet.

Reſpondeo ſub diuerſis rationibus virum eſſe caput vxoris, & vxorem eſſe caput viri, nam ſi vir conſideretur per ordinem ad matrimoniũ, dicitur caput vxoris, vxorque illi tenetur obedire in ijs, quæ pertinent ad vſum matrimonij, ad domus, & familiæ gubernationem, ſeu ad œconomicum regimẽ: vxor vero dicitur caput viri, ſi ſpectetur iuxta politicã adminiſtrationem, dũ ipſi cõpetit ius, & dominium regni. Ita Suarez nu. 15. Salas num. 64. & alij DD. citati.

10 Quintò colligitur cõmunitates perfectas, ſeu reſpub., quæ per ſe ipſas gubernantur, qualis eſt Veneta, Genuenſis, & ſimiles, poſſe leges condere cum partitione accommoda, ideſt pro ſuis tantum territorijs, L. Omnes, ff. de iuſtitia, & iure. Ratio eſt quia huiuſmodi communitates habent ſupremam poteſtatem, & iuriſdictionem. Ita communiter DD. teſte Suarez lib. 3. cap. 9. num. 6.

Obijcies communitates perfectæ, ſeu reſpublicæ tranſtulerunt ſuam poteſtatẽ in ducẽ; ergo Dux nõ verò communitas poteſt leges cõdere, cum nullus ferre poſsit leges ſine auctoritate, & poteſtate.

Reſpondeo Ducem, non verò communitatem perfectã, poſſe leges condere ſi communitas in ipſum omnem poteſtatem transferat. Regulariter tamen nõ ſolent communitates omnem ſuam poteſtatẽ in Ducem transferre, ſed admixtam retinent poteſtatem, ita vt nec communitas ſine Duce, nec Dux ſine communitate poſsit leges facere, ſed totum corpus cum capite. Ita Suarez loco cit. num. 6.

11 Sextò colligitur ciuitates, quę in ſe retinent poteſtatem aliquam ſupremæ reipublicæ, & per illam ſe ipſas gubernant, poſſe leges ferre pro territorio ipſis ſubiecto, vt patet ex ratione ſæpius repetita, ſiuè

ciui-

Digitized by Google

ciuitates ſint Metropoles, quæ maximæ nuncupantur L. Si duas ff. de excuſatione tutorum, quales ſunt ciuitates habentes Archiepiſcopũ, qui Metropolitanus appellatur, ſiuè ſint aliæ ciuitates habentes forum cauſarum, quæ maiores nuncupantur, quales eſſe poſſunt aliquæ ciuitates, in quibus reſidet Epiſcopus; Quanquam de ratione ciuitatis nõ eſt, vt habeat Epiſcopũ; nam extabant ciuitates ante conſtitutionem Epiſcoporum, & hoc tempore aliquæ ciuitates reperiũtur, quę nullum habent Epiſcopum; vt eſt ciuitas Modoetiæ, & aliæ, vt benè obſeruat Bartolus in extrauag. Qui ſint rebelles verbo Lombardiæ apud Suarez, Panormit. in cap. Perniciosum de officio Ordinarij, Suarez lib. 3. cap. 9. num. 16.

Ciuitates verò, quæ non habent poteſtatem ſupremæ Reipublicæ, ſed poteſtatem in Principem tranſtulerunt, non poſſunt per ſe ſolas condere legem ex vi propriæ poteſtatis, quia carent poteſtate; cum eam in Principem tranſtulerint, eãque à ſe abdicauerint: conſequenter nequeunt ferre leges obligantes, niſi expreſsè, vel tacitè per ſuũ ſuperiorem confirmentur, Inſtit. de iure naturali §. Conſtat, & L. 3. C. de legibus, aut niſi pteſtatem condendi leges ſibi reſeruarint; & Principem crearint reſeruata ſibi hac facultate (poſſunt enim Principem creare reſeruato ſibi hoc iure) aut, niſi facultatem acceperint à Principe condendi leges, quæ municipales appellantur; hanc autem facultatem non debemus admittere: niſi eam colligamus ex antiquis priuilegijs, vel ex vſu, & conſuetudine, vt notat Suarez num. 20. loco citato Vaſquez diſp. 153. cap. 2. & 3. Salas diſp. 7. ſec. 14. & 15. quia populus concedens poteſtatem legiſlatiuam Principi, videtur eam à ſe ipſo abdicaſſe, ſicut cenſetur abdicaſſe gubernatiuam, dum Principi facultatem gubernandi conceſsit.

Ex quo patet a fortiori, minores ciuitates, quę Villæ, vel Caſtra nuncupantur, non poſſe leges propriè dictas ferre. Ratio eſt quia non habent ſupremam poteſtatem, & iuriſdictionem, nec habent forum cauſarũ, iuxta L. Si dicas ff. de excuſat. tutorum, vel ſi forum cauſarum habent, hoc non extenditur ad grauiora, niſi fortè cum ſubordinatione ad forum ciuitatis, vel maioris Iudicis. Ita Suarez num. 17. Bartolus tamen in L. Omnes populi ff. de iuſtitia, & iure, putat huiuſmodi oppida poſſe facere ſtatuta de his, quæ pertinent ad bonam adminiſtrationem, & gubernationem. Immò Sylueſter ver. Lex q. 4. Marcus Burgenſis, & alij apud Salas ſec. 14. putant quaslibet ciuitates Imperio ſubiectas, poſſe ſibi ſtatuta, quæ leges ciuiles, ſeu municipales nũcupantur, facere, vt patet in aliquibus oppidis, & Villis in Territorio Mediolanenſi conſtitutis, in quibus extant peculiaria ſtatuta, etiam contraria iuri communi. Ego verò cum Suarez, num. 17. Salas, Vaſquez, & alijs locis citatis, exiſtimo huiuſmodi Oppidę, ſeu Villas, non poſſe ex vi propriæ poteſtatis, facere ſtatuta, quæ vim legis habeant, vt patet ex allata ratione, niſi fortè peculiare priuilegium habeant, vel ſibi facultatem condẽdi ſtatuta reſeruarint, vel, niſi confirmationem à Principe obtinuerint, iuxta dicẽda de diſpenſatio-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſationibus, aut niſi aliter ex communi vſu colligatur; nam per conſuetudinem acquiritur iuriſdictio, l.finali.C.de emancipat. liber. Oldradus conſil.11.verſ. Item.& conſil.128.& alij communiter.

Non nego tamē, quin poſsint facere quaſdam conuentiones,& pacta non perpetua, ſicut poteſt pater familias in ſua domo, ex D.Tho. p. 2 quæſt.90.art. 3. Suarez, nu.17. & alijs ſuperius citatis.

Septimò colligitur legatos Summi Pontificis, ſeu Nuncios Apoſtolicos poſſe in ſua Prouincia leges, ſeu ſtatuta facere, quæ mortuo ipſo legato perſeuerent, donec à Summo Pontifice, vel ab habente æqualem poteſtatem reuocentur. Ita Panormit.cap.fin.de officio legati. Syluester V.lex §.4.Salas diſp. 8.ſect.11.Suarez, lib.4.cap.6 nu.4. & alij. Ratio eſt tum quia habent publicam auctoritatem, & iuriſdictionem. Tum quia legati Summi Pontificis in ſua Prouincia gaudēt poteſtate pluſquam Epiſcopali, & ordinaria Epiſcoporum, cap.2.& vltimo de off.leg. in ſexto; ſed Epiſcopi poſſunt in ſua Diœceſi leges ferre, vt infra tradam; ergo etiam legati; quanquam non poſſunt leges, ſeu ſtatuta contra ius commune facere, vt in ſimili dicam de Epiſcopis.

13 Addo legatos poſſe facultatē ferendi leges alteri delegare. Ratio eſt quia poteſtas legati ordinaria eſt Cap. Legatus de off.legati in 6., habens autem poteſtatem ordinariam, poteſt eam delegare, niſi aliquid ſpeciale obſtet. Immò Panormitanus, cap. Cum Bertoldus de ſententia, & re iudicata, & alij apud Salas, num.55. Contra Innocentium, Archidiaconum,& alios, putant etiam delegatum ab ipſo legato poſſe ſubdelegare; nam delegatus Principis poteſt ſubdelegare; delegatus autem à legato Summi Pontificis cenſetur delegatus Principis, cum ipſius legatus regiā poteſtatem habere dicatur.

Octauò colligitur Concilia generalia, ſi fiant auctoritate Summi Pontificis, poſſe leges,& ſtatuta generalia facere, iuxta facultatē Cōcilijs cōmunicatam à Summo Pontifice; vt ſic enim habent publicam poteſtatem,& iuriſdictionem.

Dixi, ſi fiant auctoritate Summi Pontificis, quia, ſi independenter à Summo Pontifice fiant, non habent auctoritatem ferendi leges; nulla enim eſt poteſtas in cœtu Eccleſiæ independenter à Summo Pontifice, cum Chriſtus cœtui Eccleſiæ eam immediatè non communicauerit, vt docet Bellarminus 2. de concilijs cap.14.Suarez, lib.4.cap. 6.num.7.verſ. Vnde illa.Molina de iuſtitia tract.2.diſt.21. Salas diſp.8. ſect. 3.num.25.& alij.

Ex quo licet inferre non dari appellationem à Summo Pontifice ad Concilium generale, cum Summus Pontifex non habeat ſuperiorem.

Addo ab eo Concilio, cui Sūmus Pontifex aſtitit non dari appellationem, quia appellatio datur ab vno tribunali ad aliud, & ab eodē ad eundem non poteſt appellari, cap. Nemo, cap. Cuncta, 9.quæſt.3. Quando verò Papa per ſe, & immediatè non interfuit Concilio, appellari poteſt ad Papā, vt docet Salas ſect. 14. ad finē cum Sebaſtiano Medices de legibus par. prima, quæſt.9. ex l.pri.ff.Quis,& à quo,&

Digitized by Google

ex cap. Super quæſtionum verſ. Porrò de officio delegati. Ratio eſt quia nō videtur ſimpliciter vnum, & idem Tribunal.

14 Hinc patet quid dicendum ſit de Concilijs nō vniuerſalibus, ſed Prouincialibus, nationalibus, & ſynodalibus; cū enim hæc fiant præſentibus ijs, qui auctoritatem condendi leges habent accommodatas ſuæ iuriſdictioni, tum quoad territorium, quam quoad materiā legū cap. Catholica diſt. 11. & cap. Regula diſt. 3. propterea Conciliū Prouinciale, quod fit præſente Archiepiſcopo, & Epiſcopis ſuffraganeis Prouinciæ, habet vim condendi leges pro tota prouincia. Concilium nationale, quod fit auctoritate Archiepiſcopi, ſeu primatis pręſētibus Epiſcopis nationis, cap. de Concilijs 18. diſtinct. habet vim obligandi nationem. Concilium ſynodale, quod Synodus Epiſcopalis communiter appellatur, & fit auctoritate Epiſcopi, Diœceſani præſentibus Clericis, & Prælatis illius Diœceſis, poteſt ſuis legibus Diœceſim obligare cap. Placuit 12. quæſt. 2. Hæc igitur Concilia vim habent cōdendi leges obligantes ſolum territoria iuriſdictioni ipſorum ſubiecta, non verò obligantes generaliter totam Eccleſiam, non enim faciunt ius commune, niſi Summus Pontifex hæc Concilia generaliter approbet, & ſufficienter indicet velle illa ad totam Eccleſiam extendi, ſicut de facto conſtat aliqua cōciliorum prouincialium, vel nationalium decreta fuiſſe approbata, & ad vniuerſam Eccleſiā extenſa; ad arguendam autē hanc approbationem non ſatis eſt illa inueniri apud Gratianum, vt in ſimili infra dicam de ſententijs Sanctorum Patrum. Videte Suarez, lib. 4. cap. 6. num. 10. Salas, diſp. 8. ſec. 15. num. 79. Valent. 2. 2. diſp. prima, q. j. puncto 7. & Bannes ibid. q. 1. art. 10. dub. 3. vbi etiam oſtēdunt quęnam Concilia non generalia fuerint approbata, & confirmata à Summo Pontifice, adduntque Concilia Prouincialia, nationalia, & ſynodalia, poſſe in legibus condendis errare, quia non pręſcribunt leges pro tota Eccleſia, nec de rebus grauioribus: ſi verò huiuſmodi leges approbentur à Summo Pontifice pro vniuerſa Eccleſia, erunt infallibiliter bonæ, quia Summus Pontifex in ijs, quæ vniuerſam Eccleſiam attingunt, & ad mores pertinent infallibilem habet auctoritatem, nec poteſt errare, vt cum Banne, & alijs docui de Cenſuris, diſp. 2. q. 4. puncto primo ad finem, & idem docet Salas loco cit. num. 79. & communiter recentiores.

15 Nono Generales religionum, quæ à Sūmo Pontifice approbatæ ſunt, poſſe leges ferre ſaltē in Concilio generali, ſicut etiam Prouinciales poſſunt in Concilio Prouinciali, cōcurrente maiori ſuffragiorum parte. Ratio eſt quia dicuntur habere publicam poteſtatem, & iuriſdictionem, vimque cogendi habent. Reliqui verò Prælati Religionum, licet nō poſsint leges propriè acceptas ferre, poſſunt tamen ea præcipere, quæ ad obſeruantiam regulę ſunt accommodata, nam religioſi obedientiam Prælato vouerunt; ergo ſi Prælatus aliquid pertinens ad obſeruantiam regulæ, vel obſeruantiæ regulæ accommodatū præcipiat, tenebuntur ſubditi obedire.

16 **Dixi ad obſeruantiam regulæ** accommodatum, vt aduerterem Prælatum non poſſe ſubditis præcipere quodcumque ſibi libuerit, ſed tantummodo, quæ in regulis continentur formaliter, aut virtualiter, quatenus conducunt ad ipſius regulæ obſeruantiam. Ratio eſt quia Prælatis competit poteſtas in religioſos ob votum profeſsionis, quo ſe vltro ipſi ſubiecerunt: Religioſi autem ſubiecerunt ſe ſolũ ad obedientiam ſecundum regulam; ergo non poſſunt eis à Prælatis ea pręcipi, quæ non ſunt neceſſaria, vel accommodata obſeruationi regulæ. Hoc tamen intelligendum eſt, niſi Summus Pontifex de plenitudine ſuę poteſtatis aliquid religioſis vltra præſcriptum, & obſeruantiam regulæ decreuerit, aut decernendi Prælatis religionũ facultatem dederit, nam Prælatus religionis præcisè ſolum poteſt ea præcipere, quę in regula formaliter, aut virtualiter continentur: Summus autem Pontifex poteſt etiam alia præcepta imponere, pro vt expedire iudicauerit. Ratio differẽtiæ eſt quia Summus Pontifex accepit à Chriſto auctoritatem gubernandæ Eccleſiæ, & iuuandi fideles ad Chriſti legem ſeruandam prout ei ad animarum ſalutem conducere viſum fuerit; Pręlatus verò religionis poteſtatem habet in ſubditos ſolum iuxta profeſsionem, & regulã, quatenus religioſi ſubiecerunt ſe per votum ad obediendum Prælato in ijs, quæ ad regulas pertinent, & ad regulæ obſeruantiam neceſſaria, vel accommodata ſunt; vouerunt enim obedientiam in tali, vel tali genere vitæ. Ita Suarez lib. 4. cap. 17. num. 3. Bannes 2. 2. quæſt. prima art. 10. dub. 6. Valentia 2. 2. d. 7. quæſt. 3. pun. 2. ad finem verſ. Addit, & diſp. 10. q. 4. pun. 3. ſub finem verſ. Neque verò Rodriquez tomo 3. quæſt. 19. art. 3. & tomo 2. quæſt. 45. art. 4. Salas de leg. diſp. 8. ſect. 12. vbi quãplures alios refert.

17 Hinc licet inferre ſubditos nõ teneri obedientiam præſtare Prælato diſpenſanti in regula ſine cauſa. Ratio eſt quia ſubditus tenetur obedire Prælato in ijs, quæ pertinẽt ad obſeruantiam regulæ, talis autem diſpenſatio diſsipatio eſt, nec pertinet ad obſeruantiam regulæ, ſeu ad religionis inſtitutum. Ita Valentia 2. 2. diſp. 7. q. 3. pun. 2. ad finem cum Caietano, & alijs. Præterea non poſſe, per ſe loquendo, regulas obligantes ſolum ſub pœna efficere, vt obligent ſub culpa, hæc enim eſſet noua regula, quam religioſus non vouit, vt cum S. Bernardo docet Salas loco citato, nu. 57. ad finem.

18 Item Prælatum non poſſe religioſis præcipere tranſitum ad arctiorem regulam, quia ſubditi hãc regulam non vouerunt.

Addo Prælatos non poſſe compellere ſubditos ad obſeruantiam regulæ, quæ dum ipſi profeſsionem emiſerunt, auctoritate Summi Põtificis, aut conſuetudine legitimè præſcripta, iam erat abrogata. Ratio eſt quia religioſi cenſentur vouiſſe obedientiam regulæ, quæ tunc erat obſeruanda, vt in ſimili tradã de voto, & nõ cenſentur vouiſſe primam regulæ inſtitutionem, ſed præſentem. Secus dicendum eſt, ſi regula aliquorum culpa nõ ſeruabatur, ſed nondum erat legitima cõſuetudine abrogata: tunc enim religioſi, qui poſtmodum profitentur,

tur,

tur, tenentur ad ſeruanda regulæ decreta, & nouis conſtitutionibus compelli poſſunt ad ea ſeruanda; vouerunt enim regulam illius religionis; conſequenter ad illius obſeruãtiam compelli poſſunt decretis ad hoc accommodatis. Ita Panormitanus cap. Super eo, nu.4. de regularibus. Salas nu.58.& 62. Bannes loco cit. & alij.

19 Denique Prælatum non poſſe legem ferre, qua viri religioſi teneantur clauſuram perpetuam ſeruare, hæc enim eſt noua regula, quam religioſi non vouerunt. Ita Nauar. cap. Statuimus, 19. q.3. nu. 4.& nonnulli alij recẽtiores Theologi teſte Salas, nu.61. qui hoc idẽ probare conantur de Summo Pontifice. Sed contrarium innuit Bannes loco cit. Io. Andreas, cap. Ioannes. §. ſed numquid Papa, de regularibus, quod etiam ego approbo, ſi iuſta ſubſit cauſa, vt patet ex differentia à nobis allata inter Prælatos religioſorum, & Sum. Pontif.

Dixi clauſuram perpetuam, vt aduerterem Prælatos poſſe religioſis clauſuram ad aliquod tempus ſuis ſubditis præcipere, ſi eam profectui, & obſeruantiæ regulari expedire iudicauerint: Monialibus verò non ſolum temporalis, verum etiam perpetua clauſura potuit imponi, & iure optimo impoſita eſt, etiamſi ob id regularis ipſarũ obſeruantia ſtrictior effecta ſit. Ratio eſt tum quia fœminis vtpotè curæ domus, domeſticiſque negotijs aſſuetis non adeò graue onus reputatur clauſura perpetua. Tũ quia religioſis præcipi poſſunt ea, quæ valdè expediunt ad regularem obſeruantiam, quam vouerunt; cum autem ad regularem obſeruãtiam pertineat caſtitas, quam moniales ſpecialiter profitentur, dum tria religionis vota emittunt, & non leuis iactura caſtitatis fieret, exeuntibus è clauſtris monialibus, ſequitur monialibus clauſuram perpetuam iure optimo imponi, & ſtrictiſsimè præcipi potuiſſe, grauiſsimis pœnis eam violantibus impoſitis. Ita Bannes loco cit. Panormit. cap. Super eo de regularibus. Salas loco cit. nu.58. & alij communiter; patetq; ex Bulla Gregorij XIII. edita anno 1572. ex Tridentino ſeſs.25. cap. 5. de regularibus, & Extrauag. Pij V. quæ incipit Circa paſtoralis, edita anno 1566. & ex Bulla, quæ incipit Decori, edita anno 1569. quarũ tenor videri poteſt apud Azorium prima par. lib. 13. cap. 8. quæſito 1. & apud Naldum V. clauſura nu. 4. in quibus Summus Pontifex ſtatuit ne monialis exire poſsit è monaſterio alia de cauſa, quam occaſione incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ. Negandum tamen non videtur, quin liceat Monialibus è clauſtris exire etiam alijs de cauſis conſimilibus, dum imminet probabile periculum vitæ, aut grauis, & diuturni morbi. Ita Nauar. cap. Statuimus de regularibus. nu. 4. Ioannes de Cruce de ſtatu religionis lib. 1. cap. 5. dub. 4. Azor. loco cit. quæſito 1. ad finem, & alij, quos refert Auguſtinus Barboſa in remiſ. circa Concilium Tridentinum ſeſs. 25. cap.5. nu.4. Ratio eſt quia iſti caſus videntur per Epicheiam excepti, & Eccleſia non obligat cum tanto incommodo; non tamen poſſunt moniales è monaſterijs exire, vt curam nepotum ſuorũ gerant, etiãſi nepotes omnibus alijs propinquis deſtituti ſint, vt ex decla-

declaratione Cardinalium, notat P. de Marzylla ſeſs. 25. cap. 5. verſ. Exeundi, ſicut etiam ex eadem cógregatione matrem, aut ſororem, aliamuè conſanguineam, non poſſe clauſtra monialium ingredi cauſa viſendæ filiæ, vel ſororis, vel cóſanguineæ, notat Rodriquez quæſtio. reg. tomo 1. quæſt. 64. a nu. 21. Zerola in praxi Epiſcopali V. Moniales, num. 8. Barboſa loco citato num. 5.

20 Addo neque puellas poſſe hoc tempore in monaſteria monialiũ, etiam educationis gratia recipi ſine licentia Papæ, ſeruatis quibuſdã conditionibus, quas recẽſet Quaranta V. Monaſteria Monialiũ. Zerola loco cit. nu. 10. Azor. loco cit. quæſito 4. Rodriquez q. 46. art. 10. Barboſa loco citato, apud quos plura ad clauſuram tum monialiũ, tum religioſorum pertinentia videre poteſtis, quorum pertractatio ad præſentem locum minimè ſpectat.

21 Decimò colligitur Epiſcopos poſſe leges Eccleſiaſticas ferre pro ſua Diœceſi; habent enim auctoritatem publicam, iuriſdictionem, & vim cogendi. Ita communiter Canoniſtæ, & Summiſtæ, teſte Suarez lib. 4. de leg. cap. 4. nu. 2.

22 Hoc tamen limitandum eſt primo in rebus grauioribus, quamuis enim Epiſcopo permittatur poteſtas ſanciendi ea, quæ ad ordinariam eccleſiæ ſuæ gubernationem, & ad commune animarum ſuarum regimen ſpectant, vt benè docet Suarez loco citato cap. 5. & 3. parte tomo 4. diſp. 7. ſect. 4. nu. 5. Salas de leg. diſp. 8. ſect. 5. nu. 37. & alij communiter ex Suarez loco cit. cap. 4. de legibus, nu. 2. tamen per Eccleſiæ decreta impediuntur, ne in cauſis grauioribus leges, vel ſtatuta ferant, quatenus cauſæ grauiores Sũmo Pontifici per regulam generalẽ reſeruatæ ſunt cap. Maiores de Baptiſmo, & cap. 1. de trãslatione Epiſcoporum: ſunt autẽ grauiores cauſæ Summo Pontifici reſeruatæ tum in ſignum ſupremæ poteſtatis, quæ in Summo Pontifice reſidet, tum vt leges maturiori iudicio, & conſilio decernantur, cap. Maiores citato. Quæ autem cauſæ grauiores dicantur videri poteſt apud præcitatos Doctores.

23 Secundo, limitandum eſt in legibus, vel ſtatutis contra ius commune. Ratio eſt quia licet Epiſcopus poſsit leges, ſeu ſtatuta à ſe, vel à ſuis prędeceſſoribus lata abrogare, modò non fuerint confirmata à Summo Pontifice, vt infra in ſimili dicam de Diſpenſationibus, tamen non poteſt facere leges, vel ſtatuta contra ius commune, quia inferior non habet poteſtatem in ſuperiorem. Ita Panormitanus cap. Cum dilectus, nu. 10. & cap. fin. nu. 5. de officio legati. Nauarrus titulo de regularibus lib. 3. conſilio 26. num. 8. Suarez lib. 4. cap. 5. n. 2. Baldus L. Omnes populi nu. 8. Iaſon, & alij apud Salas ſect. 6. num. 40. omiſsis ijs, quos magno numero referam in ſimili de diſpenſationibus.

Non nego tamen, quin Epiſcopus in caſu aliquo particulari, dũ ſuperior adiri, vel conſuli commodè nequit, poſsit aliquid contra ius commune decernere iuſta interueniente cauſa, vt cum multis Doctoribus in ſimili oſtendam de Diſpẽſationibus, & ſic præter DD. ibi citandos docet Decius cap. At ſi

ſi Clerici §. de adulterijs nu. 81. de Iudicijs, & alij apud Salas nu. 40. ſect. 6. Ratio eſt tum quia iuſta interueniente cauſa licet venire contra expreſſum domini mandatum ob eius præſumptam voluntatem l. Si hominum. ff. Mādati. Tum quia Epiſcopus poteſt aliquando iuſta de cauſa pœnitentiam à Summo Pontifice impoſitam minuere, iuxta Gloſſam cap. Tempora plenitudinis. v. A quo iudicio 26. q. 7. ergo poterit etiam iuſta interueniente cauſa aliquid contra ius commune decernere in caſu particulari, licet nō poſsit abſque ſpeciali mandato Summi Pontificis contra ius commune leges ferre. Tum quia iuſta de cauſa poteſt in caſu particulari diſpenſare in lege ſuperioris: ergo poteſt contra legem ſuperioris in caſu particulari aliquid decernere iuſta concurrente cauſa. Tum quia hic caſus cenſetur per Epicheiam exceptus, nec ſuperior præſumitur inuitus.

24 Tertiò aliqui DD., quos reijcit Salas ſect. 7. nu. 41. Suarez lib. 4. cap. 5. nu. 2. Vaſquez diſp. 153. cap. 2. limitant, vt Epiſcopus non poſsit ferre leges ſine concilio, vel conſenſu Capituli, aut Cleri. Sed hæc limitatio gratis aſſeritur, cum nullo ſolido fundamento nitatur, nec poteſtas Epiſcopi conferatur dependēter à Clero. Quamobrem dico Epiſcopos regulariter loquendo poſſe leges ſine concilio clericorum ferre, exceptis caſibus in iure expreſſis, vt patet ex cap. vltimo de ferijs, & excepta neceſsitate ad hoc cogente.

25 Hinc patet quid dicendum ſit de Patriarchis, & Archiepiſcopis, hos enim cēſeo in ſua Diœceſi poſſe legem condere, cum eadem gaudeant poteſtate in ſua Diœceſi, qua gaudent Epiſcopi: non tamen poſſunt extra Prouinciale Concilium leges ferre obligantes totam Prouinciam, cum nullus ferre poſsit leges vltra limites ſuæ iuriſdictionis, excepto fortè tempore viſitationis Prouinciæ, ca. Sicut primas. 9. q. 3. & cap. Sicut olim de accuſationibus. Ita Sanchez lib. 8. de Matrimonio, diſp. 17. num. 36. verſ. At dicēdum. Salas de legibus, diſp. 8. ſect. 9. num. 48. Suarez de legibus, lib. 4. cap. 5. nu. 3. & alij, quos in ſimili referam de diſpenſat. pun. 1. num. 14. præter Graſſium, Henriquez, Coninch. & alios per me allegatos de Pœnit. diſp. 5. q. 7. puncto 8. §. 2. nu. 5. & de Cēſuris diſp. 1. q. 1. quæſit. 11. n. 18.

26 Vndecimo colligitur Cardinales poſſe in loco, ſeu Eccleſia ſui Tituli ferre leges obligātes ſuum territorium. Ratio eſt quia Cardinales in loco, ſeu Eccleſia ſui Tituli ea gaudent Iuriſdictione, qua Epiſcopi in ſua Diœceſi. Extra Eccleſiam verò ſuorum titulorū nequeūt leges ferre, quia tantum in Eccleſijs ſuorum titulorum habent iuriſdictionem Epiſcopalem, cap. his, quæ de maiorit. & obedien. & cap. Querelam de elect. Ita Panormitanus in dicto ca. Querelam, Hieron. Manfred. tracta. de Cardinalibus deciſ. 134. & alii apud Suarez lib. 4. de legibus, cap. 5. n. 4. apud Salas de leg. diſp. 8. ſect. 8. nu. 45. & apud Sebaſtianum Medices de legat. p. 1. q. 10.

Dixi, obligantes ſuum territoriū, quia certū eſt Cardinales, aut etiā Cœtum Cardinalium non poſſe legem vniuerſalem condere; nā Collegium non habet iuriſdictionē ad feren-

ferendas leges, cum nullibi Collegio Cardinalium talis facultas cōceſſa reperiatur; cum enim Collegium Cardinalium non ſit de iure diuino, iuxta probabiliorem ſententiam, nullamq; habeat Iuriſdictionem, quæ à Summo Pontifice non pendeat (Cardinales enim à Syluestro Papa instituti ſunt, vt ex cap. Præſul 2.q.5. obſeruat Sebaſtianus Medices de legibus parte 1. q. 10.) dicendum eſt Collegium Cardinalium non habere maiorem auctoritatem, quam illi conceſſa ſit à Summo Pontifice; nullibi autē extat facultatem condendi leges cōceſſam fuiſſe Cardinalibus. Ita Suarez loco citato cap.6.num.5. Sebaſtianus Medices, Salas, & alii locis citatis. Et hoc procedit non ſolū viuente Summo Pontifice, verum etiam Sede Apoſtolica vacante, vt expreſsè conſtat Clement. Ne Romani de electione, vbi irritatur quidquid factum fuerit à Collegio Cardinalium pertinens ad iuriſdictionem, & poteſtatem Summi Pōtificis: dum viuit, exceptis iis, quæ Cardinalibus conceduntur Capit. Vbi periculum de electione, in quo capite Cardinalibus permittuntur ſolum ea, quæ ad electionem Summi Pontificis, & ad defenſionem Eccleſiæ, & quæ ad occurrendum imminentibus periculis ſpectant. Vnde ſi ad occurendum periculis, vel ad defenſionem Eccleſiæ neceſſariam eſſe duxerit lationem alicuius præcepti ſede Apoſtolica vacante duraturi, poterunt huiuſmodi præceptum ferre; non verò legem, cùm hæc non ſit neceſſaria; lex enim perpetuò durat, niſi reuocetur, vel materia, aut cauſa eius ita mutetur, vt iuſta eſſe deſinat, vt cum Bartolo. Nauarro, & aliis docet Suarez lib.1.de leg.cap.10.num.7. Non poteſt igitur Collegium Cardinalium viuente Summo Pontifice, vel Sede Apoſtolica vacante, legem vniuerſalem, aut etiam particularē, niſi in propriis titulis ferre; cum hoc ei non permittatur. Ita Panormitanus: cap. Cum te de re iudicata, nume.13.& alii apud Suarez lib.4.de leg.cap.6. nu.5. apud Sebaſtianum Medices, & apud Salas locis citatis. Contra Manfredum de Cardinalibus deciſio. 6. Archidiaconum, & alios apud præcit. DD.

Obiicies primo Collegiū Cardinalium habet auctoritatem Senatus, cap. Eccleſia 16.q. 1. & cap. Conſtantinus 96.diſt.; Senatus autem poteſt ferre legem. l.Non ambigitur ff.de legibus.

Reſpōdeo negando Collegium Cardinalium habere iuriſdictionē Senatus: hoc enim non habetur in citatis iuribus: comparari tamen poteſt Collegium Cardinalium Senatui quoad honores, & dignitates. Preterea etiamſi daremus Collegium Cardinalium habere iuriſdictionem Senatus, nō tamen hinc ſequitur Collegium Cardinalium poſſe leges eccleſiaſticas ſancire: quia Senatus nō habet iuriſdictionem ſpiritualem, nec eam potuit Imperator conferre.

Obiicies ſecundo. Cardinales ſede vacante ſunt loco Pontificis, & ad ipſos pertinet eligere Summum Pontificem conditorem legum: ergo poſſunt etiam leges ferre, nam qui poteſt maius: poteſt etiam minus, & qui poteſt iuriſdictionem alteri dare, poteſt etiam ea vti.

Re-

Reſpōdeo cœtum Cardinalium eſſe loco Pontificis in ijs, quæ illi conceduntur à Summo Pontifice, non verò in alijs. Præterea licet ad Collegium Cardinalium pertineat electio Papæ, tamen ipſi non conferunt iuriſdictionem propriè, & immediatè, ſed tantūmodo diſpoſitiuè, quatenus concurrunt ad electionem, qua facta Deus confert auctoritatem Summo Pontifici, & Summus Pontifex concedit auctoritatem Cardinalibus, eamque conceſsit ad eligendum, non verò ad ferendas leges, vel etiam ad alios actus minus nobiles; conſequenter non valet dicere, Cardinales poſſunt eligere conditorem legum, ergo etiam poſſunt leges condere, ſicut non valet dicere primo Cardinales poſſunt eligere Sūmum Pontificem; ergo etiam poſſunt creare Cardinales, non enim Cardinalis creare poteſt Cardinalem, iuxta Suarez, & Salas locis citatis, & iuxta Panormitanum, & Decium cap. Licet de electione. Contra Vgonē, cap. Nullus 79. diſtinct. Secundò Electores Imperij poſſunt Imperatorem eligere; ergo etiam poſſunt legem vniuerſalem ferre. Tertiò Sacerdotes poſſunt conficere corpus Chriſti, ergo etiā poſſunt conſecrare vaſa, & inſtrumenta, quæ ad conſecrationem adhibentur. Quarto homo poteſt intelligere, ergo etiam volare.

Hinc ergo patet in iuriſdictione argumentandum non eſſe à maiori ad minus, & ab actu nobiliori ad minus nobilem diuerſæ rationis, vt benè docet Glo. in Clement. 2. de electione V. Poteſtatis, & alij apud Suarez loco citato. Ratio eſt quia iuriſdictio pendet à concedentis voluntate, quæ poteſt vnum concedere alio denegato.

Obijcies tertio, nullus poteſt in alium transferre, quod non habet. L. Nemo, ff. de regulis iuris; ſed cętus Cardinalium transfert in Summum Pontificem poteſtatem, condendi leges, ergo cętus Card. habet poteſtatem condendi leges.

Reſpondeo cętum Cardinalium non transferre in Summum Pontificem auctoritatem condēdi leges, niſi diſpoſitiuè, & materialiter, quatenus facta per Cardinales electione, Deus per modū cauſæ principalis poteſtatem confert. Ita Salas, & alij.

27 Hinc dubium incidenter emergit, penès quem ſtet electio decedentibus Cardinalibus.

Reſpondeo ſi ſaltem duo remaneant, ius eligendi penès ipſos remanere. Cap. Vbi periculum, de electione in 6. in quo cap. permittuntur Cardinalibus ea, quæ pertinent ad electionem Summi Pontificis vacante ſede Apoſtolica, & cum ibi ſermo ſit de Cardinalibus in numero plurali, & pluralitas de duobus verificetur, cap. Pluralitas de regulis iuris in 6. ſequitur penès duos Cardinales ſuperſtites ius eligendi remanere, mortuis aliis. Si verò vnus tantummodo remaneat mortuis aliis, Decius cap. Licet de electione. Sebaſtianus Medices loco citato, Salas loco cit. nu. 46 putant eum poſſe aliquem ſecum aſſumere data illi facultate eligendi. Ratio eſt tum quia hoc videtur cōforme benignæ Summi Pontificis intētioni, ne Sedes Apoſtolica diù vacet. Tum quia ſic expreſſum videtur in cap. Vbi periculum cit. in quo ſede vacāte data eſt Cardina-

libus-

libus facultas faciendi ea, quæ cõducunt ad obuiandum periculis imminentibus; imminent autẽ magna pericula non facta Summi Põtificis electione. Hæc ſentẽtia probabilis eſt, quamuis non careat difficultate, in qua nõ immoror, quia hanc ipſam nunquam euenturam ſpero.

Idem dicendum videtur, ſi omnes Cardinales, vno excepto, è conclaui decedant. Immo ab eo ſolo, qui ſuperſtes eſt Summum Pontificem eligi poſſe, docet idem Medices loco citato cum Iaſone. L. Si grege. 14 ff. de legibus, & aliis: ſi vero omnes Cardinales nullo ſuperſtite moriantur poterit Concilium generale congregari, & ab eo Summus Pontifex eligi, teſte Decio cap. Licet cit. Sebaſtiano Medices, q. 10. cit. & aliis apud Salas loco citato, nullus enim congruentior modus eligendi poteſt aſsignari, nec Collegium Cardinalium eſt de iure diuino, vt ſuperius innui.

Duodecimo colligitur Abbates exemptos, alioſque ſimiles Prælatos habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem, qualem habent Prælati, qui iure ordinario poteſtatem habent excõmunicandi, ſuſpendendi, interdicendi, & ſimilia faciendi, vt docet Suarez de Cenſuris tom. 5. diſp. 2. ſec. 2. nu. 9. poſſe leges condere in ſuis, quaſi Diœceſibus, niſi aliundè conſtet hoc ipſis vetitum eſſe. Ratio eſt quia poteſtas ferendi leges eſt adnexa poteſtati, & iuriſdictioni Epiſcopali; hos autem ſupponimus habere iuriſdictionẽ Epiſcopalem in ſuis quaſi Diœceſibus. Ita Sebaſtianus Medices prima parte de legib. q. 15. Suarez lib. 4. cap. 5. nu. 4. Salas de legibus diſp. 8. ſect. 10. nu. 49. & alii.

Hoc tamen intelligẽdum eſt modò leges non ſint contra ius commune, vt ſuperius docui de legibus Epiſcoporum.

29 Decimotertio colligitur Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, poſſe mortuo Epiſcopo, leges, vel ſtatuta facere duratura donec reuocentur ab Epiſcopo ſucceſſore. Immò etiam poſſe ſtatuta ab anteceſſoribus Epiſcopis facta reuocare, & cõtraria ſtatuere, ſi ita expedire iudicauerit. Ratio eſt tum quia Capitulũ exceptis caſibus in iure expreſsis, & conſuetudine in contrarium, ſuccedit ſede vacante in iuriſdictione Epiſcopi, quoad totam ordinariam adminiſtrationem in tẽporalibus, & ſpiritualibus. Cap. Cum olim de maioritate, & obedientia. Cap. vnico eodem in 6. Cap. Si Epiſcopus, & cap. vltimò de ſupplendis negligentijs prælat. in 6. & Triden ſeſs. 24. cap. 16.; ſed poteſtas ferẽdi legem pertinet ad poteſtatem, & iuriſdictionem ordinariam Epiſcopi: ergo Capitulũ ſuccedit in iuriſdictione ferendi leges. Tum quia Capitulum ſede vacante poteſt cũ illegitimo diſpẽſare ad maiores ordines, & ad beneficium ſimplex, ſicut poteſt Epiſcopus. Cap. 1. de filijs Presbiterorum in 6. iuxta Federicum de Senis conſil. 30. & 40. Nauar. conſi. 28. de tempor. ordinat. Salas diſp. 8. de legibus ſec. 16. ad finem, nu. 87. & alios contra Gloſ. Clement. 1. §. 11. Verbo Capituli de hæreticis. Præterea diſpenſare poteſt in Irregularitate ſicut Epiſcopus. iuxta Sanchez lib. 8. diſp. 2. nu. 10. de Matrimonio. Hẽriquez lib. 14. cap. 16. nu. 1. Praxim

Nea-

Digitized by Google

Neapolit.cap.66. nu.22. Reginaldũ lib.30.nu.29. Suarez de pœnit. diſp. 30.ſect.2.nu.4.& alios, quos retuli de Cenſuris, præter eos, quos refert Auguſtinus Barboſa in remiſs. circa concilium ſeſs. 24. cap.6. nu. 6. Ergo gaudet etiam eadem poteſtate ad leges ferendas, qua gaudet Epiſcopus; cum eiuſdem poteſtatis ſit leges condere, & abrogare. Ita Syluester V.Cap.quæſito 6. Panormit. cap.Cum olim de maioritate, & obedient.nu.24.Felin.cap.Cum omnes de conſtit. nu. 9. & alij, quos citat,& ſequitur Suarez lib.4. de legibus cap.6.nu.14. & Pauin. de poteſtate Capituli ſede vacante q.6. Contra Sebaſtianum Medices prima parte de legibus, q. 16. Salas de legibus diſput.8. ſectio.16.nu.86.& alios graues Theologos teſte Salas.

Obijcies cum Sebaſtiano Medices, Collegium Cardinalium, aut Concilium Epiſcoporũ non poteſt vacãte ſede Apoſtolica leges Pontificias abrogare, aliaſque Conſtitiones vniuerſales totam Eccleſiã obligantes ferre; ergo neque Capitulum Eccleſiæ Cathedralis poteſt ſede Epiſcopali vacante leges ferre pro Diœceſi, ſicut neque poſſunt Electores Imperij, aut Conſiliarij Regis ſede vacante,& interregno exiſtente.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio differentiæ eſt quia poteſtas Summi Pontificis non deuoluitur ad Collegium Cardinaliũ, vel ad Concilium; cum poteſtas Summi Põtificis accipiatur à Deo, qui hanc poteſtatem non inſtituit deuolui ad cœtum Cardinalium, vel ad Eccleſiam, vt ſuperius innui; poteſtas verò ordinaria Epiſcopi ex iuris diſpoſitione deuoluitur ad Capitulum ſede vacante exceptis caſibus in iure expreſsis ex Tridẽt. ſeſs.7.cap.10. de reformatione, nec eſt ſimile de conſiliarijs regis, aut electoribus, cum hoc priuilegiũ ipſis nullo iure conceſſum ſit.

30 Grauior difficultas eſt primo, vtrum Capitulum Eccleſiæ Cathedralis poſsit viuente Epiſcopo aliquas leges, vel ſtatuta facere.

Reſpondeo non poſſe leges, vel ſtatuta facere de ijs rebus, quæ ad alios pertinent. Ratio eſt quia non habent iuriſdictionem in illos: de ijs verò, quæ ad bonum regimen, & ordinem Capituli pertinent, poſſunt leges ferre, etiam ſine conſenſu Epiſcopi Argumento, cap. Cum omnes de conſtit. quanquam in grauioribus, quæ pertinent ad obſeruantiam antiquarum conſtitutionum, & ad commoda ſuę Eccleſiæ, neceſſarium eſſe Epiſcopi conſenſum, communis eſt opinio Doctorum, Argumento cap. Cum conſuetudines de conſuet.& cap. Cum acceſsiſſent de conſuetudine, vbi etiam exigitur conſenſus Summi Pontificis in re graui. Ita Syluester V. lex quæſito 4. Abbas, cap. Cum omnes de Conſtit. Felinus, ibid.nu. 8. Suarez, lib.4. de legibus, cap.6.nu. 11. Sebaſtianus Medices, quæſt. 16. Salas diſp.8.ſect.16.num.84. & alij. Contra Archidiaconum, & alios apud Salas, num.81.

Obijcies primo Capitulum viuente Epiſcopo nullam habet iuriſdictionem, neque paruam, neque magnam: Lex autem ferri debet ab eo, qui publicam habet iuriſdictionem.

Reſponderi poteſt primò Capitulum in minoribus pertinentibus

ad ordinem, & regimen Capituli, & ad curam, adminiſtrationemque facultatum ſpectantium ad menſam capitularem, habere iuriſdictionẽ ex recepta conſuetudine cum tacito Summi Pontificis conſenſu; nã conſuetudo legitima, poteſt iuriſdictionem conferre, & auferre; & ſic dicẽdum erit, huiuſmodi leges, ſeu ſtatuta à Capitulo condita, eſſe veras, & proprias leges Capitulum obligantes.

Reſponderi poteſt ſecundò dato, quòd Capitulum à Summo Pontifice per conſuetudinem non acceperit iuriſdictionem condendi leges, nihilominus negandum non erit, quin Capitulum poſsit ſaltem aliquas ordinationes ferre, ad quas teneatur Capitulum ex vi iuramenti, quod Canonici ſolent emittere, & ex vi pacti, vel promiſsionis, qua Capitulũ obligat ſe ad obſeruãtiã eorum, quæ in Capitulo fuerint cõſtituta, & hæ non dicuntur propriè leges, vtpotè manantes ab eo, qui non habet iuriſdictionem, vt ſuppono, ſed dicuntur regulæ, ſeu ordinationes, ſeu conſtitutiones, quæ ex alio titulo, quam ex vi legis, & iuriſdictionis propriè acceptę, poſſunt obligare. Vnde cernimus aliquas Achademias, ſeu Congregationes aſtringi ad ſuas cõſtitutiones ſeruandas, non ex vi legis, vel ſtatuti propriè accepti, ſed ex ſtatuto fidelitatis, qua promiſerunt, vel iurarunt illarum obſeruantiã, cap. Ex literis de conſtit. verſ. Licet à nobis. Ita Suarez loco cit. nu. 12. & 13. Syluester V. Lex quæſito 4. & alij.

Obijcies ſecundò Epiſcopus eſt caput Capituli, cap. Nouit de his, quæ fiunt à Prælato; ſed nullũ corpus poteſt quicquam facere ſine ſuo capite; ergo Capitulum nihil poteſt ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi.

Reſponderi poteſt Epiſcopum eſſe caput capituli in grauioribus; in leuioribus verò Capitulũ eſſe corpus diſtinctum ab Epiſcopo, & habere pro capite Decanũ. Ita Gloſ. Clem. 2. de ſtatu, & qualitate, Salas num. 84. Suarez num. 11. & alij.

31 Secundò difficultas eſt, vtrum Capitulum aliarum Eccleſiarum, Collegia, Societates, & ſimilia, habeant poteſtatem ferendi leges.

Reſpondet Salas, ſect. 17. art. 89. Felinus, cap. Cum omnes Panorm. cap. Cum acceſsiſſent. Syluester V. lex quæſito 5. Iuriſperiti, & Canoniſtæ cõmuniter, habere poteſtatẽ ferendi leges de minoribus ad ſe pertinentibus: non verò de grauioribus, vt patet à ſimili ex dictis de Capitulo viuente Epiſcopo. Sed mihi dicendum videtur cum Suarez loco citato, cap. 6. num. 19. Contra præcitatos DD. has, & ſimiles cõmunitates, non poſſe leges propriè acceptas ferre, niſi conſtet illis communicatam eſſe poteſtatem à legitimo ſuperiore. Ratio eſt quia nullo iure ſufficienter probatur huiuſmodi cõmunitates gaudere poteſtate condendi leges propriè acceptas; cum poteſtas condendi leges, ſeu ſtatuta propriè accepta, ſit poteſtas iuriſdictionis, vt benè docet Suarez, lib. 3. de legibus, cap. 2.

Dixi leges propriè acceptas, vt aduerterem ab huiuſmodi communitatibus, ferri poſſe ordinationes, & conſtitutiones tàm diſpoſitiuas, quàm pœnales; licet non ſint propriè leges, vt in ſimili docui de Capitulo viuẽte Epiſcopo in ſecunda obie-

Digitized by Google

obiectione; poteſtas autem ad ferendas huiuſmodi Ordinationes fundari poteſt Primò in iuriſdictione dominatiua, quatenus homines alicuius communitatis, vel Collegij tradunt illi communitati, vel præſidi communitatis ius in ſe ipſos, ſeque illi ſubditum efficiunt, vt gubernentur, & puniantur, niſi obedientiam præſtiterint, poteſt.n. quis ſe ipſum alteri ſubijcere, & ius in ſe ipſum alteri tradere, ſicut poteſt ſe ipſum alteri in ſeruum vēdere. Ex quo patet quo pacto gubernari poſsint nouitij in religione, dato quod in religione non eſſet alia poteſtas ſuperioribus religionis cōmunicata. Secundò fundari poteſt in pacto, vel promiſsione, vel iuramento, quo promittunt obſeruantiam eorum, quæ fuerint impoſita, vt patet ex ſupra dictis.

Ex quo patet quid dicendum ſit de communitatibus, & Pręlatis religioſorum, in quibus vtraque poteſtas reperiri poteſt, nempè iuriſdictionis iuxta terminos ſibi à Summo Pontifice præſcriptos, & ſuperioritatis iuxta decreta regulæ, iuxta quam religioſi Prælato vouent obedientiam. Ita Salas loco citato ſect. 18. Suarez num. 21. Sebaſtianus Medices de legibus prima parte, quæſt. 9. & 15. Et hoc valere videtur non ſolum in Prælatis virorum religioſorum, verum etiam in Abbatiſsis alijſvè Monialiū Præfectis ſeruata proportione. Et quāuis Abbatiſſæ facilè poſsint errare, tamē habent Epiſcopum, alioſque Prælatos ſuperiores, qui eas poterunt corrigere, ipſarumque poteſtatem limitare, vbi ſic expedire iudicauerint. Ita Salas diſp. 8. ſect. 19. nu. 96. Cōtra plures alios DD. apud eūdē.

32 Decimoquartò colligitur eos omnes, quibus poteſtas condendi leges competit per iuriſdictionem delegatam, poſſe leges condere. Ratio eſt quia poteſtas condendi leges delegabilis eſt Cap. Grauem de ſententia excommunicationis; nam eſt pars iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vel ſecularis; iuriſdictio autem tām ſecularis, quām Eccleſiaſtica delegabilis eſt. Ita Suar. lib 4. cap. 6. ad finem. Panorm. cap. Grauem de ſentent. excom. num. 1. Salas diſp. 8 ſect. 19. num. 92. & alij.

33 Ex quo patet Senatum Mediolanenſem poſſe leges, & ſtatuta facere pro territorio Mediolanenſi, quia gaudet publica iuriſdictione à Potentiſsimo Hiſpaniarum Rege conceſſa.

34 Sed modo dubium eſt primo vtrum Summus Pontifex delegare poſsit alicui facultatem ferendi leges in totam Eccleſiam independenter ab approbatione ſpeciali ipſius Summi Pontificis.

Reſpondet Salas, num. 93. non expedire hanc poteſtatem alteri perſonę delegari; nullum autem eſſe abſurdum, ſi delegetur Concilio Generali.

Ego verò reſpōdeo cum Suarez lib. 4. cap. 6. num. 22. hanc poteſtatem non eſſe delegabilem, vel ſaltem non eſſe delegandam. Ratio eſt quia cum poteſtas obligandi totam Eccleſiam ſit infallibilis, & pendeat ab ea, quæ in rebus ad mores pertinentibus errare nō poteſt, hæc autem ſit propria Summi Pontificis, cui promiſſa eſt ſpecialis aſsiſtentia, & directio Spiritus Sancti, dicendum videtur hanc poteſtatem non eſſe delegabilem, ſicut neque delegabilis eſt poteſtas defi-

definiendi res fidei, vel ſaltem non eſſe delegandam, ne tota Eccleſia periculum ſubeat errãdi in re magni momenti.

Secundò dubium eſt vtrum poteſtas condendi leges, fœminis à Summo Pontifice delegari poſsit.

Ex ſupra dictis conſtat fœminis delegari poſſe facultatem condendi leges ciuiles.

35 Sed modo dubium eſt vtrũ fœminis delegari poſsit poteſtas condendi leges Eccleſiaſticas, & ſpirituales.

Reſpondeo mihi probabile videri, fœminis de poteſtate Summi Pontificis abſoluta delegari poſſe facultatem condendi leges Eccleſiaſticas, & ſpirituales. Ratio eſt tum quia nulla ſufficiens implicantiæ ratio, nec vllum ius diuinum afferri poteſt, ex quo liceat inferre fœminas de abſoluta Summi Pontificis auctoritate non poſſe leges ferre. Tum quia Summus Pontifex poteſt ex ſuprema ſua poteſtate iuriſdictionem cõferre fœminæ ad ferendas cenſuras, vt cum Paludano, Nauar. Vgolino, & alijs docui de Cenſuris, quæſt. 1. puncto 2. num. 4. & idem, præter DD. ibi cit. ſuſtinere videtur Pater Salmeron 1. Corinth. 14 diſp. 32. verſ. Subdit, & Salas diſp. 8. ſect. 19. num. 44. Contra Victoriam relec. 2. de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. 2. num. 3. 4. & 5. Auilã, & alios, quos innui de Cenſuris loco cit. Et contra Suarez de legibus teſte Salas. Sed hoc apud Suarez nuſquam inueni, ſed potius cenſeo ipſum noſtræ ſententiæ fauere, vt patet à ſimili ex dictis de Cenſuris.

Obijcies prima Corint. 14. dicitur Mulieres in Eccleſijs taceant; turpe. n. eſt mulieri loq. in Eccleſia. Reſpondetur ex eo loco non ſufficienter colligi hoc adeò turpe eſſe, vt iure diuino ſimpliciter vetitũ ſit, ne Summus Pontifex diſpenſare poſsit, vt fœmina publicè in Eccleſia non doceat, ſi debita ſciẽtia, morumque probitate prædita ſit, iuxta Summi Pontificis iudiciũ, vt cernimus exẽplo Sanctæ Catherinæ Senenſis, quæ apud Summum Pontificem, & Cardinalium cętum ſæpius admiſſa fuit ad concionandum.

36 Tertiò dubium eſt vtrum Sanctis Patribus data fuerit facultas ferendi leges.

Reſpondeo Sanctis Patribus nõ fuiſſe datam ferẽdarum legum poteſtatem, niſi aliundè conſtet hoc priuilegium alicui fuiſſe communicatum; nam aſſerenti ſe priuilegiũ ad condendas leges habere, incumbit onus probandi, cum præſumptio ſtet contra ipſum; & cum hæc ſit quęſtio facti, non cadit ſub ſciẽtiam, niſi priuilegium exhibeatur, & ſufficienter probetur. Ità ſentire videntur DD. ſtatim citandi, & alij quos in ſimili referam de immunit. Eccleſiaſtica.

37 Hinc ſequitur ſententias SS. Patrum vim legis non habere per ſe, etiamſi in decretis apud Gratianũ reperiantur. Ita communior DD. ſententia. Ratio eſt quia ad leges condendas non ſufficit probitas; immò vitæ probitatem nõ eſſe neceſſariam ad condendas leges certum eſt de fide Matthei 23. Super Cathedram Moyſi ſederũt Scribæ, & Phariſæi, & latè probat Suarez, lib. 4. cap. 2. Turrecremata 4. ſum. parte 2. cap. 19. Caiet. in opuſculis de poteſtate Papæ à cap. 18. vſque ad 22. Sotus in 4. diſt. 22. quæſt.

2. art.

Digitized by Google

a. art. 2. Salas de leg. diſp. 8. ſect. 20. vbi etiam oſtendunt poteſtatem condendi leges non ammitti per infidelitatem, cum nullo iure probetur hanc poteſtatem per infidelitatem ſtatim ante ſententiam ammitti; cum ergo ad condendas leges non ſufficiat probitas, ſed requiratur iuriſdictio, qua caruerunt SS. Patres, vel ea vti noluerunt, etiamſi Pontificia dignitate fulgerent, dicendum eſt ſententias SS. Patrum vim legis non habere. Quamobrem Innocentius IV. qui magna vtriuſque iuris ſcientia præditus erat, & multa diſertè ſcripſit in Decretales, ſępius dixit nolle ſuis lucubrationibus, & ſententijs ligare Chriſti fideles, teſte Hoſtienſi, Cap. Solet de ſententia excommunicationis in 6.

Dixi per ſe, vt aduerterem ſententias Patrum poſſe vim legis habere, quatenus teſtantur de præcepto diuino, vel Apoſtolico, vel Eccleſiaſtico; tunc enim illorum dictis non tãquam legislatoribus, ſed tanquam teſtibus maxima fide dignis, fides præſtãda erit, iuxta maiorem, vel minorem Patrum conſenſum in ea re.

Dixi etiamſi in Decretis apud Gratianum reperiantur. Ratio eſt tum quia Gratianus non habuit vim condendi leges, nec ipſius dicta vim legis habẽt, vt docet Gloſſ. in proemio ſexti; Verbo titulis, & Ripa cap. 2. de reſcriptis, nec vllus ſummorum Põtificum approbauit omnia, quæ in decretis Gratiani continentur. Tum quia Gratianus non collegit omnia ex ſuis originalibus, ſed multa ex antiquioribus decretorum collectoribus; conſequenter fieri poteſt, vt deceptus ſit, præſertim in nominibus auctorum. Vndè in decreto Gregoriano multa emendata ſunt. Tum quia leges ciuiles, quæ à Gratiano in decretis referuntur, non habent vim legis Pontificiæ, & eccleſiaſticæ, niſi ab aliquo Pontifice ſint canonizatæ, ſed primæuam ſuam diſpoſitionẽ retinent, vt docet Gloſ. cap. 1. de rebus eccleſiæ non alienandis. Panormit. cap. 2. de reſcrip. Nauar. de redditibus q. 3. monito 17. nu. 5. & alij apud Emanuelẽ Rodriquez tomo 1. quæſt. reg. q. 6. art. 2. apud Sanchez lib. 9. de Matrimonio diſp. 12. nu. 3. circa mediũ, apud Salas de legibus, diſpu. 8. ſect. 13. & apud Suarez lib. 4. cap. 6. n. 7. ergo neque vim legis habent ſententiæ SS. Patrum decretis inſertæ, niſi vſu, & conſuetudine tanquam leges receptæ ſint, vel à ſede Apoſtolica fuerint canonizatæ, vt ſunt illæ, quæ inter decretales aliquando reperiuntur.

Obijcies decretum Gratiani approbatum fuit à ſede Apoſtolica, & ea, quæ in decretis continẽtur, adducuntur tum in ſcolis, tum in Tribunalibus ad cauſarum diſcuſſionem; ergo vim legum, & Canonum habet.

Reſpondetur primo decretum Gratiani nullibi approbatũ fuiſſe à Summo Pontifice, ſaltem vt ex omnia, quæ in ipſo continẽtur, pro lege accipienda ſint.

Secũdo decretũ Gratiani fuiſſe approbatũ, non q̃a oĩa in eo cõtẽta fuerint tãquã leges approbata, ſed quia nonnulla recepta ſunt tanquã leges, & nonnulla tanquã ſana doctrina, quæ nec fidei, nec moribus aduerſatur, ſed potius ad rectã vitæ inſtitutionem conducit, &. ad

cauſas definiēdas æqualiter dirigit.

Tertio decretum Gratiani magnam auctoritatem præferre, non quia vim legis habeat, ſed quia Gratiano creditur tanquam in arte perito L. Septimo mēſe. ff. de ſtatu hominum. Itaque, vt cognoſcatur an ea, quæ in decretis Gratiani continentur, vim legis habeant, non eſt ſufficiēs indicium ea referri à Gratiano; cum etiam ipſe decipi potuerit, ſed conſulenda ſunt originalia, quæ ſi nequeant inueniri, videndum eſt an vſu, & cōſuetudine ſint recepta, vel alijs certioribus decretis cōfirmata; alioquin non cogimur illis tāquam legibus adhærere, vt benè docet Salas, nu. 65. & Suarez nu. 8. Immò decretis Gratiani, ſeu contentis in decreto Gratiani, non maiorem auctoritatē tribuendam eſſe, quam tribuatur illi, qui ea fecit, docet Valētia 2.2. diſp. 6. q. 6. puncto 6. verſ. Hinc ſequitur. Arragon. 2. 2. q. 88. art. 8. dub. 1. in ſolut. ad ſecūdū. Caietanus. Sotus, & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez lib. 9. de Matrimonio diſp. 12. nu. 5. circa mediū. verſ. Quarta ſententia.

38 Ex quo bene colligit Salas, nu. 67. ad finem, decreta particulariū Epiſcoporum, vel Conciliorum, nō habere vim legis vniuerſalis, etiāſi in decreto contineantur, & à Summo Pontifice allegentur, niſi à Sūmo Pontifice approbentur, vel iam fuerint approbata.

PVNCTVM IV.

Quænam conditiones requirantur ad legē condendā.

1 *Quot ſint conditiones ad legem condendam requiſita.*

2 *Lex debet ferri à legitimo ſuperiore.*

3 *Lex debet ferri ob commune bonum.*

4 *Lex ferenda debet eſſe iuſta.*

5 *Lex condita eſt promulganda.*

6 *Promulgatio eſt conditio neceſſaria ad legis obligationem inducendā.*

7 *Nomine publicationis non ſolum intelligitur ea, quæ fit voce Praconis, ſed etiam ea, quæ fit affigendo legem in loco publico.*

8 *Deus efficere poteſt, vt leges obligēt per ſolam voluntatē ſuper oris exterius ſufficienter expreſſam.*

9 *Ad legis obligationem nō requiritur, vt ſingulis intimetur.*

10 *Non tenentur legem ſeruare ante ipſius publicationem, qui interfuerunt, dum à Rege condebatur.*

11 *Interpretatio legis facta auctoritatiue, non habet vim legis ante promulgationem.*

12 *Epiſtolæ Pontificiæ non habent vim legis ante publicationem.*

13 *Lex reuocatoria alterius legis antiquæ non obligat ante promulgationem.*

14 *Regulæ Cancellariæ publicationem requirentes; ante promulgationem, non ſunt propriè leges.*

15 *Vbi, & quotuplex promulgatio legis facienda ſit, vt lex obligare incipiat.*

16 *Quinam poſſint ferre leges.*

17 *Lex ſufficienter promulgata in loco conſueto ſtatim obligat.*

18 *Subditus Summo Pontifici peccat nō obediendo legi promulgatæ, quam publicationem ſcit reuelatione tantum diuina.*

19 *Tenetur legem obſeruare, qui legis promulgationem in loco debito factam miraculosè à Deo nouit.*

20 *Non valet contractus celebratus ab eo, qui ignorat promulgatam eſſe legem reſciſſoriam illius cōtractus.*

21 In-

21 Inualida eſt donatio facta à Nouitio ante duos menſes profeſſionis.
22 Excedens taxam à lege conſtitutam in vendendo merces, tenetur exceſſum reſtituere, quamuis talis taxæ promulgationem ignorauerit.
23 Non peccat, qui non obtemperat legi humanæ nondum promulgatæ, quam miraculosè nouit.
24 Differentia inter leges diuinas, & humanas.
25 Ad legem humanam condendam requiritur lapſus termini a legislatore præſcripti.
26 Quantum temporis requiratur ad cognoſcendum in foro externo aliquẽ ignoraſſe legis promulgationem, remiſſiuè.
27 Lex debet eſſe vſu recepta, & acceptata.
28 Lex non cenſetur vſu recepta, quando populus, vel maior pars proſequitur facere, quod ante legis promulgationem præſtare cõſueuerat.
29 Lex condita cùm intentione obligandi, valet, & obligat, quãuis populus eam non acceptet.
30 Lex obligat ſolum quo ad eam partẽ, quæ acceptatur.
31 An locans vltra triennium bona Eccleſiæ ſit excõmunicatus, remiſſiuè.
32 Lex acceptata in vna Prouincia, & non in alia, obligat vbi eſt acceptata.
33 Nomine Communitatis intelligitur tam vniuerſalis, quam particularis Communitas.
34 Peccat minor pars Communitatis nõ obſeruando legem à maiori parte receptam.
35 Excuſatur à peccato, qui ſcit legem Pontificiam latam eſſe, & nõ obſeruat eam, ſi ſciat ſuam Communitatem ob ignorantiam eam non obſeruare.
36 Validum eſt Matrimonium celebratum ſine Parocho, & teſtibus, ubi non eſt acceptatum Tridentinum, quamuis ſciant ipſius Decreta.
37 Lex, quæ non fuit acceptata ab aliqua Communitate, poteſt impoſterum acceptari.
38 Nõ eſt idem legem à legislatore reuocari, & Legem non acceptari.
39 An incurrat aliquam culpam, qui abſque ratione impedit, ne lex condita ſeruetur.
40 Differentia inter conſuetudinem legi contrariam, & deſuetudinẽ, ſeu non uſum.
41 Poſſunt ſubditi iuſta de cauſa ſupplicationem legislatori porrigere, & interim legem non ſeruare.
42 Poſſunt etiam legem Pontificiam iuſta de cauſa non ſeruare, dum Pontifici ſupplicationem porrigunt.
43 Pontifex præſumitur regulariter legem reuocare, ſi taceat, & ſupplicationi non reſpondeat.
44 Quando dubitatur an lex promulgata acceptata fuerit, præſumitur acceptata.
45 Sufficit tacitus Principis conſenſus, vt lex non uſu recepta, nõ obliget.
46 Princeps poteſt ſubditos, intra decennium pœnis compellere ad ſeruandã legem promulgatam.
47 Differentia inter conſuetudinem, & diſſuetudinem, ſeu non uſum.
48 Lex non cenſetur ſublata ex eo quod caſus legis per multos annos non accidit.
49 Ad ſubſtantiam, & rationem legis non requiritur ſcriptura tanquam conditio neceſſaria.
50 Scriptura eſt de ſubſtãtia legis, quãdo hoc alicubi vſu receptum eſt.
51 Priuilegium conceſſum abſque ſcriptura, non ſpirat morte concedentis, etiam nondum expeditis literis.

Digitized by Google

VNICA PROPOSITIO.

1 SEX cõditiones ad minimũ requiruntur ad cõdendam legem humanam.

2 Prima eſt, vt feratur à legitimo Superiore; nam lex vim obligandi trahit à legiſlatore; nullus autem poteſt obligare, niſi ſit legitimus ſuperior.

3 Secunda, vt feratur ob commune bonum, vt oſtendimus pun. 1. verſ. Dicitur ad commune bonum.

4 Tertia, vt ſit iuſta, vt oſtendimus de cenſuris diſp.1.quæſt.1.pun. 10.num.3.& 4. cum Nauarro.Soto, Sayro, & alijs, & ſuperius indicauimus, pun.1.in explicatione definitionis, & clarius conſtabit ex dicendis. pun.7.§.3.

5 Quarta, vt promulgetur L. leges. C. de legibus.

6 Sed modo dubium eſt primò, vtrum de ratione legis ſit promulgatio, ita vt promulgatio ſit conditio neceſſaria ad legis obligationem inducendam.

Reſpondeo affirmatiuè. Tũ quia in definitione legis dicitur legem eſſe rationis ordinationẽ promulgatam; quæ autem ponuntur in definitione pertinent ad rei eſſentiã, nempè ad genus, vel differentiam. Tum quia de ratione legis eſt, vt feratur ob commune bonum; ergo debet intimari communitati, in cuius vtilitatem, & commodũ fertur; hoc autem ex recepta conſuetudine fit per publicationem; ergo de ratione legis eſt publicatio. Tũ quia hæc eſt communis opinio, quã ſequitur Diuus Thomas par.2.q.90. art.4. Sylueſter Verbo lex, quæſito 6. Nauarrus in Manuali, cap.23.nu. 44. Vaſquez par.2.diſp. 155. cap. 2. Azorius parte 1.lib.5. cap.3. quæſito 1. Ludouicus Molina tract. 5. de Iuriſdictione diſp. 70. nu.1. Rodriquez To.1.quæſtionum Regulariũ, q.6.art.3. Suarez libro 6. de legibus cap. 11.& lib.3.cap.16.num.2. Salas de legibus diſp.12.ſect.1. nu.1 Clauis Regia, Valentia, & Toletus, quos retuli, pun. 1. in explicatione definitionis legis, & alij quamplures apud præcitatos Doctores. contra Panormitanum in cap.1. de poſtulatione Prælatorum, & cõtra Reginaldum lib.13.nu.155.

Neque obſtat caput primum de poſtulatione Prelatorum, vbi dicitur ad legem ſufficere, vt ſolemniter edatur, aut publice promulgetur. Ratio eſt tum quia in aliquibus textibus non habetur particula, aut, ſed particula, &, conſequẽter ex eo textu comprobatur, & corroboratur noſtra ſententia. Tũ quia particula, aut, eo loci accipitur pro particula, &, vt ait Salas loc. cit. num.6. verſiculo, Ad argumentum autem. Azorius loc.cit. quæſito 1. Nauarrus, cap.23.nu.40. & alij. Tum quia dici poteſt illa duo verba eſſe ſynonyma, & æquipollentia, ita vt particula, aut, ponatur pro, ſeu, vt frequenter fieri conſueuit; Ita Suarez, lib.3.cap.16. num.2.

7 Obſeruandum tamen eſt primò circa ea, quæ diximus in explicatione propoſiti dubij, nomine publicationis non ſolum intelligi publicam propoſitionem, ſeu denunciationem legis, quæ fit voce Præconis; verum etiam intelligi poſſe eam, quę fit affigendo legem in loco publico, vel alio ſimili modo iuxta locorũ cõſuetudines, vel decreta. Ita Suarez loco cit.num.3.

Ob-

8 Obſerua 2. ſicut in arbitrio hominum eſt vti hac, vel illa formula in lege promulganda, vt ait Suarez num 5. Salas loc. cit. num 5. verſiculo, Rectè aũt; ita poteſt Deus de plenitudine ſuæ poteſtatis, efficere, vt leges obligent per ſolam voluntatem ſuperioris, exterius ſufficienter expreſſam, & manifeſtatã abſquè promulgatione; hoc enim nullam inuoluit implicantiam. Ita Salas loc. cit. num. 5. verſiculo, Quæ non prohibet.

9 Obſeruandum eſt tertiò, ad legis obligationem non requiri, vt ſingulis intimetur, & denuncietur; ſed ſufficere, vt publicè promulgetur, ita vt ad aures ſingulorum proceſſu temporis peruenire poſsit, Ita Molina loc. cit. num. 2. Suarez, & alij Doctores citati.

10 Ex dictis ſequitur primò, eos, qui, dum lex conderetur, interfuerunt publico Regis conſilio, vel Senatorio cœtui, non obligari ad legem ſeruandam, antequam legis promulgatio fiat iuxta conſuetudinem, vel decreta; nam de ratione legis eſt publicatio, Ita Salas lo. cit. verſiculo, Ad argumentũ. Suarez lo. cit. num. 2. & alij Contra Panormitanum loc. cit.

11 Secundo, interpretationem legis factam auctoritatiuè, non habere vim legis, niſi promulgetur; quia de ratione legis eſt promulgatio. Ita Salas loc. cit. num. 8. & alij, quos infra referam puncto 8. ad finem. Contra Rodriquez tom. 1. quæſtionum Regularium quæſt. 11. art. 2. vbi docet Declarationes Cardinalium habere vim legis, quamuis non publicentur; ſed de hac re infrà pun. 8.

12 Ex quo licet inferre Epiſtolas Pontificias non habere vim legis, niſi publicentur eo modo, quo publicari ſolent Epiſtolæ; poſita verò publicatione, vim legis habent, quia in ipſis eſt poteſtas ferendi leges hoc modo. Vide Suarez lib. 4. cap. 14. vbi alios DD. refert, & quæ dicam puncto 8.

13 Tertiò, legem reuocatoriam alterius legis antiquæ, non obligare ante promulgationem: quia de ratione legis eſt promulgatio. Ita Vaſquez diſp. 156. cap. 4. nu. 25. Azor. parte 1. lib. 5. c. 3. quæſito 7. Reginaldus lib. 13. num. 159. Idem ſentire videtur Salas diſput. 12. ſect. 9. num. 37.

14 Quartò, Regulas Cancellariæ, ſi iuxta morem; & conſuetudinem in alijs legibus receptam non publicentur, non eſſe propriè leges in rigore loquendo. Ratio eſt tum quia de ratione legis eſt publicatio. Tum quia multi Doctores putant illas morte Sũmi Pont. extingui, donec confirmentur à ſucceſſore; lex autem nõ extinguitur morte legis latoris;

Obligant tamen ſaltem tanquã præcepta impoſita ijs, qui officijs Cancellariæ præſunt; conſequenter ſufficit, vt in Cancellaria publicentur; nam ad obligationem, & vim pręcepti non eſt neceſſaria ſolemnitas requiſita ad legẽ vniuerſalem. Ita Rebuffus in Praxi Beneficiorum, & in additionibus ad Regulam Cancellariæ in principio; & præterea in Gloſſa verſiculo, Suo tempore, & verſiculo, Ex tunc publicari, & alij apud Salas loco citato ſect. 1. nu. 7. vel dicas obligare per modum conſuetudinis receptæ ſciente principe, & conſentiente vt docet Azor. prima par. lib. 5. ca.

18. quæſito 11. in fine, vbi docet ſtylum Cancellariæ, & alios ſimiles eſſe iura quædam non ſcripta ex actibus iudiciarijs orta, contẽta ſub conſuetudine.

Idem cum proportione dici poteſt de ſtylo Curiæ, quem Maſcardus multis DD. relatis concl. 1317. num. 51. Sanchez lib. 8. de Matrimonio. diſp. 21. nume. 16. verſ. Secunda cõcluſio. Azor. loco cit. Salas diſp. 19. ſect. 19. num. 109. & alij, dicunt efficere Ius, nec ab eo recedendum eſſe, Cap. Quam graui de crimine falſi. Ratio eſt quia Princeps ſciẽs talem ſtylum, & conſuetudinẽ, tribuit vim legis, quamuis nondum elapſum ſit tempus præſcriptionis, vt conſtabit ex dicendis de conſuetudine; Non puto tamen omnẽ ſtylum ſimpliciter habere vim legis, quia qui poteſt vim legis tribuere, non ſemper vult tribũere, nec Cõmunitas illum ſeruat, tãquam obligatorium, Ita Vaſquez prima 2. diſp. 177. in fine. Salas loco citato, & alij.

15 Secundò dubium eſt, vbi, & quotuplex promulgatio, ſeu publicatio legis facienda ſit, vt lex obligare incipiat pro ſolutione.

16 Aduertendum eſt, leges, ſeu cõſtitutiones aliquando, ferri à Populo, vel ab aliqua Ciuitate, vel Epiſcopo, vel à Principe inferiore, Aliquãdo ferri ab Imperatore, vel Rege, vel Principe habente plura Regna, vel Prouincias, & aliquando à Summo Pontifice.

Hoc poſito Reſpondeo primò promulgationem legũ, quæ ferũtur ab aliquo Populo, vel à Ciuitate, vel Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, vel à Principe inferiore, faciendã eſſe in ipſo Populo, vel Ciuitate, vel Curia Principis, vel Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, iuxta morem in ſingulis locis receptum, & inſtitutum, non autem opus eſſe, vt in ſingulis Oppidis, vel Ciuitatibus fiat promulgatio, niſi aliter in ipſamet lege præſcribatur, vel aliter cõſtet de mente legiſlatoris. Ratio eſt quia lex hoc modò lata cẽſetur ſufficienter promulgata, cum prædicti legiſlatores nõ habeant ampliſſimam iuriſdictionem, & dominiũ, quod maiorem promulgationem requirat, ergo facta huiuſmodi promulgatione, lex ſtatim incipiet obligare. Ita Sotus 1. de Iuſtitia q. 1. art. 4. poſt tertiam concluſionẽ Syl ueſter Verbo, Lex, quæſito 3. Valentia loco cit. quæſt 5. pun. 5. quæſtiuncula 4. Azorius lib. 5. cap. 3. dubio 2. Salas de legibus diſp. 12. ſect. 2. num. 11. Clauis Regia lib. 3. cap. 3. nume. 6. Verſic. Secundo requiritur Suarez lib. 3. de legibus. cap. 16. nu. 7. & 8. vbi teſtatur hanc eſſe communem ſententiam.

Reſpondeo ſecundò, promulgationem legum Imperialium faciendam eſſe in ſingulis Prouincijs, conſequenter legem Imperialem non obligare ſubditos illius Prouinciæ, in qua non eſt facta promulgatio. Ita Sylueſter verbo, lex, quæſito 6. Valentia diſp. 7. q. 5. pun. 5. & alij Doctores citati, & ſtatim citandi, & ita definitum eſt in Autentica, Vt nouæ Conſtitutiones, quam cõmuniter Doctores ſic intelligũt, & explicant.

Hanc doctrinam extende cũ Soto 1. de Iuſtitia quæſt. 1. art. 4. Salas loco cit. Bartolo, Baldo, Angelo, Armilla, & alijs apud Suarez loc. cit. num. 8. ad leges latas ab aliquo Rege, vel Principe habente plura

Re-

Digitized by Google

Regna, vel Prouincias. Ratio eſt tum quia ſic vſu receptum eſt Tum quia diſtincta Regna, vel Prouincię cenſentur diſtinctæ Vniuerſitates; conſequenter diſtinctam promulgationem poſtulare videntur.

Concedo tamen Regem, aliumuè Principem, qui non eſt ſubditus legibus Imperij, poſſe de poteſtate ſua abſoluta vnica publicatione in vno loco facta, obligare omnia ſua Regna, vel Prouincias; quia hoc non eſt contra ius naturæ, neque Rex vllo iure aſtringitur ad plures publicationes adhibendas; cum vna in rigore ſufficere videatur, ita vt legis obligatio proceſſu tem poris poſsit ad ſingulorum aures peruenire. Ita Salas loco cit. ſect.2. Suarez loco citato cap.16.num.14. ad finem, & alij, quos tacito nomine refert Salas loco citato.

Reſpondeo tertio promulgationem legum Pontificiarum faciendam eſſe in Curia Romana, & hāc promulgationem ſufficere ad obligationem inducendam ſeruandæ legis, niſi aliter in lege exprimatur. Ratio eſt tum quia nullo iure aliter cautum eſt. Tum quia vſu receptum eſt, vt leges Pontificiæ in ſola Romana Curia promulgentur. Tū quia ſequeretur, multas decretales, quæ alicubi non fuerunt promulgatę, non obligare, quas tamen conſtat eſſe in vſu, & tanquam obligatorias ſeruari. Ita Syluester Verbo, Lex, quæſito 6. Valentia loc. citat. Vaſquez p.2.diſp.156.cap.2. Azorius loc. cit. q.3. Salas diſp. 12. q.2. num. 10. Reginaldus lib.13.nu.155. Sotus primo de iuſt.q.1.art.4. Suarez lib.4.de legibus.cap.15.num 3. & alij Doctores citati, contra Angelum & alios apud præcitatos Doctores aſſerentes non ſufficere promulgationem in Curia Romana factam. Idem dicendum eſt de legibus, Concilij Vniuerſalis, quæ per Summum Pontificem approbātur, conſequenter ipſarum promulgatio Romæ facienda eſt, niſi aliud in ipſa lege decernatur.

Dices. Nimis graue onus impoſitum eſſet ſubditis, ſi leges Pontificiæ, quæ Romæ tantummodò publicantur, vbique ſeruandæ eſſent.

Reſpondeo hoc nō eſſe onus nimis graue, cum Chriſtifideles alibi commorantes non peccent, ſi leges Pontificias non ſeruent, quandiù ad ipſorum aures non perueniunt. Propterea Valentia lo.cit. dicit legem promulgatam, cuius promulgatio ignoratur, obligare ſolum in actu primo in cōſcientia; legem verò promulgatam, & cognitam obligare in actu ſecundo, quatenus faciens cōtra legem promulgatam, & cognitam incurrit culpā, & non poteſt amplius per ignorantiam excuſari.

17 Ex dictis colligitur primò, legē ſufficienter promulgatam in loco competente, & conſueto ſtatim obligare omnes ſubditos, niſi aliter in lege exprimatur, nam lex eſt ſufficienter promulgata, vt ſupponimus, lex autē ſufficiēter promulgata obligat. Ita Molina tract.5.de iuriſdictione, diſp.70.n.12. Panorm. Felinus, Nauarrus, & alij apud Suarez loc.cita. cap.17. num.2. Verſic. Primò igitur, Contra ipſum Suarez ibidem nu.3. & 6. vbi dicit non ſimul, & in eodem mométo obligare in toto Territorio, pro quo fertur, ſed ſucceſsiuè, & intra tempus moraliter ſufficiens ad habēdā in toto Territorio legis cognitionē.

Hoc

Hoc tamen limita, modo lex ſit acceptata, vt explicabitur in ſexta conditione.

18 Secundò, ſubditum Summo Pō tifici peccare non obediendo legi debitæ promulgatæ in Curia Romana, etiamſi promulgatio legis ad ipſius aures perueniat tantummodò reuelatione diuina, vel ope Angelica. Ita Salas diſp. 12. de legibus ſect.9. nu. 34. contra nouum quendam Theologum, quem tacito nomine refert idem Salas ibidē. Hunc autem ego puto eſſe Suarez loco citato.

Ex quo patet quid dicendum ſit de legibus Imperatoris, aut Regū habentium plura Regna, vel Prouincias iuxta dicta in tertia reſponſione ſecundi dubij.

19 Tertiò, illum teneri legem obſeruare, qui legis promulgationem in loco debito factam miraculosè nouit, Deo, vel Angelo vocē Præconis, vel Principis deferente ad ipſius aures, vt in ſimili dixi illatione prima; nam adeſt ſufficiēs promulgatio, & cognitio legis. Ita Salas lo.cit. ad finem, & alij, quos in ſimili retuli de Contractibus diſpu.3.q.11.puncto 2.

20 Quartò, eum, qui legem reſciſſoriam contractus ſufficienter promulgatam ignorat, licèt non peccet, ſi contractum aliquem ineat contra legem, donec lex ad ipſius aures aliqua ratione perueniat; ignorantia enim inuincibilis excuſat à culpa, vel etiam à pœna extrinſeca; cum æquum non videatur ligare ignorantem. Ita Syluester verbo, lex, quæſito 6. Panormitanus, cap. Cognoſcentes, de Conſtitutionibus. Sotus 1. de iuſtitia, quæſt. 1. art. vltimo. Vaſquez p. 2. diſp.156. cap.3. Molina de iuriſdictione tract.5. diſp.70. num.5. Azorius lib.5. cap.3. quæſito 9. Salas lo. cit. ſect.5. num.23. Reginaldus, lib.13. nu.158. & alij; Non tamen validè celebrat contractum; quia licèt ignorantia excuſet à culpa, non tamen excuſat ab omni effectu, vel damno legis, ſeu à pœna intrinſeca legis ſufficienter promulgatę & acceptatę; reſciſsio autem, ſeu annullatio actus, ſeu contractus non eſt propriè pœna; ſed effectus, ſeu damnum, quod incurritur abſque cognitione legis. Ita Azorius loc. cit. quæſito vltimo. Sotus loc. cit. Salas lo. cit. ſect.4. num.22. Panormitanus. Decius, & alij apud Suarez, lib.3. de legibus, cap.17. num.2. Vaſquez loc. cit. cap. 3. Molina tom. 2. diſp. 395. Reginaldus loc. cit. num.157. Clauis Regia, lib.3. cap.5. num. 12. Sanchez de matrimonio, lib.3. diſp. 17. num.10. Valentia loco ſupra citato, & alij.

Obijcies leges reuocatoriæ priuilegiorum, & indulgentiarum non ſtatim obligant ante legis cognitionē; ergo nec re reſciſſoriæ, ſeu irritatoriæ actuum, vel contractuum obligant ante cognitionem.

Reſpōdeo leges reſciſſorias poſt promulgationem obligare etiam ignorantes, legem verò reuocatoriam priuilegiorum non obligare antequam reuocatio perueniat ad illius aures, cui cōceſſa fuerant priuilegia. Propterea cōfeſſarius audiens, & abſoluens à peccatis reſeruatis pœnitentem virtute priuilegij ſibi conceſsi, cuius reuocationem ignorabat, validè abſoluit, vt patet ex dictis de Pęnitentia, & conſtabit ex infra dicendis. Ratio eſt tum quia Superior nō cenſetur reuocaſſe.

uocaſſe, ſeu habuiſſe intentionem reuocandi, donec reuocatio innoteſcat, alioquin plura ſequerentur incommoda, vt docui de Penitentia. Tum quia priuilegium eſt fauorabile; fauores autem ampliandi ſunt, non reſtringendi. Tum quia ſic colligitur ex Capite primo de conceſsione præbendę in ſexto. Ita Nauarrus de Indulgẽtijs notabili 31. num. 28. Vaſquez p. 2. diſp. 156. cap. 4. num. 27. Sotus loc. cit. Salas de legibus, diſp. 12. ſect. 6. num. 24. ad finem. Molina tract. 2. diſp. 395. & tract. 5. de iuriſdictione diſp. 70. num. 11. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 3. quæſito 6. Reginaldus, lib. 13. nu. 157. & alij, quos retuli de Pœnitentia, & in ſimili referam de Priuilegijs.

21 Quintò, donationem factam à Nouitio ante duos menſes profeſsionis, inualidam eſſe, licèt excuſetur à peccato, qui eam bona fide facit, vel acceptat, credens ex ignorantia inuincibili validam eſſe. Prętereà collationem beneficij factã illegitimo, inuincibiliter ignoranti inualiditatẽ collationis, inualidam eſſe, quamuis excuſari poſsit à peccato ob inuincibilem ignorãtiã; nã lex ſufficienter promulgata obligat eomodo, quo põt obligare

22 Sextò, eum, qui merces vendit, ignorans legem taxantem earum pretium, nõ excuſari ab obligatione reſtitutionis, ſi merces poſt legis promulgationẽ vendat maiori pretio, quam ferat taxa; nam ignorantia non excuſat ab omni effectu legis, licèt excuſet à peccato, vt patebit ex dicendis de Peccatis. Ita Doctores cit.

23 Septimò, illum non peccare, qui non obtemperat legi humanæ nondum promulgatæ, quam miraculosè cognouit, etiamſi Superior intendat obligare, & voluntatem ſuã externis ſignis manifeſtauerit. Ratio eſt quia non ſufficit voluntas ſuperioris ad obligandum; cum animus mente retentus obligationem non inducat L. prima de verborum obligationibus; Sed requiritur debita legis promulgatio, niſi Deus de poteſtate abſoluta diſpenſet. Ita innuit Vaſquez p. 2. diſput. 155. cap. 2. Molina. Leſsius, & alij, quos in ſimili retuli de cõtractibus diſp. 3. quæſt. 11, pun. 2. num. 1. contra Salas loc. cit. ſect. 9. num. 34.

24 Hinc patet differentia inter leges diuinas & humanas, quod de ratione legis humanæ eſt, vt debitè promulgetur, vt patet ex rationibus ſuperius allatis; de ratione verò legis diuinę ſufficit, vt diuina voluntas obligans innoteſcat. Ratio differentiæ eſt, quia cum Deus ſit ſuperior animæ, & ſpiritus, non tenetur more humano cognitionem, & obligationem legis ad homines tranſmittere per publicationem. Propterea, qui miraculosè cognoſcit diuinas leges per internas animi reuelationes, peccare videtur, diuinas leges non obſeruando; Qui verò legem humanam nondũ promulgatam cognoſcit humano, vel miraculoſo modo, non peccat legẽ non obſeruando. Ita ſentire videtur Vaſquez loc. cit. & alij, quos in ſimili retuli de Contractibus loc. cit. contra Salas diſp. 12. ſect. 1. nu. 5. verſiculo, Addit Vaſquez, & ſect. 9. num. 34.

25 Quinta conditio ad legem humanam requiſita eſt lapſus temporis, ſeu termini à legiſlatore præſcripti; nam lex non obligat vltra volun-

volontatem legislatoris. Quapropter, ſi legislator ſpatium duorum menſium appoſuit ad obligãdum, ſubditi non obligantur, nondum elapſis duobus mẽſibus; cum obligatio legis ab intentione legislatoris pendeat; legislator autem nõ intendit obligare ſtatim poſt publicationem; ſed poſt duos mẽſes.

Dixi, ante lapſum termini à legislatore præſcripti, vt aduerterẽ iuxta ſententiam, quæ mihi probabilior videtur, legem ſtatim poſt promulgationem obligare, quando nullius termini determinatio ad obligandum fuit appoſita. Ratio eſt tum quia lex eo ipſo, quòd publicè lata eſt, vim, & rationem habet imperij; ergo ſtatim obligat, niſi legislator aliter exprimat. Tum quia, qui Romæ legem Pontificiam ſtatim poſt promulgationẽ non ſeruant, nondum elapſis duobus menſibus, puniuntur teſte Nauarro cõſilio 1. de cõſtitutionibus, quæſt. 14. num. 18. quem ſequitur Suarez, lib.4. cap.15. num.11. Vaſquez 1. 2 diſp. 156. cap 3. ergo lex promulgata ſtatim obligat, antequam duo menſes elabantur. Tum quia fruſtrà expectatur euentus, cuius nullus eſt effectus, cap. Cum cõtingat, de officio iudicis delegati; nec opus eſt, vt qui certus eſt certior vlterius fiat, cap. Eum, qui, de regulis iuris in ſexto; ergo fruſtra expectatur terminus duorum menſium reſpectu illius, qui legem ſufficienter promulgatam nouit. Tũ quia in capite finali, Ne Clerici, vel monachi, extat lex Alexandri III. in Concilio Turonenſi condita, in qua excommunicantur Religioſi exeuntes de clauſtris ad audiendas leges, vel phyſicam, niſi intra duos menſes redijſſent; ergò ſignum eſt legem obligare ante lapſum duorum menſium, niſi aliter cõſtet de voluntate legislatoris, alioquin Religioſi non incidiſſent in excõmunicationẽ, ſi intra duos menſes ad Clauſtra non redijſſent. Tum quia obligatio legis pendet ab intentione legislatoris; ſed legislator, quoties non intendit ante certum tempus obligare, ſolet hoc exprimere, & determinare; ergo, ſi ſuperior non exprimat tempus, cenſetur velle ſtatim poſt ſufficientem legis promulgationem obligare, prout ſonant verba legis, ſeu prout natura rei poſtulat: conſequenter, qui ſcienter intra duos menſes à promulgatione facit contra legem ſufficienter promulgatã peccat. Ita Sylueſter verbo, lex, num.6. Angelus eodem verbo num. 12. Sotus 1. de iuſtitia. quæſt 1. art. 4. concluſione 3. Vaſquez p. 2. diſp. 156. cap. 3. Azorius parte 1. lib. 5. cap.3. quæſito 8, Molina de iuſtitia tract.2. diſp.395. verſiculo, Vnum in complemẽtum. Salas de legibus diſp.12. ſect.3. num. 19. Suarez lib. 3. de legibus cap. 18. & lib.4 cap.15. num.11. & cap. 17. num.5. Clauis Regia loc. cit. & alij contra Valentiã diſp.7. quæſt.5. pun.5. Reginaldum lib.13. num.152. ex parte. Emanuelem Sà verbo, lex: Nauarrum in Manuali, cap.23. num.44. & alios apud prçcitatos Doctores, arbitrantes legem latam à ſupremo Principe, vt à Papa, Imperatore, aut Rege, non obligare, niſi poſt duos mẽſes à promulgatione, modo legiſlator non exprimat ſe velle ſtatim obligare.

Obijcies. Autentica, vt factæ nouæ Conſtitutiones, habetur Conſtitu-

ſtitutiones non valere, nec tractari, niſi poſt duos menſes à promulgatione; ergo leges non obligant, niſi poſt duos menſes à promulgatione.

Reſponderi poteſt hoc eſſe ſpeciale in legibus ab Imperatore cõditis, vt non obligent, niſi poſt duos menſes. Hoc idem dicendũ putat Salas loc. cit. & Vaſquez p. 2. diſp. 158. cap. 3. de legibus conditis ab ijs, qui legibus Imperatoris ſubduntur; non vero de alijs; qui legib. Imperatoris ſubditi nõ ſunt.

26 Quantum verò temporis requiratur ad dijudicandum, ſeu præſumendum in foro externo aliquem ignorantia inuincibili, & inculpabili laboraſſe, & legis promulgationem penitùs ignoraſſe, colligi poteſt ex dictis de Ignorantia in tractatu de Peccatis, & videri poteſt apud Felinum cap. Cognoſcẽtes, de Conſtitutionibus, nu. 7. Panormitanum ibidem. Nauarrũ conſilio 1. de Conſtitutionibus, q. 4. num. 21. ad quartum Syluestrum verbo, lex, quæſito 6. Salas lo. cit. nu. 21. Suarez lib. 3. de legibus. cap. 18. & fuſiſsimè apud Maſcardum de Probationibus tom. 1. concluſione 879. 880. & 881. & apud Molinam, & alios, quos retuli de ignorantia in tractatu de Peccatis. q. 3. pun. 3. verſ. Si verò.

27 Sexta conditio eſt, vt lex vſu recepta ſit, ſeu acceptata. Ita Nauarrus cap. 23. num. 41. Caſtro de poſtate legis pœnalis cap. 1. Emanuel Sa Ver. lex num. 1. Fumus V. lex. nu. 14. Valentia diſput. 7. quæſt. 5. dub. 2. Rodriquez to. 1. quæſtionum regularium quæſt. 6. art. 11. vbi aſſerit hoc intelligi de omni lege, ſiue ea ſit ſtatutũ, ſiue decretalis, ſiue extrauagans. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 4. quæſito 1. Salas de legibus, diſp. 13. ſect. 1. & 5. Reginaldus lib. 13. num. 160. Iuriſperiti ferè communiter Sanchez, & alij, quos retuli de matrimonio, dum quærerem, an validum ſit matrimonium ſine Parocho, & teſtibus celebratum in ijs locis, in quibus Tridentinũ nõ eſt acceptatum, contra Clauẽ Regiam lo. cit. num. 14. aliter ſentientem in legibus Eccleſiaſticis, Contra Suarez lib. 3. de legibus cap. 19. nume. 19. & alios. Ratio eſt tum quia leges ſub hac tacita cõditione feruntur, vt vim habeant, ſi fuerint acceptatæ, & vſu receptæ, hoc enim videtur cõforme benignę legiſlatorum voluntati, ne nimis ſuis ſubditis oneroſi videantur. Tum quia. L. De quibus. ff. de legibus, habetur, Leges nulla alia de cauſa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptæ ſunt; ergo ſignum eſt leges conditas à legitimo ſuperiore, ſufficienterq; promulgatas non obligare, niſi fuerint acceptatæ, ſeu receptæ vſu à Communitate, vel à maiori Communitatis parte.

28 Tunc lex dicitur nõ eſſe vſu recepta, quandò populus, vel maior pars populi proſequitur facere quod facere cõſueuerat ante legis promulgationem; & hoc verum eſt ſiue populus ſciat legẽ promulgatam eſſe, ſiue ignoret, vt docet Nauarrus conſilio 1. de Cõſtitutionibus quæſt. 6. nu. 35. Azor. lib. 5. cap. 4. quæſito 1. Suarez lib. 4. cap. 16. nu. num. 9. & lib. 3. cap. 19. num. 9. Salas de legibus, diſp. 13. ſect. 2. num. 9. & 11. Reginal. lib. 13. nu. 154. & alij.

Tunc verò lex dicitur vſu recepta, & acceptata; quando nõ vnus, vel duo eam recipiunt, ſed maior

pars

pars Communitatis eam recipit, faciendo, quod lex præcipit, aut illã approbando verbo, vel ſcripto, aut illam non reijciendo, ac improbãdo, Ita Doctores citati.

Hanc tamen cõditionem ego limitandam puto, niſi conſtet ſuperiorem velle obligare independenter ab acceptatione, vt patebit in explicatione primi dubij. Ita ſentire videtur Suarez lib. 4. cap. 16. n. 2. loquens de Summo Pontifice, Contra Nauarrum, & alios.

Circa hanc ſextam cõditionem nonnulla ſuboriuntur dubia, quorũ explicatio ſcitu dignisſima videt̃.

29 Primum dubium eſt, vtrum lex condita à legitimo ſuperiore cum intentione obligãdi populũ, etiãſi legem non acceptet, valida ſit, & obligationem inducat, populo ipſam non acceptante.

Reſpondent aliqui Doctores nõ eſſe validam, quia huiuſmodi lex magnam excitare poſſet in populo perturbationem, conſequenter nõ eſſet iuſta, nec lata in commune bonum; conſequenter non eſſet valida; quia lex debet eſſe iuſta, & in commune bonum condita, Ita Nauarrus cap 23. num. 41. Valentia diſput. 7 quæſt. 5. puncto 5. quæſtiuncula 4. & alij apud Salas loc. cit. q. 1. num. 2.

Sed contrarium mihi probabilius videtur cum Rodriquez tom. 1. quæſtionum regularium, quæſt. 6. artic. 6. Vaſquez par. 2. diſp. 156. cap. 5. Reginaldo lib. 13. num. 161. Salas diſp. 13. ſect. 1. Suarez lib. 3. de legibus cap. 19. & lib 4. cap. 16. & alijs apud Vaſquez, & apud Salas locis citatis. Ratio eſt tum quia legiſlator videtur habere vim obligandi populum independenter ab ipſius conſenſu; alioquin maioris poteſtatis eſſet populus, quàm Princeps, quandoquidem poſſet poteſtatem legislatoris impedire. Tum quia ſequeretur legiſlatorem non poſſe cogere ſubditos ad legẽ promulgatam acceptandam, quod nullo pacto aſſerendum eſt; cum vſu, & conſuetudine conſtet puniri eos, qui legem promulgatam non acceptant. Tum quia, qui obligat ad finem videtur etiam obligare ad medium. Tum quia non deeſt in Principe voluntas obligandi, vt ſuppono, nec deeſt poteſtas obligandi, ſaltem quando leges ſunt moderatæ, ſuaues, & faciles, vt patet ex præcedentibus rationibus, ergo leges obligant independenter ab acceptatione, ſi ſuperior indicauerit velle obligationem inducere independenter ab acceptatione. Quãobrem cenſeo quidem legem, per ſe loquendo, non obligare indepẽdenter ab acceptatione, nihilominus arbitror obligare, quoties conſtat, vel ex coniecturis ſufficienter colligitur ſuperiorem velle indepẽdenter ab acceptatione obligare: præſertim ſi leges moderatæ ſint, ſuaues, & faciles, & commune bonum reſpiciant. Ita Doctores citati. Immo Suarez lib. 13. cap. 19. nu. 8. & alij aſſerunt legiſlatorem obligare independenter ab acceptatione, niſi aliter exprimat, aut aliter ex coniecturis morali certitudine colligatur de ipſius mente; Hoc tamen à nobis nõ admittitur vt patet ex dictis in probatione ſextæ conditionis.

30 Secundò dubium eſt, vtrum lex acceptata quoad vnã partem obliget ſimpliciter, & in totũ; an verò ſolũ obliget quo ad partẽ acceptatã.

Re-

Reſpondeo obligare ſolum quoad eam partem, quæ acceptatur; conſequenter cum lex aliquando acceptetur quoad vnam partem, & non quoad aliam: aliquando quoad determinationem, & diſpoſitionem principalem, non quoad pœnam; aliquando quoad partem pœnę, non quoad totam pęnam, lex obligabit tantummodò quoad eam partem, quæ acceptatur, non quoad aliam. Ita Valentia diſp. 7. quæſt. 5. pun. 5. quæſtiuncula 4. Nauarrus in Manuali, cap. 23. num. 62. Salas de legibus diſp. 13. ſect. 1. ad finem. Reginaldus, lib. 13. num. 165. & alij, quos in ſimili retuli de alienatione bonorum Eccleſiæ facta contra præſcriptum Pauli II. in extrauaganti, Ambitioſè. Ratio eſt tum quia quæ ratio eſt totius ad totum, eadem eſt partis ad partem; ſicut ergo lex obligat in totū, quando in totum acceptatur, & nulla in parte obligat, quando nulla in parte acceptatur; ita etiam obligat in partem, quando in partem ſolum acceptatur. Tum quia ſicut lex aliquando poteſt per conſuetudinem abrogari quoad vnam partem, aut quoad pœnam, reliquis partibus in ſuo robore permanentibus; ita poteſt vna pars legis acceptari, alia non acceptata.

31 Hinc ſequitur, inquit Nauarrus, eum, qui vltra triennium locat bona Eccleſiæ, non affici pœna excommunicationis lata in Extrauaganti Pauli II. ſub titulo, De rebus Eccleſiæ non alienandis, quia Extrauagans Pauli II. non videtur vſu recepta in hac parte quoad pęnam excommunicationis. Verum quid nobis in hac re ſentiēdum ſit, conſtat ex dictis de alienatione bonorum Eccleſiæ diſp. 3. de Contractibus, quæſt. 8. pun. 4. num. 14. & 32.

32 Tertiò dubium eſt, vtrum lex, quæ acceptatur in vna Prouincia, & non in alia, obliget degentes in ea Prouincia, in qua non eſt acceptata, exempli gratia, vtrū lex acceptata Romæ, & non Mediolani, obliget tantūmodò exiſtentes Romæ, non verò commorantes Mediolani.

Reſpondeo obligare ſolum in ea Prouincia, in qua recepta eſt, nam obligat ſolū, quatenus recepta eſt, vt diximus in pręced. dubio. Ita Valentia loc. cit. pun. 5. quæſtiuncula 5. ad finem. Azorius loc. cit. quæſito 3. & alij.

33 Quartò dubium eſt, quid nomine communitatis intelligatur, quando dicitur legem debere à tota Communitate, vel à maiori parte Communitatis acceptari.

Reſpondeo nomine Communitatis, non ſolum intelligi communitatem vniuerſalem complectentem plures Communitates, ad quas lex fertur; verum etiam intelligi Communitatem particularem. Quamobrem ſi Imperator ferat leges ad omnes Prouincias Imperio ſubiectas ad legis obligationem reſpectu omnium Communitatum inducendam, nō ſufficit legem acceptari à maiori parte communitatis generaliter ſumptę; ſed neceſſe eſt, vt acceptetur à maiori parte omnium Communitatum particularium, vt lex obliget ſingulas cōmunitates; quanquam, ſi acceptetur à maiori parte vnius Communitatis, altera Communitate eam non acceptante, obligabit illam tantummodò Communitatem, à qua acceptatur, non verò aliam, à

qua

qua nõ acceptatur. Ita Glo. Cap. Quod Clericis, de foro competen. Nauarrus conſilio 1. de Conſtitutionibus, quæſt. 5, 6, & 7. Azorius parte j. lib. 5. cap. 4. quęſito 3. Salas de legibus diſp. 13. ſect. 2. num. 10. Valentia p. 2. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 5. ad finem. Reginaldus lib. 13. nu. 163. & alij.

34 Quintò dubium eſt, vtrũ quando lex acceptata eſt à maiori parte Communitatis, minor pars peccet legem non obſeruando.

Reſpondeo peccare, & pœnam legis incurrere, niſi fortè per inuincibilem ignorantiam excuſetur. Ita Valentia loc. cit. quæſtiuncula 4. Azorius, & Clauis Regia locis citatis. Salas loc. cit. ſect. j. num. 2. Suarez, lib. 4. cap. 16. num. 4 & alij. Ratio eſt quia lex promulgata, & ſufficienter acceptata obligat. Verum ſi maior pars Communitatis legem non acceptauit, minor pars non peccat legem non obſeruãdo; quia Princeps non obligat ſua lege minorem partem, dum maior pars non acceptat; cum lex feratur Communitati. Ita Nauarrus conſilio 1. de Conſtitutionibus, quæſt. 5. num. 24. Rodriquez tom. 1. quæſtionum regulariũ, quæſt. 6. art. 10. Salas loc. cit. num. 7. ad finem, & alij Doctores citati, cõtra Suarez lib. 3. de legibus, cap. 19. num. 13. Paulum de Caſtro, lib. 1. de lege pęnali, cap. 1. Medinam, Lopez, & alios apud Suarez loc. cit. num. 4.

35 Hinc ſequitur primò Ciuem, exempli gratia, Mediolanenſem, qui nouit legem Pontificiam Romæ promulgatam, quam Communitas Mediolanenſis nõ aceptauit, nec obſeruat ob legis ignorantiã, excuſari à peccato legem Pontificiam non obſeruando. Ratio eſt tum quia lex non obligat, niſi ſit vſu recepta à maiori Communitatis parte: in propoſito autem caſu nõ eſt vſu recepta à maiori Mediolanẽſis Communitatis parte. Tum quia non ſunt deterioris conditionis, qui legem ignorant, ac qui eam norunt; ſed qui norunt legem, impediunt legis obligationem, illam non acceptando; ergo à fortiori impediunt, qui legẽ non acceptant ob ignorantiam, cum maiorem habeant excuſationis cauſam. Ita Nauarrus loc. cit. quæſt. 6. num. 25 Salas loc. cit. ſect. 2. num. 11. Idem innuit Azorius parte j. libro 5. cap. 4. quæſito 1. & 3. contra nonnullos alios.

Obijcies. Actus agentium non operatur vltra intentionem eorũ; cap. finali, de præben. & L. Nõ omnis, ff. de rebus credit. ſed qui legẽ ignorant non intendunt eã tollere non ſeruãdo, quod in lege præſcribitur; voluntas enim non fertur in incognitum; ergo legem, non tollunt, nec legis obligationem impediunt; ergo Ciuis Mediolanenſis in caſu propoſito tenetur legem Pontificiam obſeruare.

Reſpondeo legem non obligare in propoſito caſu, non quia ignorantes legem intendant eam tollere; ſed quia illam nondum acceptarunt, vſuque nondum receperunt.

36 Secũdò ſequitur verum eſſe, qđ diximus de matrimonio, nempè validum eſſe matrimonium ſine Parocho, & teſtibus celebratum vbi Tridentinum non eſt acceptatum, etiamſi contrahentes conſcij ſint decretorum, & legum in Tridentino Concilio conditarũ; nam leges

non

Digitized by Google

non obligant, niſi à maiori parte Communitatis fuerint acceptatæ. Ita Nau. cõſ. 1. de Cõſtitutionibus q.4 5.& 8.Salas lo.ci.num 19.& alij Doctores citati.

37 Sextò dubium eſt, vtrum lex, quæ antea non fuit acceptata ab aliqua Communitate, ſeu à maiori Cõmunitatis parte, poſsit ſubſequenti tempore acceptari,& conſequenter obligationem parere.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia lex per non acceptationẽ non fuit extincta; ſed quodammodo ſuſpenſa; lex autem nõ extincta poteſt acceptari,& obligationẽ parere, ſi acceptetur.

38 Ex quo patet non idem eſſe, legem reuocari à legiſlatore,& legẽ non acceptari, nam lex, quæ non fuit acceptata, poteſt acceptari, & obligationem inducere, quãuis iterum non feratur; quia nõ fuit extincta per non acceptationem, ſed quodammodo ſuſpenſa; lex verò, quæ ſemel fuit reuocata, nõ obligat, niſi iterum feratur à Principe, quia per reuocationem fuit extincta. Ita Nauarrus lib. 1. Conſiliorum titulo 2. conſilio 1.num. 28. Reginaldus lib. 13.num. 164. verſiculo, Quæri poteſt. Idem innuit Salas loc.cit.num.5.circa mediũ, ſed clariùs ſect.3.num. 17. Suarez lib.4. cap. 16.nu.14.ad finem.

39 Septimò dubium eſt, vtrum qui abſque ſufficienti ratione ſunt in cauſa, ne lex iuſta, condita ob cõmunem vtilitatem, vſu recipiatur, eamque iam promulgatam non ſeruant, aliquam culpam incurrant.

Reſpondeo duplicem in hac re ſententiam aſsignari poſſe.

Prima videtur Syluestri, & nonnullorum aliorum apud Doctores ſtatim citandos, exiſtimantium, per ſe loquendo, non peccare, niſi graue incommodum Reipublicæ, & Communitati inde proueniat, vt propter tale incommodum vitandum aſtringantur ad legem acceptandam. Ratio eſt quia deeſt acceptatio, quæ eſt conditio requiſita ad legis obligationem, ſi ergo lex non acceptetur, non obligat; conſequenter peccare non videtur qui legem nõ acceptat, cum legiſlator intendat ſolum obligare ſub conditione, ſi lex acceptetur, niſi aliter expreſſerit.

Secunda ſentẽtia communis eſt Clauis Regię lo.cit.cap. 5. nu. 14. Suarez lib.3.de legibus cap. 19. nu. 10. vbi teſtatur de communi, Salas de legibus diſput. 13.ſect.1. num.5. Couarruuię, & aliorum apud Azorium lib. 5.cap.4. quæſito 5. & apud Reginaldum lib.13.num.162. arbitrantium, eum non excuſari à peccato, qui abſque ſufficienti cauſa legem promulgatam non ſeruat, vel in cauſa eſt, ne acceptetur.

Mihi in hac re diſtinguendum videtur. Vel legiſlator intendit obligare independenter ab acceptatione; vel dependenter; Si indepẽter ab acceptatione intendit obligare, cenſeo ſubditos peccare non acceptando, quia faciunt contra Superioris voluntatem, obligantis ad legem acceptandam. Si verò intendit obligare dependenter ab acceptatione, non videntur peccare, quia nondum purificata eſt conditio, ſub qua legiſlator intendit obligare. Nobiſcum ſentire videtur Suarez loc. cit. cap.19.nu.12.

40 Hinc patet differentia inter cõſuetudinem legi contrariam,& deſuetudinem, ſeu nõ vſum, quòd qui

conſuetudinem inducunt contra legem peccant; quia faciunt contra legem receptã; qui verò faciunt cõtra legem nondum vſu receptã nõ videntur peccare; quia lex nõ obligat antequam vſu recipiatur, niſi aliter conſtet de mente legislatoris. Ita Azorius lo. cit. & idem à fortiori ſentire videntur Doctores primæ ſententiæ.

41 Octauò dubiũ eſt, vtrum liceat ſubditis ſupplicationem legislatori porrigere, & interim ſuſpendere legis obligationem, eamque non ſeruare. Difficultas hæc procedit præſertim in lege obligante ad acceptationẽ ipſius legis, vel obligante independẽter ab acceptatione.

Reſpondeo ſubditos teneri quidem legem à legitimo ſuperiore conditam, & promulgatam acceptare, niſi legislator acceptationẽ legis remiſerit libero ſubditorum arbitrio, iuxta ſuperius tradita: Nihilominus, ſi iuſtam habeant cauſam, non ſolum poterunt ſupplicationes, & preces ad legislatorem tranſmittere, vt legem reuocet; verum etiam legis obligationem interim ſuſpendere, donec iterũ conſtiterit de voluntate legislatoris. Ratio eſt tum quia poſita iuſta, & rationabili cauſa reuocandæ legis, conſonum videtur rationi, & moraliter neceſſarium, vt ſubditis pateat aditus ad legislatorem pro legis reuocatione, & vt onere legis nõ premantur, donec legislator mentem ſuam magis explicauerit. Tũ quia ſic vſu receptum eſſe in multis prouinciis Eccleſię, nec Summo Põtifici diſplicere iuſta cõcurrẽte cauſa teſtatur Suarez nu. 8. Tum quia hæc præſumitur rationabilis voluntas legislatoris, qui non præſumitur tantum incommodi afferre, niſi aliter expreſſerit. Ita M. Salonius de Cõtractibus to. 2. de Cenſibus art. 3. diſput. 4. concluſione vltima. Rodriquez to. 4. quæſtionum regularium quæſt. 6. art. 7. vbi non ſolum in reſcriptis, & litteris particularibus licitam putat ſupplicationem, verum etiam in legibus generalibus, quæ pro tota feruntur Eccleſia, cũ hac tamen differentia, quòd in legibus generalibus, inquit ipſe, interpoſita ſupplicatione non ſuſpenditur legum executio, in reſcriptis verò, & litteris particularibus ſuſpenditur, allegatis cum debita humilitate cauſis, propter quas executioni demandari commodè nequeunt. Nobiſcum etiam ſentit Caſtro lib. 1. de lege pœnali cap. 1. indiſtinctè loquens de legibus. Idem innuit Bannes 2. 2. quæſt. 78. artic. 4. dubio penultimo loquens de bulla Pontificia circa Cenſus edita. Eiuſdem ſententiæ eſt Salas diſp. 18. ſectio. 4. nu. 21. & Suarez lib. 4. ca. 16. nu. 6. vbi refert Panormitanum, Felinum, & alios.

42 Hinc ſequitur, ſi Summus Pontifex legem aliquam ferat repugnantem conſuetudini, vel ſtatutis, vel bono alicuius Prouinciæ, vel Regni, licitum eſſe ſupplicationem interponere rogando Summum Põtificem, vt legem reuocare, & ſententiam mutare velit. Neque culpam admitti arbitror, legis executionem interim ſuſpendendo. Ita Suarez Salonius, & Salas loc. cit.

43 Sed modò dubium eſt, vtrum Summus Pontifex, ſi accepta, ſeu audita Communitatis ſupplicatione taceat, & non reſpondeat ſupplicationi ad ſe tranſmiſſæ, præſumatur legis obligationem reuocare,

re; ſeu ſuſpendere, vel potius confirmare.

Reſpondeo, regulariter loquendo, præſumi annuere petitioni, & cõſequenter reuocare legis obligationem, nam, ſi nollet annuere petitioni ſupplicantium teneretur, reſpondere; cum ergo non reſpondeat præſumitur annuere, & cõſentire iuxta regulã iuris in 6. Qui tacet cõſentire videtur, quoties videlicet tenetur reſpondere, vt cum Rebello docui de matrimonio.

Verum ſi ex coniecturis conſtet Summum Pontificem tacendo non annuere precibus; ſed tacere, vt benignè, comiter, & clementer trahat ſubditos ad legis obſeruantiã, ſubditi non amplius excuſabuntur ab obligatione legis; nec legis executio amplius ſuſpenſa remanebit. Ita Salas lo. cit. nu. 21. & idẽ innuit Suarez loc. cit.

44 Nonò dubium eſt, vtrum, quando dubitatur, an lex promulgata fuerit acceptata, præſumendum ſit acceptatam, & vſu receptam eſſe.

Reſpõdeo præſumi acceptatam, quia poſſeſsio ſtat pro lege; nã pro eo ſtat poſſeſsio, pro quo ſtat legis præſumptio, vt oſtendã in tractatu de Peccatis. Propterea aſſerenti legem, non eſſe acceptatam incumbit onus probandi non fuiſſe acceptatam. Ita Bartolus, & alij, quos citat, & ſequitur Salas de legibus diſp. 13. ſect. 5. ad finem, Sanchez, & alij, quos retuli de peccatis, dum loquerer de conſcientia dubia q. 4. puncto 7. Contra Azorium ibi citatum.

45 Decimò dubium eſt, an, vt lex, quę non eſt vſu recepta, non obliget, requiratur, vt Princeps ſciat legem nõ eſſe vſu receptam, & toleret ipſius non vſum.

Reſpondeo hoc non requiri, ſed ſufficere tacitum ipſius Principis conſenſum, qui conſiſtit in tacita illa conditione, ſi acceptetur, ſub qua conditione Princeps legẽ condit. Ratio eſt quia lex non obligat vltra intentionem legislatoris; ſed legislator non intendit obligare, niſi ſub hac conditione, ſi acceptetur, vt ſuppono; ergo ſi lex non acceptetur, nõ obligat, ſiue Princeps cognoſcat legem non eſſe acceptatam, ſiuè neſciat. Ita Nauarrus conſilio 1. de Conſtitutionibus, quæſt. 5. num. 23. Azorius parte 1. libro 5. cap. 4. quæſito 2. Salas de legibus, diſp. 13. ſect. 2. num. 13. Suarez lib. 4. cap. 16. numero 10. Felinus, & alij apud Azorium loc. cit. & apud Salas, num. 16. contra Syluestrum verbo, lex, quæſito 6. Reginaldum loco ſupra cit. & alios apud Azoriũ loc. cit. apud Salas, num. 12. & apud Suarez loco cit.

46 Vndecimo dubium eſt, quanto tempore liberum ſit legislatori cõpellere ſubditos ad ſeruãdam legẽ promulgatam. Reſpondeo Principem poſſe ſubditos intra decenniũ cõpellere pęnis ad ſeruandam legẽ promulgatã, habet enim ſufficiẽtẽ poteſtatem compellendi ſubditos ad legis obſeruantiam; Tranſacto verò decennio, ſi lex recepta non fuerit, non poterit Princeps, per ſe loquendo, compellere ſubditos ad ſeruandam legem, quia lex per deſuetudinem, ſeu non vſum decennalem abrogatur, & tollitur, vt patebit ex dicendis de ceſſatione legis. Ita Azorius loc. cit. quæſito 4. Salas diſp. 13. ſect. 8. ad finem, Suarez loco citato, num. 12. & alij, quos referam de ceſſatione legis. Pote-

rit tamen Princeps in tali euentu nouam legem condere, iterumque populum compellere ad ipſam obſeruandam.

47 Hac occaſione obiter aduerte hanc eſſe differentiam inter cõſuetudinem, & deſuetudinem, ſeu non vſum, quòd conſuetudo vim habet abrogandi legem iam receptam, modò legitimum tempus intercedat, vt patebit ex dicendis de conſuetudine. Deſuetudo verò vim habet impediendi legem, ne obligare incipiat, aut eã abrogandi decem annorum ſpatio, modò lex ſit ciuilis; ſpatio verò quadraginta annorum, ſi fuerit Eccleſiaſtica iuxta Nauarrum conſilio 1. titulo 2. num. 32. Felinum, & Cardinalem apud Azorium loco cit. cap. 4. quæſito 4. & apud Reginaldum lib. 13. nu. 162. Verum iuxta Henricum, & alios apud Suarez lib. 4. cap. 16. num. 12. & Salas loc. cit. ſect. 1; & 6. non requiritur certum tempus ad abrogandam legem per deſuetudinem; ſed ſufficiunt multi actus contrarij ad arbitrium prudẽtis viri; quia nullũ ius præſcribens ſpatium decem annorum ad abrogandam legem per deſuetudinem afferri poteſt. Immò aliqui Doctores putant ſufficere duos, vel tres actus factos contra legem ſciente Principe, & non puniente, ita Suarez, num. 12. & alij. Verum quid nobis in hac re ſentiendum ſit conſtabit ex infra dicendis.

48 Si quæras, vtrum lex cenſeatur non acceptata ex eo, quòd caſus legis per multos, etiam fortè per mille annos non accidit.

Reſpondeo negatiuè; quia deſuetudo, ſeu non vſus nihil facit cõtra legem, quando caſus legis non accidit, vt patebit ex infra dicendis de ceſſatione, & de conſuetudine. Ita Nauarrus de Conſtitutionibus conſilio 1. quæſt. 6. num. 25. Rodriquez quæſtionum regulariũ tom. 1. quæſt. 6. art. 12. Azor loc. cit. quæſito 7. Suarez loc. cit. Salas diſput. 13. ſect. 2. num. 11. Leſsius, lib. 2. cap. 22. dubitatione 14. Reginaldus lib. 13. nu. 162. Becanus, & alij, quos infra referam.

Ex dictis in hoc puncto conſtat ad legem humanam condendam, & ad ipſius obligationem inducẽdam, requiri Primò, vt feratur à legitimo ſuperiore. Secundò, vt feratur ob commune bonum. Tertiò neceſſariam eſſe iuſtam cauſam. Quartò promulgationem. Quintò lapſum termini in lege præſcripti. Sextò acceptationem, niſi aliter de mente legiſlatoris conſtet.

49 Vnum ſupereſt dubium explicandum, vtrum videlicet ad ſubſtantiam, & rationem legis requiratur ſcriptura tanquam conditio neceſſaria.

Reſpondeo negatiuè cum Suarez lib. 1. de legibus, cap. 11. num. 9. & lib. 6 cap. 13. num. 4. & lib. 9. cap. 11. num. 9. Molina tract. 5. de iuriſdictione, pagin. mihi 430. Reginaldo lib. 13. nu. 166. Salas diſp. 1. ſect. 9. num. 64. Valentia diſp 6. quæſt. 1. pun. 2. Becano parte 2. tract. 3. cap. 1. quæſt. 3. num. 2. Ariſtotele. Marco Tullio, & alijs apud Salas loco cit. num. 64. & apud alios præcitatos Doctores, Contra Sebaſtianũ Medices tractatu de legibus, parte 3. quæſt. 11 Salicetum, & alios apud Molinã, & apud Salas locis citatis.

Ratio eſt tũ quia lex poteſt promulgari, & acceptari, etiamſi in ſcriptis non ſit expreſſa. Tum quia nullo

Digitized by Google

nullo iure probari poteſt ſcripturam requiri. Tum quia leges aliquando fiunt, & poſtea in ſcriptum referuntur. Tum quia ſcriptura nõ requiritur ad ſubſtantiam diſpenſationis, aut priuilegijs, vel facultatis;ergo neque requiritur ad ſubſtantiam legis. Antecedens patet, quia priuilegium eſt validum poſito conſenſu concedentis,& valida eſt in foro conſcientiæ quælibet facultas conceſſa à Summo Pontifice ſtatim, ac ſupplicationem admiſit, ſubſcripto verbo, Placet, aut, Fiat,cap. Inſtitutiones 25.q.2. Et Clementina, Dudum,§. Nos.n. de ſepulturis; quamuis in foro externo iudicetur imperfecta, & inualida ex Regula 25. Cancellariæ.

50 Hoc tamen limita, modò contrarium non ſit vſu receptum, aut ſancitum in aliquibus priuilegijs, ſeu caſibus,ſicut de facto decernitur in ſententiis, ad quas Doctores communiter requirunt ſcripturam, vt ex cap. finali, de ſententia, & re iudicata obſeruat Salas loc.cit.nu. 68.ad finem.

Idẽ dicendum eſt de Iudicibus, qui non acquirunt iuriſdictionẽ ante expeditionem litterarum, vt docet Sanchez lo. ſtatim citando.

Idem dicẽdum eſt de beneficijs à Papa obtentis, quorum non eſt valida poſſeſſio capta ante expeditionem litterarum Immò capiẽs poſſeſſionem ante litterarum expeditionem cenſetur intruſus, & violentus poſſeſſor, nec poteſt facere fructus ſuos, nec illi prodeſt Regula Cancellariæ de annuali, vel biennali, vel triennale poſſeſſore, vt ex extrauagãti Iulij Secũdi, quæ incipit, Romani Pontificis,& ex alijs extrauagantibus obſeruat Azorius parte 1.lib.5.cap.2.cum Baldo, Panormitano,& alijs in L. vltima, Codice, de legibus. Iſtæ autem extrauagantes cum non loqui videãtur de beneficijs collatis ab Epiſcopo, ſed de obtentis à Summo Pontifice, non videntur extendendæ ad capientes poſſeſsionem beneficiorum collatorum ab Epiſcopis, litteris nondum expeditis; nã in pœnis non eſt facienda extẽſio, niſi aliter per legitimam conſuetudinem receptum ſit. Videte Sanchez lib.8.de Matrimonio diſputa. 29. Suarez de legibus lib.3.cap.15. num.6.& lib.8.cap.2. Azorium, & alios locis citatis.

Ex dictis igitur conſtat ad ſubſtãtiam legis non requiri ſcripturam, ſicut neque requiritur, per ſe loquẽdo, ad ſubſtantiam priuilegij, vel alterius facultatis.

51 Ex quo licet inferre priuilegiũ conceſſum abſque ſcriptura nõ expirare morte concedentis, quãuis litteræ nondum eſſent expeditæ; nam priuilegium abſque ſcriptura conceſſum eſt validum; priuilegiũ autem validum non ſpirat morte concedentis, vt conſtabit ex dicẽdis de Priuilegijs.

Obijcies, hæc eſt differentia inter conſuetudinem, & legem, quòd conſuetudo eſt ius non ſcriptũ, lex verò eſt ius ſcriptũ, Inſtituta, de Iure naturali, gentium, & ciuili;ergo ſcriptura pertinere videtur ad ſubſtantiam, & eſſentiam legis.

Reſpondeo hanc eſſe differentiã inter conſuetudinem, & legẽ, quòd conſuetudo introducitur vſu,& nõ ſcriptura, lex verò, vt plurimum introducitur ſcripto; ſed non ſemper; cõſequenter non licet inferre ſcripturam ad legis eſſentiam pertinere

tinere. Ita Becanus lo.cit.num.3. Reginaldus.nu.166.& alij.

Hinc patet reſponſio ad caput, Lex.diſt.1.vbi dicitur, Lex eſt conſuetudo ſcripta, non enim hoc aſſeritur, quaſi de ratione legis ſit ſcriptura; ſed quia lex, vt plurimum, & regulariter loquendo, per ſcripturam fieri conſueuit.

PVNCTVM V.

De materia legum.

1 *Materia legis eſt illa, circa quam verſatur lex, ſeu quæ præcipitur, vel prohibetur à lege.*

2 *Actiones humanæ ſunt materia legum.*

3 *Actus quarundam virtutum poſſunt eſſe materia legum.*

4 *Actiones ex ſe indifferentes poſſunt eſſe materia legum.*

5 *Non poſſunt præcipi humana lege omnes actus virtutum ſimpliciter, & collectiuè.*

6 *An Eccleſia poſſit omnes vitioſos actus ſub Cenſuris, & alijs pœnis prohibere, remiſſiuè.*

7 *Actus interni poſſunt aliqua ratione eſſe materia legum humanarũ.*

8 *Quot modis conſiderentur actus interni.*

9 *Eccleſia præcipiendo recitationẽ diuini officij ſimul etiam præcipit attentionem.*

10 *Eccleſia, dum præcipit Confeſſionẽ ſacramentalem, ſimul etiam præcipit peccatorum dolorem.*

11 *Eccleſia, dum præcipit Confeſſionem annuam, ſimul etiam præcipit Cõfeſſionem peccatorum mortalium internorum.*

12 *Superior aliquando poteſt in Voto purè interno diſpenſare.*

13 *Interna voluntas efficax furandi prohiberi poteſt ſub Cenſuris.*

14 *Non peccat, qui in die ieiunij delectatur de carnibus alio die ſumptis.*

15 *Qui produnt ſigno externo internam hæreſim, iure excommunicantur.*

16 *Benedictinus, qui ſe transfert ad Curiam Regis ſine Præpoſiti licentia, eſt excommunicatus.*

1 NOtandum materiam legis, vt in præſenti loquimur, eſſe rem illam; circa quam verſatur lex, ſeu quæ præſcribitur, vel prohibetur a lege.

Hoc poſito quęrendũ eſt in hoc puncto, Primò, quænam ſit materia legum ſimpliciter. Secundò, vtrum actus interni ſint materia legis.

PRIMA PROPOSITIO.

2 ACtiones humanę ſunt materia legum. Ita communiter Doctores. Ratio eſt tum quia illa eſt materia legis, circa quã verſatur lex; ſed lex verſatur circa humanas actiones præcipiendo bonas, & prohibendo malas; ergo actiones humanæ ſunt materia legum. Tum quia illud eſt materia legum, quod cadit ſub Principis poteſtatem, & referri poteſt ad commune bonum; actiones autem humanæ cadunt ſub Principis poteſtatem, & ad commune bonum referri poſſunt.

3 Hinc ſequitur primò actus quarumcunque virtutum poſſe eſſe materiam legum. Tũ quia ſunt actus humani. Tum quia actiones quarumcũque virtutum referri poſſunt ad commune bonum; illud autem, quod referri poteſt ad commune

bo-

bonum, poteſt eſſe materia legum preſertim humanarum, cum humanę leges ad commune bonum referantur. Ità S. Thomas 1. 2. quæſt. 95. art. 2 & 3. Clauis Regia libro 3. cap. 3. num. 5. Valentia, p. 2. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 7. Reginaldus, lib. 13. num. 20. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 5. quæſito 2. Caietanus, Sotus, & alij quamplures apud Salas de legibus diſput. 9. ſect. 3. num. 36. & apud Clauem Regiam loco citato Contra Suarez ex part. lib. 3. cap. 12. num. 11.

4 Secundò ſequitur, actiones ex ſe indifferẽtes poſſe eſſe materiam legum. Tum quia ſunt actiones humanæ. Tum quia hic, & nunc vel dirigũtur ad aliquem finem honeſtum conſequendum, & ſic ſunt materia præcepti affirmatiua, & ſunt actiones bonæ, vel retrahunt à conſecutione finis, ſicquè ſunt actiones malæ conſequenter ſunt materia actus pręcepti negatiui, ſi ſecundum has rationes conſiderentur, ita S. Thomas 1. 2. quæſt. 93. art. 2. Suarez lib. 13. ca. 17. Becanus tract. 3. cap. 1. quæſt. 3. num. 4. Clauis Regia, num 4. & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris, dum quærerem, quænam ſit materia, propter quam cenſuræ ferri poſſunt.

5 Sed modo dubium eſt, vtrum lege humana præcipi poſsint omnes actus virtutum ſimpliciter, & collectiuè, aut omnes actus omniũ virtutum.

Reſpndeo negatiuè, quia difficillimum eſſet omnes actus virtutum collectiuè obſeruare; nõ enim omnes poſſunt abſtinere à matrimonio, aut Religionẽ ingredi, &c. qui ſunt actus virtutum; lex autem humana debet eſſe de re moraliter poſsibili, & non de rebus difficillimis, niſi commune bonum aliud poſtulet. Ita Molina tract. 5. de iuriſdictione diſp. 72. num. 2. Clauis Regia loco cit. Suarez lib. 4. cap. 11. num. 2. & lib. 3. cap. 12. num. 11. Salas de legibus diſp. 9. ſect. 3. num. 38. vbi refert Diuum Thomam, Caietanum, & alios.

Contrarium cenſeo dicẽdum de actibus vitioſis. Ratio eſt tum quia in ſententia aliquorum DD. votum vitandi omnia peccata etiam venialia, validum eſt; ergo a fortiori poterunt omnia vitia contra legem prohiberi. Tum quia omnes actus vitioſi iam ſunt prohibiti; ergo nihil obſtare videtur, quin legitimus ſuperior poſsit iuſta interueniente cauſa omnes vitioſos actus interdicere, & prohibere. Tum quia lex naturalis obligat ad omnia peccata vitanda; ergo etiam obligare poterit humana, quamuis oppoſitum ſentiat Salas loco citato, num. 39. & Suarez lib. 4. cap. 11. num. 3. & lib. 3. cap. 12. num. 12. referens D. Thomam, & S. Auguſtinum.

Obijcies lex debet eſſe accommodata Communitati humanæ ſecundum naturalem conditionem ſpectatæ; naturalis autem conditio naturæ humanæ non poſtulat, & omnia vitia prohibeantur; cum cauere omnia vitia non ſit omnium, nec multorum, ſed perfectorum.

Reſpondeo legem videri accommodatam naturæ humanę, etiamſi omnia vitia prohibeantur. Ratio eſt tum quia id videtur accõmodatum naturæ humanæ, quod eſt conforme rectę rationi, ſiuè naturæ rationali; recta autem ratio poſtulat vt vitentur omnia peccata. Tum

quia ſequeretur omnia peccata carnis non poſſe prohiberi, cum vitare omnia peccata carnis ſit paucorum perfectorum.

6 Vtrum verò Eccleſia poſsit omnes vitioſos actus ſub grauibus pœnis, vel cenſuris prohibere, conſtat ex dictis de materia proxima Cenſurarum in Tractatu de Cenſuris.

Grauior difficultas eſt, vtrum actus interni, qui verè ſunt actiones humanæ poſsint eſſe materia humanarum legum, ita vt legibus humanis pcipi, vel prohiberi poſſint. Pro cuius difficultatis ſolutione ſit.

SECVNDA PROPOSITIO.

7 Actus interni poſſunt aliqua ratione pcipi, vel prohiberi; conſequenter poſſunt eſſe materia legum humanarum. Vt hæc propoſitio intelligatur.

8 Præmittendum eſt actus internos poſſe dupliciter cõſiderari, vno modo ſecundum ſe præciſè; altero, vt ſpectant ad complementũ actus externi, vel quatenus ſunt neceſſarij ad eſſe phyſicum, aut morale actus externi, ſeu quatenus inuicem cõnexionem aliquam habent, ſeu dependentiam.

Hoc poſito, Dico primò actus internos primò modo cõſideratos nõ poſſe ab Eccleſia de facto præcipi, vel prohiberi. Ratio eſt quia Eccleſia nũquã præcipit actum merè internum; ergo Eccleſia non videtur poſſe actum merè internum præcipere. Tum quia occulta reſeruantur Deo, prima Corinthiorum 14. Nolite ante tempus iudicare quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Tum quia Eccleſia non poteſt leges ferre de eo, de quo nõ poteſt iudicium ferre, & pœnas ſumere; poteſtas enim Eccleſię ordinatur ad externam gubernationẽ; ſed Eccleſia non poteſt iudicare, nec punire actus merè internos, cap. Sicut tua nos, de ſimonia; ergo Eccleſia non poteſt præcipere, vel prohibere actus merè internos.

Concedo quidem Chriſtũ de poteſtate ſua abſoluta potuiſſe hanc poteſtatem Eccleſiæ communicare; ſed nego talem poteſtatem hactenus illi fuiſſe communicatam; cum ex nullo iure, vel Eccleſiæ traditione colligatur talem poteſtatẽ Eccleſiæ cummunicatam fuiſſe. Ità Diuus Thomas p. 2. quæſt. 91. art. 4. Nauarrus in Manuali, cap. 27. num. 87. Sylueſter verbo, Excommunicatio 7. num. 3. Suarez de legibus, lib. 4. cap. 12. Valentia p. 2. diſp. 7. quæſt. 3. pun. 2. & 7. Salas diſp. 9. ſect. 1. num. 30. verſiculo, Ad ſecundam. Becanus loc. cit. cap. 6. quæſt. 5. nu. 2. Clauis Regia, lib. 3. cap. 6. nu. vlt. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 10. & alij apud Vaſquez p. 2. diſp. 160. cap. 2. num. 5. & apud alios pręcitatos Doctores, cõtra Medinam Codice de Oratione, quæſt. 15. & alios apud Becanum loc. cit. & apud Suarez, num. 4. vbi pro noſtra ſententia refert 20. Doctores, & quinque pro contraria, & aoud Salas loc. cit. nu. 1. & 3. vbi magnum Doctorum cętum pro vtraque ſententia refert.

Dico ſecundò, actus internos ſecundo modo cõſideratos poſſe ab Eccleſia præcipi, vel prohiberi. Ità Clauis Regia loco cit. Reginaldus, lib. 13. num. 21. Suarez ex parte, & alij Doctores citati. Ratio eſt quia ad

ad rectam Eccleſiæ gubernationẽ pertinet, vt actus interni tali modo conſiderati ab Eccleſia præcipi, vel prohiberi poſsint; Sicut enim ob rectam Eccleſiæ gubernationẽ pręcipiuntur actus externi; ita cõpræcipi poſſunt actus interni, qui connexionem habent cum externis, vel ſine quibus actus externi non poſſunt ſubſiſtere ſecundum eſſe morale, aut phyſicum, vt bene docet Suarez loco cit. n. 14. quãuis nobiſcum in omnibus non conueniat.

Obicies Eccleſia nõ poteſt præcipere, vel prohibere actum, qui non cadit ſub humanam poteſtatem, & iudicium; ſed actus internus, licet connexionem aliquam habeat cũ actu externo, non cadit, nec cadere poteſt ſub humanam poteſtatẽ, & iudicium; ergo Eccleſia non poteſt vlla ratione pręcipere, vel ꝓhibere actum internum. Reſpondeo negando minorem propoſitionem; cadit enim ſub humanam poteſtatem non directè quatenus connexionem habet cum actu externo.

9 Ex dictis ſequitur primò, eccleſiam præcipiendo recitationem diuini officij ſimul etiam præcipere attentionem; nam attentio, quæ eſt actus internus, neceſſaria eſt ad orationem, ſed dum eccleſia præcipit recitationem diuini officij, intẽdit præcipere orationem, ergo etiã præcipit, ſeu potius compræcipit attentionem, quoties enim præcipitur aliquid cenſetur etiam præcipi omne id; ſine quo illud ſubſiſtere non poteſt.

Ex quo patet recitantem diuinũ officium ſine attentione, quod ex Eccleſię ꝑcepto recitare tenetur, facere cõtra præceptum Eccleſiæ, & eſſe reũ culpæ. Ita Valentia lo. cit. Suarez loc. cit. c. 12. & 13. n. 13. Vaſquez p. 2. diſp. 160. c. 5. Salas diſp. 9. ſect. 1. num. 24. & alij apud præcitatos Doctores.

10 Secundò ſequitur, Eccleſiam, dum præcipit annuam confeſsionẽ ſacramentalem, ſimul etiam compræcipere dolorem peccatorum; cum ad ſubſtantiam confeſsionis ſacramentalis, ſeu ſacramenti Pœnitentiæ pertineat dolor, qui eſt actus internus, & fit ſenſibilis per externa ſigna, iuxta dicta de Pœnitentia. ita Doct. citati.

11 Tertiò, Eccleſiam, dum præcipit confeſsionem annuam, ſeu dũ determinat tempus annuæ confeſſionis, ſimul etiam præcipere confeſsionem peccatorum mortalium internorum; nam integritas confeſſionis eſt de iure diuino, & pertinet ad ſubſtantiam confeſsionis. Ita Salas lo. cit. nu. 28. verſiculo, Hæc ſolutio. Henriquez, Vaſquez, Valentia, Coninchus, & Reginaldus, quos retuli de Pęnitentia diſp. 5 quæſt. 5. ſect. 2. nu. 4. verſiculo, Quarto fideles, Contra Becanum lo. cit. nume. 4. Vaſquez loc. cit.

Ex quo patet, illum non ſatisfacere præcepto annuæ confeſsionis, qui culpabiliter prætermittit peccatum aliquod mortale internum.

12 Quartò ſequitur ſuperiorẽ poſſe in voto purè interno diſpẽſare, modo illi manifeſtetur, nã per manifeſtationem fit ſenſibile.

Addunt aliqui Doctores Superiorem poſſe in voto diſpenſare, etiãſi votum non manifeſtetur, vt ſi ſuperior dicat, Diſpenſo tecum, ſi aliquo voto teneris, nã aliud eſt pręcipere actus internos, aliud in voto interno diſpenſare; diſpenſatio enim reſpicit internam animæ pacem,

cem,

cem, & quietem, lex verò humana externam gubernationem. Ita Beccanus loco cit. nu. 5. Suarez lo. cit. num. 10. & alij.

13 Quintò, prohiberi poſſe ſub Cēſuris internam voluntatem efficacem furandi, nam hæc voluntas afficit externum actum, & eſt coniūcta cū actu externo, vt in ſimili docet Beccanus lo. cit. num 6. de eo, qui voluntatē habet efficacē omittendi ſacrū in die feſto, aut ſeruiliter laborādi. Idem ſentire videtur, Vaſquez loco ſupra citato. Salas lo. cit. num. 12. & expreſsè Suarez lib. 3. cap. 13. nu. 9. & lib. 4. cap. 13. num. 1. & alij communiter teſte Salas. Immò quandꝰ lex prohibet, vel præcipit aliquem actum externum, ſimul etiam prohibet, vel præcipit actum internum illi reſpondētem, vt ſi prohibeat furtum, prohibet etiam voluntatem efficacē, aut propoſitum abſolutum furandi, vel ſi præcipiat recitationē officii, præcipit etiam intentionem, ſeu volūtatem recitandi. Ratio eſt tū quia præcipiens aliquid neceſſe eſt, vt præcipiat id, quod neceſſarium eſt ad id, quod præcipitur, & prohibēs aliquid neceſſe eſt, vt prohibeat id, quod neceſſarium eſt ad id, quod præcipitur, & prohibens aliquid, neceſſe eſt vt prohibeat quod incompoſsibile eſt obſeruationi præcepti, nullus autem facit actum præceptum, vel prohibitum ſine intentione faciendi. Tū quia actus externus eſt obiectum actus interni, actus autem ſpecificatur ab obiecto; ab eoquè bonitatem, & malitiam ſumit.

Ex quo patet eum, qui voluntatem habet omittendi ſacrū in die feſto, peccare contra præceptū audiendæ miſſæ, & qui voluntatē habet comedendi carnes in die ieiunii, peccare contra præceptū ieiunij. Idem dicendum eſt de eo, qui deſiderat eo die carnes comedere, aut delectatur de carnibus eo die ſumptis, nam iſti actus verſantur circa obiectum prohibitum, & includunt affectum ad tranſgreſsionem legis. Secus dicendū eſt quoties deſiderium, vel delectatio elicitur ſub motiuo, vel conditione, qua per impoſsibile, vel poſsibile poſita, tollitur turpitudo, ſeu remouetur prohibitio. Ratio eſt quia tunc actus inefficax, qualis eſt actus deſiderij, vel delectationis, nō dicitur verſare circa obiectum malum, cum illa conditio remoueat prohibitionem, & actus inefficax ſpeciem ſumat à motiuo. Videte dicta de Matrim. q. 4. pun. 8. difficult. 4. & Suarez loco citato.

14 An verò, qui in die ieiunij delectatur de carnibus non in die ieiunij, ſed alio die ſumptis, aut ſimpliciter delectatur de carnibus, quas mente reuoluit, peccet contra legem ieiunij, patet ex alibi dictis non peccare, quia præceptum ieiunij nō ſimpliciter prohibet internū actū, niſi quatenus eſt cauſa externi actus principaliter prohibiti, aut niſi quatenus eſt illi adnexus; aut niſi, quatenus actus externus ꝓhibitus eſt ob obiectū actus interni.

15 Sextò, iure optimo excommunicari eos, qui hæreſim internam externo aliquo ſigno produnt etiā nullo audiēte, vel præſente. Qui verò internam hæreſim ſigno externo non manifeſtat, non poteſt excommunicari; quia actus merè internus non cadit ſub humanam poteſtatem, & iudicium.

Septi-

Digitized by Google

16 Septimò, Monachum Benedictinum, qui ſe transfert ad Curiam Regis ſine licentia Præpoſiti animo illum accuſandi, affici excommunicatione, Clementina 1. de ſtatu Monachorum; quia internus actus afficit externum actum, & conſequenter ſub humanam cadit poteſtatem. Ita Suarez lib. 4. cap. 13. num. 31. ad finem. Sotus 10. de Iuſtitia q. 5. art. 5. Val. Clauis Regia, Azorius, & alij locis citatis, quanquàm Vaſquez lo. cit. cap. 3. Salas lo. cit. num. 8. & 9. & alij putant nõ affici excõmunicatione, niſi ſigno aliquo externo manifeſtetur animus internus, ita vt ſub humanum iudicium cadere poſsit.

PVNCTVM VI.

De ſubiecto legum, de ijs videlicet, qui legum obligatione afficiuntur.

1 *Subiectum legis eſt homo ſubditus capax rationis iuxta tenorem legis.*

2 *Infidelis, & Catechumenus non afficiuntur legibus Eccleſiaſticis.*

3 *Porrigentes carnes, & miniſtrantes infidelibus in die ieiunij, non peccant.*

4 *Amentes, dormientes, inuincibiliter ignorantes, & abſentes tẽpore promulgationis, tenentur legibus.*

5 *Excuſantur qui tẽpore amentiæ carnes amentibus porrigunt.*

6 *Pueri vſu rationis carẽtes non aſtringantur legibus.*

7 *Moniales non ſunt excommunicatæ, ſi huiuſmodi pueros in Monaſteriũ introducant.*

8 *Pueri, qui ad rationis vſum peruenerunt, obligantur legibus Eccleſiaſticis.*

9 *Pueri, de quibus dubitatur de ſufficienti vſu rationis, non poſſunt veſci latrocinijs, & carnibus in die ieiunij.*

10 *Auguſta, ſeu Regina ex natura rei, niſi eximatur, obligatur legibus.*

11 *Princeps ſupremus ex vi diuinæ legis, vel naturalis, tenetur lege declaratoria, vel confirmatoria iuris diuini, vel naturalis.*

12 *Princeps non tenetur, præciſo ſcandalo, ſuorum prædeceſſorum leges ſeruare.*

13 *Generales tranſgredientes proprias, vel aliorum Generalium leges puniri poſſunt pœna debiti Iudicis arbitraria.*

14 *Legislator non obligatur propriè ex vi coactiua ad ſeruãdam propriam legem.*

15 *Qui legem condit non ſubiacet pœnis contra tranſgreſſores latis, ſi legem ipſa non ſeruet.*

16 *Epiſcopus ludens aleis contra conſtitutionem, non ſubiacet excommunicationi.*

17 *Ludens cum Epiſcopo contrahit excommunicationem, niſi Epiſcopus ſuſpendat vim ſui Edicti.*

18 *Epiſcopus ludens cum eo, qui cõtraxit excommunicationem à ſe latã, incurrit excommunicationem à iure communi latam.*

19 *Princeps tenetur ex vi directiua ad ſeruandas proprias leges.*

20 *Princeps tenetur leges ſuas ſeruare, quando habent materiam vniuerſalem, & ipſi Principi accommodatam.*

21 *Princeps non tenetur legibus proprijs, ſi ſecum ex iuſta cauſa diſpenſet.*

Prin-

22 *Princeps, qui ſimul cum populo legem cõdit, tenetur eam obſeruare.*

23 *An peccet mortaliter Princeps, qui leges ſuas non obſeruat.*

24 *Princeps non obſeruans proprias leges, peccat contra virtutem, contra quam peccant reliqui.*

25 *Legiſlator ciuiliter ſuis legibus obligatur.*

26 *Imperator, aut alius Princeps non tenetur ſeruare ſtatuta, ſeu leges municipales Oppidorum, ſeu Prouinciarum ſibi ſubditarum.*

27 *Succeſſores eorum, qui poteſtatem condendi legem contulerunt Principi, ligantur legibus ab ipſo Principe latis.*

28 *Obtinens à Papa facultatem excommunicandi ſurripientes, ſi ipſe ſurripiat non excommunicatur.*

29 *Clerici alijque Eccleſiaſtici tenentur legibus ciuilibus ex vi directiua, quando leges illæ non repugnant libertati Eccleſiæ.*

30 *Clerici non poſſunt ex vi directiua expendere pecuniam vltra taxam.*

31 *Clericus expendens pecuniam vltra taxam Principis, peccat contra Iuſtitiam.*

32 *Exempti abſque iuſta cauſa ab obligatione ſeruandi taxam, mortaliter peccant valorem à Principe præſcriptum excedẽdo.*

33 *Clerici non grauiter peccant transgrediendo leges ciuiles.*

34 *Cardinales, præciſo priuilegio, tenentur ſeruare leges generales iuris communis à Papa latis.*

35 *Peregrini ligantur legibus generalibus à Papa latis, & acceptatis, vbi peregrini reperiuntur.*

36 *Peregrini non ligantur legibus particularibus locorum, quæ non ſeruantur in loco ſui domicilij, quando nolunt ibi manere maiore anni parte.*

37 *Religioſus, qui à proprio Monaſterio diſcedit, non tenetur, præciſo ſcandalo peculiaribus obſeruantijs Monaſterij, in quo tanquam peregrinus reperitur.*

38 *Non poteſt regulariter ferri alicubi lex obligãs ſolos peregrinos.*

39 *Extraneus, vt alicubi contrahat domicilium, debet illuc accedere animo ibi ſemper manendi.*

40 *Fœmina contrahens coram proprio Parocho Matrimonium inualidũ, ſi poſteà accedat ad domum ſponſi, non poteſt cum priore Parocho Matrimonium conualidare.*

41 *Scholares aliquò pergentes, vt ſtudeant, non ibi contrahunt domicilium.*

42 *Domicilium poteſt in duobus locis contrahi.*

43 *Ad contrahendam obligationem legum loci, in quo quis reperitur ſufficit actualis habitatio inchoata animo ibi perpetuo manendi.*

44 *Habitans alicubi intentione ibi manendi maiore anni parte, fit Parochianus illius loci, quo ad ſacramenta excepto Ordine, & Prima tonſura.*

45 *Diuertens ad aliquem locum prædicto animo, ligatur legibus illius loci.*

46 *Diuertens aliò intentione ibi manendi maiore anni parte, poteſt ibi ſepeliri.*

47 *Scholares debent ſepeliri, & ſacramenta recipere in loco, vbi ſtudiorum cauſa morantur.*

48 *Aduena, præciſo ſcandalo, non tenetur ſeruare leges particulares loci, ad quem diuertit.*

49 *Aduena non tenetur ſeruare ieiuniũ,*

vel

vel diem feſtum, qui ibi ſeruatur, vbi reperitur.

50 *Aduena tenetur leges particulares locorum ſeruare, quando adeſt ſcandalum.*

51 *Aduena tenetur celebrare contractus, iuxta conditiones locorum, vbi reperitur, excepto contractu dotis.*

52 *Aduena tenetur ſeruare leges loci, in quo reperitur, quando eaſdem in proprio territorio, ſeruare tenetur.*

53 *Aduena tenetur leges loci, in quo reperitur ſeruare, quando legis violatio vergeret in damnum loci, in quo reperitur.*

54 *Vagi, qui nullibi certum habent domicilium, tenentur legibus loci, in quo reperiuntur.*

55 *An Ciuis Mediolanenſis teneatur ieiunare, & à carnibus abſtinere, ſi ſe Bergomũ trãsferat illis quatuor diebus ante primã Dominicã Quadr.*

56 *Qui in proprio territorio tenetur diebus Sabbati abſtinere à lacticinijs tenetur ab illis abſtinere, ſi illis diebus ſe aliò conferat, vbi aliter vſu receptum eſt.*

57 *Qui præceptũ adimpleuit in proprio domicilio, non tenetur poſtea illud adimplere ſi ſe transferat, etiam animo ibi permanendi, illuc, vbi tale præceptum cogit adhuc.*

58 *Qui domi ſuæ iam ſacrum audiuit non tenetur illud iterum audire, ſi ad locum diuertat, vbi feſtus dies celebratur.*

59 *Commorantes breui in alieno territorio, non tenentur ſeruare leges proprij territorij, ſi illæ non ſeruentur in loco, vbi commorantur.*

60 *An exiſtens extra proprium territorium ligetur Cenſuris à ſuo ſuperiore latis per modum ſententiæ, remiſſiuè.*

61 *Exiſtens extra proprium territorium non tenetur ſeruare leges iuris communis, quæ non ſeruantur in loco, quò ſe tranſtulit.*

62 *Peregrinus non tenetur ſeruare feſta proprij domicilij, quæ non ſeruantur vbi reperitur.*

63 *Sacerdos Latinus tranſiens per Græciam poteſt conficere tàm in Azymis, quàm in fermentato, modò nõ celebret in Eccleſia Latinorum.*

64 *Ræthi accedentes Mediolanum, quo tempore domi ſuæ nondum eſt completum ieiunium Quadrageſimale, poſſunt hic veſci carnibus.*

65 *Exiſtens in alieno territorio non tenetur proprias leges ſeruare, quãuis ſuperior intẽdat eum obligare.*

66 *Degentes in Monaſterijs hic Mediolani exemptis non tenẽtur ſeruare ieiunia, quæ ritu Ambroſiano ſeruantur.*

67 *Exiſtens in alieno territorio non tenetur legibus ſui territorij, quando ipſe, & ſimul res, circa quam operatur, & operatio ipſa ſunt extra territorium.*

68 *Beneficiarius, qui in aliena Diœceſi exiſtit, & non reſidet, incurret Cenſuras ab Epiſcopo proprio latas contra non reſidentes.*

69 *Exiſtens extra proprium territorium, ſi iactu ſagittæ occidat hominem exiſtentem in proprio territorio, afficitur excõmunicatione lata contra Homicidas.*

VNICA PROPOSITIO.

SVbiectum legis eſt homo ſubditus capax rationis, iuxta tenorẽ legis. Hæc propoſitio communiter ſuſtinetur à Doctoribus, eamq; certã eſſe de fide docet Suarez lib. 3. cap. 31. nu. 4. ex illo loco ad Romanos 13. Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

Quòd

Quòd ſubiectum legis debeat eſſe homo ſubditus, patet, quia poteſtas ferendi leges eſt poteſtas iuriſdictionis; poteſtas autem iuriſdictionis exerceri non poteſt in eos, qui non ſunt ſubditi; cum nulla potentia poſsit agere extra ſuã sferã.

Quòd ſubiectũ legis debeat eſſe homo capax rationis, patet. Tum quia ſubiectum legis tale debet eſſe, vt illi legem non implenti tranſgreſsio, & culpa imputetur; illi autem, qui non eſt capax vſus rationis, non imputatur tranſgreſsio, & culpa; cum ad peccatum requiratur aduertentia, & conſenſus, quæ ſupponũt rationis vſum. Tum quia præcepta imponuntur illis, qui præcepta intelligere, illiſque obedientiam præſtare poſſunt, qui autem vſu rationis carent non intelligunt præcepta, nec illis obedire poſſunt.

Quòd ſubiectum legis, ſit homo ſubditus capax rationis, iuxta tenorem legis, patet tum quia lex nõ magis obligat quam verbis exprimatur, nec obligat vltra intentionem legiſlatoris verbis expreſſam. Tum quia Romanorum 3. dicitur, Scimus quoniam quæcunque lex loquitur, ijs, qui in lege ſunt, loquitur.

Ex dictis in hac ꝑpoſitione colligi poteſt ſolutio quamplurimorũ caſuum.

2 Primò colligitur infidelem, aut catechumenum non aſtringi legibus eccleſiaſticis; quia infidelis, aut catechumenus non eſt ſubditus eccleſiæ, iuxta illud, Nihil mihi de his, qui foris ſunt. Propterea infideles, qui carnes comedunt in die ieiunij, non peccant contra præceptum Eccleſiaſticum, quia nõ ſunt ſubditi legibus Eccleſiæ.

3 Addo, eos nõ peccare, qui carnes infidelibus in die ieiunii porrigunt, & miniſtrant, vt benè docet Azorius parte 1. lib. 7 cap. 28. quæſito 3. ad finem. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 12. num. 11. & alij. Ratio eſt quia non magis ipſi peccant, quam comedentes; ſicut ergò comedentes non peccant; cum nõ ſint ſubditi legibus Eccleſiaſticis; ita neque peccabunt miniſtrantes, intantum enim miniſtrantes alijs carnes in die ieiunij peccant, in quantum illi, quibus porriguntur, tenentur lege ieiunij, ſeu in quantum ſunt cauſa, vt lex Eccleſiaſtica non ſeruetur, ſeu quatenus cooperantur peccato alterius, aut actioni alteri prohibitæ.

4 Secundò colligitur, amentes, dormientes, inuincibiliter ignorãtes, & abſentes tempore promulgationis teneri legibus; quia licèt per accidens nequeant leges intelligere, illiſque parere; per ſe tamẽ loquendo leges intelligere, illiſque parere poſſunt, & ſunt ſubditi legiſlatori, vt ſuppono, & ſunt capaces vſus rationis; quamuis tunc tẽporis ratione non vtantur, & defectu aduertentiæ, ſeu vſus rationis, & conſenſus excuſentur à peccato tempore amentiæ; ſomni, aut inuincibilis ignorantiæ. Quapropter amentes comedentes carnes in die ieiunij iure optimo excuſantur à peccato, cum ad peccatum requiratur aduertentia, & conſenſus.

5 Addo, eos excuſari, qui tempore amentiæ carnes amentibus porrigunt, nam amentes indigent illis cibis, ne humor melanconicus incrementum capiat, & mortẽ acceleret. Qui verò ebrijs porrigunt car-

Digitized by Google

carnes tempore ieiunij non excuſantur à peccato. Ratio eſt tum quia ebrij non indigent, huiuſmodi cibo, ſed ſobrietate, & abſtinentia. Tum quia ebrij ſunt ſubditi eccleſiæ, & ſunt capaces vſus rationis, licet breui ebrietatis tempore, ex accidenti rationis vſu nõ vtantur. Quanquam ipſi ebrij, ſi carnes ebrietatis tempore comedant, excuſantur à peccato defectu aduertentiæ, & conſenſus. Ita Sanchez lo. cit nu. 16. & alij.

Dices, porrigens carnes infideli, aut amenti tempore ieiunij non peccat; ergo neque peccare videtur porrigens carnes ebrio; cùm nõ magis peccet porrigens, quam comedens.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, quia infidelis non eſt ſubditus legibus Eccleſiaſticis, & amens, licèt ſubditus ſit legibus Eccleſiaſticis, indiget carnibus tempore amentiæ; ebrius verò ſubditus eſt legibus Eccleſiaſticis, & nõ indiget carnibus tempore ebrietatis; conſequenter porrigẽs carnes infideli, aut amẽti nõ peccat; peccat verò porrigens carnes ebrio fideli tẽpore ieiunij; quia cooperatur actioni alteri prohibitæ, licet ebrius ob defectum vſus rationis à peccato excuſetur.

6 Tertiò, pueros, qui nondũ ad rationis vſum peruenerunt, non aſtringi legibus; quia nondum ſunt capaces vſus rationis; ſicut catulus ante nonum diem non dicitur Cæcus, vt inquiunt cõmuniter Philoſophi; quia nondum eſt capax luminis.

Ex quo patet, pueros, qui nondum ad rationis vſum peruenerũt, poſſe carnibus, & lacticiniis veſci in diebus vetitis, aut intereſſe diuinis tempore interdicti, aut etiã ingredi Clauſtra Monialium, vt bene docet Azorius loc. cit. Medina quæſt. 94. art. 1. §. Sed dubium Corduba de caſibus conſcientiæ, q. 60. Emanuel Sa verbo, Pueri, Salas de legibus diſp. 14. ſect. 13. Saurus lib. 5. cap. 8. num. 21. Henriquez lib. 13. cap. 42. nu. 3. littera S. Sanchez loc. cit. num. 9. & alij, quos in ſimili retuli de interdicto. Ratio eſt quia pueri baptizati, licèt dici poſsint ſubditi Eccleſiæ ratione Baptiſmi, tamen cum pro illa ætate incapaces ſint vſus rationis, non aſtringũtur legibus Eccleſiaſticis; ſubiectũ enim, quod lege obligatur, debet eſſe capax rationis.

7 Ex quo licet probabiliter inferre, Moniales, quæ infantes nondũ capaces doli in Monaſterium introducunt, non affici excommunicatione lata contra introducentes in Clauſtra perſonas alterius ſexus. Ratio eſt tum quia introducentes non videtur rei maioris culpæ, quã qui introducuntur; infantes autem qui introducuntur non poſſunt eſſe Rei ullius culpæ. Cum infantes nondum capaces doli non afficiãtur legibus. Tum quia Concilium Tridentin. ſeſs. 25. cap. 5. intelligendum videtur de habentibus vſum rationis. Ita Nauarrus commentario 4. de Regularibus, nu. 59. Salas lo. cit. num. 126. ad finem. Azor. prima parte lib. 13. cap. 8. quæſito 5. Henriquez lib. 13. cap. 42. num. 3. in comment. lit. S. Auguſtinus Barboſa in remiſ. circa Concilium ſeſs. 25. c. 5. num. 15. & alij ſtatim citati Contra Naldum V. Clauſura, nume. 3. & alios apud Homobonum de caſibus reſeruatis 2. parte cap 5. ſect. 1.

ver-

verſiculo, Hoc verò caſu, pag. mihi 394. & apud Comitolũ in reſpõſionibus moralibus lib. 6. quæſt. 19. num. 6. & quæſt. 22. Idem dic de religioſis puellas infantes introducẽtibus niſi fortè iuſta de cauſa ſpeciale, preceptum ipſis religioſis imponatur, quo prohibeantur etiam infantes introducere.

Neq; obſtat dicere infantes tẽpore interdicti localis priuari Eccleſiaſtica ſepultura, conſequenter infantes affici legibus Eccleſiaſticis.

Reſpõdetur enim falſam eſſe cõſequentiam; infantes enim nõ priuãtur Eccleſiaſtica ſepultura; quia legibus Eccleſiaſticis afficiantur, aut quia ſint capaces peccati; ſed in pœnam aliorum, aut ob incapacitatem loci, vt ait Salas, & Azorius locis citatis, & alij, quos ego retuli de Interdicto.

8 Quartò, pueros, qui ad rationis vſum peruenerunt, (quod accidere conſueuit poſt completũ ſeptennium) obligari legibus Eccleſiaſticis; conſequẽter teneri ad cõfeſsionem annuam, ad audiendam Miſſam in die feſto, ad abſtinẽtiã à lacticinijs, & cibis vetitis in die ieiunij. Quanquam aliqui Doctores aſſerunt ex conſuetudine concedi lacticinia pueris, qui paulò ante attigerunt vſum rationis. Verùm quidquid ſit de conſuetudine, quã non reprobo, vbi legitimè recepta eſt, adhuc dicendum eſt pueros rationis vſu præditos legibus Eccleſiaſticis teneri, per ſe loquendo. Ratio, cur pueri adepto rationis vſu obligentur legibus Eccleſiaſticis, eſt. Tum quia pueri acquiſito rationis vſu obligantur legibus naturalibus, & diuinis; ergo etiam obligantur legibus Eccleſiaſticis, cùm eadem ratio in omnibus procedat. Tum quia poſſunt intelligere, & obſeruare præcepta, & ſunt ſubditi Eccleſiæ, nec poſſunt excuſari defectu vſus rationis, ergo negandum nõ eſt obligari legibus Eccleſiaſticis. Ita Azorius parte 1. lib. 5. cap. 11. quæſito 4. & alij Doctores citati.

9 Sed modò dubium eſt, vtrum pueri poſsint veſci, lacticinijs, vel carnibus in die ieiunij, ſeu an teneantur legibus Eccleſiaſticis, ſi dubitetur, an rationis vſum habeant.

Reſpondeo teneri legibus Eccleſiaſticis, conſequenter non poſſe veſci lacticinijs, vel carnibus in die ieiunij, quoties conſtat completũ eſſe ſeptennium. Ratio eſt quia completo ſeptennio præſumitur adeſſe rationis vſus, nondum verò completo ſeptennio non tenentur legibus Eccleſiaſticis: conſequenter veſci poſſunt lacticinijs, & carnibus in die ieiunij, quia ante ſeptennium non præſumitur adeſſe vſus rationis. Ita Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 12. P. Ledeſma de Sacramento Pœnitentiæ cap. 8. fol. 470. & alij, quos in ſimili retuli de Matrimonio, quæſt. 1. pun. 4. de ætate requiſita ad ſponſalia.

10 Quintò ſequitur, Auguſtam, id eſt Reginam, coniugem Principis cõdentis legem ex natura rei obligari legibus à Principe conſtitutis, niſi ab obligatione eximatur, ſicut re ipſa eximitur priuilegio Principis L. Princeps, ff. de legibus. Ita Victoria. Syluester. Caietanus, & alij apud Suarez, lib. 3. de legibus, cap. 35. num. 4. & 28. & apud Clauẽ Regiam, lib. 3. cap. 4. & apud Salas de legib. diſp. 14. ſect. 3. n. 36. dub. 8.

Sextò,

11 Sextò, Principem ſupremum teneri lege declaratoria, vel confirmatoria iuris diuini, vel naturalis, non quidem ex vi legis humanæ, ſed vi diuinæ, & naturalis; nam ſupremus Princeps reſpectu iuris diuini, & naturalis ſubditus eſt. Ita Tiraquellus de vtroque retractu, lib. 1. gloſſa 1. §. 13. num. 39. quem citat, & ſequitur Salas diſp. 14. ſect. 3. num. 31. Sanchez, Suarez, & alij, quos infra referam de Diſpenſatione, dum quæram, vtrum Princeps in iure naturę diſpenſare poſſit.

12 Septimò, Principem non teneri, præciſo ſcandalo, ſuorum prædeceſſorum leges obſeruare; nam huiuſmodi leges non ſunt latæ à ſuperiore; cum Princeps eadem gaudeat facultate, qua gaudebāt prædeceſſores. Idem dici poteſt de Generalibus reſpectu conſtitutiònum ſui Ordinis, quamuis illæ confirmatę ſint ab ipſiſmet Generalibus, vel à prædeceſſoribus. Hoc tamen limitandum puto, niſi ſpecialis aliqua ratio ſuperueniat, qua prædictas conſtitutiones ſeruare teneantur, vt ſi ipſi Generales non condiderunt conſtitutiones auctoritate propria; ſed ſimul cum alijs facultatem habentibus condendi leges, vt infra innuam; Aut ſi Generales vouerunt, vel iurarunt ſuarum conſtitutionum obſeruantiam.

13 An verò Generales tranſgredientes proprias, aut aliorum Generalium leges puniri poſsint.

Reſpondeo cum Rodriquez to. 1. quæſt. 78. art. 3. puniri poſſe pęna debiti Iudicis arbitraria. Idem tradit Salas loc. cit. ſect. 3. num. 31. Ratio eſt tum quia licèt Generales non teneantur directè conſtitutionibus proprijs, aut à prædeceſſoribus conditis; indirectè tamen tenentur, vt infra dicam de Principe. Tum quia, cum ex bono, vel prauo ipſorùm exemplo Regularis obſeruantia pendeat, dicēdum eſt Generales, non obſeruantes proprias, aut aliorum Generalium leges, peccare; conſequenter à Iudicibus competentibus puniri poſſe, pęna Iudicum arbitrio definienda. Quanquàm Iudices, per ſe loquendo, non debent grauem pœnam imponere Generalibus proprias, aut aliorum Generalium leges tranſgredięntibus; cum Generalis, in noſtra ſententia, non teneatur directè proprijs legibus, nec grauiter peccet præciſo ſcandalo, non obſeruādo leges à ſe, vel à prædeceſſoribus independenter ab alijs conditas. Ità Salas loc. cit.

14 Octauò Principem, qui tulit legem, non obligari, propriè loquendo, ex vi coactiua ad ſeruandam propriam legem. Ratio eſt tum quia lex obligat ſubditos; nullus autem eſt ſibi ſubditus. Tum quia idem non poteſt eſſe agens, & patiens, inquit Ariſtoteles 3. Phyſicorum cap. 8. Tum quia actus ferendi leges eſt actus iuriſdictionis, & poteſtatis; nullus autem habet poteſtatem, & iuriſdictionem coactiuam in ſe ipſum. Tum quia ſic decernitur L. Princeps, ff. de legibus, vbi dicitur, Princeps legibus ſolutus eſt. Ita Sylueſter verbo, lex, quæſito 14 Tabiena eodem verbo, num. 28. Azor parte 1. lib. 5. cap. 11. quæſito 2. Reginaldus, lib. 13. num. 161. Valentia tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 4. Clauis Regia, lib. 3. cap. 4. nu. 5. Suarez, lib. 3. de legibus, cap. 35. nu. 15. Sotus 1. de iuſtitia, quæſt.

6. art.7. Vaſquez p.2.diſp.167. cap. 1. Salas de legibus, diſp.14.ſect.2. num.8. Leſsius, & alij, quos retuli de Cenſuris, de Simonia, de Pœnitentia,& alibi pluribus in locis.

Obijcies. Princeps ex directa obligatione, conſurgente ex vi contractuum, tenetur ſtare contractibus à ſe celebratis cum ſuis ſubditis, vt ex Baldo, Cino, & alijs docet Azorius parte j. lib.5.cap.11. quæſito 1. Panormitanus, cap.1.de probationibus Suarez, lib.3. de legibus, cap.35.nu.23. Salas de legibus diſp.14. ſect.2. nu.27. Reginaldus, lib.13. nu.168. ergo etiam tenetur directè ſtare legibus à ſe conditis.

Reſpondeo negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt, tum quia Princeps celebrans contractum videtur potius perſonam priuatam, quam publicam ſuſtinere. Tum quia hoc dependet à natura contractus, qui per ſe loquendo, nõ ſolet claudicare, ideſt non ſolet obligare ex vna parte, quin etiam obliget ex alia; ſed Contractus à Principe celebratus cum ſubditis obligat ſubditos; ergo etiam obligat Principem; alioquin claudicaret.

15 Hinc patet, legislatorem, non ſeruantem legem à ſe conditam, non ſubiacere pœnis latis contra tranſgreſſores legis. Propterea ſi Papa percutiat Clericum, non ligatur excommunicatione lata cõtra percuſſores Clericorũ, vt bene docet Clauis Regia, lib.3 cap.9.nu. 5. Salas diſp.14. ſect. 2. num.30. & alij Doctores citati.

Rurſus, ſi Pontifex diuinum officium nõ recitet, poteſt fructus beneficiorũ percipere; quia Princeps nõ tenetur ſuis legibus, quoad vim coactiuam; priuatio autem fructuũ pertinet ad pœnam coactiuam, cũ priuatio fructuum à Summo Pontifice inducta ſit in pœnam Beneficiariorum non recitantium Canonicas preces. Ita Salas loc. cit. ſect. 3.num.32. Suarez, num.25. & alij.

Item Princeps, qui teſtamentum condit, aut aliquem contractum ſcienter celebrat cum ſuo ſubdito, non ſeruata ſolemnitate ab ipſomet Principe præſcripta, validè cõtractum celebrat, etiam ex parte alterius contrahentis. Ratio eſt tum quia non tenetur ſuis legibus ex vi coactiua. Tum quia contractus non claudicat, ſed ex parte Principis non eſt irritus; cum Princeps nõ teneatur ſuis legib' quoad vim coactiuam; ergo neque irritus eſt ex parte alterius contrahentis. Tum quia Princeps in tali caſu prę ſumitur diſpenſare in lege irritante contractum; cum non præſumatur velle ſe reum peccati conſtituere. Quapropter in Tractatu de Simonia cum Leſsio, lib. 2. cap. 35. dub.5. & alijs, cõtra nõnullos alios docui, eum, qui cum Summo Pontifice contractum celebrat aliàs ſimoniacum, non peccare peccato ſimoniæ inductę à iure humano; q̃a Summus Pontifex cum eo diſpenſare præſumitur. Idem tradit Salas diſp.14.ſect.3. nu.32. & Suarez, lib.3. cap. 35. num.25. Idem in ſimili docui de irregularitate ad finem.

Secus dicendum eſt de teſtamẽto, in quo quis hæredem, vel legatarium inſtituit Principem legislatorem, non ſeruata forma ab ipſo Principe præſcripta; nam conficiẽs teſtamentum eſt ſubditus Principi; conſequenter afficitur legibus

à Prin-

Digitized by Google

à Principe latis; conſequenter ipſius teſtamentum conditum nõ ſeruata Principis forma inualidũ eſt; conſequenter Princeps non poterit hæreditatem, vel legatum capere; cum teſtamẽtum ſit inualidum. Ita Salas loc. cit. Suarez loc. cit. num. 25. Menochius, & alij, quos in ſimili retuli de contractibus celebratis ſine ſolẽnitate à iure præſcripta.

26 Hinc etiam patet, quid dicendum ſit de Epiſcopo ludente aleis contra Conſtitutionem, ſub pœna excommunicationis ipſo facto à ſe latam, dicendum enim eſt Epiſcopum non ſubiacere excommunicationi. Ita Azorius lo. cit. Salas, lo. cit. nu. 33. Clauis Regia loco ſtatim citando.

27 Vtrum verò ludens cum Epiſcopo, manente edicto continente excõmunicationem contrahat excommunicationẽ ab Epiſcopo latam, patet ex alibi dictis, vbi reſpondimus affirmatiuè, niſi Epiſcopus ſuſpendat vim ſui edicti. Ita Clauis Regia, libro tertio, cap. 4. Valentia, diſp. 7. quæſt. 5. pun. 4. & alij. Ratio eſt quia facit contra edictum Epiſcopi, Epiſcopo edictũ non ſuſpendente. Quanquam in tali euentu probabiliter cenſeo Epiſcopum ſuſpendere ſuum edictũ, ſeu diſpenſare cum eo, qui ſecum ludit; quia non præſumitur velle eũ punire, quem allicit, & trahit ad actum alias à ſe prohibitum, & nõ præſumitur velle alterum ad graue peccatũ inducere. Ita Salas loc. cit. num. 34. Leſsius, & alij, quos in ſimili retuli de ſimonia.

28 An verò Epiſcopus ludens cum eo, qui contraxit excommunicationem à ſe latam, incurrat excõmunicationem poſitam à iure cõmuni cap. Nuper, de ſententia excommunicationis, conſtat ex dictis de Cenſuris, diſp. 2. quæſt. 2. pun. 6. §. 1. num. 8. & 9. vbi oſtendimus incurrere, quia participat in crimine criminoſo. Hoc tamen limita, modo is, cum quo participat, ſit excommunicatus, vt patet, tum ex cap. Nuper. Tum quia non tenemur hoc tempore excommunicatos toleratos euitare. Ita Sanchez in Opere morali libro 2. cap. 10. & alij, quos retuli de Cenſuris lo. cit.

29 Dixi in octaua illatione, Principem non obligari ex vi coactiua ad ſeruandam legem, quam ipſe condidit, vt patet ex rationibus, & exempli, præallegatis. Verùm ſi loquamur de vi directiua, & æquitate fundata in iure naturæ, dicendum eſt Principem teneri ad ſeruandas ſuas leges habentes rationem, & materiam de ſe vniuerſalẽ, & accomodatas non ſolum ſubditis, verum etiam ipſimet Principi. Ratio, cur Princeps ex vi directiua teneatur ad obſeruantiam ſuarum legum; eſt, tum quia debet alios ſuo exemplo mouere; cum magis moueant facta, quam verba. Tum quia caput debet ſe conformare cæteris membris. Tũ quia Chriſtus Matt. 25. reprehẽdit eos, qui dicũt, & non faciũt, & Romanorũ 2. Qui alios doces te ipſum non doces? prædicas non mœchandum, & mœcharis.

Neque obſtat textus L. Princeps, in qua dicitur Principem ſolutum eſſe legibus; nam ibi ſermo eſt de obligatione coactiua, non verò directiua, vt communiter exponunt Doctores, teſte Suarez loc. cit. numero 28.

20 Hæc tamen intellige; Primò in legibus habentibus materiam vniuerſalem,& accommodatam Principi; nam ſi leges non habent materiam vniuerſalem, nec ſunt Principi accommodatę, certũ eſt Principem non teneri leges ſuas ſeruare;quia nullo iure,vel ſufficienti ratione probari poteſt Principem teneri ad eas leges ſeruādas. Quamobrem Princeps, qui lege cauit, ne arma noctu deferantur, vel ne magni ſumptus fiant in veſtitu,non tenetur ad iſtius legis obſeruantiam; quia non eſt accommodata ſtatui Principis,nec ipſum decet.Ita Suarez lib.3.de legibus,cap.35.num.2. Sotus lo. cit. Vaſquez lo.cit.nu.33. Leſsius de iuſtitia,lib.2. cap.35.nu. 23. Rodriquez lo. cit. Salas lo. cit. nu.9. ad finẽ,& alij Doctor. citati. Ex oppoſito,ſi Princeps ferat legẽ præſcribentem ieiunium, vel celebrationem dierum feſtorum,aut legem taxantem pretium rerum, tenetur eã ſeruare; quia talis lex habet materiam, & rationem communem,& eſt Principi accommodata, vt bene docet Sotus 1. de iuſtitia, quæſt.6.art.7.Caietanus,q.66.art.5. Salas diſp.20.ſect.12. nu.105.& alij Doctores citati,omiſsis ijs,quos citat,& ſequitur Clauis Regia lo. cit. Immo Principem, ſi tamquam priuatus Dominus taxatum pretium excedat, nonnulli Doctores obligant ad reſtitutionem; quia facit contra iuſtitiam,& committit peccatum eiuſdem ſpeciei, cuius ſunt rei cęteri delinquentes, vt clarius cõſtabit ex dicendis à ſimili de clericis. Ita Suarez, lib.3.cap.35.nu.8. vbi teſtatur de communi ſententia.

21 Secũdò intellige, niſi Princeps ſecum iuſta de cauſa diſpenſet, in ſententia eorũ, qui putant legiſlatorem poſſe ſecum diſpenſare, vt patebit ex dicendis de Diſpenſationibus. Ita Diuus Tho.p.2.q.96. art.5. Vaſquez lo.cit.Sylueſter verbo, lex, quæſito 14.& alij apud Clauem Regiam lo. cit. apud Suarez, lib.3.de legibus,cap.35.num.6. 8.& 25.apud Salas lo. cit.nu.21.& apud Leſsium de ſimonia.

22 Tertiò intellige de Principe, qui ſua auctoritate fert legem; non verò de Principe, qui ſimul cũ Populo legem condit; conſtat enim Principem, qui ſimul cum Populo legem condit, teneri ad obſeruantiam legum,vel ſtatutorũ conditorum à Populo, ſeu Communitate; nam caput, ſeu Præfectus Communitatis toti Communitati ſubditus eſt; licet habeat ius conuocandi Populum, & ferendi primum ſuffragium, qualis videtur Dux Venetus reſpectu legum, & ſtatutorum,quę cum Populo Veneto condit; quales etiam ſunt Generales reſpectu legum in Capitulo generali conditarum, & Canonici reſpectu ſtatuti in ſuo Capitulo facti, & Doctores reſpectu Conſtitutionis factę in ſuo Collegio,ſeu Cœtu,& ſic de cęteris; quos pro comperto eſt ſuis legibus obligari,non ſolum quoad vim directiuam, verum etiam coactiuam, conſequenter affici pœnis in ſuis legibus, ſeu decretis, ſeu conſtitutionibus conſtitutis.Ita Azorius par.1.lib.5.cap.11.quæſito 1. Vaſquez lo.cit. Reginaldus lib. 13.nu.168.Salas lo. cit.nu.9.& alij.

Vtrùm verò Epiſcopus teneatur legibus in Synodo Epiſcopali conditis, aut Archiepiſcopus obligetur legibus editis in Concilio Prouinciali, cõſtabit ex infra dicẽdis.

Digitized by Google

Ex dictis in hac octaua illatione conſtat Principem, qui ſua auctoritate fert legem, non obligari ſuis legibus ex vi coactiua; ſed ex vi directiua, modò ipſius leges ſint ipſi accommodatæ, & materiã habeát vniuerſalem, & modo ſecum iuſta de cauſa nõ diſpenſauerit; nã poſita diſpẽſatione ceſſat ratio, ob quã debeat ſe cæteris accommodare, vt in ſimili oſtendam de diſpenſatione ſubditis conceſſa à legitimo Superiore.

23 Sed modò dubium eſt primò, vtrum Princeps, qui leges ſuas nõ obſeruat, mortaliter peccet.

Reſpondeo negatiuè, cũ Leſsio lib.2. de Iuſtitia cap.35. dub.5. Viualdo in Candelabro parte 2. cap. 11. ad finem Azorio parte 1. lib. 5. cap.11. quæſito 1. Salas de legibus diſp.14. num.17.19.& 21.& diſput. 20. ſect.12. nu.104. & alijs, quos retuli de Simonia, dum quærerem, vtrum Summus Põtifex mortaliter peccet, ſi peccatum ſimoniæ iure Eccleſiaſtico inductæ committat. Ratio eſt tum quia lex non obligat vltra voluntatem legiſlatoris, legiſlator autem non præſumit velle ſibi tantam obligationem imponere. Tum quia Princeps tenetur ſuis legibus ſolùm ex honeſtate, & ex æquitate, ergo non videtur teneri ſuis legibus ex graui obligatione; nã hic modus loquendi, ex honeſtate, ex decentia, ex æquitate, ex verecundia, nõ videtur, per ſe loquendo, grauem obligationẽ indicare.

Alij verò, vt Clauis Regia lib. 12. cap.9. num.2. Vaſquez p. 2. diſp. 167. ca.7. Sylueſter verbo, lex, quęſito 14. Couarruuias cap. Alma Mater, parte 1. nume. 5. & 7. Victoria, Sotus, & alij apud Vaſquez, exiſtimant Principem grauiter peccare, non obſeruando ſuas leges. Ratio eſt quia facit contra legem in materia graui, vt ſupponitur, faciens autem cõtra legem in materia graui, grauiter peccat. Verùm hæc ſecunda opinio ſupponit legiſlatorẽ obligari directè ſuis legibus, quod nos non admittimus; cum non ſit ſibi ſubditus; conſequenter neque admittimus legiſlatorem præciſo ſcandalo grauiter peccare, nõ obſeruando ſuas leges; quanquàm grauiter peccat non obſeruando taxam, ſeu pretium rerũ, vt conſtabit ex infra dicendis de Clericis.

24 Secũdò dubium eſt, contra quã virtutem faciat legiſlator, qui ſuã legem non obſeruat.

Reſpondeo cum Leſsio loc. cita. Victoria Relectione de Simonia num.79. Suarez lib.3. de legibus. c. 25. num.8. Verſiculo, Dicẽdum igitur, & alijs apud Salas diſp.14. ſec. 2. num.17. verſiculo, Quædam tamen, & num.21. ſub finem, & apud Suarez loco citato, Contra eũdem Salas, & alios locis citatis, peccare contra virtutem, contra quã reliqui peccant; quia ius naturale dictat legiſlatorem debere ſe, cũ reliquis membris hic, & nunc accommodare, & conformare in tali materia. Propterea ſi Summus Pontifex tempore Quadrageſimæ nõ ieiunet, peccabit contra Temperantiam. Si diuinum officium, vel Sacrum in die feſto prætermittat, peccabit contra Religionem, & ſic de cæteris. Ita Suarez, & alij locis citatis.

25 Tertiò dubium eſt, vtrùm legiſlator ſuis legibus ciuiliter obligetur.

Digitized by Google

Reſpondeo ciuiliter obligari in hoc ſenſu, quatenus legislator tenetur leges ſuas ſeruare, nõ ſolùm ex iure naturæ præcisè, ſed etiam ex lege ciuili adiunctâ; nam obligatio; quæ non prouenit à ſolo iure naturæ, ſed etiam ex lege ciuili, appellatur ciuilis §.1. Inſtituta, De exceptionibus. Si verò nomine ciuilis obligationis intelligamus eam, qua quis cogi poteſt in iudicio, cẽſeo Principem non obligari ciuiliter, quia Princeps non tenetur ſuis legibus ex vi coactiua. Ita Felinus in Capite, Sanè, & cap. Eccleſia, de Conſtitutionibus Suarez lo. cit. num.22. Salas loc. cit. ſect.3. nu.31. referens verba Suarez non expreſſo ipſius nomine Contra Deciũ in Cap. Sanè citato.

26 Nonò, Imperatorem, aliumuè Principem non teneri ſeruare ſtatuta, ſeu leges municipales Oppidorum, ſeu Prouinciarum ſibi ſubditarum; quia non ſunt latæ à ſuperiore, ſed ab inferiore. Hoc tamen limita, modò non fuerint cõfirmatæ ab ipſomet Principe, vt patebit ex dicendis de Diſpenſationibus, tunc enim Princeps tenetur ſtare legibus, ſeu ſtatutis ſuorum ſubditorum, modò confirmatio ſit ſubſtantialis, & non accidentalis, vt explicabitur de Diſpenſationibus.

Ex quo etiam patet à fortiori Sũmum Pontificem, dum in aliena Diœceſi exiſtit, non teneri legibus illius, in cuius territorio, vel Regno, vel Epiſcopatu reperitur. Ratio eſt tum quia Summus Pontifex non habet in terris ſuperiorem. Tũ quia Summus Pontifex eſt perſona adeò excellens, & eminens, vt non teneatur ſe cum reliquis conformare in obſeruantia legum ab alijs conditarum. Idem dicendum eſt de ijs, qui priuilegio eximuntur; nam, poſito priuilegio exemptionis, non tenentur vniformitatem cum cæteris obſeruare; quia priuilegium, ſeu iuſta diſpenſatio, ſeu exemptio ſufficienter aufert obligationem accommodandi ſe Cõmunitati. Ita Suarez lib. 3. de legibus cap. 34. ad finem, Sanchez, & alij quamplures, quos in ſimili referam de Diſpenſationibus, & dum quæram, vtrum licitum ſit vti priuilegijs, & diſpenſationibus extra territorium concedentis.

Idem dicendum eſt de legato Summi Pontificis, quem cenſeo nõ affici legibus Epiſcopi, in cuius Diœceſi reperitur; quia Epiſcopus non videtur Superior Legato Summi Pontificis. Ita Suarez lib. 3. de legibus cap.35. num. 14. Felinus ca. 1. De Conſtitutionibus num.30 Salas de legibus, diſp.14 ſect.2. n. 23 & alij apud præallegatos Doctores.

Idem denique dicendum exiſtimo de alijs omnibus, qui ſunt ſuperiores in iuriſdictione, qualis eſt Rex reſpectu Principis ſibi ſubditi. Secus dicendum eſt de ijs, qui non ſunt ſuperiores in iuriſdictione, licet maiori fulgeant dignitate, niſi ratione dignitatis, vel priuilegij ſint exempti. Videte Suarez lib.3. cap.34. ad finẽ, vbi quærit, an Epiſcopus ſubditus ſit alteri Epiſcopo, vel Archiepiſcopus Epiſcopo, in cuius Diœceſi reperitur.

27 Decimò, ſucceſſores eorũ, qui poteſtatem condendi leges contulerunt Principi, ligari legibus ab ipſo Principe latis. Ratio eſt tum quia ſunt ſubditi. Tum quia ipſimet

mit, qui poteſtatem tranſtulerunt in Principem, ligatur legibus Principis, ergo etiam ligantur ſucceſſores; cum omnes conſtituant vnum populum, & vnam Rempublicam. Tum quia in ſententia aliquorum Populus poteſt ſuo voto obligare ſucceſſores, ergo poteſt etiam in Principem transferre poteſtatem condendi legem, qua ligentur ſucceſſores. Ita Paulus Caſtro lib. 1. de lege pœnali, cap. 1. ad finem. Couarruuias cap. Alma Mater, parte prima §. 10. nume. 2. Molina, & alij apud Salas diſpu. 14. ſect. 16. nu. 131.

28 Vndecimò eum, qui à Summo Pontifice poteſtatem accepit excommunicandi furripientes, non affici excommunicatione, ſi furtũ committat. Ratio eſt primo, non quia non ſit ſubditus, & inferior Summo Pontifici, ſed quia non eſt inferior ſibi ipſi, & quia hic caſus cenſetur per epicheiam exceptus; cum ſuperior non præſumatur velle; vt quis ſe ipſum ſpiritualiter enecet, ſeu tam grauem ſibi pœnam imponat.

Secundò, quia in ſermone generali non venit id, quod expreſsè mandari, & iuberi non poteſt, argumento Capitis, Dilecto, de præbẽdis, non poteſt aũt alicui expreſsè, & ſpecificè mandari, vt ſe ipſum excommunicet. Denique nullus tenetur ſe ipſum prodere, Cap. Cum non deceat, De electione, in ſexto. Ita Sanchez lib. 3. cap. 4. nu. 7. Nauarrus, & Vgolinus, quos retuli de Cenſuris. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 4. num. 13. Calderinus, & alij apud Salas diſp. 14. ſect. 3. num. 35. vbiductus rationibus allatis oſtendit, eũ qui mandatum accepit denunciãdi aliquos excommunicatos propter aliquod delictum, non teneri ſe ipſum denunciare, ſi delictum commiſit, propter quod cæteri denunciandi ſunt excommunicati.

29 Duodecimò, Clericos, alioſque Eccleſiaſticos non teneri legibus ciuilibus ex vi coactiua; ex vi verò directiua teneri legibus ciuilibus vergentibus in commune bonum, & non repugnantibus libertati Eccleſiæ.

Quòd Clerici, alijque Eccleſiaſtici non teneantur directè, & ex vi coactiua legibus ciuilibus. Ratio eſt tum quia nullus eſt directè ſubditus legibus illius, qui non habet iuriſdictionem in ipſum L. finali, ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum, Princeps autem laicus nõ habet iuriſdictionem in Clericos, ſeu in Eccleſiaſticos, Cap. Decernimus, de re iudicata, & Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, De Conſtitutionibus, & Cap. Sæculares, de foro competenti. Tum quia is, cui aliquis eſt ſubiectus, poteſt eũ punire; cum iuriſdictio ſine coactione inutilis videatur L. finali, ff. de eo, cui mandata eſt iuriſdictio; ſed Princeps ſecularis non poteſt punire eccleſiaſticos, Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, citato; ergo Eccleſiaſtici nõ ſunt ſubditi Principibus laicis, ſeu legibus ciuilibus; conſequenter non tenentur directè, & ex vi coactiua legibus ciuilibus.

Quòd verò Eccleſiaſtici legibus ciuilibus reſpicientibus bonum cõmune, & non repugnantibus libertati Eccleſiæ teneantur ex vi directiua, docet Nauarrus in Manuali, cap. 23. num. 88. Valentia to. 4. diſp. 9. quæſt. 5. pun. 4. Clauis Regia lib. 3. cap. 4. num. 16. Suarez lib. 3. de legibus cap. 34. Azorius parte 1. lib. 5.

Digitized by Google

cap.12. Molina tract.2.de Iuſtitia, diſput.31. ſub finem concluſione 6. Bellarminus, lib. primo de Clericis, cap.28. Vaſquez parte ſecunda, diſp.167. cap.4. Salonius to. 2. quæſt.77.art.1.controuerſia 10. Rodriquez to 1. quæſtionum regularium.quæſt.6.art.14. Salas diſp. 14. ſect.8.num.101. Emanuel Sà V. lex. nume. 11. & alij quamplures apud præcitatos Doctores, contra Nauarrum conſilio 3. de Conſtitutionibus concluſ. 3. num. 4. Ratio eſt tum quia decet clericos præbere alijs exemplum. Tum quia huiuſmodi leges ciuiles approbantur. Cap. Si in adiutorium diſt.10. vbi habetur, ſeruandas eſſe leges ciuiles in his, quæ non ſunt contra Canones, nec præiudicant Clericis. ex oppoſito leges, quæ repugnant libertati, & exemptioni Eccleſiaſticæ, nullo modo obligant clericos; quia clerici ſunt exempti à laica poteſtate quoad Tribunalia, Iudicia, Tributa, & onera, vt patet ex dictis de Reſtitutione, ex capit. Quanquàm; De cenſibus in ſexto, & patebit ex dicendis, in 8. decalogi præcepto.

30 Hinc patet Clericos nō ſolū teneri edicto Principis præſcribentis valorem monetarum; Verum etiā alijs legibus ciuilibus ob commune bonum latis aſtringi ex vi directiua, non verò ex vi coactiua; quia non ſunt ſubditi poteſtati laicæ quoad forum, & iudicia, gaudentque immunitate fori, nec poſſunt à poteſtate laica puniri ob tranſgreſſionem legum ciuilium; puniri tamē poſſunt ab Eccleſiaſtica poteſtate ob huiuſmodi tranſgreſsionē, quatenus legitimus ſuperior expedire iudicauerit. Ita Vaſquez par.2.diſput.167.cap.4. Suarez loc.cita.nu. 17. Couarruuias in præcitatis quæſtionibus cap.33. nu.7. quem ſequitur Salas loc. cit. ſect. 10. & alij).

31 Addo, Clericum expendentē pecuniam vltra taxam, ſeu valorē à Principe præſcriptum, aut vendētem triticum maiori pretio, quā ſit à Principe conſtitutum, peccare contra iuſtitiam; conſequenter teneri ad reſtitutionem, nam iure naturæ tenemur vendere iuſto pretio, & valore; iuſtum autem pretiū eſt illud, quod lege decernitur, & quāuis clerici directè non teneantur lege ciuili, nihilominus directè tenentur lege naturali iuſtitiæ; lex autem naturalis communis iuſtitiæ prohibet triticum vendi, aut aliquid aliud alienari vltra taxā, ſeu pretium, quod communiter iuſtum æſtimatur. Ita Molina, & Salas locis cit. Clauis Regia loc.cit. nu. 17. Suarez loc. cit. nu.9. vbi refert Medinam, & Paulū de Caſtro, nec diſſentire videtur Emanuel Sa loco citato.

32 Hac de cauſa aliqui recentiores innixi auctoritate Soti, quā forte putat eſſe veram Salas de legibus diſp.20.ſect.6.num.62. verſiculo, Dicunt tamen, putant eum, qui abſque iuſta cauſa fuit exēptus per diſpenſationem à Superiore ab obligatione ſeruandi taxam pretij cōſtitutam ad vendendum triticum, peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem, vendendo triticum vltra taxam communem; nam pretium conſtitutum per taxam eſt iuſtum, & commune; excedens autem iuſtum, & commune pretium peccat, & tenetur ad reſtitutionē exceſſus. Nec obſtat, quod per diſpenſationem fuerit exemptus ab

ob-

Digitized by Google

obligatione legis poſitiuę humanę; quia non fuit exemptus ab obligatione legis naturalis, præſcribentis iuſtum pretium ſeruari; iuſtum autem pretium eſt illud, quod à legitimo Superiore præſcribitur, & taxatur.

33 Vtrum verò Clerici grauiter peccent, tranſgrediendo leges ciuiles, conſtat ex ſupra dictis dubio primo non grauiter peccare, poſito, quod directè non teneantur legibus ciuilibus, Ità innuit Salas lo. cit. ſectione 10. num. 102. ad finem, quamuis ipſe relatis multis Doctoribus. nu. 94. & 104. putet Eccleſiaſticos directè teneri legibus ciuilibus. Idē ſentire videtur Suarez lib. 3. cap. 34.

34 Decimotertio Cardinales ligari legibus generalibus Iuris communis latis à Summo Pontifice, & Conſtitutionibus Concilij generalis, niſi ſpeciali priuilegio eximantur. Ratio eſt quia ſunt ſubditi Summo Pontifici: Propterea Cardinales tenentur ad feſta, ad ieiunia, ad recitationem diuini officij, &c. vt ſæpius in Rota Romana iudicatum fuiſſe teſtantur Doctores.

Alijs verò legibus odioſis non cōprehendi Cardinales putāt multi Doctores. Vnde, ſi lex aliqua odioſa feratur contra Curiales, vel Clericos, vel Patriarchas, vel Epiſcopos, vel Archiepiſcopos, non comprehenduntur, inquiunt ipſi, Cardinales, quamuis aliquis ipſorum ſit Epiſcopus, vel Archiepiſcopus; nam quando Superior intendit eos obligare, ſolet eos exprimere dicendo, Clerici Beneficiarij cuiuſcunque ſtatus, conditionis, & dignitatis exiſtant. Ita Azorius par. 1. lib. 5. cap. 11. quæſito 5. & alij, in quorum ſententiam inclinat Salas de legibus diſp. 14. ſect. 14.

Mihi verò dicendum videtur cū Vgolino tabula 1. de Cenſuris. cap. 17. §. 6. nu. 10. Cardinales ligari legibus Generalibus etiam odioſis à iure communi latis, conſequenter affici cenſuris per verba generalia impoſitis in iure communi. Ratio eſt tū quia Cardinales ſunt ſubditi iuri communi, ſeu Summo Pontifici. Tum quia lex generalis generaliter intelligenda eſt. Tum quia ligantur irregularitatibus in iure cōi expreſsis, vt docet praxis, & vſus, ergo etiā ligantur alijs legibus pœnalibus vniuerſaliter latis à Summo Pontifice.

Hoc tamen limita primò, modò lex non feratur in materia aliqua, in qua Cardinales peculiaribus gaudeant priuilegijs; nā vt infra oſtendam, lex generalis non tollit priuilegia. Ita Salas, & Azorius locis citatis.

Secundò, modò in aliquibus caſibus aliter non cōſtet de benigna mente Summi Pontificis, volentis illos excipere; lex enim non obligat vltra mentem legiſlatoris, quo pacto explicari poteſt lex odioſa ſimpliciter lata contra Curiales, vel Clericos vel Patriarchas, vel Epiſcopos, vel Archiepiſcopos, vt etiam admittūt Doctores aſſerentes Cardinales legibus odioſis non comprehendi.

35 Decimoquartò, Peregrinos, ſeu viatores ligari legibus generalibus latis à Summo Pontifice, & acceptatis in loco, vbi Peregrini repe-riuntur; nam Peregrini Catholici ſunt ſubditi Summo Pontifici.

35 Sed grauius dubium eſt primò, vtrū Peregrini, ſeu viatores tenean

tur

tur legibus, vel conſuetudinibus locorum, in quibus reperiuntur, Pro cuius dubij ſolutione.

Notandum eſt nos hic loqui de legibus, & conſuetudinibus locorũ particularibus, non verò de generalibus obligantibus Chriſtianos vbicumque exiſtant. Exempli gratia, Mediolani conditum eſt ſtatutum de non deferendis à Clericis veſtibus breuibus, vel de nõ deferendo ſclopo; Quæritur vtrũ clericus Peregrinus teneatur ad nõ deferendas veſtes breues, aut ſclopũ, dum hic Mediolani commoratur: quamuis iſtæ leges non obligent in proprio Peregrini territorio, vt ſuppono.

Hoc poſito reſpondeo Peregrinum, ſeu alienigenam, qui ad aliquem locum peruenit abſque intẽtione ibi conſtituẽdi domicilium, vel ibi manendi maiore anni parte, non ligari legibus locorum, in quibus pro tempore reperitur, modo eędem leges non adſint in loco ſui domicilij. Ratio eſt tum quia ad obligandum requiritur iuriſdictio in obligãte, & ſubiectio in eo, qui obligatur per breuem autem moram præciſè non acquiritur iuriſdictio, & ſubiectio. Quapropter Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum extraneo in ſua Diœceſi breuiter cõmoraturo, aut illi ſacramenta conferre, excepto Pęnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramento, in quo peculiaris extat conſuetudo, vt diximus de Pœnitẽtia. Tum quia viator non ſortitur forum loci, per quem tranſit L. Hęres abſens §. Proinde.ff.de iudicijs. Tum quia, qui tranſit, aut breui tempore commoratur in aliquo loco, non dicitur moraliter eſſe in eo loco L. Quęſitũ 76. §. finali, ff. de legatis; ergo non obligatur legibus illius loci, quibus obligantur ibi commorantes, ſeu moraliter ibi exiſtentes. Ita Sanchez in ſumma, lib. 1. cap. 12. num. 38. Idem ſentire videtur Reginaldus, lib. 13. num. 171. Medina p. 2. quæſt. 66. art. 5. Clauis Regia, lib. 3. cap. 4. num. 15. Syluester verbo, Ieiunium, num. 7. Azor parte 1. lib. 7. cap. 30. quæſito 4. cõtra Suarez lib. 3. de legibus, cap, 33. num. 3. & alios apud Sanchez de matrimonio, lib. 3. diſp. 18. & apud Suarez loco cit. vbi aſſerit ſuã opinionẽ cõiter ſuſtineri ab interpretib⁹ in L. Cũctos populos, C. de ſumma Trinitate, & in cap. A nobis primo de ſententia excommunicationis.

37 Hinc ſequi videtur primò contra Suarez loco cit. num. 5. Religioſum, qui à proprio Monaſterio, ſeu Domicilio diſcedit, præciſo ſcandalo, non teneri peculiaribus obſeruantijs Monaſterij, ſeu loci, in quo tanquàm Peregrinus, aut hoſpes reperitur; quanquàm aliter puto vſu receptum, & in praxi conſulendum propter ſcandali periculũ in Religioſis, qui magnę perfectionis, & obſeruantiæ ſpecimen præſeferre debent.

38 Secundò, non poſſe per ſe loquendo ferri legem pro aliquo territorio obligantem ſolos Peregrinos, iuxta Innocentium, cap. A nobis, primo, de ſentẽtia excommunicationis, cuius ſententiam amplecti videtur Sanchez in ſummá loc. cit. num. 38. contra Salas ſect. 4. num. 49. Suarez loc. cit. numero 7. Panormitanum, & Oſtienſem in capite citato.

Hoc tamen limitandum eſt, modò lex non feratur à ſuperiore ipſorum

orum Peregrinorum, aut non fera-
ur ratione rei ſitæ, vel contractus
celebrandi in loco legiſlatoris, aut
atione periculi iniuriæ in ipſum
erritoriũ, ſeu ratione periculi dam
ni cõmunis, vel iniuriæ, vt patet ex
lictis de vectigalibus, & patebit ex
licendis ad finem præſentis dubij.

Obijcies Peregrini non obſeruã-
es ſtatuta, vel conſuetudines lo-
orum puniuntur à ſuperioribus lo
orum, capite finali, De foro com-
etenti; ergo Peregrini tenentur le-
es locorum obſeruare.

Reſpondeo Peregrinos non ob-
ſeruantes ſtatuta, vel cõſuetudines
locorum puniri à ſuperioribus lo-
orum, aut quia ſequuntur contra-
am ſententiam aſſerentem Pere-
rinum obligari legibus loci, quam
is nõ decreuerit in illo loco maio
anni parte commorari; aut quia,
cèt Peregrini non teneantur ad
ruandas leges particulares loco-
m ex vi præciſè ipſarum legum,
hilominus obligantur aliqando
tione ſcandali vitandi, vel alte-
is circunſtantiæ, vt patebit ex li-
itationibus inferius adducendis;
nſequenter ratione ſcandali, vel
riculi, quod iure naturę tenentur
cauere, puniri poſſunt Peregri-
ſeu exteri; quia ratione talis de-
i fiunt ſubditi Principi, ſeu ſupe-
ri illius loci. Ita Sanchez in ope-
morali, lib. 1. cap. 12. num. 38. ad
tium. Reginaldus loc. cit. & alij.
Dixi in reſponſione primi dubij
poſiti, Peregrinum, ſeu alieni-
am, qui ad aliquem locum per-
it abſque intentione conſtituẽ-
bi domicilium, &c. non obli-
i legibus locorum, vt innuerem,
, qui ad aliquem locum acce-
intentione ponendi ibi domi-
cilium, ſtatim ligari legibus illius
loci, E.g. lege ieiunij, aut feſtorũ
illius loci, tunc enim deſinit eſſe
Peregrinus, & extraneus, ſtatimq;
incipit eſſe incola, & pars illius lo-
ci, & Reipublicę, ad quam diuertit.
Ita Sanchez loc. cit. Leſsius, lib. 4.
cap. 2. dubio 7. Clauis Regia, lib. 3.
cap. 4. num. 15. Salas de legibus di-
ſput. 14. ſect. 4. num. 37. Syluesteri
Reginaldus, Suarez & alij locis cit.

39 Hinc facilè colligi poteſt ſolu-
tio illius difficultatis, qua quęritur,
quid requiratur in extraneo ad cõ-
trahendum in aliquo loco domici-
lium.

Reſpondeo requiri, vt aliquem
locum accedat intentione ibi per-
petuò manendi, L. Domicilium. ff.
ad municipationem, ex qua lege
Sãchez, lib. 3. de matrimonio, diſp.
23. num. 2. Salas loc. cit. Leſsius, &
quamplures alij, quos in ſimili retu-
li, de Sacramento Ordinis punct. 4.
quæſito 1. colligunt ad contrahen-
dum domicilium requiri factum
& animum, id eſt actualem habita-
tionem, & animum habitandi; Si-
cut etiam vtrumque requiritur, vt
domicilium amittatur; nam res per
quas cauſas naſcitur, per eaſdem
diſſoluitur, c. 1. de Regulis iuris; ſed
vt domiciliũ acquiratur requiritur
animus, & factum, i. inchoatio ha-
bitationis, & animus in eo loco per
petuò habitandi; ergo animus, &
factum requiritur, vt domicilium
amittatur. Videte Sanchez lo. cit.
Sylueſtrum verbo, domicilium, nu.
2. Panormitanum in capite vltimo,
De Paretijs. Leſsium, lib. 2. cap. 94.
dub. 9. num. 92. Salas lo. cit. & alios,
quos adduxi de Sacramento Ordi-
nis pun. 1.

Ex ijs, quæ modo tradidi, infer-
ripo-

ri poteſt ſolutio aliquorum caſuũ.

40 Primò, fœminam, quæ coram Parocho ſuę Paretiæ contraxit matrimonium inualidum, ſeq; poſtea transſtulit ad domum ſponſi, commorantis in alia Paretia, intentione ibi perpetuò manendi, non poſſe coram priore Parocho matrimonium conualidare. Ratio eſt quia prior Parochus nõ eſt amplius proprius Sacerdos, ſeu Parochus; cum fœmina mutauerit domicilium ſtatim ac incepit habitare in Paretia ſponſi animo ibi perpetuò manendi. Ita Sanchez lib. 3. de matrimonio diſp. 23. num. 15. & alij, quos retuli de matrimonio.

41 Secundò, Scholares, qui ad aliquam Vniuerſitatem ſtudiorũ cauſa per aliquot annos diuertunt, nõ contrahere domicilium in ea Vniuerſitate, q̃a deeſt animus ibi perpetuò manendi. Secùs ſi aliquem locum accedant animo ibi perpetuò manendi.

42 Vtrùm verò in duobus locis cõtrahi poſsit domicilium, conſtat ex dictis de Sacramento Ordinis, contrahi poſſe. Quapropter qui alicubi habitat, & alibi incipit habitare intentione habitãdi vicisſim in vtroque loco, æſtate, exempli gratia, in priori loco, hyeme verò in poſteriori; contrahit vtrobique domicilium; conſequenter obligatur legibus locorum, in quibus pro tẽpore reperitur, tanquam illorum locorum incola, & inhabitator, vt benè docet Syluester lo. cita. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 12. nu. 40. Salas loc. cit. nu. 37. Leſsius lib. 4. cap. 2. dubitatione 7. nume. 46. & alij, quos retuli de Sacramento Ordinis.

Verùm ſi dubitetur, an aliquis decreuerit in aliquo loco perpetuò commorari, & conſequenter an contraxerit domicilium, ex habitatione decem annorum, præſumitur decreuiſſe ibi perpetuò manere, conſequenter ibi domicilium cõtraxiſſe, vt cum Maſcardo, alijſque Doctoribus citatis docui de ſacramento Ordinis.

43 Addidi etiam in reſpõſione primę difficultatis propoſitę, vel manendi maiore anni parte, vt aduerterem ad contrahendã obligationem legum illius loci, in quo quis reperitũr non ſolum ſufficere domicilium ipſius in eo loco, vt iã explicatum eſt, verum etiam ſufficere actualem habitationem inchoatam animo ibi manẽdi maiore anni parte. Ratio eſt quia prudentis viri iudicio ille dicitur in aliquo loco habitare, qui reperitur in eo loco, in quo decreuit maiore anni parte commorari, & quamuis talis habitatio non ſufficiat ad contrahẽdum abſolutè domiciliũ; tamen ſufficit ad contrahendũ domicilium Parochiale. & ad contrahendam obligationem legum illius Parochię: Propterea poteſt ibi recipere ſacramenta, vt Pœnitentiam, Euchariſtiam, Matrimonium, Confirmationem, &c. excepto Ordine, & prima Tonſura, quæ recipi debent à proprio Epiſcopo; proprius autem Epiſcopus dicitur ille, qui eſt Epiſcopus Diœceſis, in qua ordinandus habet domicilium, & beneficium, Cap. Cum Nullus, de tẽporibus ordinationum in ſexto. Ita Sanchez de matrimonio lo. cit. Leſsius lib. 2. cap. 34. nu. 92 dub. 19. Quarãta, & alii, quos retuli de Ordine.

44 Hinc ſequitur primò, eum, qui ali-

Digitized by Google

alicubi habitat intentione ibi manendi maiore anni parte, fieri Parochianum illius loci quoad ſacramēta, excepto Ordine, & Tonſura, & præterea ligari legibus in eo loco receptis.

Addit Sanchez loc. cit. & alij, non ſolum effici Parochianum, & obligari legibus illius loci, verum etiam poſſe in eo loco diſpēſationem voti obtinere; Verum de hac ſuo loco in tractatu de voto.

45 Secundò, eum, qui ad aliquem locum diuertit intentione ibi manēdi maiore anni parte, ſeu animo ibi habitandi tempore neceſſariò ad perſoluendum negotium, ad qđ perſoluendum ordinariè requiritur maior anni pars, teneri legibus illius loci.

Addo non eximi ab obligatione legum illius loci, etiamſi poſteà cōſtituat eò recedere; actu autem nō recedat; requiritur enim actualis receſſus, vt ab obligatione legum illius loci eximatur, vt in ſimili ſupra dictū eſt de domicilio. Ita Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 4. nu. 5. & 6. Sanchez in opere morali loc. cit. num. 41. & 42. Leſsius, lib. 4. cap. 3. dub. 7. num. 47. & 99. & alij, quos retuli de ſacramento Ordinis.

Tertiò, eum, qui aliò diuertit intentione ibi manendi maiore anni parte, poſſe ibi ſepeliri; nam acquirit ibi domicilium Parochiale; eum verò, qui non habet intentionem manendi ibi maiore anni parte, ſepeliendum eſſe in loco domicilij modo ſepulturam alibi non elegerit, vt benè docet Molina de Iuſtitia, tract. 2. diſputat. 214. verſiculo, Quando quis, & alij, quos retuli de Sacramento Pœnitentiæ.

47 Ex quo patet, ſcholares ſepeliendos eſſe in loco, vbi cauſa ſtudiorum commorantur maiore anni parte, niſi ſepulturam alibi elegerint.

Addo ſcholares poſſe, & teneri Sacramenta recipere in loco, in quo ſtudiorū cauſa degunt maiore anni parte, quamuis nondum ibi maiore anni parte habitauerint; ſufficit enim, vt incæperint habitare animo ibi manendi maiore anni parte, vt patet à ſimili ex dictis de domicilio. Ita Salas loc. cit. nu. 37. & 48. Syluester, & Sanchez locis citatis, & alij communiter teſte Leſſio loco citato.

48 Quartò ſeqitur, aduenam, præciſo ſcandalo, nō obligari legibus, & conſuetudinibus particularibus locorum, ad quæ diuertit intentione ibi manendi tantum minore anni parte. Ita Sanchez loc. cit. nu. 9. Reginaldus, lib. 13. num. 172. Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 4. art. 3. Syluester verbo, Ieiunium, quæſito 2. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 11. quæſito 3. & alij apud Sanchez loc. cit. & apud Salas ſect. 4. num. 38. quorū ſententiam valdè probabilem putat Leſsius, lib. 4. cap. 2. dub. 7. contra eundem Leſsium Salas, & alios apud præcitatos Doctores, & contra Suarez de Religione, lib. 2. cap. 14. de legibus loco ſtatim citando, cap. 33. num. 6. Ratio eſt tum quia qui non habet intentionem manendi maiore anni parte in aliquo loco, non cenſetur in eo loco habitare; leges autem, vel conſuetudines locorū obligant habitantes in illis locis. Tum quia aduena per huiuſmodi breuem habitationem non fit ſubditus, nec aquirit Paretiam, ideſt obligationem ad Sacramenta

ta ibi ſuſcipienda, nec ſuperior illius loci poteſt illi Sacramenta conferre excepto confeſsionis, & Euchariſtiæ Sacramento, vt patet ex dictis de Pœnitentia.

49 Hinc patet, aduenam, qui ad aliquẽ locum peruenit, in quo extat lex, vel conſuetudo ieiunandi; vel celebrandi feſtum diem nõ teneri præcepto ieiunij, aut feſti, aut etiam obligatione aliarum legũ, ſeruatis tamen exceptionibus ſtatim adducendis, & præciſo animo ibi manendi maiore anni parte, ſeu peragendi negotium, cuius expeditio maiorem anni partem poſtulare conſueuit. Quamobrem ſi non adimpleat prædictas leges, nõ ligabitur Cenſuris contra violatores illarum legum, ſeu ſtatutorum, vel conſuetudinũ impoſitis. Et hoc valet, non ſolũ ſi cenſuræ latæ ſint per leges, & ſtatuta; verum etiã ſi latæ ſint per præceptũ, aut ſentẽtiã hominis, licet generalẽ; nã pceptũ, ſeu ſententiã hominis directè cadit in perſonas ſubditas, ſiue ſubditæ ſint tunc temporis, quo fertur ſententia, ſiue poſteà fiant ſubditæ per conſtitutionem domicilij in eo loco, aut per natiuitatem, vel habitationem; nam ſententia ab homine lata pro futuro delicto durat etiam pro tempore futuro, quandiù ſuperior viuit, vel perſeuerat in officio ex Suarez, lib. 3. de legibus, cap. 33. num. 11. quidquid dicat, ibidem num. 12 & patet ex dictis de Cenſuris; cũ aũt extraneus non ſit ſubditus, ſequitur extraneum, qui ad aliquem locum diuertit abſque animo ibi manendi maiore anni parte, non teneri ad ſententiam, vel præceptum, vel leges illius loci; conſequenter non incurrere cenſuras latas contra tranſgreſſores, ſiue latę ſint per leges, & ſtatuta, ſiue per ſentẽtiam, & præcepta, cap. A nobis, el primo, De ſententia excommunicationis. Videte, quæ in ſimili dixi de Cenſuris, vbi aſsignaui differentiam inter legem, ſententiam, & præceptum.

Dices ſi externus non contrahit obligationem legis alicuius loci, niſi maiore anni parte decreuerit eo loci commorari, ſequitur; eum, qui quatuor, quinque, vel ſex menſibus anni commoratur in Territorio, exempli gratia, Bergomenſi, & quatuor, quinque, vel ſex menſibus in Territorio Nouocomenſi, non ligari legibus Bergomi, & Nouocomi, conſequenter liberum eſſe ab omni legum obligatione, qđ non videtur admittendum.

Rñdeo incredibile non videri à legibus Bergomi, & Nouocomi receptis liberũ eſſe pro tẽpore, quo Bergomi, & Nouocomi commoratur, modò nõ ſit vagus, ſeu modo alibi habeat domicilium, & modo non decreuerit perpetuò commorari media anni parte in vno loco, & media in alio, tũc.n. cõtrahit domiciliũ in vtroq; loco, vt ſupra diximus, non tamen hinc ſequitur liberum eſſe ab omni legum onere, cũ adhuc teneatur legibus iuris communis ibi receptis, & legibus proprij domicilij pro tempore, quo reperitur in proprio Territorio, aut etiam teneatur legibus vtriuſque Territorij, ſi in vtroque loco decreuit perpetuo commorari æquali anni parte, vt ſupra dictum eſt, & conſtabit ex infra dicendis.

Ex dictis ergo in hac prima difficultate elici poteſt iſta concluſio, ſeu regula generalis. Aduena non obligatur legibus locorum, ad quæ ſe transfert intentione ibi manendi

Digitized by Google

di minore anni parte obligatur ve rò, ſi ad ea loca ſe transferat intẽtione ibi conſtituendi domiciliũ, aut habitandi maiore anni parte.

Ab hac tamen regula generali, quatenus in ea dicitur, aduenas accedentes ad aliquem locum abſq; intentione ibi commorandi maiore anni parte, non obligari legibus illius loci, excipiendi ſunt aliqui caſus, in quibus aduena tenetur leges locorum ſeruare, etiamſi non decreuerit in illis locis maiore anni parte commorari.

Primò excipitur ſcãdalum, ad quod vitandum certum eſt aduenã ad leges locorum teneri, quilibet enim tenetur vitare ſcandalũ, vt patebit ex dicẽdis de Peccatis, & de Charitate. Ita Salas lo. cit. num. 40. Sanchez in opere morali, lib. 1. ca. 2. nu. 25. Leſsius, & Reginaldus locis citatis. Suarez lib. 3. cap. 33. n. 6. & alij communiter; quanquã Suarez putat Aduenã teneri legibus loci ratione ipſarũ legũ, & non ratione, & obligatione ſcandali vitãdi.

Secundo excipitur contractus, qui celebrandus eſt iuxta ſolemnitates, & conditiones receptas in eo loco, in quo celebratur contractus l. fundus. ff. de euictionibus. Ita Felinus cap. 1. de Sponſalibus. Sanchez loc. cit. Bartolus, Iaſon, & Panormitanus apud Suarez loc. cit. nu. 13. & alij, quos in ſimili retuli de Cõtractibus, & de Matrimonio. Ex quo patet, contractum, quem aduena in alieno Territorio celebrauit non ſeruata Territorij ſolẽnitate, inualidum eſſe, vt benè docet Felinus lo. cit. Bartolus, Iaſon, Tiraquellus apud Salas diſp. 14. ſ. 4. num. 53. apud Suarez, & Sanchez locis citatis.

Rurſus patet, aduenas vendentes triticum in alieno Territorio, teneri ad ſeruandam pretij taxam, quæ in eodem Territorio ſeruatur.

Præterea contrahẽtes in aliquo loco teneri ad perſoluendas Gabellas, quæ in eo loco ſolui conſueuerunt; Ratio eſt tum quia gabellarũ onus eſt acceſſorium contractui, qui celebratur iuxta ſolẽnitates in eo loco receptas. Tum quia ratione rei in tali loco exiſtentis fiunt ſubditi, vt inferius explicabo. Ita Medina. C. De Reſtitutione quæſt. 15. Sãchez lo. cit. & alij, quos retuli de Vectigalibus, in Tract. de Reſtitut.

Excipe contractum Dotis in cuius celebratione non attẽditur ſtatutum loci, in quo initur contractus Dotis, ſed attenditur ſtatutum loci, in quo vir habet domicilium L. Exigere. ff. de Iudicijs. Ita Bartolus, Baldus, Iaſon, Salicetus, & alij apud Salas loco cit. nume. 52. apud Sanchez lib. 3. de Matrimonio, diſp. 18. num. 11. & apud Suarez lib. 3. de legibus cap. 33. nu. 13. à quibus nõ diſſentit Reginaldus lo. cit. num. 171 & alij communiter.

Addunt Azorius parte 1. lib. 5. cap. 23. quæſito 3. Salas lo. cit. num. 48. Reginaldus loc. cit. & alij communiter, aliquem fieri ſubditum alteri non ſolum ratione contractus, verum etiam ratione rei ſitæ in loco legislatoris, Capite, Licet, 20. De foro competenti. Cenſeo tamen hominem ratione rei ſitæ non fieri ſubditum abſolutè, ſed tantũmodò quantum pertinet ad rem illam in alieno loco conſtitutam, ſicut enim contractus nõ efficit extraneum abſolutè ſubditum, ſed ſolùm quoad contractum, quem diximus celebrandum eſſe iuxta leges, & conſuetudines locorum, ita neq; res ſita in alieno Territorio efficit poſ-

poſſeſſorem, ſeu dominum abſolutè ſubditum; ſed ſolum quoad rem illam; quæ in alieno extitit Territorio. Ita mecum ſentire videtur Salas diſp.14.ſect.4.nu.53. ad finem.

52 Tertiò excipitur caſus, quando eædem leges,& conſuetudines obligant, non ſolum vbi aduena reperitur, verum etiam in proprio ipſius aduenæ Territorio, tunc enim aduena tenetur leges loci, in quo reperitur, obſeruare. Ita Sanchez in opere morali lib.1. cap.12. num.21. & 38. ſub finem. Suarez to.1. de Religione lib.2.cap.14.nume.15.Salas loc.cit.num.40.& alij, qui contrarium aſſerere putant abſurdum. Ratio eſt tum quia æquitas ſic poſtulare videtur; cum extraneus non magis onere prematur ob exiſtentiam in eo loco, quam ob exiſtentiam in proprio domicilio, ſeq; accommodet hominibus proprij, & alieni Territorij. Tum quia hæc eſt praxis, & vſus, quaſi communi iure gentium introductus, & vnanimi fidelium ſuperiorum conſenſu receptus,& approbatus.

Quid verò dicendum ſit, quando quis eò loci reperitur, in quo ſeruātur leges Iuris communis, quæ non ſunt vſu receptæ in proprio Territorio, conſtabit ex infra dicendis.

53 Quartò excipitur, Quandò inobſeruantia, ſeu violatio legū vergit in damnum vel iniuriā illius loci, in quo aduena reperitur; tunc enim aduena leges illius loci ſeruare tenetur; quia par non eſt, vt extraneus ibi commoretur cum dāno exiſtentium in eo loco. Quamobrem ſi Princeps ob commune bonum prohibeat equos, vel frumentum à ſuo Regno extrahi, aut Peregrinos vltra tantum temporis ibi commorari, aduenæ tenentur illius legibus. Ita Panormitanus Capite, A nobis, De ſententia excommunicationis. Reginaldus loc. cit. Sanchez lib.3.de Matrimonio,diſpu.8. nu.14.& in opere morali lib.1.cap. 12.num.36.cum Bartolo, Baldo,& alijs.& Suarez lib.3.de legibus.cap. 32.nu.8. cum Couarruuia.

Quinto excipi poſſunt vagi, vt patebit ex ſolutione dubij proximè ſequentis.

54 Secundo dubium eſt, vtrum vagi, qui nullibi certam habent habitationis ſedem; ſed hùc,& illuc diuertunt, obligentur legibus,& conſuetudinibus locorum, in quibus reperiuntur.

Reſpondeo affirmatiuè;alioquin vagi exempti eſſent ab omnibus ſtatutis,& legibus municipalibus, aut etiam decretis Epiſcoporū, quod non videtur cōſentaneum ipſorum ſaluti, & rectæ gubernationi. Ita Sanchez de matrimonio loc.cit.& in opere morali, lib.1.cap.12.num. 23. Suarez tom.1.de Religione,lib. 2. cap.14.num. 20. Sotus in quarto diſtinct.18.quæſt.4. artic.2. verſiculo, Eſt hic tamen adnotandum.Salas loc.cit.num.55.Reginaldus,lib. 13.num.172.ad finem. Azorius to. 1.lib.5. cap.11. quæſito 13. & alij, Contra Clauem Regiā,lib.3.cap.4. n.8. Leſsium, lib.4.c.2.dub.7.n.49.

Idem dicendum cenſeo de illis, qui prius domicilium relinquentes quærunt vbi conſtituant domicilium; ſed illud nondum actualiter conſtituerunt; etiamſi iam deliberauerint, quo in loco velint domicilium cōſtituere; eadem enim eſt vtriuſque ratio. Videte Sanchez, lib.3 de matrimonio, diſp.25.à numero 1. vſque ad 4.

Ter-

Google

5 Tertiò dubium eſt, vtrum Ciuis Mediolanenſis, qui primis quatuor diebus proximè antecedẽtibus primam Quadrageſimæ Dominicam, quibus diebus Mediolani non ieiunatur, nec abſtinetur à carnibus, vel lacticinijs, poſsit non ieiunare, aut carnibus, vel lacticinijs veſci, ſi tunc temporis ſe transferat Bergomum, aut ad alium locum, in quo ieiunatur iuxta ius commune.

Reſpõdeo duplicem Doctorum ſententiam in hac difficultate recenſeri poſſe.

Prima ſententia eſt Sanchez, lib. [illegible].de matrimonio, diſp.18.num.7.& nonnullorum aliorum aſſerentium non teneri ieiunare, vel à carnibus abſtinere illis diebus, quibus hic Mediolani Ciues Mediolanẽſes veſci carnibus, aut non ieiunare conſueuerunt. Ratio eſt primo, quia qui breui tempore abſunt habentur pro præſentibus; ſed qui præſens eſt illis diebus hic Mediolani poteſt veſci carnibus, aut ieiunio non vacare; ergo etiam Ciuis Mediolanenſis poteſt carnibus veſci, aut non ieiunare, ſi tunc temporis ibi exiſtat. Secundo, quia verſamur in materia fauorabili; fauores autem ampliandi ſunt, & odia reſtringenda. Tertiò, quia nullus tenetur legibus loci, in quo non decreuit maiore anni parte commorari, vt ſupra dictum eſt; cum item hic non decreuerit maiore anni parte commorari in eo loco, ad quem ſe transfert, vt ſuppono, ſequitur non teneri lege ieiunij in eo loco, ad quem ſe transfert. Quartò, quia ſi Ciuis Mediolanenſis accedat Modoetiam, breui rediturus, non tenetur ibi ſeruare peculiares leges, vel conſuetudines Modoetiæ receptas, etiamſi tales leges, & conſuetudines latæ fuerint, vel approbatæ ab Archiepiſcopo Mediolani, qui iuriſdictionem in vtroque loco in ſpiritualibus exercet; ergo neque tenebitur primis quatuor Quadrageſimę diebus ieiunare, ſi tunc temporis ſe transferat Modoetiam, vbi Quadrageſimale ieiunium illis diebus celebratur.

Secunda ſententia certa, & vera eſt Suarez tom.1. de Religione, lib. 3. cap.14. num.27. & 28. verſiculo, Vltimo tandem. Henriquez, lib.9. de Miſſa, cap.25. num. 2. Nauarri, cap.23. num.120. Sanchez in Opere morali, libro 1.cap.12. num.39. retractantis quod dixerat de Matrimonio. Clauis Regiæ, libro tertio, cap. 4. num.15. dub.2. Medinę, quæſt.96. num.5. Rodriquez in expoſitione Bullæ ad finem. Salas de legibus, diſput.14. ſect.4. ad finem, & aliorum aſſerentium teneri ieiunare, & à carnibus abſtinere. Ratio eſt tũ quia conſuetudo Mediolani recepta non ieiunandi quatuor illis diebus eſt conſuetudo localis; præceptum vero ieiunandi illis diebus eſt præceptum generale latum à iure communi; ſed leges à iure communi latæ obligant omnes exceptis ijs locis, in quibus receptę non ſunt, aut in quibus ſunt abrogatæ contraria conſuetudine; ergo lex ieiunandi illis diebus obligat Ciuẽ Mediolanenſem, qui tunc temporis ſe tranſtulit ad eum locũ, vbi lex recepta eſt, & vbi legitima conſuetudine non eſt abrogata. Tum quia ſi non tenetur ieiunare, & à carnibus abſtine-

Digitized by Google

re, maximè quia, qui tulit hanc legem illis diebus ieiunandi, non habet iuriſdictionem in Ciuem Mediolanenſem; ſed hoc eſt falſum; cum hoc ieiunium indictum ſit ab Eccleſia, quæ ſuper omnes Chriſtifideles iuriſdictionem habet; ergo tenetur ieiunare. Tum quia priuilegium, quo Mediolanēſes poſſunt illis quatuor diebus veſci lacticinijs, vel carnibus, non eſt perſonale, nec ſequitur perſonam; ſed eſt locale eximens Ciues Mediolanenſes ab huiuſmodiobligatione, dum exiſtunt Mediolani, vbi prædicta lex vel non eſt recepta, vel contraria conſuetudine eſt abrogata. Si ergo Mediolanenſes exiſtant extra territorium Mediolani non gaudebunt hoc priuilegio; ſed tenebuntur abſtinere à lacticinijs, & vacare ieiunio, iuxta loci, in quo reperiūtur, conſuetudinem.

56 Hinc ſequitur, Caſtellanum, qui diebus Sabbati nō tenetur in proprio loco à lacticinijs abſtinere, teneri à lacticinijs abſtinere, ſi diebus Sabbati tranſeat per ea loca, in quibus viget ius commune abſtinendi à lacticinijs, vt dictum eſt de Ciue Mediolanenſi aliò ſe transferente primis quatuor Quadrageſimæ diebus.

Ad primam rationem in contrarium reſpondeo negando, eos, qui ad breue tēpus aliò ſe transferunt, fictione iuris cenſeri præſentes. Ratio eſt tum quia fictio iuris extēdi ſolum videtur ad caſus in iure expreſſos, capite, In præſentia, de probationibus. Tum quia, ſi pro præſentibus haberentur, ſequeretur eos, qui alibi ad breue tempus exiſtunt, teneri legibus proprij domicilij, quæ non ſeruantur in eo loco, in quo tunc temporis reperiuntur.

Ad ſecūdam reſpondeo hoc priuilegium non eſſe fauorabile; ſed potius odioſum; nam quæ ſunt contra ius commune appellantur odiū iuris; conſequenter ſtrictè ſunt explicanda, iuxta Regulam iuris in ſexto, Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.

Ad tertiam reſpondeo illam legem non appellari localem particularem, ſed communem, & vniuerſalem; lex autē communis obligat omnes exiſtentes in eo loco, in quo recepta eſt; lex verò particularis, ſeu non communis non obligat exiſtentes in eo loco, per ſe loquendo, niſi habeant ibi domicilium, aut niſi decreuerint ibi maiore anni parte commorari.

Ad quartam negatur conſequentia. Ratio diſparitatis eſt, quia ieiunium Quadrageſimale eſt indictum à iure communi; ius autem commune obligat vbi receptū eſt, & vbi contraria conſuetudine non eſt abrogatum; conſuetudines verò, & leges Modoetienſes non ſunt à iure communi inductæ, vt ſuppono; ſed ſunt locales, & peculiares, & obligant habitatores illius loci; qui autem ad aliquem locum breui receſſurus diuertit, non dicitur habitator, ſed hoſpes, nec tenetur legibus illius loci. Ita Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 12. nume. 40.

Hinc ergo patet reſpōſio ad quatuor rationes contrariæ ſententiæ, quam non eſſe practicè ſecuram, nec introducendam optimè docet Suarez, cum nullo ſolido nitatur fundamento, & Auctores contrarium

um ſentientes ſententiam retrarint.

7 Quartò dubium eſt, vtrum qui præceptum, obligans non ſolum in loco proprij domicilij verum etiã alieni; iam adimpleuit in proprio domicilio, teneatur illud iterũ ſeruare in eo loco, in quo reperitur, ſi nondum ibi completum eſt tempus illis præcepti. Sit exemplum Ciuis Mediolanenſis cõpleto hic Mediolani ieiunio Quadrageſimæ cõtulit ſe ad Regionem Rhętorum, apud quos nondum completum eſt ieiunium; quia cum ibi non ſit receptum nouum Calendarium, non ſeruatur in illis Regionibus ieiuniũ quadrageſimale eodem tempore, quo ſeruatur hic Mediolani, vbi receptum eſt nouum Calendarium, quæritur, an apud Rhętos teneatur adhuc ieiunare. Eadem difficultas eſt, quando feſtus dies alicuius ſancti, non celebratur vbique eodem tempore, & vnus poſtquam eum celebrauit in vno loco tranſtulit ſe ad alium locũ in quo eiuſdem Sancti ſolemnitas alio die peragitur.

Ratio dubitandi eſt, quia quilibet obligatur legibus Iuris cõmunis receptis in loco, in quo reperitur, præſertim ſi ad illum locum accedat animo ibi manendi maiore anni parte. His non obſtantibus. Reſpondeo non teneri præceptũ iterum adimplere in loco, in quo poſtea reperitur, etiamſi conſtituat ibi domicilium, aut ibi maiore anni parte commorari firmiter propo nat. Ratio eſt quia iam adimpleuit præceptum, cum præceptum ſemel tantum obliget, & ſit vnum tãtummodò præceptum, quamuis differentiæ temporis varientur. Ita Leſsius lib. 4. de Iuſtitia. cap. 2. dub. 7. num. 52. Sanchez in opere morali. lib. 1. cap. 12. num. 22. Salas de legibus diſp. 14. ſect. 4. nu. 37. & alij.

Idem dicendum eſt de ſolemnitate Paſchali, & ſic de reliquis.

58 Addo cum Salas lo. cit. & alijs, idem procedere in eo, qui ad aliquem locum, in quo dies feſtus celebratur, diuertit, audito iam ſacro in loco, à quo receſsit, ſiue ibi coleretur dies feſtus, ſiue non; hic enim non tenetur iterum audire ſacrum in loco, ad quem diuertit, licet habeat animum ibi commorandi; nam videtur ſatisfeciſſe præcepto; cum ſacrum eo die audierit; etiamſi ſacrum audierit abſque intentione ſatisfaciendi præcepto, vt conſtabit de intẽtione requiſita ad ſatisfaciendum præceptis.

Ad rationem dubitandi reſpondeo obligari legibus Iuris communis, niſi alibi ſatisfecerit.

59 Quintum dubium eſt, vtrum homines alicuius Territorij, vel Regni ſicut non tenentur ſeruare leges loci, in quo breuem trahũt moram, ita neque teneantur ſeruare leges proprij Territorij, dum in alieno commorantur, in quo tales leges non obligant.

Reſpondeo non teneri iuxta dicta de Cenſuris. Ratio eſt tũ quia, Capite, Vt animarum, el ſecõdo, de Conſtitutionibus in ſexto, dicitur pœnam latam per ſtatutum Epiſcopi non incurri ab eo, qui extra Territorium non ſeruat illud ſtatutũ, ibique redditur ratio, quia impune non paretur extra Territorium ius dicenti, L. vltima, ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum, ideſt delinquens extra Territorium ſui Superioris non punitur pœna ab ipſo

ut ibi. Tum quia ſic habetur ca-
ite 1.toto, De conſtitutionibus,
ı ſexto. Ita Clauis Regia Azorius
manuel Sà, Sanchez, Suarez, & alij
ocis citatis.

2 Hinc ſequitur primò, Peregrinũ
on teneri ſeruare feſta proprij do
iicilij, quę non ſeruantur in Parc-
ia, ſeu Territorio, in quo reperi-
ır. Ita Suarez tom. 1. de Religio-
e.lib.2.cap.13.num.2. Sanchez lo.
ita.nume.24. Leſsius lib.4. cap. 2.
ub.18. nume. 55. & alij Doctores
itati.

3 Secundò, Sacerdotem Latinum
anſeuntem per Græciam poſſe cõ
cere non ſolum in azimis, verum
iam in fermentato more Græco-
ım, ſicut etiam Græcus tranſiens
er Eccleſiam Latinam poteſt non
ılum in fermentato, verum etiam
ı azimo conficeret. Ita Sanchez
b.3.de matrimonio diſp. 18. num.
).Salas de legibus diſpu.14. ſect.5.
ım.64. Suarez to.3. in tertiam par-
m diſpu.44.ſect.3. verſiculo, Illud
rò contra Martinum Ledeſmam
4. quæſt.25. ſect.4. dub 2. exiſtimã
m Sacerdotem Gręcum, dum per
cleſiam Latinam trãſit, poſſe ſo-
m in azimis conficere.

Hoc tamẽ limita, modò Gręcus
n celebret in aliqua Græcorum,
Latinus in aliqua Latinorũ Ec-
ſia; nam ſi in Græcia reperiatur
cleſia Latina, in eaque celebret
tinus, aut ſi inter Latinos adſit
cleſia Græca, in eaque celebret
æcus, debet iuxta ritum ſuæ Ec-
ſiæ celebrare, vt patet ex ſupe-
s traditis. Vide Sanchez, Sua-
, & Salas locis citatis.

Tertiò, Rhętos, apud quos nõ
receptum nouum Calendariũ,
ıientes Mediolanum eo tempo-
re, quo hic Mediolani completum
eſt ieiuniũ Quadrageſimale, quod
apud ipſos nondum eſt completũ,
vel inchoatum, poſſe accommoda-
re ſe mori noſtro; conſequenter
poſſe carnibus veſci, dum hic cõ-
morantur, quibus tunc temporis
veſcuntur Mediolanenſes. Ita Sa-
las lo.cit.num.69. Leſsius lo. cit. &
alij contra nonnullos alios recen-
tiores, quos tacito nomine refert
Salas ibidem.

Addo non peccare mortaliter,
etiamſi huc veniant, vt poſsint car-
nibus veſci; videntur enim vti iure
ſuo. Ita Leſsius loc.cit.num.59. San
chez de matrimonio loc.cit. nu.18.
& in Opere Morali, lib. 1. cap. 12.
num.30.31. & 35. Suarez tomo 1. de
Religione lib.2.ca.15. num. penul-
timo contra nonnullos alios, quos
in ſimili retuli de matrimonio, dũ
quærerem, vtrum validum ſit matri
monium cõtractum ſine Parocho,
& teſtibus in ijs locis, in quibus nõ
eſt acceptatum Tridentinum.

65 Ampliatur, & extenditur ſecũ-
dò, etiamſi Superior proprij Ter-
ritorij per ſtatutum intendat exiſtẽ
tes extra proprium Territoriũ ob-
ligare. Ratio iſtius ampliationis
eſt, quia iuriſdictio non ſe extendit
vltra proprium Territorium, vt cũ
Suarez, Couarruuia, & alijs docui
de Cenſuris diſp. 1. quæſt. 2. pun. 11.
num.6. contra Salas de legibus di-
putat. 14. ſectio. ſeptima, numero
90. Emanuelẽ Sà Vaſquez, & alios,
quos etiam refert Salas lo cit ſect.
5. num.70.74. & 78. Secùs ſi Supe-
rior habeat iuriſdictionẽ in vtroqꝫ
Territorio, vt per ſe patet, aut ſi nõ
intendat per legem, vel ſtatutũ ob-
ligare, ſed per ſententiã, vt de Cen-
ſuris lo.cit.nu.13. tradidi cum Vgo-

lino, Sayro, Suarez, & alijs, contra Auilam, & alios, vbi differentiam attuli inter ſtatutum, legem, & ſententiam, quòd ſtatutum, & lex reſpiciunt Territorium, ſeu perſonas ſubditas exiſtẽtes in loco Superioris; ſententia verò reſpicit perſonas, quidquid Salas, Couarruuias, & alij in contrarium ſentiant.

Ex quo patet quid dicendum ſit de locis exemptis exiſtentibus intra Territorium ferentis ſtatutum, vel præceptũ, de qua re videte, quæ diximus de Cenſuris diſput. 2. q. 1. pun. 11. num. 9. vbi oſtendimus ſuperiorem non poſſe contra eos, qui cõmorantur in locis exemptis, ferre cenſuram per ſtatutum, poſſe verò per ſententiam, & præceptum. Ita præter Doctores ibi citatos Armilla verbo, Excommunicatio, nu. 30. S. Antoninus 3. par. tit. 24. cap. 75. §. 1. & alij, quos ſequitur Suarez lib. 3. de legibus cap. 32. ad finem, vbi teſtatur de communi.

66 Ex quibus licet inferre, eos excuſari poſſe, qui Mediolani degũt cum Religioſis exemptis in loco exempto, ibique non ſeruant ieiunia ritu Ambroſiano præſcripta, quæ ſeruari non cõſueuerunt à Religioſis exemptis iuxta Romanum ritũ. Hæc tamen videntur intelligenda cum limitationibus traditis in explicatione primi dubij ad finem, Vide Suarez libro tertio, capite 3. nume. 5.

67 Limitatio verò, ſeu reſtrictio, quam dixi huic doctrinæ addendã eſſe, in hoc conſiſtit, vt exiſtens in alieno Territorio non teneatur legibus ſui Territorij, modo ipſe, & ſimul res, circa quam operatur, & operatio ipſa ſint extra Territoriũ, nam ſi perſona extra Territorium exiſtat, res verò circa quam agit exiſtat intra Territorium, aſtringitur legibus, & pœnis Territorij, in quo res exiſtit; nam delictum non cenſetur committi extra Territorium; ſed in Territorio. Ita Vgolinus de Cenſuris tabula 1. cap. 9. §. 3. in fine. Salas lo. cit. nume. 71. Sylueſter, excommunicatio 2. nu. 8. Suarez lib. 3. de legibus. cap. 32. num. 8. Angelus verbo excommunicatio 1. nu. 10. Reginaldus, & alij Doctores citati.

68 Ex quo infertur primò, Beneficiarium, qui in aliena Diœceſi exiſtens non reſidet, incurrere Cenſuram latam contra non reſidentes ab Epiſcopo loci, in quo habet beneficium; nam omiſsio reſidentiæ cõſummatur in Territorio proprio. Ita Suarez lib. 3. de legibus, cap. 32. num. 8. Sylueſter; Angelus, & Reginaldus locis citatis, Salas, Suarez, Auila, Sayrus, & alij, quos retuli de Cenſuris lo. cit. num. 7.

69 Secundò, exiſtentem extra proprium Territorium, ſi iactu ſagittæ occidat hominem exiſtentem in proprio Territorio affici excommunicatione, ſi lata eſſet excommunicatio in proprio Territorio contra homicidas, vt patet ex dictis de Cenſuris lo. cit. num. 11. cum Suarez, & alijs.

Ex dictis in hoc quinto dubio ſummariè colligitur iſta concluſio. Exiſtẽs in alieno Territorio, in quo lex aliqua municipalis, non ſeruatur, quæ tamen in proprio Territorio eſt in viridi obſeruantia non tenetur legem illam ſeruare, modò re ipſa extra Territorium legislatoris exiſtat, non ſolum quoad præſentiam corporalem, verum etiam quoad operationem, & quoad rem, circa

circa quam exercetur operatio, & hoc valet etiamſi legiſlator intendat ſua lege, vel ſtatuto obligare exiſtentem extra proprium territorium. Secùs ſi obligare intẽdat per ſententiam, ſeu pręceptum, vt patet ex dictis de Cenſuris loco citato.

PVNCTVM VII.

De effectu legis humanæ.

CVm effectus, quos lex humana parit, nequeant vnica reſponſione, vel puncto explicari, ſed longiorem expoſitionem requirant, in ſequentibus paragraphis illos proponam, & explicabo.

§. I.

Vtrum lex humana obliget, aut obligare poſsit in conſcientia.

1 *Lex humana ciuilis, & Eccleſiaſtica in conſcientia poteſt obligare.*

2 *Non omnis lex humana obligat in conſcientia præſertim ſub mortali.*

DVo breuiter quæram in hoc Paragrapho. Primò, vtrum lex in conſcientia obligare poſsit. Secundò, vtrum omnis lex obliget in conſcientia.

PRIMA PROPOSITIO.

1 LEx humana tàm ciuilis, quã Eccleſiaſtica obligare poteſt in conſcientia, ita vt ipſius tranſgreſsio ad grauem culpam imputetur. Ita Sotus 1. de iuſtitia, quæſt 6. cap. 4. Alphonſus à Caſtro lib. 1. cap. 4. Vaſquez p. 2. diſp. 158. cap. 2. & 4. Nauarrus, cap. 23. num. 54. Sanchez in opere morali, lib. 3. cap. 9. num. 34. Suarez, lib. 3. de legibus, cap. 21. & 74. & lib. 4. cap. 17. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 6. Valentia p. 2. diſp. 7. quęſt. 5. pun. 6. Clauis Regia, lib. 3. cap. 4. & 7. Bellarminus de Summo Pontifice, cap. 15. Reginaldus lib. 13. num. 174. Salas diſp. 10. de legibus ſect. 1. num. 6. & ſect. 8. num. 38. & alij.

Quòd lex, ſeu poteſtas ciuilis obligare poſsit in conſcientia, patet, tum ex prima Petri, cap. 2. Subiecti igitur eſtote omni creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi pręcedenti, ſiue Ducibus tanquàm à Deo miſsis in vindictam malefactorum, hæc enim voluntas Dei eſt. Tum ad Titum 3. Admone illos Principibus ſubiectos eſſe. Tum ad Romanos 13. Qui poteſtati reſiſtũt Dei ordinationi reſiſtunt, ideòque ſibi damnationem acquirunt; ideò ſubditi eſtote, non ſolũ propter irã, ideſt pœnam; ſed etiã propter conſcientiam, ideſt propter peccatũ, ex quo loco manifeſtè colligitur legem ciuilem poſſe ad culpam, etiã mortalẽ obligare; damnatio enim non irrogatur, niſi ob mortale peccatum. Tum quia recta ratio dictat debere in Republica extare Principes, & Superiores, quibus ſubditi parere teneãtur. Tum quia experientia conſtat Principes ſæculares iubere, quę iure diuino, aut naturali præcepta non ſunt, vt patet ex L. Solet. ff. de officio Proconſulis, & L. Caſsius. ff. de Senatoribus; ergo ſignum eſt poteſtatem ciuilem poſſe præcipere, ſeu obligare; & hoc valet, etiamſi nulla lex diuina eſſet, vt patet ex allatis rationibus, & benè docet Vaſquez loc. cit.

cit. cap. 2. Salas loc. citato, num. 8. Reginaldus, & alij locis citatis.

Quòd lex, ſeu poteſtas Eccleſiaſtica obligare poſsit in cõſcientia, patet, tum ex dictis de lege ciuili à minori ad maius. Tum ex Lucæ 10. Qui vos ſpernit me ſpernit; Matthæi 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus Matthæi 23. Super Cathedrā Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia, quæcunque dixerint, facite; & 2. Petr. 2. habetur eos, qui dominationem, ideſt poteſtatem Eccleſiaſticam, vel etiam ciuilem contemnunt, reſeruatos eſſe in iudiciũ cruciandos. Tum quia lex naturalis, & recta ratio dictat obediendum eſſe legi humanæ, præſertim Eccleſiaſticæ, eumque, qui legi humanæ obedientiam non præſtat, turpiter agere, & pœna dignum eſſe. Ita Doctores citati. Quanquàm Nauarrus in Manuali, cap. 23. num. 55. putat poteſtatem ciuilem rarò obligare ad culpam, cum Principes ſæculares rarò intendant ſubditos punire pœna ſpirituali animæ. Hinc tamen nõ ſequitur poteſtatem Eccleſiaſticam, aut ciuilem non poſſe in conſcientia obligare.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 NOn omnes leges humanæ obligant in cõſcientia præſertim ſub mortali. Ratio eſt tum quia leges vetantes venationem, aut piſcationem ſine præiudicio proximi, aut prohibentes delationem quarundam veſtiũ, aut armorum nocturno tempore, vel ſimiliũ, quę percenſet Clauis Regia lo. cit. num. 1. Salas diſp. 10. ſect. 9. nu. 47. & diſp. 15. ſect. 1. num. 17. & Azorius lib. 5. cap. 6. quæſito 4. non videntur ſub mortali obligare, per ſe loquendo, & præciſis alijs circunſtantijs; ergo non omnes leges humanæ obligant in conſcientia. Tum quia quando legislator exprimit ſe nolle in conſcientia obligare, niſi ad pœnam, certum eſt non obligare, niſi ad pœnam, nam lex non obligat vltra mẽtem legislatoris, à qua dependet; ergo. Tum quia lex non ſolum obligat quatenus legislator intendit obligare, verum etiã quatenus Populus eam acceptat; legiſlator autem præſertim ciuilis frequenter non intendit obligare ſub culpa præſertim mortali, nec Populus ipſius leges cum tanto grauamine ſemper acceptat; ergo nõ omnes leges obligant in conſcientia præſertim ſub mortali. Ita Clauis Regia, lib. 3. cap. 7. num. 1. Valentia to. 2. d. 7. quæſt. 5. pũn. 6. quęſt. 2. Suarez. lib. 3. cap. 27. & & lib. 5. cap. 4. nu. 2. Vaſquez, p. 2. diſp. 159. cap. 2. Salas diſp. 10. ſect. 5. Nauarrus, Azorius, & alij locis citatis.

§. II.

Vtrum lex pœnalis obliget in conſcientia.

1 *Lex alia eſt præceptiua, alia pœnalis.*
2 *Iudex poteſt minuere pœnas in lege præſcriptas, modò aliter in lege non exprimatur.*
3 *Lex pœnalis poteſt obligare tàm ſub mortali, quàm ſub veniali.*
4 *Differentia inter Conſilium, Legem, & Præceptum.*
5 *Leges inſtitutæ animo non obligandi non*

non appellantur propriè leges.

6 Delinquens non tenetur ante ſententiam declaratoriam pœnam ſoluere, quæ non poteſt executioni mandari abſque actione hominis, niſi aliter exprimat legiſlator.

7 Pœna alia dicitur lata ipſo iure, alia ferenda.

8 Quomodo cognoſcatur pœna ipſo iure lata, aut ferenda.

9 Pœnæ priuationis aliæ executioni mandantur abſque hominis actione, aliæ verò non.

10 Qui incurrit pœnas priuationis officij actiuæ, & paſſiuæ vocis, quę ipſo facto incurruntur non expectata ſententia, non tenetur ſe officio priuare &c. ſi hoc ſine infamia nequeat facere.

11 Beneficiarius poteſt Beneficium retinere, donec declaretur delictum, propter quod ipſo facto eſt priuatus Beneficio, niſi lex ſtatuat pœnam ſtatim in conſcientia ſubeundam.

12 Acta prædicti beneficiarij criminoſi, facta ante criminis declarationem, valent.

13 Reus non tenetur ante ſententiam ſubire pœnam, quæ non eſt ipſo iure lata, ſed ferenda.

14 Poteſt huiuſmodi reus qui eſt condēnandus, ante condemnationem bona ſua diſtrahere vendere, &c.

15 Non eſt expectanda iudicis ſententia, quando in lege dicitur, Beneficium ipſo facto vacet in conſcientia &c.

16 Rector Eccleſiæ alienans bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate requiſita de iure eſt priuatus ipſo facto Beneficio, quamuis praxis, & vſus requirant ſententiam criminis declaratoriam.

17 Qui obtinuit Parochiale Beneficium, & non eſt ordinatus ſacerdos intra annum ſua culpa, tenetur in conſcientia Beneficium deſerere.

18 Electus in Epiſcopum ipſo facto priuatur Epiſcopatu ante ſententiam, niſi intra ſex menſes fuerit conſecratus.

19 Non recitans diuinum Officium, tenetur ad reſtitutionem fructuum ante ſententiam.

20 Committens delictum hæreſis, aut alterius ſpeciei, ob quod bona ipſo facto publicantur, non tenetur ante ſententiam criminis declaratoriam bona fiſco reſtituere.

21 Qui ad pœnam non condemnatur ob denegatam in iudicio veritatem, non tenetur ad ſolutionem pœnæ, quam ſoluiſſet, ſi veritatem detexiſſet.

22 An teſtis, qui veritatem in iudicio denegauit, teneatur ad reſtitutionē, remiſſiuè.

23 Pœna conuentionalis ſoluenda eſt ante ſententiam, niſi aliter conſtet de mente contrahentium.

24 Pœna conditionalis obligat ante Iudicis ſententiam.

25 Fœmina, cui relictum eſt legatum, modo caſte viuat, non poteſt legatum recipere, ſed tenetur ſtatim illud reſtituere, ſi turpiter viuat.

26 Ad Collegium admiſſus hoc onere, vt ſi tale delictum admiſerit, ipſo facto priuilegijs loci priuetur, non remanet priuatus, nec reſtituere tenetur ante ſententiam.

27 Quando in legatis, vel teſtamentis aliquid relinquitur alicui, vt id ad alium tranſeat tali re non præſtita, re non adimpleta, an id ſtatim alteri debeatur, remiſſiuè.

28 Vouens, vel iurans ſe certam eleemoſynam daturum pauperibus, ſi amplius luſerit, &c. ſtatim poſt

Vou

Voti, vel iuramenti violationem tenetur eleemoſynam ſoluere.

29 *Quas pęnas reus teneatur poſt ſententiam ſubire, ſeu ſibi infligere.*

30 *Reus tenetur ad ſoluendam pecuniã, ad quam fuit condemnatus, modo petatur.*

31 *Reus poſt ſententiam declaratoriam criminis, non tenetur ipſe bona fiſco deferre.*

32 *Reus ſecuta ſententia tenetur in exilium proficiſci, perſiſtere in carcere, ſcalas patibuli aſcendere, ieiunare &c.*

33 *Reus poteſt obligari ad verbera, & ad alias pœnas corporales diſtinctas ab illatione mortis &c.*

34 *An reus poſſit ſibi venenum propinare, vel abſtinere à cibo lubente iudice, remiſſiuè.*

35 *Hæres tenetur ad onera realia, quæ tenebatur ſoluere Defunctus ob delictum prohibitum ſub pęna ipſo facto lata; ſecus ſi ſententia erat ferenda, vel ſi obligatio erat perſonalis.*

1 NOtandum legem aliam eſſe præceptiuã, & aliam pœnalem. Præceptiua eſt illa, quæ ſancit aliquid faciendũ, vel omittendum, nulla conſtituta pœna. Pœnalis eſt illa, qua ſancitur aliquid faciendum, vel omittendum, conſtituta transgreſſoribus pœna determinata, aut determinanda arbitrio iudicis iuxta criminis qualitatem. Conſtituitur autem pœna, vt ſubditi, qui ad obſeruantiam legum amore non trahuntur, pertrahantur metu pœnę.

2 Vtrũ verò Iudex poſsit minuere pœnas in lege præſcriptas, vel teneatur eas imponere patet ex dictis in octauo Decalogi præcepto, vbi oſtendi Iudicem licèt inferiorem poſſe ob aliquas ſuperuenientes circunſtantias minuere pœnas, modò in lege non exprimatur, vt pœna non mutetur, aut varietur. Videri poteſt Suarez, lib.5.cap.11. & Clauis Regia, lib.3.cap.8. vbi cũ Alphonſo à Caſtro enumerat cauſas, propter quas pœnæ aliquando minui, & aliquando augeri poſſunt.

His poſitis quærẽdum eſt, vtrum lex pœnalis obliget in conſcientia.

PRIMA PROPOSITIO.

3 NOn ſolum lex præceptiua, vt cõſtat ex dictis paragrapho præcedenti, verum etiam pœnalis, qua videlicet aliquid præcipitur adiecta transgreſſoribus pœna obligat ſub mortali, aut veniali, iuxta materię grauitatem, aut leuitatem, niſi aliundè conſtet legiſlatorem nolle ad culpam obligare. In hac propoſitione non conueniunt omnes Doctores, ſed in duas ſententias abierunt.

Prima ſententia eſt Nauarri in Manuali, cap.23.num.55. & capite Frater, 12. quæſt.2.num 32. Iaſonis, Decij, Gomez, & aliorum apud Leſsium, lib.2. de iuſtitia, cap.33 dub.8.num.54. apud Salas de legibus, diſp. 15. ſect. 1. num.6. apud Suarez lib.5.cap.3.num.4. quorum ſententiam probabilem exiſtimat Valentia, p. 2. diſp.7.quæſt.5. pun. 6. exiſtimantium legem præſertim ciuilem non obligare ſub mortali, quando in ea contra tranſgrediẽtes decernitur pœna tantummodo temporalis, ſeu corporalis; quamuis pœna ſit grauis, & magna, vt amiſsionis bonorum, Capitis, &c.

mo-

modo aliundè non conſtet legisla-
:orem velle ſub mortali culpa obli
;are, aut modò non adſit ſcanda-
um, vel contemptus. Ratio eſt
um quia lex pęnalis eſt odioſa; er-
;o benignè explicanda eſt, quantū
ieri poteſt iuxta Regulam iuris,
)dia reſtringi, fauores conuenit
impliari. Tum quia legislator ap-
)onens pœnam temporalem, cen-
etur excludere æternam; nam qui
num exprimit, & aliud tacet, cen-
etur excludere quod tacet, Capi-
e, Nonne, de Præſumptionibus.
'um quia ſubditi probabiliter o-
inari poſſunt legislatorem contē-
um eſſe pœna, quam expreſsit, &
olle maiorem obligationem ſub-
itis imponere, niſi aliter de ipſius
iente colligatur. Itaque legislator
cet poſsit ad pœnam, & ad culpā
bligare; nihilominus dum ſolam
œnam exprimit, nec aliundè con
at, vtrum etiam velit ad culpam
bligare, cenſetur velle ſolum ad
œnam obligare, putans pœnæ
)mminationem ſufficere ad impe
ienda delicta, & ad continendos
officio ſubditos, non iniecto
aiore laqueo.

Neque obſtat dicere pœnam
pponere culpam, ſeu pœnam non
fligi, niſi ob culpam; cum enim
lpa duplex ſit, nempè ciuilis, &
oralis, quæ propriè conuenit pec-
to, dicendum eſt pœnam non
mper ſupponere culpam mora-
n, ſed ſupponere culpā, aut mo-
lem, aut ciuilem. Ita Valentia lo.
. columna mihi 734.

Secunda ſententia eſt Suarez, li-
o 3. cap. 26. & lib. 5. cap. 3. Toleti
ro de ſeptē peccatis cap. 20. du-
) vltimo. Clauis Regiæ lib. 3. cap.
um. 25. Salonij tomo 2. quæſt. 77.
artic. 1. controuerſia 8. Azorij parte
1. lib. 5. cap. 6. quæſtio. 3. Salas de le-
gibus diſp. 10. ſect. 5. & diſpu. 15. ſe
ctio. 1. & aliorum aſſerentium legē
pœnalem obligari ſub mortali, aut
veniali iuxta materiæ grauitatem,
aut leuitatem niſi aliunde conſtet
de contraria legislatoris mente.
Ratio eſt tum quia lex, continens
præceptum obligat in conſcientia;
ſed lex pœnalis continet præceptū;
ergo lex pœnalis obligat in con-
ſcientia. Tum quia pœna ſuppo-
nere videtur culpam, quoties ali-
quid ſub pœna prohibetur ab eo,
qui facultatem habet prohibendi,
Tum quia per hoc lex, aut præcep-
tum, differt à conſilio, quòd conſi-
lium non obligat ſub culpa; obli-
gat verò lex, ſeu præceptum. Tum
quia ſcriptura, & Patres paſsim dā-
nant violatores legum humanarū;
quamuis harum plurimę ſint pœna-
les, capite, Imperatores 11. quæſt. 3.
ergo ſignū eſt leges humanas obli-
gare ſub culpa. Tum quia quando
legislatores in re aliqua, aliàs non
pręcepta, intendunt nō obligare ad
culpam, ſolent hoc exprimere, vt
ex Regulis Minorū, & Prędicato-
rū docet Clauis Regia loco cit.
num. 7. Salas diſp. 15. ſect. 1. num.
16. & alij; ergò quando non expri-
munt, ſe non obligare ſub culpa,
cenſeatur ſub culpa obligare.

Hinc ſequitur præceptum reci-
tandi horas canonicas ſub pœna
amiſsionis fructuum, aut legem ſol
uēdi vectigalia ſub pœna amiſsio-
nis mercium, obligare in conſcien-
tia, & ſic de cæteris, in quibus adij-
citur pœna, tranſgreſsoribus in-
iungenda.

Hæc ſecunda ſententia probabi-
lior eſt, & communior, eamque nō
euer-

euertunt rationes Nauarri, & aliorum Doctorum primæ ſententiæ, vt patet ex ipſarum ſolutione.

Ad primam enim, reſpondeo legem quidem pœnalem mitius explicandam eſſe, quantum lex ipſa patitur; ſed legem pœnalem non pati, vt explicetur, & intelligatur obligare ad ſolam pœnã, niſi aliundè conſtet legislatorem velle ad ſolam pęnam obligare, vt conſtat ex rationibus, in ſecundæ ſententiæ comprobationem adductis.

Ad ſecundam reſpondeo, eum qui vnum exprimit, & aliud tacet, cenſeri excludere quod tacet, quoties illius mentio diſtinctè facienda eſſet, & non ſufficeret mentio implicita; in noſtro autẽ caſu ſufficit mentio implicita, qua Princeps pręcipiẽs aliquid ſub pœna ſufficiẽter etiam indicat obligare ſub culpa pro ratione pœnæ, quæ apponitur, ſeu materiæ, quæ præſcribitur; cũ intendat obligare ſubditos quãtum ſua auctoritate poteſt, niſi aliter conſtet de ipſius mente.

Ad tertiam reſpondeo ſubditos non poſſe rationabiliter opinari legislatorem contentum eſſe pœna, niſi aliud exprimat.

4 Ex dictis colligitur differentia inter conſilium, legem, & præceptum, quod conſilium non inducit obligationem; lex verò, & præceptum inducit obligationem nõ ſolum ad culpam, verum etiam ad pœnam. Quapropter faciens contra ea, quæ ſunt de conſilio nõ peccat, peccat verò faciens contra legem, aut præceptum. Ita innuit Salas lo. cit. num. 20. & ſect. 11. nu. 73. ad finem. Diuus Thomas p. 2. quęſt. 108. art. 4. Becanus parte 2. tractatu a cap. 1. quęſt. 1. num. 12. Molina tracta. 5. de Iuriſdictione diſp. 46. num. 29. verſiculo, Quoad conſilium. Azorius par. 1. lib. 5. cap. 2. quæſito vltimo, & alij communiter.

5 Ex quo licet inferre, leges, quæ inſtitutæ ſunt animo non obligandi neque ad culpam, neque ad pœnam, non venire nomine legũ, Propriè loquẽdo; cum lex, vt potè præceptiua, ſoleat obligare ad culpã, vel ſaltem ad pœnam, & nomen à ligando deſumat, vt à conſilio diſtinguatur. Quapropter lex nõ obligans ad culpam, vel ſaltem ad pęnam dicitur potius Regula, ſeu ordinatio, oſtendens quod bonũ eſt, & ad ipſum dirigens, quam lex, & præceptum. Idem dicẽdum eſt de Regulis nonnullarum Religionum, quæ ne ad culpam quidem venialẽ obligant, vt benè obſeruat Arragonius 2. 2. quęſtio. 62. artic. 3. dubio poſt tertiam concluſionẽ. Vaſquez p. 2. diſp. 158. cap. 7 Salas diſpu. 10. ſect. 6. nume. 27. Reginaldus, & alij Doctores citati. Idem dicendũ eſt de legibus, quæ non ſunt propriè pœnales, & præceptiuæ, ſed potius conuentionales, & conditionales, aut modales, quibus legislator aliquid permittit ea conditione, & modo, vt qui tale opus facere voluerit, vel in tali opere compertus fuerit, tantum pecuniæ ſoluat, vel inſtrumenta, aut merces amittat, vt ſi feratur lex hoc modo. Qui vult tale armorum genus deferre, aut qui in nemore Communitatis intẽdit ligna cædere, aut qui vult triticum transferre, tantam pecuniæ ſummam ſoluat, vel triticum amittat; has enim leges in conſcientia non obligare, docet Clauis Regia loc cit. num. 11. Salas diſpu. 15. nu. 18. Couarruuias, Sotus, Vaſquez, & alii

Digitized by Google

& alij apud Salas loc. cit. num. 12. omiſsis ijs, quos ego in ſimili adduxi de voto. Ratio eſt quia legiſlator non intẽdit tales actus prohibere, ſed potius illos permittit, adiecto grauamine, & onere, vt illos exercens tantam pecuniæ ſummam ſoluat. Quanquàm dici poteſt hanc legem nõ eſſe propriè pęnalem, & præceptiuam quoad primarium actum, qui permittitur, eſſe veró præceptiuam quoad grauamen, quod imponitur, ſuppoſito actu permiſſo.

Vtrum verò talis quantitas pecuniæ ſoluenda ſit, vel amiſsio inſtrumentorum ſubeunda ſit ante Iudicis ſententiam, conſtabit ex infra dicendis.

6 Quæres primò, vtrum lex inferens ipſo facto pœnam tranſgreſſoribus, non ſolum obliget in conſciẽtia ad ipſius legis obſeruantiam; verum etiam ad pœnam, ita vt delinquens teneatur perſoluere pœnam, non expectata Iudicis ſententia. Pro ſolutione huius quæſiti.

7 Præmittendum eſt pœnam aliã dici latam ipſo iure, aliam ferendam. Pœna ipſo iure lata dicitur illa, quæ poſito delicto ſtatim irrogatur, vt ſi dicatur, Qui tale delictum commiſerit, ſit ipſo facto priuatus officio, Pœna ferenda vocatur illa, quam Iudex cõminatur delinquẽti, vt ſi dicatur, Qui tale delictum cõmiſerit priuabitur officio, vel bonis, In hoc quæſito non loquimur de pœna ferenda, ſed potius de pęna ipſo iure lata, quomodo autẽ cognoſcatur pęna ipſo iure lata, aut ferẽda, cõſtat ex dictis de Cenſuris diſp. 1. quæſt. 1. punc. 1. ad finem cum Claue Regia, Auila, Suarez, Azorio, & alijs, quibus adhæret, Rebellus parte 1. quæſtio. 6. à num. 37. Clauis Regia lib. 3. cap. 8. ſub finem. Suarez de legibus lib. 5. cap. 6. num. 25. & 26. Salas de legibus diſp. 15. ſect. 6. Vaſquez par. 2. diſp. 73. cap. 1.

8 Addo præter modos in tractatu de Cenſuris recenſitos, pœnam cenſeri latam ipſo iure, quãdo hæc verba adhibentur; ſit irritum, inane, inualidum, non valeat, careat viribus, omni iure, omni robore, omni priuilegio, ſententia ſit nulla, matrimonium erit nullum, fiat ineligibilis, fiat inteſtabilis, fruſtra aget, nihil aget &c. Si vero dicatur non gaudeat, aut amittat, Emanuel Sà Verbo lex, nu. 27. putat non continere pœnam ipſo iure latam. Idem docet Sanchez, quem alibi retuli. Hæc omnia diligenter aduertenda ſunt ob ſolutionem plurimorum caſuum, & præſertim illius quæſtionis, quia quæritur, vtrũ committens aliquod delictum, cui in iure impoſita eſt ipſo facto priuatio officij, vel bonorum confiſcatio, teneatur commiſſo crimine ſe abdicare officio, vel bona Fiſco tradere ante ſententiam Iudicis, de qua re fusè diſſerui. diſput. 3. de Contractibus quęſt. De Emphiteuſi pun. vlt. & diſſeram in ſequentibus.

His poſitis, ad quæſitum reſpondeo, delinquentem non teneri ante ſententiam declaratoriam ſoluere pœnam, quæ non poteſt mandari executioni abſque actione hominis, niſi manifeſtè appareat talẽ eſſe legiſlatoris intentionem, vt velit delinquentem pęnam ſubire ante Iudicis ſententiam. Ita Couarruuias de Matrimonio parte 2. cap. 6. §. 8. Leſsius lib 2. de Iuſtitia, cap. 29. dub. 8. num. 67. Valentia par. 2. diſp.

7.quæſt.5.pun.6.§.3 Azorius par. 1. lib.5.cap.8.quæſtio 4.Suarez lib. 5. de legibus.cap.8.num.5. Vaſquez, Sanch.Salas, & Molina locis ſtatim citandis, Iulius Clarus, Syluester, & alij apud præcitatos Doctores, omiſsis ijs, quos retuli de Contractibus lo.cit. contra Abbatem, Felinum, & alios, quorum aliqui docent, hæc verba, ſit priuatus ipſo iure, ipſo facto, eo ipſo, &c. quando in lege continentur, indicare quidem priuationem tituli, & continere ſententiam condemnatoriã, non verò indicare poſſeſsionis priuationem, & adminiſtrationis, nã poſſeſsio, & dominium, ſeu titulus, ſunt diſtincta, vt patet in eo, qui rẽ aliquam bona fide poſsidet, penès quem cõſtat adeſſe poſſeſsionem, non verò dominium, ſed quid nobis in hac re ſentiendum ſit cõſtat ex dictis loc. cit. de Contractibus. Hic nobis ſatis eſt dicere, leges cõtinentes pœnã priuationis rei propriæ, quæ non poteſt infligi ſine actione ipſius delinquentis, vel alterius non ſtatim abſolutè obligare, ita vt reus teneatur ſe rebus proprijs abdicare ante ſententiam declaratoriam delicti modò aliud manifeſtè non colligatur ex verbis legis. Ratio eſt tum quia leges nimis viderentur acerbæ, & rigoroſę. Tum quia odia ſunt reſtringenda. Tum quia vſu, & conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, receptum eſt, vt nullus ſe priuet re antea obtenta, niſi declaratoria criminis ſententia præmittatur. Tũ quia aliquæ leges exprimunt obligationem ad pœnam ſubeundam ante criminis declarationem; ergò inferendum videtur pœnam non eſſe ſubeundã ante criminis declarationem, niſi exprimatur. Tum quia hæc eſt communis Doctorum ſententia, quam præter Doctores citatos in præallegatis locis tenet Vaſquez par.2.diſput.168.cap.2.Reginaldus lib.13.num.278.& 284. Sanchez in opere morali lib.2. cap.22. Bartolus, Baldus, & alij apud Suarez lib.5.cap.5.num.11.Salas de legibus diſp.15.ſect.2.nume.38.referens 43.Doctores pro hac ſentẽtia. Molina tomo 1.diſp.95. vbi relato Couarruuia. Simanca. Nauarro. Sylueſtro, & alijs dicit hanc eſſe cõmunem Theologorum, & Iuriſperitorum ſententiam. Eidem opinioni adhæret Bannes, Salonius, & alij quos in ſimili retuli de Contractib. diſp.3.quæſt.8.pun. vltimo. §.3.nu. 5.vbi hanc eandem doctrinam ijſdem ferè rationibus comprobaui, contra Sotum 1.de Iuſtitia quęſt.6. art.6.& lib.4.quæſt.6.art.3. innuentem nullam pœnam præter cenſuras, & irregularitatem incurri poſſe ante ſententiam, & contra Caietanum 2.2.quæſt.62.art.3.& in ſumma verbo, Pęna. Bannem 2.2.q.12. art.2. ad 2. & alios apud Salas loc. cit.nu.24.aſſerentes nullam legẽ humanam obligare poſſe ad pœnam ante Iudicis ſentẽtiam, quoties pœna requirit actionẽ hominis ad ſui executionem. Secus ſi nullã actionem ad ſui executionem, requirat, qualis pœna eſt inhabilitas ad aliquid faciendum.

Sed quod nos aſſeruimus, verius eſt, & probabilius. Immo etiamſi delictum, propter quod impoſita eſt ipſo facto pœna, ita notum ſit, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, adhuc cenſeo delinquentẽ non teneri, ante ſententiam declaratoriam ſoluere pœnam, quæ ad ſui exe-

cu-

Digitized by Google

cutionẽ requirit hominis actionẽ, niſi aliter conſtet de mente legislatoris. Ratio eſt tum quia par eſt, vt pœna, quæ fuit auctoritate publica inchoata publicè per Iudicis ſententiam perficiatur. Tum quia hic eſt vſus, & praxis. Tum quia legislator ſimpliciter cenſetur pœnã impoſuiſſe ſub hac conditione, ſi delictum per Iudicis ſententiã fuerit declaratum. In hac parte conſentit Sotus 1. de Iuſtitia quæſtio. 6. art. 6. in tertia concluſione. Caietanus 2. 2. quæſt. 12. arti. vltimo Graffius lib. 2. Deciſionum cap. 11. à nu. 26. Quibus adhęret Reginaldus lib. 13. nu. 290. contra Panormitanum, cap. Cum non ab homine, de iudicijs. Felinum cap. 1, de Conſtitutionibus. num. 45.

Obijcies contra ea, quę diximus in hoc quæſito. Si delinquens patrato delicto, cui eſt impoſita ipſo facto pœna, non teneretur ſtatim perſoluere pęnam lege impoſitam, ſequeretur fruſtra in lege apponi illas clauſulas, ipſo facto, ipſo iure, &c. & nullam eſſe differentiam inter pœnam ipſo iure latam, & ferendam.

Reſpondeo iuxta dicta de Contractibus diſp. 3. quæſt. 8. puncto vltimo, §. 3. negando illas particulas fruſtra apponi, & negando non eſſe differentiam inter pœnam ipſo iure latam, & ferendam; nam huiuſmodi particulæ hoc operantur, Primò, vt Reus poſita ſententia criminis declaratoria luat pęnam, ſeu priuetur bonis, ac ſi ſtatim patrato delicto pœna executioni demandata fuiſſet. Secundò, vt Reus, qui delictum commiſit, cui adiecta eſt pœna confiſcationis bonorum ipſo facto, teneatur poſita ſentẽtia declaratoria fructus Fiſco reſtituere, Fiſco volente rem ſibi vendicare Tertiò, vt hæredes conueniri poſſint ad perſoluẽdam Fiſco pœnam realem ipſo iure impoſitam; nã bona remanent realiter obligata Fiſco; obligatio autem realis transmittitur ad hæredes. Secùs dicendum eſt de pœna ferẽda, tum quia delicta morte delinquentis extinguuntur. L. prima C. Si Reus, vel accuſator mortuus fuerit. Tum quia Fiſcus non habet ius in bona delinquentis ante condemnationẽ; mortuus autem non condemnatur; cum humanæ poteſtati ſubiacere nõ videatur, vt patet ex dictis de Cenſuris. Tum quia in hoc caſu nulla eſt realis obligatio ad pœnam; ergo hæredes non poſſunt conueniri ad perſoluendam Fiſco pęnam ob delictum à defuncto commiſſum, cui pœna non ipſo facto lata, ſed ferẽda fuerat impoſita. Ita Gomez 3. Variarum cap. vlt. nume. 2. Vaſquez p. 2. diſp. 170. cap. 4. Salas diſput. 15. de legibus ſect. 3. & 5. num. 45. Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 22. nume. 28. Graffius parte 1. Deciſionum lib. 2. cap. 11. nume. 26. 29. & 31. Molina tracta. 2. diſp. 95. verſiculo, Secundò quoniam, & verſiculo, Licet autem.

Sed pro maiori eorum, quæ hactenus diximus in hoc quæſito, explicatione.

9 Aduertendum eſt, pęnas priuationis eſſe in duplici differentia.

Aliæ ſunt, quæ non poſſunt executioni demandari abſque hominis actione, & ad has pœnas ipſo facto impoſitas incurrendas requiritur ſententia criminis declaratoria, niſi aliter conſtet de mente legislatoris, volentis pœnam antę

vllam

vllam iudicis ſententiā adimpleri. Immò Salas diſp.15. ſect.3. num.46. Emanuel Sà verbo, pœna, num.1. Graffius loc. cit. num.41. Perez 2. Ordinationum titulo 9. lib.2 apud Salas loc. cit. Sanchez,& alij, quos referam illatione 4. & 5. generaliter putant priuationem officij, vel beneficij, vel etiam aliorum bonorum magni momenti, ſeu notabilis quantitatis, quæ quis poſsidet, non incurri ante ſententiam declaratoriam, quamuis in lege dicatur priuationem incurri ipſo facto abſque declaratione. Ratio eſt, inquit Salas, quia huiuſmodi lex aliter intellecta videretur iniuſta, vel ſaltē crudelis, & nimis rigida.

Sed contrarium mihi verius videtur cum nonnullis Doctoribus, quos illatione 5. citabo. Ratio eſt tum quia ſuperior poteſt ante ſententiam huiuſmodi priuationē indicere. Tum quia vſu receptum videtur, vt Parochus, qui intra præfixum à iure tempus ad Sacerdotiū non promouetur, amittat beneficiū ante declarationem, & Epiſcopus, qui intra tres menſes nō conſecratur, amittat fructus, vt iuxta Trid. diſpoſitionem, ſeſſ.27 cap.2. & clarius dicetur illatione 5.

Aliæ pœnæ ſunt, quæ ad ſui executionem nullam hominis actionē requirunt, ſed in abſtinentia ab aliqua receptione, vel actione conſiſtunt, qualis pœna eſt incapacitas bonorum, inhabilitas ad matrimonium, vel ad petendum debitū coniugale, vel ad officium, vel ad beneficium, vel ad ſacramenta ſuſcipienda, vel adminiſtranda, vel ad ferenda ſuffragia; qualis etiam pęna eſt ineligibilitas ad officium, priuatio vocis actiuæ, & paſsiuæ, & aliæ huiuſmodi, & has pœnas ante Iudicis ſententiam incurri patet, tum quia comparantur irregularitatibus, & Cenſuris ipſo iure latis, quas commiſſo delicto ſtatim incurri perſpicuum eſt inter omnes. Vnde ſi dicatur, Qui tale delictum fecerit, ſit excommunicatus ipſo facto, vel illicò, delinquens ſtatim patrato delicto afficitur excommunicatione; cum nulla actio requiratur ad hanc pœnam incurrendā, vt benè docet Suarez loc.cit.cap.8. Sotus 1. de iuſt. quæſt.6.art.6. concluſione 2. Nauarrus, cap.23.nu.67. Valentia tomo 2. diſp.7. quæſt 5. pun.6. Clauis Regia, lib.3. cap. 9. num 23. Salas, & alij communiter locis citatis. Tum quia non poteſt vlla ſufficiens ratio afferri, cur huiuſmodi pœnæ ipſo facto nō incurrantur, ſi iudex velit eas ipſo facto incurri. Ita Azorius, lib.5.cap. 7.quæſito 4. Valentia loc.cit.quęſt. 3. Suarez lib.5. de legibus cap.8. & 9.num.2. & 4. vbi quamplures Doctores refert. Reginaldus, lib.13. num. 279. Salas loc. cit. num. 29. Vaſquez loc. cit. num.9. Sanchez loc.cit.cap.28. Couarruuias, Syluester, & alij apud præcitatos Doctores, contra Sotū 1. de iuſtitia, quęſt. 6.art.6. ad 4. Molinam tomo 1. de Iuſtitia diſp.96. verſiculo, Idem dicendum, & verſiculo, Duo obſerua. Ledeſmam, & alios, arbitrantes pœnam inhabilitatis actiuā ad ferendum ſuffragium, vel ad electiones nō incurri ante ſententiam declaratoriam, & contra Sanchez lib.9. de matrimonio diſp. 30. nu 2. quatenus docet pœnas priuatiuas, nulla executione indigentes, non ſemper incurri ante Iudicis ſententiam.

10 Ob-

Digitized by Google

10 Obſeruandum tamen eſt circa pœnas priuationis officiorum, vocis actiuæ, & paſsiuæ,& circa alias pœnas, quæ ipſo facto incurruntur ſine vlla ſentẽtia declaratoria, eũ, qui in has pęnas ipſo facto incidit, non teneri priuare ſe officio, aut voce actiua, vel paſsiua, &c. quoties hoc nequit facere ſine infamia, etiamſi in lege habeatur, delinquentem debere ſe officio abdicare non expectata vlla ſententia. Ratio eſt quia ius ad propriam famam conſeruandam præponderat iuri humano, indicenti priuationẽ officiorum, &c. nec lex humana cum tam graui damno videtur obligare;quanquàm delinquens tenetur diligenter petere, & inquirere diſpenſationem,ne interim officiũ, quo priuatus eſt, iniquè retineat.

Ex dictis in hoc quæſito colligitur, & concluditur,pœnas priuatiuas ipſo facto impoſitas,quę ad ſui executionem, hominis actionẽ requirunt,non incurri ante ſententiã criminis declaratoriam, niſi aliter conſtet de mente legiſlatoris volentis pœnam incurri,non expectata Iudicis ſententia, pœnas verò priuatiuas, ipſo facto latas,quæ ad ſui executionem non poſtulant hominis actionem, incurri ſtatim patrato delicto, non expectata ſentẽtia criminis declaratoria; quanquã delinquens non tenetur ſe officio, vel beneficio abdicare, ſi hoc præſtare nequeat ſine periculo grauis infamiæ.

Ex hac cõcluſione colligi poteſt ſolutio multorum caſuum.

11 Primò, beneficiarium poſſe beneficium retinere, donec declaretur delictum, propter quod priuatus eſt ipſo facto beneficio, niſi forte in lege habeatur,pœnam in foro cõſciẽtiæ ſtatim ſubeundã eſſe,ſeu ſtatim deberi ante vllam criminis declarationem. Ita Azorius partẽ 1.lib.5.c.7.quæſito 6. Sylueſter verbo,Aſſaſsinus,in fine. Molina tomo 1.diſp.96. Verſiculo, Quod dictum eſt. Immo Salas diſp.15. de legibus ſect.3.nu.46. contra Vaſquez diſp. 168.cap.4. num. 25. putat hoc procedere, etiamſi in lege dicatur, ipſo facto vacare cenſeatur,nam priuatio, & vacatio idem ſunt, quando beneficium alteri non confertur; ſicut autem beneficiarius non tenetur à ſe beneficium abdicare ante ſententiam criminis declaratoriam, quando in lege continetur priuatio ipſo facto, ita neq; tenetur, quando continetur vacatio, niſi forte in lege dicatur vacare in conſcientia,ſeu pœnam in foro cõſcientiæ ſtatim deberi, vt dicetur illatione 3.

12 Ex quo vlterius patet acta prędicti beneficiarij criminoſi facta ante criminis declarationem valere; nã adeſt titulus ſaltem coloratus, & error communis,vt patet ex dictis de matrimonio. Idem præter Doctores ibi citatos docet Sylueſter verbo,hæreſis 1.num.14. Leſſius lo.infra cit. ſect.3.n.45.Angelus verbo, Pœna, nume.3. Reginaldus lib.13.nu.292. §.Quarta difficultas. Suarez loc.cit. & alij.

13 Secundò à fortiori, Reum non teneri ante ſententiam ſubire pœnam, quæ non eſt ipſo iure lata,ſed eſt comminatoria, ſeu ferenda,nullus enim magis obligatur, quam in lege ſit expreſſum. Ita Reginaldus loc.cit. nume.276.& alij Doctores citati.

14 Ex quo vlterius infertur,Reum,

Digitized by Google

qui delictũ cõmiſit, propter quod non eſt ipſo iure priuatus; ſed eſt priuandus bonis, poſſe, antequam condemnetur, bona ſua diſtrahere, locare, locationis pretium ſumere, vendere, donare, ſicut poterat antequam patraret delictum; adhuc enim eſt dominus ſuorum bonorũ, nec vllo iure prohibetur illa diſtrahere, vel locare, quamuis ſciat fore, vt illis priuetur. Ita Clauis Regia, lib.3.cap.9.num.18.& alij, quos retuli de contractibus, diſp.3.quæſt. 8. puncto vltimo, vbi etiam docui, an teneatur, admonere emptorem, quoties vendit rem aliquam cum periculo, vt illa eadem à Fiſco repetatur.

15 Tertiò, non expectandam eſſe iudicis ſententiam, quando in lege decernitur pęna ſub hac loquendi forma, Beneficium ipſo facto vacet in conſcientia; vel fructus non faciat ſuos in conſcientia, vel, non retineat in conſcientia, vel, reſtituat in conſcientia, vel, reſtituere teneatur; licet enim Reus non teneatur ſubire pœnam ante iudicis ſententiam, quoties pœna ad ſui executionem actionẽ requirit; hoc tamẽ intelligitur, niſi manifeſtè appareat legislatorẽ velle delinquẽtem pœnam ſubire ante iudicis ſententiam. Ita Reginaldus, lib. 13. num. 295. & idem à fortiori docet Vaſquez, p.2.diſp.178.cap.4.nu.25. & alij Doctores citati.

16 Quartò, Rectores Eccleſiarũ, qui alienant bona Eccleſiaſtica, non ſeruata ſolemnitate requiſita in extrauaganti, Ambitioſè, de rebus Eccleſię non alienandis, eſſe ipſo facto priuatos beneficio abſque alia declaratione, ſi reſpiciamus tantũmodo verba legis; nam pœna; quæ ad ſui executionem aliquam actionem requirit, non eſt ſubeunda ante iudicis ſentẽtiam, niſi aliter conſtet de mente legislatoris; ex Clementina autem, Ambitioſè, citata manifeſtè conſtat legislatorem velle hanc pœnam incurri ante ſententiam declaratoriam. Verum ſi reſpiciamus vſum, & praxim, dicendum eſt beneficiarium nõ teneri beneficium deſerere ante ſententiam criminis declaratoriam. Ratio eſt tum quia Clementina, Ambitioſè, non videtur recepta cum tanto rigore ita vt beneficiarius debeat à ſe beneficium abdicare ante iudicis ſententiam; lex enim obligat quatenus recepta eſt. Tum quia pęna, quæ non poteſt mandari executioni abſque hominis actione, non eſt ſubeunda ante ſententiam, niſi aliter in lege acceptata decernatur, abdicatio autẽ à beneficio eſt pœna, quæ non poteſt executioni mãdari abſque actione beneficiarij, vt per ſe patet, & Clementina, Ambitioſè, citata, qua decernitur pęna abdicationis beneficij ante ſententiam, non videtur in hac parte recepta, vt docet Nauarrus in Manuali, cap.27. num.150. Salas, diſp.15. de legibus ſect.2. num. 26. & 46. Clauis Regia, lib.3.cap.9.num.4. 14. & 32. Suarez lib.5.cap.8.num.10. & 14. Sanchez in opere morali, lib.2.cap.22. num. 20. Rodriquez parte j. cap.195. nu. 3. Graffius parte j. Deciſionum, lib. 2.cap.11.num.41.

Immo Salas loc. cit. num. 31. & 33. ad finem, & ſect.3.num.45. & 46. Emanuel Sà verbo, Pœna, num.1. Graffius loc. cit. Sanchez loc. cit. à quibus diſſentire non videtur Vaſquez, p.2.diſp.168. cap. 4. videntur innue-

innuere prędictam extrauagantem intelligi poſſe de pœnę declaratione, ita vt non ſit neceſſaria pœnæ declaratio, ſed criminis tantum; conſequenter beneficiariũ, qui non ſeruata ſolemnitate bona Eccleſię immobilia, aut etiam mobilia pretioſa, quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt, alienauit, non teneri ex vi prædictę extrauagãtis deſerere beneficiũ ante criminis declarationem, etiamſi verba prædictæ Extrauagantis reſpiciamus.

Neque obſtat, inquiunt aliqui, dicere, quando in prædicta extrauaganti dicitur, ipſo facto priuati beneficijs exiſtant, illaque abſque declaratione aliqua vacare cẽſeantur, ſuperfluè addi illa verba, abſq; declaratione aliqua, ſi pęna ipſo facto non incurritur, ſed ad eam incurrendam adhuc requiritur declaratio criminis, reſpondent enim illa verba non apponi ſuperfluè; ſed maioris claritatis gratia; cum vſu receptum ſit, vt aliqua verba ad maiorem claritatem aliquãdo addantur, vt docet Couarruuias 2. variarum, numero 9. quem ſequitur Sanchez loc. cit. & alij Doctores citati. Quamobrem Sanchez loc. cit. quem etiam retuli de Contractibus loc. cit. §. 3, num. 1. ad finem, ſentire videtur pœnam, quę requirit actionem hominis, non eſſe neceſſario ſubeundam ante ſententiam iudicis, niſi clarè conſtet legiſlatorem excludere omnem omninò ſententiã.

Alij verò putant pęnam deberi ante ſentẽtiam iudicis declaratoriam, quando pęna imponitur ipſo iure, vel ipſo facto, addendo, vt nulla opus ſit declaratione. Ratio eſt tum quia ſi opus eſſet aliqua declaratione ſequeretur fruſtra addi illa verba, abſq; declaratione, & gratis aſſeritur ab aduerſarijs illa verba poni ſolũ maioris claritatis gratia, quoties apta ſunt ad effectum producendũ, quem ex ſua ſignificatione important. Tum quia illa verba, abſq; vlla declaratione, ſunt generalia; ergo intelligẽda ſunt de qualibet declaratione; ergo non ſolum excludunt declarationẽ pœnæ, verum etiam criminis. Ita Syluester verbo, Aſſaſsinus, & verbo, emphyteuſis, quæſito 2. Valentia, diſp. 7. quæſt. 5. pun. 6. quęſtiuncula 4. ad finem. Salas lo. cit. ſect. 3. nu. 45. Reginaldus, lib. 13. num. 276. Suarez, lib. 5. cap. 7. num. 7. & alij, quorum opinio mihi probabilior videtur, modo lex continens pęnam ipſo facto ſubeundam, non expectata vlla iudicis ſententia ſit in hac parte acceptata, vel non ſit legitima conſuetudine abrogata.

17 Quintò, eum, qui obtento Parochiali beneficio ſua culpa non recepit ordinem Sacerdotalem intra annum, in cõſcientia teneri beneficium deſerere; nam licèt huiuſmodi pœna nõ poſsit mandari executioni ſine hominis actione, nihilominus Capite, Licet canon, de electionibus in ſexto, decernitur huiuſmodi beneficiarium eſſe priuatum beneficio abſq; alia monitione; cõſequenter non poſſe beneficium retinere. Ita Nauarrus, cap. 25. num. 117. Vaſquez lo. cit. Reginaldus, lib. 13. num. 181. Salas diſp. 15. ſect. 2. num. 31. Hoc tamen intelligendum eſt reſpectu illorum locorum, in quibus prædictum Caput eſt acceptatum, aut in quibus contrarium legitima conſuetudine non eſt receptum.

18 Sextò, electũ in Epm ipſo facto

priuari Ep̃atu ante ſnĩam, ſi intra ſex menſes conſecratus nõ fuerit ex Tridẽtino, ſeſſ.23.de reformatione cap.2.vbi decernitur Ep̃m,qui con ſecrationem non ſuſcipit intra tres menſes, teneri ad reſtitutionẽ fructuum perceptorũ,ex qua loquendi forma colligit non requiri ſnĩam.Si verò Ep̃s intra tres alios mẽſes adhuc cõſecrationem neglexerit,priuatur ipſo facto Eccleſia,vt dicitur in Tridentino lo.cit. & ad hanc pęnam incurrendam Reginaldus, & alij DD. relati in præcedenti illatione putant non requiri ſnĩam declaratoriam, ſed cõtrarium ex noſtris fundamentis colligitur, & ita docet Suarez, lib.5.cap.8.num.13. Videte ipſum Suarez lo:cit.Nauar. cap.25.n.118.verſ.8.Henriquez.lib. 10. cap.23.nu 5. Reginaldũ, lib.32. nu.58.Leſsium lib.2.cap.34.nu.103. & alios DD.ſupracitatos.

19 Septimò, eum, qui non recitat diuinum officium, teneri ad reſtitutionem fructuũ ante ſnĩam iudicis. Ratio eſt tum quia beneficium cõfertur ſub hac conditione,vt beneficiarius fructus recipiat cũ onere diuinum officium recitandi; beneficiũ enim datur ꝓpter officiũ. Tũ quia licet reſtitutio fructuũ ſit pœna,quę non poteſt executioni mandari abſque hominis actione, nihilominus Eccleſia præcipit reſtitutionẽ ante criminis declarationẽ, vt colligitur ex Conc. Lateranenſi, & ex motu proprio Pij V. vbi non ſolum decernitur, eum, qui nõ recitat diuinum officium, non facere fructus ſuos; verum etiam additur, ipſum teneri fructus tãquam iniuſtè perceptos in fabricam ipſorum beneficiorum, aut pauperum eleemoſynas erogare. Idem dicendum eſt de non reſidentibus, qui ratione beneficij tenentur reſidere. Ita Sanchez, lib. 2. cap.5. num.10. Suarez libro 5. de legibus, cap.7.num.9. Reginaldus, libro 13. num.291. Emanuel Sà loc. cit. Salas loc. cit.num.27. Vaſquez lo.cit. cap.4. Flaminius de reſignationibus,lib.1.quæſt.10.num.32.

20 Octauò, & vltimò, eum,qui cõmiſit delictum hæreſis, aut alterius ſpeciei, propter quod bona ipſo facto publicantur, non teneri ante ſentẽtiam criminis declaratoriam bona Fiſco reſtituere, vt patet ex dictis de Contractibus, diſput.3. quæſt.8. pun. vltimo §.3. vbi plures quæſtiones ad hanc rem facientes diſſolui. Ratio eſt quia pęna reſtitutionis bonorum requirit actionẽ ad ſui executionem.

21 Sed modo dubium eſt, vtrum qui ad pęnam non condemnatur ob denegatam in iudicio veritatẽ, teneatur ad ſolutionem pęnę, quã ſoluiſſet detecta veritate, hæc quęſtio coincidit cum ea,qua quęritur, vtrum reus,cuius bona ſunt ipſo facto addicta Fiſco ob ſcelus perpetratum,teneatur ad reſtitutionẽ bonorum,ſi legitimè interrogatus neget veritatem, ex cuius manifeſtatione condemnaretur,ipſiuſque bona ad Fiſcum deferrentur.

Reſpondeo negatiuè, vt conſtat ex dictis in octauo Decalogi præcepto,& de Cõtractibus. diſp. 3.q. 8. pun.vlt.§.3.nu.6. cum Sanchez in opere morali, lib.2.cap.22.nu.21. Nauarro,cap.25.nu.51.Azorio,p.3. lib.4.cap.16. quæſito 9.& p. j. lib.5. cap.8.quæſito 5.& alijs, quibus adhæret Salas diſp.15.de legibus ſect. 7.num.98. Vaſquez p. 2. diſp. 175. Contra Reginaldum, lib.13.num. 293.

Digitized by Google

293. Sotũ 1. de iuſtitia q. 6. art. 6. Molinam diſp. 95. Ratio eſt quia pęna, quæ non poteſt mandari executioni abſque hominis actione, non debetur ante ſententiam iudicis, nec Fiſcus acquirit ius in bona delinquentis ante declarationem criminis, cui pœna amiſsionis bonorũ eſt impoſita ipſo facto; & quamuis demus Reum teneri ad reſtitutionem dãni, quod infert alicui occultando, aut negãdo veritatem, iuxta dicta in octauo Decalogi præcepto, & de reſtitutione, tamen negamus Reum teneri ad ſolutionẽ pœnę, quam perſoluiſſet veritatem cõfitendo, vt ibidem oſtendi.

Ex quo patet à fortiori, Reũ non teneri ad ſolutionem pœnę, negando delictum, cui non eſt impoſita ipſo iure pœna, ſed eſt imponenda.

22 Vtrum verò teſtis, qui veritatem in iudicio denegauit, teneatur ad reſtitutionem, conſtat ex dictis in octauo præcepto, ex quibus etiã conſtat Reum, aut teſtem, qui legitimè interrogatus, veritatem nõ eſt confeſſus, debere animo paratum eſſe ad veritatem aperiẽdam, ſi iterum interrogetur; conſequenter non poſſe ſacramentaliter abſolui, ſi propoſitũ habeat negandę veritatis, Iudice legitimè interrogãte; caret enim ſufficiẽti propoſito ad p̃cauẽda in futurũ peccata. Ita Reginal. Azorius, & alij lo. cit.

23 Quæres ſecundò, vtrum pœna conuentionalis ſoluenda ſit ante ſententiam Iudicis.

Reſpõdeo ſolutionem iſtius difficultatis ſufficienter conſtare ex dictis de Cõtractibus, diſp. 3. quæſt. 3. punct. 7. num. 4. vbi cum Azorio. Molina. Rebello. Couarruuia. Valentia. Salas, & alijs ibi citatis, quibus adhæret Menochius de arbitrarijs Centuria 3. caſu 260. nu. 40. Salas, præter locum ibi citatum, de legibus diſp. 15. ſect. 3. num. 51. Suarez lib. 5. de legibus, cap. 6. nu. 8. Gutierez de matrimonio, cap. 18. num. 19. Contra Vaſquez p. 2. diſp. 173. cap. 1. Beiam. Nauarrum. Leſſium, & alios ibi relatos, docui pęnam cõuentionalem ſoluendã eſſe ante ſententiam Iudicis, vt patet ex rationibus ibidẽ adductis; quas hic breuitati conſulens prætermitto. Præcipua autem hæc videtur eſſe, quia iſta obligatio naſci videtur ex pacto, & promiſsione humana mutua; pactum autem & promiſsio humana obligat ex ſe, ſine ordine ad ſnĩam iudicis, vt ex L. reſcriptũ §. ſi pacto, ff. de pactis, argumentatur Suarez loco cit. nu. 5 & 9. cum Tiraquello, Felino, Decio, & alijs.

Hoc tamen limitandum eſt, niſi aliter conſtet de mente cõtrahentium, ſeu apponentium pœnam, vt benè docet Suarez, lib. 5. cap. 6. nu. 7. cit. & alij, & patet ex dictis de Contractibus lo. cit. verſiculo, vtraque ſententia.

24 Quæres tertiò, vtrum lex conditionalis, ſeu pœna ſub conditione poſita obliget ante ſententiã Iudicis. Sit exemplum, fœmina, cui relictum eſt legatum ſub hac conditione, vt legatum amittat, ſi caſtè non vixerit, vel ſi ad ſecundas nuptias aduolarit, vel ſi hoc, aut illud fecerit, quæritur an poſſit recipere legatum, aut receptum retinere, ſi caſtè non vixerit, vel ad ſecundas nuptias aduolarit, &c.

Reſpondeo legem conditionalem, ſeu pœnam ſub conditione poſitam obligare ante ſententiam Iudicis. Ratio eſt quia hæc non eſt

lex propriè pœnalis priuãs alterum re iam acquiſita, ſed priuans iure acquirendo, ſeu conferens ius ſub conditione; lex autem pœnalis, quæ non obligat ante ſententiam eſt illa, qua quis priuatur iure acquiſito, vt benè docet Sanchez de Matrimonio, lib.8. diſp.21 num.77. ad finē. Sotus 1. de iuſtitia, quęſt.6. art.6. ad 4. Reginaldus, lib.13 num,276. Valentia diſp. 7. pun. 6. §.3. Clauis Regia, libro 3. cap.9. Suarez, lib.5. cap.6. num. 10. & alij, quos retuli de teſtamentis, & de contractibus ſub conditione celebratis.

25 Hinc ſequitur primo; fęminam, cui relictum eſt legatum, ſi caſtè viuat, non poſſe legatum recipere, ſi vitam turpiter traducat; ſed teneri ſtatim raſtituere, licèt in teſtamento non dicatur, ipſo facto. Ita Graſſius 1. parte Deciſionum, libro 2. c.11. nu.58. Molina, to.2. diſp.96. ad finem. Nauarrus, cap 23. num.62. Reginaldus loc. cit. num.282. & alij communiter, quos retuli de Contrã ctibus, & teſtamentis. Idem de alijs pęnis, quæ in teſtamētis apponuntur dicendum putat Vaſquez, p.2. diſp.173. cap.1. Nauarrus, loc. cit. nu.67. Reginaldus loc. cit. Caietanus verbo, Pœna. Panormitanus, & alij apud Salas de legibus, diſp. 15. ſect.3. num.51. ſub finem, & apud Suarez loco cit. num.10. vbi refert Tiraquellum, Couar. & alios, & teſtatur de communi. Ratio eſt quia huiuſmodi pœnæ potius habent rationem legati conditionalis, quam pœnæ; legatum autem conditionale recipi, aut retineri non poteſt non adimpleta conditione.

26 Secundò aliqui Doctores colligunt, eum, qui ad aliquod Collegium cum hoc onere fuit admiſſus, vt ſi tale delictum commiſerit ſit ipſo facto priuatus priuilegijs Collegij, aut reſtituat quidquid à Collegio acceperit, priuari priuilegijs, & teneri ad reſtitutionem acceptorum ante ſentētiam iudicis ſtatim patrato delicto. Ita Reginaldus loc. cit. Clauis Regia loc. cit. num.39. Sotus 1. de iuſtitia, quæſt.6. art.6. ad 4. Salas, diſp. 15. ſect.3. num.51. & alij. Ratio eſt quia inquiunt ipſi, hæc cenſentur collata ſub cōditione; ergo conditione non adimpleta retineri non poſſunt.

Sed contrarium probabiliter ſuſtineri poteſt cum Vaſquez, p.2. diſp.173. cap. 1. Suarez de legibus. Nauarro, cap.23. num.63. Azorio, lib.5. cap.8. quæſito vltimo ad finē. Molina tract.2. diſp.96. ſub finem, & alijs. Ratio eſt tum quia receptio ad Collegium videtur abſoluta, niſi aliter conſtet de mente recipientium. Tum quia leges Collegij videntur explicandæ iuxta naturam aliarum legum pœnalium, niſi aliud verbis exprimatur, aut niſi aliud conſtet per conſuetudinem.

27 Tertiò, quando in legatis, & teſtamētis aliquid relinquitur alicui cum tali onere, vt eo non adimpleto res ad alium tranſeat, rem ipſam ſtatim deberi, & ad alterum tranſire, ſi onus re ipſa non adimpleatur, putat Suarez de legibus, lib.5. cap.6. num.10. Salas lo. cit. num.51. Caietanus verbo, Pœna. Reginaldus, lib.13. num.282. & alij, quos retuli in prima illatione huius quæſiti, qui putant non adimplentem voluntatem teſtatoris, teneri in cōſcientia, etiamſi teſtator ſolū dicat ſub tali pęna. Videte quę diximus de teſtamentis, & de contractibus, ſub modo, & ſub conditione celebratis.

Quar-

28 Quartò, eum, qui vouet, aut iurat ſe certam eleemoſynã daturum pauperibus, ſi amplius luſerit, aut ſi certum aliquod peccatũ cõmiſerit, teneri eleemoſynam ſoluere ſtatim, ac votum, aut iuramentum violauit. Ratio eſt tum quia talis cenſetur fuiſſe intentio vouentis, aut iurantis. Tum quia hęc cenſetur promiſsio conditionata, quæ obligat adimpleta conditione. Ita Suarez de legibus, lib. 5. cap. 7. num. 8. Azor parte 1. lib. 5. cap. 8. quęſito vltimo. Reginaldus, lib. 13. num 277. & alij, quos retuli de voto, & de iuramento, ommiſsis ijs, quos refert Suarez, lib 5. cap 6. de legibus, num. 5. pag. mihi 285.

29 Quæres quartò, quas pœnas Reus teneatur poſt ſententiam iudicis ſubire, ſeu ſibi infligere. In huius quæſtionis ſolutione prius explicabo, quas pœnas reus nequeat ſibi inferre; deinde oſtendam quas pœnas ſibi poſsit, & teneatur inferre.

Reſpondeo primo, reum non teneri ſibi ipſi eam pęnam infligere, quam licitè non poteſt infligere.

Ratio eſt quia nemo tenetur ad id, quod licitè præſtare non poteſt.

Ex quo ſequitur, neminem teneri ad mortem ſibi ipſi inferẽdam, vel ad aliquod membrum amputãdũ, vel ad ſe ſuſpendendũ, vel ad ſcindendam ſibi venam, vel ad elicien dum ſanguinem, ita vt paulatim è vita decedat. Ratio eſt tum quia recta ratio non dictat, vt quis ſibi huiuſmodi pœnas inferat, cum hoc ſit nimis durum, & inhumanum. Tum quia leges humanæ vim habent obligandi, quatenus expedit bono communi; bono autem communi non expedit, vt quis ſibi huiuſmodi pœnas inferat, ſed ſufficit eas ab alio illatas pati. Ita Sotus 1. de iuſtitia, quæſt. 6. art. 6. concluſione 5. Graffius parte j. lib. 2. cap. 11. num. 40. Suarez lib. 5. cap. 7. ad finem, & cap. 10 num. 12. Vaſquez, p. 2. diſp. 173. & alij, quos in ſequenti reſponſione referam.

Reſpondeo ſecundo Reum poſſe, & teneri eas ſibi pœnas infligere, eaſquę actiones exercere, quas licitè poteſt exercere, & quæ commodius exerceri non poſſunt, quam ab ipſo Reo, & quæ non ſunt nimis acerbæ, & inhumanę, modo iudiciũ ſit completum, ita vt Reo nullum competat remedium ad infirmandam, & inualidandam ſententiam, quale remedium eſt appellatio facta ab eo, qui ſe credit iniuſtè damnatum L. vnica, ff. Nihil innouari pendente appellatione. Ita Arragonius 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Sotus 1. de iuſtitia, quæſt. 6. art. 6. concluſione 2. Clauis Regia, lib. 3. cap. 9. nu. 41. Salas diſp. 15. de legibus, ſect. 7. num. 82. Suarez, lib. 5. cap. 10. num. 14. Vaſquez, & alij locis ſtatim citandis. Ratio, cur Reus completo iudicij ordine teneatur ſibi tales pœnas infligere, eſt, tum quia Reus tenetur parere legi iuſtè pręcipienti ſed non poteſt parere legi, niſi tales actiones exerceat, ergo tenetur tales actiones exercere; ergo tenetur ſibi prædictas pœnas infligere. Tum quia nullus poteſt reſiſtere poteſtati Principis; cum reſiſtens poteſtati Principis Dei ordinationi reſiſtere dicatur; qui autem ſibi prædictas pœnas non infert iudice præcipiente, poteſtati Principis reſiſtere videtur.

30 Hinc ſequitur primo, Reum teneri ad ſoluendam pecuniam, ad

quam fuit condemnatus. Ita Suarez lib.5.cap.7.num.7. verſ. ſecundum exemplum, Graffius loc. cit & alij, quibus adhæret Vaſquez, p 2. diſp.173.cap.3.Salas diſp.15. de legibus ſect.7.num.82.

Hoc tamen limita, modo petatur. Quamobrem Obſeruandum eſt pecuniam, ſeu aliam pœnam legis, quę non petitur ab eo, cui ſoluenda eſt, non deberi, ſi dominus ſciat, & non petat; nam debitor ſibi perſuadere poteſt dominum condonare, ſeu cedere iuri ſuo; conſequẽter Reus poteſt huiuſmodi pœnam triginta annorum ſpatio præſcribere, vt cum Sanchez ex L. Omnes, C. de præſcriptionibus, docui in tractatu de Cõtractibus. diſp.3.quęſt. 3. pun.7. num. 4 & quæſt.8.puncto vlt.§.3.num.5.Idem tenet Vaſquez p.2. diſp. 173. cap. 3. Gutierez de matrimonio, cap.18.num.19.Reginaldus, lib.13.num.283.& Salas de legibus, diſp. 15.ſect.3. num.52. ad finem, & num.82. cum Ancharano, Rebuffo arbitrantibus hæredẽ poſſe legatum ſpatio triginta annorũ præſcribere, ſi legatarius ſciat, & non petat; hæres enim pręſumere poteſt legatarium cedere iuri ſuo.

Addo non ſolum fieri poſſe, vt Reus aliquando non teneatur pœnam perſoluere, niſi petatur; verum neque teneatur pœnam per ſe ipſum ſubire; ſed tantummodo pati, vt accidit in pœna confiſcationis bonorum.

31 Ex quo patet ſolutio illius difficultatis, qua quęritur, vtrum ſecuta ſententia condemnatoria, aut declaratoria criminis, propter qđ bona ipſo facto ad Fiſcum deuoluuntur, Reus teneatur per ſe ipſum bona Fiſco deferre, an verò ſatiſfaciat nõ impediendo, ne à Fiſco auferantur. Circa quam difficultatem duplicem Doctorum ſententiam reperio.

Prima eſt Soti 1. de iuſtitia, quæſtio.6.art.6 concluſione 5. Medinæ, Cordubæ, & aliorum apud Salas loc. ſtatim citando, exiſtimantium Reum teneri bona Fiſco deferre.

Secunda opinio, quæ mihi magis probatur eſt Couarruuiæ in Epitome 4. Decretalium parte 2. cap. 6.§.8.num.10.vbi refert Felinum, & Adrianum, Caietani.2.2. quæſt. 62. art.3.Suarez lib.5 cap.7.num.5. Reginaldi lib.13.num.287.& 293. Molinæ tracta.2.diſp.95.columna 5.pagina mihi 354. verſiculo, Probatur primo, & verſiculo, Alterum verò ſub finem diſputationis 95. Graffij 1. parte Deciſionum lib.2. cap.11. num.40. Baldi, & aliorum apud Salas diſp.15.ſect.7.num.106. aſſerentium Reum non teneri per ſe ipſum bona Fiſco deferre, ſeu ſententiam confiſcationis per ſe ipſum exequi. Ratio eſt tum quia, qui condemnatur ad ſoluendam leuem pecuniæ ſummam, ſatisfacit illam ſoluendo, ſi petatur; ergo etiam qui condemnatur ad bonorum confiſcationem ſatisfacere videtur, ſi permittat, & non impediat bona à Fiſco auferri. Tum quia hic eſt communis vſus, & praxis. Tum quia nimis durum videtur poſſeſſoribus bonorũ ſpoliare ſe rebus omnibus ſuis; lex autem nõ videtur obligare ad opus adeò durum, & arduum præſertim cum pœnæ ex communi axiomate ſint reſtringendæ.

Hoc tamen limita cum Molina loco cit. Suarez lib.5.cap. 8. nu. 9. modò aliundè non conſtet legiſlatorem velle, vt Reus per ſe ipſum pœ-

Digitized by Google

pœnam adeò grauem exequatur; quanquàm hoc non eſt præſumendum, niſi apertiſsimè conſtet tale eſſe legislatoris mentem; talem autē eſſe legislatoris mentem nō ſufficienter colligitur ex illis verbis, ipſo iure, ipſo facto, vel ſimilibus vt patet ex ſupra dictis.

32 Secundò ſequitur, Reum teneri ſecuta ſententia in exilium proficiſci, perſiſtere in carcere, aſcendere ſcalas, quibus ad patibulum patet via, ieiunare, peregrinationem capere &c. Ita Reginaldus lo. cit. num. 288. Suarez loco cit. cap. 7. nu. 6. & cap. 10. num. 15. Vaſquez, Salas, Couarruuias, & alij locis ſtatim citandis.

33 Addo, Reum obligari poſſe ad verbera, & alias pœnas corporales diſtinctas ab abſciſsione membri, aut ab illatione mortis, quia non videtur contra rationem, vt quis ſit Reus, & vindex in huiuſmodi pœnis, quæ non ſunt nimis acerbę, inferendis ſibi. Ita Couarruuias in Epitome parte 2. cap. 6. §. 8. nu. 10. Arragonius 2. 2. tomo 2. quæſtio 62. art. 3. Reginaldus loc. cit. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 8. quęſito 6. Clauis Regia lib. 3. cap. 9. num. 4. Vaſquez loc. cit. Valentia diſp. 7. quæſtio. 5. pun. 6. §. 3. pagina mihi 734. Suarez lib. 5. de legibus cap. 7. nume. 6. cap. 10. num. 13. Salas diſp. 15. ſect. 2. nu. 32. verſiculo, & confirmatur, & nume. 48.

34 Vtrum verò Reus poſsit ſibi venenum propinare, vel abſtinere à cibo ſibi oblato iubente Iudice, diſſenſio eſt inter Doctores; Vaſquez enim p. 2. diſp. 173. cap. 3. Suarez lib. 5. cap. 7. nu. 13. cap. 10. n. 14. Reginaldus lib. 13. num. 288. Salonius 2. 2. quæſt. 69. art. 4. controuerſia 4. Salas de legibus diſp. 15. ſec. 7. num. 82 & 85. Leſsius lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 26. & alij putant Reum obligari non poſſe ad ſumptionem veneni, aut ad abſtinendum à cibo ſibi oblato.

Arragonius verò 2. 2. quæſtio. 69. art. 4. vbi loquitur de potione veneni, negat de abſtinentia à cibo oblato. Emanuel Sà verbo, Iudicialis actus, nu. 64. & alij affirmāt obligari poſſe; quia hæc non videtur crudelis cooperatio.

Verum quid nobis in hac re ſentiendum ſit cōſtat ex dictis de Reſtitutione. diſp. 2. quæſt. vltima ſect. 1. pun. 5. num. 3. & ex dictis de Charitate, ex quibus etiam conſtat, Reum poſſe laqueum gutturi adaptare, vel aſcendere ſcalas, cum iſta actio non videatur crudelitatem, & inhumanitatem continere. Ita Vaſquez loc. cita. quidquid in contrarium ſentire videatur Salas loc. cit. num 85. cum alijs, A nobis non videtur diſſentire Suarez lib. 5. de legibus cap. 10. num. 14. vti docet reum cogi poſſe eas actiones præſtare; quę non ſunt nimis crudeles, & acerbæ iudicio prudentis viri, qualis actio alicui fortaſſe videbitur, præparatio colli ad patibulum, vel extenſio manus, quę moraliter non cenſetur cooperatio ad mortem, nam de ſe eſt indifferens, & non intrinſece, ſed remote affert mortem, & ex ſe non videtur crudelis, & inhumana.

35 Quæres quinto, vtrum hæres teneatur ſoluere pęnam realem, quā ſoluere debebat defunctus ob delictum prohibitum ſub pœna ipſo iure lata.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia hæres ſuccedit in onera de-

defuncti realia, & vicem vnius perſonæ gerit cum defuncto in obligationibus realibus, Ita Salas diſp.15. ſect.7.num.106.& alij, quos in ſimili retuli in hoc paragrapho quæſito primo, ergo hæres tenetur in locum defuncti perſoluere pœnam, quam ſoluere debebat defunctus ob delictum, cui adiecta fuerat pęna realis ipſo iure lata, ſeruatis tamen regulis ſuperius traditis.

Idem dicendum eſt, ſi defunctus iam erat condemnatus ad pœnam ob ſcelus perpetratum, vt docui diſput.3.de Contractibus, quæſt.8.puncto vltimo.

Secus dicendum eſt primo de pęna comminatoria, quam loc. cit. de Contractibus docui cum Alphonſo a Caſtro, ceſſare per mortem delinquentis, & non tranſmitti ad hæredes. Idem docet Sanchez, Graſſius, & alij, quos retuli in obiectione circa primum quæſitum, in hoc paragrapho explicatum.

Secundò de obligationibus tantummodò perſonalibus, quas conſtat ad hæredes non tranſmitti, vt ſæpiùs alias docui. Quamobrem hæres non tenetur ad pęnas corporales pro defuncto ſubeundas, vt ad fuſtigationem, &c. Ratio diſparitatis inter obligationem realē, & perſonalem eſt, quia cum defunctus haberet ius in ſua bona, potuit illa tranſmittere ad hæredem cum obligatione, obligatio autem realis afficit bona; cum verò non haberet ius circa corpus hæredis, non potuit obligationes perſonales ad hæredem transferre. Videte quæ diximus de Contractibus loc. cit. & q.8.pun.vlt.§.1.ad finem.

§. III.

Vtrum lex iniuſta obliget in conſcientia.

1 *Quot modis lex dici poſſit iniuſta.*

2 *Lex primis quinque modis iniuſta non obligat in conſcientia, nec peccat, qui eam non obſeruat, præciſo ſcandalo, vel Reipublicæ perturbatione.*

3 *Lex, quæ aduerſatur iuri diuino, vel bono communi, vel quæ excedit legiſlatoris facultatem, non obligat.*

4 *Iniuſtè excommunicatus non afficitur effectibus excommunicationis.*

5 *Subditi non tenētur ſoluere iniuſta vectigalia.*

6 *Qui falsò iudicatur reus obligationis reſtituendi, non tenetur reſtituere, & ſi cogatur poterit vti occulta cōpenſatione.*

7 *Iniuſtè damnatus per ſententiam poteſt ſine peccato ſententiæ obedire, & bona parti reſtituere.*

8 *Hæres, qui non confecit Inuentariū, non tenetur in conſcientia ad ſoluendum creditoribus teſtatoris vltra vires hæreditatis.*

9 *Non valent Teſtamenta, vel Legata facta ſine debita ſolemnitate ab eo, qui poterat diſponere.*

10 *Præſumptio vna eſt periculi, ſeu potentiæ, altera facti.*

11 *Obediendum eſt legi, quando dubitatur de ipſius iuſtitia, & obligatione.*

12 *Tenemur obedire legibus latis à Tyranno ſolo Regimine, quando non eſt iniuſta, non vero legibus latis à Tyranno vſurpatione Regni.*

13 *Miniſtri à Tyrannis conſtituti ad iudicandum, validè, & licitè ſententias ferunt.*

Non

24 *Non peccat Tyrannus ſpoliando reos bonis, aut morti adiudicando ſeruato iuris ordine.*

1 PRæmittendum eſt legẽ multis modis dici poſſe iniuſtã. Primo quando repugnat legi, & præcepto diuino, & tunc certum eſt legem humanam non obligare; quia Deo magis, quàm hominibus obedire oportet, Actorum 4. Ita Doctores ſtatim citandi.

Ex quo patet vitium à Principe præcipi non poſſe, vel, ſi præcipiatur executioni demandãdum non eſſe. Ratio eſt tum quia vitium repugnat legi, & præcepto diuino, & magis obediendum eſt Deo, quam homini; Tum quia vitium eſt materia inepta præcepti affirmatiui. Tum quia ſicut virtus prohiberi nõ poteſt, niſi forte ob maius bonum, ita neque præcipi poteſt vitiũ. Ita Molina tract. 5. de Iuriſdictione, q. 73. nume. 1. & 2. Suarez lib. 1. de legibus cap. 9. num. 2. & 11. & alij communiter.

Secundò dicitur iniuſta, quando aduerſatur bono cõmuni; lex enim ferri debet ob commune bonum, vt conſtat ex ſupradictis.

Verum tamen eſt iudicandũ eſſe legem reſpicere bonum commune, quoties non clarè conſtat oppoſitum, nam poſſeſſio ſtat pro lege, & in foro externo præſumitur in fauorem ſuperiorum facultatem habentium ad condendas leges; idem autem eſt iudicium fori interni, & externi, quando forum externum nõ nititur falſa præſumptione. Ita Molina lo. cit. nume. 1. & alij Doctores ſtatim citandi. Idem dicendũ eſt quando non conſtat vtrum lex lata ſit ex cauſa ſufficienti.

Tertiò dicitur iniuſta, quando tranſcendit, & excedit facultatem, & poteſtatẽ legislatoris; ſicut enim ille dicitur iniuſtè obligare, qui poteſtatem obligandi non habet, ita lex dicitur iniuſta, quæ legislatoris poteſtatem excedit; & hanc legem non obligare perſpicuum eſt, cum ad obligãdum requiratur poteſtas, & iuriſdictio.

Ex quo patet legem humanam, qua præcipiuntur actus merè interni, eſſe inualidam; quia legislator circa actus merè internos non habet poteſtatem. Ita Doctores ſtatim citandi.

Quartò dicitur eſſe iniuſta, quando ſubditis imponitur onus improportionatũ cauſæ, vt ſi Princeps ſuperueniẽte neceſſitate ſubditis imponat onus ſoluendi tributum, excedens neceſſitatem ſuperuenientem, Capite, Quia plerique, de immunitate Eccleſiæ, vbi præcipitur reſtitui accepta ſupra neceſſitatem cauſæ, & tantundem in pauperes erogari.

Dicitur etiam lex iniuſta, quando ſubditis onus inæqualiter imponitur, non ſeruata debita proportione, vt ſi pauper ſine rationabili cauſa ęquali, aut maiori onere ſoluendi grauetur, quã diues. Ita Sylueſter verbo, lex, quæſito 5. Angelus eodem verbo, nu. 4. Sotus 1. de Iuſtitia quæſt. 6. art. 4. concluſione 2. & 3. Caſtro de lege pœnali lib. 1. c. 5. Molina tract. 5. de Iuriſdictione, diſp. 73. num. 2. Suarez lib. 1. cap. 9. nu. 16. Clauis Regia lib. 3. cap. 7. nu. 3. & alij.

Quintò dicitur iniuſta materialiter, quãdo fundatur in falſa præſumptione contra rei veritatẽ, notam illi, contra quam fertur lex,

Idem dicendum eſt de ſententia. Vnde ſi Caius in iudicio per falſos teſtes conuincatur eſſe debitor Titij, & ob id compellatur ad ſolutionem per ſententiam, ſentẽtia dicitur iniuſta materialiter; quia fundatur in falſa præſumptione; conſequenter non obligat Caium ad ſoluendum, ſi re ipſa Caius Titij debitor non exiſtat. Ratio eſt tũ quia deſtructo fundamento, quod in eo fundabatur corruat neceſſe eſt. Tũ quia in foro conſcientiæ non habetur ratio præſumptionis falſæ, ſed veritatis, & ſtatur dictis pœnitentis, quia tantummodo de præiudicio animæ ipſius agitur. Ita Sylueſter verbo, lex, num. 9. Angelus eodem verbo num. 4. Nauarrus in Manuali, cap. 17. num. 283. & cap. 23. nu. 62. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 6. quæſito 4. Clauis Regia loc. cit. num. 8. Vaſquez p. 2. diſp. 163. cap. 2. & 3. Valentia p. 2. diſpu. 7 quæſt. 5. pun. 6. Salas de legib. diſp. 10. ſect. 4. & Emanuel Sà verbo lex, nu. 1.

Addo Caium facta ſolutione vi prædictæ ſententiæ poſſe rem ſuam clàm recuperare, aut compenſare; quia non amiſit ius ad rem ſuã per iniuſtam ſentẽtiam, nec ille, cui res applicata eſt, acquiſiuit ius; conſequenter non poteſt rem ſibi applicatam retinere. Ita Clauis Regia, Azorius, & Vaſquez locis citatis. Nauarrus cap. 17. num. 284. & cap. 23. num. 40. Suarez lib. 3. de legibus cap. 23. & libro 5. cap. 10. nu. 3. Reginaldus lib. 13. num. 178. Sanchez in Opere morali, lib. 4. cap. 15. & alij communiter.

Sextò dicitur iniuſta, quando fertur ex malo fine à legiſlatore intento.

Verùm ſi res præcepta vtilis ſit Reipublicæ, & finis à legiſlatore intentus non vergat in damnũ publicum, lex non dicitur ſimpliciter iniuſta, ita vt non obliget, nam finis prauus non tollit poteſtatem legiſlatoris, ſed efficit, vt legiſlator reus culpæ conſtituatur ob prauum finem.

De lege hoc ſexto modo iniuſta non agimus in hoc paragrapho, cũ certũ ſit obligare, quia cenſetur lata cum neceſſarijs conditionibus. Dubium tantummodo eſt, vtrum lex primis quinque modis iniuſta obligationem inducat in conſcientia.

VNICA PROPOSITIO.

2 Lex primis quinque modis iniuſta non obligat in conſcientia, nec peccat qui legem primis quinque modis iniuſtam non obſeruat, præciſo ſcandalo, & perturbatione Reipublicæ, Ratio eſt quia illa lex obligat, quæ eſt recta rationis ordinatio ad commune bonum inſtituta, ergo non obligat. Ita Suarez lib. 1, cap. 9. ad finem alijq; Doctores citati, & ſtatim citandi.

Dixi, præciſo ſcandalo, & perturbatione Reipublicæ; nam ratione vitandi ſcandali, aut perturbationis, & damni communis certũ eſt homines teneri ad obſeruantiam legum, quoties eas ſine culpa ſeruare poſſunt, nam vnicuique mandatum eſt de proximo ſuo, & bonũ publicum præferẽdum eſt priuato. Ita Doctores citati. An verò in tali euentu teneamur ad obſeruantiam legum ex vi legum directè, conſtat ex alibi dictis.

3 Ex dictis ſequitur primò, illam legem non obligare, quæ aduerſatur

tur iuri diuino, aut bono communi, aut quæ excedit facultatem legiſlatoris, in quãtum ſcilicet illam excedit, aut qua onus improportionatum imponitur, aut quæ in falſa præſumptione fundatur.

Verũ circa legem, qua onus improportionatum ſubditis imponitur ſine iuſta, & rationabili cauſa, obſerua cum Suarez loco cit. n. 16. huiuſmodi legem non eſſe omnino inualidam, quoties eſt vtilis reipublicæ, & non redundat in damnũ commune, & in graue, ac iniuſtum onus plurium ſubditorum. Si verò redundet ſolum in graue, & iniuſtũ damnum aliquorum, non erit inualida reſpectu aliorum, ſed reſpectu eorum, qui iniuſtè grauantur, ſeu reſpectu exceſſus, quo ſubditi, ob aliquorum exceptionem grauãtur vltra æquitatem argumento legis vtile per inutile non vitiatur.

4 Secundò, iniuſtè excommunicatum non affici effectibus excommunicationis, vt conſtat ex dictis de Cenſuris.

5 Tertiò, ſubditos non teneri ad ſoluenda vectigalia, quæ conſtat eſſe iniuſta. An verò in dubio iuſtitiæ vectigalium ſoluenda ſint vectigalia, conſtat ex dictis de vectigalibus, & tributis in tractatu de Reſtitutione.

6 Quartò, eum, qui falſa præſumptione in iudicio per ſentẽtiam iudicatur reus obligationis reſtituendi, vel cogitur reſtituere, eo quòd per falſos teſtes, aut per falſa inſtrumenta conuictus ſit de obligatione, non teneri reſtituere; Immò facta reſtitutione, vti poſſe occulta compenſatione ſeruatis regulis cõpẽſationis, vt inquiunt Doct. quos retuli in explicatione legis quinto modo iniuſtæ. Et ratio eſt, quia ſentẽtia nititur falſa pręſumptione, ſententię autem, quæ falſa nititur pręſumptione, non tenemur citra ſcãdalum obedire. Idem docet Sanchez, Iaſon, & alij, quos retuli de contract. diſp. 3. q. vlt. pun. vlt. n. 3.

Addunt Panormitanus Capite, Quia plerique. num. 19. & 24. de Immunitate Eccleſiæ. Innocẽtius ibidem, num. 31. Iaſon, & alij apud Salas, diſp. 10. de legibus ſect. 4 nu. 22. eum, qui per ſententiam iniuſtè damnatus eſt, non ſolum non teneri obedire ſententiæ, & bona parti reſtituere, verum etiam non poſſe ſpontè ſoluere, niſi velit donare. Ratio eſt quia videretur cooperari delicto partis iniuſtè petentis, & iniquè recipientis.

7 Sed mihi dicendum videtur licitè poſſe, etiam ſine intẽtione donandi, tradere. Ratio eſt tum quia non cooperatur acceptioni partis, ſed traditioni, vt in ſimili docui de mutuo, & de iuramento confirmante contractum, traditio autem non eſt iniuſta. Tum quia poteſt cedere iuri ſuo. Tum quia iuſtam habet cauſam tradendi ad redimendam vexationem, & ad præcauenda alia incommoda, quibus ſubiacere poſſet, differendo executionem ſententię; licitum autem eſt actionem non iniquam exercere ad redimendam vexationem, & ad alia incommoda præcauenda. Ita Salas. Sayrus, & alij locis cit. & idem clarè ſentire videtur Suarez, lib. 1. de legib. cap. 9. num. 20. ſub finẽ, vbi ſic loquitur, Licet lex de ſe non obliget, poteſt ſubditus illi parere, ſi vult dummodo iniuſtitiæ non cooperetur, quia poteſt cedere iuri ſuo.

Quin-

Digitized by Google

8 Quintò, hæredem, qui non confecit Inuentarium, non teneri in foro conſcientiæ ad ſoluendum creditoribus teſtatoris vltra vires hæreditatis. Ita Syluester verbo, lex, quæſito 9. Angelus eodem verbo, nu.4. Clauis Regia lib.3.cap.7.nu.8. Suarez lib.3 de legibus. cap.23. nu. 9. Petrus Nauarrus, Gomez, & alij, quos retuli de Contractibus, diſpu. 3. quæſt. vltima, puncto vltimo, nu.3. contra Couarruuiam. Molinam, Reginaldum, & alios. Ratio eſt quia lex cogens hæredem ad ſoluendũ creditoribus vltra vires hæreditatis, non confecto inuentario, fundatur in præſumptione, præſumens hæredem bona defuncti ſurripuiſſe; lex autem, quæ fundatur in præſumptione non obligat, ſi veritas ſit in oppoſitum. Videte, quæ diximus de Contractibus lo.cit.

An verò electio facta ſine debita ſolemnitáte ab eo, qui verè potuit, & voluit eligere, valida ſit, diſſenſio eſt inter Doctores, nam aliqui putant validam eſſe, licet irritetur in foro externo ob defectum ſolemnitatis.

9 Item diſſenſio eſt, an valida ſint teſtamẽta, aut legata facta ſine debita ſolẽnitate ab eo, qui verè poterat diſponere; nam aliqui putánt in foro conſcientiæ valere, licet heres in foro externo non compellatur ad ſoluendum. Ratio eſt quia forum externum quaſdam ſolemnitates induxit ad fraudes, & falſitates præcauẽdas; cum autẽ in propoſito caſu conſtet nullam adfuiſſe falſitatem, vt ſuppono, dicendum exiſtimant præſumptioni locum nõ eſſe; conſequenter teſtamenta, aut legata facta ſine debita ſolemnitate, ſine fraude, & falſitate, valida eſſe; & conſequenter hæredem liberum non eſſe ab onere ſoluendi prædicta legata. Ita Syluester verbo, hæreditas 3. quæſito 7. Panormitanus in Capite, Quia plerique num.43. Medina Codice de Reſtitutione quæſt.23. in fine. Clauis Regia loc.cit. num.9. & alij apud Salas diſputa.16. de legibus ſectio.12. circa principium.

Sed nos contrarium docuimus, diſp.3. de Contractibus ſine debita ſolemnitate celebratis. Ratio eſt tum quia ſolẽnitates inductę ſunt per leges præſcribentes formam, ſeruandam in actibus celebrandis; actus autem ſine ſua forma celebratus non ſubſiſtit. Tum quia leges, huiuſmodi ſolemnitatem imponentes, non fundantur in præſumptione, ſed in ſolida veritate, vt bene docet Suarez lib.3. de legibus c. 23. & lib.5. cap.24 num 4. & 5. Salas, & alij Doctores ſtatim citandi; nam conditæ ſunt ad euitãdum fraudis, & damni periculum. quod accidere poteſt in quolibet cõtractu, etiãſi re ipſa ad actum in omnibus contractibus non reducatur, nec in omnibus reperiantur fraudes, ad quarum periculum legiſlator reſpexit. Quãuis ergo fraudes, ad quarũ periculum præcauendum leges requirunt certam ſolemnitatem ad valorem actus, non adſint in aliquo actu; non propterea actus eſt validus, deficiente certa ſolemnitate; quia ſemper verum eſt dicere periculum fraudis adfuiſſe. Tum quia ſequeretur matrimonium clandeſtinum factum ex aliqua neceſſitate ſine ſolemnitate præſcripta à iure, ideſt ſine præſentia Parochi, & teſtium, validum eſſe nulla fraude interueniente. Præterea ſequeretur

Digitized by Google

tur validam eſſe profeſsionem factam ante legitimam ætatem cum perfecta cognitione, & conſenſu profitentis; hæc autem videntur abſurda, cum Eccleſia in omni euentu irritet matrimonium clandeſtinum ſine Parocho, & teſtibus celebratum, & profeſsionem emiſſam ante legitimam ætatem, ob periculum imperfectæ cognitionis, & conſenſus; ergo falſum videtur, electionem, teſtamenta, legata, & alia facta ſine debita ſolemnitate ab eo, qui alioquin poterat diſponere valida eſſe. Videte, quæ diximus de Contractibus diſp. 3. quæſt. 1. pun. 3. vbi contra hanc doctrinam duplicem propoſui obiectionem, & diſſolui, & vt hæc doctrina clarius intelligatur.

10 Aduertendum eſt duplicẽ eſſe præſumptionem, vnam periculi, ſeu potentiæ, quæ vt plurimum ad actum reuocatur; Alteram facti. Quãdo lex fundatur ſolum in præſumptione periculi, ſeu potentiæ, obligatio legis non ideò ceſſat, quòd factum in particulari ceſſet, vt patet in exẽplo profeſsionis ante legitimam ætatem, quæ irritatur à iure, non quia in caſu aliquo particulari deſit ſufficiens iudiciũ, ſed propter periculum defectus iudicij, quod periculum regulariter adeſſe ſolet ante legitimam ętatem à iure præſcriptam.

Idem cum proportione dicendũ eſt de ſolemnitate requiſita ad teſtamẽta, & legata, vt docui de Cõtractibus lo. citato.

Quãdo verò lex fundatur in pręſumptione facti, ſeu quãdo dicitur definitiua facti, obligatio legis ceſſat, ſi veritas facti ſit in contrariũ, vt patet in exemplo allato in quinta illatione, de hęrede, qui non cõfecit inuentarium. Ratio eſt quia legiſlator non intendit obligare, niſi veritas ſit conformis præſumptioni. In hac diſtinctione conuenit Suarez loc. cit. Salas diſp. 10. de legibus ſect. 4. num. 19. & diſput. 16. ſect. 7. num. 14. Vaſquez p. 2. diſput. 163. cap. 3. num. 16. vſque ad finem. Couarruuias primo variarum par. 4. cap. 4. §. 1. num. 4. Sanchez in Opere morali lib. 4. cap. 15. num. 37. & Iuriſperiti communiter. Quanquã Vaſquez, Sanchez, Couarruuias, & alij hanc diſtinctionem alijs nominibus afferunt, dicentes duplicem eſſe præſumptionem. Primam, in qua legiſlator aliquid ſuſpicatur in quolibet ſingulari caſu, & hęc ab alijs appellatur præſumptio iuris, eo quòd ius ita præſumat, & ea pręſumptione ſuppoſita aliquid ſtatuat, & hac præſumptione innixum putant Summum Pontificem (capite, Is, qui fide, de ſponſalibus, vbi Summus Pontifex cenſuit præſumi matrimonium, quãdo copula poſt ſponſalia habetur; quia Summus Pontifex præſumpſit in ſingulis caſibus eam copulam animo maritali haberi. Ex quo ſequitur matrimonium eſſe irritum, ſi re ipſa copula non fuit habita animo maritali, qa quoties legiſlator aliquid ſuſpicatur, ſeu pſumit in quolibet ſingulari caſu, non efficit actum validũ, ſi veritas in oppoſitum exiſtat.

Alterum genus præſumptionis in hoc conſiſtere dicunt, quòd legiſlator non præſumit fraudem, vel quid ſimile in ſingulis caſibus; ſed quia prudenter iudicat in re aliqua frequẽter adeſſe fraudes, vel aliquod incommodum, condit leges vniuerſales ad præcauendas fraudes, & in-

incommoda. Iuxta hunc præſumptionis modum conſtitutum eſt in Tridentino, vt matrimonium clandeſtinum ſit irritum, & in Clementina, Ambitioſè, ſancitum eſt, vt bona Eccleſiæ alienari nequeant ſine certa ſolemnitate. Ex quo fit vt matrimonium clãdeſtinum, & alienatio bonorum Eccleſiæ, ſint inualida, quoties ſine ſolemnitate præſcripta celebrantur, etiamſi nulla fraus interueniat. Ita Salas num. 21. Suarez & alij locis citatis, omiſsis ijs, quos in ſimili retuli de Contractibus lo. cit.

21 Quæres primò, vtrum obediendum ſit legi, quando dubitatur de ipſius iuſtitia, vel obligatione.

Reſpondeo affirmatiuè cum Vaſquez p. 2. diſp 151. cap. 4. Suarez libro 1. de legibus. cap. 9. nu. 20. & 3. parte de Cenſuris tomo 5. diſput. 4. num. 5. Salas diſput. 10. ſect. 2. folio 225. & alij, quos retuli de Contractibus diſp. 2. quæſt. 9. pun. 1. num. 7. pagina 310. de Indulgentijs, & de Peccatis, dum agerem de conſcientia dubia, & ſic de legibus dũ quærerem vtrũ lex obliget, quando dubitatur, an ſit acceptata, & in principio huius §. verſiculo Verumtamen. Ratio eſt quia in dubijs melior eſt conditio poſsidẽtis, ſed lex, de cuius iuſtitia, & obligatione dubitatur, poſsidet, & Superior ius habet præcipiendi, vt ſuppono; ergo iudicandum eſt in fauorem legis, & poteſtatis Principis, ergo obediẽdum eſt legi.

22 Quæres ſecundò, vtrum teneamur obedire legibus, & ſententijs factis à Tyranno, qui re ipſa non eſt Rex.

Antequam ad huius difficultatis ſolutionem accedam.

Præmittendum eſt primo legem, quæ tranſcendit, & excedit poteſtatem legislatoris, inualidam eſſe, & obligationem nõ inducere. Et hinc colligitur ratio dubitandi in hoc quæſito.

Secundò, præmittendum eſt Tyrannum dupliciter appellari.

Primò appellatur is, qui vi alienũ Regnum iniuſtè occupat, & hic dicitur Tyrannus vſurpatione Regni.

Secundò, appellatur Tyrannus, qui iuſtè poſsidet Regnum, ſed iniuſtè grauat ſubditos, iniuſtè vexãdo, aut bonis ſpoliando, & hic dicitur Tyrannus ſolo regimine, & adminiſtratione, vt in ſimili prænotaui de Contractibus. His poſitis.

Reſpondeo primo nos teneri obedire legibus, & ſententijs latis ab eo, qui Tyrannus eſt ſolo regimine, & adminiſtratione. Ratio eſt quia hic eſt verus ſuperior, & paſtor, ergo illi obediendum eſt. Ita Leſsius loco ſtatim citando. Valentia, Molina, & alij, quos in ſimili retuli de Reſtitutione diſp. 2. q. vlt. pun. 3. nu. 1.

Hoc tamen limitandum eſt, modò ſententia non ſit iniuſta, iuxta quinque modos ſuperius explicatos ſub initium præſentis paragraphi.

Reſpondeo ſecundò obediendũ eſſe legibus, & ſentẽtijs latis ab eo, qui Tyrannus eſt vſurpatione Regni, quamdiù pacificè poſsidet Regnum, & Reſpublica non reſiſtit virium defectu. Ita Leſsius lib. 2. de Iuſtitia. cap. 29. dub. 9. num. 70. Salonius. 2. 2. quæſt. 6. arti. 6. Bannes 2. 2. quæſt. 67. art. 1. Arragonius ibidem. Salas de legibus diſp. 10. ſect. 3. nu. 14. Victoria Medina, & alij apud Salas lo. cit. contra Sotum 3. de Iuſtitia

tia, quæſt. 4. art. 6. & contra Suarez, lib. 3. cap. 10. num. 8. quamuis, nu. 9. ſub finem non videatur à nobis diſſentire. Ratio eſt tum quia ſequeretur Chriſtianos in Regionibus Turcarum exiſtentes non teneri vllis Turcæ legibus; cum Turca ſit Tyrannus vſurpatione Regni; hoc autem non videtur admittendum. Tum quia Reſpublica illi, qui eſt Tyrannus vſurpatione Regni, dum Regnum iniuſtè occupantem repellere nequit, poteſt conferre poteſtatem gubernandi, & approbare miniſtros ab ipſo conſtitutos, ipſorumque acta ratificare; ergo re ipſa præſumitur poteſtatem gubernandi conferre, miniſtros ab ipſo conſtitutos approbare, ipſorumq; acta ratificare; alioquin magna ſequerētur incommoda in Republica, quibus occurrere poteſt Reſpublica, poteſtatem conferendo, miniſtros approbando, &c. Tum quia ſi Tyrannus pacificè poſsidēs Regnum careret poteſtate, ſequeretur, eos, qui ab ipſo petunt ſententias in rebus dubijs, peccare, quia dicerentur cooperari vſurpationi iudicij, petendo ſententiam ab eo, qui eam licitè ferre nequit, ſeu curādo, vt iniquè ſine legitima auctoritate ſpolietur is, qui poſsidet; melior enim eſt conditio poſsidentis, donec legitima auctoritate ſpolietur. Hoc autem non eſt dicēdum, vt tradit Nauar. cap. 14. num. 41. Caietan. verbo Tyrannus, Armilla eodem verbo Salas, & alij Doctores citati. Neque obſtat dicere Tyrannus peccat ferendo leges, & ſententias; vſurpat enim ſibi iudicium, & poteſtatem veri Principis, cum re ipſa non ſit verus Princeps; ergo etiam peccat, qui ab eo petit ſententiam.

Reſpondetur enim cum Arragonio, & Salas locis cit. contra Leſſium loc. cit. num. 70. & Suarez loco cit. nume. 9. negando Tyrannum peccare ferendo ſententias: peccauit quidem vſurpando Regnum, illudque iniuſtè retinendo; ex ſuppoſitione tamen, quod velit illud iniuſtè retinere, non peccat iudicando per ſe, vel per alios; quia hoc facit auctoritate Reipublicæ, quæ ex ſuppoſitione tyrannidis vult ab ipſo iudicia exerceri, ne multiplicentur incommoda in Republica. Alias reſponſiones affert Salas, & Leſsius; ſed hæc vnica mihi probatur.

Obijcies contra ſecundam reſponſionem ſecundi quæſiti. Ex L. Barbarius, ff. de officio Prætoris, acta illius, qui non eſt verus iudex valida non ſunt, niſi adſit titulus coloratus, & error communis; ſed Tyrannus eſt intruſus, nec habet titulum coloratum cum errore communi; ergo acta Tyranni non ſunt valida; ergo illius leges, & ſententiæ nullius ſunt roboris; ergo non tenemur illis obedire.

Reſpondeo acta per intruſum non eſſe valida, niſi conſtet legitimum ſuperiorem illa ratificare, & iuriſdictionem conferre, in noſtro autem caſu conſtat Rempublicam ratificare, & approbare acta Tyranni, dum Tyrannus pacificè Regnum poſsidet, eo ꝙ Reſpublica ſe ab ipſius tyrannica vſurpatione ſubtrahere nequeat. Ex quo patet reſponſio ad rationem dubitandi in principio propoſitam; nam leges conditæ ab huiuſmodi Tyranno non excedant poteſtatem ſibi à Republica collatam, ut ſuppono,

13 Hinc ſequitur primò, miniſtros, à Tyranno conſtitutos ad iudicandum, validè, & licitè ſententias ferre; quãquàm ex alio capite peccant, quatenus tyrannidem fouet. Ita Leſsius loc. cit. num. 75. Salas loc. cit. num. 16. & alij.

14 Secundò, Tyrannum non peccare ſpoliando reos bonis, aut morti reos adiudicando, ſeruato iuris ordine, conſequenter non teneri ad reſtitutionem, tanquàm homicidam, & iniquum ſpoliatorem; non enim dicitur occidere auctoritate priuata; ſed publica, quatenus occidit auctoritate, quam ſibi aſſumpſit, non intendens excludere auctoritatem ſibi à Republica collatam, quæ conſentit, & cupit hoc fieri à Tyranno. Ita Salas loc. cit. Leſsius loc. cit. num. 76. nec diſſentit Suarez loco cit. nume. 9. ad finem.

Tertiò patet quid dicendum ſit de legibus, & ſententijs latis ab ijs, qui in Germania, aut Olandia Ciuitates occupant, & tyrannicè gubernant.

§. IV.

Vnde poſſimus cognoſcere legem humanam ſub mortali obligare.

1 *Prima regula ad cognoſcendum, an lex humana obliget ſub mortali deſumitur ex intentione legiſlatoris.*

2 *Legiſlator, qui non explicuit ſe velle in conſcientia obligare, cenſetur obligare in conſcientia pro ratione materiæ grauis, vel leuis.*

3 *Secunda regula deſumitur ex verbis p̃ceptiuis, quib' lex humana fertur, quãuis hoc non valeat in omni lege.*

4 *Verba præceptiua in lege diuina obligant ſub mortali.*

5 *Ex quibus colligatur verba præceptiua in diuina lege obligare ſub mortali.*

6 *Lex tàm ciuilis, quàm Eccleſiaſtica obligat ſub mortali in materia graui, ſi verbis præceptiuis feratur.*

7 *Lex obligat ſub mortali, quando adhibetur verbum, Iniungimus.*

8 *Lex obligat ſub mortali, quando hæc verba adhibentur. Præcipio ex vi voti, vel iuramenti, &c.*

9 *Lex lata adhibito verbo, Oportet, inducit obligationem ſub mortali.*

10 *Lex verbo imperatiuo cõdita vt plurimum obligat ſub mortali in materia graui, niſi aliud ex coniecturis appareat.*

11 *Lex obligat ſub mortali, ſi verbis decretatiuis & ſtabilitiuis feratur.*

12 *Non obligat lex ſub mortali, quando verba hortatoria, & monitoria adhibentur.*

13 *Tertia regula ad cognoſcendum an lex obliget ſub mortali, eſt grauitas materiæ.*

14 *Cognoſcitur materia eſſe grauis, vel leuis ex fine, quo legiſlator adductus legem condit.*

15 *Peccat mortaliter, qui aliquo die feſto Miſſæ, ſacrum non audit.*

16 *Peccarent mortaliter Religioſi ſi extaret conſtitutio audiendæ Miſſæ ſingulis diebus, & illam relinquerent, non tamen intelligitur hoc de collegialiter viuentibus.*

17 *Laborans ſeruiliter in die feſto ſpatio vnius horæ mortaliter peccat.*

18 *Peccat mortaliter, & incurrit excommunicationem Clericus Mediolanenſis deferens vnius horæ ſpatio tormentum igneum.*

19 *Nutrix incurrit excommunicationẽ, ſi vnius quadrantis ſpatio ſine debi-*

ta cautione infantẽ in lecto teneat.

20 *Cognoſcitur materia grauis ex circunſtantia, ob quam lata eſt lex.*

21 *Poteſt aliquando Prælatus ſub mortali præcipere ſilentium.*

22 *Ad diſcernendam materiæ grauitatem inſpiciendus eſt finis, & circunſtantiæ.*

23 *Legiſlator poteſt in materia graui obligare ſolum ſub veniali.*

24 *Quarta regula deſumitur ex vna lege alteram explicante, vel quia ita paſſim homines putant.*

25 *Quinta regula colligitur ex acceptatione legis.*

26 *Sexta regula colligitur ex graui pœna corporali, aut temporali.*

27 *Pœna capitis, mutilationis, amiſſionis multorum bonorum &c. obligat ſub mortali.*

28 *Lex continens leuem pœnam non inducit obligationem ſub mortali.*

29 *Lex continens grauem pœnam non obligat ſub mortali, quoties pœna in re leui imponitur ad terrorem.*

30 *Septima regula colligitur ex graui aliqua Cenſura, vel pœna Eccleſiaſtica impoſita.*

31 *Quando inſpectis huiuſmodi regulis adhuc dubitatur an lex obliget ſub mortali, vel ſub veniali, probabile eſt obligare tantum ſub veniali.*

32 *Non obſeruans legem humanã præceptiuã, vel pœnalem in materia graui peccat contra illam virtutẽ, ad quam pertinet præceptum.*

CVm ex multis capitibus colligi poſsit obligatio legis, operepretium duxi regulas in hoc puncto aſsignare, ex quibus colligere liceat legem ſub mortali obligare.

1 Prima regula fundatur in intentione legiſlatoris; nam leges vim habent ex voluntate legiſlatoris volentis obligare; intentio autem, ſeu voluntas legiſlatoris volentis obligare ſub mortali, colligitur tũ ex grauitate materiæ, tum ex alijs coniecturis, & ſignis tradendis in ſubſequentibus regulis. Ita Suarez lib.3.c.27.& lib.4.c.18. Valẽtia loc. ſtatim cit. §. 3. Reginaldus, lib.15. num.46.& alij DD. ſtatim citandi.

2 Si quæras, vtrum legiſlator, qui legem abſolutè condidit non explicans ſe velle in conſcientia obligare, cenſeatur in conſcientia, & ſub mortali obligare.

Reſpondeo cenſeri in conſcientia obligare pro ratione materiæ grauis, vel leuis; nam legi vtpotè præceptiuæ de ſe adnexa eſt obligatio, & cum ſuperior non exprimat ſub qua culpa velit obligare, præſumitur velle obligare ſub culpa iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ. Ita Sotus 1. de iuſtitia, quæſt.6. art.4. Valentia p. 2. diſp.7. quæſt. 5. pun.6. §. 3. Beccanus tractatu 3. cap.6. quæſt.3. nu.11. & 16. Clauis Regia, lib.3. cap 7. num. 29. Reginaldus, lib.13. cap.177. & alij.

3 Secunda Regula deſumitur ex verbis præceptiuis, quibus lex humana fertur, vt patet ex Clementina, Exiuit de Paradiſo, verſiculo, cum igitur.

Hoc tamen limitandum eſt, modo aliud non conſtet de mente legiſlatoris, aut niſi materiæ leuitas excuſet; nam obligatio legis pẽdet à mente legiſlatoris, ſpectata materiæ grauitate, vt clarius conſtabit ex dicendis in tertia Regula.

4 Dixi, ex verbis præceptiuis, quibus lex humana fertur, vt aduerterem non ſimpliciter in omni lege ex verbis præceptiuis colligi obligationem ſub mortali, ſed in lege huma-

humana; in qua verba præceptiua ſub tali obligatione vſurpari conſueuerunt. Per ſe tamen, & ex natura ſua verba præceptiua non important obligationem ſub mortali, vt patet in legibus diuinis, in quibus verba præceptiua talem obligationem non arguunt, iuxta propriam vim, & ſignificationem; nam eadẽ verba poſſunt accommodari conſilio, aut etiam obligationi ſub veniali. Ita Suarez, lib.3. cap.26 num. 6. Nauarrus, cap.23.num.50. Beccanus tract.3.cap.6. quæſt.3.num.7. & alij DD. ſtatim citandi cõtra Vaſquez, p.2.diſp.178.cap.4. Idem ſentiendum putant aliqui Doctores, vt Nauarrus, Beccanus, & alij, quos infra referam, in lege ciuili, in qua ex verbis præceptiuis non putant colligi obligationem ſub mortali; Sed hoc gratis aſſeritur, cum non ſit maior ratio, cur verba præceptiua inducant obligationẽ ſub mortali in lege Eccleſiaſtica, & non in lege ciuili, vt patebit ex dicendis in prima illatione.

5 Si quis autem quærat, quãdonã verba pceptiua in legib⁹ diuinis obligationẽ importent ſub mortali.

Reſpondetur hoc colligi debere ex Prophetarum, Apoſtolorum, aliorumq; Doctorũ explicatione, aut ex ratione ita dictante; nullus enim congruentior modus aſsignari poteſt ad cognoſcẽdam legis diuinæ obligationem. Ita Valentia loc. cit. & alij.

Rurſus in ſecunda Regula dixi, ex verbis præceptiuis, vt aduerterẽ legem humanam, quæ fertur verbis non præceptiuis nõ obligare in cõſcientia; quia lex obligat, quatenus legiſlator exprimit; obligatio autẽ exprimitur verbis præceptiuis. Ita Vaſquez loc.cit. col.mihi 734. Reginaldus, lib.15.nu.54. Azorius p.1. lib.5.cap.6.quæſito 5. Nauar. lo.cit. nu.48. Clauis Regia loc.cit. cap.7. nu.28. Valentia tom.2.diſp.7.quęſt. 5. pun.9.dub.3. & alij.

6 Ex dictis in hac ſecunda Regula colligi poteſt. Primò, legem obligare ſub mortali in materia graui, ſi ſub iſtis verbis feratur, Iubemus, obligamus, præcipimus, præcipiẽdo mandamus, prohibemus, vetamus, interdicimus, debeant, teneãtur, obligẽtur, non põt, neceſſe eſt, non liceat, &c. Ita Valentia lõ.cit. in 6.ſigno. Sylueſter verbo, Præceptũ, quæſito 2. Azorius lo.cit. quęſito 5. Vaſquez diſp.158.cap. 3. Suarez, lib.3.cap.15.& cap.26.nu.7.& 8 Panormitanus. Felinus. Caſtro, & alij apud Salas de legibus diſp. 10.ſect. 9.nu.49.& 51. apud Emanuelem Sã v.Lex, nu.5.& apud Clauem Regiã, lib.3.cap.7.num.27.

Nonnulli tamẽ DD. putant hoc procedere in lege Eccleſiaſtica, nõ verò in ciuili. Ita Medina, cap.7.de ieiunio Alphonſus à Caſtro de lege pęnali, lib.1.cap.5. Nau.c.23, nu.50.

Ego verò cũ Syluestro lo.cit. Suarez lo.cit.nu.8.& alij apud Vaſquez de legibus diſp.158.c.4. num.29. & apud Salas lo. cit.nu.49. verſ. Suadente, cenſeo hoc valere in lege tã ciuili, q̃ Eccleſiaſtica. Ratio eſt tũ quia ferè nunquã nobis conſtaret, quandonam lex ciuilis obliget ſub mortali, cum in lege ciuili nunquã dicatur, ſub mortali, nec alia verba adhibeantur quibus clarius, & euidentius oſtendatur obligare ſub mortali. Tum quia, licet legiſlator in materia graui poſsit ſub leui culpa obligare, vt bene docet Suarez, lib.3.c.27. nu.7. nihilominus per ſe lo-

loquendo ſolet ſe materiæ accómodare, niſi aliud exprimat; conſequẽter cum poſsit, & ſoleat obligare, cenſetur velle in materia graui grauiter obligare, adhibitis verbis præceptiuis, alioquin exprimeret, & deberet exprimere ſe non obligare, ne ſubditis laqueum inijciat, falſo præſumentibus legislatorem obligare ſub graui culpa. Idem ſentire videtur Salas lo.cit.num.52. Hinc patet quid dicendum ſit de verbis prohibendi, & de omnibus æquiualentibus, his enim verbis obligationem induci ſub mortali in materia graui, patet ex rationibus allatis de verbis præceptiuis. Ita Suarez, li.3.c.26. nu.8 & c.15. nu.8.

7 Secundò ſequitur, legem obligare ſub mortali, quando in lege adhibetur verbum, iniungimus; nã hoc verbo ſignificari præceptum colligitur ex Clementina, Cupientes, de pœnis, & ex Clementina prima, de Iudęis. Ita Salas diſp.10.ſec. 9.num.51.cum Felino, & Gloſſa. Idẽ dici poteſt de hoc verbo, Mandamus; nam hoc verbum vt plurimũ vſurpatur ad ſignificandum præceptũ iuxta illud Matth. 19. Si vis vitã ingredi ſerua mandata. Ita Sanctus Antoninus, & Alphonſus à Caſtro apud Salas loco citato, num.51. cõtra Speculum coniugatorum, in appendice dub.13. & alios apud Salas verſiculo, Sed ad verba.

8 Tertiò, legem ſub mortali obligare, quoties ſub his verbis editur, Præcipio ex vi voti, vel iuramẽti, vel ſub pœna præſtiti iuramenti, aut, Præcipio in virtute Sanctæ Obedientiæ, vel, ſtrictè præcipio, aut, arctè iubeo, aut, mando ſub interminatione, aut obteſtatione mortis æternæ, vel diuini iudicij, aut, ſub indignatione Dei, aut Sanctorum Petri, & Pauli, aut, ſub maledictione æterna, ſeu diuina; nam legislator hac loquendi forma cenſetur velle, quantum poteſt, obligare. Ita Nauarrus, cap.23.nu.53. Valentia. Reginaldus. Clauis Regia, & Azorius lo. cit. Vaſquez, p.2. diſp. 158.c.5. Salas loc.cit.num.53. Eman. Sà v. Lex, nu.1. & alij cõiter.

9 Quartò legem, quę fertur adhibito verbo, oportet inducere obligationem ſub mortali poſita materiæ grauitate; nam verbum oportet indicat neceſsitatem; non videtur autem aliam neceſsitatem indicare quam legis, quando legis obligatio exprimitur per hoc verbum; ergo poſita grauitate materiæ indicabit obligationem ſub mortali; cum natura legis ſit obligare ſub mortali in materia graui. Ita Nauarrus, cap.23.nu.53. Medina tract. de ieiunio, cap.7. & alij contra Speculum Coniugatorum loc. cit. Alphonſum à Caſtro lib.1. cap.5. docomento 4. Emanuelem Sà v. Lex, num.5. Suarez, lib.3. cap.15. num.10. Salas loc. cit. nu.50. Vaſquez lo. cit. cap.3. num.23. & alios arbitrantes legem, quæ fertur adhibito verbo, oportet, non importare grauẽ obligationem, niſi ex antecedentibus, & conſequentibus talẽ obligationẽ importare colligatur. Ratio eſt quia non ſemper adhibetur ad indicandam obligationem; ſed aliquando adhibetur ad ſignificandũ conſilium, aut congruentiam, & honeſtatem 25. quæſt. 1. cap.5. & Danielis 3. verſ. 16. vbi dicitur, Non oportet nos de hac re rñdere tibi.

Nos vero exiſtimamus verbum, oportet, regulariter loquendo, in lege grauem obligationẽ importa-

re poſita graui materia, niſi aliud cõſtet de mente legislatoris; ſequitur enim naturam præcepti, & adhibetur ad indicandam neceſsitatem ortam ex legis obligatione.

10 Quintò, legem verbo imperatiuo conditam, regulariter loquendo, obligare ſub mortali in materia graui, niſi aliud ex coniecturis appareat, vt ſi dicatur, Caueant, audiat, faciant, dicant, facite, abſtinete, &c. nam verba imperatiui modi paſſim adhibentur ad ſignificandum imperium, & pręceptum, vt patet in Tridentino ſeſſ. 13. capite 5. & 7. & Capite, Clerici, de vita, & honeſtate clericorum. Ita Syluester verbo, præceptum, quæſito 2. Armilla verbo, lex, num. 4. Suarez loco cit. num. 8. & alij apud Salas loc. cit. num. 52. Quanquàm non eſt vniuerſaliter verum hæc verba grauem obligationem continere. Immo Nauarrus, cap. 23. num. 48. Clauis Regia, lib. 3. cap. 7. num. 26. Alphonſus à Caſtro lib. 1. cap. 5. Emanuel Sà loco cit. & alij locis ſupra citatis, putant verba imperatiuo modo ſimpliciter prolata non obligare ſub mortali, niſi cadant ſuper materiam ex ſe obligantem ſub mortali. Propterea putant legem latã ſub his verbis, Dicant, non dicant, faciant, non faciant, non obligare ſub mortali, niſi aliud conſtet de mente legislatoris. Ego verò exiſtimo, per ſe loquendo obligare ſub mortali poſita materiæ grauitate.

11 Sextò, legem obligare ſub mortali, ſi ſub iſta loquendi formula feratur, Sancimus, intendimus, volumus, innouamus, ſtatuimus, decernimus, ſtabilimus, ordinamus. Ratio eſt quia hęc verba continent præceptum, & non tantùmodo conſilium; præceptum autem in materia graui obligat ſub mortali. Ita Azorius loc. cit. quæſito 5. Salas loc. cit. nu. 51. ad finem, & alij apud Sylueſtrum verbo præceptũ, quæſito 2. contra Alphonſum à Caſtro lib. 1. cap. 5. documento 4. Reginaldum, lib. 15. num. 48. Vaſquez p. 2. diſp. 158. cap. 3. num. 23. Clauem Regiam loco cit. num. 28. Emanuelem Sà loco cit. Suarez loco cit. num. 10. vbi aliter ſentit de verbo ordinamus. Sylueſtrum. Nauarrum, & alios locis citatis exiſtimantes legem ſub huiuſmodi verbis conditã non continere grauem obligationem; quia iuxta communem hominum intelligentiam, inquiunt ipſi, hæc verba vſurpari non conſueuerunt ad inducendam grauem obligationem; ſuperior enim cum ſtrictiorẽ obligationem imponere intendit, ſolet adhibere verba clarius præcipientia, vel prohibentia, vel ſolet grauem pęnam iniungere, quæ grauem culpam ſupponat, qualis eſt pęna excõmunicationis, &c. Quod dictũ eſt de verbo, volumus, intelligendum eſt modo hoc verbũ non adhibeatur ad indicãdum affectum, & deſiderium, ſed legis obligationem, ad quam ſignificandam ego puto regulariter loquendo, adhiberi, niſi ex circunſtantijs aliud colligatur. Ita Suarez loco cit.

12 Septimò, legem latam ſub his verbis, Moneo, hortor, rogo, non obligare ſub mortali; quia non important obligationem, & præceptum, & aliquãdo potius vſurpantur ad permouendos homines, vt præſtent quod ex præcedenti obligatione præſtare tenentur, quã ad nouam obligationem imponendam. Ita Salas loc. cit. num. 51. & 52. & alij

alij Doctores citati.

13 Tertia Regula eſt grauitas materiæ, quæ præcipitur; cum enim ſuperior abſolutè ferat legem, præſumitur eam ferre iuxta plenitudinẽ ſuæ poteſtatis; de plenitudine autẽ ſuę poteſtatis conſtat legislatorem poſſe ſub mortali obligare in materia graui; ergo ex grauitate materiæ licet colligere grauẽ legis obligationem; ſicut etiam ex leuitate materiæ colligendum eſt legem nõ obligare ſub mortali, & legislatorem non poſſe legem ferre obligãtem ſub mortali in re, quæ leuis ſit in ſe, & per ordinem ad finem, ſeu ſecundum circunſtantias illi coniunctas. Ratio eſt tum quia leuis materia videtur incapax tãtę obligationis. Tum quia recta ratio dictat ad grauem, & mortalem culpã grauem materiã requiri. Tum quia videtur contra bonum commune ſubditorum obligare ſubditos ſub mortali in materia leui. Tum quia Deus in materia leui non obligat ſub mortali, vt patet in furto leuis, & modicæ quantitatis, in mendacio iocoſo, & in verbo otioſo; ergo neque lex hominum auctoritate conſtituta, poteſt in materia leui obligare ſub mortali; nam vt lex humana iuſta ſit, & rationabilis, debet conformari diuinæ, à qua deriuatur. Tum quia ſicut non poteſt quis ſe ſuo voto obligare ad rem leuem ſub mortali, vt docet Salas loc. cit. ſect. 6. num. 32. ad finem cõtra Emanuelem Sà verbo, præceptum, num. 1. ita neque obligari poteſt per legem ſub mortali in materia leui. Ita Valentia lo. cit. dub. 3. in 2. ſigno. Salonius, quæſt. 77. art. 1. cõtrouerſia 8. Salas diſp. 10 ſect. 6. num. 30. & ſect. 9. num. 46. Reginaldus, lib. 15. num. 42. Emanuel Sà verbo, Præceptum, num. 1. & verbo, Lex, num. 3. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 4. num. 4. Suarez, lib. 3. de legibus, cap. 25. num. 2. Azorius lo. cit. quæſito 5. Becanus tract. 3. cap. 6. quæſt. 3. nu. 6. Vaſquez, p. 2. diſp. 158. cap. 4. Clauis Regia, nu. 29. & alij communiter, omiſsis ijs, quos retuli de Cenſuris, dum quærerem, vtrum ad incurrendã cenſurã requiratur peccatũ mortale, vel ſufficiat id, quod eſt ex ſe tantũmodo veniale, aut quid indifferens.

Obſerua tamen præceptum poſitum ſub mortali in materia leui obligare ſaltem ſub veniali, licet non obliget, nec obligare poſsit ſub mortali. Ratio eſt quia actus, qui nón valet vt agitur, valet ſaltẽ eo meliori modo, quo poteſt; ergo lex, quæ non obligat ſub mortali in materia leui, obligabit ſaltem ſub veniali; hic enim eſt melior modus, & hæc præſumitur intẽtio prę cipientis, qui, dum vult obligare plus quam poteſt, cenſetur etiam velle obligare quantum poteſt. Ita Suarez, lib. 3. cap. 25. num. 6.

14 Sed modo dubium eſt, vnde poſsimus cognoſcere materiam eſſe grauem, aut leuem.

Reſpondeo non poſſe certã regulam præſcribi, ſed prudentis arbitrio relinquendum eſſe. Vir autem prudens in hac re dijudicanda. Primo ſpectabit finem, quo legislator adductus eſt ad legem condendam. Vnde ſi res præcepta valdè conducat ad finem à legislatore intẽtum, ſeu valdè nõ repugnet fini à legislatore intẽto, cenſebitur materia grauis; Secus ſi non multũ conducat ad finem legislatoris, aut illi grauiter non repugnet, ita Suarez,

rez, lib 3. cap. 25. nu. 4. & 7. Vaſquez, & alij DD. ſtatim citandi.

15 Ex quo fit, vt quæ cenſetur materia grauis reſpectu vnius præcepti, poſsit eſſe leuis reſpectu alterius, ſi ad ipſius finem non multum conducat. Ita Vaſquez lo. cit. cap. 6. num. 60. Sanchez loc. cit num. 2. Salas loc. cit. num. 32. & 72. Azorius. Valentia. Sayrus, & alij locis citatis. Quamobrem benè docet Vaſquez loc. cit. cap. 6. & Salas lo. cit. ſect. 10. num. 72. eum, qui aliquo die feſto Miſſæ ſacrum ab Eccleſia pręceptum non audit, grauiter peccare; quia omiſsio ſacri eſt materia grauis per ordinem ad finē, ad quem Eccleſia Miſſæ auditionem præcepit; nam Eccleſia Miſſam audiri iuſsit ob ſpiritualem fructum, quem Miſſæ ſacrificium aſtantibus conferre conſueuit; hoc autem fructu priuatur, qui Miſſæ ſacrum prætermittit.

16 Idem dicendum puto cum prędictis Doctoribus; ſi in Religionibus extaret conſtitutio, ſeu præceptum audiendæ Miſſæ ſingulis diebus, vt patet ex mox allata ratione.

Secus dicendum arbitror, ſi in Academia, vel Vniuerſitate, vel Collegio extet præceptum audiendæ Miſſæ ſingulis diebus; cenſeo enim eum, qui Miſſæ ſacrum contra huiuſmodi præceptum rarò prætermittit, non grauiter peccare; quia omiſsio ſacri non valdè repugnat fini à legislatore in Academia, vel Vniuerſitate intento; Finis enim legislatoris in tali præcepto non tā eſt fructus & vtilitas ſpiritualis, quàm recta gubernatio, pax, & decor Academiæ, Collegij, & Vniuerſitatis, quem finem non grauiter lędi, ſi Miſſæ ſacrum, rarò prætermittatur, perſpicuum eſt.

17 Hinc etiam patet quid dicendùm ſit de eo, qui vnius horæ ſpatio ſeruiliter laborat in die feſto; hunc enim reum eſſe lethalis culpę alibi oſtendimus; quia vnius horæ ſpatium videtur materia grauis; eò quòd ſeruilis labor tanto temporis ſpatio exercitus fini à legislatore intento grauiter repugnare videatur. Secus ſi vnius tantummodo quadrantis; autem etiam vnius ſemihorę ſpatium in ſeruili opere inſumatur.

18 Hinc etiam patet quid dicendū ſit de Clerico, qui ſpatio, vnius horæ tormentū igneum, quod vulgò ſclopū appellamus, in hac Diœceſi defert contra Edictū Illuſtriſſimi Archiepiſcopi: hūc enim grauiter delinquere arbitror, & excōmunicationis pœna ligari, impoſita clericis huiuſmodi armorum genus in hac Diœceſi deferentibus; videtur enim actionem valdè repugnantem fini à legislatore intento exercere. Secus ſi duarum orationum Angelicarum ſpatio ſclopum deferat, vt auem arbori inſidentem ſemel, aut iterum pilulis plumbeis petat, & occidat, aut ſi tormentum ab alio deferri curet.

19 Hinc etiam patet quid dicendum ſit de Nutrice, aut alia, quæ non adhibita cautione, hic Mediolani præſcripta, infantem in lecto tenet; hanc enim excommunicationis pœnam incurrere puto, ſi vnius quadrantis ſpatio ſine debita cautione infantem in lecto teneat; exercet enim actionem valdè repugnantem fini in Concilio noſtro Prouinciali intento, quia tanto temporis ſpatio fieri poteſt, vt infans

infans mortis periculum incurrat. Secùs dicerem, ſi duarum tantummodò, aut trium orationum Angelicarum ſpatio infantem in lecto ſine præſcripta cautione teneat. Ratio eſt quia ex tàm breui, & modico temporis interuallo probabiliter credi poteſt, non graue periculum interitus, per ſe loquendo, incurri; nec legislator præſumitur voluiſſe in tam modica detentione infantis in lecto contra præſcriptã cautionem tam grauem pęnam imponere. Sed vt ad rem noſtrã redeamus vir prudẽs in diudicanda grauitate aut leuitate materiæ.

20 Secundò ſpectabit circunſtantias, quibus ductus eſt legislator ad ferendas leges, qualis eſt ratio vitandi ſcandali, aut damni communis, aut periculi violãdi vota; nam materia, quæ in ſe leuis eſt, & incapax obligationis ſub mortali, fieri poteſt capax tãtæ obligationis reſpectu circunſtantiarum. Ita Vaſquez lo. cit. verſi. Tertio colligitur, & alij Doctores citati.

21 Hinc patet primò, Prælatũ poſſe aliquando ſub mortali præcipere ſilentium, ſi ratione alicuius circunſtantiæ iudicauerit ſilẽtium eſſe neceſſarium. Ita Reginaldus lo. cit. num. 43. Valentia, Salas, & Sanchez locis citatis, Contra nonnullos alios.

22 Secundò, ad diſcernendã materiæ grauitatem non ſolum ſpectãdam eſſe materiam ſecũdum ſe ſolam, vtrum etiam inſpiciendum eſſe finẽ, & circunſtantias, quibus ad ductus eſt ſuperior ad ferẽdũ præceptũ; nam res, quæ in ſe leuis eſt, aliquando fit grauis ratione finis, vel circunſtantię, quam ſubditus ignorat, vt benè docet Vaſquez lo. cit. nume. 59. Suarez lib. 3. cap. 25. nu. 4. Salas lo. cit. Sanchez loc. cita. nu. 2. & alij Doctores citati. Quamobrem Suarez de Cenſuris diſp. 4. ſec 6. nume. 11. & de legibus loco cit. Sanchez lo. cit. num. 3. aſſerunt, iudicandum eſſe præceptum obligare ſub mortali, quod alias ex forma verborum indicat obligationẽ ſub mortali, niſi certè conſtet materiã leuem eſſe non ſolum ſecundum ſe, verum etiam ſpectato fine, & circũſtantijs; nam poſſeſsio ſtat pro legislatore habente facultatem inducendi obligationem ſub mortali, & licèt materia ſecundum ſe ſit leuis, tamen grauis efficitur ratione circunſtantiarum, quas legislator reſpexit, & quas ſubditi aliquando ignorant.

Vtrum verò materia leuis ſecundum ſe, aut etiam ſecundum circũſtantias, poſsit per multiplicationem, & repetitionem fieri grauis, & ſufficiens ad mortale peccatum, conſtat ex dictis de peccatis, & de furto.

23 Secundò dubium eſt, vtrum legislator poſsit in materia graui obligare ſolum ſub veniali.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia actus in moralibus non excedit intentionem agentis. L. Non omnis. ff. ſi certum petatur, nec lex obligat vltra mentem legislatoris. Si ergo legislator intendat obligare tantummodò ſub veniali in materia graui, aſſerendum eſt nõ obligare ſub mortali. Ita Suarez de legibus. lib. 3. cap. 27. nu. 7. Sanchez de matrimonio lib. 1. diſp. 9 num. 5. Nauarrus cap. 23. nu. 49. Clauis Regia lib. 3. cap. 7. Salas diſp. 10. ſect. 7. num. 33. Valentia lo. cita. Syluester verbo præceptum, quæſito 3. Conar-

uarruuias, Armilla, Tabiena, Caſtro, Medina, & alij apud præcitatos Doctores contra Vaſquez p. 2. diſp. 158. cap. 4. num. 32. Arragoniũ 2. 2. quæſt. 62. art. 3. in dubio poſt tertiam concluſionem, notabili 3. Reginaldum lib. 15. num. 44. Becanum tract. 3. cap. 6. quæſtio. 3. nume. 10. & alios. Nec eſt ſimile de iuramento, vt conſtat ex dictis de iuramento in ſecundo Decalogi præcepto.

Obijcies primo. Nullus poteſt obligare ſe ſuo voto ſub veniali in materia graui; ergo neque legislator poteſt obligare ſolùm ſub veniali in materia graui.

Reſpondeo cum Salas diſp. 10. ſectio. 7. num. 35. & alijs, quos retuli de Voto contra Vaſquez loc. cit. nume. 34. Beccanum lo. cit. & alios, negando vouentem non poſſe obligare ſe ipſum ſub veniali in materia graui, vt patet ex rationibus adductis in tractatu de Voto. Sicut ergo dicimus vouentem poſſe ſe ſuo voto obligare ſub veniali in materia graui, ita aſſerimus legislatorem poſſe in materia graui obligare ſolum ſub veniali.

Obijcies ſecundo, lex naturalis non poteſt in materia graui obligare ſolum ſub veniali, ergo neque legislator obligare poteſt ſolum ſub veniali in materia graui; cum ex præcepto in materia graui naturaliter, & neceſſariò ſequi videatur grauis obligatio.

Reſpondeo negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt tum quia obligatio naturalis oritur ex re ipſa, ſicut ergo res ipſa grauis eſt, ita etiam grauis eſſe debet obligatio. Tum quia agens naturale agit ſecundum vltimum potentiæ; agens verò volũtarium, qualis eſt legislator, agit iuxta ſuum liberum arbitrium.

24 Quarta regula deſumitur ex vna lege alteram explicãte, aut ex cõmuni hominum æſtimatione arbitrantium legẽ obligare ſub mortali; non enim præſumendum eſt errorem in eo committi, quod cõmuni hominum ſenſu admittitur.

Idem dicendum eſt de eo, quod per cõſuetudinem approbatur obligare ſub mortali. Ratio eſt tum quia conſuetudo vim habet legis, & ad culpam obligationẽ inducit, quoties tanquã obligans ad culpã recipitur. Tum quia conſuetudo eſt optima legum interpres, cap. Dilectus, de conſuetudine, & L. Diuturna, ff. de legibus. Ita Valentia loc. cit. verſic. *Quintum ſignum*. Reginaldus lib. 15. nume. 47. & 56. Caietanus verbo præceptum, ſub finem Nauar. cap. 23, num. 58. Toletus tracta. de ſeptem peccatis ca. 19. verſiculo. *Quintum* Clauis Regia lib. 3. capitulo 7. numero 23. & alij, quos infra referam de conſuetudine.

25 Quinta regula colligitur ex acceptatione legis; nam lex obligat, quatenus recipitur, & moribus vtẽtium comprobatur; ſi ergo non recipiatur tanquam ad grauem culpam obligans, non eſt aſſerendum legem obligare ſub mortali etiãſi legislator intẽtionem haberet obligandi ſub mortali. Ita Valentia loc. cita. §. tertio ad finem, & alij, quos ſupra retuli de acceptatione legum.

Hoc tamen limitari poteſt, niſi legislator voluerit obligare indepẽdẽter ab acceptatione, vt patet ex ſupra dictis de acceptatione.

26 Sexta Regula innititur graui pœnæ

pœnæ corporali, aut temporali. Ratio eſt quia pœna proportionari debet delicto, ſed pœna eſt grauis, vt ſuppono; ergo ex graui pœna corporali, aut temporali licet conijcere delictum, ſeu culpam eſſe grauem, alioquin lex videretur iniqua ſi pro leui culpa grauem pœnam imponeret.

27 Hinc ſequitur primò, legem latam ſub pœna capitis, ſeu mortis, mutilationis, ſeruitutis, perpetui carceris, damnationis ad triremes, confiſcationis bonorum, aut omiſſionis multorum bonorum, vt ducentum, aut etiam quinquaginta aureorum, aut ſub pœna infamiæ, aut priuationis officij publici, aut ſub pœna exilij, obligare ſub mortali, hæc enim grauis pœna videtur. Ita Couarruuias Regula, Peccatum, parte 2. §. 5. num. 3. Sotus 1. de Iuſtitia, quæſt. 6. art. 4. & 5. Azorius loc. cit. Vaſquez p. 2. diſpu. 159. cap. 3. num. 22. Valentia loco citato dub. 3. Clauis Regia loco cita. nume. 25. Suarez libro tertio, cap. 26. nume. 4. Syluester, Angelus, Armilla, & alij apud Salas diſputatio decima, de legibus ſectio. 9. nume. 62. & apud Clauem Regiam, omiſſis ijs, quos ſupra retuli, §. 2. contra nonnullos recentiores arbitrantes pœnam pluſquam quinquaginta ſcutatorum non indicare obligationē ſub mortali, & contra Nauarrum in Manuali cap. 23. nume. 57. & 58. Reginaldum lib. 15. num. 50. & alios arbitrantes legem pœnalem continentem pœnam, etiam amiſsionis omnium bonorum, aut famæ, aut vitæ non inducere obligationē ſub mortali in lege humana, inducere verò obligationem ſub mortali ex lege naturali, quatenus delinquens exponit ſe periculo amiſsionis vitæ, aut mutilationis membri; ius enim naturæ dictat vitam propriam tueri, nec quiſquam poteſt vitam propriā prodigere. Vtrum verò liceat prodigere famam, & facultates conſtat ex dictis de Contractibus.

28 Secundo ſequitur, legem continentem leuem pœnam non inducere obligationem ſub mortali, vt ſi contineat pœnam amiſsionis veſtium, aut armorum, aut trium, vel quatuor aureorum.

29 Addo, legem, quæ grauem pœnam continet, non obligare ſub mortali, quoties pœna in re leui imponitur tantummodò ad terrorem, vt ſi ſub pœna capitis prohibeatur venatio leporum, vel ceruorum. Ratio eſt tum quia Superior non intendit obligare; ſed tantummodò terrorem incutere, & non intendit talem pœnam exequi. Tum quia lex videtur iniuſta; cum materia leuis ſit, & pœna non ſit illi proportionata. Quamobrem ſubditus non tenetur tali legi vtpotè inualidæ in conſcientia obedire ex vi talis legis, etiamſi legislator intēdat talem pœnam exequi, niſi lex aliūde iuſta præſumatur. Ita Salas loc. cit. num. 67. Suarez, & alij locis ſupra citatis.

30 Septima Regula colligitur ex graui aliqua cenſura, vel pœna Eccleſiaſtica impoſita cōtra legis trāſgreſſores; cum enim grauis cenſura, qualis eſt excommunicatio maior, aut grauis ſuſpenſio, aut etiam alia cenſura grauis, qua alicui interdicitur graue opus, ſeu officium, non feratur, niſi ob mortale peccatum, vt patet ex dictis de Cenſuris, ſequitur ex graui cenſura colligi, legem

gem obligare ſub mortali; & hoc valet non ſolum in cenſura ipſo iure lata, verum etiam ferenda. ita Doctores ſtatim citandi.

Idem dicendum arbitror de Irregularitate ex delicto, aut de reali, aut verbali depoſitione, vt patet ex allata ratione, & ex dictis de Cenſuris. Ita Suarez lib. 3. de legibus c. 26. nu. 4. & lib. 4. cap. 14. Clauis Regia, & Valentia locis citatis. Beccanus tract. 3. cap. 6. quæſt. 3. nume. 10. Nauarrus cap. 21. num. 53. Angelus verbo, lex, nu. 3. Syluester, Armilla, Sotus, Paludanus, & alij apud Salas de legibus diſp. 10. ſect. 9. nu. 54. & 62. Sayrus, Vgolinus, & alij, quos retuli de Cenſuris, & de Irregularitate.

Ex Regulis igitur allatis ſufficiẽter colligitur quandonam lex obliget ſub mortali. Hoc enim colligitur. Primò ex intentione legiſlatoris. Secundò ex verbis præceptiuis. Tertiò ex grauitate materiæ, niſi legislator in materia graui intendat obligare ſolum ſub veniali. Quartò ex alia lege, aut etiã ex communi hominũ exiſtimatione, & conſuetudine. Quintò ex acceptatione legis, niſi legislator intendat ſub graui culpa obligare indepẽdẽter ab acceptatione. Sextò ex graui pęna corporali vel tẽporali. Septimò ex graui pęna ſpirituali.

31 Sed modò dubium eſt primo, vtrum quãdo dubitatur, an lex obliget ſub mortali, vel tantummodò ſub veniali, iudicandum ſit obligare ſub mortali.

Reſpondeo cum Nauarro ca. 23. num. 50. & alijs, quos in ſimili retuli de Reſtitutione, probabiliter ſuſtineri poſſe obligare tantũmodò ſub veniali, ſi attentis regulis traditis dubitetur an lex obliget ſub mortali. Idem ſentire videtur Suarez lib. 3. cap. 15. num. 10. ſub finem. Ratio eſt tum quia de Regulis iuris in 6. dicitur, In obſcuris quod minimũ eſt ſequendum eſt, cap. In obſcuris, de Regulis iuris in 6. Tum quia ſicut in pœnis benignior pars accipienda eſt, ita etiam in culpa. Tum quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis ſuam libertatem; ergo quando dubitatur, vtrum lex obliget ſub mortali, vel tantummodo ſub veniali, probabiliter iudicari poteſt obligare ſolum ſub veniali, ſi adhibita ſufficienti diligentia, ſeruatisq; Regulis iam præmiſsis, dubium perſeueret de grauitate obligationis, nam libertas conſcientiæ poſsidet. Quanquam Salas diſp. 13. ſect. 1. nume. 23. verſiculo, Ad ſecundum, & diſp. 10. ſect. 2. num. 12. ad finem, Toletus de ſeptem peccatis cap. 20. dub. vltimo. Alphonſus de Caſtro lib. 1. cap. 5. documento 4. ad finem. Martinus Ledeſma, ſecunda quarti quęſt. 17. art. 2. dub. 6. Medina Codice de ieiunio, quæſt. 17. Clauis Regia loc. cit. nu. 29. Valentia dub. 3. in fine, & alij locis citatis, putant illum, qui hoc modo dubitat, teneri legis obligatione, ac ſi lex obligaret ſub mortali.

Verùm ſententiam iſtorum Doctorum explicare poſſumus, quando nondùm adhibita eſt debita diligentia ad veritatem de grauitate obligationis aſſequendam, vt in ſimili patet de matrimonio, de Peccatis, & de Reſtitutione.

Obſerua tamen in diudicanda legis obligatione inſpiciendas, & penſandas eſſe prædictas Regulas, & quod veriſimilius putatur; ſicut enim in obſcuris inſpicimus id, qđ vero-

eroſimilius eſt, aut qđ plerumq; ieri ſolet, cap. Quod inſpicimus, le Regulis iuris in ſexto, vt in ſimi- i docui de legatis, & teſtamentis; ta in explicanda legis obligatio- ie verbis obſcuris expreſſa, inſpi- iendum eſt, quo pacto huiuſmodi erba, vt plurimum, accipi ſoleant n legibus, & penſatis Regulis præ- oſitis, ſimilibusque coniecturis, uod veroſimilius eſt, iudicandum ſt. Ita Salas loco ſupra citato nu. 2. ad finem.

2 Secundo dubium eſt, contra uam virtutem peccet, qui legem umanam præceptiuam, aut pœna- m in materia graui, aut etiam leui on obſeruat.

Reſpondeo peccare contra illā irtutem, & perfectionem, intuitu uius legiſlator adductus eſt ad le- em condendam, vt patet ex Re- ulis generalibus traditis de pec- atis, vbi oſtendimus peccata di- ingui penes priuationem perfec- onum ſpecie diuerſarum; fieri ta- en poteſt, vt idē actus plures ma- ias ſpecie diuerſas cōtineat, qa ri poteſt, vt idem actus perfec- onibus ſpecie diuerſis opponat- r. Quamobrem violans legem, empli gratia, ieiunij, aut miſſæ contemptu nō ſolum peccat cō- a Religionem, ad quam pertinet ditio ſacri, verum etiam contra tutem, cui opponitur contem- us. Item deferens arma hoſtibus n ſolum peccat contra commu- bonum Reipublicæ, in cuius cō- dum Princeps ſub pœna capitis uit tranſlationem armorum ad nicos, verum etiam contra pro- am charitatem, ſeu contra præ- tum, Non occides; niſi fortè ictum tanta cum circunſpectio- ne, & cautione committat, vt nul- lum ex huiuſmodi delatione armo- rum ad inimicos, impendeat vitæ propriæ periculum. Idem dicendū eſt de actu venereo cōmiſſo ab eo, qui vinculo voti detinetur, & ſic de cæteris. Ita Nauarrus cap. 23. nu. 57. & 58. Medina q. 96. art. 4. Salas de legibus diſp. 10. ſect. 9. nume. 63. ad finem, & ſect. 11. num. 75. Vaſquez p. 2. diſp. 98. cap. 2. & 3. Azor parte 1. lib. 5. cap. 5. quæſito 2. verſiculo, Animaduertendum eſt, Suarez lo- quēs in ſimili de legiſlatore, & quā- plures alij, quos in ſimili retuli de Pœnitentia, & de Peccatis.

§. V.

Vtrum actus factus cōtra legem prohibentem, vel irritantem, aut præſcribentem certam ſolemnitatē irritus ſit, & inualidus.

1 *Sermo eſt hic de lege poſitiua nō reddente vſum actus malū, & illicitū.*

2 *Acta facta contra legem irritantem ipſo facto, inualida ſunt in vtroque foro.*

3 *Celebrans Matrimonium irritum non poteſt petere, vel reddere debitum.*

4 *Ad cognoſcendum an lex ipſo facto irritet aliquem actum, inſpiciendus eſt verborum ſenſus, & eſt facienda ſtricta interpretatio.*

5 *Irritatio ipſo facto ſtatim incurritur ante ſententiam, niſi adſit falſa præſumptio, & modò fuerit ſeruata forma ſubſtantialis.*

6 *Ad incurrendam irritationem præſertim eius, qui defectu formæ ſubſtantialis irritatur, non requiritur ſcientia legis irritantis.*

Actus

7 *Actus humana lege irritus non obligat in conſcientia.*

8 *Actus factus contra legem prohibētem non eſt inualidus per ſe, eo quod probibeatur à lege.*

9 *Quoties deeſt poteſtas moralis, aut deeſt incapacitas materiæ, actus irritus eſt iure naturæ.*

10 *Actus factus contra legem probibentem tales actus, non eſt ſimpliciter irritus ante ſententiam.*

11 *Actus probibitus lege Canonica, aut alia lege, validus eſt, niſi irritetur.*

12 *Actus per ſe loquendo eſt validus, & quando probibetur circunſtantia ipſius actus, & quando probibetur ipſemet actus, ſed non irritatur forma ſubſtantialis.*

13 *Actus eſt irritus non ſolum quando legislator vtitur verbis probibētibus, & irritantibus ipſo iure, ſed etiā impedientibus translationem dominij.*

14 *Actus celebratus ſine forma ſubſtātiali, eſt inualidus in vtroque foro.*

15 *Matrimonium clandeſtinum, Alienatio bonorum Eccleſiæ, & electio facta ſine ſolemnitate, eſt inualida in vtroque foro.*

16 *Inualidi ſunt in vtroque foro contractus omnes, exceptis actibus factis ad cauſas pias.*

17 *Quomodo cognoſcatur aliqua forma eſſe ſubſtantialis, an accidentalis tantum.*

18 *Validum eſt matrimonium ſine denūciationibus celebratum.*

19 *Epiſcopus validè excommunicat ſine ſolemnitate requiſita à iure.*

20 *Inualida eſt alienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine forma præſcripta cum particula, non poteſt.*

21 *Leuis formæ ſubſtantialis omiſſio nō efficit actum irritum.*

22 *Actus ex vrgentiſſima cauſa factus ſine ſolemnitate, præſcripta, inualidus eſt.*

23 *An peccet quis faciendo ex iuſta cauſa actum irritum, remiſſiuè.*

PRimus legis effectus eſt obligare ad aliquid faciendū, vel abſtinendum.

Secundus eſt irritare, vel prohibere actum factum cōtra legis præſcriptum. De primo legis effectu hactenus locuti ſumus, agendū modo eſt de ſecundo. Sed prius.

1 Præmittendum eſt cum Suarez lib.5. de legibus cap.27. num.7. & 8. Salas de legibus. diſp.16. ſectio.6. & alijs, nos hic nō loqui de lege prohibente actum, cuius vſus eſt malus, & illicitus; ſed de lege poſitiua, quæ non reddit vſum actus malum, & illicitum, nec prohibet obligationem prouenientem ex tali actu prohibito; cum enim aliquis obligari non poſsit, ad rem malam, ſequitur non poſſe obligari ad vſūm malum ſui actus; conſequēter actū, cuius vſus eſt malus, non videri validum, & ſufficientem ad inducendam obligationem. Explico rem exemplis.

Eccleſia interdicit aliquibus cōtractum matrimonij non appoſita clauſula irritante; verum ſi quis matrimonium ineat contra interdictum, ſeu prohibitionem Eccleſiæ, validè contrahit; quia lex nō irritat huiuſmodi matrimonium, nec reddit vſum matrimonij illicitum, neque prohibet obligationē inde prouenientem, vt patet in matrimonio tempore Aduentus, vel Quadrageſimæ celebrato, quod tali tempore cōtrahi prohibetur; ſed ob circunſtantiam temporis preciſè non irritatur, nec illius vſus illicitus redditur, vt patet ex dictis de Matrimonio.

Si verò Eccleſia non ſolum prohibeat

libeat matrimonium, verum etiam ipſius vſum, certum eſt matrimonium, contra Eccleſiæ prohibitionem celebratum, inualidum eſſe, vt patet in Matrimonio inter affines, vel conſanguineos intra certũ gradum celebrato.

Pari ratione appoſitio pœnæ in ſpõſalibus ſoluẽdæ ab eo, qui à ſpõſalibus reſilierit, inualida eſt, vt patet ex dictis de ſponſalibus; quia lex non ſolũ prohibet actum appoſitionis pœnæ, verum etiam ipſius vſum, & obligationem; nam lex prohibet adiectionẽ pœnæ, eò quòd repugnet libertati matrimonij; cũ autem appoſitio pœnæ repugnet libertati matrimonij, quia vſus talis actus repugnat libertati matrimonij, ſequitur actum appoſitionis pœnę p̄hiberi propter ipſius vſum; conſequenter vſum actus appoſitionis pœnæ illicitum eſſe; conſequenter appoſitionem pœnæ inualidam eſſe, nec obligationem inducere ad ſoluendam pœnam ab eo, qui non ſteterit ſponſalibus. Cognoſcitur autem vſum actus prohiberi, quando ex ratione legis colligitur actum prohiberi propter vitãdum talis actus vſum, iuxta commune Philoſophorum axioma, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

His poſitis tria nobis explicanda ſunt in hoc paragrapho. Primò, vtrum actus factus contra legem irritantem, ſit irritus. Secundò, vtrum etiam irritus ſit, ſi fiat contra legem tantummodò prohibentem. Tertiò, vtrum ſit inualidus, quoties non ſeruata forma pręſcripta celebratur.

PRIMA PROPOSITIO.

2 Acta, quæ fiunt contra legẽ irritantem ipſo facto, inualida ſunt, non ſolum in foro externo, verum etiam in foro conſcientiæ. Hæc propoſitio patet, tum ex Regula 64. de Regulis iuris in ſexto, vbi dicitur, Quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi; hoc autẽ maximè procedit in ijs, quæ fiunt contra legem irritantem. Tum argumento Capitis, Non ſolum, de Regularibus in ſexto. Tũ quia penès legiſlatorem reſidet poteſtas irritandi actus factos contra legẽ, ſicut enim contrahentes poſſunt cõtractui certam formam addere, cuius defectu ceſſet obligatio contractus, vt benè docet Leſſius lib. 2. de Iuſtitia cap. 17. dub. 6. Salas de legibus diſp. 16. ſect. 4. nu. 6. Azorius, Arragonius, Suarez, Couarruuias, & alij, quos retuli de Contractibus diſp. 3. quæſt. 1. pun. 3. nume. 2. contra Molinam, Reginaldum, & alios ibidem citatos; Ita poteſt legiſlator certã actibus formã præſcribere, cuius defectu ceſſet actuum obligatio. Præterea ſicut lex poſitiua poteſt iuri naturali aliquid addere iubendo, aut vetando, quod iure naturę iuſtum, aut vetitum non eſt; ita poteſt aliquid pręſcribere irritando, quod iure naturæ irritum non eſt, ergo actus facti contra legem irritantem irriti ſunt. ita præter Doctores citatos Sãchez de matrimonio, lib. 3. diſput. 4. Vaſquez p. 2. diſp. 163 cap. 1. Salas de legibus diſp. 16. ſect. 4. nume. 6. & alij Doctores in ſecunda propoſitione referendi.

3 Ex quo patet, eum, qui matrimo-

Digitized by Google

monium irritum celebrauit, nulla ratione poſſe debitum reddere, aut petere ab ea, cum qua matrimoniũ irritum contraxit; nam matrimonium eſt irritum in vtroque foro; conſequenter non inducit ius petẽdi, aut reddendi debitum.

Vtrum verò reddi, aut peti poſsit debitum, quando ſuboritur dubiũ, ſuſpicio, vel probabilis opinio de valore matrimonij, cõſtat ex dictis de matrimonio.

Item qui contractu irrito rẽ accepit, non poteſt illam tanquàm propriã retinere vi talis actus præcisè, vt patet ex dictis de Contractibus. Immò fieri poteſt, vt teneatur fructus rei acceptæ domino reſtituere; quia ex contractu inualido non transfertur dominium, per ſe loquendo, res autem domino fructificat. Ita Salas loc. cit. ſect. 6. num. 8. & alij, quos in ſimili retuli de Contractibus.

4 Quæres primo, quomodò poſsimus cognoſcere, an lex irritet aliquem actum ipſo facto.

Reſpondeo hanc Regulã afferri poſſe vt vȝ inſpiciatur forma verborũ, aut ipſorũ ſenſus, pſertim an verba cõtineant irritationẽ, vel tãtummodò negent actionem in iudicio; nam ſi continent irritationem, certum eſt actum eſſe inualidum, etiam in foro conſcientiæ, modò lex nõ fundetur in falſa præſumptione, iuxta ſuperius dicta quamobrẽ ſi quis prohibeatur aliquid facere his verbis, Non poteſt, Non valet, cenſeo actum eſſe inualidum, quia particula illa negatiua præpoſita verbo, poteſt tollit potẽtiam, vt in ſimili docui de matrimonio cum Sanchez, & alijs de ſuſceptoribus in baptiſmo. Contra Emanuelem Sà V. Lex nu. 28. Hoc tamen intellige iuxta dicenda dubio 1. poſt 3. propoſitionem.

Præterea obſerua interpretationem in hac materia per ſe loquendo, ſtrictè faciendam, & non extẽdendam eſſe, niſi aliter poſtulet verborum ſenſus, aut aliud poſtulet intentio legislatoris, iuxta Regulas inferius tradendas; verſamur enim in materia odioſa. Ita Suarez lib. 5. cap. 32. & alij.

5 Quæres ſecundo, vtrum irritatio ipſo facto impoſita ſtatim incurratur.

Reſpondent aliqui Doctores attendendum eſſe, an irritatio ſit pœnalis, vel non: (nam lex irritatoria aliquando eſt pœnalis, & aliquando non pœnalis; quanquàm, regulariter loquendo, non eſt pœnalis, (vt videri poteſt apud Suarez lib. 5. de legibus. cap. 32. apud Sanchez lib. 3. de Matrimonio diſp. 4. & diſp. 17. apud Salas diſpu. 16. de legibus. ſect. 2.) Si irritatio eſt purè generalis, putant probabiliter requiri ſententiam declaratoriam ad incurrẽdam actualem irritationem, ita Salas ſect. 3.

Ego verò cenſeo irritationem ipſo facto incurri ante declarationem, quoties irritatio non fundatur in falſa præſumptione, ſeu quoties nõ ſeruatur forma ſubſtantialis ad valorem actus requiſita. Ratio eſt quia hæc non eſt pœna, quæ ad ſui executionem requirat actionem hominis, Ita Suarez loco cit. & alij, quos in ſimili retuli de Contractibus, & de ignorantia in tractatu de peccatis.

6 Quæres tertiò, vtrum ad incurrẽdam irritationem requiratur ſcientia legis irritantis.

Re-

Digitized by Google

Reſpondeo ad incurrendam irritationem actus, illius præſertim, qui defectu formæ ſubſtantialis irritatur, non requiri ſcientiam legis irritantis. Ratio eſt quia lex per ſe irritat talem actum, & non reſpicit cognitionem, aut ſcientiã operantis; ergo non requiritur ſcientia legis irritantis. Quamobrem matrimonium clandeſtinũ inualidum eſt, non ſolum reſpectu illius, qui nouit Tridentini decretum irritãs matrimonium clãdeſtinè celebratum; verum etiam reſpectu illius, qui nullam, talis decreti cognitionem habuit. Item qui bona fide, & ex ignorantia profitetur ante decimumſextum annũ, inualidè profitetur. Prætereà, qui bona Eccleſię alienat non ſeruata ob ignorantiam debita forma, inualidè alienat, & qui beneficiũ obtinet, ignorans ſimoniacam conuentionẽ aliorum, qui ſimoniam commiſerunt ad obtinendum huic beneficium inualidè obtinet, vt docui de ſimonia. Ita Sanchez, lib. 3. de matrimonio, diſp. 17. num. 10. Salas diſp. 16. de legibus ſect. 2. & 3. Nauarrus, cap. 23. num. 44. & alij, quos retuli de ignorantia excuſante à peccatis, vbi docui ignorantiam legis excuſare à peccato; non verò ab omni effectu legis, quale eſt irritatio actus: Salas tamen loco citato ſect. 3. num. 4. putat irritationem, quando irritatio eſt pura pœna in odium delicti, commiſsi ab eo, qui actum exercet, non incurri, ſed impediri, quando adeſt inculpabilis ignorantia; nã ignorãtia inuincibilis excuſat à culpa; ergo & à pœna.

Verum quid nobis ſentiendum ſit de irritatione, vt eſt pura pœna in odium delicti, conſtat ex dictis de Cenſuris, dum loqueremur de cauſis excuſantibus à Cenſuris.

7 Quæres quartò, vtrum ex actu humana lege irrito inducatur naturalis obligatio, ſeu, an actus humana lege irritus obliget in conſcientia.

Reſpondeo negatiuè cum Sanchez, libro 1. de matrimonio, diſput. 7. num. 16. & diſput. 20. num. 3. Soto 4. de iuſtitia, quæſt. 5. artic. 3. & quamplutibus alijs, quos retuli de Contractibus diſputa. 3. quæſt. 1. pun. 3. num. 5. contra Iulium Clarum ibidem à nobis relatum, & quamplures alios apud Salas, diſput. 16. ſect. 12. num. 9. Ratio eſt tum quia Eccleſia, & Principes poſſunt actus in vtroque foro irritare, ergo actus lege humana irritus non parit obligationem, alioquin Eccleſia, aut Principes non poſſent actus in vtroque foro irritare. Tum quia ex actu, cui lex reſiſtit, nulla naſcitur naturalis obligatio, L. Quod pupillus, ff. de Conſtitutionibus indebiti; lex autem reſiſtit actui, quem irritat.

Hinc patet ſolutio plurimorum caſuum, quos retuli de Contractibus loco citato, & ſupra §. 3. à quorum explicatione breuitatis gratia in hoc loco ſuperſedeo.

SECVNDA PROPOSITIO.

8 Acta, quæ fiunt contra legem prohibentem, non ſunt inualida per ſe, & ex natura ſua, ex eo ſolum capite, quòd prohibentur à lege. Ratio eſt tum quia lex prohibens actum non reddit ipſum irritum ex natura rei; cum

aliud ſit irritare, & aliud prohibere, & aliqua prohibeantur, quæ valida ſunt, iuxta tritum ſermone prouerbium, Multa illicitè fiunt; quæ tamen facta tenent. Tum quia in materia odioſa reſtringenda eſt obligatio; hic autem verſamur in materia odioſa; cum prohibitio actus odioſa ſit, per ſe loquendo. Tum quia non omnes actus, qui iure naturæ prohibentur, ſunt irriti, vt patet, quando venditur, & traditur res, quæ alteri fuerat promiſſa, aut quando quis poſt ſponſalia cum vna, celebrat matrimonium de præſenti cum alia; nam ex dictis de Contractibus conſtat validum eſſe contractum, quo quis rem vni promiſſam alteri vendit, & tradit, quamuis peccet vendendo, & tradendo; & ex dictis de matrimonio conſtat matrimonium de præſenti celebratum cum vna, poſt ſponſalia prius cum alia celebrata validum eſſe; quamuis peccet, qui tale matrimonium celebrat, vt benè docet Salas, diſput. 16. ſect. 5. & alij quamplures, quos ego retuli de matrimonio. queſtione prima pun. 7. numero primo; ergo neque irriti ſunt actus facti contra legem humanam tantummodo prohibétem, ſed non irritantem. Hic tamen obiter.

9 Obſerua ad cognoſcendum, an aliquis actus iure naturæ irritus ſit, recurrendum eſſe ad poteſtatem moralem alicuius, & ad materiæ capacitatem; nam quoties deeſt poteſtas moralis, aut quoties adeſt incapacitas materiæ, actus irritus eſt iure naturæ. Quapropter matrimonium cum ſecunda celebratum, viuente prima vxore, inualidum eſt iure naturæ; quia vir, qui poteſtatem ſui corporis vni tradidit, non poteſt alteri tradere; ſicut qui rem vni vendidit, & iam tradidit, non poteſt alteri tradere, quia caret poteſtate; cum illam ob primum traditionis actum amiſerit. Ita Salas loc. cit. vbi ex eodem fundamẽto idem concludit in matrimonio inter conſanguineos in primo gradu, & in alijs caſibus, vt in voto per dolum, aut vim, aut per metum grauem emiſſo.

Dixi in propoſitione, per ſe, & ex natura ſua, vt exciperem Terras iuri Cęſareo ſubiectas, in quibus Lex, Non dubium, recepta eſt, ſeu vt aduerterem aliunde fieri poſſe, vt actus factus contra legem prohibentem ſit irritus, vt patet in actu celebrato contra ius commune, prohibens talem actũ; talis enim actus videtur ipſo facto irritus, non per ſe, & ex natura ſua, ſed ex iuris diſpoſitione, L. Non dubium, C. de legibus, & L. Originali, lib. 1. nouellarum Theodoſij.

10 Obſerua tamen, actum factum contra ius commune, non ita videri irritum, vt ſimpliciter, & ſecundum ſe ſit irritus in foro conſcientiæ, & ante ſententiam iudicis, ſed eſt irritus; quia per iudicis ſententiam ita declarari poteſt irritus, ac ſi fuiſſet irritus à principio, ab eo videlicet tempore, quo talis actus præſtitus fuit. Itaque non nego adeſſe multas leges abſolutè, & ſimpliciter prohibentes aliquos actus, & contractus, etiam in foro conſcientiæ ante ſententiam iudicis; ſed nego actus factos contra le-

Digitized by Google

legem, tales actus prohibentem, eſſe ſimpliciter irritos ante ſententiam Iudicis, quanquàm irritari poſſunt, ac ſi à principio fuiſſent irriti, & hoc procedit in ijs tantum locis, in quibus lex Imperatoris recepta eſt, & quatenus recepta eſt; nam actus facti contra legem tantummodo prohibentē per ſe, & ex natura ſua non ſunt irriti, nec videntur irritandi per ſententiam, ac ſi ab initio fuiſſent irriti, niſi aliter iure aliquo pręſcribatur, ſicut re ipſa præſcribitur L. Non dubium, citata, reſpectu illorum locorum, qui legibus Imperatoris ſubijciuntur, modo Lex, Non dubium, recepta ſit, quam paucis in locis receptam eſſe arbitror.

11 Ex dictis in hac ſecunda propoſitione colligi poteſt primo, actus prohibitos lege Canonica, aut etiam prohibitos alia lege, non eſſe inualidos, niſi addantur particulæ irritantes. Ratio eſt tum quia aliud eſt prohibere, aliud irritare. Tum quia nullo iure conſtat actus prohibitos eſſe inualidos, præciſis actibus prohibitis cū clauſula irritante, aut etiam actibus contra ius commune, modo à nobis iam explicato.

12 Secundò colligi poteſt, actum eſſe validum, per ſe loquendo, non ſolum quando prohibetur circunſtantia ipſius actus, vt circunſtantia loci, vel temporis, quæ ipſi actui eſt valdè extrinſeca; verum etiam quando prohibetur ipſemet actus ſimpliciter, ſeu ſubſtantia actus; ſed non irritatur, vel non præſcribitur forma ſubſtantiantialis. Ita Reginaldus, libro 13. numero 185. Salas de legibus, diſput. 16. ſect. 8. numero 26. & 27. Suarez de legibus loc. cit. cap. 25. 27. & 28. Molina, Baldus, & alij, quos in ſimili retuli de Contractibus, diſput. 3. quæſt. 1. pun. 3. num. 23.

13 Tertiò, irritum eſſe actum, qui ſub hac loquendi forma prohibetur, ipſo iure irritus ſit, non valeat, pro infecto habeatur, careat viribus, nullas vires habeat, incaſſum aget, inutiliter aget, fruſtra aget, locum non habeat, fruſtra fiat, modo illa particula, fruſtra, accipiatur in propria ſignificatione; nam his verbis non ſolum prohibetur, verum etiam irritatur actus ipſo iure.

Idem dicendum cenſeo de verbis impedientibus tranſlationem dominij, vt ſi dicatur, Non faciat ſuum, non poſsit in conſcientia recipere, vel retinere. Videte Felinum Capite, Rodulphus, de reſcriptis, numero 23. & ſequentibus. Salas diſp. 6. ſect. 8. num. 29. & ſequentibus, & alios, quos ſupra retuli §. 2. quęſito 1. dum loquerer de pœna ipſo iure lata.

Sed hinc tranſeamus ad explicādam tertiam difficultatē, quam tertio loco propoſuimus, vtrum videlicet actus ſine ſolemnitate requiſita à iure celebratus, inualidus ſit non ſolum in foro externo; verum etiam in foro conſcientiæ. Cuius difficultatis ſolutio, licèt colligi poſsit ex dictis de Contractibus, diſput. 3. quęſt. j. pun. 3 num. 23. Nihilominus cum ſit huius loci propria, poſsitq; tanquàm Regula generalis proponi, hic eam duxi clarius explicare. Sit igitur,

TERTIA PROPOSITIO.

14 Actus celebrati ſine forma ſubſtantiali, ſeu ſine ſolemnitate requiſita à iure, inualidi ſunt; non ſolum in foro externo, verum etiam in foro conſcientiæ. Ratio eſt tum quia ſicut in phyſicis res non ſubſiſtit ſine forma ſubſtantiali, ita in moralibus res, ſeu actus non ſubſiſtet, ſi celebretur ſine ſolemnitate, ſeu forma ſubſtantiali requiſita à iure. Tum quia ſicut cõtrahentes poſſunt ſibi certas leges indicere, ſeu formas præſcribere, vt illis omiſsis irritus ſit contractus; ita legislator poteſt certam ſolemnitatem, ſeu formam imponere, vt ea omiſſa actus omninò ſit inualidus. Tum quia ſicut actus, qui defectu formæ, ſeu ſolemnitatis irritatur lege diuina, irritus eſt in vtroque foro, (conſtat enim ſacramentum adminiſtratũ ſine forma irritum eſſe non ſolum in foro externo, verum etiam in foro conſcientiæ) ita actus, qui defectu formæ, ſeu ſolemnitatis lege humanæ irritatur, irritus eſt in vtroque foro.

15 Hinc ſequitur primò, Matrimonium clandeſtinum, alienationem bonorum Eccleſiæ, & electionem factam ſine ſolemnitate ſubſtantiali, inualidam eſſe in vtroque foro, vt patet tum ex rationibus allatis. Tum ex dictis §.3.

16 Secundò, irritos eſſe in vtroque foro actus, & contractus, qui ſine forma, & ſolemnitate ſubſtantiali præſcripa à iure ciuili celebrantur, exceptis actibus factis ad cauſas pias, vt pluribus oſtendi de Contractibus loc. cit. Quanquam Suarez, libro 5. cap. 32. num. 7 putat in legibus ciuilibus reſpicientibus commodum ſingulorũ facilius fieri poſſe, vt actus non ſint irriti in conſcientia, ſeu quoad obligationem naturalem; Cum enim forum ciuile intendat præcipuè exteriorem gubernationem, & pacem, quę per iudiciales ſententias obtineri ſolet, non quælibet forma à iure ciuili introducta reddit actum inualidum in foro conſcientiæ.

17 Sed modo dubium eſt primò, quomodo poſsimus cognoſcere aliquam formam, ſeu ſolemnitatem eſſe ſubſtantialem; & non tantummodo accidentalem.

Reſpondetur cenſeri ſubſtantialem.

Primo, quando præſcribitur aliqua forma, ſeu ſolemnitas, appoſita clauſula irritante factum ſine tali forma celebratum; ſicut enim in phyſicis illa dicitur forma ſubſtantialis, qua deſtructa corrumpitur compoſitum, ita in moralibus illa dicitur forma ſubſtantialis, qua non ſeruata actus non ſubſiſtit; actus autem non ſubſiſtit, quoties præſcribitur aliqua forma, ſeu ſolemnitas appoſita clauſula irritante actum aliter factum. Ita Molina tract. primo de iuſtitia, diſput 81. Sanchez libro tertio de matrimonio, diſput. 7. nume ro quarto; Salas de legibus, diſputat. 16. ſect. 9. numero 41. Gutierez de matrimonio, cap. 61. num. 5. Suarez, libro 5. cap. 32. Baldus, Felinus, & alij apud præcitatos Doctores.

Secundò, cenſeri formã ſubſtantialem, quando præſcribitur aliqua

qua ſolemnitas, dum committitur, ſeu communicatur alicui poteſtas ad faciendum aliquid ſeruata tali forma, ſeu ſolemnitate. Ratio eſt quia tunc forma dicitur ſubſtantialis, quando ea non ſeruata actus non ſubſiſtit; ſed quãdo alicui cõicatur poteſtas ad aliquid faciendum ſub tali conditione, ſeu ſeruata tali forma, actus non ſubſiſtit, non ſeruata tali forma; cum actus cenſeatur factus vltra poteſtatem; ergo illa forma eſt ſubſtantialis, quæ præſcribitur, dum alicui datur poteſtas ad aliquid faciendum ſeruata tali forma. Ita Felinus Capite, Ex parte de Conſtitutionibus in principio Sanchez lo. cit. Salas lo. cit. ſect. 9. ad finem Suarez loc. cit. & alij communiter.

Tertiò, aliqui Doctores putant induci formam ſubſtantialem, quãdo aliquid faciendum decernitur aliter, quàm iure communi præſcriptum ſit. Ita Decius conſilio 12. nu. 23. & conſil. 62. num. 43. & alij apud Gutiérez loc. cit. num. 6. Verum hanc Regulam ego non puto vniuerſaliter veram, niſi illi adiungantur reliquæ Regulæ, quas nos aſsignauimus, & aſsignabimus; non enim ſufficiẽter probatur formam eſſe potius ſubſtantialem, quàm accidentalem, quando aliquid præcipitur aliter faciendum, quam iure communi diſpoſitum ſit, niſi aliter conſtet de mente diſponentis ex alijs Regulis, & coniecturis; nam ſi quis mandet alicui, vt matrimoniũ ſuo nomine contrahat ſine præmiſſis denũciationibus matrimonium validum eſt, ſiue præmittantur, ſiue non præmittãtur, niſi aliud conſtet de mente mandantis.

Quartò, formam cenſeri ſubſtãtialem, quando aufertur, aut limitatur poteſtas ad aliquid faciendum cum tali forma. Ratio eſt quia cum acta ſine poteſtate ſint inualida, & illa dicatur forma ſubſtantialis, ſine qua actus inualidè celebrantur, vt benè argumentantur Sanchez, Suarez, & alij locis citatis, ſequitur illam dici formã ſubſtantialem, qua limitatur, vel aufertur poteſtas, niſi talis forma, ſeu ſolemnitas ſeruetur.

Ex quo patet, formam cenſeri ſubſtantialem, quando ſacerdoti conceditur facultas abſoluẽdi hoc modo; Concedimus facultatẽ abſoluendi iniuncta ſatisfactione, aliter non poſsis abſoluere; Facultas enim conceditur ſeruata tali forma, & limitatur, vel aufertur poteſtas, abſoluendi ſub tali forma per particulam, non poſsis aliter abſoluere.

Hoc tamen intelligi debet, niſi clauſula, nõ poteſt, accipiatur pro, licitè non poteſt; talis enim clauſula hoc modo accepta per ſe, & ex natura ſua non videtur auferre, aut negare potentiam ad aliquid validè faciendum; ſed potius negat potentiam ad aliquid licitè faciendum, iuxta cõmune iuris axioma, Illud poſſumus, quod iure poſſumus, credendum eſt nos non poſſe facere, quæ contra bonos mores fiunt, L. Filius, ff. de conditionibus inſtitutionum, Ita Couarruuias capite; Quamuis pactum, parte 2. §. 4. Salas, diſputat. 16. ſect. 8. numero 31. Suarez & alij locis citatis.

Obſerua tamen, quãdo non conſtat, vtrum clauſula, non poteſt, neget potentiam ad actum validè faciendum, inſpiciendam eſſe mate-

teriam, & penſandas eſſe reliquas regulas, & circũſtantias, ex quibus conijcere licebit, an neget potentiam, ſeu, an inducat formam ſubſtantialem.

Præter dictas autem Regulas, ſeu circunſtantias, hanc etiam puto obſeruãdam, vt videlicet inſpiciatur, vtrum actus, ad quem faciẽdum forma præſcribitur, pendeat à poteſtate conceſſa à ſuperiore, vel, an ſit actus propriæ auctoritatis. Si actus pendet à poteſtate Superioris, ideſt ſi lex, ſeu ſuperior, dum præcipit formam, ſimul etiam dat poteſtatem ad efficiendum actum, ſeruata tali forma, credibile eſt ſuperiorem per clauſulam, non poteſt, velle auferre, vel limitare poteſtatem, conſequenter actum aliter factum inualidum eſſe. Si verò actus non pendet ab auctoritate ſuperioris, ſuperior non videtur velle auferre potentiam, quæ iam ſupponitur ante illius formæ Conſtitutionẽ, niſi aliunde cõſtet ſuperiorem velle potentiam auferre. Ita Sylueſter verbo, cõſilium, quæſito 3. Tabiena quæſito 6. Angelus num. 3. Emanuel Sá verbo, Lex, nu. 13. Salas loc. cit. nu. 33. Suarez loc. cit. & alij apud Salas lo. cit. ſect. 10. num. 42. & 43. Rodriquez tomo 2. quæſt. Regularium, quæſt. 45. art. 2.

Itaque forma cenſetur accidentalis, & non ſubſtantialis, ſi, dum præſcribitur aliqua forma, poteſtas ad faciendum actum non communicatur, ſed iam ſupponitur; conſequenter actus ſine tali forma celebratus non eſt irritus, niſi apponatur aliqua particula irritans. Ratio eſt quia actus, qui deinde fiunt, cenſentur prouenire à poteſtate hominis, quam agens ante Conſtitutionem, & præſcriptionem talis formæ habebat; ſi ergo ante conſtitutionem talis formæ actus fuiſſent validi, cenſebuntur etiam validi poſt Conſtitutionem formæ cum proueniant ab ea poteſtate, quæ non tollitur per formam poſterius præſcriptam, niſi apponatur clauſula irritans, aut niſi aliter cõſtet de mente præſcribentis formam.

18 Hinc ſequitur primò, validum eſſe matrimonium ſine denunciationibus celebratum; quia denunciationes non præſcribuntur tanquam forma ſubſtãtialis, vt docui de contractibus diſp. 3. quæſt. 1. pun. 4. ad finem, & patet ex dictis de matrimonio.

19 Secundò, Epiſcopum excõmunicãtem ſine ſolemnitate requiſita à iure, exempli gratia, ſine ſcriptura, vel ſine expreſsione cauſæ, validè excõmunicare, quia ius præſcribens ſolemnitatem, ſeu formã ſcripturæ, vel expreſsionis cauſæ non præſcribit tanquã formam ſubſtantialem, vt patet ex mox traditis, nempè quia non confert poteſtatem ad excommunicandum ſeruata tali forma, ſed ſupponit poteſtatem excommunicandi, eaque ſuppoſita præſcribit formam non addendo clauſulam irritantem aliter factum; quoties enim ſit aliquis actus, ad quem quis antea poteſtatem habebat, non eſt credibile ipſius poteſtatem reſtringi per ſimplicem formæ appoſitionem. Ita Salas ſect. 10. num. 43. Suarez, Emanuel, & alij DD. citati.

20 Tertiò, inualidam eſſe alienationem bonorum Eccleſiæ factam ab aliquo ſine forma præſcripta cũ particula, Non poteſt; actus enim alie-

alienationis bonorum Eccleſiæ pẽdet ab auctoritate ſuperioris, & poteſtas alienandi confertur, dum præſcribitur ſolemnitas, & forma, vt ſuppono.

21 Secũdò dubium eſt, vtrum quælibet omiſsio formæ ſubſtantialis reddat actum irritum.

Reſpõdent Suarez lib. 5. cap. 32. num. 10. Azorius parte j. lib. 5. cap. 28. verſiculo, Animaduertendum, & alij apud Suarez, quamlibet omiſsionem etiam leuem efficere actum irritum.

Molina verò tract. 2. de iuſtitia, diſp. 81. in fine. Emanuel Sà verbo, Interpretatio num. 6. Bartolus, & alij apud Molinam, & apud Suarez locis citatis, putant ob leuem formæ omiſsionem non effici actum irritum; quia parum pro nihilo reputatur.

Mihi placet opinio Molinæ, & Emanuelis Sà; quanquàm magna prudẽtia opus eſſe arbitror in dijudicãda grauitate, & leuitate omiſſionis; nam fieri poteſt, vt aliqua omiſsio ſit leuis entitatiuè, & phyſicè, & nihilominus moraliter cenſeatur grauis, vt conſtat in materia Sacramẽtorum, in qua fieri poteſt, vt corruptio vnius Syllabæ, aut litteræ cenſeatur omiſsio moraliter grauis, vt ſi in forma baptiſmi in illa particula, Patris, tollatur littera, P, & addatur, M, formatur vox, Matris, cõſequenter tollitur ſignificatio ſubſtantialis formæ.

Idem in teſtamento, aut matrimonio poteſt obſeruari, in quo defectus vnius teſtis reddere poteſt teſtamẽtum, vel matrimonium inualidum, vt patet ex dictis de teſtamentis, & de matrimonio.

22 Tertiò dubium eſt, vtrum actus ex iuſta, aut etiam ex vrgentiſsima cauſa factus ſine ſolemnitate à iure prçſcripta validus ſit.

Reſpondeo negatiuè iuxta probabiliorem Doctorum opinionem. Ratio eſt tum quia ignorantia, etiam omninò inuincibilis legis irritantis, non efficit actum validum, Argumento textus in Capite 1. de conceſsione præbendæ in ſexto, & præter Doctores ſupra citatos in hoc paragrapho, quæſito 3. & in tractatu de peccatis, hoc docet multis Doctoribus allegatis Sanchez, lib. 3. de matrimonio diſp. 17. num. 10. & Gutierez de matrimonio, cap. 61. num. 10. ergo neque iuſta cauſa actũ aliàs inualidum efficit validum. Tum quia matrimonium quauis ex cauſa celebratum ſine præſentia Parochi, & teſtium eſt inualidum, vt docui de Matrimonio, ergo actus iuſta de cauſa celebratus ſine ſolemnitate, inualidus eſt. Tum quia poſita iuſta cauſa adhuc verum eſt dicere actum celebratũ fuiſſe ſine ſua forma ſubſtantiali; actus autem ſine forma ſubſtantiali celebratus non eſt validus. Ita Ceuallus Quæſtionum communium cõtra cõmunes quçſt. 604. num. 63. & 73. Henriquez, lib. 11. cap. 5. num. 5. & 8. Sanchez lo. cit. num. 4. Rodriquez in ſumma par. j. cap. 219. num. 17. Gutierez de matrimonio, cap. 61. nu. 7. & alij contra Couarruuiam de ſponſalibus 2. parte, cap. 6. num. 12. & alios apud præcitatos Doctores.

Obijcies. Leges humanæ non obligãt cum magno rigore, vt patet in prçcepto Miſſç, & ieiunij. Neque excludunt epicheiam, ſed admittũt interpretationem ex æquo, & bono; ergo dicendum videtur

actum ex iuſtiſsima cauſa celebratum ſine forma præſcripta à iure, validum eſſe.

Rñdeo negãdo leges humanas præſcribentes formã, ſeu irritãtes actum aliter factum, non obligare in quolibet caſu, & admittere interpretationem, ſeu Epicheiam cũ illam videantur leges excludere, dum inducunt formam ſubſtantialem, & irritant actus aliter factos, vt in ſimili patet de matrimonio graui de cauſa celebrato ſine Parocho, aut teſtibus in articulo mortis, aut in locis, in quibus vel non habetur copia Parochi, vel per integrum annum vix habetur; nam huiuſmodi matrimonium inualidũ eſſe conſtat ex dictis de matrimonio cum Doctoribus præallegatis, cõtra Capuam, & alios apud Sanchez loc. cit. num. 3. & apud Gutierez loc. cit.

Immò nec Epiſcopũ in hac parte poſſe diſpenſare, vt matrimoniũ ſine Parocho, aut teſtibus validè celebretur, graui interueniẽte cauſa, docet Sanchez loc. cit. num. 6. Henriquez. Gutierez, & alij locis citatis; nam adhuc verum eſt dicere deeſſe formam ſubſtantialem à iure præſcriptam.

23 An verò aliquis peccet faciendo ex iuſta cauſa actum inualidũ, patet ex Regulis generalibus traditis de Peccatis; aliud enim eſt actum eſſe inualidum, aliud peccare faciendo talem actum: nam qui matrimonium ex graui metu celebrat, non peccat iuxta Doctores, quos retuli de matrimonio; quanquam matrimonium cum huiuſmodi metu celebratum inualidum eſt, nec tribuit ius ad petendum, vel reddendum debitum.

PVNCTVM VIII.

Quomodo explicanda ſit lex humana.

1 *Verborum proprietas alia eſt naturalis, alia Ciuilis.*

2 *Licet leges interpretari non ſolum exponendo, ſed ampliando, & coarctando etiam.*

3 *Licet Concilium Tridentinum obiter interpretari.*

4 *Declarationes Cardinalium circa Tridentinum non videntur vim legis habere, antequam ſufficienter promulgentur.*

5 *Declarationes Cardinalium amplectendæ ſunt tàm pro ſingulari caſu, quàm reſpectu aliorum.*

6 *Iudices ſententias ferre debent iuxta declarationes Cardinalium.*

7 *Ex his declarationibus colligitur obligatio, & quoad futura, & præterita facta poſt legem, circa quam fertur declaratio.*

8 *Lex humana odioſa extendenda, & explicanda eſt, quatenus importans verba iuxta proprietatem naturalem.*

9 *Lex in materia fauorabili extendenda eſt quantum verba patiuntur iuxta proprietatem naturalem, & ciuilem.*

10 *Lex fauorabilis loquens de filijs extendenda eſt ad filios adoptiuos.*

11 *Lex loquens de legitimis extendenda eſt ad legitimatos etiam.*

12 *Poteſt dari lex ex vno capite odioſa, & ex alio ita fauorabilis, vt potius vt fauorabilis, quam vt odioſa explicanda ſit, & è contra.*

13 *Lex dicitur fauorabilis, quæ prima-rio prodeſt aliquibus, & o[illegible]*

quæ primario pœnam continet, quamuis ſecundario alteri proſit.

14 *Lex tàm fauorabilis, quàm odioſa non eſt explicanda vltra proprietatem verborum naturalem, & ciuilem, niſi neceſsitas cogat.*

15 *In dubijs in materia legis pœnalis benignior pars amplectenda eſt ſeruata verborum proprietate.*

16 *Standum eſt verbis legis ſecundum propriam ſignificationem acceptis, etiamſi legislator extra legem dicat ſe aliter intellexiſſe.*

17 *Seruãda eſt mens legislatoris intrinſeca non vero extrinſeca.*

18 *Quando verba legis plures habent ſenſus proprios, & dubitatur quinam intendatur à legislatore, verba accipienda ſunt iuxta ſenſum rei magis proportionatum.*

19 *Quando lex duplicem habet ſenſum, vnum iuxta verborum proprietatem, & alterum iuxta communẽ loquendi modum, explicanda eſt iuxta modum, quo accipiebatur quando condita lex fuit.*

20 *Quando verba legis duplicem habent ſenſum communem, ſed vnum proprium alterum improprium, explicanda ſunt iuxta ſenſum, qui probabilius conijcitur intentus à legislatore.*

21 *Vnde dignoſcatur in dubijs mens legislatoris.*

22 *Quando particulariter ſtatuitur id, quod habetur in iure communi, talis conſtitutio explic[...] formam iuris comm[...] intend[...] legislat[...]*

23 *Lex [...] ob [...]*

ſurripientes centum aureos, extenditur ad ſurripientes rem æqualis valoris.

25 *Quod dicitur de vno correlatiuo, dicitur etiam de alio, quando vnum ponitur exemplariter.*

26 *In lege fauorabili non eſt facienda extenſio, niſi verba legis hanc extenſionem patiantur, & niſi neceſsitas cogat.*

27 *Interpretatio extenſiua, altera eſt neceſsitatis, altera congruitatis, ſeu voluntatis.*

28 *Particulæ, &, vel, aut, aliquando accipiuntur coniunctiuè, aliquando disiunctiuè.*

29 *Particulæ, ſeu, ſiue, & vè, aliquando copulatiuè, & aliquando disiunctiuè, particulæ tamen, ſeu, & ſiuè, copulatiuè vt plurimum accipiuntur.*

1 NOtandum eſt cum Salas diſput. 21. ſect. 13. num. 27. & alijs Doctoribus infra referendis, duplicem eſſe verborum proprietatem.

Prima dicitur naturalis, & hæc talis dicitur, non quia ſit a natura (conſtat enim omnia verba ſignificare ad placitum, & ex inſtituto) ſed quia talis eſt ipſorum ſignificatio ex prima ipſorum inſtitutione, aut ex communi loquendi vſu totius populi, vt eſt verbum, Mors, [...] iuxta proprietatem naturalẽ [...] mortem naturalem.

[...]nda dicitur ciuilis, & hæc [...], quia ob ſimilitudinẽ, [...]ionem extenditur à iu[...] ſignificandum, quàm ex [...]ſtitutione ſignificet, vt [...]o, quæ appellari ſolet [...]s, non iuxta proprieta[...]orum naturalem, ſed potius

tius iuxta ciuilem, & quaſi metaphoricam: & verbum, filius, adhibetur ad ſignificandum non ſolum filium naturalem, verũ etiam adoptatum, ita Suarez lib. 6. de legibus, cap. primo, nu. 9. & alij DD. infra citandi.

His poſitis in hoc pũcto explicãdũ eſt. Primò, vtrũ liceat leges humanas interpretari. Secundò, quomodo explicanda ſit lex humana odioſa. Tertiò, quomodo explicanda ſit lex naturalis. Quartò; vtrum vtriuſq; legis interpretatio extendenda ſit vltra proprietatem verborum.

PRIMA PROPOSITIO.

2 Licitum eſt leges interpretari non ſolum exponendo, verum etiam ampliando, aut coarctando iuxta Regulas infra in hoc puncto tradendas. Ratio eſt tum quia frequenter vtilis eſt, & neceſſaria legum interpretatio, vt legiſlatoris voluntas intelligatur, & ſeruetur. Tum quia ſic colligitur ex L. Vnica, C. de Profeſſoribus. L. prima, ff. ſi certum petatur, & ex alijs iuribus, quæ communiter à Doctoribus adducuntur. Tum quia hic eſt vſus, & praxis, & communis Doctorum opinio, quam ſequitur Diuus Thomas 2.2. quæſt. 60. art. 5. Caietanus ibidem. Sotus lib. 1. de Iuſtitia. quæſtio 4. art. 5. Nauarrus cap. 27. num. 282. Couarruuias. Regula, Poſſeſſor 2. par. §. 6. nume. 2. Bartolus, & alij apud Salas de legibus, diſp. 21. ſectio 11.

Neque obſtat lex, in Prætorijs, ff. de Prætorum ſtipulationibus, & Caput, Sicut, 11. q. 1. & alij ſimiles textus, in quibus dicitur illius eſſe leges, & Canones interpretari, cuius eſt condere.

Reſpondetur enim ibi ſermonẽ eſſe, non de ſimplici interpretatione, ſed de generali, & neceſſaria per modum legis, hanc enim interpretationem conſtat ad eum pertinere, cuius eſt leges, & canones cõdere, vt bene docet Suarez libro 6. cap. 1. num. 2. & alij Doc. citati.

3 Sed modo dubium eſt, primo vtrum liceat etiã interpretari Cõcilium Tridentinum.

Ratio dubitãdi eſt, quia Pius IV. in extrauaganti, Benedictus Deus, quam extrauagantem refert Sayrus de Cenſuris lib. 3. cap. 35. nume. 21. pagina 306. prohibet Prælatis ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. Alijs vero quibuſcunque ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ne quis audeat ſine Sũmi Pontificis auctoritate Commentarios, Gloſſas, Annotationes, vlumq; omninò interpretationis genus ſuper ipſius Concilii Tridentini decretis, quocunque modo edere. Præterea Xiſtus V. in quadam bulla, quæ incipit, Immenſa æterni Dei, quam ex parte refert Sayrus lo. cit. Rodriquez tomo 1. Quæſtionum Regularium quæſt. 11. art. 6. & Salas diſp. 21. ſec. 12. verſiculo. Quæ ſententia, reſeruat Summo Põtifici interpretationẽ decretorũ Cõcilij pertinentium ad dogmata fidei aliorum verò decretorum explicationem permittit Congregationi Cardinalium huic muneri præfectorum. His non obſtantibus.

Reſpondetur licitum eſſe obiter interpretari decreta Tridentini; vnde arbitror extrauagantem Pii IV. aut intelligendam eſſe de Commẽtariis, Annotationibus, & interpreta-

tationibus ex profeſſo, & quaſi auctoritatiuè circa cōcilium factis; non vero de illis, quæ reuerenter, & humiliter in re dubia obiter fiūt, aut non videri in hac parte receptam, ita vt obliget ad non explicādum obiter Tridentinum. Ita Sayrus loc. cit. Rodriquez loc. cit. art. 3. Suarez tomo 5 de Cenſuris diſp. 27. ſect. 7. num. 12. Salas loc. cit. ſect. 11. verſi. Ad ſecundum. Henriquez lib. 7. cap. 29. nu. 4. & alii.

4 Secundò dubium eſt, quam vim habeāt declarationes Illuſtriſſimorum Cardinalium, vtrum videlicet vim legis habeant, & obligent tanquam leges, an potiùs cenſeantur tantummodo interpretationes, & probent ſolum tāquam opiniones ſapientiſsimorum Patrum, & Doctorum.

Reſpondent aliqui Doctores declarationes Illuſtriſsimorum Cardinalium vim legis habere. Ratio eſt tum quia Xiſtus V. in bulla in præcedenti dubio relata maiorē tribuit Cardinalibus explicandi Cōcilij auctoritatem, quam reliqui Doctores habeant; ſed reliqui Doctores poſſunt obiter per modum doctrinæ, & non auctoritatiuè interpretari Concilium; ergo interpretatio Illuſtriſsimorum Cardinalium nōn ſolum erit doctrinalis; verum etiam auctoritatiua, & per modum legis. Tum quia ſi Cardinalium Declarationes vim legis nō haberent, ſequeretur inutilem eſſe ſacræ Congregationis inſtitutionē ad explicanda dubia circa Tridentinum. Tum quia eadem Cardinalium Congregatio, teſte Nicolao Garzia in Proemio tractatus de Beneficijs. Zerola in Praxi Epiſcopali parte 1. verbo, Auctoritas, & Salas de legibus diſpu. 21. ſect. 12. hoc declaraſſe videtur, his verbis, Eadem ratio habenda eſt de ijs, quæ ſcribuntur a Cardinalibus Sanctæ Congregationis Concilij, nomine ipſius Congregationis, ac ſi à Papa ſcriptæ eſſent. Tum quia in decidendis, & definiendis litibus Rota Romana ſequitur Declarationes Cardinalium, vt patet ex Deciſionibus Rotæ 1. parte, deciſione 482. & 743. & 2. parte, deciſione 325. & 328. & expreſsius in vna Tridenſi die Mercurij 28. Nouembris, anno 1607. quam refert Salas loc. cit. ergo ſignum eſt declarationes Cardinalium vim legis habere. Ita Emanuel Rodriquez tomo 1. Quæſtionum Regularium quæſt. 11. art. 6. Salas diſp. 21. ſect 12 Garzias, & Zerola locis citatis. Ricius in ſua praxi deciſ. 524. nu. 5. Idem ſentire videtur Nauarrus conſilio 1. de Conſtitutionibus, & Rebellus multis in locis de matrimonio, vbi mordicus adhæret Declarationibus Illuſtriſſimorum Cardinalium.

Neque obſtat dicere extare aliquas declarationes ſibi cōtrarias; nam extant etiam aliquæ leges cōtrariæ, & tamen non licet inferre leges non obligare; ſicut ergo lex poſterior contraria priori obligat, ita declaratio poſterior contraria priori obligare videtur, vt innuit Suarez 3 parte to. 3. diſp. 28. ſect. 6. Salas de legibus diſp. 2. ſec. 9. verſi. Secundo, nu. 51.

Addunt Rodriquez loc. cit. arti. 1. & 2. & alij, quos tacito nomine refert Salas diſp. 21. ſec. 12. Declarationes Cardinalium obligare ante promulgationem; quamuis enim ad obligationem legis inducendā requiratur publicatio, tamen hoc

ſolum

ſolum valet in legibus, quæ de recenti feruntur; non verò in legibus declaratorijs; cum enim declarationes ſint aliquid acceſſorium legi, ipſique ab initio inſint, L. Ita fidei. ff. de iure fiſci, non eſt neceſſe, vt declarationes publicentur; ſed ſufficit leges ipſas, quæ declarantur receptas, & publicatas fuiſſe.

Ego vero ad propoſitam difficultatem reſpondeo declarationes ſacræ Congregationis maximi quidem ponderis, & auctoritatis eſſe, ab ijſque nulla ratione recedendũ eſſe ſine firmiſsimis fundamentis, & vrgentiſsimis rationibus; ſed niſi aliter per Sedem Apoſtolicam declaretur, cenſeo vim legis non habere, antequam ſufficienter proponantur, & publicentur, loquimur autem de ijs declarationibus, quæ aliam expoſitioně probabilem non admittunt.

Hæc mea concluſio, duas habet partes.

Prima eſt, declarationes Cardinalium maximi ponderis, & auctoritatis eſſe, &c. hæc pars per ſe clara eſt, nec probatione videtur indigere; quanquàm efficaciter, & ſufficienter probatur rationibus adductis pro ſententia Rodriquez, Zerolæ, & aliorum, quos retuli in prima reſponſione, arbitrantium declarationes Sacræ Congregationis vim legis habere.

Secunda pars eſt, Declarationes Cardinalium vim legis non habere, antequam ſufficienter proponantur, & publicentur. Ratio eſt quia interpretationes vim legis nõ habent, donec promulgentur, vt ſuperius oſtendimus, & ita docet Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 1. licèt enim in rebus claris, & manifeſtis declarationes obligent, & dicantur inesse legi, nec publicatione indigere videantur; tamen in rebus dubijs, in quibus extare poſſunt opiniones contrariæ circa intelligentiam legis, opus eſſe arbitror noua publicatione, vt declarationes vim legis habeant, & obligationẽ inducant ad ipſas non deſerendas; & ad non ſuſtinendam opinionem oppoſitam, aliud enim eſt legem iam conditam, & publicatam obligare, aliud eſt declarationem ipſius legis obligare, itaut ab ipſa declaratione non liceat recedere, vel aliam amplecti. Ita Suarez de legibus, quem citat, & ſequi videtur Salas diſput. 2. de legibus ſect. 9. ad finem, num. 53. & diſput. 21. sec. 12. verſic. Quinto colligunt. Idem innuit Sanchez, & alij recentiores, qui aliquibus opinionibus adhæſerunt contra declarationes Cardinalium.

Ad rationes in contrarium, quatenus videntur huic ſecundæ parti noſtræ concluſionis obſtare, reſpõdetur ex ipſis colligi ſolum declarationes Cardinaliũ, antequã ſufficienter promulgentur, maximæ auctoritatis eſſe, & ab ipſis nõ eſſe recedendum ſine ſufficienti ratione, & fundamento. Sicut enim in omni arte iudicium peritorũ illius artis magnam parit probabilitatẽ, ita iudicium Illuſtriſsimorum Cardinalium tantæ auctoritatis eſt, vt maximam inducat probabilitatẽ quanquam vim, & obligationem legis non inducit, niſi adſit cõſenſus, & auctoritas Summi Pontificis ſeruatis regulis neceſſarijs ad legem condendam, vt docet Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 3. & 6.

5 Rogabis primo, vtrum declarationes

tiones Illuſtriſsimorum Cardinaliũ amplectendæ ſint non ſolum reſpectu illius, pro quo in ſingulari caſu feruntur, verum etiam reſpectu aliorum.

Reſpondeo amplectendas eſſe etiam reſpectu aliorum. Ratio eſt quia ſunt maximæ auctoritatis, & vicem gerunt interpretationis generalis in omnibus cõſimilibus caſibus. Ita Rodriquez, Salas, & alij locis citatis.

6 Rogabis ſecundo, vtrum Iudices ſententias ferre debeant iuxta declarationes Cardinalium.

Reſpondeo affirmatiuè, vt patet ex rationibus allatis, verum tamẽ eſt, illum, qui coram Iudice, cui alias non ſufficienter innotuit Cardinalium declaratio, litibus contendit, ſuamque cauſam tuetur declaratione Cardinaliũ, debere declarationem ſufficienter probare; ipſi enim incumbit onus probandi, vt Iudex ſententiam pro ipſo iuxta declarationem ferre valeat, & partem aduerſam obliget. Poterit autem declarationem probare autentica atteſtatione alicuius Cardinalis fidem facientis nomine cõgregationis, aut ſcriptura ſigillo Secretarij comprobata, aut reſcripto Sanctiſsimi, vt docet Salas diſput. 21. ſect. 12. & Maſcardus de Probationibus.

7 Rogabis tertiò, vtrum ex declarationibus Cardinalium colligatur obligatio non ſolum quoad futura, verum etiã quoad præterita, poſt factam legem, circa quam fertur declaratio.

Reſpondeo colligi obligationẽ nõ ſolum quoad futura, verum etiã quoad præterita, niſi adſit oppoſita declaratio, & probabilis Doctorum opinio in contrarium, quam pars aduerſa ſuſtinere velit. Ratio eſt quia licèt ipſa declaratio precisè non obliget quoad præterita, obligat tamen lex, quæ declaratur, & potius lex antiqua dicitur obligare, quam noua declaratio; nam qui declarat nihil noui dicitur inducere, L. Hæredes palàm. ff. ſi quis poſt de teſtamentis. Ita Abbas, Baldus, Felinus, & alij apud Naldũ verbo, Declarare, apud Salas de legibus diſp. 21. ſect. 12 verſiculo, Quarto colligo & apud Suarez lib. 3. cap. 14. num. 13. & lib. 6. c. 4 nu. 13.

SECVNDA PROPOSITIO.

8 Lex humana odioſa explicanda, & extendenda eſt, quatenus important verba accepta iuxta proprietatem naturalem. Ratio eſt quia cũ propoſitio generalis generaliter accipienda ſit, L. Proſpexit ff. qui, & à quibus, cumq; homines ordinariè loquantur iuxta proprietatem verborum naturalem, ſequitur verba legis generaliter accipi debere iuxta proprietatẽ naturalem; non verò ſtrictius, aut latius Ita Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 7. & cap. 4. nume. 3. & alij communiter, quos infra referam in hoc paragrapho. Hoc tamen limitandum eſt, modò neceſsitas, ſeu ſpecialis aliqua ratio non cogat aliter accipere. Quamobrem ſicut in generali conceſsione non veniunt ea, quæ non eſſet quis in ſpecie veroſimiliter cõceſſurus, ita in generali prohibitione, vel præcepto non veniunt ea, quæ Princeps nõ eſſet in ſpecie veroſimiliter præcepturus, cum lex ab ipſius voluntate pendeat. Ita Suarez lib. 6. cap. 5. nu. 11. & cap. 6. num.

num.4. & alij ferè communiter, cōtra nonnullos alios apud Antoniū Gabr. lib.6. titulo de legibus conſilio primo, omiſsis ijs, quos retuli de abſolutione ab hæreſi, & infra referam de Epicheia.

TERTIA PROPOSITIO.

9 LEx in materia fauorabili explicāda, & extēdēda eſt, quātum verba patiuntur nō ſolū iuxta proprietatem naturalem, verū etiā iuxta ciuilem. Ita Emanuel Sà verbo, Interpretatio, num.1. & 3. Salas diſp.21. ſec.3. & alij Doc. ſtatim citādi. Ratio, inquit Suarez loc. cit. cap.2. nume.5. eſt, quia vnaquæque ars adhibet verba, & inſtrumenta ſibi propria, & iuxta propriam inſtitutionem; ergo idem ſeruari debet in legibus fauorabilibus, ita vt verba non ſolum iuxta proprietatē naturalem, verum etiam iuxta ciuilem à iure inſtitutam accipiātur.

10 Ex quo infertur primo legē fauorabilem loquentem de filijs extendendam eſſe ad filios adoptiuos; quia adoptatus venit nomine filij iuxta proprietatem ciuilem a iure inſtitutam, vt docet Suarez libro 6. cap.2. nu.6. Menochius lib.4. præſumpt. 89. n.36. vbi alios refert.

11 Secundò legem loquentem de legitimis extendendam eſſe ad legitimatos, quia legitimorum nomine, regulariter loquendo, veniūt etiam legitimati. Autentica quibus modis nati efficiantur, &c. Ita Suarez loco citato.

12 Rogabis, vtrum dari poſsit aliqua lex, quæ ſit pœnalis, ſeu odioſa ex vno capite, ex alio autem capite, ſit ita fauorabilis, & tanti momenti, vt potius explicanda ſit tanquàm fauorabilis, quam tanquàm odioſa, vel è contra.

Reſpōdeo affirmatiuè cum Suarez lib.6. de legibus cap.4. nume.5. Salas loco ſtatim citando, & aliis. Pro intelligētia iſtius difficultatis.

13 Aduertendum eſt illam dici legem fauorabilem, quæ primario prodeſt aliquibus, quamuis aliis ſecundariò noceat; illam verò dici odioſam quæ primariò pœnam continet, etiamſi aliis ſecundariò proſit, nam ex primariò fine iudicanda eſt diſpoſitio, vt cum Gloſſa, Bartolo, Saliceto, & aliis benè docet Sanchez loco ſtatim citando.

Hoc poſito dico legem qua parte eſt fauorabilis, explicandam eſſe tanquam fauorabilem, qua verò parte eſt odioſa, & pœnalis, explicandam eſſe tanquàm odioſam, modò odium, & fauor diſtingui poſſint, aut modò fauor non ſit tanti momenti, vt cogat legem ſimpliciter explicare tanquā fauorabilē.

Quando verò fauor, & odium diſtingui nequeunt, ſi ex primariò fine eſt fauorabilis, explicanda eſt tanquàm fauorabilis, ſi verò ex primario fine eſt odioſa, explicanda eſt tanquàm odioſa; nam aliam expoſitionem rationabiliter nō admittit. Ita Couarruuias 1. Variarū, cap.11. num.5. Suarez loc. cit. & alii apud Sanchez de matrimonio lib. 1. diſp.1. num.4. apud Salas diſp.21. de legibus, ſect.4. nume.10. & apud Suarez loc. cit.

QVARTA PROPOSITIO.

14 LEges tam fauorabiles; quam odioſæ non ſunt explicandæ vltra proprietatem verborum naturalem, & ciuilem. Ratio eſt quia ho-

hominès, per ſe loquendo, loqui conſueuerunt iuxta proprietatē verborum, ergo etiam legiſlatores cēſentur locuti iuxta verborum proprietatem, vt communi hominum intelligentię ſe ſe accommodārēt, ergo vltra proprietatem verborum non erit facienda extenſio.

Hoc tamen limitatur, niſi neceſſitas cogat ad extenſionem faciendam; neceſſitas autem extenſionis faciendæ cenſetur adeſſe, quando ex omiſſione extenſionis ſequeretur aliqua iniuſtitia, vel abſurditas, vel quando lex fieret inutilis, & illuſoria omiſſa extenſione; nam omnis diſpoſitio ita explicāda eſt, vt potius valeat, quam pereat iuxta cōmune Iuriſperitorū, & Theologorum axioma; lex autem potius periret, quam valeret, niſi fieret extenſio; prædicta neceſſitate interueniente; cum lex, quæ non eſt vtilis Reipublicæ, aut ex qua ſequitur iniuſtitia, non ſit lex, neque obliget. Videte Emanuelem Sà verbo, Interpretatio, nume. 1. Clauem Regiam lib. 5. cap. 8. Rebellum de obligationibus parte 1. quæſt. 6. Suarez lib. 6. de legibus cap. 1. nu. 10. & cap. 2. num. 7 & cap. 5. num. 3. Salas diſp. 21. ſect. 4. nu. 9. verſiculo, Quarta Regula, vbi loquitur de interpretatione reſtrictiua. Idem dicendū eſt de reſtrictione, vt bene Suarez cap. 5. nu. 3. & alij communiter.

Sed modò nonnulla emergūt dubia, quæ ſequentibus quæſitis explicari poſſunt.

15 Quæres primò, quænam interpretatio facienda ſit in dubijs in materia legis pœnalis.

Reſpondeo benigniorem partē amplectendam eſſe ſeruata verborum proprietate, vt patet, tum ex communi fidelium ſenſu. Tum ex Regula 49. de Regulis iuris, vbi dicitur Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. ita Azor lib. 5. cap. 16. Emanuel Sà Ver. Interpretatio, nume. 1. Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 7. & alij Doct citati.

Dixi ſeruata verborum proprietate, vt aduerterem. Primo in explicanda lege attendendā eſſe verborum ſignificationē; lex enim non excedit terminos verbis expreſſos; Quamobrem ſi verba legis vnū tātummodò ſenſum habeant, iuxta talem ſenſum explicanda ſunt. Si verò verba generalia ſint, & proferantur abſque diſtinctione generaliter accipienda ſunt; nam vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, niſi iuſta, & rationabilis cauſa aliud ſuadeat, ſeu modo nihil abſurdi inde ſequatur, aut alia lex illam non diſtinguat, ſeu limitet, vt clarius conſtabit ex ſequentibus.

Secundò, quando verba legis, quæ duplicem habent ſenſum, vnū proprium, alterum improprium, nec conſtat quo ſenſu legiſlator legem protulerit, accipi debere iuxta propriam ſignificationem L. Nō aliter, ff. de legat. 3. & L. prima. §. is qui nauem. ff. de exercitoria actione. Ratio eſt tum, quia ſicut verba in communi ſermone accipiuntur in propria ſignificatione, ita multo magis in propria ſignificatione accipi debent in legibus, quę a falſis interpretationibus longē abeſſe debent. Ita Azorius parte 1. lib. 5. cap. 16. quæſito 9. Salas loc. cit. ſect. 3. num. 4. Suarez loc. citato, & alij locis ſtatim citandis.

16 Addo, ſtandum eſſe verbis legis ſecundum propriam ſignificationē

teriam, & penſandas eſſe reliquas regulas, & circũſtantias, ex quibus conijcere licebit, an neget potentiam, ſeu, an inducat formam ſubſtantialem.

Præter dictas autem Regulas, ſeu circunſtantias, hanc etiam puto obſeruãdam, vt videlicet inſpiciatur, vtrum actus, ad quem faciẽdum forma præſcribitur, pendeat à poteſtate conceſſa à ſuperiore, vel, an ſit actus propriæ auctoritatis. Si actus pendet à poteſtate Superioris, ideſt ſi lex, ſeu ſuperior, dum præcipit formam, ſimul etiam dat poteſtatem ad efficiendum actum, ſeruata tali forma, credibile eſt ſuperiorem per clauſulam, non poteſt, velle auferre, vel limitare poteſtatem, conſequenter actum aliter factum inualidum eſſe. Si verò actus non pendet ab auctoritate ſuperioris, ſuperior non videtur velle auferre potentiam, quæ iam ſupponitur ante illius formæ Conſtitutionẽ, niſi aliunde cõſtet ſuperiorem velle potentiam auferre. Ita Syluester verbo, cõſilium, quæſito 3. Tabiena quæſito 6. Angelus num. 3. Emanuel Sá verbo, Lex, nu. 13. Salas loc. cit. nu. 33. Suarez loc. cit. & alij apud Salas lo. cit. ſect. 10. num. 42. & 43. Rodriquez tomo 2. quæſt. Regularium, quæſt. 45. art. 2.

Itaque forma cenſetur accidentalis, & non ſubſtantialis, ſi, dum præſcribitur aliqua forma, poteſtas ad faciendum actum non communicatur, ſed iam ſupponitur; conſequenter actus ſine tali forma celebratus non eſt irritus, niſi apponatur aliqua particula irritans. Ratio eſt quia actus, qui deinde fiunt, cenſentur prouenire à poteſtate hominis, quam agens ante Conſtitutiónem, & præſcriptionem talis formæ habebat; ſi ergo ante conſtitutionem talis formæ actus fuiſſent validi, cenſebuntur etiam validi poſt Conſtitutionem formæ cum proueniant ab ea poteſtate, quæ non tollitur per formam poſterius præſcriptam, niſi apponatur clauſula irritans, aut niſi aliter cõſtet de mente præſcribentis formam.

18 Hinc ſequitur primò, validum eſſe matrimonium ſine denunciationibus celebratum; quia denunciationes non præſcribuntur tanquam forma ſubſtãtialis, vt docui de contractibus diſp. 3. quæſt. 1. pun. 4. ad finem, & patet ex dictis de matrimonio.

19 Secundò, Epiſcopum excõmunicãtem ſine ſolemnitate requiſita à iure, exempli gratia, ſine ſcriptura, vel ſine expreſsione cauſæ, validè excõmunicare, quia ius præſcribens ſolemnitatem, ſeu formã ſcripturæ, vel expreſsionis cauſæ non præſcribit tanquã formam ſubſtantialem, vt patet ex mox traditis, nempè quia non confert poteſtatem ad excommunicandum ſeruata tali forma, ſed ſupponit poteſtatem excommunicandi, eaque ſuppoſita præſcribit formam non addendo clauſulam irritantem aliter factum; quoties enim fit aliquis actus, ad quem quis antea poteſtatem habebat, non eſt credibile ipſius poteſtatem reſtringi per ſimplicem formæ appoſitionem. Ita Salas ſect. 10. num. 43. Suarez, Emanuel, & alij DD. citati.

20 Tertiò, inualidam eſſe alienationem bonorum Eccleſiæ factam ab aliquo ſine forma præſcripta cũ particula, Non poteſt; actus enim alic-

Digitized by Google

alienationis bonorum Eccleſiæ pẽdet ab auctoritate ſuperioris, & poteſtas alienandi confertur, dum præſcribitur ſolemnitas, & forma, vt ſuppono.

21 Secũdò dubium eſt, vtrum quælibet omiſsio formæ ſubſtantialis reddat actum irritum.

Reſpõdent Suarez lib. 5. cap. 32. num. 10. Azorius parte j. lib. 5. cap. 28. verſiculo, Animaduertendum, & alij apud Suarez, quamlibet omiſsionem etiam leuem efficere actum irritum.

Molina verò tract. 2. de iuſtitia, diſp. 81. in fine. Emanuel Sà verbo, Interpretatio num. 6. Bartolus, & alij apud Molinam, & apud Suarez locis citatis, putant ob leuem formæ omiſsionem non effici actum irritum; quia parum pro nihilo reputatur.

Mihi placet opinio Molinæ, & Emanuelis Sà; quanquàm magna prudẽtia opus eſſe arbitror in dijudicãda grauitate, & leuitate omiſſionis; nam fieri poteſt, vt aliqua omiſsio ſit leuis entitatiuè, & phyſicè, & nihilominus moraliter cenſeatur grauis, vt conſtat in materia Sacramẽtorum, in qua fieri poteſt, vt corruptio vnius Syllabæ, aut litteræ cenſeatur omiſsio moraliter grauis, vt ſi in forma baptiſmi in illa particula, Patris, tollatur littera, P, & addatur, M, formatur vox, Matris, cõſequenter tollitur ſignificatio ſubſtantialis formæ.

Idem in teſtamento, aut matrimonio poteſt obſeruari, in quo defectus vnius teſtis reddere poteſt teſtamẽtum, vel matrimonium inualidum, vt patet ex dictis de teſtamentis, & de matrimonio.

22 Tertiò dubium eſt, vtrum actus ex iuſta, aut etiam ex vrgentiſsima cauſa factus ſine ſolemnitate à iure præſcripta validus ſit.

Reſpondeo negatiuè iuxta probabiliorem Doctorum opinionem. Ratio eſt tum quia ignorantia, etiam omninò inuincibilis legis irritantis, non efficit actum validum, Argumento textus in Capite 1. de conceſsione præbendæ in ſexto, & præter Doctores ſupra citatos in hoc paragrapho, quæſito 3. & in tractatu de peccatis, hoc docet multis Doctoribus allegatis Sanchez, lib. 3. de matrimonio diſp. 17. num. 10. & Gutierez de matrimonio, cap. 61. num. 10. ergo neque iuſta cauſa actũ alias inualidum efficit validum. Tum quia matrimonium quauis ex cauſa celebratum ſine præſentia Parochi, & teſtium eſt inualidum, vt docui de Matrimonio, ergo actus iuſta de cauſa celebratus ſine ſolemnitate, inualidus eſt. Tum quia poſita iuſta cauſa adhuc verum eſt dicere actum celebratũ fuiſſe ſine ſua forma ſubſtantiali; actus autem ſine forma ſubſtantiali celebratus non eſt validus. Ita Ceuallus Quæſtionum communium cõtra cõmunes quæſt. 604. num. 63. & 73. Henriquez, lib. 11. cap. 5. num. 5. & 8. Sanchez lo. cit. num. 4. Rodriquez in ſumma par. j. cap. 219. num. 17. Gutierez de matrimonio, cap. 61. nu. 7. & alij contra Couarruuiam de ſponſalibus 2. parte, cap. 6. num. 12. & alios apud præcitatos Doctores.

Obijcies. Leges humanæ non obligãt cum magno rigore, vt patet in præcepto Miſſæ, & ieiunij. Neque excludunt epicheiam, ſed admittũt interpretationem ex æquo, & bono; ergo dicendum videtur

actum ex iuſtiſsima cauſa celebratum ſine forma præſcripta à iure, validum eſſe.

Rñdeo negãdo leges humanas præſcribentes formã, ſeu irritãtes actum aliter factum, non obligare in quolibet caſu, & admittere interpretationem, ſeu Epicheiam cũ illam videantur leges excludere, dum inducunt formam ſubſtantialem, & irritant actus aliter factos, vt in ſimili patet de matrimonio graui de cauſa celebrato ſine Parocho, aut teſtibus in articulo mortis, aut in locis, in quibus vel non habetur copia Parochi, vel per integrum annum vix habetur; nam huiuſmodi matrimonium inualidũ eſſe conſtat ex dictis de matrimonio cum Doctoribus præallegatis, cõtra Capuam, & alios apud Sanchez loc. cit. num. 3. & apud Gutierez loc. cit.

Immò nec Epiſcopũ in hac parte poſſe diſpenſare, vt matrimoniũ ſine Parocho, aut teſtibus validè celebretur, graui interueniẽte cauſa, docet Sanchez loc. cit. num. 6. Henriquez. Gutierez, & alij locis citatis; nam adhuc verum eſt dicere deeſſe formam ſubſtantialem à iure præſcriptam.

23 An verò aliquis peccet faciendo ex iuſta cauſa actum inualidũ, patet ex Regulis generalibus traditis de Peccatis; aliud enim eſt actum eſſe inualidum, aliud peccare faciendo talem actum: nam qui matrimonium ex graui metu celebrat, non peccat iuxta Doctores, quos retuli de matrimonio; quanquam matrimonium cum huiuſmodi metu celebratum inualidum eſt, nec tribuit ius ad petendum, vel reddendum debitum.

PVNCTVM VIII.

Quomodo explicanda ſit lex humana.

1 *Verborum proprietas alia eſt naturalis, alia Ciuilis.*

2 *Licet leges interpretari non ſolum exponendo, ſed ampliando, & coarctando etiam.*

3 *Licet Concilium Tridentinum obiter interpretari.*

4 *Declarationes Cardinalium circa Tridentinum non videntur vim legis habere, antequam ſufficienter promulgentur.*

5 *Declarationes Cardinalium amplectendæ ſunt tàm pro ſingulari caſu, quàm reſpectu aliorum.*

6 *Iudices ſententias ferre debent iuxta declarationes Cardinalium.*

7 *Ex his declarationibus colligitur obligatio, & quoad futura, & præterita facta poſt legem, circa quam fertur declaratio.*

8 *Lex humana odioſa extendenda, & explicanda eſt, quatenus importans verba iuxta proprietatem naturalem.*

9 *Lex in materia fauorabili extendenda eſt quantum verba patiuntur iuxta proprietatem naturalem, & ciuilem.*

10 *Lex fauorabilis loquens de filijs extendenda eſt ad filios adoptiuos.*

11 *Lex loquens de legitimis extendenda eſt ad legitimatos etiam.*

12 *Poteſt dari lex ex vno capite odioſa, & ex alio ita fauorabilis, vt potius vt fauorabilis, quam vt odioſa explicanda ſit, & è contra.*

13 *Lex dicitur fauorabilis, quæ primario prodeſt aliquibus, & odioſa,*

quæ

Digitized by Google

qua primario pœnam continet, quamuis ſecundario alteri proſit.

14 *Lex tàm fauorabilis, quàm odioſa non eſt explicanda vltra proprietatem verborum naturalem, & ciuilem, niſi neceſsitas cogat.*

15 *In dubijs in materia legis pœnalis benignior pars amplectenda eſt ſeruata verborum proprietate.*

16 *Standum eſt verbis legis ſecundum propriam ſignificationem acceptis, etiamſi legiſlator extra legem dicat ſe aliter intellexiſſe.*

17 *Seruãda eſt mens legiſlatoris intrinſeca non vero extrinſeca.*

18 *Quando verba legis plures habent ſenſus proprios, & dubitatur quinam intendatur à legiſlatore, verba accipienda ſunt iuxta ſenſum rei magis proportionatum.*

19 *Quando lex duplicem habet ſenſum, vnum iuxta verborum proprietatem, & alterum iuxta communẽ loquendi modum, explicanda eſt iuxta modum, quo accipiebatur quando condita lex fuit.*

20 *Quando verba legis duplicem habens ſenſum communem, ſed vnum proprium alterum improprium, explicanda ſunt iuxta ſenſum, qui probabilius conijcitur intentus à legiſlatore.*

21 *Vnde dignoſcatur in dubijs mens legiſlatoris.*

22 *Quando particulariter ſtatuitur id, quod habetur in iure communi, talis conſtitutio explicanda eſt iuxta formam iuris communis, niſi aliter intendat legiſlator.*

23 *Lex pœnalis ob paritatem rationis non debet extendi ab vno caſu ad alium, modo hic caſus non ponatur in lege exemplariter.*

24 *Pœna per legem impoſita contra ſurripientes centum aureos, extenditur ad ſurripientes rem æqualis valoris.*

25 *Quod dicitur de vno correlatiuo, dicitur etiam de alio, quando vnum ponitur exemplariter.*

26 *In lege fauorabili non eſt facienda extenſio, niſi verba legis hanc extenſionem patiantur, & niſi neceſsitas cogat.*

27 *Interpretatio extenſiua, altera eſt neceſsitatis, altera congruitatis, ſeu voluntatis.*

28 *Particula, &, vel, aut, aliquando accipiuntur coniunctiuè, aliquando diſiunctiuè.*

29 *Particula, ſeu, ſiue, & vè, aliquando copulatiuè, & aliquando diſiunctiuè, particulæ tamen, ſeu, & ſiuè, copulatiuè vt plurimum accipiuntur.*

1 NOtandum eſt cum Salas diſput. 21. ſect. 13. num. 27. & alijs Doctoribus infra referendis, duplicem eſſe verborum proprietatem.

Prima dicitur naturalis, & hæc talis dicitur, non quia ſit a natura (conſtat enim omnia verba ſignificare ad placitum, & ex inſtituto) ſed quia talis eſt ipſorum ſignificatio ex prima ipſorum inſtitutione, aut ex communi loquendi vſu totius populi, vt eſt verbum, Mors, quod iuxta proprietatem naturalẽ ſignificat mortem naturalem.

Secunda dicitur ciuilis, & hæc talis dicitur, quia ob ſimilitudinẽ, aut iuris fictionem extenditur à iure ad aliud ſignificandum, quàm ex prima ſua inſtitutione ſignificet, vt eſt profeſsio, quæ appellari ſolet mors ciuilis, non iuxta proprietatem verborum naturalem, ſed potius

tius

tius iuxta ciuilem, & quaſi metaphoricam: & verbum, filius, adhibetur ad ſignificandum non ſolum filium naturalem, verũ etiam adoptatum, ita Suarez lib. 6. de legibus, cap. primo, nu. 9. & alij DD. infra citandi.

His poſitis in hoc pũcto explicãdũ eſt. Primò, vtrũ liceat leges humanas interpretari. Secundò, quomodo explicanda ſit lex humana odioſa. Tertiò, quomodo explicanda ſit lex naturalis. Quartò; vtrum vtriuſq; legis interpretatio extendenda ſit vltra proprietatem verborum.

PRIMA PROPOSITIO.

2 LIcitum eſt leges interpretari non ſolum exponendo, verum etiam ampliando, aut coarctando iuxta Regulas infra in hoc puncto tradendas. Ratio eſt tum quia frequenter vtilis eſt, & neceſſaria legum interpretatio, vt legiſlatoris voluntas intelligatur, & ſeruetur. Tum quia ſic colligitur ex L. Vnica, C. de Profeſſoribus. L. prima, ff. ſi certum petatur, & ex alijs iuribus, quæ communiter à Doctoribus adducuntur. Tum quia hic eſt vſus, & praxis, & communis Doctorum opinio, quam ſequitur Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 60. art. 5. Caietanus ibidem. Sotus lib. 1. de Iuſtitia. quęſtio 4. art. 5. Nauarrus cap. 27. num. 282. Couarruuias. Regula, Poſſeſſor 2. par. §. 6. nume. 2. Bartolus, & alij apud Salas de legibus, diſp. 21. ſectio 11.

Neque obſtat lex, in Prætorijs, ff. de Prætorum ſtipulationibus, & Caput, Sicut, 11. q. 1. & alij ſimiles textus, in quibus dicitur illius eſſe leges, & Canones interpretari, cuius eſt condere.

Reſpondetur enim ibi ſermonẽ eſſe, non de ſimplici interpretatione, ſed de generali, & neceſſaria per modum legis, hanc enim interpretationem conſtat ad eum pertinere, cuius eſt leges, & canones cõdere, vt bene docet Suarez libro 6. cap. 1. num. 2. & alij Doc. citati.

3 Sed modo dubium eſt, primo vtrum liceat etiã interpretari Cõcilium Tridentinum.

Ratio dubitãdi eſt, quia Pius IV. in extrauaganti, Benedictus Deus, quam extrauagantem refert Sayrus de Cenſuris lib. 3. cap. 35. nume. 21. pagina 306. prohibet Prælatis ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. Alijs vero quibuſcunque ſub pęna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ne quis audeat ſine Sũmi Pontificis auctoritate Commentarios, Gloſſas, Annotationes, vllumq; omninò interpretationis genus ſuper ipſius Concilii Tridentini decretis, quocunque modo edere. Prætereà Xiſtus V. in quadam bulla, quæ incipit, Immenſa æterni Dei, quam ex parte refert Sayrus lo. cit. Rodriquez tomo 1. Quæſtionum Regularium quæſt. 11. art. 6. & Salas diſp. 21. ſec. 12. verſiculo. Quæ ſententia, reſeruat Summo Põtifici interpretationẽ decretorũ Cõcilij pertinentium ad dogmata fidei aliorum verò decretorum explicationem permittit Congregationi Cardinalium huic muneri præfectorum. His non obſtantibus.

Reſpondetur licitum eſſe obiter interpretari decreta Tridentini; vnde arbitror extrauagantem Pii IV. aut intelligendam eſſe de Commẽtariis, Annotationibus, & interpreta-

tationibus ex profeſſo, & quaſi auctoritatiuè circa cõcilium factis; non vero de illis, quæ reuerenter, & humiliter in re dubia obiter fiũt, aut non videri in hac parte receptam, ita vt obliget ad non explicãdum obiter Tridentinum. Ita Sayrus loc. cit. Rodriquez loc.cit. art. 3. Suarez tomo 5 de Cenſuris diſp. 27. ſect. 7. num. 12. Salas loc. cit. ſect. 11. verſi. Ad ſecundum. Henriquez lib. 7. cap. 29. nu. 4. & alii.

4 Secundò dubium eſt, quam vim habeãt declarationes Illuſtriſsimorum Cardinalium, vtrum videlicet vim legis habeant, & obligent tanquam leges, an potiùs cenſeantur tantummodo interpretationes, & probent ſolum tãquam opiniones ſapientiſsimorum Patrum, & Doctorum.

Reſpondent aliqui Doctores declarationes Illuſtriſsimorum Cardinalium vim legis habere. Ratio eſt tum quia Xiſtus V. in bulla in præcedenti dubio relata maiorẽ tribuit Cardinalibus explicandi Cõcilij auctoritatem, quam reliqui Doctores habeant; ſed reliqui Doctores poſſunt obiter per modum doctrinæ, & non auctoritatiuè interpretari Concilium; ergo interpretatio Illuſtriſsimorum Cardinalium nõ ſolum erit doctrinalis; verum etiam auctoritatiua, & per modum legis. Tum quia ſi Cardinalium Declarationes vim legis nõ haberent, ſequeretur inutilem eſſe ſacræ Congregationis inſtitutionẽ ad explicanda dubia circa Tridentinum. Tum quia eadem Cardinalium Congregatio, teſte Nicolao Garzia in Proemio tractatus de Beneficijs. Zerola in Praxi Epiſcopali parte 1. verbo, Auctoritas, & Salas de legibus diſpu. 21. ſect. 12. hoc declaraſſe videtur, his verbis, Eadem ratio habenda eſt de ijs, quæ ſcribuntur a Cardinalibus Sanctæ Congregationis Concilij, nomine ipſius Congregationis, ac ſi à Papa ſcriptæ eſſent. Tum quia in decidendis, & definiendis litibus Rota Romana ſequitur Declarationes Cardinalium, vt patet ex Deciſionibus Rotæ 1. parte, deciſione 482. & 743. & 2. parte, deciſione 325. & 328. & expreſsius in vna Tridenſi die Mercurij 28. Nouembris, anno 1607. quam refert Salas loc. cit. ergo ſignum eſt declarationes Cardinalium vim legis habere. Ita Emanuel Rodriquez tomo 1. Quæſtionum Regularium quæſt. 11. art. 6. Salas diſp. 21. ſect 12 Garzias, & Zerola locis citatis. Ricius in ſua praxi deciſ. 524. nu. 5. Idem ſentire videtur Nauarrus conſilio 1. de Conſtitutionibus, & Rebellus multis in locis de matrimonio, vbi mordicus adhæret Declarationibus Illuſtriſsimorum Cardinalium.

Neque obſtat dicere extare aliquas declarationes ſibi cõtrarias; nam extant etiam aliquæ leges cõtrariæ, & tamen non licet inferre leges non obligare; ſicut ergo lex poſterior contraria priori obligat, ita declaratio poſterior contraria priori obligare videtur, vt innuit Suarez 3 parte to. 3. diſp. 28. ſect. 6. Salas de legibus diſp. 2. ſec. 9. verſi. Secundo, nu. 51.

Addunt Rodriquez loc. cit. arti. 1. & 2. & alij, quos tacito nomine refert Salas diſp. 21. ſec. 12. Declarationes Cardinalium obligare ante promulgationem; quamuis enim ad obligationem legis inducendã requiratur publicatio, tamen hoc

ſolum

ſolum valet in legibus, quæ de recenti feruntur; non verò in legibus declaratorijs; cum enim declarationes ſint aliquid acceſſorium legi, ipſique ab initio inſint, L. Ita fidei. ff. de iure fiſci, non eſt neceſſe, vt declarationes publicentur; ſed ſufficit leges ipſas, quæ declarantur receptas, & publicatas fuiſſe.

Ego vero ad propoſitam difficultatem reſpondeo declarationes ſacræ Congregationis maximi quidem ponderis, & auctoritatis eſſe, ab ijſque nulla ratione recedendũ eſſe ſine firmiſsimis fundamentis, & vrgentiſsimis rationibus; ſed niſi aliter per Sedem Apoſtolicam declaretur, cenſeo vim legis non habere, antequam ſufficienter proponantur, & publicentur, loquimur autem de ijs declarationibus, quæ aliam expoſitionẽ probabilem non admittunt.

Hæc mea concluſio, duas habet partes.

Prima eſt, declarationes Cardinalium maximi ponderis, & auctoritatis eſſe, &c. hæc pars per ſe clara eſt, nec probatione videtur indigere; quanquàm efficaciter, & ſufficienter probatur rationibus adductis pro ſententia Rodriquez, Zerolæ, & aliorum, quos retuli in prima reſponſione, arbitrantium declarationes Sacræ Congregationis vim legis habere.

Secunda pars eſt, Declarationes Cardinalium vim legis non habere, antequam ſufficienter proponantur, & publicentur. Ratio eſt quia interpretationes vim legis nõ habent, donec promulgentur, vt ſuperius oſtendimus, & ita docet Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 1. licèt enim in rebus claris, & manifeſtis declarationes obligent, & dicantur ineſſe legi, nec publicatione indigere videantur; tamen in rebus dubijs, in quibus extare poſſunt opiniones contrariæ circa intelligentiam legis, opus eſſe arbitror noua publicatione, vt declarationes vim legis habeant, & obligationẽ inducant ad ipſas non deſerendas; & ad non ſuſtinendam opinionem oppoſitam, aliud enim eſt legem iam conditam, & publicatam obligare, aliud eſt declarationem ipſius legis obligare, itaut ab ipſa declaratione non liceat recedere, vel aliam amplecti. Ita Suarez de legibus, quem citat, & ſequi videtur Salas diſput. 2. de legibus ſect. 9. ad finem, num. 53. & diſput. 21. ſec. 12. verſic. Quinto colligunt. Idem innuit Sanchez, & alij recentiores, qui aliquibus opinionibus adhæſerunt contra declarationes Cardinalium.

Ad rationes in contrarium, quatenus videntur huic ſecundæ parti noſtræ concluſionis obſtare, reſpõdetur ex ipſis colligi ſolum declarationes Cardinaliũ, antequã ſufficienter promulgentur, maximæ auctoritatis eſſe, & ab ipſis nõ eſſe recedendum ſine ſufficienti ratione, & fundamento. Sicut enim in omni arte iudicium peritorũ illius artis magnam parit probabilitatẽ, ita iudicium Illuſtriſsimorum Cardinalium tantæ auctoritatis eſt, vt maximam inducat probabilitatẽ quanquam vim, & obligationem legis non inducit, niſi adſit cõſenſus, & auctoritas Summi Pontificis ſeruatis regulis neceſſarijs ad legem condendam, vt docet Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 3. & 6.

5 Rogabis primo, vtrum declarationes

tiones Illuſtriſsimorum Cardinaliũ amplectendæ ſint non ſolum reſpectu illius, pro quo in ſingulari caſu feruntur, verum etiam reſpectu aliorum.

Reſpondeo amplectendas eſſe etiam reſpectu aliorum. Ratio eſt quia ſunt maximæ auctoritatis, & vicem gerunt interpretationis generalis in omnibus cõſimilibus caſibus. Ita Rodriquez, Salas, & alij locis citatis.

6 Rogabis ſecundo, vtrum Iudices ſententias ferre debeant iuxta declarationes Cardinalium.

Reſpondeo affirmatiuè, vt patet ex rationibus allatis, verum tamẽ eſt, illum, qui coram Iudice, cui alias non ſufficienter innotuit Cardinalium declaratio, litibus contendit, ſuamque cauſam tuetur declaratione Cardinaliũ, debere declarationem ſufficienter probare; ipſi enim incumbit onus probandi, vt Iudex ſententiam pro ipſo iuxta declarationem ferre valeat, & partem aduerſam obliget. Poterit autem declarationem probare autentica atteſtatione alicuius Cardinalis fidem facientis nomine cõgregationis, aut ſcriptura ſigillo Secretarij comprobata, aut reſcripto Sanctiſsimi, vt docet Salas diſput. 21. ſect. 12. & Maſcardus de Probationibus.

7 Rogabis tertiò, vtrum ex declarationibus Cardinalium colligatur obligatio non ſolum quoad futura, verum etiã quoad præterita, poſt factam legem, circa quam fertur declaratio.

Reſpondeo colligi obligationẽ nõ ſolum quoad futura, verum etiã quoad præterita, niſi adſit oppoſita declaratio, & probabilis Doctorum opinio in contrarium, quam pars aduerſa ſuſtinere velit. Ratio eſt quia licèt ipſa declaratio preciſè non obliget quoad præterita, obligat tamen lex, quæ declaratur, & potius lex antiqua dicitur obligare, quam noua declaratio; nam qui declarat nihil noui dicitur inducere, L. Hæredes palàm. ff. ſi quis poſt de teſtamentis. Ita Abbas, Baldus, Felinus, & alij apud Naldũ verbo, Declarare, apud Salas de legibus diſp. 21. ſect. 12 verſiculo, Quarto colligo & apud Suarez lib. 3. cap. 14. num. 13. & lib. 6. c. 4 nu. 13.

SECVNDA PROPOSITIO.

8 Lex humana odioſa explicanda, & extendenda eſt, quatenus important verba accepta iuxta proprietatem naturalem. Ratio eſt quia cũ propoſitio generalis generaliter accipienda ſit, L. Proſpexit ff. qui, & à quibus, cumq; homines ordinariè loquantur iuxta proprietatem verborum naturalem, ſequitur verba legis generaliter accipi debere iuxta proprietatẽ naturalem; non verò ſtrictius, aut latius Ita Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 7. & cap. 4. nume. 3. & alij communiter, quos infra referam in hoc paragrapho. Hoc tamen limitandum eſt, modò neceſsitas, ſeu ſpecialis aliqua ratio non cogat aliter accipere. Quamobrem ſicut in generali conceſsione non veniunt ea, quæ non eſſet quis in ſpecie veroſimiliter cõceſſurus, ita in generali prohibitione, vel præcepto non veniunt ea, quæ Princeps nõ eſſet in ſpecie veroſimiliter præcepturus, cum lex ab ipſius voluntate pendeat. Ita Suarez lib. 6. cap. 5. nu. 11. & cap. 6.

num.

num.4. & alij ferè communiter, cōtra nonnullos alios apud Antoniū Gabr. lib. 6. titulo de legibus conſilio primo, omiſsis ijs, quos retuli de abſolutione ab hæreſi, & infra referam de Epicheia.

TERTIA PROPOSITIO.

9 Lex in materia fauorabili explicāda, & extēdēda eſt, quātum verba patiuntur nō ſolū iuxta proprietatem naturalem, verū etiā iuxta ciuilem. Ita Emanuel Sà verbo, Interpretatio, num. 1. & 3. Salas diſp. 21. ſec. 3. & alij Doc. ſtatim citādi. Ratio, inquit Suarez loc. cit. cap. 2. nume. 5. eſt, quia vnaquæque ars adhibet verba, & inſtrumenta ſibi propria, & iuxta propriam inſtitutionem; ergo idem ſeruari debet in legibus fauorabilibus, ita vt verba non ſolum iuxta proprietatē naturalem, verum etiam iuxta ciuilem à iure inſtitutam accipiātur.

10 Ex quo infertur primo legē fauorabilem loquentem de filijs extendendam eſſe ad filios adoptiuos; quia adoptatus venit nomine filij iuxta proprietatem ciuilem a iure inſtitutam, vt docet Suarez libro 6. cap. 2. nu. 6. Menochius lib. 4. præſumpt. 89. n. 36. vbi alios refert.

11 Secundò legem loquentem de legitimis extendendam eſſe ad legitimatos, quia legitimorum nomine, regulariter loquendo, veniūt etiam legitimati. Autentica quibus modis nati efficiantur, &c. Ita Suarez loco citato.

12 Rogabis, vtrum dari poſsit aliqua lex, quæ ſit pœnalis, ſeu odioſa ex vno capite, ex alio autem capite, ſit ita fauorabilis, & tanti momenti, vt potius explicanda ſit tanquàm fauorabilis, quam tanquàm odioſa, vel è contra.

Reſpōdeo affirmatiuè cum Suarez lib. 6. de legibus cap. 4. nume. 5. Salas loco ſtatim citando, & aliis. Pro intelligētia iſtius difficultatis.

13 Aduertendum eſt illam dici legem fauorabilem, quæ primario prodeſt aliquibus, quamuis aliis ſecundariò noceat; illam verò dici odioſam quæ primariò pœnam continet, etiamſi aliis ſecundariò proſit, nam ex primariò fine iudicanda eſt diſpoſitio, vt cum Gloſſa, Bartolo, Saliceto, & aliis benè docet Sanchez loco ſtatim citando.

Hoc poſito dico legem qua parte eſt fauorabilis, explicandam eſſe tanquam fauorabilem, qua verò parte eſt odioſa, & pœnalis, explicandam eſſe tanquàm odioſam, modò odium, & fauor diſtingui poſſint, aut modò fauor non ſit tanti momenti, vt cogat legem ſimpliciter explicare tanquā fauorabilē.

Quando verò fauor, & odium diſtingui nequeunt, ſi ex primariò fine eſt fauorabilis, explicanda eſt tanquàm fauorabilis, ſi verò ex primario fine eſt odioſa, explicanda eſt tanquàm odioſa; nam aliam expoſitionem rationabiliter nō admittit. Ita Couarruuias 1. Variarū, cap. 11. num. 5. Suarez loc. cit. & alii apud Sanchez de matrimonio lib. 1. diſp. 1. num. 4. apud Salas diſp. 21. de legibus, ſect. 4. nume. 10. & apud Suarez loc. cit.

QVARTA PROPOSITIO.

14 Leges tam fauorabiles; quam odioſæ non ſunt explicandæ vltra proprietatem verborum naturalem, & ciuilem. Ratio eſt quia ho-

homines, per ſe loquendo, loqui conſueuerunt iuxta proprietatẽ verborum, ergo etiam legislatores cẽſentur locuti iuxta verborum proprietatem, vt communi hominum intelligentię ſe ſe accommodàrẽt, ergo vltra proprietatem verborum non erit facienda extenſio.

Hoc tamen limitatur, niſi neceſſitas cogat ad extenſionem faciendam; neceſsitas autem extenſionis faciendæ cenſetur adeſſe, quando ex omiſsione extenſionis ſequeretur aliqua iniuſtitia, vel abſurditas, vel quando lex fieret inutilis, & illuſoria omiſſa extenſione; nam omnis diſpoſitio ita explicãda eſt, vt potius valeat, quam pereat iuxta cõmune Iuriſperitorũ, & Theologorum axioma; lex autem potius periret, quam valeret, niſi fieret extenſio; prædicta neceſsitate interueniente; cum lex, quæ non eſt vtilis Reipublicæ, aut ex qua ſequitur iniuſtitia, non ſit lex, neque obliget. Videte Emanuelem Sà verbo, Interpretatio, nume. 1. Clauem Regiam lib. 5. cap. 8. Rebellum de obligationibus parte 1. quæſt. 6. Suarez lib. 6. de legibus cap. 1. nu. 10. & cap. 2. num. 7 & cap. 5. num. 3. Salas diſp. 21. ſect. 4. nu. 9. verſiculo, Quarta Regula, vbi loquitur de interpretatione reſtrictiua. Idem dicendũ eſt de reſtrictione, vt bene Suarez cap. 5. nu. 3. & alij communiter.

Sed modò nonnulla emergũt dubia, quæ ſequentibus quæſitis explicari poſſunt.

15 Quæres primò, quænam interpretatio facienda ſit in dubijs in materia legis pœnalis.

Reſpondeo benigniorem partẽ amplectendam eſſe ſeruata verborum proprietate, vt patet, tum ex communi fidelium ſenſu. Tum ex Regula 49. de Regulis iuris, vbi dicitur Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. ita Azor lib. 5. cap. 16. Emanuel Sà Ver. Interpretatio, nume. 1. Suarez lib. 6. cap. 1. nu. 7. & alij Doct. citati.

Dixi ſeruata verborum proprietate, vt aduerterem. Primo in explicanda lege attendendã eſſe verborum ſignificationẽ; lex enim non excedit terminos verbis expreſſos; Quamobrem ſi verba legis vnũ tãtummodò ſenſum habeant, iuxta talem ſenſum explicanda ſunt. Si verò verba generalia ſint, & proferantur abſque diſtinctione generaliter accipienda ſunt; nam vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, niſi iuſta, & rationabilis cauſa aliud ſuadeat, ſeu modo nihil abſurdi inde ſequatur, aut alia lex illam non diſtinguat, ſeu limitet, vt clarius conſtabit ex ſequentibus.

Secundò, quando verba legis, quæ duplicem habent ſenſum, vnũ proprium, alterum improprium, nec conſtat quo ſenſu legislator legem protulerit, accipi debere iuxta propriam ſignificationem L. Nõ aliter, ff. de legat. 3. & L. prima. §. is qui nauem. ff. de exercitoria actione. Ratio eſt tum quia ſicut verba in communi ſermone accipiuntur in propria ſignificatione, ita multo magis in propria ſignificatione accipi debent in legibus, quę a falſis interpretationibus longè abeſſe debent. Ita Azorius parte 1. lib. 5. cap. 16. quæſito 9. Salas loc. cit. ſect. 3. num. 4. Suarez loc. citato, & alij locis ſtatim citandis.

16 Addo, ſtandum eſſe verbis legis ſecundum propriam ſignificationẽ

acce-

Digitized by Google

acceptis, etiamſi legiſlator extra legem dicat ſe aliter intellexiſſe. Quamobrem multi Doctores aſſerunt ſtandũ non eſſe expoſitioni legiſlator, quando legiſlator extra legem reſpondet non tanquam legiſlator, & verba legis propriè nõ admittunt talem ſignificationem, & expoſitionem, quamuis enim verum ſit ſtãdum eſſe legis, ſeu legiſlatoris menti, etiam contra verba legis; tamen, quando legiſlator non reſpondet tanquàm legiſlator contra propriam verborum ſignificationem, ſtandum eſt propriæ verborum ſignificationi, quã præſumi poteſt intentam fuiſſe à legiſlàtore, dum legem conderet; nullus enim præſumitur impropriè loqui, niſi aliter ex coniectũris appareat. Quapropter Hoſtienſis, & alij Doctores receſſerunt ab interpretatione facta ab Innocentio IV. qua ſuam interpretabatur mentem in conſtitutione à ſe antea edita. Ita Emanuel Sà verbo, lex, nu. 23. Salas diſput. 21. de legibus ſect. 13. num. 31. Nauarrus, & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio quæſt. 4. pun. 11. num. 5.

Obijcies in legẽ peccat, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem, L. Non dubium, C. de legibus; ſed qui legem non obſeruat iuxta explicationem legiſlatoris videtur amplecti verba legis contra legis voluntatem; ergo peccat in legem; ergo tenetur ſeruare legem, iuxta legiſlatoris interpretationem, etiamſi verba legis aliam habeãt ſignificationem, & legiſlator non reſpondeat tanquam legiſlator.

Reſpondeo illum non peccare, qui verba legis amplectens nõ ſeruat voluntatem legiſlatoris, quam modo legiſlator priuatim exprimit contra propriam verborum ſignificationem; peccat verò ſi non ſeruet voluntatem, quam legiſlator creditur habuiſſe, dum legem cõderet; qui autem ſeruat legem iuxta propriam verborũ ſignificationem, per ſe loquendo, non dicitur facere contra mentem, quam legiſlator habuiſſe creditur, dum legem conderet, niſi aliter de mente legiſlatoris ex coniecturis appareat. Explico primam partem exẽplo. In iure ſpurius nõ poteſt conſtitui hæres à Patre, vt docui de Cõtractibus diſp. 3. quæſtio. vlt. pun. 3. num. 6. Si modò detur caſus, vt pater hæreditatem alicui tertio relinquat hoc pacto, ſeu conditione, vt eam tradat filio proprio ſpurio, dicitur facere contra legem prohibentem ſpurio paternam hæreditatem; quia verba legis amplectitur; non verò mentem legis, ille autem in legem peccat, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem, L. Non dubium citata, & fraudem facit legi, qui ſaluis verbis legis mentem eius circumuenit, L. Contra. ff. de legibus, & fraus legi fit, vbi fit quod fieri noluit; fieri autem non vetuit L. ſequenti. ff. de legibus.

17 Hic tamen obiter obſerua, nos, dum aſſerimus mentem legiſlatoris ſeruandam eſſe, loqui de mente, & intentione intrinſeca legis, ſeu legiſlatoris, non verò de extrinſeca.

Mẽs intrinſeca ſeruatur, quoties adimpletur id, quod legiſlator intendit, ſeu præcipit.

Mens verò, ſeu intentio extrinſeca ſeruatur, quoties adimpletur res

res præcepta eo fine,& animo, quē habuit legislator in cōdenda lege. Quamobrē qui diebus ieiunij Quadrageſimalis ieiunat, vt turpem carnis concupiſcentiam reprimat, dr ſeruare mētē legis,ſeu legislatoris non ſolū intrinſecam, cum faciāt, quod legislator præcepit,verū ēt extrinſecā; quia ieiunat eo fine,quem legislator reſpexit; conſequenter integrè, & perfectè ſatisfacit præcepto ieiunij, & mēti legislatoris. Qui verò ieiunat, ſed non animo compeſcendæ concupiſcentiæ, ſed potius intentione illius excitādæ, dicitur ſeruare legem, & mentem legis intrinſecam;non verò extrinſecam, ſatisfacit tamen præcepto; quia finis præcepti non cadit ſub præceptum. Ita D. Thomas q. 100. art. 9 ad 2. Caiet. ibidē. Salas diſp. 21. ſect. 5 nu. 37. Suarez,& alij, quos referam in hac quæſtione pun. vlt.

18 Sed modò dubium eſt primò; qualis interpretatio facienda ſit, quando verba legis plures habent ſenſus proprios, ſed non conſtat, quem ſenſum legislator intēderit.

Reſpondeo talem interpretationem faciendam eſſe, vt verba accipiantur iuxta ſenſum, qui magis conuenire poteſt rei, de qua agitur, Regula 68. de Regulis iuris. Si vero vterque ſenſus æquè cōueniat rei, nec conſtet de intentione legislatoris, adeundus eſt legislator, vel eius ſucceſſor, ſi pro legis interpretatione commodè adiri poteſt. L. finali, C. de legibus,nam illius eſt legem interpretari, cuius eſt condere, cap. Cum veniſſent de iudicijs. Ita Valentia tom. 2. diſp. 7. q. 5. puncto 9. Beccanus tracta. 3. cap. 6. quæſt. 14. Sotus 1. de Iuſtitia q. 6. art. 8. & alij communiter.

Si verò legislator, vel ipſius ſucceſſor commodè adiri nequeat, cēſeo in pœnis, quando lex eſt æquè dubia, ſeu quando verba duplicem habent ſignificationem æquè propriam, benigniorem, & ſtrictiorē partem explicandam eſſe; In fauorabilibus verò latiorem. L. finali ff. de conſtitutionibus Principum Capitulo In pœnis, & Capite Odia, de Regulis iuris in ſexto, vbi dicitur Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. Ita præter Doctores citatos, Clauis Regia lib. 3. cap. 8. Salas loc. cit. ſect. 3. verſiculo Octaua Regula;quamobrē lex,qua prohibetur,aliquod delictū ſub aliqua pęna intelligēda eſt de delicto in ſua ſpecie conſumato, vt docui de matrimonio, loquens de inceſtu, & de ſodomia, & idem præter DD. ibi citatos ſentire videtur Emanuel Sà Ver. lex, nu. 25. dum ait, Si mittenti Epiſtolam imponatur pœnæ, intelligi, ſi perueniat.

19 Secundò dubium eſt, qualis interpretatio facienda ſit, quando verba legis duplicem habent ſenſum, vnum iuxta propriam verborum ſignificationem, alterum iuxta communem loquendi modum.

Reſpondeo explicari debere iuxta communem loquendi modū, iuxta quem accipiebantur verba, quādo lex condita fuit; nam legislator cenſetur vti verbis iuxta communem vſum. Ita Emanuel Sà verbo, Interpretatio, num. 15. Suarez lib. 7. de legibus cap. 17. num. 5. vbi refert Syluestrum, & Caietanum. Salas diſp. 21. ſect. 3. num. 4. verſiculo, At ſi ratio, & alij: communis autē vſus, & modus loquendi cenſetur ille, quo maior pars Ciuitatis, vel loci vtitur, vt ait Panormitanus

Capite, Ex parte, de Cenſibus, & Clauis Regia, lib.3.cap.8.num.6.& alij.

20 Quando vero verba legis duplicem habent ſenſum vtrumque communem, ſed vnum propriũ, alterum improprium, verba legis accipienda ſunt iuxta eum ſenſum, quem probabilius conijcere poſſumus intentum fuiſſe à legislatore; nam peccat contra legem, qui verba legis amplectens contra legislatoris nititur voluntatem, L. Non dubium, ſupra citata, qui autem non ſeruat legem iuxta eũ ſenſum, quem probabilius conijcit intentum fuiſſe à legislatore, facit contra voluntatem legislatoris.

21 Sed modò difficultas ſuboritur, vndè in dubijs poſsimus conijcere mentem legislatoris, ſeu ſenſum à legislatore intentum.

Reſpondeo nos poſſe intentionem, ſeu voluntatem legislatoris, ſeu ſenſum à legislatore intentum conijcere.

Primo ex incommodis, quæ ex verbis alio ſenſu acceptis ſequerentur. Quapropter ſi ex verbis vno modo intellectis ſequitur aliquod abſurdum; ex verbis vero alio pacto explicatis nihil abſurdi ſequitur, poſſumus intentionem legislatoris iuxta eum ſenſum iudicare, ex quo nihil abſurdi ſequitur, L. In ambigua voce, ff. de legibus, vbi dicitur in ambigua voce legis ea potius accipiẽda eſt ſignificatio, quę vitio caret preſertim cum voluntas legis ex hoc colligi poſsit.

Secundò, ſi ex verbis vno ſenſu acceptis ſequitur contrarietas ad alias leges, quę non ſequitur ex verbis alio ſenſu acceptis, credendum eſt legislatorem, eum ſenſum intendiſſe, qui alijs legibus nõ repugnat, quamuis nõ ſit ſenſus proprius verborum, niſi aliter conſtet de mente legislatoris. Ratio eſt tum quia à iure antiquo nõ receditur, niſi, quatenus iure nouo exprimitur, L. Præcipimus, in fine, C. de appellationibus. Tum quia correctio, & mutatio legis odioſa eſt, vt ex Capite, Cupientes, de electione in 6. docet Salas diſp.21.ſect.13.num.28. Suarez, lib.6.cap.1.num.18. & alij DD. ſtatim citandi.

Tertiò poſſumus conijcere mentem legislatoris ex ratione legis, preſertim ex ea, quę in ipſa legę cõtinetur; nam voluntas legislatoris debet eſſe conformis, & accõmodata ſuæ rationi. Verùm, quando in lege nulla exprimitur ratio, & dubium eſt, quanã ratione legislator adductus ſit ad condendam legem, non eſt recedendum à verbis legis, niſi aliquid abſurdi ſequatur, iuxta Regulas iam traditas. L. prima, §. ſi is, qui nauim, ff. de exercitoria. Ità Baldus, quem citat, & ſequitur Salas diſp.21 ſect.4. verſ. Septima Regula, nec diſſentire videtur Suarez, lib.6. de legibus, cap.1.& 2.nu.18. & 19.& cap.4.num.6.& cap.5 nu.5. Emanuel Sà verbo, Lex, nu.23. Rebellus de obligationibus iuſtitiæ, lib.1.parte j. quæſt.6.& 7. Azorius, lib.5. cap.16. quæſito 9. Clauis Regia loc. cit. & alij communiter.

Quartò ex ijs, quæ continentur in proęmio; nam ijs, quę cõtinẽtur in proęmio coniungenda ſunt, regulariter loquendo, ſubſequentia. cũ in proęmio exprimi ſoleat cauſa finalis principaliter inducens legislatorem ad condendam legem, vt cum Gutierez, lib.3. quæſt.pract.

quæſt.

Digitized by Google

quæſt. 17. nu. 90. & alijs tradit Suarez, lib. 6. cap. 1. nu. 11. Azorius verb. Lex, num. 1.

22 Quæres ſecundo, quomodo facienda ſit explicatio, ſeu reſtrictio, quando per particularem conſtitutionem diſponitur aliquid, quod etiam habetur in iure communi.

Reſpondeo talem conſtitutionē explicandam, & reſtringendam eſſe iuxta formam iuris communis, niſi aliter conſtet de mente legiſlatoris, L. 2. Codice, de noxalibus; nam vitanda eſt legum contrarietas, nec legislator præſumitur voluiſſe legibus derogare, niſi aliter expreſſerit. Ita Baldus L. 2. citata. Rebellus loc. cit. num. 15. quæſt. 6. Salas loc. cit. ſect. 4. verſiculo, Quinta Regula. Suarez, lib. 6. cap. 2. num. 18 & alij communiter.

23 Quæres tertiò, vtrum lex pœnalis ob paritatem rationis extendatur ab vno caſu ad aliū, vel ab vno crimine ad aliud, vel ab vna perſona ad aliam.

Reſpondeo negatiuè cum Gloſſa, & alijs apud Clauem Regiam, lib. 3. cap. 8. & apud Rebellum loc. cit. num. 20. apud Salas, & Suarez, libro 6. cap. 3. num. quinto, & nono contra Quarantam verbo Cōfeſſor, folio mihi 199. Emanuelem Sà verbo, Lex; num. 9. Rebellum loc. cit. & alios. Ratio eſt tum quia Capite Pœnæ, de Pœnitentia diſt. 6. dicitur, In pœnis benigniorem partem amplectendam eſſe, & L. Interpretatione, ff. de pœnis; habetur, Interpretatione legis pœnæ moliēdæ potius, quam aſperandæ ſunt. Tum quia diſpenſatio ad ſimiles caſus non extenditur, Cap. 1. & 2. de filijs Presbyterorum in ſexto; ergo neque lex pęnalis ad ſimiles caſus trahenda eſt. Tum quia pœna pendet a legiſlatoris voluntate verbis expreſſa, qui poteſt vnum crimen punire alio non punito, aut vnum punire vna pœna, & aliud alia; Si ergo legiſlator vnum crimen expreſsit, & non aliud, non eſt facienda extenſio ad aliud. Tum quia ad hoc facit tritum illud axioma, ſæpius à nobis in Tractatu de Cenſuris cum communi Doctorum ſententia repetitum, In lege pœnali non valet argumentari à ſimili, ſeu à paritate, ſeu ab identitate rationis, aut à fortiori, aut à maiori ad minus, aut à contrario ſenſu.

Hæc tamen intelligenda ſunt, modo vnus caſus, ſeu vnum crimen non ſit poſitum in lege tantummodo gratia exempli, ſeu exemplariter; nam ſi lex ſit generalis, certum eſt generaliter intelligi debere de omnibus caſibus, ad quos verba legis extendi poſſunt, iuxta ſenſum, & proprietatem verborum, & licet vnius tantummodo perſonæ, facta ſit mentio, non propterea reliquæ cenſentur excluſæ. Ratio eſt tum quia id tacite videtur ineſſe, in quo eadem ratio reperitur, L. His ſolis, C. de reuocanda donatione. Tum quia leges non agunt de vna ſingulari perſona, vt patet ex ſupra dictis in principio, vt benè docet Menochius de recuperanda poſſeſsione remedio 4. num. 20. Bartolus. Baldus. Tiraquellus, & alij apud Rebellum, parte j. quęſt. 6. ſect. 4. & apud Salas de legibus diſput. 21. ſect. 5. num. 11.

24 Hinc colligi poteſt primò, pœnam per legem impoſitam contra ſurripientes centum aureos, extendi ad eos, qui res æqualis valoris ſurripiunt; nam lex cenſetur generalis,

ralis, & aurei cenſentur ſolum poſiti gratia exempli, & crimen cenſetur æquiualẽs, & eiuſdẽ rationis.

25 Secundò, quod dicitur de vno correlatiuo extẽdi etiam ad aliud, quando vnum poſitum eſt tantummodo gratia exempli, ſeu quando ex eadem ratione, alijſque circunſtantijs conſtat legiſlatorem voluiſſe vtrunque comprehendere. Hac de cauſa in Tractatu de Matrimonio in 2. editione docui caſum reſeruatum poſitum cõtra Sodomitas, non ſolum incurri ab eo, qui agit, verũ ẽt ab eo, qui patiẽdo cooperatur huic nefario crimini.

26 Sed modo dubium eſt, vtrum ſaltem in lege fauorabili facienda ſit extenſio ab vno caſu ad alium; ſeu ab vno crimine ad aliud, ſeu ab vna perſona ad aliam.

27 Aliqui Doctores, vt Panormitanus, Capite, ex tenore, qui filij ſint legitimi, Felinus, & alij apud Suarez lib. 6. de legibus cap. 4. exiſtimant faciendam eſſe extenſionem. Ratio eſt tum quia. Regula vltima de Regul. iur. dicitur, In legẽ delinquit, qui contra legis nititur voluntatem. Idem aſſeritur in L. Non dubium, ſuperius citata; ſed voluntas legis præcipuẽ cognoſcitur ex ratione, quæ mouit voluntatem legiſlatoris; ergo preſumitur contra legem agere qui facit contra rationem legis; ergo ſaltem in lege fauorabili facienda eſt extenſio ab vno caſu ad alium ob paritatem rationis. Tum quia ſicut philoſophicè loquendo, inquit Syluester, verb. Lex, num. 15. impoſsibile eſt dari eãdem omninò cauſam, quin ſequatur idẽ effectus, ita iuridicè loquendo fieri nequit, vt detur eadem cauſa, quin detur eadem lex, & obligatio; cum ratio legis ſit cauſa legis, & anima legis, vt ex L. Scire oportet. ff. de excuſationib. tutor. docet Baldus, Tiraquellus, & alij apud Salas diſp. 21. ſect. 13. num. 26. Et hoc procedere videtur non ſolum in ratione expreſſa in lege, verum etiam in non expreſſa, modo certum ſit legiſlatorem non alia ratione motum eſſe ad eam legem ferendam, & modo legem non tulerit propria voluntate, nulla nixus ratione. Ita ſentire videtur Alphonſus à Caſtro de poteſtate legis pœnalis, cap. 21. Couarruuias, cap. Alma mater, cap. 2. §. 4. num. 7. Clauis Regia, lib. 3. cap. 8. nu. 4. Bartolus, Cinus, & alij apud Suarez, lib. 6. cap. 3. n. 23. & c. 4. n. 1.

Sed mihi dicendum videtur non ſolum in lege pęnali, verum etiam in lege fauorabili non eſſe faciendam extenſionem ad ſimiles caſus, niſi ad ipſos extendantur verba legis iuxtà proprietatem verborũ naturalem, vel ciuilem, niſi aliter cogat neceſsitas iuxta Regulas in prę cedentibus traditas. Ratio eſt tum quia legis diſpoſitio pendet à voluntate legiſlatoris; ſed legiſlator poſita eadẽ ratione poteſt pro ſuo arbitrio vnum velle, & non aliud, vnum approbare, alterum reprobare, vnum præcipere, alterum prohibere; ergo ſequitur ex eadem rõne non eſſe faciendam extenſionẽ ad ſimiles caſus, niſi ad ipſos verba legis extendantur, aut niſi legiſlator voluerit ipſos eadẽ lege cõprehendere. Tum quia expreſsio vnius, & taciturnitas, ſeu ſilentiũ alterius indicat legiſlatorẽ vnũ voluiſſe, & nõ alterũ; nã ſi alterũ voluiſſet, expreſſiſſet. Ita Gloſſa Butrius, & alij, quos ſequitẽ Suarez lib. 6. de legib. c. 3. n. 3. 4. & 9. & c. 4. Salas diſp. 21. ſect. 13. nu. 29.

Ad

Digitized by Google

Ad rationes in contrarium reſpondeo illas afferri poſſe ad hoc idem probandum in lege pœnali; ſicut autem in lege pęnali non probant faciendam eſſe extenſionem ad ſimiles caſus, ita neque probare videntur in lege fauorabili. Quamobrem.

Ad primam rationem reſpódeo negando vtranque conſequentiã; aliud enim eſt facere extenſionem ab vno caſu ad alium, aliud eſt interpretari legem iuxta verborum proprietatem, & iuxta legislatoris intentionem, quæ colligi conſueuit ex ratione, qua legislator ductus eſt ad cōdendam legem. Verũ ſi conſtaret legislatorem motum eſſe vna ratione ad aliquid præcipiendum, & non ad aliud, non eſt facienda extenſio ab vno caſu ad alium.

Ad ſecundam rationem negandum eſt antecedens, ſeu cõparatio. Ratio diſparitatis eſt, quia agens naturale neceſſariò agit, conſequēter poſita tali cauſa ſufficienter diſpoſita ſequitur talis effectus; legiſlator verò liberè operatur, conſequenter poteſt aliqua ductus ratione vnum præcipere alio non præcepto, conſequenter non eſt facienda extenſio ab vno caſu ad alium, ob paritatem, vel identitatem rationis, niſi verba legis ad illum caſum extendantur, ſeruata verborũ proprietate, aut modo non adſit neceſſaria cõnexio cũ alio caſu, aut modo neceſsitas, vel recta ratione aliud nõ ſuadeat ad vitandam abſurditatem aliquam, vel iniuſtitiã, vt multis Doctoribus relatis docet Suarez, lib.6.cap.4. & alij, quos in hoc puncto ad finem primi quæſiti adduxi in ſolutione difficultatis, qua quærebatur, vndenam poſsimus mẽtem legislatoris conicere.

Hinc ergo conſtat ob paritatem rationis non eſſe faciendam extenſionem ab vno caſu ad alium non ſolum in lege pœnali, verum neque in lege fauorabili, niſi verba legis hanc extenſionem patiantur, iuxta ſenſum, & ſignificationem verborum in propoſitionibus aſsignatã, aut niſi neceſsitas cogat.

Neque obſtat illa Regula iuris in ſexto, Pœnæ reſtringendæ, benignè interpretandæ, & leniendæ ſunt.

Reſpondetur enim hinc colligi, non eſſe faciendam extenſionem ab vno caſu ad alium, & pœnas reſtringendas eſſe quantum verba patiuntur, & quãtum fert neceſsitas, & iuſtitia legis. Vt hoc intelligatur.

27 Adnotari poteſt diſtinctio, quã Suarez, & multi Iuriſperiti afferunt dicentes duplicem eſſe interpretationem extēſiuam, vnam videlicet neceſsitatis, alteram congruitatis, ſeu voluntatis. Quando dicimus legem pœnalem reſtringendam, benignè interpretandam, & leniendam eſſe, ſermo eſt de interpretatione voluntatis, ſeu etiam cõgruitatis extenſiua, ſine qua ſubſiſtit iuſtitia, & diſpoſitio legis, conſequēter in hac parte lex pœnalis reſtringenda, & benignè accipienda eſt, & non extendenda; non vero ſermo eſt de interpretatione extẽſiua neceſsitatis, quæ potius appellatur adæquata legis interpretatio, quã extenſio, & non ſolum applicatur legibus fauorabilibus; verum etiã pœnalibus, ſiue odioſis, ſiue corre-

ctoriſs, & in hac interpretatione non eſt facienda reſtrictio, ſed extenſio juxta Regulas in præcedentibus allatas. Ita Suarez loc. citat. Menochius, lib. 4. præſumptione 89. num. 37. & alij. Et in hac interpretatione extenſiua nō ſolum attendenda eſt ratio ſcripta, verùm etiam ratio ſubintellecta, & non expreſſa, modo conſtet legislatorem non alia ductum eſſe ratione ad ferendam legem, vt oppoſita ſententia benè in hac parte docet.

28 Quæres quartò, quomodo intelligēdæ ſint iſtæ particulæ, &, vel, aut.

Reſpondeo has particulas aliquando accipi coniunctiuè, & aliquando diſiunctiuè L. Sępè, ff. de verbor. ſignif. Ita Azorius parte j. libro 5. cap. 27. quæſito 5. & cap. 28. quæſito 1. Salas de legibus, diſp. 21. ſect. 3. verſiculo, Quæ tamen. Suarez, lib. 3. de legib. cap. 16. num. 2. & alij communiter quando autem cōiunctiuè, vel diſiūctiuè accipi debeāt, iudicio prudentis, & ſapientis viri relinquitur in caſibus particularibus. Hoc ſolum obſerua particulam, vel, accipi præſertim pro cō pulatiua, &, quoties illa inter quæ ponitur, ita ſunt inter ſe cōnexa, vt non ſeparentur. ita Suarez, libro 2. cap. 6. num. 13.

29 Quæres quintò, quomodo explicandæ ſint iſtæ particulæ, ſeu, ſiue, &, ve, vtrum ſcilicet explicandæ ſint copulatiuè, & ampliatiuè, an diſiunctiuè.

Reſpondent aliqui Doctores accipi copulatiuè.

Bartolus verò putat in materia fauorabili, & in ijs, quæ pertinent ad gratiam, explicandas eſſe copulatiuè, & ampliatiuè, in alijs diſiunctiuè.

Ego verò puto aliquando accipi copulatiuè, aliquando diſiunctiuè; particulam tamen, ſeu, & ſiue, vt plurimum copulatiuè accipi. Idem docet Salas loc. cit. num. 7. Azorius loc. cit. cap. 27. quæſito 7. & alij.

Tunc ampliatiuè, & copulatiuè accipiuntur iſtæ particulæ, quando ſequūtur, ſeu apponuntur poſt aliquid vniuersè, ſeu indefinitè, aut pluraliter dictum; Quando verò non ſequuntur, vel non adiunguntur poſt aliquid vniuersè, ſeu indefinitè, aut pluraliter dictum, accipiuntur diſiunctiuè. Quamobrem in legato hoc modo facto, Lego tibi vina, quæ habeo, ſiue domi, ſiue in portu, particula, ſiue, accipitur copulatiuè, L. Si quis ita legauerit 2. ff. de argento, & auro. Ratio eſt quia has particulas præcedit aliquid vniuersè, ſeu pluraliter dictum. Idem indicandum eſt, quando dicitur, Lego ornamenta, quæ paraui, parabovè, ſeu quæ mei cauſa parata ſunt, eruntvè L. Apud Pamphilum, ff. de auro, & argento legatis. Si verò dicatur, lego tibi veſtem meam, ſeu librum, particula, ſeu, accipitur diſiunctiuè, non copulatiuè; quia hæc particula non ſequitur, nec adiungitur poſt aliquid indefinitè, ſeu vniuersè prolatūm. Magna tamen prudentia opus eſt in cognoſcendo quandonā iſtæ particulæ dicantur poſt aliquid vniuerſaliter dictum, quāquā attentis exemplis traditis hoc difficile minimè videatur.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM IX.

Quibus actibus ſatisfiat præcepto.

1 *Præceptum adimpleri poteſt per actum ex aliqua circunſtantia malum.*

2 *Præceptum aliquando non poteſt adimpleri non adimpleto modo, & aliquando è contra.*

3 *Accedens ad Sacramentũ Confeſſionis ſine debito dolore, vel integritate, non ſatisfacit præcepto annuæ Confeſſionis.*

4 *Poſſumus eodem actu pluribus præceptis ſatisfacere, ſi hoc permittat ſuperior.*

5 *Vouens ieiunium in Vigilia omnium Sanctorum, eo die ieiunando ſatisfacit vtrique obligationi voti, & ieiunij.*

6 *Qui tenetur diuinum officium recitare ratione plurium beneficiorum, vel Ordinis, & Beneficij, ſatisfacit vnica recitatione vtrique obligationi.*

7 *Qui tenetur audire Miſſam quotidiè pro pænitentia à Confeſſario iniuncta, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, & Confeſſarij vnicam Miſſam audiendo diebus feſtis.*

8 *Quoties vnus actus non impedit alium, poſſumus eodem tempore per diuerſos actus ſatisfacere pluribus præceptis.*

TRia breuiter quæremus in hoc puncto. Primò, vtrum poſſimus ſatisfacere præcepto per actũ ex aliqua circunſtantia malum. Secundò, vtrum eodem actu poſſimus pluribus præceptis ſatisfacere. Tertiò; vtrum poſſimus pluribus præceptis ſatisfacere per varios actus eodem tempore factos.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PRæceptum adimpleri poteſt per actum ex aliqua circunſtantia malum. Ita Doctores ſtatim citandi. Ratio eſt tum quia qui intemperanter comedit, dum prandet in die ieiunij, aut Miſſam audit in contemptum diei feſti, aut Eccleſiam adit cauſa videndi, vel etiam cõcupiſcendi libidinosè fœminas, aut ieiunat ob vanam gloriam, aut aliud opus præceptum præſtat prauo affectu, ſatisfacit præcepto ieiunij, cum abſtineat à multiplici refectione; ſatisfacit etiam præcepto Miſſæ, cum Miſſam attẽtè, & deuotè audiat, vt ſuppono, ſed hic præſtat actum ex aliqua circunſtantia malum; ergo præceptũ adimpleri poteſt per actum ex aliqua circunſtantia malum. Tum quia qui ſubſtantiam præcepti adimplet, ſatisfacit præcepto, etiãſi nõ adimpleat modum; modus enim non cadit ſub præceptũ, modo non ſit de intrinſeca ratione actus præcepti; ſed ſubſtantia præcepti adimpleri poteſt per actum ex aliqua circunſtantia malum; ergo præceptum adimpleri poteſt per actum ex aliqua circunſtantia malum; Vt hoc melius intelligatur.

2 Aduertendum eſt, præceptum aliquando non poſſe adimpleri nõ adimpleto modo; aliquando vero adimpleri poſſe nõ adimpleto modo, & hoc cõtingit quando modus non eſt de intrinſeca ratione actus præcepti. Sit exemplum, Titius recitans diuinum officium ſine attentione,

tione, & deuotione, non dicitur ſatisfacere præcepto diuini officij; quia Eccleſia præcipit orationem recitatione diuini officij; attentio autem, & deuotio eſt modus de intrinſeca ratione orationis, cum oratio ſubſiſtere non valeat ſine deuotione, & attentione. Item ſi Titius dormiens aſsiſtat Miſſę non dicitur ſatisfacere pręcepto Miſſæ audiendæ, quia deſideratur modus pertinens ad ſubſtantiam pręcepti, qui eſt aſsiſtentia humana, ſeu modo humano: ſi quis verò indignè, & ſine deuotione communicet tempore Paſchatis ſatisfacit præcepto annuæ Communionis, quia ſubſtātiam pręcepti adimplet, non adimpleto modo; deuotio enim, quæ eſt modus communionis, non eſt de intrinſeca ratione actus communionis, ſed communio ſubſiſtere poteſt ſine deuotione. Ita Doctores ſtatim citandi.

3 Vtrum verò accedens ad Sacramentum confeſsionis ſine debito dolore, vel ſine integritate, ſatisfaciat præcepto annuæ confeſſionis, ex dictis de Pœnitentia, & ex ijs, quæ modò tradidimus, conſtat non ſatisfacere; quia Pœnitētiæ Sacramentum non ſubſiſtit ſine dolore culpabiliter pretermiſſo, aut ſine integritate formali; conſequēter deſideratur modus, qui ad intrinſecam ſubſtantiæ actus rationem ſpectare videtur.

Hinc ergo patet adimplentem pręceptum per actum ex aliqua circunſtantia malum ſatisfacere præcepto, etiamſi non adimpleat modum, aut etiam finem à legislatore intentum, modo finis, aut modus non ſit de intrinſeca ratione ſubſtantiæ actus pręcepti. Idem dicendum eſt de Voto, de Iuramento, & reliquis præceptis.

Peccat tamen pro ratione mali finis, vel circunſtantiæ, qui præceptum adimplet per actū ex aliqua circunſtantia malum, vt patet ex Regulis traditis de Peccatis. In prædictis conſentit S. Thomas, p. 2. quæſt. 100. art. 9. Sotus 2. de iuſtitia quæſt. 3. art. 9. Nauar. in Manuali, cap. 21. num. 7. Azorius parte j. lib. 7. cap. 5. quæſito 1. Valentia, diſp. 7. quæſt. 8. pun. 2. Medina tract. de oratione, quæſt. 16. de horis Canonicis, Suarez, lib. 3. de legib. cap. 29. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 14. num. 1. Salas de legibus diſput. 9. ſect. 2. num. 35. ad finem, & alij apud præcitatos DD. cōtra Adrianum, & alios apud Azorium, apud Sanchez, & apud Suarez loc. cit.

Obijcies contra propoſitionem. Ille peccat contra legem, qui verba legis amplectens facit aliquid contra legis voluntatem & intentionem, L. Non dubium, C. de legibus, & L. Contra legem, ff. eodem titulo; ſed qui facit actum peccaminoſum, aut contra modum, aut contra finem legis, facit contra voluntatem, & intentionem legis: ergo peccat contra legem, ergo non adimplet legem, ſeu præceptum.

Reſpondeo illum facere contra legem; qui facit aliquid contra intentionem intrinſecam legis, ſeu contra modum, ſine quo ſubſtantia actus præcepti ſubſiſtere non poteſt, qui vero facit cōtra intentionem, ſeu finem, aut modum extrinſecum, non dicitur propriè facere contra legem, vt præcedenti puncto explicaui, quamuis ex alio capite peccet. Intentio intrinſeca legis eſt res illa, ſeu materia, ad

Digitized by Google

uam ſuperior intendit ſua lege obligare, intentio verò extrinſeca eſt finis, ad quem materia præcepta dirigitur, & ordinatur, & ſine hoc fine præceptũ ſeruari, & adimpleri poteſt. Ratio eſt tum quia extat tritum illud ſermone prouerbium. Finis præcepti nõ cadit ſub præceptum. Tum quia præceptum adimpletur quoties fit id, quod in lege exprimitur per modum imperij, in lege autem non exprimitur per modum imperij, vt hoc fiat propter illud, ſeu tali fine ſed ſimpliciter, vt hoc fiat. Neque obſtat quod in lege aliquando exprimatur finis legis, hic.n. non exprimitur per modum obiecti, ſeu materię legis, ſed per modum rationis compellentis, & mouentis legislatorem ad condendam legem. ita Suarez, loc. cit. num. 7. Salas, & alij DD. cit.

SECVNDA PROPOSITIO.

POſſumus vnico actu pluribus præceptis ſatisfacere, quoties ſuperior cõcedit, vt eodẽ actu pluribus pręceptis ſatisfiat. Ratio eſt quia obligatio legis pẽdet à mẽte legislatoris, ipſiuſq; volũtatẽ nõ excedit; Si ergò legislator intẽdat vno actu ſatisfieri pluribus præceptis, neceſſe eſt dicere vnico actu pluribus præceptis ſatisfieri; Idem docui de pœnitentia, & de Indulgentijs pũ. poſt tertiam propoſitionẽ, quæſi. 3. vbi oſtendi in hac re ſtandum eſſe menti, & intentioni legislatoris, ſeu præcipientis. Ita Doctores ſtatim citandi.

Obiicies. Non poſſumus vnica ſolutione ſatisfacere pluribus debitis iuſtitiæ commutatiuæ; ergo neq; poſſum⁹ vnico actu ſatisfacere pluribus debitis legalibus, ſeu præceptis.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, tum quia contrahentes vidẽtur ſibi plures ſolutionum actus iniunxiſſe. Tum quia iuſtitia commutatiua reſpicit æqualitatẽm rei ad rẽ; ęqualitas autem rei ad rem non ſaluatur vnica ſolutione in pluribus, & diuerſis debitis; In debitis verò legalibus attenditur mens, & intentio legislatoris, quæ ferri poteſt in vnũ, idemque opus. Ita Medina Codice, de ſatisfactione q. 4. verſiculo, Corrolariè ſequitur Sanchez in Opere Morali lib. 1. cap. 14. num. 5. Salas, & alij, quos referam puncto ſequenti.

5 Ex dictis ſequitur primo, eum, qui vouit ieiunium in vigilia Omnium Sanctorum, eodem ieiunio ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, & obligationi voti.

6 Secundò, eum, qui tenetur diuinum officiũ recitare ratione ordinis, & beneficij, ſeu beneficiorum iuſtè obtentorum, eadem recitatione vtrique obligationi ſatisfacere, vt patet ex dictis de Horis Canonicis, & conſtat ex fundamentis in ſecũda propoſitione iactis; eum vero, qui duplici titulo iuſtitiæ tenetur alicui vnũ aureum erogare, vnum ratione liberalis promiſsionis, alterum ratione contractus oneroſi, non ſatisfacere obligationi, ſolutione vnius tãtummodo aurei, vt patet ex dictis in ſolutione obiectionis.

7 Tertiò, eum, cui à Confeſſario iniunctũ eſt onus audiendi miſſam ſingulis diebus, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, & præcepto Confeſſarij vnicam Miſſam audiendo

do in diebus feſtis, hæc enim præſumitur intentio Confeſſarij. Alias conſimiles illationes adduxi de Sacramento Pœnitentiæ, dum loquerer de ſatisfactione à Confeſſario iniuncta.

TERTIA PROPOSITIO.

8 POſſumus eodem tēpore per diuerſos actus ſatisfacere pluribus præceptis, quoties vnus actus non impedit alium. Ratio eſt quia ille pręcepto ſatisfacit, q facit id, quod præcepto, ſeu lege præſcribitur, ſed poſſumus eodem tempore facere quod præcepto, ſeu lege præſcribitur; cū in pręceptis nō pręſcribatur diuerſitas temporum; ergo poſſumus eodem tempore ſatiſfacere pluribus præceptis per diuerſos actus, quoties vnus actus nō impedit alium. Ita Sotus in 4. diſt. 19. quæſt. 2. art. 1. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 2. pun. vltimo Suarez de Sacramentis diſp. 38. ſect. 6. nu. 5. Azorius par. 1. lib. 7. cap. 5. quæſito 3. & lib. 10. cap. 12. quæſtio 10. Sanchez in Opere Morali lib. 1. cap. 14. nume. 12. Henriquez lib. 9. cap. 25. nu. 5. & alij.

Ex quo patet, eum, qui tempore Miſſæ recitat horas Canonicas, ſatisfacere præcepto Miſſæ, & præcepto diuini officij; nam eodē tēpore præſtat diuerſos actus præceptos, quorum vnus non impedit alium; Videte quæ diximus de Satisfactione, de Præcepto Miſſæ, de Horis Canonicis, & de Indulgentijs.

PVNCTVM X.

Qua intentione ſatisfaciendum ſit præceptis, ſeu legibus.

1 *Intendens ſatisfare præcepto poteſt habere duplicem intentionem.*

2 *Vt præceptum adimpleatur requiritur intentio faciēdi opus, quod præcipitur.*

3 *Ebrius aſſiſtens Miſſæ, vel recitans orationem ex voto &c. non ſatisfacit præcepto.*

4 *Accedens ad eccleſiam vt meditationi vacet, non ſatisfacit præcepto audiendi Miſſam, ſi eo tempore ſacerdos adeat altare ad celebrandū.*

5 *Puer ſatisfacit audiendo attente ſacrum, quamuis illud nollet audire, niſi mater hoc ei præcepiſſet.*

6 *Qui per vim abſolutam cogitur intereſſe ſacro non ſatisfacit ſi illud audire non intendat.*

7 *Ieiunans, aut reſtituens per vim abſolutam, non ſatisfacit præcepto ieiunij, vel Iuſtitiæ.*

8 *Adimplens præceptum, Pœnitentiā, vel votum per metum grauem, ſatisfacit.*

9 *Ad ſatisfaciendum præcepto non requiritur intētio ſatisfaciendi præcepto.*

10 *Audiens ſacrum intentione illius audiendi ſatisfacit, quamuis non intendat adimplere præceptum.*

11 *Qui vouit inuiſere ſepulchrum D. Caroli, ſatisfacit voto viſitando ſepulchrum ſine intentione adimplendi votum.*

12 *Qui aliquid multis titulis præſtare debet, dum illud præſtat ſatisfacit cui obligationi ipſe ſatisfacere decreuit.*

13 Qui-

Digitized by Google

3 *Quibus obligationibus ſatisfaciat intendens vnico opere pluribus ſatisfacere.*

14 *Qui tenetur ſoluere ex obligatione reſtitutionis incertorum centum pauperibus, centum ex voto, & centum ex* Pœnitentia, *quomodo ſatisfaciat vnica ſolutione centum.*

15 *Qui ex voto, & pœnitentia tenetur duas Miſſas audire, putans ſe vnica Miſſa ſatisfacere, ſatisfacit obligationi voti vnam audiendo.*

16 *Qui ex præcepto Eccleſiæ, ex voto, & pœnitentia tenetur miſſam audire, ſatisfacit præcepto* Eccleſiæ *vnicã audiendo, niſi decreuerit cuinã obligationi vellet ſatisfacere.*

17 *Qui ex pluribus votis æqualibus &c. tenetur pluries decem aureos pauperibus tradere, poteſt ſatisfacere ad ratam pro omnibus, ſi ſemel decem aureos ſoluat.*

18 *Faciens opus, quod pluribus titulis præſtare tenebatur, cenſetur velle ſatisfacere vrgentiori debito, ſi prius decreuerat omnibus debitis per diuerſa opera ſatisfacere.*

19 *Faciens opus præceptum cum intentione illud non adimplendi per illud opus ſatisfacit præcepto.*

20 *Audiens miſſam in die feſto intendẽs aliam audire, vt præcepto ſatisfaciat etiam ſi aliam non audiat, ſatisfacit.*

21 *Extenditur eadem doctrina ad pœnitentiam ſacramentalem, ad votum, iuramentum, &c.*

22 *Qui miſſam audiuit animo non adimplendi præceptum illius auditione, ſi aliam non audiat, non tenetur intra tempus obligationis mutare animum.*

NOtandum, eum, qui præcepto ſatisfacere intendit, poſſe duplicem intentionem habere vnam præſtandi opus; quod præcipitur, alteram ſatisfaciendi præcepto per tale opus.

Hoc poſito in præſenti Puncto quæremus, qualis intentio requiratur ad ſatisfaciendum præceptis, ſeu legibus, vtrum videlicet primò requiratur intentio faciendi opus. Secundò vtrum requiratur intentio ſatisfaciendi præcepto.

PRIMA PROPOSITIO.

2 VT præceptum adimpleatur requiritur intentio faciendi opus, quod præcipitur. Quamobrẽ vt adimpleatur e. g. pœnitentia recitandi Roſarium in honorem B. V. requiritur intentio recitandi Roſarium. Vt quis ſatisfaciat præcepto audiendę miſſæ in die feſto, requiritur intentio audiendi miſſam. Vt quis ſatisfaciat præcepto diuini officij requiritur intentio recitãdi diuinum officium, ſeu orandi, & non ſufficit intentio legendi, vel ediſcendi. Ratio eſt quia cum ſubiectum legum, & præceptorum ſit homo capax vſus rationis, neceſſe eſt, vt opera præcepta præſtẽtur humano modo, non præſtantur autem humano modo, niſi adſit intentio, & voluntas illa præſtandi. Ita Vaſquez p. 2. quæſt. 100. art. 9. nume. 2. & 3. Azorius parte 1. lib. 7. cap. 2. quæſito 6. Suarez to. 2. de Religione lib. 4. cap. 26. num. 5. & lib. 3. de legibus. cap. 19. Sanchez in Summa lib. 1. cap. 13. nu. 2.

3 Hinc ſequitur primò, ebrium, vel dormientem aſsiſtentem miſſæ ſacrò in die feſto, aut recitantem orationem ex voto, vel ex alio præcepto debitam, non ſatisfacere præce-

pto

pto audiendæ miſſæ, vel recitandę orationis; quia non exercet actionem humano modo, cum neſciat, quid agat, nec velit talem actionẽ exercere. Ita Sotus 3. de Iuſtitia. q. 3. art. 9. Suarez loco cit. nu. 4. ad ſecundam obiectionem. Sanchez loc. cit. Medina, & omnes recentiores teſte Ioanne Salas de legibus diſp. 9. ſect. 2. nu. 32.

4 Secundò, eum, qui ad Eccleſiam, vel aliquam Capellã accedit, vt det operam meditationi rerũ diuinarum, non ſatisfacere præcepto audiendæ miſſæ, ſi Sacerdos interim adeat altare ad celebrandum miſſæ ſacrum. Ratio eſt quia non habet intentionem audiendi ſacrum; ſed ſolummodo dandi operam meditationi. Ita Sanchez lo. cit. nu. 3.

5 Tertiò, pueros ſatisfacere pręcepto miſſæ, ſi miſſam debita cũ attentione audiant, quam non audiuiſſent, niſi mater præcepiſſet illis adire eccleſiam, vel niſi Præceptor eos ad Eccleſiam traxiſſet; nã miſſam audiunt humano modo, ideſt cum debita attentione, & intentione audiendi miſſam, peccant tamen, ſi actualiter habeant conditionalem intentionem non audiendi ſacrum, niſi mater præcepiſſet, vel Præceptor dixiſſet; habẽt enim affectum ad præcepti tranſgreſsionem. Ita Sanchez lo. cit. nu. 8. Suarez tom. 2. de religione. lib. 4. cap. 26. nu. 12. & alij contra nonnullos alios apud Salas diſp. 9. de legibus, ſect. 2. nu. 32.

6 Quartò, eum non ſatisfacere præcepto miſſæ audiendæ, qui per vim abſolutam, ſeu omninò inuitus cogitur intereſſe ſacro, non habens intentionem audiendi ſacrũ, vt ait Sotus 2. de Iuſtitia, quæſtio. 3. art. 9. Azorius prima parte lib. 7. c. 2. quæſito 6. Salas lo. cit. num. 34. Medina quæſt. 100. art. 9. Suarez de Sacramentis tomo 3. diſp. 88. ſectio. 3. verſiculo, Circa poſteriorem partem, & loco citato de legibus, nu. 4. Sanchez lo. cit. num. 5. & alij contra Victoriam apud Salas loc. cit. probabiliter putantem ſatisfacere. Ratio noſtra eſt, quia qui facit aliquid per vim abſolutam, ſeu omnino inuitus, non habet intentionem illud faciendi, ad ſatisfaciendum autẽ præcepto requiritur intentio faciendi opus præceptum.

Ex quo patet illum, qui per vim abſolutam, ſeu omnino inuitus cogitur intereſſe ſacro, affici excommunicatione, ſi lata eſſet excommunicatio contra nõ audientes ſacrum. Ita Doctores citati contra Sotum loco cit. cui adhærere videtur Suarez lib. 3. de legibus cap 29. nume. 4. quatenus dicit exteriorem tranſgreſsionem præcepti excuſari, quod ſatis eſt ad excuſandam cenſuram; non tamen ſeruari mente, & animo totam obligationem pręcepti, & conſequenter non excuſari grauem culpam.

7 Quintò, ieiunantem, aut reſtituentem per vim abſolutam nõ ſatisfacere præcepto ieiunij, aut iuſtitiæ, quia omnino caret intentione ieiunandi, aut ſoluendi. Quanquã ille, qui per vim abſolutam reſtituit, non tenetur iterum ad reſtitutionem, quia per reſtitutionem per vim antea factam tollitur inæqualitas inter partes; cõſequenter ceſſat debitum, & obligatio reſtituendi. Propterea excuſaretur ab excommunicatione, ſi lata eſſet excommunicatio contra non reſtituentes, vel non ſoluentes; nã ex-

com-

Digitized by Google

ommunicatio cenſeretur lata ſo-
am contra retinentes inuito domi
o, ſeu contra defraudantes ſuos
reditores; hic autem non dicere-
ur retinere inuito domino, aut
reditores defraudare. Ita Suarez
oco cit.nu.3 Sanchez,& alij.

Sextò, implentem præceptum,
el pœnitentiam; vel votum per
netum grauem ſatisfacere præce-
to,pœnitentiæ,aut voto,nam me-
us grauis non tollit intentionem,
& voluntatem præſtandi aliquid,
icèt diminuat voluntarium. Ita Sã
hez loc.cit.num.7.Salas loc.cit.nu.
3.& 34.Azor par.1. lib.10.cap.12.
uæſito 9.& alij.

ECVNDA PROPOSITIO.

AD ſatisfaciendum præcepto non eſt neceſſe, vt opus præſtetur intentione ſatisfaciendi præcepto, ſeu implendi præceptũ, ed ſufficit, vt opus præſtetur intẽtione illud præſtandi, vt dictum ſt in prima propoſitione. Ratio ſt quia leges licèt præcipiãt opus ieri; non tamen præcipiunt fieri um intentione implendi præcepum; Eccleſia enim præcipit audiionem miſſæ in die feſto; non auem præcipit intentionem ſatisfaiendi præcepto per auditionem miſſæ. Ita Doctores ſtatim citandi, ræſertim Suarez, Vaſquez,Salas, Valentia,& Azor,contra Lopez,& lios apud Sanchez in opere moali lib.1.cap.13.num 9.& apud Saas de legibus diſp.9.ſect.2.nu.33.

o Hinc ſequitur primo, eum, qui miſſam audit intentione audiendę miſſæ; ſed abſque intentione adimlendi præceptum, ſatisfacere pręcepto miſſæ. Eidem præcepto ſatisfacit,qui miſſam audit, neſciens eſſe diem feſtum, nec opus eſt, vt poſtquam cognouerit eſſe diem feſtum intendat præcepto ſatisfacere auditione miſſæ iam præterita, vt infra clarius explicabo.Ita Suarez, Sanchez, & alii locis citatis.

11 Secundò,eum, qui vouit inuiſere ſepulchrum Diui Caroli,ſatisfacere voto, viſitando ſepulchrum ſine intentione adimplẽdi votum. Amplia, etiamſi dum ſepulchrum viſitat, oblitus ſit voti,adhuc enim humano modo præſtat opus pręſcriptum. Reſtringe, modò talem actum viſitandi ſepulchrum non applicet pro alia re, vt pro pœnitentia,&c. Idem dicendum eſt de pœnitentia iniuncta à Confeſſario,vel de re debita ex iuramento,vt conſtabit ex infra dicendis. Ita Salas loc. cit. num.13. Suarez de Sacramentis diſput. 8. ſectio. 3. Vaſquez part. 2. quæſt. 100.art.9.num.5. circa expoſitionem articuli. Azor parte 1.lib.7.cap.2.quæſtio.6. Sanchez in opere morali lib.1. cap.13. num. 10.Valẽtia 2.2.diſp.6.quęſt.2.p.vlt. Leſsius,& alij, quos in ſimili retuli de Horis Canonicis.

Dixi in reſtrictione, & limitatione,modò non applicet pro alia re; nam actio ad eum valet finem, ad quem dirigitur, & ordinatur. Quãobrem qui ex voto, & pœnitentia tenetur circulum Beatiſsimæ V. recitare, ſi ſemel circulum recitet animo adimplendæ pęnitentiæ, nõ ſatisfacit obligationi voti. Idem dic de eo,qui ſepulchrum Diui Caroli ex voto, & ex pœnitentia ſibi à Confeſſario iniuncta viſitare tenetur; nam ſi viſitet ſepulchrum animo ſatisfaciendi pœnitentiæ, tenebitur iterum viſitare, vt obligationi

tioni voti ſatisfaciat.

12 Sed modò dubium eſt primo, cuinam obligationi ſatisfaciat, qui aliquid multis titulis præſtare debet, ita vt illud multiplicare teneatur, vt ſi ex iniuncta pœnitentia, & ex voto teneatur circulum Beatiſsimæ V. recitare, aut ſi ex voto, & ex pœnitentia teneatur ieiunare, vel miſſam audire, aut ſi ex obligatione reſtitutionis incertorum, ex voto, & pœnitentia teneatur certam pecuniæ ſummam titulo eleemoſynæ in pauperes diſtribuere. Reſpōdeo diſtinguēdo, vel decreuit alicui obligationi ſatisfacere, vel nulli, vel oībus; ſi decreuit alicui obligationi ſatisfacere, ſatisfacit illi obligationi, cui decreuit ſatisfacere. Ratio eſt tum quia hæc eſt fideliū praxis, & communis omnium ſenſus. Tum quia præſtat opus præſcriptum ad ſatisfaciendum præcepto, illique intendit ſatisfacere; ergo re ipſa illi ſatisfacit; Tū quia ſic decernitur L Cum pluribus. ff. de ſolutionibus.

13 Si verò decreuit omnibus obligationibus ſatisfacere, diſtinguēdum eſt, Vel præſtat opus diuiſibile, vt eſt eleemoſyna, aut Roſariū, quod tribus partibus communi fidelium opinione conſtat. Vel præſtat opus indiuiſibile, vt eſt ieiunium, aut miſſa: Si præſtat opus diuiſibile cum intentione ſatisfaciendi omnibus obligationibus, exiſtimo ſatisfacere ad ratam, pro quibus ſatisfacere poteſt, vt ſi ex voto, & ex pœnitentia debeat decem aureos titulo eleemoſynæ in pauperes erogare, & vnica traditione decē aureorū intendat vtriq; obligationi ſatisfacere, ſatisfacit vtrique pro rata; manente adhuc onere adimplendi aliam vtriuſque obligationis partē. Ratio eſt quia opus, quod non valet vt agitur, valere debet eo meliori modo, quo pōt, Cap. vnico. § Idem quoque, de diſpenſatione impuberum in 6. cū autem opus applicatum vtriq; obligationi, non proſit ad integrè ſatisfaciendum pro vtraque; poſsit autē prodeſſe ad partialem vtriuſq; partis ſatisfactionem, dicendum eſt prodeſſe ad ſatisfaciendum partialiter vtrique obligationi pro rata. Idem dicendum videtur, ſi nulli obligationi decreuit ſatisfacere modò obligationes ſint ęquales; ſi inæquales ſatisfacit grauiori, L. Cū pluribus citata.

Si verò præſtat opus indiuiſibile, vt ieiunium; aut miſſam intentione ſatisfaciendi omnibus obligationibus, videtur ſatisfacere vrgētiori; & grauiori obligationi, cui etiam ſatisfaceret, ſi vlli obligationi ſatisfacere non decreuiſſet. Ratio eſt tum quia quod non valet vt agitur, valet eo meliori modo, quo poteſt; cum autem opus agatur intentione ſatisfaciēdi omnibus obligationibus, ſed non valeat pro omnibus, dicendum eſt valere ſaltem ad ſatisfaciēdum grauiori obligationi; cum hoc pacto dicatur valere meliori modo quo poteſt. Tum quia L. Cū pluribus. ff. de ſolutionibus, habetur, Quando plura ſunt debita omninò ęqualia, nec quiſquam decreuit, cui debito ſatisfacere velit, cenſetur omnibus pro rata ſatisfacere; ſi autem alterum ſit grauius, cenſetur grauiori; ſi decreuit cui velit ſatisfacere, illi ſatisfacere iudicandus eſt.

Obijcies in tractatu de ſacrificio Miſſæ dictum eſt probabiliter ſuſti

neri

Digitized by Google

eri poſſe eum, qui tribus promiſit res miſſas, ſingulis ſingulas, ſatiſ- ıcere obligationi, ſi tres miſſas ce- ːbret intendens omnibus ſatisfa- ere, ſed miſſæ ſacrificium eſt opus ndiuiſibile, ergo faciens opus in- liuiſibile intentione ſatisfaciendi ›mnibus obligationibus, videtur ›mnibus ſatisfacere pro rata.

Reſpondetur miſſæ ſacrificium ſſe opus indiuiſibile ſecundum ſe n ratione ſacrificij, eſſe verò quo- lammodo diuiſibile in ratione ef- ectus, quatenus poteſt pluribus ap ›licari, & pluribus prodeſſe, vt di- ˀtum eſt de miſſæ ſacrificio. Vnde lliud eſt idē opus indiuiſibile ſuf- icere ad ſatisfaciendum pluribus ›bligationibus pro rata: aliud pro- leſſe pluribus quoad effectū, & cō- equenter plures obligationes prò ata, quaſi ex accidenti auferri, pri- nū negamus: ſecūdū cōcedimus.

Hactenus conſtat quid dicendū it, quando aliquis præſtat opus nultis titulis debitum, intentione atisfaciendi alicui particulari ob- igationi, aut omnibus. Præterea onſtat, cui obligationi ſatisfiat b eo, qui præſtat opus multis titu- is debitum, nō intendēs vlli obli- ationi ſatisfacere; oīno immemor bligationū, aut intendēs nulli ſa- isfacere; dico .n. ſatisfacere ad ra- am oībus obligationibus, quibus ōt ſatisfacere, ſi obligationes ſint quales, ſi verò ſint inæquales, ſatiſ- ıcere grauiori obligationi.

Hoc tamen non procedit in de- itis ex iuſtitia; obligatio enim de- itorum ex iuſtitia non ceſſat, niſi ebitor intendat obligationi ſatiſ- ıcere. Quamobrē in Tract. de Re it. diſp. 1. q. vlt. pun. 2. §. 2. quæſito cum Arragonio. Claue Regia. Sā- chez, Rodriquez, Salas, & alijs ſo- tendi, eum, qui titulo donationis, vel eleemoſynæ aliquid alicui tra- dit non daturus eo titulo, ſed po- tius daturus titulo iuſtitiæ ad extin- guendum debitum, ſi debitum co- gnouiſſet, ſeu ſi debiti recordatus fuiſſet, non ſatisfacere obligatio- ni iuſtitiæ, qua tenebatur; nā hoc eſt peculiare in obligatione iuſti- tiæ, vt obligatio iuſtitiæ non tolla- tur abſque intentione illam aufe- rendi, iuſtitia enim obligat ad ſer- uandam æqualitatem; æqualitas au- tem non ſeruatur, dum res tradi- tur, non vt debita, ſed animo do- nandi, is enim, cui res donatur, acquirit ius ad rem, quæ titulo do- nationis traditur, & adhuc retinet ius ad repetendam rem, quæ ſibi ex iuſtitia debetur.

Nec obſtat habitualis intentio non donandi liberaliter, ſi noſſet debitum, ſeu debiti recordaretur, nam huiuſmodi habitualis inten- tio non tollit actualem intentio- nem, qua res traditur liberaliter ti- tulo donationis, aut eleemoſynæ, & non efficit, vt res tradatur ad ſatisfaciendum debito. Ex quo pa- tet differentia inter obligationem iuſtitiæ, & reliquas obligationes, exempli gratia, voti, pœnitentiæ, præcepti eccleſiaſtici, &c. quod obligationi iuſtitiæ non ſatisfit ab- ſque animo illi ſatisfaciendi; obli- gationi verò voti, pœnitentiæ, & præcepti eccleſiaſtici ſatisfieri po- teſt abſque animo ſatisfaciendi, aut etiam cum animo non ſatisfa- ciendi, vt clarius conſtabit ex infra dicendis, modò adſit animus, præ- ſtandi opus debitum, vt dictum eſt in prima propoſitione, ita Suarez tom. 2. de religione lib. 4. de horis

Cano-

Digitized by Google

Canonicis, cap.26.num.8 Sanchez in opere morali lib.1.cap.14.nu.8. vbi refert Bart. & Gregorium Lopez,quibus alij recẽtiores adhærẽt.

14 Ex dictis in hoc primo dubio colligi poteſt primò, eum, qui non ſolum ex obligatione reſtitutionis incertorũ tenetur cẽtũ ſoluere pauperibus, verum etiã centum ex voto, & centum ex pœnitentia, vnica ſolutione centum,ſatisfacere illi obligationi, cui intendit ſatisfacere, eum verò, qui intendit omnibus ſatisfacere nõ determinans, cui prius velit ſatisfacere; ſed potius putans ſe vnica ſolutione centum ſatisfacere oĩbus obligationibus, ſatisfacere omnib' ſolũ pro rata, remanente adhuc obligatione adimplendi aliam partem cuiuslibet obligationis;nam opus eſt diuiſibile, & poteſt partialiter ad plures obligationes extinguendas applicari. Si vero ad obligationes nihil aduertit,nõ ſatisfacit obligationi reſtitutionis incertorũ; quia hæc eſt debita ex iuſtitia; ſatisfacit verò obligationi voti;quia hęc grauior videtur obligatione pœnitentiæ, cum ſtrictiùs obliget Religio, quàm pœnitentia. Ita Sanchez loc. cit. & alij Recentiores.

15 Secundò, eum,qui ex voto, & pœnitẽtia tenetur duas miſſas audire, aut bis ieiunare,putãs ſe vnica miſſa,vel vnico ieiunio ſatisfacere vtrique obligationi, aut nihil cogitans de obligationibus, ſatisfacere obligationi voti, ſemel audiẽdo miſſam, aut ſemel ieiunando. Ratio eſt tum quia hoc eſt opus indiuiſibile, & obligatio voti ſtrictior eſt. Tum quia ſic colligitur ex L. Cũ pluribus,citata.Ita Sanchez lo. cit.& alij recentiores.

16 Tertiò, eum, qui ex præcepto Eccleſiæ, ex voto, & ex pœnitentia tenetur miſſam audire, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, vnicã miſſam audiendo, ſi nõ decreuit, cuinam obligationi velit ſatisfacere, aut ſi decreuit omnibus obligationibus ſatisfacere. Ratio eſt quia obligatio ieiunij, vel miſſæ ab Eccleſia impoſita, grauior videtur obligatione contracta ex propria voluntate,aut ex intẽtione inferioris Confeſſarij, & opus, quod præſtatur,videtur, indiuiſibile.

17 Quartò,eum,qui ex pluribus votis, ſeu præceptis æqualibus tenetur pluries decem aureos pauperibus tradere, ſatisfacere ad ratam pro omnibus, ſi ſemel decẽ aureos ſoluat, non intendens cuinã præcepto velit ſatisfacere,nam quando debita ſunt ęqualia,nec quiſquã decreuit cui debito velit ſatisfacere, cenſetur omnibus pro rata ſatisfacere. L. Cũ pluribus, citata. Intellige modo opus ſit diuiſibile, vt patet ex dictis. Si vero opus, ſeu res ſit indiuiſibilis, vt ſi quis pluribus votis,ſeu præceptis æqualibus teneatur ſæpius ad rem indiuiſibilẽ, vt ad ieiunium,aut miſſam,& ſemel ieiunet,aut miſſam audiat, videtur liber ab vna obligatione, quæcunque illa ſit; opus enim, cum ſit indiuiſibile, non poteſt pro rata circa omnes obligationes prodeſſe, & cum opus non valeat, vt agitur, debet valere eo meliori modo,quo poteſt.

18 Quintò, eum, qui facit opus, quod pluribus titulis præſtare, & multiplicare tenebatur, & iam decreuerat omnibus debitis, ſeu obligationibus non per vnum, & idem opus,ſed per diuerſa opera ſatisfacere

ed non decreuerat, cui prius ſatiſfacere vellet, cenſeri debito, & obligationi vrgentiori ſatisfacere. Quamobrem, qui ex obligatione reſtitutionis incertorum contracta ex illicitè acquiſitis tenebatur decem ſoluere pauperibus, ſeu potius capſæ incertorum, & totidem ratione voti, vel pœnitentiæ, cenſebitur ſolutione decem ſatisfacere obligationi reſtitutionis incertorum, ſi iã decreuerat omnibus debitis per diuerſa opera ſatisfacere; nam obligatio reſtitutionis grauior eſt, & ſolutio decem aureorũ non eſt facta liberaliter titulo donationis; cum præceſſerit intentio ſatisfaciendi oĩbus debitis, per diuerſa opera, licet debitor nõ decreuerit cui debito prius ſatisfacere vellet. Ita Sanchez lo. cit. verſiculo, ſecundo modo. Ex quo vlterius inferẽdum eſt cum Sanchez lo. cit. eum, qui hoc pacto ſoluit decem, non poſſe petere compoſitionem incertorum; non enim amplius viget obligatio reſtitutionis incertorum; cum illi ſatisfecerit ſolutione decem; poterit verò à legitimo ſuperiore petere commutationem voti, vel pœnitentiæ; quia vnica ſolutione decem in caſu propoſito non eſt ſatisfactum obligationi voti, & pœnitentiæ. Secus dicendum eſſet, ſi debitor non ſatisfeciſſet obligationi reſtitutionis, ſed voti, aut pœnitentiæ, vt ſi pauperibus tradidiſſet decem omninò immemor obligationis incertorum, & abſque præuia intentione ſatisfaciendi debitis reſtitutionis; tunc enim ſolutione decem non ſatiſfeciſſet obligationi reſtitutionis, ſed voti; conſequenter petere poſſet compoſitionem incertorum à Sede Apoſtolica; non verò petere poſſet commutationem voti; cum obligatio voti iam ſit extincta.

19 Secundò dubium eſt, vtrum faciens opus præceptum cum intentione non adimplendi præceptum per illud opus, ſatisfaciat præcepto. Exempli gratia, Titius audit Miſſam, vel recitat diuinum officium cum debita attentione, intẽdens non ſatisfacere præcepto tali auditione, vel recitatione, quæritur, vtrum adimpleat præceptum, vel teneatur aliam miſſam audire, aut officium iterum recitare.

Reſpondetur ſatisfacere præcepto. Ita Henriquez de Miſſa, cap. 25. nu. 6. Suarez tomo 2. de Religione, de horis Canonicis, lib. 6. cap. 26. num. 8. & lib. 3. de legibus, cap. 29. nu. 12. Leſsius de horis Canonicis dubio 10. Vaſquez p. 2. quęſt. 100 art. 9. dubio 1. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 13. nu. 13. Arrag. 2. 2. quæſt. 83. art. 3. Valẽtia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. pun. 10. de horis Canonicis, in fine, & alij à me allegati in tractatu de horis Canonicis, contra Nauarrũ de oratione, c. 16. num. 74. Medinam tractatu de oratione qõ. 16. Azorium parte j. libro 7. cap. 2. quæſito 6. & libro 10. cap. 12. quæſito 8. Rodriquez in ſumma parte j. cap. 144. num. 2. & alios. Ratio eſt tum quia per liberam operis prohibiti omiſsionẽ ſatisfacimus pręcepto negatiuo; quamuis habeamus intentionem non ſatisfaciendi; ergo etiam ſatisfacimus affirmatiuo per adimpletionem operis præcepti, etiamſi contrariam habeamus intentionem; par enim eſt vtriuſque præcepti ratio. Tũ quia ſuperior non pręcipit opus fieri intentione implendi præceptum, vel abſ-

abſque intentione non adimplendi præceptum; ſed ſimpliciter præcipit tale opus; ergo qui tale opus præſcriptum facit, ſufficienter adimplet præceptum, quamuis illud faciat intentione non adimplendi præceptum. Immò poſito, quòd quis velit miſſam, exempli gratia, audire cum attentione, non poteſt non ſatisfacere præcepto; quia eo ipſo, quòd miſſam attentè, & voluntariè audit, facit opus præſcriptũ; & conſequenter adimplet præceptũ. Vtrum verò hoc valeat in materia iuſtitiæ patet ex dictis in ſolutione præcedentis dubij.

Hinc patet primò reſponſio ad L. Non omnes, ff. ſi certum petatur, vbi dicitur, Actum agentium non operari vltra intentionem eorum; Dico enim actum agentium non operari vltra intentionem agentium reſpectu illarum rerum, quæ ab ipſorum agentium intentione pendent; reſpectu verò illarum rerum, quæ ab ipſorum agentium intentione non pendent, poteſt vltra intentionem agentium operari, vt patet in caſu propoſito.

20 Secundò patet, eum, qui miſſam audit in die feſto, intendens aliam audire ad implendum præceptum, aut neſciens eſſe diem feſtum, non teneri aliam Miſſam audire cognita obligatione pręcepti, etiamſi nondum effluxerit tempus audiendæ miſſæ; iam enim adimpleuit præceptum. Immò ſi detur caſus, vt quis miſſam audiat animo non adimplendi præceptum, & cum animo non audiendi aliam miſſam, vel cum timore, vt aliam eo die nequeat audire, adhuc ſatisfacit præcepto; quia præſtat opus ab Eccleſia præſcritum. Quanquàm grauiter peccat ob affectum ad transgreſsionem præcepti, vt patet ex Regulis generalibus; affectus enim ad peccatum eſt peccatum eiuſdem ſpeciei cum ipſo peccato actualiter commiſſo. Ita ſentire videtur Suarez tom. 1. de Sacramentis diſputat. 88. ſect. 3. & expreſsius libro 3. de legibus, cap. 13. & tom. 2. num. 9. de Religione cap. 26. num. 12. & alij, quos retuli pun. 5. ſub finem verſ. Quinto, & de peccatis. Quanquàm Sanchez in opere morali, libro primo, cap. 13. num. 15. & nonnulli Recentiores Magiſtri non improbabiliter putant nõ peccare peccato ſpecialiter oppoſito eidem præcepto, cui opponitur actus externus; quia præceptum Eccleſiaſticum obligat ſolum ad faciendum opus præſcriptum; ſed peccare contra præceptum naturale diuinum, quo quiſque tenetur obedire legi, & legiſlatori.

21 Tertiò patet, eandem doctrinam extendi poſſe ad pęnitentiam ſacramentalem factam cum animo non adimplendi pœnitentiam, ad diuinum officium, ad votum, & ad iuramentum. Ratio eſt quia cum hæc obligent per modum præcepti, eo ipſo cenſentur adimpleri, quo debitum opus voluntariè adimpletur; nec eſt in poteſtate adimplentis non ſatisfacere voto, vel pœnitentiæ iniunctæ, quoties adimplet ſubſtantiam rei promiſſæ, vel in pœnitentiam iniunctæ; Et hoc militat, etiamſi votum, vel iuramentum, vel pœnitentia ſint diſiunctiua, & pœnitens, ſeu vouens adimpleat alteram partem abſque intentione adimplendi pœnitentiam, votum, vel iuramentum; nam re ipſa rem promiſſam adimplet.

Ita

Ita Sanchez loc. cit numerò 18. & libro 4. cap. 13. num. 40. folio 159. contra nonnullos alios, quos tacito nomine refert, nume. 18. citato. Verum quod dictum eſt de voto intelligendum videtur modo vouens non commutet primum votum in aliud, vt patet exemplo tradito à Suarez de religione, libro 4. de horis Canonicis, cap. 26. nu. 9. de eo, qui tenetur in vigilia Conceptionis ieiunare ex voto. Et eo die habet animum non ieiunandi ex voto; ſed ex deuotione, & implendi votum alio die.

22 Vnica ſupereſt difficultas, vtrũ qui miſſam audiuit, vel officium recitauit, & cæt. animo non adimplendi præceptum auditione talis Miſſæ, vel recitatione illius officij, ſi poſtea intra tempus obligationis nolit aliam miſſam audire, aut officium iterum recitare, teneatur ſaltem mutare animum, & aliũ voluntatis actũ elicere, quo velit ſatis facere, ſeu ſatisfeciſſe pręcepto per opus antea pſtitũ. Reſpõdet Suarez tom. 2. de religione, libro 4. cap. 26. num. 12. ad finem. Leſsius, & alij, quos in ſimili retuli de horis Canonicis, teneri alium actum elicere.

Sed mihi dicendum videtur cum Sanchez in opere morali libro 1. cap. 13. numero 14. Salas de legibus, diſputat. 9. ſect. 2. numero 33. & alijs, non teneri huiuſmodi actum elicere. Ratio eſt quia iam ſatisfecit, ſcitque ſe præcepto ſatisfeciſſe, cum adimpleuerit opus præſcriptum; ergo non eſt neceſſe, vt eliciat actum intentionis ſatisfaciendi præcepto; cum ab Eccleſia non obligetur ad talem intentionis actum eliciendum; ſufficit ergo, vt deſiſtat ab animo non adimplendi præceptum; ſic enim tollit actualem affectum ad peccatum.

PVNCTVM VLT.

Quibus modis, ſeu quibus de cauſis lex, & ipſius obligatio ceſſet.

Mvltæ cauſæ, quibus legis obligatio ceſſat, percenſeri poſſunt.

Prima eſt vis abſoluta.

Secunda impoſsibilitas.

Tertia inaduertentia, & ignorantia.

Quarta metus, ſeu periculum grauis incommodi.

Quinta eſt lex contraria.

Sexta diſpenſatio.

Septima ceſſatio cauſæ finalis, & motiuæ.

Octaua eſt Epichęia, quatenus per Epichęiam aliqui caſus cenſentur excepti.

Nona eſt conſuetudo contraria.

De primis quatuor cauſis ſufficienter egimus in Tractatu de Peccatis. De reliquis agendum eſt in ſequentibus paragraphis.

§. I.

Vtrum lex ceſſet per contrariam legem, vel per ipſius diſpenſationem.

1 *Lex ceſſat per legem contrariam, ſiuè per reuocationem, reſtrictionẽ, correctionem præcedentis, & cæt. etiamſi prior fuerit ↄfirmata iuramento.*

2 *Priuilegium non abrogatur per poſterius,*

ſterius, niſi in eo mentio prioris fiat.

3 *Lex antea recepta vim obligandi amittit per diſpenſationem.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 LEx antea recepta vim obligandi amittit per legem poſteriorem contrariam, ſeu per reuocationem, ſeu per correctionem, ſeu per reſtrictionem præcedentis legis, iuxta correctionis, ſeu reſtrictionis qualitatem. Ita Syluester verbo, Lex, quæſito 26. Suarez de legibus, libro 6. cap. 27. Azorius parte prima, libro 5. cap. 20. & 21. & alij communiter. Ratio eſt quia poſterior voluntas Principis præfertur priori, & lex in tantum obligat, in quantum legislator intendit obligare.

Hanc doctrinam amplia, etiamſi in poſteriori lege nulla prioris legis mentio fiat, Capite 1. de Conſtitutionibus in 6.

Limitat tamen Azorius, modò prior lex non fuerit firmata iuramento; nam lex firmata iuramento, inquit Azorius loco ſtatim citando, non tollitur per poſteriorem, niſi in poſteriori fiat mentio prioris; quia iuramentum ſuperaddit maius vinculum, quod à legiſlatore non creditur relaxari, niſi fiat illius mentio, & plura videntur neceſſaria ad derogandum legi magis ſtabilitæ, quam ad derogandum alijs, modo conſueto editis. Ita Azor. par. j. libro 5. cap. 16. quæſito 6. & in ſimili Suarez, lib. 8. de legibus, cap. 14. num. 6. Idem ſentire videtur Emanuel Sà v. Lex, num. 29. vbi dicit ſtatutum loquens ſimpliciter nō comprehendere res iuratas, nec cum derogantur generaliter ſtatuta intelliguntur iurata.

Ego verò non arbitror in poſteriori lege opus eſſe mentione prioris etiam iuratæ, quando iuramentum eſt tantummodò aſſertorium de præſenti, iuxta ea, quæ tradidi de iuramento confirmante contractum, diſp. 3. de cōtractibus, quæſt. j. pun. 1. num. 7. de iuramento, & de teſtamentis. Ratio eſt quia legiſlator per legem antecedentem nō ademit ſibi ius illius auferendæ, ergo illam aufert per legem poſteriorem contrariam. Limitationem tamen Azorij admittendam puto, quando iuramentum non ſolum eſt aſſertorium de præſenti, verum etiam de futuro, vt ſi legiſlator iuret ſe legem non reuocaturum; tunc enim cenſeo legem priorem non reuocari per poſteriorem contrariam, niſi in ipſa fiat mentio prioris; quia legiſlator non præſumitur velle ſibi laqueum inijcere derogando legi, cui ſine periurio derogare nequit.

2 An verò reſcriptum, & priuilegium non abrogentur per aliud poſterius, niſi in poſteriori mentio fiat prioris, conſtabit ex infra dicendis de Priuilegijs non abrogari, vt docet Gloſſa Cap. Quoniam, diſtinct. 18. & Cap. Cæterum, de reſcriptis, & alij communiter, quos referam de Priuilegijs.

Item ex infra dicendis conſtabit, ſtatutum particulare, aut ſpecialem conſuetudinem non abrogari per legem generalem, niſi in lege fiat mentio ſtatuti, vel conſuetudinis.

SE-

Digitized by Google

SECVNDA PROPOSITIO.

3 LEx antea recepta vim obligandi amittit per diſpenſationē iuxta quantitatem diſpenſationis. Hæc propoſitio, cum longiori indigeat diſcuſsione, & indagine, quæ intra vnius breuis paragraphi terminos contineri nequit, inferius tota quæſt. 2. explicabitur.

§. II.

Vtrum lex ceſſet per ceſſationem cauſæ, vel per Epicheiam.

1 *Ceſſante cauſa motiua, & finali legis in totum, reſpectu totius Communitatis, ceſſat legis obligatio.*

2 *Clericus deferens occultè arma ita vt non poſſit adeſſe ſcandalum, adhuc excommunicationem incurrit.*

3 *Si dubitetur an cauſa ceſſauerit in totum reſpectu totius communitatis, non eſt præſumendum in totum ceſſaſſe.*

4 *Lex ſimpliciter non ceſſat, niſi cauſa generaliter ceſſet.*

5 *Quando multa per legem præcipiuntur, & cauſa totalis ceſſat reſpectu vnius tantum, obligatio ceſſat reſpectu illius, cuius cauſa totalis ceſſat.*

6 *Quando multa ſunt cauſæ legis, & vna tantum ceſſat, legis obligatio non ceſſat.*

7 *Lex ceſſat quando non eſt amplius commoda, & vtilis.*

8 *Lex ceſſat in caſibus, qui per Epicheiam non cenſentur comprehenſi in lege.*

9 *Quomodo cognoſcatur aliquis caſus in lege non cōprehendi, quāuis verba legis ad ipſum extendi videātur.*

10 *Homo excuſatur à legis obligatione, & quando certo ſcitur, & quando probabiliter creditur aliquem caſum non comprehendi ſub lege.*

11 *Seruanda eſt lex in ijs caſibus, ad quos verba legis iuxta ſuam ſignificationem extenduntur, licet dubitetur de legiſlatoris intentione.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 CEſſante cauſa motiua, ſeu finali legis in totum, & reſpectu totius Communitatis ceſſat obligatio legis etiamſi nō adſit aliud decretum, l. Declaratio Principis. Ita Alphonſus à Caſtro. Syl. Suarez. Azor. Couar. Arragon. Gutierez. Salas. Clauis Regia, & alij locis infra citandis. Ratio eſt tum quia res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur, de regulis iuris in 6. ſed obligatio legis inducitur per talem cauſam; ergo ceſſante tali cauſa in totum, & reſpectu totius Cōmunitatis ceſſat legis obligatio. Tum quia lex non obligat vltra mentem, & voluntatem legiſlatoris; legiſlator autem nō præſumitur velle obligare ceſſante in totum cauſa finali legis. Tum quia ſicut in generali conceſsione nō veniunt ea, quæ non eſſet quis in ſpecie veroſimiliter conceſſurus, ita in generali diſpoſitione nō veniūt ea, quæ legiſlator non eſſet veroſimiliter diſpoſiturus; legiſlator autem ceſſante cauſa finali in totum, veroſimiliter non diſponeret, nec obligaret; ergo.

Dixi, ceſſante tota cauſa: quia ſi ob plures cauſas motiuas, ſeu finales lex cōdita ſit, & vna cauſa ceſſet, manentibus cæteris, non ceſſat

legis obligatio; ſicut neque ceſſare videtur, ſi alia ſimilis cauſa ſuperueniat. Quamobrem ceſſante vna cauſa; propter quam impoſita ſunt vectigalia, alijs cauſis perſeuerantibus, aut noua ſimili ſuperueniente, non ceſſat obligatio ſoluendi vectigalia. Item obligatio non ieiunandi non ceſſat reſpectu illius, qui perfectè edomuit carnem ſuã; licet enim ieiunium indictum ſit ad edomandam, & macerandam carnis concupiſcentiam; tamen edomatio, & maceratio carnis non eſt ſola ieiunij cauſa: ſed etiam meritum, &cæt.

Dixi ceſſante cauſa finali, ſeu motiua, ad diſtinctionem cauſæ efficientis; perſpicuum n. eſt legem nõ ceſſare morte legiſlatoris, vel ſucceſſoris, quia lex ꝑpetua eſt, & per ſe loquendo non fertur ad certum tempus, vt benè docet Suarez, lib. 1. cap. 10. & lib. 6. cap. 9 num. 1. Syluester v. Statutum, num. 9. & Emanuel Sà v. Lex, num. 33.

Dixi, reſpectu totius communitatis, vt aduerterem obligationẽ legis non ceſſare, ſi cauſa ceſſet tãtũmodo reſpectu particularis perſonę, ſeu in caſu particulari. Ratio eſt quia lex nõ reſpicit ſimpliciter ſingulares perſonas, ſed communitatẽ; ergo vt legis obligatio ceſſet, ceſſare debet cauſa non ſolum reſpectu particularis perſonæ, verum etiam reſpectu totius Communitatis.

Hoc tamẽ intelligẽdũ eſt modò, lex ſeu motiuũ legis ceſſet in caſu particulari ſolum negatiuè, nõ verò ſi ceſſet contrariè, vt benè docet Caietanus 2. 2. q. 120. art. 1. Clauis Regia, lib. 3. cap. 6. num. 4. Salas diſput. 21. ſect. 10. num. 25. Suarez, lib. 6. cap. 8. num. 1. & cap. 9. numero 2. Tunc lex, ſeu legis motiuum cõtrariè ceſſat, quando turpè eſt legem ſeruare, ſeu quando materia legis facta eſt iniqua, ſeu contraria alteri præcepto magis obliganti, & tũc certum eſt legem non obligare, cũ ſuperioris præceptum non obliget ad iniquitatem, quanquam in dubio an cauſa legis ceſſauerit, præſumendum eſt non ceſſaſſe, conſequẽter ſubditũ teneri legem obſeruare, & grauiter peccare eam violando in materia graui; nã poſſeſſio ſtat pro lege: ſi verò ſubditus ſciat, vel probabiliter iudicet cauſam eſſe iuſtam, vel eſſe probabile cauſam eſſe iuſtam, nõ peccat legem non ſeruando. Ratio eſt tum quia licitum eſt ſequi opinionem probabilem. Tum quia bona fides excuſat à peccato. Ita Nauar. num. 23. cap. 43. Syluester v. Ieiunium, quæſito 8. Salas de leg. diſp. 11. ſect. 4. num. 36. & alij, quos referam de opinione probabili.

2 Ex dictis ſequitur, præceptũ, quo Clerici in Diœceſi Mediolanenſi per edictum, ſeu ſtatutum Illuſtriſſimi Cardinalis prohibentur arma deferre ad euitandum ſcandalum, non ceſſare, ſed ipſius obligationẽ adhuc vigere, etiamſi detur caſus, vt aliquis ita occultè deferat arma, vt ex armorum delatione nullum ſcandalum timeatur. Ratio eſt tum quia ſcãdalum ceſſat reſpectu particularis perſonæ; non verò reſpectu Communitatis; obligatio autem legis ceſſat, ceſſante cauſa in totum, & non tantummodo in partem, reſpectu Communitatis. Tum quia lex non reſpicit caſus particulares, ſed id, quod communiter, & vt plurimum accidit, L. Ea, quæ raro,

Digitized by Google

10,ff. de regulis iuris. Ità Alphonſus à Caſtro libro 1. de poteſtate legis pœnalis, cap. 5. Syluester verbo, lex, quæſito 9. Azorius par. j. lib. 5. cap. 16. quæſito 15. Gutierez de matrimonio, cap. 18. num. 7. Couarruuias Capite, Cum eſſes, de teſtamentis, num. 9. Salas de legibus, diſput. 11. ſect. 3. & diſput. 21. ſect. 4. num. 9. & ſect. 10. num. 24. Rodriquez in ſumma tom. 1. cap. 196. Emanuel Sà verbo, Lex, ad finem, num. 32. & in principio, num. 1. Clauis Regia, libro 3. cap. 1. num. 6. & cap. 7. num. 10. & cap. 10. nu. 4. Salonius 2. 2. tomo 2. quæſt. 77. art. 1. controuerſia 8. Suarez loco citato Couar. cap. Cum eſſes de teſtamentis, num. 9. Valentia, & alij locis ſtatim citandis.

Et hoc valet tàm in lege fauorabili, quàm in odioſa, & pœnali; nã eadem eſt vtriuſque ratio.

3 Sed modò dubium eſt, an quando dubitatur, verum cauſa ceſſauerit in totum, ſeu reſpectu totius Communitatis, præſumendum ſit in totum, ſeu reſpectu totius Communitatis ceſſaſſe.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia in dubio præſumendum eſt in fauorem poſsidentis; lex autẽ poſſidet; quia conſtat legem latam eſſe, & dubitatur de ipſius excuſatione. Ita Suarez, libro 6. de legibus, cap. 9. num. 3. Caietanus 2. 2. quæſt. 120. art. 1. Salas de legibus, diſp. 11. ſect. 3. num. 34. & 36. & diſp. 21. ſect. 10. num. 24. & alij, quos in ſimili retuli de Peccatis, cum agerem de cõſcientia dubia.

4 Ex dictis in hac propoſitione colligi poteſt primò, legem ſimpliciter non ceſſare, niſi cauſa generaliter ceſſet. Immo ſi cauſa generaliter ceſſet pro aliquo ſolum tempore, lex non dicetur abſolutè ceſſare, ſed potius pro eo tempore ſuſpendi. Ita Suarez loc. cit. num. 18. & alij; eatenus enim ceſſat legis obligatio, quatenus ceſſat ipſius cauſa motiua, ſeu finalis, ſed cauſa motiua, ſeu finalis non ceſſat ſimpliciter in totum; ſed pro aliquo ſolum tempore; ergo lex non dicetur ſimpliciter ceſſare, ſed ſolum ipſius obligatio ſuſpẽditur pro eo tẽpore, quo cauſa finalis legis ceſſat.

5 Secundo, quando multæ res per legem præcipiuntur, & cauſa totalis ceſſat reſpectu vnius tantummodo rei, obligationem ceſſare reſpectu illius, cuius cauſa totalis ceſſat, modo res illa ſeparabilis ſit ab alijs, quarum ratio, ſeu cauſa nondum ceſſauit. Ita Suarez loc. cit. num. 18. & alij.

6 Tertiò, quando multæ ſunt cauſæ legis, & vna tantũmodo ceſſat, legis obligationem non ceſſare; quia non ceſſat tota cauſa. Ita Caſtro Salas, & alij locis cit.

7 Quartò legem ceſſare, quoties non eſt amplius commoda, & vtilis; Vnde ſi lata ſit lex vtilis, & commoda Reipublicæ tãtummodò pro tempore caritatis, & inopiæ, lapſo tempore caritatis, & inopiæ lex, ſeu legis obligatio ceſſabit. Ita Suarez loc. cit. Salas, d. 11. ſect. 3. Caſtro & alij DD. cit.

SECVNDA PROPOSITIO.

8 Legis obligatio ceſſat in ijs caſibus, qui per Epicheiam nõ cenſentur comprehenſi in lege, etiamſi verba legis illos caſus comprehendere videantur. Ratio eſt quia lex non excedit voluntatem

legiſlatoris, argumento L. Non dubium, ſuperius citatæ; legiſlator autem non præſumitur velle omnes omninò caſus ſua lege comprehẽdere. Ita DD. ſtatim referendi;

9 Quæres, Quō poſsimus cognoſcere aliquem caſum in lege non comprehendi, quamuis verba legis ad ipſum extendi videantur.

Reſpondeo multis modis cognoſci poſſe.

Primò, quando caſus ob ſuperuenientem aliquam circunſtantiã ſit illicitus; lex enim non obligat ad rem turpem, & materia legis eſt res honeſta. Vnde ſi lex præcipiat reddi depoſitum domino petenti, & contingat dominum petere depoſitum ad damnum alteri iniuſtè inferendum, non eſt obediendum legi, nec eſt reſtituendum depoſitum; cum hic caſus non cenſeatur ſub lege includi, depoſiti enim redditio in tali euentu eſt illicita; lex aũt nõ obligat ad rem illicitã.

Secundò, quando caſus ſit perniicioſus bono communi, vt ſi lex pręcipiat, ne portæ Ciuitatis aperiantur tempore obſidionis, & multi milites accurrant ad tuendam Ciuitatem, certum eſt hunc caſum in lege non comprehendi, conſequenter aperiendas eſſe portas ob bonum commune, quod per legem impediri non potuit.

Tertiò, quando ſuperuenit caſus nimis difficilis, & ſuperans poteſtatem legiſlatoris. Ratio eſt tum quia ad impoſsibile nemo tenetur. Tum quia leges humanæ impoſitæ ſunt ad ſimilitudinem legum diuinarum; ſed leges diuinæ ſunt ſuaues, non verò valdè difficiles, vel impoſsibiles, iuxta illud pſalmi 118. Latum mãdatum tuum nimis. Ioannis 5. Præcepta eius grauia nõ ſunt. Matthæi 11. Iugum meũ ſuaue eſt; & Actorum 15. Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neq; nos portare potuimus; Si ergo ſupueniat caſus aliquis valde difficilis, ſeu moraliter impoſſibilis, non cenſebitur lege comprehendi. Tum quia ſicut ſine grauiſſima cauſa nõ poſſunt grauiſsima, & valde difficilia onera pręcipi, ita neque caſus valdè difficiles, ſeù moraliter impoſsibiles in lege comprehendi poſſunt. Ita Salas de legibus diſp. 1. ſect. 9. num. 55. & 56. Suarez, & alij locis ſtatim citandis.

Quartò, quando caſus aliquis occurrit, qui ex circunſtantijs non iudicatur à legiſlatore intentus, & quem legiſlator excepiſſet, ſi eum præuidiſſet, vt patet ex rationibus mox allatis. Quamobrem benè dicit Ariſtoteles legem corrigi per Epicheiam, quatenus ſi legiſlator adeſſet, hoc modo reſpondiſſet, & ita legem ſuam moderaturus, & interpretaturus eſſet. Videte Suarez lib. 6. de legibus cap. 7. num. 11. Leſsium lib. 2. cap. 47. dub. 9. nu. 63. Vaſquez par. 2. quæſtio. 96. artic. 6. Emanuelem Sà Verb. lex. nu. 1. Sanchez lib. 2. de matrimo. diſp. 41. nu 32. & lib. 7. diſp. 37. Salas de legib. diſput. 2. ſectio. 10. Beccanum tract. 3. cap. 6. quæſt. 14. pag. 434. & alios, quos in ſimili retuli de iuramento.

Nomine Epicheiæ intelligitur æquitas, ſeu prudentia.

10 Quæres, vtrum homo excuſetur à legis obligatione nõn ſolum quando certè ſcitur, verum etiam quando probabiliter creditur caſum aliquem non comprehendi ſub lege.

Re-

Reſpondeo excuſari; cum enim rationibus probabilibus, vt ſuppono, ſibi perſuadeat caſum non cōprehendi ſub lege, dicitur habere opinionem probabilem, qui autem ſequitur opinionem probabilem, non peccat. Ita Salas diſp. 21. ſectio. 10. num. 24. Suarez lib. 6. cap. 8. & alij Doctores ſtatim citandi.

Si verò tantummodo dubitet, an caſus comprehendatur ſub lege, conueniendus, & conſulendus eſt Superior, ſi ad ipſum pateat aditus, ſi verò ſuperior cōſuli nequeat, ſeu ad ipſum non pateat aditus, quia periculum ſit in mora vel quia ſuperior conſuli non poſsit ob vrgentem aliquem caſum, iudicandum eſt caſum ſub lege non comprehendi, vt dictum eſt de Reſtitutione. q. 2. pun. 2. §. incidenti, num. 2. cum Sāchez, & Henriquez, Quanquam contrarium docere videatur S. Thom. 2. 2. q. 120. art. 1. ad 3. & quæſt. 96. art. 6. ad 2. Caietanus ibidem, Sotus, Conradus, & alij apud Suarez lib. 6. de legib. cap. 8. num. 10. Ratio noſtra eſt, quia facta morali diligentia, quæ iuxta perſonæ, & temporis conditionem permittitur, perinde eſt, ac dubitare latam eſſe legem de tali caſu; conſequenter videtur dubium iuris; in dubio autem iuris melior eſt conditio poſsidentis ſuam libertatem, qui poteſt dubium practice, deponere, & legem non ſeruare.

Hoc tamen intelligendum eſt, modò talis caſus aliàs comprehenſus nō fuerit ſub lege; nā ſi aliàs cōprehēſus fuit, & modo dubitatur, an nūc cōprehēdatur, iudicandum eſt adhuc comprehendi, quia poſſeſsio ſtat pro lege, conſequenter lex ſeruanda eſt. Idem dicendum eſt, quando verba legis ad illum caſum extendūtur ſeruata verborū proprietate, iuxta regulas ſuperius traditas de interpretatione legis. Videte Clauem Regiam lib. 3. cap. 10. num. 4. Sāchez lo. cit. Suarez lib. 6. cap. 8. Salas loc. cit. Caietanum, & alios DD. citatos, & ea, quæ tradam de Conſcientia dubia in tracta. de Peccatis. q. 6. pun. 8. & de Reſtitutione. diſp. 1. q. 2. pū. 2. §. vnico, num. 2.

11 Hinc ſequitur ſeruandam eſſe legem in ijs caſibus, ad quod verba legis iuxta ſuam ſignificationē extenduntur, licèt ob aliquas circunſtantias dubitetur, an legislator voluerit illos caſus comprehendere, nam poſſeſsio, & iuris præſumptio ſtat pro lege. Ita Salas lo. cit. num. 25. & alij, quos in ſimili retuli de conſcientia dubia; & hoc valet ſiue pateat aditus ad legiſlatorem, ſiue non pateat, ob imminentem aliquem caſum, qui nō patiatur moram, & inducias; adhuc enim lex poſſidet, & eſt iuſta, vt ſuppono. Ita Salas loc. cit. & alij quos in ſimili referā de Peccatis locis cit.

§. III.

Vtrum lex ceſſet per contrariam conſuetudinem.

1 *Lex ceſſat per contrariam conſuetudinem legitimè introductam.*

2 *Conſuetudo eſt ius quoddam moribus conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur.*

3 *Conſuetudo alia eſt contra, alia præter, & alia ſecundum legem.*

4 *Proprietates conſuetudinis ſunt inter-*

ter-

terpretari legem, inducere legẽ, & legem introductam mutare, & abrogare.

5 Lex conſuetudine aliquando in totũ, aliquãdo in partem abrogatur, aliquando quo ad legis obligationem, & pœnam, & aliquando quoad pœnam tantum.

6 Quænam conditiones ad conſuetudinem introducendam requirantur.

7 Requiritur vt id, quod conſuetudine introducitur, poſſit eſſe materia legis.

8 Non poteſt legitimè introduci conſuetudo contra ius naturale, vel diuinum, nec vt plurimum contra ius gentium.

9 Non poteſt introduci conſuetudo circa materiam inutilem, & contra commune bonum.

10 Non eſt legitima conſuetudo illa, quã nõ intereſſentes anniuerſarijs defunctorum ſtipendium percipiunt.

11 Anniuerſaria in quotuplici differentia ſint.

12 Conſuetudo debet introduci per actus voluntarios.

13 Conſuetudo legem abrogans introducenda eſt ab ijs, qui legem ſeruare tenentur.

14 Puer, Amens, Furioſus, extraneus &c. non poteſt leges per conſuetudinem abrogare.

15 Communitas fœminarum poteſt ſua conſuetudine ius inducere.

16 Fœminæ nõ poſſunt conſuetudine abrogare legem obligantem ſolos maſculos, & laici non poſſunt abrogare legem obligantem ſolos Clericos.

17 Ad legem abrogandam requiritur intentio eximendi ſe per conſuetudinem ab illa lege.

18 Inducentes conſuetudinem non tanquam præceptum, non ſunt culpæ rei, ſi illam tranſgrediantur.

19 Non qualibet conſuetudo obligat ſub mortali.

20 Non tenetur quis ex Iuſtitia ſeruare conſuetudinem in ijs, quæ ex liberalitate, vel vrbanitate ſeruantur.

21 Si dubitetur an conſuetudo introducta ſit animo deuotionis, vel potius intentione ſe obligandi, præſumendum eſt eam eſſe introductam animo non ſe obligandi, niſi adſint coniecturæ, quæ contrariũ demonſtrẽt.

22 Conſuetudo debet eſſe vniuerſalis.

23 Conſuetudo non indiget promulgatione.

24 Illa eſt legitima conſuetudo, quæ à duabus Communitatis partibus fuit introducta, licet tertia pars non conſenſerit.

25 Ad inducendam conſuetudinem iure communi non requiritur actus iudicialis, ſed ſufficit extraiudicialis.

26 Conſuetudo non inducitur per actus occultos, ſed per manifeſtos.

27 Conſuetudo non inducitur per non vſum.

28 Conſuetudo inducenda eſt ab habentibus poteſtatem condendi legẽ, vel ſaltem habentibus capacitatẽ actiuam, vel paſſiuam illius condendæ, accedente ſuperioris conſenſu.

29 Populus poteſt conſuetudinem obligãtem introducere.

30 Communitas Mercatorum poteſt conſuetudinem inducere non ſolum quæ habeat vim ſtatuti cõuẽtionalis, ſed etiam legis municipalis accedẽte cõſenſu Principis.

31 Conſuetudo debet eſſe longæua ſaltẽ decem annorum ad abrogandas leges ciuiles.

32 Quodnam temporis ſpatium requiratur ad abrogandas leges Canonicas per conſuetudinem.

33 Conſuetudo ſi completa eſt legitimo tem-

tempore non abrogatur, nec interrumpitur per vnum actum contrarium, ſecùs ſi nondum erat perfecta.

34 *Ad legem abrogandam requiritur cõſenſus Principis ſaltē iuridicus, ſeu tacitus.*

35 *Conſenſus alius eſt expreſſus, & perſonalis, alius tacitus, & alius legalis, vel iuridicus.*

36 *Conſuetudo poteſt legem abrogare, etiãſi in lege, quæ abrogatur, damnetur conſuetudo futura contra ipſam legem, modò conſuetudo non verſetur circa materiam iniquam.*

37 *Lex de non trahendis Clericis ad laicam poteſtatem, nullo modo poteſt per contrariam conſuetudinem abrogari.*

38 *Lex poteſt abrogare conſuetudinem antea introductam, modò lex omninò contraria ſit conſuetudini, & modo legiſlator conſcius ſit conſuetudinis.*

39 *Per legem contrariam vniuerſalem abrogatur conſuetudo antecedens vniuerſalis.*

40 *Per legem vniuerſalem non abrogãtur conſuetudines ſpeciales locorũ, niſi earum fiat mentio.*

41 *Per legem particularem abrogatur conſuetudo particularis, quamuis non fiat illius mentio.*

42 *Papa ferens legem pro Epiſcopatu Mediolanenſi, non cenſetur abrogare conſuetudinem Mediolani receptam, niſi illius mentionem faciat.*

43 *Quæ verba adhibenda ſint in lege, quando abroganda eſt conſuetudo.*

44 *Noua conſuetudo poteſt antiquam contrariam abrogare, vbi noua introducitur.*

45 *Introducens conſuetudinem contra legem peccat, donec elapſum ſit tempus requiſitum ad legitimam conſuetudinem introducendam, niſi Princeps eam toleret, vel bona fides excuſet.*

46 *Non eſt, idem præſcriptio, & conſuetudo.*

DVo principaliter quærã in hoc §. Primo vtrum legis obligatio ceſſet per contrariã conſuetudinẽ. Secundò vtrum ceſſet per conſuetudinem reprobatam à lege.

PRIMA PROPOSITIO.

1 LEges vim obligandi amittunt per contrariam conſuetudinem legitimè introductam. Ratio eſt quia conſuetudo vim habet legis, ſicut ergo lex poſterior abrogat priorem, vt ſuperius oſtendimus; ita etiam conſuetudo legitimè introducta vim habet prioris legis abrogandæ. Ità cõmuniter Doctores, verum vt hæc propoſitio ritè percipiatur nõnullæ quæſtiones explicandæ ſunt in ſubſequẽtibus quæſitis.

2 Quæres primò, quid ſit conſuetudo.

Reſpondeo eſſe ius quoddã moribus conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, Capite, Cõſuetudo, diſt. 1. Vel vt alij tradunt, Conſuetudo eſt ius non ſcriptum, quod longo, & continuo vſu naſcitur, quod vt melius intelligatur.

Aduertendum eſt cõſuetudinẽ, ſi ſpectetur vt eſt quid facti, eſſe frequentiam actuum ſimilium exercitorum à maiori parte Communitatis, à viris videlicet ratione vtentibus, per quos actus ius quoddam conſtituitur. Si vero conſuetudo conſideretur, vt eſt quid iuris, appellatur ius non ſcriptum, quod ex frequenti actuum ſimilium exercitio

tio, ſeu longo, & continuo vſu naſcitur. Ita Syluester verbo, Conſuetudo, num. 1. Valentia diſp. 7. q. 5. pun. 8. Suarez lib. 6. de legibus. cap. 1. num. 5. Vaſquez p. 2. diſp. 178. cap. 2. Salas diſp. 19. ſect. 1. Beccanus tractatu 3. cap. 7. quæſt. 1. & alij communiter.

3 Quæres ſecundò, quotuplex ſit conſuetudo.

Reſpondeo triplicem eſſe.

Prima dicitur contra legem, & hæc conſiſtit in actibus frequentatis contra legem, & vim habet abrogandi legem concurrentibus debitis conditionibus.

Secunda dicitur præter legem, & hæc conſiſtit in frequentatione actuum, qui nulla lege vetantur.

Tertia dicitur ſecundum legem, & eſt illa, quæ declarat, ſeu interpretatur legem, vel conſiſtit in frequentatione actuum per legem pręceptorum, & per hanc conſuetudinem lex dicitur confirmari. Ita Panormitanus cap. finali de conſuetudine. Suar. lib. 7. cap. 4. Azorius par. 1. lib. 5. cap. 17. quæſito 2. Salas de legibus diſp. 19 ſectio. 2. num. 12. Rebellus, & alij in ſequentibus citandi.

4 Quæres tertiò, quænā ſint proprietates conſuetudinis.

Reſpondeo tres præcipuè à Doctoribus enumerari.

Prima eſt interpretari legē, Capite, Cum dilectus, de Conſuetudine, Propterea quando dubium circa legis intelligentiam ſuboritur; recurrendum eſt ad conſuetudinē, quæ dici conſueuit optima legū interpres. L. 37. ff. de legibus. Quamobrem ſi dubium ſit, vtrum lex per ſe ſumpta contineat obligationem ſub mortali, & per conſuetudinem recepta ſit tanquam obligans ſub mortali, cēſetur obligare ſub mortali; nam conſuetudo eſt legitima legis interpres. Tum quia conſuetudo ſicut poteſt introducere legē, ita etiam poteſt ipſius obligationem abrogare, vel diminuere. Ita Syluester verbo, Præceptum, nu. 2. Caietanus 2. 2. quæſt. 86. art. 9. ad 2. Salas diſp. 19 ſect. 14. Suarez, lib. 7. cap. 17. num. 5.

Pręterea ſi dubium ſit, vtrum aliquis contractus ſit licitus, non leue argumentum deſumitur ex conſuetudine ad cognoſcendū ipſum eſſe licitum, aut illicitū; quamuis enim conſuetudo non efficiat contractū ex illicito licitum; tamen non leue fundamentum ad oſtendendum ipſum eſſe licitum, colligitur ex longa conſuetudine ipſum approbante; & hoc præſertim verum eſt, ſi conſuetudo verſetur circa ea, quæ ſunt de iure humano poſitiuo; conſtat enim legem humanam per cōſuetudinem abrogari, & contrariā legem induci poſſe, vt benè docet Salas ſect. 14 citata, num. 94. & 102. cum Pariſio. Baldo, & Tiraquello.

Addo, conſuetudinem poſſe nō ſolum interpretari legem humanā, verum etiam diuinam, & naturalē; cum hac tamen differentia, ꝙ humanam poteſt interpretari etiam augendo, vel derogando diuinam verò, & naturalem ſolum explicando mentem legislatoris, & indicando, quo pacto lex accipienda ſit. Eſt autem certa interpres iuris naturæ, vel diuini, quando vniuerſali Eccleſiæ traditione, vel Summi Pōtificis conſenſu approbata eſt. Ita Doctores citati.

Secunda proprietas conſuetudinis eſt legem inducere, Canone,

con-

Digitized by Google

cõſuetudo diſt. 1. & Cap. In his, diſt. 11. Ita communiter DD.

Vtrum verò conſuetudo poſsit legem inducere contra ius naturale, vel diuinum, conſtat ex dictis, & clarius conſtabit ex dicendis.

Tertia proprietas eſt, legem inductam mutare, & abrogare, Capite, In his, citato. Ratio eſt quia ſicut Populus legem per conſuetudinem ſancire poteſt, ita poteſt ſancitam per conſuetudinem abrogare, & mutare. Ita Valentia, diſp. 5. pun. 8. Clauis Regia lib. 3. cap. 11. num. 3. Suarez lib. 7. cap. 14. & 17. Azorius lib. 5. cap. 17. quæſito 3. Salas, Beccanus, & alij locis citatis.

5 Circa tertiam proprietatẽ cõſuetudinis aduerte, legem conſuetudine aliquando abrogari in totum, aliquando in partem, aliquando quoad legis obligationem, & quoad pœnam, aliquando verò ſolum quoad pœnam, non abrogata obligatione, vt docui de acceptatione legis, ſicut enim lex poteſt acceptari quoad partem, alia non acceptata, ita etiã poteſt per conſuetudinem mutari, & abrogari quoad partem, alia non mutata, nec abrogata. Ita Nauarrus cap. 17. nu. 106. Azorius parte 1. lib. 5. cap. 18. quæſito 10. Syluеſter verbo, Cõſuetudo, quæſito 3. & 11. Reginaldus lib. 13. num. 255. Salas diſpu. 19. ſect. 3. num. 22. & ſect. 9. & 10. nu. 76. & alij, quos in ſimili retuli de acceptatione legis, & de alienatione bonorum Eccleſię in Tract. de Cõtractibus.

Ex quo patet etiam legem irritãtem actum poſſe legitima conſuedine aliquãdo abrogari quoad ſolam irritationem, etiamſi lex integra maneat in reliquis, vt benè tradit Salas loc. cit. ſect. 10. num. 78. cũ Hoſtienſe, & Turre Cremata contra Couarruuiam 2. variarũ par. 4. cap. 6. & 10. num. 18.

Item patet per conſuetudinẽ abrogari poſſe impedimẽta matrimonium dirimẽtia, ſi loquamur de impedimentis ab Eccleſia impoſitis, vt benè docet Sanchez lib. 7. diſpu. 4. num. 14. Henriquez lib. 12. cap. 1. num. 5. in Commentario littera A. Salas diſp. 19. ſect. 10. num. 79. Syluеſter, & quãplures alij apud præcitatos Doctores, contra nõnullos alios. Ratio eſt tum quia impedimenta dirimentia induci poſſunt per conſuetudinem, ergo etiã poſſunt per cõſuetudinem aboleri, vt docui de matrimonio quæſt. 3. pun. 1. num. 7. cum Sanchez, & Aegidio Conincho. Tum quia conſuetudo vim habet abrogandi leges, ergo etiam poteſt abrogare impedimẽta dirimentia, ſi loquamur de impedimentis per legem Eccleſiaſticam introductis.

6 Quæres quartò, quænam conditiones ad conſuetudinem introducendam requirantur, ita vt per conſuetudinem lex vetus abrogari, aut noua introduci poſsit.

Reſpondeo plures conditiones requiri.

7 Prima eſt, vt id, quod per cõſuetudinẽ introducitur, poſsit eſſe materia legis. Ratio eſt quia conſuetudo vim habet legis; ergo neceſſum eſt, vt materia conſuetudinis, ſeu id, quod per cõſuetudinẽ introducitur, poſsit eſſe materia legis.

8 Ex quo infertur primo nõn poſſe legitimè introduci conſuetudinem contra ius naturale, aut diuinum. Ratio eſt quia materia huiuſmodi conſuetudinis eſſet mala,

Digitized by Google

vt pote iure diuino, vel naturali vetita, cui nõ poteſt humana poteſtas derogare. ita Salas diſp. 19. ſectic. 11. num. 89. Suarez lib. 7. cap. 6 nu. 4. Beccanus loc. cit. quęſt. 6. num. 2. Reginaldus lib. 13. num. 243. & 251. Rebellus, & alij communiter.

Addo non poſſe regulariter loquendo, induci conſuetudinem cõtra ius gentium, quatenus huiuſmodi ius deducitur ex principijs naturæ; ſicut enim non poteſt introduci conſuetudo contra ius naturæ, niſi circunſtantiæ rerum ita varientur, vt res deſinant eſſe intrinſecè malę; ita non poteſt, per ſe loquendo, induci conſuetudo contra ius gentiũ. Ita Azorius parte 1. lib. 5. cap. 17. quęſito 4. & alij apud Salas diſp. 19. ſect. 2. nume. 12. verſic. Ratio eſt, & ſect. 6. num. 65.

9 Secundò infertur non poſſe conſuetudinem, quæ vim legis habeat legitimè introduci circa materiam inutilem, aut contra commune bonum; hæc enim non poteſt eſſe materia legis, vt patet ex ſupra dictis; Ita Beccanus, & alij locis citatis.

10 Tertiò illam non eſſe legitimã conſuetudinem, qua illi, qui nõ interſunt anniuerſarijs defunctorũ, ſtipendium, ſeu eleemoſynam recipiunt. Ratio eſt tum quia huiuſmodi eleemoſynæ, ſeu diſtributiones tradendæ ſunt illis, qui anniuerſarijs, ſeu diuinis defunctorum officijs interſunt, & ius naturæ, poſita Eccleſię determinatione, dictat nõ eſſe conferendas ijs, qui non interſunt, par enim non eſt, vt commodum ſentiat, qui onus non ſuſtinet, conſtat autem contra ius naturæ non poſſe legitimam conſuetudinem introduci. Tum quia ſic definitum videtur à Bonifacio VIII. in 6. Decretalium titulo 3. de clerico non reſidẽte cap vnico ad finem, vbi decernitur eleemoſynas, ſeu diſtributiones non eſſe conferendas ijs, qui anniuerſarijs, ſeu diuinis defunctorum officijs nõ interſunt. Immò Gloſſa optimè ſubdit, eum, qui anniuerſarijs defunctorum non intereſt, non ſolum nõ poſſe quidquam recipere, verum etiam teneri ad reſtitutionem illius, quod ſine iuſta cauſa recepit (iuſta autem cauſa recipiendi eſt infirmitas, ſeu iuſta, & rationabilis corporis neceſsitas, aut euidens illius eccleſiæ vtilitas, iuxta ea, quę præſcribuntur in dicto Cap. vnico citato, vt nos etiam docuimus de Horis Canonicis.)

11 Vt hoc clarius intelligatur obſeruandum cenſeo anniuerſaria eſſe in duplici differẽtia; alia ſunt applicata oneribus Capituli, & pro ipſis conferuntur diſtributiones ad modum reliquarum horarum Canonicarum. Alia dicuntur anniuerſaria conſueta, pro quibus tradi cõſueuit eleemoſyna ab ijs, qui curãt anniuerſaria celebrari. Quod diximus ex Cap. Vnico cita. directe ꝓcedit in anniuerſarijs primo modo acceptis, quæ videlicet applicata ſunt oneribus Capituli, tamẽ hoc etiã proportionaliter dici poteſt de anniuerſarijs ſecũdo modo acceptis; cum in ipſis eadem ratio militet. Quapropter valdè increpandos, & arguendos arbitror Sacerdotes, qui ad anniuerſaria mortuorum accerſiti, ſerò accedunt; aut tempore anniuerſariorum mente vagantur, aut rebus ad diuinum officium minimè pertinentibus vacant, aut ſtudioſè diuinũ mortuorum officium non recitant, ſed ita

propo-

Digitized by Google

properanter verba proferunt, vt ab alijs audiri nequeāt, aut verba enecare videantur.

Addo, iſtos non ſolum poſſe ad ratam officij omiſsi eleemoſynam capere, verum etiam teneri acceptam reſtituere, niſi forte penſum præter miſſum alijs orationibus cō penſent, aut remiſsionem obtineāt ab ijs, à quibus eleemoſynam acceperunt, ſeu potius ab illis, quorū intereſt. Ita ſentire videtur Gloſſa loc. cit.

12 Secunda conditio eſt, vt cōſuetudo inducatur per actus voluntarios. Ratio eſt quia conſuetudo vim habet legis, & obligationem inducit; non poteſt autem vim legis habere, & obligationem inducere, niſi per actus voluntarios, humanos, & liberos; lex enim eſt act⁹ voluntarius, humanus, & liber. Ita Suarez loc. cit. cap. 12. Azorius loc. cit. quæſito 8. Reginaldus lib. 13. nu. 244. Salas loc. cit. ſect. 11. nu. 9. & alij communiter.

13 Tertia conditio eſt, vt conſuetudo abrogans legem inducatur ab ijs, qui legem ſeruare tenentur. Ita Doctores ſtatim citandi. Ratio eſt quia proprium conſuetudinis eſt legem receptam per actus cōtrarios abrogare; actus autem non ſunt cōtrarij legi, niſi præſtentur ab ijs, qui legem ſeruare tenentur.

14 Ex quo infertur primo, pueros, qui nondum rationis vſu potiuntur, nō poſſe leges humanas per cōſuetudinem abrogare. Idem dic de amentibus; furioſis, peregrinis, & externis, quos ſuperius oſtendimus non teneri legibus locorum, in quibus maiore anni parte commorari non decreuerunt. Ita Salas diſ. 19. ſect. 6. num. 59. & ſectio. 16. Azor. 1. par. lib. 5. cap. 18. quæſtio. 13.

15 Secundò, Communitatem fœminarum poſſe ſua conſuetudine ius inducere; nam fœminæ ſunt capaces legis, & ad onera legum tenentur. Quamobrem conſuetudo Monialium, ſaltem ſi acceptata ſit à Prælato poteſt inducere legem Moniales obligantem, vt cum Bartolo docet Suarez cap. 9. nu. 11. Salas diſp. 19. ſect. 11. num. 91.

16 Obſerua tamen fœminas non poſſe conſuetudinem inducere cōtra legem obligantem ſolos maſculos, & laicos non poſſe conſuetudinem inducere contra legem obligantem ſolos clericos; ſicut enim conſuetudo pura laicorum non poteſt obligare Clericos; vt patet à ſimili ex ſupra dictis de lege principis, obligat verò, ſi conſuetudo ſit mixta laicorum, & Clericorum; ita laici non poſſunt conſuetudinem inducere contra legem ſolos Clericos obligantem, quia illorum actus non cenſentur contrarij legi Clericorum. Ita Abbas cap. vlt. de Conſuetudine. Salas ſect. 11. nu. 90. & 91. & ſect. 15. num. 105. Reginaldus loc. cit. num. 244. Azor lib. 5. cap. 17. quæſito 8. & cap. 18. quæſito 12. Suarez cap. 16. num. 9. & alij, quos in ſimili retuli in 3. Decalogi præcepto, ommiſsis ijs, quos refert Azorius, & Salas locis citatis.

17 Quarta Conditio eſt, vt ad legem abrogandā adſit intentio eximendi ſe per conſuetudinem ab illa lege, vt conſtabit ex dicendis; hæc autē intentio ſatis cōijcitur ex ipſa frequentia actuū, vt docet Suarez c. 18. & alij Doctores in ſequentibus referendi. Ad inducendam verò conſuetudinem, quæ vim legis habeat, & obligationem pariat, requi-

quiritur, vt id, quod inducitur per conſuetudinem introducatur, ſeu obſeruetur tanquàm præceptũ, ſeu per modum obligationis, & præcepti, alioquin conſuetudo non obligabit ad peccatum. Quamobrem quod frequenter fit ex ſola deuotione, vel tanquàm ex conſilio, vel ex gratitudine, aut liberalitate nõ inducit legem, ſeu obligationem. Ratio eſt quia nullus præſumitur ſibi obligationis onus imponere, niſi intendat illud imponere, & ſicut lex vim habet ex intentione legiſlatoris, ita conſuetudo vim habet ex intentione eorum, qui conſuetudinem inducunt. Ita Doctores ſtatim citandi.

18 Ex quo ſequitur primò, eos, qui conſuetudinem inducunt, non tanquàm præceptum, nec eam ſeruant per modum præcepti, ſeu tanquàm ex præcepto, non eſſe reos culpæ, ſi conſuetudinem transgrediantur.

19 Secundò, non quamlibet cõſuetudinẽ obligare ſub peccato mortali, vt patet in Conſuetudine ieiunandi in vigilijs B.V.M. quam cõſuetudinem, excepta Aſſumptionis vigilia, non obligare ſub mortali perſpicuum eſt; quia hoc ieiunium inductum eſt ex deuotione, & abſq; animo inducendę obligationis. Idẽ dici poteſt de conſuetudine ſumẽdi aquam luſtralem in Eccleſię ingreſſu, aut recitandi orationem Angelicam in veſperis. In ijs, quæ adhuc tradidimus, in quarta conditione cõſentit Sylueſter verbo, cõſuetudo, quæſito 4. Sotus 1. de Iuſtitia quæſt. 7. art. 2. Rebellus parte 1. lib. 1. quæſt. 5. num. 27. Clauis Regia lib. 3. cap. vlt. num. 9. Azorius prima parte lib. 5. cap. 18. quæſito 5. Suarez lo. cita. cap. 14. nu. 6. vbi plures enumerat conſuetudines, quæ nõ ſunt legales, ſeu obligantes. Emanuel Sa Ver. Conſuetudo, nume. 3. Menochius de arbitrarijs, caſu 494. nu. 4. Vaſquez par. 2. diſpu. 177. cap. 2. ad finem Salas ex parte diſpu. 19. ſect. 11. num. 92. Beccanus tract. 3. cap. 7. quæſt. 1. nume. 4. Reginaldus lib. 13. num. 244. Molina diſp. 77.

20 Tertiò non eſſe obligationẽ ex iuſtitia ſeruandi conſuetudinem in ijs, q̃ ex mera liberalitate, aut vrbanitate fieri conſueuerunt. Quapropter qui millies cõſueuit alteri obſequia, vel beneficia præſtare, aut illum in domum propriam recipere, non acquirit obligationem illa præſtandi. L. prima, ff. de ſeruitutibus, & L. Creditores, C. de pignoribus. Ita Rebellus loc. cita. Sylueſter verbo, conſuetudo, nu. 14. Menochius de arbitrarijs caſu 494. nu. 4. & alij, quos in ſimili retuli de Cõtractibus.

Quarto eſſe obligationem ſeruãdi eam conſuetudinem, quæ initio inchoata fuit ex deuotione, ſed poſtea continuata fuit, vt obligatoria. Ita Salas loc. cit. nu. 92 cum Soto 1. de iuſtitia. q. 3. art. 2.

21 Sed modò dubium eſt, vtrum quando dubitatur, an conſuetudo fuerit inducta ex animo deuotionis, vel animo ſe obligandi, præſumendum ſit inductam fuiſſe animo ſe obligandi.

Reſpondeo præſumi non fuiſſe inductam animo obligandi, ſed potius animo deuotionis. Ratio eſt tũ quia nemo præſumitur velle ſibi onus imponere, ſeque obligare, niſi aliter conſtet de ipſius voluntate. Tum quia hoc videtur dubium iuris, in dubio autem iuris melior eſt conditio poſſidentis, vt conſtat

Digitized by Google

ex dictis de reſtitutione diſput. j. quæſt. 2. pun.2.§. vnico. Ita Suarez loc. cit. cap.15.num.13. & alij contra Azorium loc. cit. Reginaldum, num.244. & alios.

Hoc tamen intelligendum eſt, modo non adſint ſufficientes conjecturæ ad iudicandum conſuetudinem inductam fuiſſe animo obligandi, quales coniecturæ ſunt.

Primò, ſi ſuperior puniat, vel reprehendat aliter faciẽtes; ſuperior enim non præſumitur velle pœnam ob actum aliàs non debitum imponere.

Secũdò ſi Populus grauiter ſcãdalizetur ob inobſeruantiam talis conſuetudinis; nullus enim grauis ſcandali occaſioné ex eo conſueuit arripere, quod alteri liberum eſt præſtare.

Tertiò, ſi materia talis conſuetudinis, & ipſius obligatio valdè conducat bono cõmuni; talis enim conſuetudo præſumitur inducta ad præſtandum, id quod præſtare tenemur; tenemur autẽ bono communi cõſulere. Videte Suarez lo ci. An vero Princeps teneatur ſeruare conſuetudinem à populo introductam, patet ex ſupradictis de ſubiecto legum, & videri poteſt Menochius de arbitrarijs, quæſt.71.num. 14. & Salas diſp.19.ſect.11. num.95.

22 Quinta conditio eſt, vt conſuetudo ſit vniuerſalis, ideſt vt maior pars communitatis perfectæ illam inducat, vel ſaltem, vt populus frequentiam actuum ſimilium videat, & toleret. Ratio eſt quia ſicut minor pars populi non poteſt condere legem; maior autem pars poteſt, ita minor pars populi non põt conſuetudinem inducere; maior verò pars poteſt L. De quibus, ff. de legib.

23 Hinc colligitur primò, conſuetudinem non indigere promulgatione, qua conſuetudo eſt publica, & notoria populo; cum à maiori communitatis parte introducatur, & maior pars communitatis in illam conſentiat. Ita Suarez, cap.16. num.1. Clauis Regia, lib.3.cap.11. num.6. Reginaldus, lib. 13.nu.245. Azorius, lib.5.cap.17.& alij.

Obſerua tamen ad conſuetudinẽ requiri, vt actus, per quos inducitur conſuetudo, publicè quodammodo fiant, vt maior pars populi tali conſuetudini conſentire poſsit; nam ad cõſuetudinem requiritur, vt maior pars populi in illam conſentiat; non poteſt autem in illam conſentire, niſi actus aliqua ratione publicè fiant, vt clarius conſtabit ex illationibus ſubſequentibus. Ita Suarez lib.7 cap.10.ad finem.

24 Secundò colligitur, illam cenſeri legitimam cõſuetudinem, quæ circa materiam habilem introducta fuit à duabus cõmunitatis partibus; quamuis tertia pars non conſenſerit; nam duæ communitatis partes dicuntur maior pars communitatis; tertia verò minor.

25 Tertiò, ad inducẽdam conſuetudinem iure communi non requiri actus iudiciales; ſed conſuetudinem ſufficienter introduci poſſe per actus extraiudiciales. Ratio eſt tum quia maior pars communitatis poteſt plures actus extraiudicialiter facere per modum obligationis, & præcepti; ergo poteſt inducere conſuetudinem per actus extraiudiciales. Tum quia nullo iure probatur requiri, vt conſuetudo per actus iudiciales confirmetur, ideſt vt frequẽtia actuum in iudicio publica auctoritate proba-

bata ſit, vel defenſa, vt pluribus oſtendit Suarez, lib. 7. cap. 11. nn. 2. cum Bartolo, Iaſone, & alijs, Vaſquez p. 2. diſp. 175. cap. 6. num. 52. Salas diſp. 19. ſect. 11. num. 93. Martinus Beccanus trac. 3. cap. 8. quæſt. 4. & alij contra Gloſſam. Diuum Antoninum, & alios apud præcitatos Doctores.

26 Quartò, cõſuetudinem non ſufficiẽter induci per actus occultos, ſed per externos, & manifeſtos. Ratio eſt quia ad inducẽdam conſuetudinẽ requiritur, vt maior pars populi illam inducat, videat, & in illam conſentiat; quomodo autem dici poteſt videre, conſentire, & tolerare vſum occultum? Ita Suarez, lib. 7. cap. 10. num. 5. verſiculo, & hinc conſtat. Vaſquez p. 2. diſp. 177. cap. 7. nu. 56. Beccanus loc. cit. quæſt. 5. num. 2 & alij communiter.

27 Quintò, conſuetudinem nõ induci per non vſum; conſequenter legem non abrogari per non vſum ipſius legis, modò non vſus nõ cõtineat implicitum actum contra legem. Ita Panormitanus, Cap. Ioannes, de clerico coniugato Syluester verbo, Conſuetudo quæſito 8. Azorius parte j. lib. 5. cap. 4. quæſito 7. Salas diſp. 19. ſect. 20. num. 114. Beccanus loc. cit. quæſt. 5. Reginaldus loco ſupra citato, num. 250. Rebellus parte j. lib. 1. quæſt. 5. num. 23. & alij, quos in ſimili referam de Priuilegijs. Ratio eſt quia conſuetudo inducitur à maiori parte communitatis per frequentiam actuũ; ergo cõſuetudo non inducitur per non vſum; cum non vſus frequentiam actuum non contineat.

Ex quo infertur, legem, exempli gratia, de occidendis Parricidis non abrogari, ſi ſpatio centum annorum contingat nullum committi Parricidium, & conſequenter nullum adiudicari morti, iuxta leges præſcribentes Parricidas occidi.

Verum ſi non vſus contineat implicitum actum contrarium legi, cenſeo legem per non vſum abrogari, concurrente temporis ſpatio ſufficiente ad abrogandam legem per conſuetudinẽ. Quapropter lex, qua Clerici tenẽtur Tonſuram deferre, abrogari poteſt per non vſum interueniente tempore neceſſario ad conſuetudinẽ introducendam; nam talis non vſus implicitè continet actum contrarium legi.

28 Sexta conditio eſt, vt conſuetudo per eos inducatur, qui legẽ condere poſſunt, vel habent capacitatem actiuam condendi leges, vel ſaltem paſsiuam eas recipiendi interueniente aliquo ſuperioris conſenſu. Ratio eſt tum quia conſuetudo vim habet legis, & obligationẽ parit; ergo debet ab illis induci, qui legem condere poſſunt, vel qui capacitatem actiuam habent, vel ſaltem paſsiuam condendi leges; Tum quia conſuetudo præualet legi, præſertim interueniente Principis conſenſu Princeps autem conſentit in conſuetudinem, quatenus ſuperior ſtatuit, legem aboleri per rationabilem conſuetudinẽ, & conſuetudinem vim legis habere, ſi legitimè fuerit introducta. Ita Suarez lib. 7. cap. 9. Diuus Thom. p. 2. q. 97. art. 3. ad 3. Salas diſp. 19. ſect. 6. num. 59. & ſect. 11. num. 91. & ſect. 12. nu. 96. Reginaldus, lib. 13. nu. 243. Azorius parte j. lib. 5. cap. 17. quæſito 8. & cap. 18. quæſito 9. & alij apud Clauem Regiam, lib. 3. cap. 11. nu. 5. & apud alios præcitatos DD.

Obij-

Obijcies, Clerici poſſunt cõſuetudinem inducere cõtra Canones, nequeunt verò contra Canones ſtatuta facere, ergo non eſt neceſſe, vt conſuetudo per eos inducatur, qui poſſunt legem condere, vel qui capacitatem habent actiuam ad legem condendam, vel ſaltem paſſiuam, &cæt.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt tum quia hæc eſt differentia inter Clericos, & laicos, quòd laici poſſunt facere ſtatuta contra leges ſuorum Principum, quia hoc illis conceditur à iure L. Omnes.ff.de inſtitia,& iure. Ita Azor to. primo,lib.5.c.18. quæſito 11. Salas diſp.19. ſect.3.nu. 23.& alij, quidquid in contrarium ſentire videatur Suarez, lib.6. cap. 26.num.6.Clericis verò non conceditur, neque permittitur condere ſtatuta contra Canones. Tum quia etiamſi Clerici ſtatuta cõtra Canones facere nequeant; non tamen hinc ſequitur, quin Clerici poſsint conſuetudinem inducere,& ſimpliciter legem ferre,quatenus illis cõmunicari poteſt poteſtas condendi leges, vel ſaltem quatenus habent capacitatem paſsiuam recipiendi, prout docet Suarez loc. cit.num.9.

29 Ex dictis ſequitur primò,populum poſſe conſuetudinem obligantem introducere. Ratio eſt quia poteſt propria auctoritate condere ſtatuta, ſeu leges particulares, modo illi vetitum non ſit ſtatuta facere, aut modo ſtatuta non derogent iuri cõmuni; inferior enim non põt auctoritati ſuperioris derogare, ipſo non conſentiente, vel permittente tacitè, vel expreſsè. Ita Salas, Suarez, & alij locis cit.

30 Secundò, Communitatem mercatorum poſſe conſuetudinem inducere, quæ vim cuiuſdam ſtatuti conuentionalis habeat, ſeu legis, quaſi municipalis, inter ipſos mercatores, vt notat Suarez loc. cit. num.11.Salas loc. cit. num.91. cum Bartolo,& alijs in lege 2.C.de conſtituta pecunia.

31 Septima conditio eſt, vt conſuetudo ſit longęua,& conſequẽter ſufficiens ad inducendam obligationem, vel ad abrogandas leges ciuiles, ſaltem per modum præſcriptionis,ſi ſeruata fuerit ſpatio decem annorum; quia ſpatium decẽ annorum in iure longęuum tempus cenſetur L. vltima, C. de præſcriptione longi temporis. Ita Suarez loc. cit. cap.15. Molina tract. 2. diſputat.77. Azorius loc. cit. cap.17. quæſito 6.& 9. Reginaldus loc.cit. num.243. Emanuel Sà verbo, Lex, num.17.Rebellus parte prima lib.1. quæſt. 5. num.9. & alij apud Salas diſp.19.ſect.4.& 8.

32 Dixi, ad abrogandas leges ciuiles; nam ad abrogandas leges Canonicas per cõſuetudinem cum tacito ſolum, vel præſumpto Principis conſenſu, ſpatium quadraginta annorum requiri putat Suarez, lib.7. cap.18. num.12. Rebellus loc. cit.num.12. Salas diſput.19. ſect.4. num.42. Beccanus, cap.8. quæſt.3. Reginaldus,lib.13.num.247.Bartolus Panormitan. Iaſon,& alij apud pręcit.Doctores.Ratio eſt,quia Doctores ferè communiter putant ad pręſcribendã cõſuetudinem tantũ tẽporis requiri, quãtum requiritur ad præſcriptionem aliarum rerum, ſed ad præſcribendas res Eccleſiaſticas requiritur ſaltem ſpatium xl. annorum, vt patet ex dictis de præſcriptione,& in iure Canonico non

dicitur conſuetudo legitimè præſcripta, niſi ſpatio xxxx. annorum.

Leſsius verò, libro 2. de iuſtitia, cap.6.dub.74.nu.46. Azorius par.j. lib. 5. cap. 18. Emanuel Sà verbo, Lex, citato, & verbo, Conſuetudo, num.3. putant ſufficere ſpatium x. annorum. Ratio eſt primo, quia ad introducendam conſuetudinẽ vim legis habentem in re Eccleſiaſtica, & ſpirituali, quæ ſit præter legem Canonicam, ſufficiunt x. anni, vt concedit Molina loc. cit. Reginaldus loc.cit.num.247. verſiculo, Aut quæritur. Gloſſa cap.finali, de conſuetudine in 6. & alij apud Salas, diſp. 19. ſect. 4. §. 5. num. 43. & ſect. 11. num. 93. qualis eſt conſuetudo ieiunãdi quaſi ex obligatione tali die, aut colendi quaſi per modum præcepti talem diem in honorem alicuius ſancti, quam conſuetudinem vim legis poſt x. annos habere perſpicuum eſt; ergo x. anni videntur etiam ſufficere ad abrogãdam legem Eccleſiaſticam. Verum ad hanc rationem negari poſſet conſequentia, quia per huiuſmodi conſuetudinem fit contra ius conſequenter præiudicium afferri videtur Eccleſiæ, vt obſeruat Salas loco citato cum Nauar. cap. 13. num. 19. Couar. 1. var. cap. 17. num. 8 & alijs. Secundo, quia nullo iure probatur maius tempus requiri ad abrogandam legem Canonicam, quàm Ciuilem, modò conſuetudo non ſit contra ius Eccleſiæ; nam ad introducendam conſuetudinem contra ius Eccleſiæ requiruntur xxxx. anni cum aliquo titulo, aut etiam tẽpus immemorabile, ſi ius reſiſtat, vt regulariter reſiſtit, vt oſtendi in tractatu de Decimis cũ Suarez tomo 3. de Religione, cap. 13. de Decimis. Leſsio loc. cit. num. 47. Couarruuia, & alijs, quos etiam refert Salas diſp. 19. §. 4. num. 42. ſect. 4. & ſequitur Molina diſput. 7. verſ. Aduerſus legẽ. Sanchez in Summa, lib. 4 cap. 38. num. 22. Verum ad hanc ſecundam rationem eadem reſponſio afferri põt, quæ allata fuit ad primã.

Addit Leſsius loc. cit. Sotus 1. de iuſtitia, quæſt. 7. art. 2. Valentia, diſput. 7. quæſt. 5. pun. 8. & alij apud Beccanum loc. cit. num. 1. contra Armillam. Tabienam, & alios non requiri certum tempus ad introducendam conſuetudinem, & ad abrogãdam legem per conſuetudinẽ, ſed ſufficere, vt lex non ſeruetur, quando eſſet ſeruanda, & Princeps non contradicat, ſed expreſsè, vel tacitè conſentiat, tolerando, dum ſcit, & commodè poteſt impedire; & hoc mihi probatur, quia nihil fieri videtur contra legiſlatoris volũtatem, qui poteſt legem introducere, & abrogare; hinc tamẽ non colligitur, per ſe loquendo, nõ requiri certum tẽps ad conſuetudinẽ inducendam, quæ legẽ abroget via præſcriptionis, vt benè docet Salas ſec. 8. nu. 72. ſed ſolum certum tempus non requiri, quando legiſlator, aut alius, qui eandẽ habet cum legiſlatore ptãtem in cõſuetudinẽ conſentit, quod vltro admitto. Et in hoc cõuenio cũ præcit. DD. ſi loquãtur de conſuetudine, quæ legem abrogat, non via præſcriptionis, & per conſenſum tantummodò iuridicũ, ſed de conſuetudine, quæ legẽ abrogat per conſenſum tacitum, vel expreſſum, qđ etiam cõcedit Salas; diſp. 19. ſect. 8. nu. 72. Suarez c. 14. & c. 18. nu. 17. & alij lo. cit. aliud enim eſt legẽ abrogari per cõſuetudinẽ, & per conſenſum iuridicum, aliud

per

per conſenſum tacitũ, vel expreſsũ. Præterea Leſsius loc. cit. num. 45. Emanuel Sà loc. cit. Syluester verbo, Conſuetudo, quæſito 4. & alij apud Suarez, lib. 7. cap. 10. num. 3. & lib. 4. cap. 16. num. 11. putant legis obligationem ceſſare, quando bis, vel ter actum eſt contra legẽ ſciente Principe, & non contradicente, dum commodè poteſt contradicere. Ratio eſt quia quod fit bis, vel ter, dicitur fieri frequenter, Capite, Ita nos, 25. quæſt. 2. Tum quia cum poſsit commodè contradicere, & non contradicat, cenſetur approbare. Idẽ ſentire videtur Sanchez, lib. 4. de matrim. diſp. j. num. 22. vbi relato Bartolo, Frãco, Immola, Decio, & alijs oſtendit vnico hominis actu non probari conſuetudinem; ſed exigi ſaltem binum.

Addit Azorius parte j. lib. 5. cap. 17. quæſito 9. & cap. 18. quæſito 15. vnum actum cõtinuum ſufficere ad inducendam conſuetudinem, quãdo vnus actus vicem gerit pluriũ. Neque hoc reprobat Salas, diſp. 19, ſect. 12. num. 95. verſ. Deinde.

Ego vero cum Reginaldo lo. cit: nu. 245. Bartolo, & alijs apud Suarez, lib. 7. cap. 10. nu. 3. Salas, diſp. 19. ſect. 8. num. 72 & ſect. 12. nu. 72. ad finem, cenſeo ad inducendam conſuetudinem duos actus, per ſe loquendo non ſufficere, ſed plures requiri iuxta prudentis viri arbitrium præſertim ſi ſuperior in iudicio puniat aliter facientes, aut ſi aliter non cõſtet de conſenſu Principis, aut eorum, qui conſuetudini vim dare poſſunt, vt bene docet Salas, num. 72. & innuit Suarez, lib. 7. cap. 18. num 20. Ratio eſt tum quia omnes fere leges facillimè abrogarentur. Tum quia ad introducendam conſuetudinem, exempli gratia, ieiunandi tali die, aut colendi talem diem tot actus videntur neceſſarij, quot ſunt anni neceſſarij ad introducendam conſuetudinem; conſuetudo enim non per hoc legitimè præſcribitur, quod maior communitatis pars vno anno tali die ieiunauit, vel talẽ diem tanquam feſtum coluit, ſed quia tãto tempore non ieiunauit tali die, aut tanto tempore talem diem feſtum non celebrauit; ergo duo, vel tres actus non videntur ſufficere, & multo minus vnum actum ſufficere dicendum eſt, per ſe loquendo.

Ad Caput, Ita nos, 25. quæſt. 2. vbi dicitur, geminationem criminis vocari cõſuetudinem, ſeu id, quod fit bis, vel ter, dici fieri frequenter, Reſpondetur vocari conſuetudinẽ non quia ſufficiat ad inducendam conſuetudinem per modum legis, vel ad abrogãdam legem; ſed quia ſufficit ad quandam aſſuetudinẽ, ſeu aſſuefactionem, propter quam delictum grauius puniri poteſt, vel alijs effectibus affici, vt patet in Edicto Sanctæ Inquiſitionis, in quo decernitur deferẽdos eſſe blaſphemandi conſuetudinem habentes, vbi Cardinalis noſter, Illuſtriſsimus declarauit illũ habere conſuetudinẽ ad hũc effectum denũciationis, qui ter eodẽ, vel diuerſo tẽpore in crimen blaſphemię prolapſus eſt.

33 Sed modò dubium eſt, vtrum interruptio conſuetudinis per aliquem actum contrarium impediat vim conſuetudinis.

Reſpondeo diſtinguendo. Vel conſuetudo iam eſt perfecta, & completa legitimo tempore, vel nondum eſt completa; ſi completa eſt, non abrogatur per vnum actum

contrarium. Ratio eſt tum quia ſicut vnico actu nō fuit introducta, ita nec vnico actu abrogatur. Tum quia lex non abrogatur vnico actu; ergo neque conſuetudo, quæ legis rationem habet, ſi verò conſuetudo nondum eſt perfecta, & completa, cēſeo interrumpi per vnum actū contrarium communitatis; conſequenter iterum incipiendum eſſe; vt conſuetudo introducatur. Ratio eſt quia populus actu contrario ſatis indicauit nolle conſuetudinem inducere, conſuetudo autem inducitur volūtate populi, ſeu Communitatis, concurrentibus etiam reliquis conditionibus. Ita Panormitanus Capite vltimo de conſuetudine, num. 19. Armilla verbo, Conſuetudo, nu. 7. quibus adhęret Reginaldus, lib. 10. num. 249. & Salas, diſp. 19. ſect. 11. num. 93. verſ. Annotat, & ſect. 13. num. 99.

34 Octaua conditio eſt, vt adſit conſenſus Principis, ſaltem iuridicus, ſeu tacitus ad legem abrogandam. Ratio eſt quia non minorem poteſtatem requirit conſuetudo, vt vim legis habeat, quàm lex, ſed lex requirit conſenſum Principis, ergo etiam conſuetudo.

Obſerua tamen ad introducendam conſuetudinem, quæ vim habeat abrogandæ legis, non requiri conſenſum expreſſum, ſed ſufficere tacitum, ſeu iuridicum, quod, vt clarius intelligatur.

35 Aduertendum eſt triplicem eſſe conſenſum. Primus dicitur perſonalis, & expreſſus, quo Princeps expreſsè conſentit, aut dat licentiā ad introducendam conſuetudinē, aut illam approbat. Secundus eſt tacitus, & hic contingit, quando Princeps ſcit cōſuetudinem, & diſſimulat, ſeu non contradicit, dum commodè poteſt cōtradicere. Tertius dicitur legalis, ſeu iuridicus, & hic datur per legem, ſeu ius, quatenus Princeps ſtatuens, aut ſciens cō ſuetudinem tales conditiones habentem à iure approbari, dicitur conſentire iuridicè, ſeu aliqua ratione tacitè in conſuetudinem affectam his conditionibus.

Hoc poſito dico ad conſuetudinem non requiri conſenſum perſonalem, & expreſſum. Ratio eſt tū quia iura huiuſmodi conſenſum nō requirunt. Tum quia hoc eſt moraliter impoſsibile, & præter cōſuetudinē, & vſum, vt benè docet Suarez, lib. 4. de legibus, cap. 16. n. 10. vt oēs conſuetudines ad Principis aures perueniant. Tum quia tunc conſuetudo vim habet, quando eſt rationabilis, & legitimè præſcripta cap. finali de conſuetudine; ſed pōt eſſe rationabilis, & legitimè præſcripta ſine ſcientia Principis, & ſine conſenſu expreſſo, & perſonali, ergo non requiritur conſenſus expreſſus, & perſonalis, ſed ſufficit conſenſus iuridicus, & tacitus. Tū quia conſenſus iuridicus, & tacitus nō videtur minoris efficaciæ, quàm perſonalis, & expreſſus; cum taciti, & expreſsi videatur eadem conditio, & natura.

Quod verò conſenſus ſaltem iuridicus, aut tacitus requiratur, patet ex L. De quibus, ff. de legibus. Ita Sanchez, lib. 7. de matrimonio, diſp. 4. num. 11. & 14. & diſp. 82. nu. 20. Azorius parte j. libro 5. cap. 18. queſito 11. Rebellus lo. cit. num. 15. Vaſquez p. 2. diſp. 176. cap. 2. 5. 7. & 8. Beccanus loc. cit. quæſt. 2. nu. 5. Salas diſp. 19. ſect. 4. nu. 20. & 37. ad finem, vbi refert Corradum, Diuū

Digitized by Google

Antoninum, & alios, & num. 39. & ſect. 6. nu. 62. vbi citat Syluestrũ, & ſect. 9. num. 58 & ſect. 11. num. 95. ad finem, vbi refert Couarruuiam, Armillam, & alios, Reginaldus lib. 13. num. 247. ad finem contra Vaſquez p. 2. diſp. 177. cap. 2. & 3. vbi plures alios DD. adducit.

Ex dictis in hoc paragrapho cõſtat primo, leges abrogari per legitimam conſuetudinem.

Secundo conſtat, quid ſit conſuetudo.

Tertiò, quotuplex ſit cõſuetudo.

Quartò, quænam ſint conſuetudinis proprietates.

Quintò, quænam conditiones ad conſuetudinem requirantur, quarum Prima eſt, vt materia conſuetudinis poſsit eſſe materia legis: Secunda, vt conſuetudo inducatur per actus voluntarios. Tertia vt conſuetudo inducatur ab ijs, qui legem ſeruare tenentur. Quarta vt conſuetudo abrogans legem inducatur animo eximendi ſe à legis obligatione, & conſuetudo inducens legis obligationem ſeruetur, quaſi ex præcepto, ſeu per modum præcepti. Quinta, vt inducatur à maiori Communitatis parte. Sexta, vt inducatur ab ijs, qui habent capacitatem actiuam condẽdi leges, vel ſaltem paſsiuam eas recipiẽdi, interueniẽte aliquo Principis conſenſu. Septima, vt ſit longęua. Octaua, vt adſit conſenſus Principis, ſaltem tacitus, aut iuridicus.

Explicandum modo eſt, vtrum per conſuetudinem lex poſsit abrogari, etiamſi in lege, quæ per cõſuetudinem abrogatur, damnetur conſuetudo futura contra ipſam legem.

SECVNDA PROPOSITIO.

36 Conſuetudo poteſt legẽ abrogare, ſeu legis obligationem tollere, etiamſi in lege, quę per conſuetudinẽ abrogatur, damnetur, vel reprobetur conſuetudo futura contra ipſam legem, vt ſi dicatur, Volo hanc meam legem ſeruari, nõ obſtante quacumque conſuetudine contraria. Hoc tamen intelligitur modo adſit conſenſus tacitus, vel expreſſus legislatoris, vel ipſius ſucceſſoris. Ita Rebellus loc. cit. num. 18. Reginaldus, loc. cit. num. 254. Beccanus, quæſt. 7. nu. 3. Suarez, lib. 7. cap. 19. num. 21. Couarruuias 3. variarum, cap. 13. nu. 3. & 4. Vaſquez p. 2. diſp. 177. cap. vltimo. Azòrius parte j. lib. 5. cap. 17. quæſito 10. Salas diſp. 19. ſect. 7. nu. 70. Clau. Regia lib. 3. cap. vlt. num. 10. Molina tract. 2. diſp. 77. ad finẽ Eman. Sà v. Lex, nu. 18. & alij apud Suarez, & apud alios præallegatos DD. Contra Medinam, quęſt. 93. art. 3. abſolutè concedẽtem hanc propoſitionem ſine limitatione. Ratio eſt, tum quia cõſuetudo vim habet legis; ſed vna lex poteſt aliam abrogare, etiamſi in prima lege reprobetur lex poſterior; ergo etiam conſuetudo poteſt legem abrogare, etiamſi in lege damnetur poſterior, ſeu futura conſuetudo. Tum quia lex per contrariam conſuetudinem poteſt abrogari; ergo poteſt etiam abrogari lex, in qua vetatur conſuetudo futura, cum nulla ſufficiens ratio poſsit aſsignari, cur conſuetudo poſsit alias leges abrogare, non verò illam, qua vetatur conſuetudo futura, ſi adſit conſenſus Principis. Tum quia conſuetu-

Digitized by Google

do vim habet abrogandi leges modò adſit conſenſus aliquis Principis; Princeps autem conſentiat legem abrogari per conſuetudinem; vt ſuppono. Contraria ratione vtendum eſt, ſi Princeps non conſentiat, ſed reprobet conſuetudinem legi contrariam, & in ſua opinione perſeueret. Ratio eſt tum quia cōſuetudo nō abrogat legē, niſi adſit aliquis conſenſus Principis; nullus autem conſenſus Principis præſumi poteſt, vbi legislator illum negat per reprobationem conſuetudinis. Tum quia ſi lege aliqua caueatur aliquid præſcribi non poſſe, nulla conſuetudine poterit illud præſcribi L. Vbi lex.ff.de vſucapione; ergo neque poterit præſcribi contra conſuetudinem, ſi lege aliqua reprobetur talis cōſuetudo.

37 Ex dictis ſequitur legem de nō trahendis Clericis ad laicam poteſtatem non poſſe per contrariam conſuetudinē abrogari. Tum quia huiuſmodi cōſuetudo iniqua eſt, & potius nomē corruptelę meretur, q̃ conſuetudinis. Tū quia huiuſmodi conſuetudo in lege reprobatur. Ita Beccanus. Couarruuias, & alij lo. ci.

Obſerua tamen legem, qua reprobatur conſuetudo, non propter intrinſecam malitiam, ſed propter aliquod periculum, ſeu ad vitanda incommoda, vel propter vtilitatē Reipublicæ, vel Eccleſiæ, abrogari poſſe per contrariam conſuetudinem ſubſequentem ſi ceſſet periculum damni, &c. nam talis conſuetudo non cenſetur amplius irrationabilis, nec reprobata; cum ceſſauerit cauſa, propter quam cōſuetudo fuerat à lege reprobata, tanquam corruptela. Secus ſi periculum adhuc perſeueret, aut ſi cōſuetudo propter intrinſecam malitiam fuerit reprobata. Ita Sanchez lib.7.de matrimonio, diſp.4.nu.14. Suarez lo. cit. num.24. Vaſquez par. 2.diſp.177.cap.8. Beccanus loc.cit. Salas diſp.19.ſect.10.num.82. in reſponſione ad tertium, & quartum argumentum, & alij apud Salas lo. cit.ſect.7.num.71.& apud alios præcitatos Doctores.

38 Sed modo dubium eſt primo, vtrum ſicut conſuetudo poteſt legem abrogare, ita etiam lex poſſit abrogare cōſuetudinem antea introductam.

Reſpondeo legem poſſe in ſua, & abſque alia clauſula præcedentem conſuetudinem abrogare, modo lex habeat omnimodam cōtrarietatem, & repugnantiam cum conſuetudine, & legislator conſcius ſit conſuetudinis. Ratio eſt quia lex non eſt minoris efficaciæ, quā conſuetudo, nec conſuetudo abſtulit ſuperiori facultatem, & auctoritatem condēdi leges obligandi ſubditos, & abrogandi conſuetudinē.

Obſerua tamen, lege non abrogari conſuetudinem, niſi legislator conſcius ſit talis conſuetudinis; nā vt Princeps lege abroget conſuetudinem iam receptam, debet habere voluntatem abrogandi; non poteſt autem velle conſuetudinē abrogare, niſi eam nouerit, cum voluntas non feratur in incognitum; ergo requiritur, vt Princeps conſcius ſit conſuetudinis. Ita Doctores in ſequentibus citandi.

39 Hinc colligi pōt primo, per legē cōtrariam vniuerſalē abrogari cōſuetudinē antecedentē vniuerſalē; quāmuis lex cōdita ſit ſine clauſula derogatoria. Ratio eſt tū quia ſicut lex poſterior poteſt abrogare prio-

priorẽ, ita poteſt abrogare conſuetudinẽ, quæ vim legis habet, & ius quoddã reputatur. Tum quia ſic habetur Capite 1. de Conſtit. in ſexto. Tum quia Princeps cenſetur noſce cõſuetudinem generalẽ, eaque cognita contrarium diſponit. Ita Suarez lib.7.cap.20.num.7. Azorius parte 1.lib.5.cap.16.quæſito 7. Salas diſp.19.ſect.13;num.98. Clauis Regia lib.3.cap.vltimo, nume.10. Reginaldus lib.13.num.247. ad finem. Rota deciſione 2. de reſcriptis nu.2.in nouis, & alij communiter.

40 Secundò colligi poteſt, per legem vniuerſalem non abrogari cõſuetudines ſpeciales locorum, aut ſtatuta ſpecialia non cõtinentia ſolum ius commune, aut priuilegia, niſi eorum fiat mentio in lege, aut niſi ſaltem in genere reuocetur expreſsè qualiſcunque contraria conſuetudo, aut ſtatutum, aut priuilegium. Ratio eſt quia Princeps cenſetur ignorare conſuetudines ſpeciales; conſequenter non cenſetur eas velle abrogare, niſi earum mentionem fecerit, Cap.1.de Conſtitutionibus in ſexto. Ita Reginaldus loc. cit. Emanuel Sà verbo lex, num.19. Rebellus loc. ſupra cit. nu. 18, Suarez lib.6.cap.27.num 13. vbi teſtatur hanc communem eſſe Iuriſperitorum ſententiam. Idem docent quãplures alij Doctores, quos infra referam de Priuilegiis.

41 Tertiò colligi poteſt, per legẽ particularem abrogari conſuetudinem particularem, etiamſi facta nõ ſit illius mentio. Quapropter per legem Epiſcopi abrogatur conſuetudo ipſius Epiſcopatus, & per ſtatutum Oppidi abrogatur conſuetũdo ipſius Oppidi. Ratio eſt quia Epiſcopus præſumitur non ignorare conſuetudinem ſui Epiſcopatus, Cap.1. de Conſtitutionibus in ſexto, & ſic de cæteris. Videte Suarez lib.7.de legibus cap.20. num.6. 7. & 8. Syluestrum verbo, lex, quæſito 26. Clauem Regiam, Azorium, & alios locis citatis.

42 Quartò. Principem vniuerſalẽ, vt Papam, ferentem legem pro Epiſcopatu, exempli gratia, Mediolanenſi, non cenſeri abrogare conſuetudinem hic Mediolani receptam, niſi mentionem conſuetudinis faciat; nam Princeps vniuerſalis præſumitur ignorare conſuetudinem particularẽ. Ita Suarez lib. 7.cap.20. nùm 25. Emanuel Sà, & alij locis citatis.

43 Si quæras quænam verba adhiberi debeant ad abrogandam conſuetudinem, quando in lege facienda eſt mentio conſuetudinis.

Reſpondetur non eſſe determinata verba; quia nullo iure præſcribuntur verba neceſſaria ad legem abrogandam; regulariter tamen hæc, vel his ſimilia adhibentur. Nõ obſtante contraria conſuetudine.

Sed obſerua iuxta communiorẽ Doctorum ſententiam per hæc verba, Non obſtante contraria conſuetudine, non reuocari conſuetudinẽ immemorabilem, niſi in reuocatione addatur, Non obſtante conſuetudine, etiam immemorabili, aut niſi æquiualẽs verbum apponatur. Ratio eſt tum quia cum non cõſtet de initio talis cõſuetudinis, & alias fieri poſsit, vt talis conſuetudo ex priuilegio traxerit originem, Cap. Super quibuſdam. De verborum ſignif. (conſuetudo enim immemorabilis vim habet priuilegij, & facit iuſtum titulum præſumi, vt bene do-

cet

cet Emanuel Sà Ver. Conſuetudo vbi alios refert Saua Parmenſis in ſuis conſilijs conſilio I. ſub initium vbi loquitur de longa conſuetudine ducendi aquam, & hanc doctrinam multis textibus confirmat) par non eſt, vt per generale nomen cōſuetudinis reprobetur, vt in ſimili probabo de Priuilegijs. Tum quia ſicut in generali conceſsione non veniunt, ea quæ non eſſet quis conceſſurus, ita neque in generali reuocatione conſuetudinis venire videtur immemorabilis conſuetudo, quæ peculiaribus priuilegijs in iure gaudet. Ita Couarruuias 3. Variarum cap. 13. num. 5. Salas diſp. 19. ſectio. 6. nu. 56. & ſect. 7. Tiraquellus, & alij apud Suarez lib. 7. cap. 20. n. 18. contra Cardinalem, & alios apud eundem Suarez num. 17.

44 Secundò dubium eſt, vtrū noua conſuetudo poſsit antiquam cōſuetudinem contrariam abrogare.

Reſpondeo nouam conſuetudinem poſſe antiquam abrogare in eo loco, in quo noua conſuetudo contraria introducitur. Ratio eſt qa ſicut lex poſterior abrogat priorem, ita poſterior conſuetudo priorem conſuetudinem. Ita Doctores citati.

45 Tertiò dubium eſt, vtrum introducentes conſuetudinem contra legem, ſeu contra antiquam conſuetudinem legitimè receptam, peccent toto eo tempore, quo actus contra legem, vel conſuetudinem exercent, donec elapſum ſit tempus requiſitum ad conſuetudinem introducendam.

Reſpondet Valentia diſp. 7. quæſtio. 5. pun. 8. Reginaldus lib. 13. nu. 247. Beccanus loc. ſupra citato q. 3. num. 6. Leſsius, Sotus, & alij locis ſupra citatis, omiſsis illis, quos magno numero refert Salas diſput. 19. de legibus ſect. 4. §. 5. num. 43. ad finem, in foro externo præſumi delinquere, & peccare contra legem; in foro verò conſcientiæ non peccare, quando conſuetudo ita inualuit, vt eam plerique etiam boni viri ſequantur ſine remorſu cōſciētiæ.

Ego verò cēſeo peccare, donec elapſum ſit tempus requiſitum ad legitimam cōſuetudinem introducendam, niſi fortè Princeps ſciat conſuetudinem & toleret, iuxta ſuperius tradita, aut niſi bona fides excuſet. Ratio, qua moueor ad hoc aſſerendum eſt, quia lex, & ipſius obligatio viget, donec elapſum ſit tempus requiſitum ad cōſuetudinem inducendam; qui autem facit contra legem, & ipſius obligationem peccat. Ita innuit Reginaldus loc. cita. & alij quamplures apud Salas loc. cit. Hic tamen notanda eſt diſtinctio ſuperius tradita, de conſuetudine, quæ legem abrogat via præſcriptionis, & de cōſuetudine, quæ legem tollit de cōſenſu tacito, vel expreſſo Principis, ſeu illius qui poteſt legem condere, & abrogare, quod diximus procedit in conſuetudine, quæ legē abrogat nondum interueniente tacito, vel expreſſo ſuperioris cōſenſu.

46 Quartò dubium eſt, vtrum idē ſit præſcriptio, & conſuetudo.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt, tum quia cōſuetudo eſt quid iuris; inducit enim ius, & legem; præſcriptio verò dicitur quid facti, quo alicui adijcitur dominium rei alienæ. Tum quia conſuetudo requirit conſenſum, & vſum populi; ad præſcriptionem verò ſufficit factum, vel vſus priuatæ perſonæ. Tum quia

præ-

præſcriptio non eſt valida ſine bona fide; conſuetudo vero non requirit bonam fidem, ſaltem in principio; nam qui conſuetudinem introducere incipiunt peccant; cum faciant contra legem, quæ adhuc viget. Ita Suarez to. 1. de Religione lib. 2. cap 15. & de legibus lib. 7. c. 5. nu. 10. & 11. Couarruuias Regula, Poſſeſſor, parte 2. §. 3. nu. 2. Beccanus loco, ſupra cit. quæſt. 1. nu. 3. Azorius ex parte tom. 1. par. 1. lib. 5. cap. 18. quæſito 6. Rebellus loco ſupra citato num. 3. Valētia loco citato. Salas de legibus diſp. 19. ſect. 1. num. 6. 7. & 8. & ſect. 5. num. 45. & 50. & 54. & alij communiter.

Dices. Cōſuetudo debet eſſe rationabilis; nō poteſt autem eſſe rationabilis ſine bona fide; ergo ad cōſuetudinē requiritur bona fides.

Reſpondeo, licet conſuetudo dicatur irrationabilis, quatenus incipit cum mala fide; poteſt tamen eſſe rationabilis ex alijs capitibus, nempè, ſi non ſit nutritiua peccati, ſi non ſit ſcandaloſa, ſi non repugnet bono communi, & libertati Eccleſiaſticæ: nam conſuetudo dicitur irrationabilis.

Primò quādo nutrit peccatū, qualis eſt conſuetudo exigendi vſuras.

Secundò, quando eſt ſcandaloſa, qualis eſt conſuetudo permittens homicidium Patris, vel fratris in vindictam.

Tertiò, quando repugnat bono communi, aut libertati Eccleſiaſticæ.

Ex quo patet conſuetudinem dici poſſe rationabilem, & irrationabilem ſecūdum diuerſas rationes, & reſpectus. Ita Menochius de arbitrarijs lib. 2. caſu 82. nu. 16. Reginaldus lib. 13. nume. 247. Beccanus quæſt. 6. Rebellus loco ſupra citato num. 5. Sanchez lib. 7. de matrimonio diſp. 4. nu. 14. Valentia loco citato, Salas diſp. 19. ſect. 5. §. 1. n. 50. & alij communiter.

QVÆ-

Digitized by Google

QVAESTIO II.

De Diſpenſationibus.

SEcundam de legibus quæſtionem, quæ circa diſpenſationum praxim verſatur, ad vndecim Puncta reuocabimus.

In primò quæremus, vtrum dari poſsit diſpenſatio in lege.

Secundò, quid requiratur, quidque ſeruandum ſit ab eo, qui diſpenſationem expediturus eſt.

3. Vtrum ad diſpenſationem cauſa requiratur.
4. Vtrum diſpenſatio obreptitia, & inualida cenſeatur ob narrationem falſi, vel taciturnitatem veri.
5. Vtrum diſpenſatio, reddatur inualida ob taciturnitatem alicuius qualitatis, quam iura ſpecialiter exprimi volunt.
6. Vtrum diſpenſatio per metum, vel dolum obtenta ſit inualida.
7. Vtrum inualida ſit diſpenſatio, quam quis obtinuit, non exprimẽs ſe illam anteà petijſſe, ſed non obtinuiſſe.
8. Vtrum valida ſit diſpenſatio obtenta ſine mentione alterius diſpenſationis de eadem re.
9. Vtrum habens plura vincula, ſeù impedimenta poſsit vnius diſpẽſationem obtinere, non expreſsis alijs.
10. Quibus modis ceſſet diſpenſatio.
11. Quibus expenſis obtineri debeat.

PVNCTVM I.

Quiſnam diſpẽſare poſsit in lege humana.

1 *Ad valorem diſpenſationis requiritur conſenſus internus legitimi ſuperioris.*

2 *Nomen diſpenſationis ſignificat actũ iuriſdictionis, quo quis eximitur ab obligatione legis, aut quo legis obligatio ſuſpenditur.*

3 *Superior poteſt cum ſuis ſubditis in lege diſpenſare.*

4 *Nomine ſuperioris intelligitur legiſlator, vel ipſius ſuperior, vel ſucceſſor in iuriſdictione.*

5 *Quilibet cõditor legis poteſt in ſua lege diſpenſare.*

6 *Superior legiſlatoris poteſt in legibus ab inferiore latis diſpenſare.*

8 Pa-

7 *Aequalis in iuriſdictione pōt diſpenſare in legibus ab anteceſſore latis.*
8 *Papa poteſt in legibus latis ab Apoſtolis, tanquam Epiſcopis, diſpenſare.*
9 *Legiſlator poteſt ſecum in ſuis legibus diſpenſare.*
10 *Actus iuriſdictionis duplex eſt.*
11 *Actus, quo quis ſecum in propria lege diſpenſat non dicitur propriè, & ſtrictè diſpenſatio.*
12 *Inferior regulariter non poteſt diſpēſare in lege Superioris.*
13 *Magiſtratus inferior non poteſt diſpenſare in lege communi ſicut neq; Epiſcopus in legibus Papæ.*
14 *Epiſcopi regulariter nō poſſunt propria auctoritate diſpenſare in legibus, & ſtatutis Concilij Prouincialis.*
15 *Statutum inferioris confirmatum à Superiore regulariter non poteſt ab inferiori abrogari.*
16 *Confirmatio legis alia eſt eſſentialis, alia accidentalis.*
17 *An inferior poſſit diſpenſare in lege ſuperioris, quoties legiſlator expreſſe non ademit diſpenſandi facultatē.*
18 *An Epiſcopus diſpenſare poſſit in lege ſuperioris, quando dubitatur an res egeat diſpenſatione.*
19 *An Epiſcopus poſſit vrgente neceſſitate cum aliquo diſpenſare, quoties poteſt Papam per litteras certiorē facere, vel inopiæ partium, quibuſcum eſt diſpenſandum, ſuis redditibus occurrere.*

1 PRæmittendum eſt primò, ad valorem diſpēſationis requiri internum Superioris legitimè diſpenſantis conſenſum, conſequenter inualidā eſſe diſpenſationem, quam Superior fictè conceſſit abſq; conſenſu, nam actus agētium non operatur vltra intentionem eorum, L. Non omnis, initio ff. ſi certum petatur. Coaleſcet tamen, & fiet valida diſpenſatio, adueniente interno ſuperioris cōſenſu, quamuis multum temporis ſit elapſum, nam ad validam diſpenſationem nil aliud deerat præter internum ipſius conſenſum, vt patet à ſimili ex dictis de matrimonio fictè celebrato, quidquid ſit de mandato de quo Coninchus diſput. 24. dub. 9. nu. 72. & alij oppoſitum ſentiunt.

2 Præmittendum eſt ſecundò cū Sanchez lib. 8. de matr. diſput. 1. in principio, Azorio prima parte, lib. 5. cap. 15. Salas de legibus diſp. 20. ſect. 1. & alijs communiter, nomen diſpenſationis ſignificare actum iuriſdictionis, quo aliquis eximitur ab obligatione legis, aut quo legis obligatio ſuſpenditur ad aliquod tempus. Si obligatio in totum aufertur, dicitur diſpenſatio totalis, ſi tantum in partem, dicitur diſpenſatio partialis; vt contingit in irregularitate, dum aliquis ad aliquē ſolum ordinem, & non ad omnes diſpenſatur.

Hoc poſito, quærendum eſt, primò, vtrùm Superior poſſit cū ſuis ſubditis in lege diſpenſare.

Secundò, vtrùm poſſit ſecum.

Tertiò, vtrùm etiam inferior diſpenſare poſſit in lege Superioris.

PRIMA PROPOSITIO.

3 LEgitimus Superior poteſt cū inferiore ſubdito diſpenſare, illumque ab obligatione legis eximere; perſeuerante adhuc obligatione reſpectu aliorum. Ita Sotus

lib.

lib.1.de Iuſtitia, quæſt.7. art. 3. Nauar. in ſum. prælud.9.num.17. Suarez de legibus lib.5.cap.10.num.2. Azorius prima parte, lib.5. cap.15. Sanchez lib. 8. Clauis Regia lib. 3. cap.10.num. 5.& alij communiter. Ratio eſt quia obligatio legis humanæ inducitur per voluntatem legitimi Superioris præcipientis; ergo etiam per ipſius voluntatem poteſt auferri, iuxtà illud, Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, niſi aliud obſtet.

4 Legitimus Superior cenſetur legiſlator, vel ipſius Superior, vel ſucceſſor in iuriſdictione; vt conſtabit ex infra dicendis, & ſatis conſtat ex ſupradictis de legibus diſp. 1.q 1.pun.1.& 3.

5 Hinc ſequitur primò, quemlibet conditorem legis poſſe in ſua lege diſpenſare. Vndè non ſolum Rex in ſuis legibus; verùm etiam Epiſcopus in ſuis Conſtitutionibus diſpenſare poteſt; etiamſi conſtitutiones Synodales ſint. Ratio eſt tum quia eſt legitimus Superior, & huiuſmodi conſtitutiones pendent ab Epiſcopo; nec vllo iure cõſtat, Epiſcopum non poſſe in huiuſmodi conſtitutionibus diſpenſare. Tũ quia iuriſdictio Synodi nõ eſt alia à iuriſdictione Epiſcopi; nam alij Sacerdotes, qui ad Synodum conueniunt, non habent propriam iuriſdictionem, diſtinctam à iuriſdictione Epiſcopi; ſed ipſi ad Synodum conueniunt, non vt ipſi decidant, ſed vt res maturiori conſilio, & prudentia decernantur. Ità Suarez lib.6.cap.15 nu.8. Sanchez, lib 8.diſp.17.nu.33. Salas diſpu.20. ſect.4.num.43. Idem innuit Bellarminus lib.1.de concil.cap.4. & alij, contra Rodriquez in ſumma, cap. 237.num.2.& alios apud Salas loco citato.

Vtrum verò Epiſcopus, vel Archiepiſcopus poſsit propria auctoritate diſpenſare in legibus Concilij Prouincialis, patebit ex dicẽdis.

6 Secũdò, eum, qui formaliter eſt Superior in iuriſdictione reſpectu illius, qui legem tulit, poſſe in legibus ab inferiore latis diſpenſare; nam eſt legitimus Superior, & poteſtas non confertur inferiori priuatiuè reſpectu Superioris; ſed accumulatiuè; vt in ſimili docui de cenſuris.

Ex quo infertur Summum Pontificem poſſe in cõſtitutionibus Epiſcoporum, & Regem in ſtatutis populorum ſibi ſubditorum diſpenſare. Ita Vaſquez prima ſecundæ diſput.178.cap.2. Azorius prima parte lib. 5.cap. 15. quæſito quintò, Salas diſp.20. ſectio.3.nume.16. & alij communiter; nam poteſtas inferiorum eſt ſubordinata ſuperiori, modò ſit ſuperior formaliter in iuriſdictione.

7 Tertiò ſequitur, æqualem in iuriſdictione poſſe diſpenſare in legibus latis ab eo, cui ipſe in iuriſdictione ſucceſsit; eadem enim poteſtate gaudet. Vnde Papa diſpenſare poteſt in legibus Canonicis; ſiue latæ ſint à Pontificibus, ſiue à Concilijs; nam Papa eſt legitimus Superior, & eſt æqualis in iuriſdictione cum alijs Pontificibus.

8 Quartò, Summum Pontificem poſſe in legibus latis ab Apoſtolis tanquam ab Epiſcopis, & Paſtoribus Eccleſiarum diſpenſare; vt in ieiunio, aut abſtinẽtia à carnibus in die Veneris; nam ſi Papa ſpectetur vt Papa, & vt Summus Pontifex, eſt legitimus Superior, & nõ eſt inferior Apoſtolis, neque Petro, cui ſuc-

ſucceſſit. Ita Clauis Regia lib. 3. c. 15. num. 6. Azorius loco citato, Suarez lib. 6. cap. 12. nume. 5. & cap. 14. nu. 2. & alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

9 Legiſlator poteſt ſecũ in ſuis legibus diſpẽſare. Ita S. Thomas 2. 2. q. 185. artic. 8. Suarez lib. 6. cap. 15. num. 8. Nauar. cap. 25. num. 74. Sanchez lib. 8. diſput. 3, 17. & 33. Corduba lib. 3. q. 31. Salas diſp. 20. ſect. 3. nume. 14. & alij. Ratio eſt tũ qa huiuſmodi diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ; actus aũt huiuſmodi iuriſdictionis põt in ſe ipſum exerceri. Tũ quia nõ eſt deterioris conditionis alijs. Tũ quia idem homo ſecundum diuerſas rationes dici poteſt agens, & patiens reſpectu ſui ipſius, nam ſi conſideretur vt ſubiectus legibus, cenſetur ſubditus ſibi ipſi tanquam legislatori; ſi conſideretur vt diſpenſans, vel vt conditor legis, cenſetur Superior. Vt hoc melius intelligatur.

10 Aduertendum eſt primò, duplicem eſſe actum iuriſdictionis. Vnus dicit actus iuriſdictionis inuoluntariæ, qui requirit coactionem, vel ſententiam, qua dicitur ius inter partes. Alter dicitur actus iuriſdictionis voluntariæ, & gratioſæ. Primus actus non poteſt exerceri, niſi inter perſonas diſtinctas; quapropter Sũmus Pontifex non poteſt ſe ipſum ſacramentaliter abſoluere; quia ſacramentalis abſolutio eſt vera ſententia. Præterea non poteſt ſe ipſum excommunicare, vel ſuſpendere; quia iſti ſunt actus iuriſdictionis coactiuæ. Secundus verò actus non requirit perſonam diſtinctam; conſequenter Superior poteſt illum in ſe ipſum exercere, & cõſequenter poteſt ſecum diſpenſare in lege à ſe condita. Hac ratione multi DD. quos retuli puncto vltimo de voto, contra Clauem Regiam, & alios, ducti ſunt ad aſſerendum, Papam poſſe ſecum in voto diſpenſare, præſertim ſi alteri cõmittat facultatem ſecum diſpenſandi: item poſſe ſibi beneficium conferre, Indulgentias concedere, &c. Præterea Epiſcopos, & alios Prælatos poſſe ſecum diſpenſare in voto, iuramento, & alijs, in quibus diſpenſare poſſunt cum alijs; modò iuriſdictio non ſit illis collata ad certum, & limitatum numerum perſonarum; nam facultas diſpenſandi non excedit terminos à Superiore præſcriptos, cum ab ipſo pendeat. Videte Sanchez lib. 8. diſput. 33. vbi nonnullos caſus excipit.

11 Secundò aduertendum eſt, actum, quo quis ſecum in propria lege diſpenſat, non dici propriè, & ſtrictè loquendo diſpenſationem; nam diſpẽſatio ea propriè dicitur, qua proximè, & immediatè ſubditus legi eximitur ab onere legis; legiſlator autem non eſt directè, immediatè, & quò ad vim coactiuã ſubditus legi; ſed tantũmodò quò ad vim directiuam; vt ſuperius oſtẽdimus quæſt. 1. puncto 6. dub. 1. Ita Salas diſp. 20. ſect. 12. nume. 104.

TERTIA PROPOSITIO.

12 Inferior non poteſt diſpenſare in lege Superioris, quoties Superior diſpenſationem ſibi reſeruauit, aut inferiori prohibuit diſpẽſandi facultatem. Ratio eſt quia inferior non habet poteſtatem ſupra ſuperiorem; ſed poteſtas inferio-

rioris dependet à ſuperiore, & ſuperior poteſt inferioris poteſtatẽ impedire, illique facultatem diſpẽſandi in propria lege adimere.

13 Hinc ſequitur primò, Magiſtratum inferiorem non poſſe, per ſe loquendo, diſpẽſare in lege cõmuni, nec Epiſcopum in lege Summi Põtificis.

14 Secundò, Epiſcopos non poſſe in legibus, ſeu ſtatutis in Concilio Prouinciali conditis diſpẽſare propria auctoritate, ſi diſpenſatio reſeruata fuit; & multò minus poſſe legem, ſeu ſtatutum Concilij Prouincialis abrogare, nam Epiſcopi ſunt inferiores Cõcilio Prouinciali; propterea diſpenſatio obtineri debet à Papa, vel à Concilio generali, vel à Concilio Prouinciali iterum congregato, vel ſaltem ab eo, cui diſpenſandi facultas data eſt in Concilio Prouinciali, vel generali, vel à Sede Apoſtolica.

Addo, non ſolùm Epiſcopos, verùm etiam Archiepiſcopum non poſſe in prædictis legibus in Concilio Prouinciali latis diſpenſare, quando illarum diſpenſatio eſt reſeruata, excepto caſu aliquo particulari ratione neceſsitatis, dum non eſt cõgregata Synodus, vel nõ patet recurſus ad Sedem Apoſtolicam; vt patet ex ſupra dictis de legibus; Archiepiſcopus enim non eſt Superior toti Concilio; ſed eſt inferior Concilio, & eſt ipſius mẽbrum, vt docet Nauar. lib. 1. Conſil. tit. 31. de officio Ordinarij Conſil. 7. in prima edit. in ſecunda vero tit. de maioritate, & obed. Cõſil. 6. vbi etiam docet poſſe à Synodo Prouinciali excommunicari, & dari poſſe appellationem ab Archiepiſcopo ad Synodum Prouincialem. Gloſſa Hoſtienſis, &, alij quos ſequitur Sanchez lib. 8. diſp. 17. nu. 36. & Salas de legibus diſp. 8. & c. 9. num. 48. contra Panormit. c. Graue; num. 28. de præbendis, Sebaſtianum Medices de legibus par. 1. quæſt. 12. & alios.

Quando vero diſpenſatio nõ eſt reſeruata, ſicut ordinariè non ſolet reſeruari, præſumitur data facultas Epiſcopo diſpenſandi pro ſua Diœceſi; vnicuiq; aũt Epiſcopo datã eſſe pro ſua Diœceſi facultatem diſpenſandi; colligitur tum ex vſu; tùm quia alioquin magnum onus, & incommodum ſubditis, & ipſis Epiſcopis imponeretur, ſi pro ſingulis diſpenſationibus obtinendis adeundus eſſet Summus Pontifex, vel expectandum eſſet aliud Concilium.

Ex quo fit, vt etiam Archiepiſcopo, quando diſpenſatio non eſt reſeruata, cenſeatur data facultas diſpenſandi pro ſua Diœceſi, vt patet ex allatis rationibus; non verò pro Diœceſibus ſuffraganeorum; niſi aliter conſtet de mente Concilij. Ratio eſt quia huiuſmodi facultas non colligitur ex vſu, vt ſuppono; nec vllum ius commune, aut Põtificium aſsignari poteſt, ex quo inferatur, Archiepiſcopo datam eſſe facultatem diſpenſandi in Diœceſibus Suffraganeorum, exceptis forte caſibus in viſitatione Prouinciæ, nec alij Epiſcopi Suffraganei præſumuntur tantam facultatem in Archiepiſcopum contuliſſe. Ita Suarez lib. 6. cap. 15. nu. 7. Sanchez lib. 8. de Matrimonio diſp. 5. & diſp. 17. nume. 35. & Nauar. in conſilio 6. de Maioritatib. Salas diſp. 20. ſect. 4. n. 46. & diſp. 8. ſect. 9. nu. 48.

15 Tertiò ſtatutum inferioris confirma-

firmatum à Superiore non poſſe ab inferiori abrogari, vel in eo diſpẽſari independenter à Superiore, ſi confirmatio fuit ſubſtãtialis, & eſſentialis; nam inferior videretur diſpenſare in lege ſuperioris. Secus ſi confirmatio fuit tantummodo accidentalis. Vt hoc intelligatur.

16 Aduertendum eſt, duplicẽ aſſignari poſſe legis confirmationem, vnam eſſentialem, alteram accidẽtalem. Eſſentialis contingit, quãdo quis condit legem, ad quam ferendam non habet ptãtem ſine confirmatione ſuperioris, vel qñ Superior intendit robur addere legi, illamq; propriam facere; tũc enim lex cenſetur lata à ſuperiore; conſequenter nõ poteſt ab inferiore abrogari independenter à conſenſu ſuperioris; nam eadem auctoritas requiritur ad abrogandam, quæ ad ferendam legẽ, Autentica è contra, C. de repudio.

Ex quo inferendum videtur, Epiſcopos Suffraganeos, vel Archiepm non poſſe legẽ in Concilio Prouinciali latam cõtra Regulares exemptos, & confirmatã à Summo Pontifice abrogare.

Confirmatio accidentalis eſt, qñ conditor legis hẽt quidem ptãtem ad illam ferendam; ſed ad maiorẽ legis auctoritatẽ, vt nemo audeat reprobare, petit confirmationem à Superiore; vt quando declarat legẽ inferioris laudabilem eſſe, illamq; à ſubditis obſeruandã eſſe; & hanc legẽ puto abſq; confirmantis conſenſu auferri poſſe ab eo, qui eam tulit. Ratio eſt tum quia huiuſmodi lex non cẽſetur lata à ſuperiore, ſed ab inferiore, & non dicitur lex ſuperioris; ſed inferioris; confirmatio enim accidentalis non conſtituit legem, ſed illam ſupponit; & cõfirmatio, ſeu approbatio ſolum ſuperadditur ad maiorem illius legis auctoritatem, vt ſuppono. Tum quia hæc confirmatio eſt ſolum veluti quædam conditio, vel ſolemnitas adiecta legi inferioris, quæ illam non tollit, vel immutat; ſed illã ſupponit conſtitutam, illamq; relinquere videtur in ſua depentia à proximo legiſlatore. Hoc tamen limita, niſi aliter conſtet de mente confirmantis; certum enim eſt confirmantem poſſe confirmationem addere, ablata inferiori facultate abrogandi ſtatutum abſque conſenſu ſuperioris confirmantis; vt ſi ſuperior ita legem confirmet, vt velit eam ſuo nomine ſubſiſtere, aut ſi ſuperior in ſua confirmatione dicat, quidquid in cõtrarium fiat, ſit irritum. Ita Baldus L. Ex placito, C. de rerum permutatione; & L. Omniũ, C. de teſtamentis, Salas d.18. ſect.5. num.11. & d.20. ſect.3. num.28. Suarez; lib.6. d.26. num.16. & 22.

Ex quo patet, communem DD. ſentẽtiam aſſerentium ſtatutũ pertinẽs ſolum ad fauorem auctorum illius, poſſe reuocari, nõ expectato conſenſu ſuperioris; pertinens verò ad publicum bonum aliorum, pro quibus conditum eſt, non poſſe reuocari, non interueniente auctoritate confirmantis: ita intelligendã eſſe, vt ſtatutum, etiamſi factum ſit in fauorem publicum, ſicut regulariter fieri conſueuit, poſsit auctoritate conditoris reuocari, ſi confirmatio ſuperioris fuit tantummodo accidentalis, & aliud non colligitur de mente cõfirmantis. Sanchez verò, libro 8. d.17. num.30. Azorius, Sayrus, & alij, dum aſſerunt, Epiſcopum non poſſe in ſuis conſti-

ſutionibus cõfirmatis à Papa diſpẽſare, intelligendi ſunt de confirmatione eſſentiali. Valentia verò, & alij apud Salas d.20.ſect.4.num.29. dum aſſerunt Epiſcopum poſſe in lege Papæ ad illam ſolum Diœceſim pertinente diſpenſare, intelligendi ſunt de confirmatione Papæ accidentali.

17 Sed modo dubium eſt Primò, vtrum inferior poſsit diſpenſare in lege ſuperioris, quoties ſuperior, q legem condidit, expreſsè non ademit, vel non prohibuit diſpenſandi facultatem.

Reſpondeo, duplicem eſſe ſententiam.

Prima eſt affirmatiua. Ratio eſt tum quia Epiſcopus poteſt in ſua Diœceſi quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, vt ex Henriquez, Soto, Maiolo, Arragon. & alijs tradit Sanchez, lib.1.de matrimon. d.60. num.3. eſt enim Paſtor Ordinarius in ſua Diœceſi, ſicut Pontifex in toto orbe. Tum quia cap. Nuper de ſentent. excommun. habetur, facultatem abſoluendi concedi inferiori eo ipſo, quo ſuperior eam ſibi non reſeruat; ergò cenſetur etiam inferiori conceſſa facultas diſpenſandi eo ipſo, quo ſuperior diſpenſandi facultatem non reſeruauit. Ita Sotus in 4.diſt.27.quæſt.1.art.4. Couarr. cap. Alma mater pri. parte §.7.num.8. Antoninus, Victoria, & alij apud Salas d.20.ſect.3.nu.19.

Secunda ſententia negat poſſe diſpenſare, exceptis caſibus conceſsis inferiori. Ratio eſt quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris, illam abrogando, diſpenſando, &c. vt dicitur in Clement. Ne Romani de electione; inferior enim non habet poteſtatem ſupra ſuperiorem, nec poteſt ipſius voluntatem, vel diſpoſitionem impedire, ipſo inuito, vel non conſentiente. Ita Syluester verbo diſpenſatio, num.14. Azorius tom.1.lib.5. cap.15. Suarez, lib.6.cap.14.num.4. Sanchez, lib.2.d.40.& lib.8.d.5. Valentia 1.2. d.7. q. 5. pun.9. Gutierez, quæſt. canonic. cap.5. num.10. Salas loco cit.num.20.& alij quamplures apud præcitatos DD. hæc opinio mihi probabilior videtur.

Ad primam rationem contrariæ ſententiæ reſpondeo, Epiſcopum, ſimpliciter loquendo, non poſſe in ſua Diœceſi quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia; cum Papa multa poſsit, quæ non poteſt Epiſcopus; vt patet in matrimonio rato, in voto ſolemni, quorum diſpenſatio ſoli Papæ competit; vt innui de matrimonio, q.2. pun.11. ad finem cũ Sanchez, lib.2.de matr.d.14. ad 8. arg. Salas loco cit. num. 20.

Ad ſecundam rationem reſpondeo, negando conſequentiam, hoc enim eſt peculiare in abſolutione à cenſuris, quæ cenſetur inferiori cõceſſa eo ipſo, quo non fuit reſeruata, cap. Nuper citato. Nec eſt eadem ratio diſpenſationis, & abſolutionis; cum abſolutio à cenſuris non ſit diſpenſatio in lege; vt patet ex ijs, quæ in principio huius Puncti adnotauimus.

Non nego tamen, quin aliquando cẽſeatur Epiſcopo conceſſa facultas diſpenſandi in legibus Pontificijs.

Primò, quando in lege Pontificia hoc exprimitur; vt per ſe patet, Pontifex enim poteſt diſpenſandi facultatem alteri concedere.

Addit Syluester verbo diſpenſatio, quæſito 9.num.14.& 15. Gloſſa

Cap.

Digitized by Google

Cap. Poſtulaſtis, verbo Diſpenſatũ, & cap. in quibuſdam de pœnis, Panormitanus, ibidem, Innocentius, Baldus, & alij quamplures, quos citat, & ſequitur Sanchez, lib. 8 de matrimon. d. 5. num. 1. Salas de legib. d. 20. ſect. 3. nu. 22. facultatem diſpenſandi cenſeri datam Epiſcopo, quoties lege aliqua conceditur diſpẽſandi facultas, non expreſſa perſona, cui conceditur. Ratio eſt quia verba debent aliquid operari, & non ſuperfluè poni, cum autem perſpicuum ſit, Summum Pontificẽ poſſe in lege humana diſpenſare, & diſpenſandi facultatem concedere, dicendum eſt, ſaltem Epiſcopis cenſeri datam diſpenſandi facultatem, quoties lege aliqua exprimitur, in tali, vel tali lege, aut pœna diſpẽſari poſſe; alioquin verba viderentur ſuperflua, nihilque operarentur.

Secundò, quando vir prudens interpretatur, hanc eſſe Pontificis intentionem, vt Epiſcopus in aliquo caſu diſpenſet; licitum enim eſt viri prudentis opinionem ſequi, vt infra oſtẽdam de opinione probabili. Pontificis autem intentio colligi poteſt.

Primò, quando res leuis eſt; vt ſi lex non obliget ſub mortali ob materiæ leuitatem; Summus enim Pontifex non præſumitur voluiſſe ſubditis onus imponere adeundi Sedẽ Apoſtolicam in re leui.

Secundò, quando præcipiuntur ea, quæ ſæpè eueniunt, & quæ frequenter indigent diſpenſatione. Ratio eſt tum quia non eſt credibile Papam velle ſibi diſpenſationem reſeruare in ijs, quæ frequenter accidunt. Tum quia diſpenſatio in his caſib⁹ expedit bono animarum. Vnde experientia cernimus, Epiſcopos diſpenſare in ieiunio, in feſtis, & in alijs præceptis Eccleſiæ, quæ frequenter accidere conſueuerunt.

Tertiò, quando grauis aliqua neceſsitas, vel vtilitas ſubitò aduenit, itaut Sedes Apoſtolica commodè adiri nequeat; adeſt enim tacita Principis conceſsio, qui rigoroſam obligationem accedendi ad ipſum non præſumitur impoſuiſſe, niſi aliter conſtet. Ita Clauis Regia, libro 3. cap. 10. num. 9. Azorius loco citato, Sylueſter verbo diſpenſatio, num. 9. Salas d. 20. ſect. 3. num. 23. Sanchez loco cit. num. 37. Suarez, num. 11. Nauar. cap. 21. nu. 21. Emanuel Sà verbo diſpenſatio, Caietanus, & alij apud præcit. DD.

Vtrum verò in impedimentis matrimonij poſsit Epiſcopus aliquando diſpenſare, patet ex dictis de matrim. quæſt. 3. pun. 15. num. 4.

18 Secundò dubium eſt, vtrũ Epiſcopus diſpenſare poſsit in lege ſuperioris, quando dubitatur, an res egeat diſpenſatione.

Reſpondet Emanuel Sà verbo diſpenſatio, numero primo, poſſe Epiſcopum declarare non egere diſpenſatione; vel ad cautelam diſpenſare ſecundũ quorundam probabilem ſententiam. Eandem opinionem non exiſtimat improbabilem Salas de legibus, d. 20. ſect. 3. num. 28. quia Epiſcopus in caſibus, qui frequenter accidunt diſpenſare poteſt; frequenter autem contingit dubitare de neceſsitate diſpenſationis.

Sed mihi diſtinguendum videtur: Vel probabiliter opinamur, rem non indigere diſpenſatione; & tunc non eſt neceſſe diſpenſationẽ

N 2 pe-

petere à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo, quia licitum eſt ſequi probabilem opinionem, depoſito practicè dubio; vt infra cũ de peccatis, quæſt.4. pun.6.& 7.quamuis fieri poſsit, vt opinione probabili falſa realiter exiſtente, actus ſit inualidus; cum opinio probabilis excuſet a peccato, ſed actũ alioquin inualidum, validum non ſemper efficiat; vel non probabiliter opinamur, ſed practicè dubitamus opus eſſe diſpenſatione. Et tunc cenſeo petendam eſſe diſpenſationem à Sede Apoſtolica. Ratio eſt tum quia non debemus exponere nos periculo delinquẽdi contra legem ſuperioris, in qua Epiſcopus, exceptis quibuſdam caſibus, diſpenſare non poteſt. Tum quia praxis in oppoſitũ extare videtur, quoties adhibita debita diligẽtia dubium de neceſsitate diſpenſationis perſeuerat.

Ad rationem, quam ad oſtendẽdam oppoſitæ ſententiæ probabilitatem adducit Salas, Reſpondeo, non eſſe frequentem de neceſsitate petendæ diſpenſationis dubietatem, conſequenter ex hoc capite non eſſe petendam ab Epiſcopo diſpenſationem, niſi dubitatio circa illos caſus contingat, in quibus Epiſcopo diſpenſandi facultatem competere ſæpius oſtendimus.

19 Tertiò dubium eſt, vtrum Epiſcopus, vrgente neceſsitate diſpẽſandi cũ aliquo in lege ſuperioris, vt in impedimẽtis matrimonij (poteſt enim Epiſcopus in impedimentis matrimonij tàm ante matrimonij, quàm poſt matrimonij contractum, vrgente neceſsitate, diſpenſare, dum ad Summum Pontificem non patet aditus ob paupertatem, vel ſcandalum, vel ob alia legitima impedimenta, vt docui de matrimonio, queſt. 3. pun.15.prop.2.) poſsit cum aliquo diſpenſare, quoties ipſe poteſt Summum Pontificẽ per literas certiorem facere, & inopiæ partium, quibus cum diſpenſandum eſt, ſuis redditibus, & pecunijs occurrere.

Reſpõdet Salas de legibus d.20. ſect.3. num.27. Epiſcopum poſſe in tali euentu diſpenſare, non admonito Summo Pontifice, quem ſuis ſumptibus admonere poſſet: nullo enim iure probari poteſt, Epiſcopũ teneri redditus ſuos in impetrandis diſpenſationibus inſumere, pręſertim cum illos in operibus vtilioribus, vel æquè pijs impendere poteſt.

Addit Salas, hanc eſſe praxim, & DD. ſententiã, quam ſequitur Sanchez in opere morali, lib.4.cap.40. num.39. verſ. ſecundo limitantur. Ego verò cum Vaſquez prima ſecundę, diſp.178.num.16.cap.2.probabilius arbitror, Epiſcopum, qui Summum Põtificem admonere poteſt, teneri admonere, & pauperiem eorum, quibus cũ diſpenſandum eſt, ſupplere; modo commodè ſupplere poſsit. Ratio eſt quia non dicitur adeſſe neceſsitas diſpenſandi, cum non ſit periculum in mora, & ad Summum Pontificem, vt ſuppono, pateat aditus per literas Epiſcopi, qui poteſt, & tenetur neceſsitati pauperum ſubuenire: Epiſcopus enim pater pauperum nuncupatur, & ipſorum neceſsitati conſulere debet, maximè ex prouentibus vitæ, ſuoque ſtatui ſuperfluis.

Confirmatur à ſimili. Non põt ſimplex Sacerdos præſente Sacerdote appro-

approbato, aut Superiore, qui facultatē abſoluēdi cōcedere pōt, abſolutionē reſeruatorū impertire pœnitenti in articulo mortis exiſtenti, quia infirmus non dicitur exiſtere in neceſsitate, vt ſimplex Sacerdos beneficium abſolutionis impendere poſsit, non impetrata à Superiore abſoluendi facultate, vel non petita prius abſolutione à legitimo Sacerdote approbato, iuxtà dicta de Pœnitentia. Ergo neque dicendum eſt, Epiſcopum poſſe cum aliquo in lege Superioris diſpenſare, quoties Epiſcopus Summū Pontificem certiorem facere, & paupertatem indigentis diſpēſatione commodè ſupplere poteſt. Et hinc patet reſponſio ad rationem Salas, & aliorum.

PVNCTVM II.

Quid requiratur, quidq; ſeruandum ſit, dum aliqua diſpenſatio de mandato Summi Pontificis expeditur.

1 *Differentia inter diſpenſationes, quæ pro foro externo, & diſpenſationes, quæ pro conſcientiæ foro conceduntur.*

2 *Qui Apoſtolicum reſcriptum expedire debet, ad confeſsiones approbatus eſſe debet ab Ordinario.*

3 *Diſpenſans debet eſſe Doctoratus laurea inſignitus.*

4 *Diſpenſans debet habere iuſtam cauſam diſpenſandi.*

5 *Cauſa diſpenſationis, niſi notoria ſit, eſt inquirenda à pœnitente.*

6 *Habens facultatem diſpenſandi in matrimonio, in eo diſpēſare nequit, niſi impedimentum ſit occultum.*

7 *Quodnam dicatur impedimentum occultum.*

8 *Diſpenſationi præcedere debet confeſsio, quoties reſcriptum hoc iubet.*

9 *Diſpenſans cum pœnitente, ei bona opera imponere debet.*

10 *In diſpenſationibus ad contrahendum Matrimonium obtentis ratione delicti, imponenda eſt delinquenti pœnitentia, ſeu menſtrua confeſsio.*

11 *Sufficit, vt confeſsio fiat quacumque die cuiuslibet Menſis.*

12 *Tranſacto menſe non tenetur confeſſiones præteritis menſibus omiſſas ſupplere.*

13 *Pœnitens diſpenſatus an ſatisfaciat vnica confeſsione eo menſe, quo ex precepto Eccleſiaſtico confitetur.*

14 *Confeſſarius, cui datur facultas diſpenſandi circa matrimonium, curare debet ante diſpenſationis executionē, vt coniuges ſeparentur, ſi id ſine ſcandalo præſtari poſsit.*

15 *Confeſſarius curare debet, vt cōtrahentes certiores ſint de nullitate conſenſus.*

16 *Confeſſarius debet literas dilacerare, ſi id in bulla præcipiatur.*

17 *Pro diſpenſatione expedienda nihil eſt exigendum.*

18 *Quid operetur clauſula legitimationis prolis appoſita in Diſpenſatione.*

19 *Non eſt neceſſaria certa verborum forma in concedenda diſpenſatione.*

Hanc difficultatem propono explicandam pro Confeſſariis, quibus à pœnitente mandatū Apoſtolicum exhibetur, quo pœnitens eligere poteſt Confeſſarium, vt ab

vt ab eo diſpenſationem obtineat.

1 Sed prius obſeruandum, hanc eſſe differentiam inter diſpenſationes, quę pro foro externo, & diſpenſationes, quæ pro foro conſcientiæ ſolum conceduntur, quòd illæ committuntur Ordinarijs locorum ſaltem extraiudicialiter cognoſcendæ, prout decernitur in Trident. ſeſſ. 22. cap. 8. hæ verò non neceſſariò præſentantur Ordinario illius, qui eas impetrauit; hoc enim nullo iure cauetur, nec colligitur ex reſcriptis à Sede Apoſtolica conceſſis. Ita Sanchez, lib. 8. d. 34. num. 23. & Serafinus deciſ. 1072. quem refert Auguſtinus Barboſa in remiſſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5.

2 Primò requiritur, vt is, qui Apoſtolicum reſcriptũ expedire debet, ad Cõfeſsiones approbatus ſit ab Ordinario; vt patet ex contextu literarum Apoſtolicarũ, in quibus hæc verba referuntur, Dilecto viro Confeſſori ex approbatis ab Ordinario.

An verò approbatus ad certum numerum, vel genus perſonarum, vt approbatus ad Confeſsiones virorum, eligi poſsit à fœmina ad expediendam diſpenſationẽ ſibi conceſſam, negat Gutierez de matrim. cap. 28. num. 19. & Reginaldus loco ſtatim citando, contra Sanchez, & alios. Verùm, quid nobis ſentiendum ſit, ſatis conſtat ex dictis de pœnitentia, quæſt. 7. pun. 4. §. 1. num. 22.

An verò diſpẽſandus poſsit vno Confeſſario, cui reſcriptum Apoſtolicum exhibuit, negante diſpenſationem, alium adire; vel vtrum prior Confeſſarius poſsit, mutata ſententia, diſpenſationem expedire, patet ex dictis de matrimonio, quæſt. 3. pun. 15. nu. 7. poſſe. Tum quia pœnitens non tenetur acquieſcere opinioni vnius Confeſſarij, quoties alium inuenire poteſt habentem aliam opinionem probabilem. Tum quia ſapientis eſt mutare cõſilium ex iuſta cauſa. Ita Sanchez de matrim. lib. 8. d. 27. num. 40. Gutierez de matrim. cap. 125. num. 18. Reginaldus, libro 31. num. 214. Salas de legibus, d. 20. ſec. 17. num. 124. ad finem, & alij, quos in ſimili retuli de peccatis de opinione probabili; contra Nauar. lib. 1. conſil. de officio delegat. conſilio 8. numero vnico.

3 Secunda conditio eſt, vt ad Doctoratus lauream in Theologia, vel in iure Canonico promotus fuerit. Ratio eſt quia in diſpenſante requitur ſcientia, ne erret; cum aũt hæc reperiri ſoleat in Doctore Theologiæ, vel iuris Canonici, iure optimò ſancitum eſt, vt is, cui mandatũ diſpenſationis committitur, Doctoratus laurea inſignitus ſit.

Obſerua tamen, diſpenſationem non fore inualidam, ſi conferatur ab eo; qui Doctoratus lauream cõſecutus eſt, quamuis Theologię, vel iuris Canonici præcepta non calleat; nam facultas diſpenſandi non conceditur ſub hac cõditione, nec irritatur diſpenſatio collata ab indocto, qui Doctoratus gradum fuit aſſecutus. Idem dicendum puto, ſi diſpenſatio adimpleatur ab eo, qui errore communi, & titulo colorato verus doctor exiſtimatur, vt patet ex regula generali tradita dę matrimonio ex L. Barbarius, ff. de officio prætoris. Ità Sanchez. Salas, & alij, qui idem docent de approbatione Confeſſarij.

Hinc patet primò, diſpenſationem

Digitized by Google

nem non poſſe ab eo expediri, qui ius Canonicum, aut Theologiam publicè docet; ſed nondum inſignitus eſt laurea Doctoratus; hic enim propriè non appellatur Doctor, ſed docens. Præterea, ſi docens Theologiam poſſet diſpenſare in reſcriptis Apoſtolicis, non inſcriberetur hic titulus Magiſtro in Theologia, vel Doctori, &c. ſed diceretur, docenti, &c. Nomine igitur Magiſtri, & Doctoris intelligitur habens doctoratus dignitatem, quem in aliquibus locis Magiſtrum, & in aliquibus Doctorem appellari patet ex priuilegijs, quæ aliquibus Comitibus Palatinis, vel Vniuerſitatibus conceduntur ad promouendos homines ad doctoratus lauream. Ita Sanchez lib. 8. d.34. num. 5. 6. & 7. Salas loco cit. §.3. num.93. Reginaldus, libro 30. num.214.

Secundò, per licentiatos nō poſſe expediri diſpenſationes; quamuis enim licentiati in fauorabilibus veniant nomine doctorum in ijs, quæ pertinent ad exercitium Doctoris: tamen in ijs, quæ conceſſa ſunt Doctori nomine dignitatis Doctoratus, quam nondum aſſecutus eſt licentiatus, non veniunt nomine doctorum. Ita cum Ripa L. Centurio, num.18. ff. de vulgari, docent Sanchez loco citato, num.8. Salas loco cit. & Reginald. lib.31. num.214.

Tertiò, diſpenſationes expediri non poſſe per regulares, qui Magiſtri nomen obtiuent in aliqua Religione; ſed ad Doctoratus gradū nondum ſunt promoti. Hoc tamen limita, niſi priuilegium habeant, ſicut Patres Societatis Ieſu gaudere teſtatur Sanchez loco citato, num. 11. Reginald. & Salas locis citatis. Quo etiam priuilegio Religioſos mendicantes gaudere docet Rodriquez tom.1. quæſt. reg. q.63. art.8. In his tamen Religioſis requiritur ſpecialis facultas ſuperioris ad expediendas huiuſmodi diſpenſationes; alioquin diſpenſatio eſſet nulla. Itá DD. citati.

Si quæras, vtrum qui literas Pœnitentiariæ aperit, inſignitus eſſe debeat laurea Doctoratus.

Reſpondeo negatiuè; nam conditio Doctoratus requiritur ſolum in eo, per quem expediri debent literæ; vt patet ex ipſis literis. Ita Sanchez num.12.

4 Tertia conditio eſt, vt non diſpenſet ſine cauſa, propter quam Summus Pontifex diſpenſandi facultatem demandauit; vt patebit ex dicendis Puncto ſequenti. Triplici autem de cauſa ſolent diſpenſationes concedi; nempè ex defectu dotis, ex defectu viri æqualis, & ex timore incontinentiæ.

Verùm circa hanc tertiam cauſam, ob quam concedi ſolet diſpēſatio in voto caſtitatis, obſerua, requiri maximum periculum incontinentiæ, & frequentis lapſus; ſiuè hoc periculum proueniat ex carnis fragilitate, ſiue ex praua conſuetudine, & habitu. Itá colligitur ex verbis, quę in reſcriptis Apoſtolicis continentur, in quibus non fit diſtinctio cauſæ, ex qua periculum proueniat; dicitur enim ſtimulis carnis adeo agitatum, vt maximè dubitet continere, &c. ita DD. citati.

5 Quarta, vt rei veritatem, niſi notoria ſit, vel aliundè conſtet, ab ipſo pœnitente diligenter inquirat. Ab alio verò non tenetur eam inquirere. Tum quia in reſcripto non

præſcribitur, vt ab alio, quàm à pœnitente, rei veritatem ſcrutetur. Tùm quia in ſacramento Pœnitentiæ credendum eſt pœnitenti; vt patet ex dictis de pœnitentia. Ita Sanchez, num 21.

Dixi, niſi notoria ſit, vel aliunde conſtet; nam, ſi cauſa diſpenſationis notoria ſit, vel aliunde conſtet, ipſi Confeſſario non eſt opus inquiſitione, ſeù examinatione; nullus enim obligatur ad opus inutile. Si verò non ſit notoria, vel aliunde nõ conſtet Confeſſario, præmittenda eſt inquiſitio, quia hoc cauetur in reſcripto Apoſtolico. Immo inualida eſt diſpenſatio obtenta ſine præuia cauſæ cognitione; nam in reſcripto præſcribitur, & limitatur poteſtas Confeſſarii; cum dicatur, ſi per diligentem examinationem inueneris ita eſſe; quę verba important conditionem, & formã actus; actus autem inualidus eſt, niſi forma, & conditio adimpleatur. Ità Reginaldus, num. 215. Sanchez, nu. 26. Salas loco cit. Gutierez, lib. 2. canonic. quæſt. cap. 15. num. 112. Quamobrẽ circa illa verba, quæ in reſcriptis habẽtur, ac poſt monita, & conſilia opportuna, &c.

Aduertendum eſt primo illis verbis admoneri Confeſſarium de admonitione, quam facere debet pœnitenti; vt pęnitens veritatem aperiat, ſciatq; veritatem manifeſtandam eſſe, ne irrita ſit diſpenſatio. Ita Reginald. loc. cit. Sanchez loc. cit. num. 27. Quanquam Confeſſarius non eſt reus culpæ, ſi hanc admonitionem omittat; adhibita tamen debita diligentia ad veritatẽ aliunde aſſequẽdam, ſi veritas alia ratione non eſt nota.

Secundò, his verbis non induci formam ſubſtantialem, nam hoc non eſt aliquid ſubſtantiale; ſed quid præuium ad diſpenſationem, & eſt quędam inſtructio eius, quod facturus eſt Confeſſarius, antequã diſpenſationem concedat. Ita Reginaldus, & Sanchez loc. cit.

6 Quinta conditio eſt, vt Confeſſarius, cui reſcriptum Apoſtolicum exhibetur ad diſpenſandum in matrimonio, non diſpenſet, niſi impedimentum ſit occultum; nam in clauſula Bullæ dicitur, modò impedimentum inde proueniens occultum ſit. Circa quam clauſulam.

7 Aduerte, illud dici occultum, quod non eſt publicum, ideſt quod neſcitur à maiori parte viciniæ, vel paretiæ, vel Oppidi, vel Collegij, vel Monaſterij; modo in eo Collegio, vel Monaſterio reperiantur ſaltem decem perſonæ. Et hoc verum eſt, etiamſi fortè ab aliquibus ſciatur, & probari poſſit; adhuc enim dicitur occultum. Ita Sanchez, & Salas locis citatis Reginaldus loco citato, nume. 219. Suarez, & alij, quos in ſimili retuli de Cẽſuris; modo neſciatur a maiori parte viciniæ, &c. Ratio eſt quia Summus Põtifex concedit facultatem diſpenſandi in impedimento occulto, vt ſcandalum publicum euitetur; ſcandalum autem publicum euitatur, ſi impedimentum ſit prædicto modo occultum. Addo impedimentum cenſeri occultum, etiamſi res ipſa ſciatur, ſed ignoretur ſecundum rationem impedimenti, ſeu impedimentum nõ ſit publicum quatenus impedimentum, licet ſciatur à duobus, vel tribus; vt benè tradit Sanchez num. 56. Reginal. loco citato, & alij, quos in ſimili retuli de Cẽ-

ſuris

Digitized by Google

ſuris; nam qualitas adiuncta verbo intelligi debet iuxta qualitatẽ verbi, L. in delictis. §. 1. ff. de noxalibus, cum autem illa particula, ocultum, ſit veluti qualitas afficiẽs illud verbum impedimentum, quod cenſetur ignorari, niſi ſciatur vt impedimentum; ſequitur impedimentum cenſeri occultum, ſi res ipſa ignoretur, vt impedimentum; vt ſi copula ſciatur; ſed ignoretur ex ea ortũ eſſe impedimentum. Et hoc valet, etiamſi fortè non ignoretur, vt impedimentum à duobus, vel tribus, vt dictum eſt, nam, quod duobus, vel tribus notum eſt, nõ dicitur publicum, ſed occultum. Secus dicendum eſt, ſi impedimentum deductũ ſit ad forum contentioſum; nam quod deducitur ad forum contentioſum, cenſetur publicum. Et hoc verum puto, contra Sanchez, & Regin. lo. cit. & alios, quos retuli de cẽſuris loco ſtatim citando, etiamſi reus ſe defenderit veris, aut falſis teſtibus; modo delictum ſit plenè, aut ſemiplenè probatum; nam delictum adhuc cenſetur publicum; cũ ex plena, vel ſemiplena probatione oriatur aliqua infamia, quæ efficit, vt delictum, vel impedimentũ non dicatur amplius occultum. Videte, quæ diximus de Cenſuris. diſp. 7. q. 5 pun. 1. nu. 5 6. & 7.

Ex quò vlterius patet, cõtra Sanchez loc. cit. nu. 58. quod etiã valde probabile putat Sayrus de Cenſuris, lib. 4. cap. 17. num. 22. impedimẽtum, ſeu delictum cenſeri publicũ, ſi plenè, vel ſemiplenè probatum ſit; etiamſi nondum ſit parti intimatum; nam quæ iudicialiter fiunt coram iudice perſonam publicam ſuſtinente, publicè fieri videntur.

Præterea conſtat, quid ſentiendũ ſit circa decretum Tridentini, quo datur Epiſcopis facultas abſoluendi à cenſuris Summo Pontifici reſeruatis, modò delictum ſit occultum, vel non ſit deductum ad forũ contentioſum.

8 Sexta conditio eſt, vt præcedat Confeſsio, quoties in Breui Apoſtolico præſcribitur Confeſsio, quamquam Confeſsio Sacramentalis nõ ſemper præſcribitur tanquam conditio neceſſaria; non enim ſemper dicitur, audita Confeſsione, vel ſi confeſſus fuerit, abſoluas; quę particulæ conditionem Confeſsionis important. Et in reſcriptis ad diſpenſandum in voto caſtitatis aliquando dicitur, quatenus ſi ita eſſe, & oratorẽ ſtimulis carnis adeò agitari, vt maximè dubitet conuinere poſſe, & propterea de illius incontinentia probabiliter timendum, per diligentem oratoris examinationem, ac poſt monita, & conſilia opportuna illi præſtita inueneris, eundem à mutatione propoſiti abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pœnitentia ſalutari. Quibus verbis non præſcribi Confeſsionem tanquam conditionem neceſſariam, putat Salas loco citato nu. 98. Sanchez lib. 8. diſp. 34. nu. 29. Gallegus de cognat. ſpirit. cap. 23. Gutierez de Matrimonio cap. 28. num. 21. & alij, à quibus ſe conſilium petijſſe fatetur Sanchez loco cit. cõtra Reginaldum lib. 31. nu. 216. Ratio eſt tum quia nõ apponitur aliqua particula indicans conditionem; non enim dicitur, Si, aut, du mmodò nec apponitur ablatiuus abſolut⁹. Tum quia non eſt neceſſaria abſolutio Sacramentalis, quoties materia, circa quam cadit abſolutio, nõ

eſt

eſtpeccatum aliquod per abſolutionem Sacramẽtalem auferendũ, niſi aliud præſcribatur, vt patet ex traditis de matrimonio quæſtio. 3. pun. 15. num. 7. & de cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. pun. 6. num. 8. In praxi tamen conſulerem ſententiam Reginaldi aſſerentis, Confeſsionem neceſſariam eſſe. Ratio eſt tum quia, quamuis non apponãtur verba indicantia conditionem: tamen ex antecedentibus ſatis apparet, hãc eſſe Summi Pontificis intentionem; cum reſcriptum concedatur, vt pęnitens, electo Confeſſario approbato, obtineat ab ipſo diſpenſationẽ. Tum quia ſic vſu, & praxi receptũ videtur. Tum quia hoc ſufficienter colligi videtur ex Trident. ſeſs. 23. cap. 15.

9 Septima conditio eſt, vt Confeſſarius imponat pia opera, quæ prudenter imponẽda iudicauerit; nam in reſcripto habetur, Et alia pia opera per te iniungenda. Liberum tamen eſt Confeſſario imponere opera facienda, prout prudẽter expedire iudicauerit, conſiderata qualitate pœnitentis, & operis iniuncti: exceptis tamen ijs, quæ in Bulla exprimuntur; hæc enim imponenda ſunt, prout exprimuntur, cum recedendum non ſit à voluntate Summi Pontificis. Ita Sanchez nu. 40. Salas loco citato, Reginaldus loco citato.

Ex quo fit, vt, quando in priuilegio fit mentio Confeſsionis menſtruæ imponendæ, Confeſſarius debeat Confeſsionem ſingulis menſibus faciendam imponere, niſi minus frequẽtem iudicauerit expedire; dicitur enim in reſcripto, Confeſsionem menſtruam, vel quoties tibi videbitur, quæ clauſula nõ eſt referẽda ad Confeſsionem frequẽtiorem menſtrua; nam ſi menſtruã non iudicauerit expedire ſaluti Pęnitentis, quomodo proderit frequẽtior? Poteſt igitur Cõfeſſarius, quoties ita expedire iudicauerit ſalutĩ pœnitentis, imponere bimeſtrem, aut etiam trimeſtrem Confeſsionem: non tamen poterit imponere frequentiorem menſtrua; alioquin nimis graue onus imponere videbitur, per ſe loquendo. Ita Sãchez nume. 3. Reginaldus nu. 217. Salas loco citato, & alij, cum quibus obſeruandum eſt.

10 Primò, in diſpenſationibus, quę ad contrahẽdum matrimoniũ obtinentur ratione delicti, pœnitentiã, ſeu Confeſsionem menſtruam imponendam eſſe vtrique, ſi vterque deliquit: alteri verò ſolùm, ſi alter ſolùm reus eſt; nam pœna imponẽda eſt, vt dicitur in textu, in pœnã tam enormis criminis; ſi ergo vnus ſolùm ſit conſcius criminis, illi ſoli imponenda eſt pœna. Ita Sãchez loc. cit. n. 60. & Reginaldus, n. 220.

11 Obſeruandum ſecũdo, ſatis eſſe, vt Confeſsio fiat quacunque die cuiuslibet menſis; etiãſi inter vnã, & alteram Confeſsionem interponatur ſpatium pluſquam menſis. Quapropter, q. cõfeſſus eſt in principio menſis Ianuarij, ſuo muneri, & obligationi ſatisfaciet, nõ ſolùm ſi ſequentem Confeſsionem faciat in principio menſis Februarij; verũ etiam ſi eam in fine menſis faciat; nam illa particula, ſingulis menſibus, importat Confeſsionem quolibet menſe faciendam, vt in menſe Ianuario, Februario, &c. Dicitur autem fieri in quolibet menſe, ſeu in ſingulis men ſibus, quouis die ſingulorum mẽſium fiat; etiamſi inter

vnam

Digitized by Google

vnam, & alteram Confeſsionẽ intercesserint plus quã triginta dies.

Hinc ſequitur, eum, qui in fine menſis Ianuarij commutationẽ voti caſtitatis in Confeſsiones menſtruas obtinuit, teneri, antequã totus menſis Februarij elabatur, confiteri; alioquin non dicetur ſingulis menſibus confiteri. Ita Sanchez, & Salas locis citatis. Reginaldus verſiculo Tertium eſt, & alij.

12 Si quæras, vtrum tranſacto menſe teneatur Cõfeſsiones præteritis menſibus omiſſas ſupplere.

Reſpõdeo negatiuè, quia terminus videtur appoſitus ad finiendã obligationem; vt patet à ſimili ex dictis de Sacramentis, & de voto de eo, qui quotidiè vouit coronam Beatiſsimæ Virginis recitare, eáque aliquibus diebus prætermiſit. Ita Salas loco citato num. 98. Sanchez nu. 37. & alij.

13 Addit Sanchez num. 38. & Salas loco citato, pœnitentem eo mẽſe, quo ex præcepto Eccleſiæ confitetur, vt ſatisfaciat præcepto Cõfeſsionis annuæ, non teneri iterum confiteri, vt ſatisfaciat oneri menſtruæ Confeſsionis, ſibi virtute diſpenſationis iniuncto. Hæc opinio valdè probabilis eſt; vt patet à ſimili ex traditis à nobis de ſatisfactione, in tract. de Sacramentis diſput. 5. quæſt. 5. ſect. 3. pun. 2. nu. 12.

Sed contrarium alias mihi probabilius viſum eſt; quia qui vouit, præſumitur vouiſſe opus ſupererogationis: niſi aliter conſtet de mẽte vouentis, & mens pœnitentiariæ eſt, vt opera ſupererogationis iniũgantur, ad quæ alias pœnitens non tenebatur, vt idem Sanchez teſtatur n. 391. pœnitens autem nõ præſtaret opus ſupererogationis, ſi eo tempore, quo ex præcepto Eccleſiæ confitetur, iterum non confiteretur virtute diſpenſationis.

14 Octaua, vt Confeſſarius, cui datur facultas diſpenſandi circa matrimonium, vt videlicet iterum celebretur matrimonium, quod cum impedimento affinitatis occulto inualidè fuerat celebratum, curet, antequam diſpenſationem exequatur, coniuges ſeparari, ſi commodè, & ſine ſcãdalo ſeparari poſſunt. Si verò commodè nequeant ſeparari, ſaltem experiatur, an tanquam frater, & ſoror ſimul habitare poſsint. Confeſſarius tamẽ non tenetur hanc experiẽtiã præmittere, ſi ei conſtet, coniuges non poſſe ſine ſcãdalo ſeparari, aut videat fore, vt nequeãt tanquam frater, & ſoror ſimul habitare ſine graui periculo incontinentiæ. Ratio eſt tũ quia fruſtra expectatur euentus, cuius nullus eſt effectus, Cap. cum contingat de off. delega. Tum quia in Bulla dicitur. Si fieri valeat, & viſum fuerit Confeſſario; ex quibus verbis ſatis colligitur, hoc remitti prudentiæ Confeſſarij. Ita Sãchez lib. 8. diſp. 34. nu. 60. Reginal. lib. 31. num. 220. & alij.

15 Nona, vt Confeſſarius certiores fieri curet contrahentes de nullitate conſenſus; vt patet ex ipſis priuilegij verbis, in quibus habetur, Cum ipſis de nullitate prioris conſenſus certioratis, &c.

Obſeruãt tamen Reginaldus, & Sanchez locis cit. contra Gutierez num. 22. hanc conditionem nõ eſſe omninò neceſſariam. Ratio eſt tũ quia illa verba, De nullitate matrimonij certioratis, nõ important cõditionem, & formã; vt docet vſus ipſe, & praxis; ſed inſtructionem

Con-

Digitized by Google

Confeſſarij de eo, quod facere debet, ſi commodè poteſt. Tum quia ſequeretur, huiuſmodi diſpenſationes ſæpè fruſtrari ſuo valore ob incõmoda, quæ poſſent ſuboriri præſertim ex parte fœminæ, ſi fœmina nullitatem cõſenſus neceſſariò detegere cogèretur.

16 Decima, vt literas dilaceret, quoties in priuilegio præſcribitur literas dilacerari: vt per ſe patet. Immò Sũmus Pontifex hoc aliquando præcipit ſub pœna excommunicationis ipſo facto, & aliquando ſub pœna, vt parti non ſuffragẽtur, ſi parti reddantur.

Obſeruat tamen Sanchez nu. 42. ſi poſtquam hæ litteræ parti redditæ fuerint, dilacerentur, aut amittantur ſine vlla recuperationis ſpe, prodeſſe ex tunc, quo dilacerãtur, vel amittuntur; quia Pœnitentiaria præſumitur velle has literas fructu fruſtrari, quandiù apud partem remanent.

Addo diſpenſationem, ſi literæ reſtituantur parti, non amittere ſuũ valorem in foro conſcientię; Sed ſolum illi non ſuffragari in foro externo; nam in verbis priuilegij dicitur, prę ſentibus laniatis, quas laniare tenearis, neque latori reſtituas: quòd ſi reſtitueris, nihil illi præſentes literæ ſuffragentur. Verbũ autem ſuffragari non accipitur ſimpliciter pro non valere, ſed accipitur pro nõ prodeſſe in foro externo; vt docet Molina de iuſtitia to. 3. tract. 2. diſp. 599. nu. 1. in fine, ver. ad ea verò. Gigas, & Gomez apud Sãchez lib. 8. diſp. 29. nu. 11. Salas loco cit. verſ. addi etiã, Reginaldus lib. 31. nu. 218. & alij.

17 Vndecima, vt pro diſpenſatione expedienda nihil omninò exigatur; nam in literis Sacræ Pœnitentiariæ ſolet apponi clauſula, Gratis vbiquè. Ita Salas nume. 99. Sanchez nu. 64. & alij.

Ex quo ſequitur, neque Summũ Pęnitentiarium poſſe quidquã, etiã ſpontè datum, recipere, vt pluribus oſtendit Nauar. lib. 4. conſ. de ſponſ. conſ. 50. nu. 3. quem ſequitur Sanchez, & Salas locis cit. qui etiã obſeruant, in exequendis diſpenſationibus, quæ pro foro externo conceduntur, Ordinarium non poſſe ſub pœna excommunicationis ipſo facto vlla munera recipere, quãquam non improbabiliter ſuſtineri poſſe arbitror, per accidens eos excuſari, qui ex recepta cõſuetudine aliquid accipiũt pro labore, quẽ ſubeũt in receptione teſtium ad cognoſcendam precum veritatẽ. Ratio eſt tum quia clauſula generalis non videtur derogare priuatæ conſuetudini ſufficienter præſcriptæ. Tum quia videntur ea munera prohiberi, quibus recipientis animus corrumpi poteſt; quod aũt conſuetudine recipitur, animum recipiẽtis corrumpere non ſolet. Ita Salas num. 99. Sanchez diſp. 35. num. 10. & alij; contra Nauar. lib. 1. conſ. titulo de reſcriptis, conſilio vlt. in ſecunda editione, Gutierez de Matrimonio cap. 128. nu. 2.

Hic agendum eſſet de intelligentia clauſularum, quæ in diſpẽſationibus matrimonij pro foro externo continentur. Verum, quia ad noſtrum inſtitutum non attinet ſingula, quæ pertinent ad forum externũ pertractare, remitto vos ad ea, quę diſſerit Sanchez lib. 8. diſp. 3. & Gutierez de Matrimonio, cap. 128.

18 Duo ſolum occurrũt dubia hic breuiter diſſoluenda.

Pri-

Primũ eſt, quid operetur clauſula legitimationis prolis, quæ apponi conſueuit, dum conceditur diſpenſatio ob præcedentem occultã affinitatem, vel inceſtum occultũ, vel ob matrimonium inualide celebratum ob impedimentum dirimẽs occultum.

Reſpondeo, hoc operari, quòd filius nõ eſt cenſendus irregularis; ſed eſt habilis ad Ordines, & beneficia Eccleſiaſtica. Ita Reginal. nu. 218. Sanchez in hac re vidẽdus lib. 8. diſp. 7 nu. 14. & diſp. 34. à num. 43. vſque ad 55.

19 Secundum dubium eſt, vtrum certa verborum forma neceſſaria ſit in concedenda diſpenſatione.

Ratio dubitandi eſt, quia in reſcriptis Apoſtolicis habentur hæc verba. In forma Eccleſiæ conſueta abſoluas, &c.

Reſpondetur, non eſſe neceſſariã certam verborum formã; quia nullo iure certa verborum forma præſcribitur. Ita Sanchez in opere morali lib. 4. cap. 47. nu. 42. Suarez to. 2. de religione, lib. 6. cap. vlt. num. vlt. Emanuel Sà verbo diſpenſatio, nu. 12. & alij communiter, teſte Sãchez de Matrimonio lib. 8. diſp. 4. num. 1. & 17. Quapropter illa verba in forma Eccleſię conſueta non importãt determinatam verborum formam ſed modum conſuetum ſufficienter indicantem diſpenſationem.

PVNCTVM III.

Vtrùm ad diſpenſationem cauſa requiratur.

1 *Diſpenſatio conceſſa ſine iuſta cauſa à legiſlatore, vel ab habente facultatem legiſlatoris, valida eſt, ſed nõ licita.*

2 *Valet diſpenſatio ab Epiſcopo facta ſine cauſa in propria lege, & conſtitutione, quamuis in Synodo facta.*

3 *Princeps poteſt in lege ſui prædeceſſoris, vel ſubditi ſine cauſa valide diſpenſare.*

4 *Inualida eſt diſpenſatio facta ab Archiepiſcopo ſine cauſa in Decretis Concilij Prouincialis.*

5 *Cõcilium Prouinciale poteſt ſine cauſa validè diſpenſare in decretis Concilij Prouincialis.*

6 *Legiſlator valide, ſed non licitè ſecũ ſine iuſta cauſa, diſpenſare poteſt.*

7 *Peccat ſuperior diſpenſando ex cauſa, quam dubitat eſſe ſufficientem.*

8 *An valeat diſpenſatio conceſſa ab eo qui bona fide credebat ſubeſſe iuſtã cauſam ad diſpenſandum.*

9 *Ille, cum quo diſpenſatum eſt, poteſt diſpenſatione vti, ſi dubitetur an ſuperior habuerit ſufficientem cauſam diſpenſandi.*

10 *Diſpenſatio obtenta falſa cauſa expreſſa, & falſis teſtibus comprobata, regulariter inualida eſt.*

11 *Diſpenſatio tenet, ſi cauſa vera probetur falſis teſtibus.*

12 *Diſpenſatio in lege ſuperioris conceſſa ab inferiore ſine iuſta cauſa illicita, & inualida eſt.*

13 *Diſpenſatus ab inferiore in lege ſuperioris ſine iuſta cauſa, non poteſt vti diſpenſatione.*

14 *Diſpenſatio conceſſa etiam à Papa ſine iuſta cauſa in ijs, quæ ſunt de iure diuino, & naturali inualida eſt.*

15 *Diſpenſans in lege ſuperioris, vel in ijs, quæ ſunt de iure naturæ ſine cauſa, grauiter peccat.*

16 *Inducens ad diſpenſandum ſine cauſa, vel allegata falſa cauſa, peccat peccato, quo diſpenſator peccat.*

Non

17 *Non eſt neceſſe, vt ſuperior diſpenſaturus cognoſcat iudicialiter adeſſe iuſtam cauſam ad diſpenſandum.*

18 *Diſpenſatio tacitè conceſſa ſine cognitione cauſa, valida eſt.*

19 *Obtinens diſpenſationem in lege ſuperioris ab inferiore non cognita cauſa ſubſiſtente poteſt licitè ea diſpenſatione vti.*

20 *Quænam ſint iuſta, & ſufficiẽtes cauſa ad diſpenſandum.*

21 *An requiratur maior cauſa in obtinẽda diſpenſatione, circa ea, qua ſunt de iure diuino, vel naturali, quam circa ea, qua ſunt de iure humano.*

22 *Superior non ſemper tenetur diſpenſare poſita iuſta cauſa.*

23 *Habens facultatem diſpenſandi in lege Superioris, an poſsit aliquam pecuniariam mulctam imponere illi, cum quo diſpenſatur.*

QVatuor pręcipuè quæremus in hoc puncto.

Primò, vtrum diſpẽſatio conceſſa ſine cauſa à legiſlatore, aut ab alio habente facultatem legiſlatoris, licita ſit, & valida.

Secundò, vtrum diſpenſatio licita, aut valida ſit, ſi ab inferiore, cui ad diſpẽſandum data eſt facultas, concedatur ſine iuſta cauſa.

Tertiò, quænam ſint iuſtæ, & ſufficientes cauſæ ad diſpenſandum.

Quartò, vtrùm Princeps, aut Pręlatus teneatur, iuſta exiſtẽte cauſa, diſpenſare.

PRIMA PROPOSITIO.

1 DIſpenſatio in lege humana ſi cõcedatur ſine iuſta cauſa a legiſlatore, vel ab alio habente authoritatem, quam habet legiſlator, vel ipſius ſucceſſor in dignitate, valida eſt, ſed non licita. Ita Sáchez lib. 8. diſp. 18. Valentia prima ſecundæ diſpu. 7. q. 9. Sayrus de cenſuris lib. 3. cap. 10. num. 11. Azorius loco ſtatim citãdo, Henriquez lib. 12. cap. 3. num. 6. Salas loco citãdo, Suarez de legibus lib. 6. cap. 19. num. 6. Clauis Regia lib. 3. num. 4. & alij quamplures apud Doctores citatos; contra Vaſquez prima ſecundæ diſp. 178. cap. 4. & alios apud Azorium prima parte lib. 5. cap. 15. quæſito 3. & apud Salas nu. 36. exiſtimantes, inualidam eſſe diſpenſationem ſine iuſta cauſa cõceſſam. Ratio noſtra eſt, tum quia obligatio legis pendet à voluntate legiſlatoris; ſi ergo legiſlator velit aliquem, etiam ſine iuſta cauſa, per diſpenſationem eximere ab obligatione legis, dicendum eſt illum remanere exemptum; conſequenter validam eſſe diſpenſationem, etiam ſine iuſta cauſa conceſſam. Tum quia abſolutio excommunicationis data ſine cauſa, valet ergo etiam diſpenſatio. Tum quia, ſicut lex pendet à legiſlatore in fieri, ita etiam in conſeruari; & ſicut legiſlator poteſt cum tota communitate diſpenſare, auferendo legem; ita etiam poteſt cum perſona particulari; & ſicut in principio legis potuit aliquem excipere; ita etiam poteſt illum, condita lege, excipere per diſpenſationem; non eſt ergo, cur negemus validam eſſe diſpenſationem ſine iuſta cauſa conceſſam à legiſlatore, vel ab alio habente auctoritatem, qualem haberet is, cui legiſlator facultatem daret diſpenſandi ſine cauſa: & hac facultate gaudere videtur Legatus, ſeu Nũcius Apoſtolicus, cui à Sede Apoſtolica plenitudo poteſtatis conceditur

Digitized by Google

tur, inquit Rodriquez in ſumma tomo 2. capitulo 24. concluſione 3.

Sed hoc exemplũ non facilè admiſerim: quamuis enim Summus Pontifex poſsit alicui talem poteſtatem concedere: de facto tamen non puto concedere; nam in facto Principis non præſumitur delictum; Princeps autem non poteſt ſine culpa facultatem diſpenſandi concedere ſine iuſta cauſa. Ita Sanchez lib. 8. de matrimonio diſp. 17. nu. 5. Azorius prima parte lib. 5. cap. 15. ad finem, Nauar. in Man. præludio 9. num. 15. Salas diſput. 30. ſect. 4. nu. 32. & alij apud præcitatos Doct.

Hanc eandem facultatem diſpenſandi ſine cauſæ cognitione Sãchez loco citato, num. 6. Felinus cap. poſtulaſti num. 13. caſu de reſcriptis, & alij apud Salas loco cit. num. 33. putant competere illis, quibus datur facultas diſpenſandi cũ aliquibus, quorum nomina exprimuntur in facultate ad diſpenſandum conceſſa. Ratio eſt tùm quia Superior, qui alicui cõcedit facultatem diſpenſandi ex cauſa cum aliqua perſona determinata, ſolet in facultate hæc verba addere, ſi iuſta ſubſit cauſa, vel ſi preces veritate nitantur, quoties ergo hæc verba in cõcedenda facultate nõ adduntur, ſignum eſt, cauſam non requiri in diſpenſante. Tum quia is, cui facultas datur ad diſpenſandum cum aliquo; cẽſetur merus executor, & præſumere poteſt, Superiori notam eſſe cauſam diſpenſationis concedendæ.

Sed hoc ego non facilè admiſerim, niſi certò conſtet, Superiorem conſcium eſſe cauſæ iuſtæ ad concedendam diſpenſationem. Ratio eſt tum quia in facto Principis nõ præſumitur delictum. Tum quia Superior præſumitur facultatem diſpenſandi concedere, ſeruatis ſeruãdis: inter cætera autem, quæ ſeruari debent, antequam alicui diſpenſatio concedatur, eſt cognitio cauſæ. Ita ſentire videtur Salas loco cit. n. 33.

Dixi in propoſitione diſpẽſationem conceſſam à legislatore validã eſſe, ſed non licitam, vt aduerterem, legislatorem diſpenſantem in lege propria ſine iuſta cauſa, per ſe loquẽdo, peccare ſaltem venialiter; vt benè docet Sanchez lib. 8. diſp. 18. num. 3. Rodriquez in ſum. cap. 24. concl. 2. Azorius prima par. lib. 5. cap. 15. quæſito 2. Valentia prima ſecundæ diſp. 7. q. 5. pun. 9. Nauar. in ſum. prælud. 9. nume. 14. Salas diſp. 20. ſec. 5. nu. 50. 58. & 59. Vaſq. diſp. 178. cap. 3. & alij apud præcit. DD. contra Bartolum, Iaſonem, & alios apud Sanchez num. 2. & apud Azorium, & Salas locis citatis, arbitrantes, liberum eſſe Principi in ſuis legibus diſpenſare, & ſolam ipſius voluntatem eſſe ſufficientẽ diſpenſandi rationem. Sed ratio noſtra eſt, quia diſpenſans ſine cauſa imprudenter vtitur ſua poteſtate, & temerè eximit partem à toto corpore, cui pars ſe debet accommodare. Nec eſt eadem ratio hominis, & Dei diſpenſantis liberaliter, cum non ſit comparatio inter poteſtatem Dei, & hominis.

Addo, legislatorem diſpenſantẽ ſine cauſa, peccare mortaliter, ſi adſit ſcandalum, aut graue aliorum detrimentum; non enim poteſt ſua poteſtate vti cum aliorum ſcandalo, & detrimento, ſine iuſta, & legitima cauſa. Quamobrem legiſlator peccaret, diſpenſando, quoties præuideret fore, vt alii ſubditi occaſionem inde caperent liberè

vio-

violandi leges; eſſet enim cauſa ſcādali. Item, ſi diſpenſaret cum aliquo, vt ſine cauſa retineret plura beneficia curata, grauiter peccaret; quia huiuſmodi diſpenſatio vergeret in damnum fidelium. Ita Sanchez, Nauar. Salas loc. cita. & alij communiter, teſte Salas nu. 60. ad finem; contra nonnullos alios, aſſerentes, Principem in ſua lege diſpēſantem ſine iuſta cauſa non peccare, neque contra propriam legem, neque contra legem naturæ.

Obſerua tamen cum Suarez lib. 6.cap.18.num.26.Salas diſp.20.ſect. 5.nume.52.verſic. ad quartum. Sanchez lib.8.diſp.19.num.5. & alijs, excuſari poſſe conſuetudinem aliquorum legiſlatorum, qui videntur diſpenſationes concedere ſine iuſta cauſa: licèt enim concedant diſpenſationes ſine cauſa intrinſeca: non tamen eas cōcedunt ſine cauſa extrinſeca, qua legiſlator mouetur ad eas concedendas, vt ſi eas concedat ad oſtendendam clementiā, & benignitatem in aliquem de Eccleſia benè meritum, vel ſpe conciliandæ ſibi beneuolentiæ alicuius Principis, Eccleſiæ, vel Reipublicæ vtilis; aut ſi eas concedat, facta compoſitione pecuniaria; cū enim pecunia dirigatur ad ſumptus publicos, compoſitio pecuniaria cenſetur cauſa concedendæ diſpenſationis. Ob id experiētia cernimus, in Curia Romana obtineri diſpenſationes in impedimētis matrimonij, facta copioſiori compoſitione pecuniaria pro grauitate, & qualitate rei. Ita Salas diſt.20.ſect.8.num. 76.Sanchez lib.8.diſp.18.nu.8.Suarez, & alij.

2 Ex dictis ſequitur primò, validā eſſe diſpenſationē ab Epiſcopo factam ſine cauſa in propria lege, ſeu conſtitutione; etiamſi conſtitutio facta ſit in Synodo, vt patet ex allatis rationibus. Ita Sanchez lib.8.diſput.17.num.27.Salas diſp.20.ſect. 4.num.42. & 43.Azorius, Valentia, Sayrus, Angelus, Syluester, Tabiena, & alij quamplures apud Sāch. loc.cit. & apud Salas diſp.20.ſect.4. num.42.contra Innocentium cap. Dilectus, num.1.de tempor. ordin. & alios. Neque obſtat, interdictum eſſe inferioribus Papa diſpenſare ſine cauſa; nam multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. Et hoc verum videtur, etiamſi Epiſcopus ſuam conſtitutionem firmauerit iuramento. Ratio eſt, quia, licet Epiſcopus peccet, diſpēſando ſine cauſa in lege iurata: nihilominus validè diſpenſat; cum per iuramentum non ademerit ſibi diſpēſandi facultatem, ſicut qui iurauit domum nō vendere, vel pecuniam non prodigere, validè vendit, vel prodigit, licèt peccet contra iuramētum. Ita Sanchez lo. cit. Salas loc. cit. verſic. Tertiò temperant, Bartolus, Gambara, & alij; contra Azorium prima parte lib.5.cap.15. quæſito 7. Silueſtrū, Ang. Tabien. & alios apud eoſdem DD.

Hæc tamen limita, modò ex illa conſtitutione nō ſit acquiſitum ius ſubdito per modum contractus. Vnde ſi Epiſcopus conceſsiſſet priuilegium animo ſe obligandi ex iuſtitia in materia, in qua ſe ipſum poteſt ex iuſtitia obligare, tenetur priuilegium à ſubdito acceptatum ſeruare; cum acquiſitum ſit ius ſubdito. Ob id Epiſcopus, aut Princeps, qui priuilegium confluentibus ad vrbem conceſsit, nō poteſt hoc priuilegium reſpectu eorum, qui ad vrbem

bem confluxerunt, reuocare; quia iſti cenſentur promiſsionem acceptaſſe,& videntur ius acquiſiuiſſe. Itá Sanchez loc. cit. num.29. Salas loco cit. verſ. Prædicta temperat, Sylueſter, Decius, Panormit.& alij apud præcit. DD.

3 Secundò, Principem poſſe in lege ſui prædeceſſoris, vel ſubditi validè diſpenſare ſinè cauſa. Itá Nauar. prælud. 9.nu.15. Sanchez loco cit. num. 28. Salas loc. citat. verſic. Idem eſt, & alij. Ratio eſt quia eſt legitimus ſuperior, & eodem iure gaudet, quo legislator.

4 Tertiò, inualidam eſſe diſpenſationem factam ab Archiepiſcopo ſine cauſa in decretis Concilij Prouincialis; nam Archiepiſcopus eſt inferior Concilio Prouinciali; cũ ab Archiepiſcopo detur appellatio ad Concilium Prouinciale, & Archiepiſcopo non competat facultas condendi ſtatuta totam Prouinciam obligantia; ſed ipſe ſimul cũ alijs definiat, cap. Sicut olim,& ca. Præb. & quamuis Archiepiſcopus primam Sedem teneat, nec poſsit à Synodo Prouinciali puniri; vt docet Sanchez: non tamen eſt Superior; ſed eſt inferior toto Concilio, vt patet ex dictis quæſt. j.pun.3.

Ex quo patet, Archiepiſcopum, & Epiſcopos teneri decretis Prouincialibus ex vi coactiua, vt benè docet Sanchez, num.37. Salas, num. 46. & alij, quos ſupra retuli quæſt.j. pun.6.

5 Quartò, Concilium Prouinciale poſſe ſinè cauſa validè diſpenſare in decretis Concilij Prouincialis. Itá Salas, nu.47.ad finem, Sanchez loco citato,& alij.

6 Quæres primò, vtrum legislator poſsit ſecum ſine iuſta cauſa licitè, & validè diſpenſare.

Reſpondeo, poſſe validè, ſed nõ licitè ſine cauſa diſpenſare.

Quòd validè poſsit, ratio eſt qa poteſt cum alijs validè diſpenſare, vt oſtendimus; ergo etiam ſecum; militat enim in vtroque caſu eadem ratio.

Quod verò non poſsit licitè. Ratio eſt quia Superior debet ſe ſuis membris accommodare. Ita Caietanus,& alij, contra Suarez,& alios locis ſtatim citandis, aſſerẽtes legislatorem non poſſe ſecum ſine iuſta cauſa licitè, aut validè diſpenſare. Ratio eſt quia Superior ex iure Naturali tenetur legem ſuam ſeruare; obligatio autem legis naturalis non poteſt auferri abſque iuſta cauſa. Ita Suarez loco cit. num. 17. & 20. cap.18.num.11.

Sed opinio Caietani mihi probabilior videtur, quia legislator non aufert legem naturalem, ſed ſe ipſum eximit ab obligatione legis, quæ ab ipſius voluntate pendet, & quam lumine naturæ dictante ſeruare tenetur, niſi eximatur.

7 Quæres ſecundò, vtrum Superior diſpenſando peccet, ſi cauſam diſpenſandi habeat; ſed dubitet illam eſſe ſufficientem.

Reſpondet Sylueſter verbo Diſpenſatio, q.14.num.20. Sanchez in ſum.lib.4.cap.45.nu.10. & alij apud Sanchez loco citato, Superiorẽ non peccare diſpenſando, dũ habet cauſam diſpenſandi; ſed eam dubitat eſſe ſufficientem; nam pateret via multis ſcrupulis, ſi cauſa certa requireretur ad diſpenſandum; & Superiores retraherentur à diſpenſationibus concedendis.

Ego verò cũ Ioanne Medina tractat. de pœnit. quæſt. de diſpenſat.

ſuper cõfeſsione reuelanda ſub finem, exiſtimo Superiorem non ſolum peccare, ſi diſpenſet ſine cauſa; verũ etiam ſi diſpenſet ex cauſa, quam dubitat eſſe ſufficientem; nã fieri poteſt, vt cauſa re ipſa non ſit ſufficiens; qui autem diſpenſat, aut ſe periculo exponit diſpenſandi ſine iuſta cauſa, peccat. Secus, ſi probabiliter opinetur; cauſam eſſe iuſtam; licitum enim eſt ſequi opinionem probabilem.

Hinc patet reſponſio ad rationẽ in contrarium; non enim patet via ſcrupulis, dum exigitur cauſa ſaltẽ probabilis.

8 Quæres tertiò, vtrum valida ſit diſpenſatio conceſſa ab eo, qui bona fide credebat, iuſtam, & ſufficientem cauſam ad diſpenſandum ſubeſſe; ſed re vera non erat ſufficiens.

Reſpondẽt aliqui DD. validam eſſe, quamuis ille, cum quo diſpenſatum eſt, poſteà cognoſcat, cauſam non fuiſſe iuſtam, & ſufficientem. Ratio eſt quia non eſt credibile, Superiorem, qui diſpenſandi facultatem conceſsit inferiori ad pacandas conſcientias, & auferendos ſcrupulos, velle talem diſpenſationem irritam, & inualidam eſſe. Ita Sanchez libro 8. d.17.num.8. Rebellus 2. parte, lib.3.q.5.num.12. Azorius prima parte, lib.7.cap.29. quæſito 6. & alij apud Salas, nu.63. Emanuel Sà verbo Votum de irritatione, num.21. & verbo Diſpenſatio, num.4. Sotus in 4.diſt.21.q.2. art.2. ſub finem, Vaſquez, Molina, Couar. Riccius, & alij, quos in ſimili retuli de contractibus, diſput. 3. quæſt.8. pun.4. num.6. quorum aliqui arbitrantur, hoc idem aſſerendum eſſe in diſpenſatione facta in voto, & iure Diuino ſine cauſa ſufficiente bona fide putata ſufficiente.

Sed contrarium mihi probabilius videtur cum Salas loco citato, ſect.6.num.66. ad finem, & num.63. verſiculo. Sed aliqui, & clarius ſect. 4.num.35. vbi refert Lopez, Nauarrum, & alios. Quanquàm is, cũ quo diſpenſatum eſt bona fide ſine cauſa, tutus eſt in conſcientia, donec ſibi de inſufficientia cauſæ certò conſtet. Cognita verò inſufficientia cauſæ, non eſt tutus in conſcientia, ſi tali diſpẽſatione gaudere intendat; loquor autem de cauſa finali, & motiua; non verò de impulſiua; vt in ſimili docui de matrimonio, de Sacerdote, qui licentiã aſsiſtẽdi matrimonio obtinuit per dolum ab Ordinario, vel à Parocho. Ratio noſtra eſt tum quia, qui diſpenſationem obtinuit ad contrahẽdum matrimonium in gradibus prohibitis, aut cũ alio impedimento, præſumitur matrimonium inualidè contraxiſſe, poſtquã Superior iudicauerit, matrimoniũ fuiſſe contractum ſine iuſta cauſa, quam alioquin ipſe putabat ſubeſſe, dum cõcederet diſpẽſationem. Tum quia, qui allegant, diſpenſationem aliquã ſine iuſta cauſa conceſſam fuiſſe, audiũtur à Superioribus; quãuis conſtet, Superiorem bona fide diſpenſaſſe; ergo ſignum eſt, diſpenſationẽ conceſſam bona fide ſine cauſa, inualidam eſſe. Tum quia Superior in concedenda diſpenſatione, vel diſpenſandi facultate non præſumitur delinquere; qui autem diſpenſat, vel facultatem diſpenſandi ſine cauſa cõcedit, delinquit; vt patet ex dictis. Propterea in facultate alicui data ad diſpenſandum, etiãſi

à Deo

Digitized by Google

à Deo concedatur, ſubintelligitur hæc clauſula, iuſta ſubſiſtẽte cauſa, vt docet Emanuel Sà verbo Diſpẽſatio, nu. 3. Salas loco citato, & alij: Tum quia bona fides petentis diſpenſationem ſine cauſa non efficit diſpenſationem validam; ergo nec illam reddit validam bona fides cõcẽdentis, qui bona fide putabat, legitimam, & ſufficientem cauſam ſubeſſe; quamuis bona fides vtrumque excuſet à peccato, donec de inſufficientia cauſæ conſtiterit. Idem prꝗter DD. citatos ſentire videntur alij, quos in ſimili retuli de ignorãtia in tractatu de peccatis, & de cõtractibus iniuſtis, alijsq; bona fide ſine debita ſolemnitate celebratis; nã bona fides excuſat à peccato, ſed non ſupplet defectũ contractus.

Obijcies. In tractatu de contractibus diſp. 3. quæſt. 8. pun. 4. num. 6. cum Molina, Riccio, Couar. & alijs docuimus, validam eſſe alienationem bonorum Eccleſię, factam bona fide ſine iuſta cauſa à Prælato exiſtimante iuſtam, & legitimã cauſam ſubeſſe, quæ re ipſa nõ ſuberat.

Reſponderi poteſt primò, hunc caſum ex communi DD. ſententia, & ita indicante experientia, cẽſeri per Epichęiam exceptũ in lege Eccleſiaſtica, qua prohibentur bona Eccleſiæ alienari ſine iuſta cauſa exceptio autem ſeu diſpoſitio ſpecialis in vno caſu non eſt ad alium trahẽda, iuxta L. Ius irregulares, ff. de legibus.

Reſponderi poteſt ſecundo, hãc non eſſe diſpenſationẽ; conſequẽter mirum nõ eſſe, Eccleſiam nolle in propoſito caſu irritam reddere alienationem factam bona fide ſine iuſta, & legitima cauſa, quæ credebatur ſubeſſe. Nos verò loquimur de diſpenſatione, ad quam licitè concedendam iuſta cauſa requiritur.

Nequè obſtat ratio Sanchez loco cit. verſ. Hoc tamen limitarem; nam bona Eccleſiæ gubernatio nõ poſtulat, vt valida ſint, quæ bona fide peracta ſunt; quamuis ea poſſit valida efficere, niſi iuri Diuino, vel Naturali repugnent. Bona tamẽ Eccleſiæ gubernatio poſtulat, vt ille, cum quo bona fide diſpenſatum eſt, excuſetur à peccato, ſi diſpenſatione vtatur, donec de inſufficientia cauſę conſtiterit; nam pro diſpenſatione iam cõceſſa ſtat poſſeſsio, conſequenter etiam pręſumptio, iuxta dicẽda de peccatis de conſcientia dubia.

9 Quæres quartò, vtrum ille, cum quo diſpenſatum eſt, poſsit vti diſpẽſatione, ſi dubitetur, an ſuperior habuerit cauſam ſufficientem ad diſpenſandum.

Reſpondeo, vti poſſe. Ratio eſt tum quia in dubio ſtandum eſt iudicio Superioris. Tum quia in facto Principis præſumitur iuſta cauſa, ſaltem in foro cõſcientiæ, nec præſumitur delictum, vt dictum eſt de Indulgentijs cum Molina, & alijs. Idẽ tenet Clauis Regia, lib. 6. cap. 12. num. 25. Sanchez de matrimon. lib. 8. d. 7. num. 15. & in Summa lib. 4. cap. 4. num. 6. Emanuel Sà verbo Votum, num. 21. Philiarcus, Petrus Ledeſma, Bartolus, Iaſon, Couar. & alij, quos in ſimili refert Salas d. 20. ſect. 6. num. 62. Secus dicendum videtur, ſi conſtet, Superiorem non habuiſſe cauſam, vel habuiſſe cauſam, quam ſuperior dubitabat eſſe ſufficientem ad diſpenſandũ. Secus ſi opinabatur, vt patet ex dictis.

10 Quęres quintò, vtrum ſit valida

diſpenſatio, quã quis obtinuit expreſſa falſa cauſa, quam falſis teſtibus probauit.

Reſpõdeo negatiuè, quoties cauſa talis eſt, vt ea expreſſa ſuperior diſpenſationẽ non conceſsiſſet, vel ſi ſuperior dicat ſi ita eſt, vt in precibus narratur; nam diſpẽſatio facta ſub conditione corruit nõ ſubſiſtente conditione. Et hoc procedit etiamſi teſtes putarent ſe verũ fateri, vt patet ex eadẽ ratione; Neque obſtat dicere clauſulã precum, in qua dicitur, ſi ità eſſe inueneris, verificatam fuiſſe; non enim verificata eſt, niſi falsò, & præſumptiue, vt benè ait Salas diſput. 20. ſect. 16. num. 123. Sanchez libro 8. diſp. 21. num. 3. cum Petro Ledeſma in Summa de Sacramento matrimonij cap 27. difficul. vlt.

11 Maius dubium eſt vtrum diſpẽſatio teneat, ſi cauſa vera probetur falſis teſtibus, vt ſi teſtes conſcij non erant talis cauſæ, vel ſi putabãt illam non eſſe veram.

Reſpõdeo cum eodem Sanchez loco cit. num. 33. & Salas loco citato validam eſſe, quia clauſula re ipſa vera eſt, & vera iudicatur ſecundum allegata, & probata.

SECVNDA PROPOSITIO.

12 Diſpenſatio in lege Superioris conceſſa ab inferiore ſine iuſta cauſa, non ſolum non eſt licita; verum neque valida. Ita DD. ſtatim citandi. Ratio eſt quia diſpenſatio conceſſa ab inferiore valida eſt, quatenus à Superiore cõceditur ipſi facultas diſpenſandi, non eſt autem veroſimile, Superiorem concedere inferiori facultatẽ diſpenſandi ſine iuſta cauſa; cum Superior non poſsit ipſi hanc facultatem licitè concedere.

13 Ex quo ſequitur primò, eum, cũ quo inferior diſpenſauit in lege Superioris abſq; iuſta cauſa, non poſſe vti diſpenſatione; nam diſpenſatio inualida eſt; conſequenter is, cum quo diſpenſatum eſt, non fuit exemptus ab obligatione legis. Ità Reginaldus libro 13 num. 195. Sanchez, & alij ſtatim citandi.

14 Secundò ſequitur à fortiori, diſpenſationem conceſſam abſq; iuſta cauſa in ijs, quæ ſunt de iure Diuino, vel Naturali, vt in voto, iuramento, &c. inualidam eſſe, etiamſi diſpenſatio conceſſa ſit à Summo Pontifice. Ratio eſt tum quia non eſt valida diſpenſatio ſine cauſa in lege Superioris. Tũ quia nullus credit Eccleſiæ à Deo communicatã fuiſſe poteſtatem diſpenſandi abſq; cauſa iuſta in ijs, quæ ſunt de iure naturæ, vel Diuino, cum Deus contulerit Prælatis poteſtatem in ædificationem, & conſtructionem; non in deſtructionem. Ita Regin. loc. cit. Sanchez lib. 8. d. 17. num. 3. Salas d. 20. ſect. 4. num. 30. & ſect. 6. num. 66. verſiculo Quarto, ſi cauſa, Toletus, lib. 5. cap. 83. cauſa 2. Valentia diſp. 7. q. 5. pun. 9. Vaſquez 1. 2. d. 178. cap. 3. num. 17. Caietanus, Syluester, Nauarrus, Sotus, & alij apud Sanchez, apud Salas, & apud alios præcitatos DD.

15 Ex quo licet inferre, eum, qui in lege Superioris, aut in ijs, quæ ſunt de iure Naturæ, vel Diuino diſpenſat ſine cauſa, grauiter peccare; nam vſurpat ſibi iuriſdictionem, quam non habet. Ita Sanchez, lib. 8. d. 18. Salas loco cit. num. 59. & 67. & alij recentiores communiter, teſte Salas loco citato.

Quæ

Digitized by Google

16 Quæres primò, vtrum peccet, qui aliquem inducit ad diſpenſandum ſine cauſa, vel allegata falſa cauſa.

Reſpondeo, peccare eo peccato, quo peccat diſpẽſator; nam inducit ad peccatum: inducens autẽ alterum ad peccatum eſt reus illius peccati, cuius eſt reus, qui inducitur; niſi excuſetur ob bonam fidem. Ità ſentire videtur Couarruuias 2. variar. par. 4. cap. 6. §. 9. num. 7. Valentia 1. 2. d. 7. q. 5. pun. 9. Nauarrus prælud. 9. num. 12. & cap. 12. num. 57. Viualdus in append. ad cãdelabrum. num. 23. Sanchez, lib. 8. de matrim. d. 18. num. 8. & Salas, diſp. 20. ſect. 6. num. 58. quamuis hic cum alijs diſſentire videatur, num. 62. verſiculo ſecundò dicunt, & verſic. Nonnulli.

Addo, hoc verũ eſſe, etiamſi fortè Princeps, qui ſine cauſa diſpenſat, excuſetur ob bonam fidem; nõ enim licitum eſt alterum inducere ad peccatum etiam materialiter ſumptum. Ita Salas loco cit. num. 57. verſiculo qđ credo, & alij, quos in ſimili retuli de Peccatis.

Rurſus addo cum Sanchez, contra Suarez, ſubditum peccare, acceceptando diſpenſationem, quam ſibi Prælatus offert abſq; iuſta cauſa; vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis. Secus dicẽdũ eſt, ſi ſubditus, qui diſpenſationem petit, dubitet, iuſtam eſſe cauſam, eamque fideliter exponat ſuperiori, & ſuperior iuſtam, & ſufficientẽ iudicet; hic enim excuſatur, petendo diſpenſationem, eaque vtendo; etiamſi fortè cauſa re ipſa non ſit iuſta. Ratio eſt tum quia poteſt acquieſcere iudicio ſuperioris diſpenſantis; ſicut licet adhærere opinioni viri prudentis. Tum quia non magis ad petentem pertinet iudicare iuſtitiam cauſæ, quàm ad ſuperiorem. Ita Sanchez, lib. 8. d. 18. num. 19. Nauar. præludio 9. num. 13. Emanuel Sà verbo Votum de irritatione, num. 21. Salas, num. 63. & alij apud præcitatos Doctores.

17 Quæres ſecundò, vtrum ſit neceſſe, vt ſuperior diſpenſaturus cognoſcat iudicialiter adeſſe iuſtam cauſam ad diſpenſandum; vel ſufficiat, vt eam alia via cognoſcat adeſſe.

Reſpondeo cum Syluestro verbo Diſpenſatio, quæſito vltimo, Suarez, cap. 19. num. 1. & 2. Azorio lib. 5. cap. 15. quæſito 9. Salas d. 20. ſect. 9. num. 86. Sanchez, libro 8. d. 4. nu. 19. & diſp. 17. & alijs cõtra Angelũ, verbo Diſpenſatio, num. 12. ſufficere quauis via cognoſcat iuſtã cauſam adeſſe. Immò Sanchez, lib. 8. d. 4. & d. 17. num. 18. & in ſumma lib. 4. cap. 45. num. 6. vbi citat Supplementum Gabrielis, Salas, num. 79. Suarez tom. 1. de relig. tractatu de dieb. feſtis, lib. 2. cap. 33. num. 13 & alij aſſerunt, validam eſſe diſpenſationem in foro conſcientiæ datã ſine cognitione cauſæ; modò verè ſubeſſet cauſa diſpenſandi; quamuis in foro externo reuocari poſsit. Ratio eſt quia nullo iure probatur, cognitionem cauſę ad validam diſpenſationem in foro conſcientiæ requiri, modo realiter adſit.

Neque obſtat Tridentinum, ſeſſ. 25. de reformatione, cap. 18. intelligendum enim eſt, quo ad præſumptionem fori externi. Ita Salas, nu. 80. Sanchez loco cit. & alij apud Salas; contra Azorium, lib. 5. cap. 15. quæſito 9. Nauarrum, & alios apud præcit. DD. exiſtimantes, diſpen-

ſpenſationem conceſſam ab inferiori, qui non cognouit iuſtam cauſam adeſſe, non ſubſiſtere; nam facultas diſpenſandi conceditur inferiori ſub hac conditione, cognita iuſta cauſa. Verùm hanc ſententiam Azorij, Nauarri, & aliorum veram eſſe puto, quando hoc exprimitur in facultate; vt accidit in literis Sacræ Pœnitentiariæ cõceſsis Confeſſario ad diſpenſandũ, & in aliquibus cõmiſsionibus Pontificijs, in quibus exprimitur, vt cognitio cauſæ præmittatur; conſequenter eſt inualida diſpenſatio conceſſa, non præmiſſa cognitione cauſæ; nam videtur conceſſa ſinè forma præſcripta. Valida tamen eſſet, ſi diſpenſanti aliundè conſtaret de veritate cauſæ; nam cognitio cauſæ exigitur, ne temerè concedatur diſpenſatio; hæc autem temeritas ceſſat, dum cauſa eſt notoria, aut aliundè cognita, & perſpecta diſpenſanti. Ita Salas, ſect. 9. num. 79. Roſella verbo Diſpẽſatio, num. 6. Sanchez in ſumma, libro 4. cap. 45. num. 9.

18 Sed modò dubium eſt primò, vtrum non ſolum diſpenſatio expreſsè cõceſſa ſinè cognitione cauſæ, valida ſit, verum etiam conceſſa tacitè, quæ ſit per nutus, aut ſigna, vel ratihabitionem.

Reſpondeo affirmatiuè; nam voluntas tacita tantum valet, quantũ expreſſa in ijs, in quibus, nec forma certa, nec verba neceſſaria ſunt, L. Qui ad certum, ff. locati, & L. De quibus 31. ad finem, ff. de legibus; ad diſpenſationem autem non eſt neceſſaria certa forma, aut verba. Ita Salas d. 20. ſect. 9. num. 83. Sanchez, lib. 8. d. 4. num. 15. Syluester, Nauarrus, Henriquez, & alij apud Salas, & apud Sanchez locis citatis. Et hoc valet in diſpenſatione conceſſa à legitimo ſuperiore, non ſolum in propria lege: verum etiam in lege ſuperioris: immò etiam in votis, aut iuramentis, modò conceſſa ſit ab eo, qui eam poteſt concedere, iuſta cauſa ſubſiſtente, iuxtà Sanchez, lib. 8. d. 4. num. 18. & 26. Salas, num 86. & alios DD. citatos.

Obijcies. Diſpenſatio dependet à voluntate diſpenſantis; ſed non eſt præſumendum, Prælatum in tali euentũ habere voluntatẽ diſpenſandi, alioquin præſumeremus delictum in Prælato, cum nequeat ſinè peccato tacitè diſpenſare, cauſa non cognita; ergo præſumẽdum eſt, Prælatum nolle tacitè, & ſinè cognitione cauſæ diſpenſare; ergo diſpenſatio conceſſa tacitè, & ſinè cognitione cauſæ, non eſt valida.

Reſpondeo, me hic non quærere, an Prælatus habeat voluntatem diſpenſandi ſine cognitione cauſę; voluntas enim ſuperioris cognoſcitur ex ſignis, & coniecturis illam ſufficienter indicantibus; ſed quæro, an validè poſsit diſpenſationẽ tacitè concedere ſine cognitione cauſæ, ſiuè eam concedat verbis, ſiuè factis, & ſignis.

Obſeruant tamen quãplures DD. Prælatum, qui aliquem ad actum admittit, ad quem non poteſt eum licitè admittere, niſi diſpenſet; præſumi habere voluntatem diſpenſandi, & re ipſa cum eo diſpenſare: ſicut enim quoties aliquid fieri poteſt cum peccato, & ſine peccato, præſumendum eſt fieri ſinè peccato, L. Meritò, ff. pro ſocio, ita è duobus peccatis, minus præſumendum eſt, L. ſi adulteriam cum inceſtu, §. 1. & 3. ff. ad legem Iuliam de adul-

Digitized by Google

adulterijs; ergo, quia maius delictum eſt aliquem ad actum admittere ſine diſpenſatione, quam cauſa non cognita admittere cum diſpenſatione, præſumendum eſt diſpenſare. Quamobrem, inquit Emanuel Sà verbo diſpenſatio, num. 8. qui ſciẽter facit aliquid, vbi opus eſt diſpenſatione, cenſetur diſpenſare; vt cum Prælatus alicui dat facultatem aliquid faciendi, quod ſine ipſius diſpenſatione fieri nõ poteſt, aut quando aliquem admittit ad actum contra ius, in quo poteſt ipſe diſpenſare. Idem docet Azorius prima parte, lib. 5. cap. 15. quæſito 10. Sylueſter verbo Diſpenſatio, num. 21. Sanchez, lib. 8. d. 4. nu. 23. & 26. Nauarrus præludio 9. nu. 14. Angelus verbo Diſpenſatio, nu. 12. Reginaldus, lib. 13. nu. 195. Salas d. 20. ſect. 9. num. 84. verſiculo ad tertium, & alij, quos in ſimili retuli de cenſuris, & de irregularitate.

Ex quo infertur, probabile eſſe, qđ innuimus de pœnitentia, quæſt. 7. pun. 4. quæſito primò; nempè Epiſcopũ, qui videt Sacerdotẽ audientem Confeſsiones, nec impedit, cum facilè poſsit, cenſeri iuriſdictionẽ conferre pro illa vice, ſeu pro illis vicibus, q̃bus hoc permittit; vt patet ex rationibus allatis verſ. Obſeruant. Ita Salas, Sanchez, Henriquez, & alij, quos adduxi loco citato de pœnitentia.

Sed cõtrarium mihi probabilius videtur. Tum quia taciturnitas, per ſe loquendo, non accipitur pro ratihabitione, & conſenſu: conſequenter taciturnitas, & patientia ſuperioris videntis aliquem facere quod ſinè diſpenſatione nõ poteſt facere, non accipitur pro diſpenſatione, nã hoc potius eſt pati, quàm agere; & conſentire; vt benè docet Menochius, lib. 2. de præſumpt. nu. 32. & alij apud Salas, & Sanchez. Tum quia etiam Papa, qui ſcienter permittit aliquos in matrimonio irrito permanere, non cenſetur cũ illis in impedimento diſpenſare; cũ taciturnitas nõ accipiatur pro expreſsione conſenſus; niſi ex ſignis aliundè colligatur de volũtate diſpenſantis; vt docet Emanuel Sà verbo votum, num. 23. Azorius prima parte, lib 5. cap. 15. quæſito vltimo, Salas de legib. d. 20. ſect. 9. ad finem, Sanchez de matrimonio libro 8. diſp. 4. num. 26. ad finem, & alij.

19 Secundò dubium eſt, vtrum, qui diſpenſationem ab inferiore in lege ſuperioris obtinuit ſine cognitione cauſæ, poſsit licitè vti tali diſpenſatione.

Reſpondeo affirmatiuè; modò re ipſa ſubſit talis cauſa. Ita Salas loco citato, num. 81. cum Panormitano, & alijs; contra Azorium loco citato, quæſito 9. Ratio patet ex dictis in ſolutione ſecundi quæſiti.

TERTIA PROPOSITIO.

20 MVltæ ſunt iuſtæ cauſæ diſpenſandi, & eximendi aliquem ab obligatione legũ, cap. Neceſſaria diſt. 1. q. 7. & cap. Pro remedio. Quæ cauſæ ad tres poſſunt reuocari.

Prima cauſa eſt vtilitas communis, vel etiam priuata.

Secunda eſt neceſsitas communis, vel priuata.

Tertia eſt pietas. Ità Rodriquez. reg. quæſt. q. 22 art. 5. Sanchez, lib. 8. d. 19. S. Thomas 2. 2. q. 63. art. 2,

& q. 67. art. 4. Syluester verbo diſpẽſatio, quæſito 1. Salas d. 20. ſect. 8. num. 75. Regin. lib. 13. num. 192. & alij communiter.

Addo, concedi poſſe diſpenſationem ob aliquos ſuperuenientes caſus, vel rationes, quę ſufficientes, & legitimæ arbitrio prudentis viri, pro qualitate loci, temporis, & perſonæ, fuerint adiudicatæ; vt benè obſeruat Syluester verbo Diſpenſatio, num. 3. Et Azorius loco citato, quæſito 8.

Hinc ſequitur primò, iuſtam validè, & licitè diſpenſandi cauſam adeſſe, quoties obſeruantia legis vergeret in malum, aut maius bonum impediret. Ità Caietanus 2. 2. quæſt. 79. art. 4. Salas diſput. 20. ſect. 8. nume. 75. & alij, adeſt enim neceſsitas, vel vtilitas ſaltem priuata.

Secundò, periculum incontinentię cenſeri ſufficientem cauſam, diſpenſandi in voto caſtitatis, & indigentiam mulieris in impedimentis matrimonij. Ita DD. citati, adeſt enim neceſsitas, vel vtilitas. vel pietas.

Tertiò, facilius diſpenſationes Principibus concedi poſſe, quàm alijs. Ideo cernimus, Summum Põtificem facilius cum Principibus, quàm cum alijs in impedimentis matrimonij diſpenſare. Ratio eſt tum quia bonum pacis inter Principes ſequi conſueuit ex matrimonio inter Principes celebrato. Tum quia Principes ex clementi Summi Pontificis in ipſos volũtate, ad Eccleſiæ defenſionem ſuſcipiendam facilius pertrahuntur. Ità P. Ledeſma de matrimonio, quæſt. 56. art. vltimo ad finem, Salas loco citato, num. 75. Sanchez loco citato, num. 8. Coninchus, & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio.

21 Quæres, vtrum maior cauſa requiratur in obtinenda diſpenſatione circa ea, quæ ſunt de iure Diuino, vel naturali, quàm circa ea, quæ ſunt de iure humano.

Reſpondet Nauar. cap. 12. num. 57. maiorem cauſam poſtulari in diſpenſatione eorum, quæ ſunt de iure Diuino, vt in iuramento, & voto, quàm in legibus humanis.

Ego verò cum Suarez, lib. 6. cap. 18. num. 15. & Sanchez, lib. 8. diſp. 18. num. 14. exiſtimo, hoc non eſſe vniuerſaliter verum; ſed cenſeo, attendẽdam eſſe grauitatem obligationis; nam obligatio legis humanæ aliquando eſt leuior, & aliquando grauior, iuxta qualitatem materiæ, quàm ſit obligatio voti; vbi autem eſt maior obligatio, ibi etiam maior cauſa requiritur ad diſpenſandum.

QVARTA PROPOSITIO.

22 Superior, poſita iuſta cauſa, tenetur aliquando, & aliquãdo non tenetur diſpenſare.

Quòd aliquando non teneatur, patet, tum ex communi diuiſione diſpenſationis in prohibitam, debitam, & permiſſam. Tum quia diſpenſatio aliqñ appellatur indulgẽtia, cap. 1. de ſtatu Monach. in 6. aliquãdo gratia, cap. Didici 1. q. 7. aliqñ miſericordia, cap. poſtulaſti de cler. excõ. miniſt. ſed indulgẽtia, gratia, & miſericordia ſunt dona gratuita, & liberalia; ergo &c. Tum quia hæc eſt cõis opinio DD. Panormitani, Felini, Decij, & aliorum, quos citat, & ſequitur Sanchez lib. 3. de matr. diſp. 10. num. 3.

Co-

Coninchus de matrimonio. diſp. 27. dub. 6. num. 59. Salas diſp. 20. ſect. 7. num. 70. contra Emanuelem Sâ ver bo diſpenſatio num. 20. Syluestrum. Armillam, & alios apud Sanchez loco citato nume. 2. & apud Salas, nume. 69.

Ex quo patet, Prælatum, poſita in duobus æquali cauſa, poſſe aliquando ſine peccato contrà iuſtitiam cum vno diſpenſare; denegata alteri diſpenſatione, vt benè ait Coninchus loco citato.

Quòd aliquãdo teneatur, patet, quia ſicut vnicuique mãdatum eſt de proximo ſuo; & ſicut quilibet tenetur aliorum neceſsitati occurrere, ita à fortiori Prælatus aliquando tenetur per diſpenſationem cõſulere; cùm poteſtas diſpẽſandi cõpetat Prælatis in vtilitatem, & commodum ſubditorum. Ita Doctores citati.

Si quæras, quandonam Prælatus teneatur diſpenſare.

Reſpõdeo, teneri, quando extãt vrgentes cauſæ, nempe quando neceſſaria eſt diſpenſatio ad vitãdũ publicum, vel priuatum damnum, vel quãdo valdè vtilis eſt bono cõmuni, vel etiam priuato: vt patet ex rationibus in 2. parte allatis. Secus, ſi non extent vrgentes rationes: vt patet ex rationibus in prima parte adductis. Ita Sanchez loco cit. n. 6. Salas, & alij.

Hinc colligitur, Ordinarium teneri, per ſe loquendo, in denunciationibus matrimonij diſpenſare in ſubſequentibus caſibus.

Primò, quando talem diſpenſationem poſtulat bonum commune, vel priuatum animæ, aut corporis, aut honoris, vt quando periculum eſt ſcandali alicuius, aut quando fœmina grauem famæ ſuæ notam, aut vitæ periculũ ſubiret, denegata diſpenſatione denunciationũ; vt accidit, quando vir paratus eſt ad illam ducendam, & alioquin periculum eſt, vt virum pœniteat cum ipſa contrahere. Ita Sanchez, Salas, & alij locis citatis.

Secundò, quando vir morti proximus petit hanc diſpẽſationem ad contrahendum cum concubina, vt prolem ex illicito congreſſu conceptam legitimet. Ita Sanchez loco citato, nu. 6.

Tertiò, quando vir in proximo mortis periculo exiſtẽs cupit in denunciationibus diſpenſari, vt ſe ipſum in ſtatu ſalutis cõſtituat. Idem dicendum eſt, quando contrahẽtes indigent diſpenſationibus ad deſerendum concubinatus ſtatum. Ita DD. citati.

23 Quæres, vtrum Ordinarius, aut alius, qui diſpenſandi facultatẽ habet in lege Superioris, poſsit aliquã pecuniariam mulctam imponere illi, cum quo diſpenſatur.

Reſpondeo, eum, qui non eſt ſupremus Princeps, non poſſe in lege diſpenſare, impoſita mulcta pecuniaria fabricæ Eccleſię, vel piis operibus ex præcepto tradẽda, niſi forte imponatur in pœnam delicti. Ratio eſt tum quia in Tridentino ſeſs. 25. cap. 18. præcipitur, diſpenſationem gratis fieri. Tum quia conceſſa, diſpẽſandi facultate in lege, non cenſetur conceſſa facultas commutandi obligationem legis; plus .n. eſt commutare legem, quàm in ea diſpenſare, cùm per diſpenſationẽ tollatur ſolum obligatio: per commutationem verò non ſolùm tollatur obligatio; verum etiam noua imponatur. Secus dicendum eſt in com-

commutatione voti, in quo plus eſt diſpenſare, quàm commutare, quia per diſpẽſationem voti tollitur omnino vinculum voti: per commutationem verò non omnino tollitur, quatenus vouens vouet aliam materiam, in quam præcedens votum commutatur. Ita Sotus in 4. diſtin. 28.q.1.art.2.verſ. Ex his primũ colligitur, & Lopez, quem citat, & ſequitur Sanchez de Matrimonio loco citato, num.9.vbi hoc docet ex profeſſo in diſpẽſatione denunciationum.

Ad caput Licet de ferijs, vbi diſpenſatur cum ijs, qui aletias piſcãtur, coniuncta eleemoſyna.

Reſpondetur primò, eleemoſynã non iniungi ex præcepto, ſed ex cõſilio. Ita Syluester verbo Dominica quæſito 4. & alij apud Sanchez loco citato, nu.11.

Secundò, hoc licere Summo Põtifici; non alijs inferioribus diſpenſantibus in lege Superioris.

Hoc tamen limitandum eſt, niſi mulcta imponatur in pœnam delicti; conſtat enim ob delictum pœnam imponi poſſe, quia delictum pœnas meretur. Ita Sanchez n. 10.

PVNCTVM IV.

Vtrùm diſpenſatio ob narrationem falſi, aut taciturnitatem veri inualida, ſeu obreptitia, & ſubreptitia reddatur.

1 *Quid ſit reſcriptum gratiæ, & reſcriptum iuſtitiæ.*

2 *Differentia inter reſcriptum gratiæ, & iuſtitiæ.*

3 *Inualida eſt diſpenſatio, quoties tacetur aliquid, vel falſò narratur, quo cognito Superior non diſpenſaſſet.*

4 *Valida eſt diſpenſatio obtenta ab eo, qui ſe finxit virum doctum &c.*

5 *Valida eſt diſpenſatio obtenta tacito nomine perſonę, quam ſi diſpenſans cognouiſſet, propter odium, diſpenſationem non conceſſiſſet.*

6 *Valida eſt diſpenſatio, quando erratur in nomine perſonæ.*

7 *Inualida eſt diſpenſatio, quoties impedimentum certum narratur ſub dubio.*

8 *Inualida eſt diſpenſatio quoties narratur vna tantum cauſa, & ea eſt falſa.*

9 *Cauſæ copulatiuæ ſolent exprimi per particulam, Et.*

10 *Inualida eſt diſpenſatio voti non nubendi facti in fauorem, alterius ſi in ſupplicatione non fuit hoc expreſſum.*

11 *Inualida eſt abſolutio quoad cenſurã ab hæretico obtenta fingente ſe eſſe conuerſum.*

12 *Valida eſt diſpoſitio quoties aliquid falſi narratur, quo expreſſo facilius diſpoſitio obtineretur, modo qualitas, in qua erratur, non apponatur taxatiuè, ſed demonſtratiuè.*

13 *Legatum eſt ſoluendum ſi dicatur; lego Eccleſiæ decem modios ſoluendos ex redditibus talis fundi.*

14 *Subreptio, quæ contigit in vna reſcripti parte; reddit irritum reſcriptũ tantum quoad eam partem.*

15 *Reſcriptum irritum eſt totum, quando non poteſt ſeparari pars, in qua contingit ſubreptio.*

16 *Obtinens diſpenſationem in duobus votis in eodem reſcripto, poteſt vti diſpenſatione quoad votum, in quo non contingit ſubreptio.*

17 *Valet reſcriptum quoad partẽ, in qua non contingit ſubreptio, etiam ſubreptio-*

Digitized by Google

reptione in ea parte à Ciuili ſcienter commiſſa, inſcio eo in cuius fauorẽ reſcriptum obtinetur.

18 *Tacens bona fide in petendo reſcripto ad beneficium legitimam ætatem, quodnam beneficium poſſit obtinere virtute illius præſcripti.*

19 *Quandonam cenſeantur validæ literæ quando tacetur veritas, vel falſitas exprimitur.*

20 *Quando ſubreptio contingit per dolũ, vel malitiam, an irritandum ſit reſcriptum in totum.*

21 *An vitium ſubreptionis, & inualiditatis ſuppleatur per clauſulam, Motu proprio poſitam in reſcripto.*

22 *An priuilegium cõceſſum motu proprio abſque petitione recipientis, valeat ex parte priuilegiarij, ſi veritas taceatur, aut falſitas exprimatur in reſcripto.*

23 *Quid operetur clauſula, Motu proprio, in reſcriptis poſita.*

SOlutio præſentis difficultatis ex ſequenti regula, ſeu propoſitione deſumi poteſt, quam tradit Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 27. & eádem approbat de legibus lib. 6. cap. 21. ad finem, Sanchez in ſum. libro 4 cap. 47. num. 13. Emanuel Sà verbo diſpenſatio nu. 10. ex parte, Reginaldus lib. 13. nu. 197 Rebellus ſecunda parte, lib. 3. q. 5. nume. 23. & 25. contra Salas diſp. 20. ſect. 15. nu. 118. & alios.

Sed antequam ad huius regulæ explicationem accedamus.

1 Præmittendum eſt primò, aliud eſſe reſcriptum gratiæ, aliud reſcriptum iuſtitiæ. Reſcriptum gratiæ dicitur illud, quod ad obtinenda beneficia, diſpenſationes, & alias gratias impetratur. Reſcriptũ verò iuſtitiæ dicitur illud, quod obtinetur ad lites forenſes; vt ſi alicui cura demandetur ad cauſam in foro externo definiendam. Ita Salas diſp. 20. ſect. 15. nu. 110. Menochius de arbitrarijs lib. 2. cent. 3. caſu 201. num. 1 Sanchez lib. 8 diſp. 21. num. 1. Suarez lib. 8. de legibus, cap. 2. num. 9.

2 Præmittendum eſt ſecũdò, hãc eſſe differentiam inter reſcriptum gratiæ, & iuſtitiæ (omiſsis cæteris differentijs, quas fortè percenſet Rebuffus in praxi beneficiorum, titulo Differentię inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ in principio) quòd reſcriptum gratiæ obtentũ per ſubreptionem, ſeu per ſupreſsionem veri, irritum eſt ipſo iure, iuxta dicenda in propoſitione, conſequẽter actus virtute illius facti, ſunt inualidi, cap. finali de filijs Presbyt. in ſexto. Quem textum DD. communiter extendũt ad reſcripta gratiæ. Reſcriptum verò iuſtitiæ obtẽtum per ſubreptionem, validum eſt, per ſe loquendo, donec pars, contra quam obtentum eſt, indicet ſubreptitium eſſe, & curet elidi, cap. Si autem, & cap. Plerique de reſcriptis.

Ex quo infertur, proceſſus virtute huiuſmodi reſcripti factos, validos eſſe, niſi pars contra reſcriptũ ſubreptitium excipiat; vt benè Sãchez loc. cit. num. 3. Menochius loco cit. num. 6. Rebuffus, Abbas, & alij apud Sanchez loc. cit. & apud DD. ab Abbate relatos. Rationes autem huius differentiæ videri poſſunt apud Sanchez num. 3. Cum quó etiam num. 6. Suarez, & alij, quos ſupra retuli de legibus.

Obſeruandum eſt, fieri poſſe, vt idem reſcriptum ſimul ſit gratiæ, & iuſtitiæ. Si principaliter ſit reſcriptum gratiæ, explicandum erit vt

re-

reſcriptum gratiæ; acceſſoriū enim ſequitur naturam principalis, de regulis iuris in ſexto. Si principaliter ſit reſcriptum iuſtitiæ, explicandū erit vt reſcriptum iuſtitiæ. Vnde reſcriptum, quo alicui committitur cauſa in contentione beneficij decidenda, appellatur reſcriptum iuſtitiæ; quāuis contineat literas pertinentes ad beneficij priuationē. His præmiſsis, duo explicanda ſunt in hoc puncto primo vtrum taciturnitate veri, vel expreſsione falſi, irrita ſic gratia, vel diſpenſatio. Secūdo vtrum irrita ſit in totum, vel ſolum in partem, & in aliqua ſolū parte contingat ſubreptio id eſt taceatur verum, vel exprimatur falſum.

PRIMA PROPOSITIO.

3 QVoties aliquid tacetur, vel falsò narratur, quo cognito Superior non diſpenſaſſet, inualida eſt diſpenſatio. Ratio eſt quia diſpenſatio non eſt valida, niſi quatenus Superior intendit diſpenſare; Superior autem in hoc caſu non intendit diſpenſare, vel ſaltem cenſetur ſolùm diſpenſare ſub conditione, ſi res ita eſt. Secus dicendum eſt, quando aliquid tacetur, vel falsò narratur, quo cognito Superior difficilius tantùm diſpenſaſſet; nam adeſt ſufficiens intentio diſpenſandi, cum Superior re ipſa diſpenſet, & ſimpliciter velit diſpēſare. ita DD. ſtatim citādi.

Hæc tamen regula non eſt ſimpliciter, & abſolutè vera in omnibus caſibus; ſed intelligenda eſt cum hac limitatione, vt videlicet nō taceatur aliquid habens connexionē cum materia diſpenſationis; non enim ſemper eſt inualida diſpenſatio, quoties aliquid tacetur, quo cognito diſpenſans non diſpenſaſſet; ſed eſt inualida quoties aliquid tacetur, vel fingitur, quod habet prudentem connexionem cum materia diſpenſationis, quo cognito diſpenſans non diſpenſaſſet, aut non eodem modo diſpenſaſſet, ſed cum quibuſdam moderationibus, vt ſi taceatur aliquid pertinens ad finem diſpenſationis, vel faciens ad hoc, vt diſpenſatio conuenienter, & melius concedatur. Ratio, cur diſpenſatio ſit inualida iuxta propoſitam regulam, eſt, tum quia Superior nō cenſetur velle diſpenſare, niſi ſub tali conditione, ſi res ita ſit, & nihil falſi addatur, vel nihil occultetur. Tum quia hic valet illa regula, In generali conceſsione non veniunt, quę non eſſet quis veroſimiliter conceſſurus, ſi in ſpecię proponerentur, Regula in generali de regulis iuris in ſexto. Et hoc verū eſt, ſiue taciturnitas veri, vel expreſsio falſi contigerit ex malitia petentis diſpenſationem, ſiue abſque ipſius malitia, & culpa; vt ait Sanchez lib. 8. de Matrimonio diſp. 21. à nu. 56. & in ſum. lib. 4. cap. 47. nume. 15. Rebellus 2. par. lib. 3. q. 5. num. 24. Salas diſp. 20. ſect. 15. num. 115. & 117. & alij; nam malitia, vel ſimplicitas petentis non ſupplet defectum intentionis, à qua vires ſumit gratia.

Quādo verò aliquid tacetur, vel fingitur, quod non habet prudentē connexionem cum diſpenſatione; ſed potius eſt res, vel circunſtantia impertinens ad cauſam, diſpenſatio valida eſt. Ratio eſt quia, quamuis diſpenſans ita ſit habitualiter diſpoſitus, vt re cognita non conceſiſſet diſpenſationem; nihilominus re

ipſa

Digitized by Google

ipſa diſpenſat, & vult diſpenſare; nec habitualis diſpoſitio facit actum conditionalem; ſicut efficit in primo caſu, quando tacetur, vel fingitur aliquid, quod habet prudentem connexionem cum materia diſpenſationis; cum enim in ſecũdo caſu ſubſiſtat cauſa finalis diſpenſationis, diſpenſans habet voluntatem diſpenſandi ob talem cauſam; & hęc voluntas non tollitur per illam habitualem voluntatem nõ diſpenſandi, cognita circũſtantia impertinente ad cauſam diſpenſationis; vt patet à ſimili de extortis per dolum, & mendacia, ſubſiſtente cauſa finali diſpoſitionis. Ita S.-las nu. 118. & 120. Sanchez, Suarez, & alij locis citatis.

4 Hinc ſequitur primò, validam eſſe diſpenſationem voti obtentam ab eo, qui ſe finxit virum doctum, vel ſtudioſum, &c. nam huiuſmodi fictio nihil refert ad cauſam diſpenſationis.

5 Secundò, validam eſſe diſpenſationem obtentam ab aliquo, tacito nomine perſonæ, ne cognoſcatur a diſpenſatore, qui ſi illam cognouiſſet, non conceſsiſſet diſpenſationem propter odium, vel ob aliam ſimilem cauſam, non enim tacetur aliquid habens connexionem cum materia diſpenſationis. Idem dicẽdum eſt, ſi taceatur qualitas perſonæ impertinens ad cauſam diſpenſationis, vt ſi taceatur, quòd perſona ſit vitioſa, vel ex tali origine &c. aut ſi obtinens diſpenſationem voti taceat, ſe illud ſæpius repetijſſe: vt docet Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. de voto, cap. 27. num. 12. & Sanchez in ſum. lib. 4. cap. 45. num. 25. & 27. & cap. 47. nume. 32. nam votum repetitum non inducit nouam obligationem, ſed veterem confirmat, vt inquit Azorius prima parte lib. 11. cap. 14. quæſito primo, Sanchez loco citato, & alij; quos retuli de voto.

6 Tertiò, validam eſſe diſpenſationem, quando erratur in nomine perſonæ; vt quando nomen Titij exprimitur nomine Caij. Ratio eſt tum quia error circa nomẽ perſonæ non mutat intentionẽ diſpenſantis; ergo non vitiat diſpoſitionem, aut diſpenſationem; modò cõſtet de perſona, cui conceditur. Tum quia error circa nomen perſonæ nõ pertinet ad cauſam diſpenſationis; ita Sanchez lib. 8. diſput. 21. num. 37. 38. & 39. & lib. 7. diſpu. 18. num. 27. Gutierez de matrimonio, cap. 89. num. 8. Salas diſp. 20. ſec. 20. num. 123. Maior, Caietanns, Ledeſma. & alij apud præcitatos Doctores. Secus dicendum putat Sanchez nume. 39. quando erratur in Diœceſi: vt ſi Titius, cum quo diſpenſatur, dicatur eſſe Diœceſis Bergomenſis, cũ tamen ſit Papienſis. Ratio eſt quia neuter Epiſcopus poteſt cum eo diſpenſare, non enim poteſt Papienſis, cum mandatum diſpenſandi dirigi videatur ad Epiſcopum Bergomenſem, & Papienſis non acceperit mandatum diſpẽſandi. Neque poteſt Bergomenſis, quia Summus Pontifex intendit mãdatum diſpenſandi committere Superiori impetrantis; Epiſcopus autem Bergomenſis non eſt eius Superior. Et hanc ſententiam veriorem putat Sanchez loco citato.

Ego vero probabilius arbitror, Ordinarium petentis diſpenſationem poſſe cum eo diſpenſare. Ratio eſt tum quia Ordinarius poteſt diſpenſare, quando erratur in nomine

ne ipſius Ordinarij. Tum quia Sūmus Pontifex intendit Ordinario impetrantis dare facultatem diſpēſandi, ergo Ordinarius poterit diſpenſare. Tum quia conſtat de corpore; ergo nihil obſtat nominis error; per accidens enim eſt, Epiſcopum Papienſem appellari Bergomēſem, vel è contra. Ita Salas de legibus diſp.20.ſect.16.num.123.

7 Quartò, inualidam eſſe diſpenſationem, quoties impedimentum certum narratur ſub dubio; vt ſi quis petat diſpenſationē voti, quod certò nouit emiſſum fuiſſe; ſed in precibus votum dubium exprimatur. Ratio eſt tum quia tacet aliquid habens connexionem cū materia diſpēſationis; nec omninò exprimit ſubſtantiam voti; cum votū dubium non ſit verè votum; vt patet ex dictis de voto. Tum quia Papa diſpenſat in voto dubio; non in certo, Ita Sanchez loco citato nu.40. & in ſumma lib.4. cap.47.nume.34. & alij.

8 Quintò, inualidam eſſe diſpenſationem, quoties narratur vna tātum cauſa, & ea eſt falſa. Ratio eſt tum quia tacetur aliquid, quod prudentem habet connexionem cum materia diſpenſationis. Tum quia quamuis Superior, qui diſpenſationem concedit facultatem diſpēſandi habeat, & validè diſpenſare poſſit ſine cauſa, iuxta ſupradicta; tamen hic, & nunc non diſpenſat, niſi ex cauſa ſibi narrata; & cenſetur nolle diſpenſare, niſi res ita ſit. Et hoc valet, etiamſi ſupplicans nō fuerit conſcius falſitatis; vt patet, tū ex cap. Super literis, de reſcriptis. verſ. ſi vero, & argumento tex. cap. Cōſtitutus de reſcriptis. Tum quia ad valorem diſpenſationis, & gratię non attenditur culpa, vel ſimplicitas impetrantis; ſed intentio concedentis; à qua diſpenſatio pendet, vt bene docet Sanchez lib.8. diſpu. 21.num.41.& 56.& in ſumma lib.4. cap.47.num.17. Panormitanus, Decius, Felinus, & alij in cap. Super literis citato.

Ex quo ſequitur, ſi quis petat diſpenſationem contrahendi cum cōſanguinea, narrans pro cauſa diſpēſationis obtinendæ copulam, inualidam eſſe diſpenſationem, ſi re ipſa copula non interceſsit; nā licet Pōtifex poſsit ſine cauſa diſpenſare; tamen non vult diſpenſare, aut Ordinario dare facultatem diſpēſandi, niſi preces veritate nitātur; quoties autem vna tantummodo cauſa exprimitur, & ea eſt falſa, preces veritate non nituntur, conſequenter diſpēſatio non eſt valida, etiāſi nō deſit aliqua iuſta cauſa petendæ diſpenſationis.

Si vero plures cauſæ copulatiuè narrentur, & earum aliquæ ſint falſæ, videndum eſt propter quam cauſam, tanquam ob cauſam finalem, diſpenſatio concedatur. Si conceditur ob cauſam veram, valida eſt diſpenſatio, quamuis aliæ cauſæ ſint falſæ, Argumento ex §. Si plures, Inſti. de excuſationibus tutorū; non enim deficit intentio concedētis. Ita Sanchez loco citato, de Matrimonio, Suarez, & quamplures alij quos in ſimili referam de voto celebrato per dolum verſantem circa cauſam finalem.

Si vero cōceditur ob falſam, inualida eſt diſpenſatio. Sit exemplū. Si Titius petat diſpenſationem cōtrahendi cum conſanguinea, narrādo pro cauſa diſpenſationis copulā habitam, & periculum ſcandali, & infa-

infamiæ inde ſuboriturę, dicitur pe tere diſpenſationem ob plures cauſas copulatiuè, Et hæc diſpenſatio non eſt valida, ſi re vera non ſubſiſtit periculum; Pontifex enim concedit diſpẽſationem ex cauſa illius periculi. Si verò dictum periculum ſubſit; ſed verè copula habita non fuerit, valida eſt diſpenſatio: quia Pontifex concedit diſpenſationem ob prædictum periculum, non ob copulam, quæ in hoc caſu non dicitur habere connexionem cum materia diſpenſationis; quia Summus Pontifex difficilius diſpenſare ſolet, dum copula interceſsit. Item, quando diſpenſatio conceditur ob duplicem cauſam, cuius neutra eſt ſufficiens ad concedendam diſpen ſationem ſaltem eodem modo; ſed ſolum vtraque ſimul eſt ſufficiens, diſpenſatio eſt inualida, ſi vna earum ſit falſa; nam in tali caſu diſpenſatio conceditur ob vtramque tanquam ob cauſam finalem; cum altera non ſufficiat ad concedendam diſpenſationem ſaltem eodẽ modo.

Dixi, ſi plures cauſæ copulatiuè narrentur; quia quando plures cauſæ diſiunctiuè narrantur, ſufficit ali quam earum eſſe veram; adeſt enim actualis diſpenſatio, & intentio diſpenſandi ex quauis cauſa diſiuncti uè narrata. Ita Suarez tom. 2. de re lig. lib. 6. cap. 27. nume. 10. Sanchez in ſumma, lib. 4. cap. 47. nume. 20. & alibi.

9 Cauſæ copulatiuæ ſolent exprimi per particulam, E T, vt ſi in ſupplicatione dicatur, propter pericu lum infamiæ, & anguſtiam loci. Diſiunctiuæ verò ſolent exprimi per particulam, Vel, vt patet ex ſupra dictis de interpretatione legis humanæ. Quanquam etiam diſiunctiuè ſolent aliquando exprimi per particulam, E T. Quamobrem Sãchez loco citato, & Maſchardus de probationibus, concl. 325. num. 3. multis DD. relatis ex cap. Cũ iam dudum, de præbendis, docent, propoſitionem copulatiuam reſolui in diſiunctiuam, quoties plura copulatiuè narrantur, quæ de iure non ſunt neceſſaria.

10 Sextò, inualidã eſſe diſpẽſatio nẽ voti nõ nubẽdi facti in fauorem alterius, ſi in ſupplicatione nõ fuit expreſſum, hoc votum factum fuiſſe in fauorem alterius, cum enim al teri ſit acquiſitum ius per acceptationem huiuſmodi voti; non præſumitur Pontifex voluiſſe alteri præiudicium afferre, conſequenter tacetur aliquid, quod prudentem habet connexionem cum materia diſpenſationis, quo cognito Superior non diſpenſaſſet, aut non eodem modo. Ita Suarez tomo 2. de relig. lib. 2. cap. 41. de iuramento, num. 26. & Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 47. nu. 37. & lib. 8. de Matrimonio, diſp. 21. num. 50.

11 Septimò, inualidam eſſe abſolutionem hæretici quoad cẽſurã; quã hæreticus obtinuit à legitimo Superiore fingens ſe conuerſum eſſe. Ratio eſt quia huiuſmodi abſolutio obtenta eſt ex cauſa falſa, ideſt ex ficta conuerſione, qua cognita Superior non cõceſsiſſet abſolutionem: abſolutio autem inualida eſt quoties obtinetur ex falſa cauſa, qua cognita ſuperior abſolutionem denegaſſet, deficit enim intentio abſoluendi ob errorem, qui inuolũtariũ cauſat. Secus dicẽdũ eſt quoties tacetur aliquid, quo cognito ſu perior adhuc abſoluiſſet, nã deceptio

ptio contingit circa cauſam impulſiuam. Ita Suarez de Cenſuris to. 5. diſp. 7. ſectio. 7. num. 12. Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 12. nume. 8. Sayrus de Cenſuris lib. 2. cap. 21. nu. 26. & 27. Henriquez lib. 13. cap. 30. num. 3. & 4. Contra Emanuelem Sà Ver. Hæreſis. num. 2.

Addo cum Sanchez loco citato num. 9. & Auila de Cenſuris parte 2. cap. 6. diſputat. 2. dub. 3. ad finem, vbi teſtatur idem ſentire viros doctos Societatis IESV, contra quẽdam virum doctum, cuius nomen reticet, inualidam eſſe abſolutionem, quam quis ab Inquiſitoribus obtinuit in foro externo expreſsis omnibus hæreſibus, ſed tacitis dedita opera aliquibus actibus, circa aliquam illarum hæreſum factis, modò actus ſint alicuius momenti. Ratio eſt quia Inquiſitores ſententiam abſolutionis proferũt ſub cõditione, modò nil aliud contra fidem Catholicam actum ſit; abſolutio autem non eſt valida non ſubſiſtente conditione, ſub qua fuit cõceſſa.

Obijcies in obtinẽda abſolutione excommunicationis contractæ participando exempli gratia cum excommunicato vitãdo, aut in obtinenda diſpenſatione Irregularitatis contractæ, celebrando in excõmunicatione, non eſt neceſſe exprimere repetitionem, ideſt numerũ actuum per quos excommunicatio, vel Irregularitas contracta eſt, vt cum communi DD. ſententia inferius tradam, & tradidi de Cẽſuris, ſed ſatis eſt cauſam in communi exprimere; ergo neque neceſſariò exprimendi ſunt actus exerciti circa hæreſes, quas iam aperuit.

Reſpondeo negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt quia abſolutio in foro externo conceditur ab Inquiſitoribus ſub conditione modò aliud non ſit actum contra fidem catholicam. Concedo tamen validam eſſe abſolutionem collatam ob actus expreſſos, vt patet ex dictis de Cẽſuris, nam poteſt Cenſura ob vnam cauſam contracta auferri remanentibus alijs, ob alias cauſas contractis, ſed nego validam eſſe quoad alios actus nõ expreſſos, vt probatum eſt.

12 Octauò, validã eſſe diſpoſitionem, quoties aliquid falſi narratur, quo expreſſo facilius obtineretur diſpoſitio; vt ſi impetrans beneficium dicat illud eſſe Curatum, vel habere adnexam dignitatem; cum re ipſa ſit beneficium ſimplex. Ita Sanchez loc. cit. nu. 35.

Hoc tamẽ intelligendum eſt, modò qualitas, in qua erratur, non apponatur taxatiuè, ſeu cauſa taxationis; ſed demonſtratiuè, ſeu cauſa demonſtrationis. Tunc apponitur cauſa demonſtrationis, quãdo diſpoſitio, ſeu diſpenſatio duplici oratione concipitur: vt ſi dicatur, Diſpenſo tecum in tali beneficio, quod fuit erectum in tali Eccleſia pro tali dignitate; Vel ſi dicatur, confero tibi tale beneficium, quod eſt dignitas in tali Eccleſia. Tunc verò qualitas apponitur cauſa taxationis, per ſe loquendo, quando eſt vnica oratio; vt inquiunt aliqui Doct. quos retuli de Contractibus, quæſt. vlt. pun. vlt. nume. 15. Et hoc optimè conuenit diſpoſitionibus legatorum, & contractuum.

Non tamen eſt vniuerſaliter verum, in omnibus diſpoſitionibus: cũ qualitas aliqua poſsit aliquãdo demonſtratiuè apponi, quamuis ſub

vna

Digitized by Google

vna verborum conceptione exprimatur. Vnde Beroius, cap. Super literas in 2.lectura, num.52. quem approbat Sanchez, num.36. hanc tradit regulam. Quando aliquid adijcitur in eadem oratione, non apponitur taxatiuè, ſi tanquã qualitas rei adijciatur. Quando verò præceſsit generalis, & indefinita diſpoſitio de danda, vel facienda re aliqua, & adijcitur locus,ſeu materia, ſup qua fieri debet executio, qualitas videtur apponi taxatiuè.

Verum ego in hac re non puto certam regulam vniuerſaliter verã aſsignari poſſe; ſed mentem diſponentis colligendam eſſe ex circunſtantijs. Quanquam regula à nobis tradita, per ſe loquendo, eſt vera, præſertim in legatis,& cõtractibus.

13 Ex quo ſequitur, legatum ſoluendum eſſe, ſi hoc modo cõcipiatur, lego Eccleſiæ decem modios tritici, quos volo ſolui ex redditib⁹ talis fundi; nã hoc legatum ſub diuerſis verborũ conceptionibus videtur expreſſum; cõſequenter qualitas videtur appoſita demonſtratiuè. Si verò dicatur, lego decem, quæ mihi Titius debet,vel quæ ſunt in arca, legatum corruit, ſi Titius non debeat,vel decem in arca non exiſtãt; nam qualitas poſita eſt ſub eadem oratione, vt patet ritè percipienti vim harum propoſitionũ conſequenter videtur appoſita taxatiuè. Ita Gomez, Vaſquez, Zechius, & alij, quos retuli de cõtractibus loco cit. Idem tenet Beroius, Bartolus, & alij apud Sanchez loco cit.num.36.

Obijcies contra 12. illationem. Mandatum de conferenda alicui præbenda certi valoris,non extenditur ad prębendam minoris valoris, vt patet ex cap. Cui de non Sacerdotali; de præben. in 6. & cap. Suſceptũ de reſcriptis in 6. dicitur quando datum eſt mandatum ad cõferendum beneficiũ vacans per reſignationem,non poſſe illud conferri,ſi vacet per mortem;ergo falſum videtur, validam eſſe diſpoſitionem,quoties aliquid falſi narratur,quo expreſſo facilius obtineretur diſpenſatio,vel diſpoſitio.

Reſpondetur,negandam eſſe cõſequentiam. Ratio diſparitatis eſt quia qualitas in prædictis textibus non apponitur demonſtratiuè, ſed taxatiuè; cũ enim in prædictis textibus ſermo ſit de mandato, quod ſtrictam habet interpretationem, & ſtrictiſsimè ſeruãdũ eſt cẽſeo qualitatem in præcit. textibus appoſitã fuiſſe taxatiuè,nõ demõſtratiuè.

SECVNDA PROPOSITIO.

14 SI ſubreptio tacẽdo verum, vel exprimendo falſum contingat in vna reſcripti parte,vitiat, & irritum reddit reſcriptum,quo ad eam partem, in qua eſt ſubreptio; Non verò quo ad reliquas. Quod vitiet, & irritet quo ad eam partẽ, in qua contingit ſubreptio, patet ex rationibus in prima propoſitione allatis; Nam quæ Ratio eſt totius ad totum,eadem eſt partis ad partem. Quod verò non reddat inualidum, quo ad reliquas partes. Ratio eſt tum quia vtile per inutile non vitiatur Regula vtile de regulis iuris in 6. Tum quia reſcriptum pendet à voluntate concedentis, ſed concedens voluit concedere, & cõceſſit reſcriptum,& indicauit nolle reliquas reſcripti partes valere, quarum ſubreptio fuit cauſa finalis; et-

Digitized by Google

go reſcriptum validum eſt, quo ad eas partes, in quibus non contingit ſubreptio. Tum quia ſic decernitur, cap. Super Literis de reſcriptis.

15 Hoc tamen limitandum eſt primo modo partes, in quibus non cõtingit ſubreptio ſeparabiles ſint quo ad valorem, à parte, in qua fuit ſubreptio. Nam ſi ſeparabiles nõ ſint; ſed tanquam acceſſoriæ reſcriptum corruit quo ad omnes partes; Nam acceſſorium corruit deſtructo principali. ita Panorm. cap. 16. num. 4. de reſcriptis Felin. ibid. nu. 2. & alij apud Sãchez, lib. 8. d. 11. n. 61. & 63.

16 Hinc ſequitur primo, eum, qui in eodem reſcripto diſpenſationẽ in voto caſtitatis, & peregrinationis ad limina Apoſtolorũ obtinuit narrata falſa cauſa in vno voto, poſſe vti diſpenſatione, quo ad aliud votũ, in quo nõ cõtingit ſubreptio.

17 Secũdo validum eſſe reſcriptũ, quo ad partem, in qua non contingit ſubreptio; etiamſi curialis, vel ſolicitator ſcienter ſubreptionem in ea parte cõmiſerit, inſcio eo, in cuius fauorẽ reſcriptum obtinetur, qui verum curialẽ propoſuerat. Rõ eſt tum quia ſubreptio cõtingit ſolum in vna reſcripti parte ſeparabili ab alia, vt ſuppono. Tum quia impetrans non dicitur obtinere reſcriptum per dolum, vel malitiam. Tum quia cap. Super lite ris cit. decernitur, dum ſubreptio contingit inualidum eſſe reſcriptũ in pœnam peruerſitatis ipſius impetrantis; hic autem non adeſt culpa, ſeu peruerſitas in impetrante, ſed in ſolicitatore; Solicitator tñ, ſeu procurator graues pœnas meretur ſubreptionẽ cõmittendo, ſeu narrationẽ, quo ad ſubſtantiam inuertendo, vt facilius diſpenſationẽ obtinere poſsit. Imò Henriquez, lib. 12. c. 3. num. 7. putat affici ex commune Rodriquez in Summa 1. p. cap. 238. nu. 9. concl 9. ad fin. Sanchez loc. cit. num. 38. & alijs, negant procuratores, aut reſcriptores mutantes aliquod ſubſtantiale, affici ex commune; ſed pęna falſariorum, vt patet ex motu Pij V. qui habetur in conſtitutione Pontificum fol. 74.

18 Tertiò, eum, qui in petẽdo reſcripto ad beneficium, ſiue curatũ, ſiue non curatũ bona fide tacuit legitimã ætatem ad Curatum, poſſe virtute illius reſcripti beneficiũ ſimplex obtinere, ſi ætatẽ legitimã ad beneficiũ ſimplex habeat cap. Si eo tpe de reſcriptis in 6. ita Panor. cap. Super literis, num. 5. Gutierez, lib. 2. canonicarũ quęſt. cap. 15. nu. 45, & alij apud Sanchez, num. 61.

19 Quartò, quando tacetur veritas, aut falſitas exprimitur, qua non tacita, aut non expreſſa, literæ adhuc fuiſſent conceſſæ ad procedendum in forma communi, non verò quo ad ſpecialem procedendi modum, literas cenſeri validas quo ad procedendum in forma communi, non vero quo ad ſpecialem procedendi modum cap. Super literis cit. ita Sanchez, nume. 61. & alij communiter.

20 Secundò limitãdum eſt, modò ſubreptio ex vna reſcripti parte nõ contigerit per dolũ, Nam quoties per dolũ, vel malitiã impetrãtis, ſeu per ignorãtiã cũ ingenti temeritate, quæ cõparatur malitiæ, cõtingit ſubreptio, licèt reſcriptũ, quo ad eã partẽ, in qua non fuit ſubreptio nõ ſit irritũ ipſo iure in foro conſcientię; irritandũ tñ eſt, ſeu declarandũ irritũ in totum per iudicis ſñiam. Quod irritandũ ſit expreſsè patet

ex

ex ca. Sup literis cit. in quo licet ſermo ſit de ſolis iuſtitiæ literis; tñ ex cōi DD. ſnía teſte Sanchez. nu. 54. & ex cōſuetudine extenditur ad alia quælibet gratiarũ reſcripta. Rõ eſt tum quia ſubreptio magis vitiat reſcriptũ gratiæ, quã iuſtitiæ. Tũ quia tam obtinens reſcripta gratiæ, quã iuſtitię per ſubreptionẽ delinquit; ergo puniri põt pœna irritationis.

Quod verò nõ ſit irritũ ipſo iure, quo ad eã reſcripti partem, in qua contingit deceptio. Rõ eſt tũ quia nullo iure colligitur irritũ eſſe ipſo iure. Tũ quia reſcriptũ iuſtitiæ, de quo ſermo eſt in cap. Sup literis non eſt ipſo iure irritũ: ergo neq; eſt ipſo iure irritũ reſcriptũ, de quo in dicto cap. Super literis nõ eſt ſermo; Niſi per cõem DD. extenſionẽ teſte Sanchez, n. 54. Tũ quia deciſio cap. Sup literis eſt pœnalis; dicitur. n. Nullũ ex literis cõmodum conſequendũ in doli pœnã; Pœna aũt non incurritur ipſo iure, ſed poſt doli exiſtẽtiam; niſi aliter in iure ſtatutũ reperiatur ita Gloſſa cap. Super literis. ita Beroius ibid. in j. lectura, n. 75. & ſeqq. Sãchez, nu. 76. & 78. & alij, qui addunt in dubio in hac re, nõ præſumi dolũ, ſed potius ignorantiã, niſi aliter ex coniecturis appareat, & apponenti dolum incumbere onus probandi; ignorantiã aũt probari iuramẽto impetrãtis, niſi aliter ex circunſtãtijs pſumatur, vt alibi docui.

Obijcies cap. Super literis de reſcriptis habetur. Nullũ ex illis literis cõmodum cõſequendũ; Particula aũt nullũ, ob negationẽ vniuerſalẽ importat, ipſo iure, vt ait Gloſſa, cap. Innotuit v. Nullũ, de electione, & alij apud Sanchez loc. cit. nu. 75. & apud Tiraqu. L. Si vnquam v. Reuertatur num. 243. verſ. 76. fallit pręterea cap. Sedes de reſcrip. in fi. & L. Etſi legibus, C. ſi cõtra ius dicitur, eũ qui p mẽdaciũ reſcriptũ impetrat, debere impetratis penitùs carere, ſed particula, penitùs denotat ipſo iure, vt ex c. fin. de pęnis docet Sãchez lo. cit. Tiraq. lo. cit. verſ. 26. & alij apud Deciũ cap. Cæterũ, nu. 25. de reſcriptis; ergo reſcriptũ per mendacia, vel taciturnitatẽ veri obtentum eſt ipſo iure nullum.

Rñdeo primò eſſe ipſo iure nullũ in ea parte, in qua contingit ſubreptio, & quo ad illam verificari, dictionem, pènitus.

Rñdeo ſecũdo illas dictiones, pènitus, & nullus, importare ipſo iure; niſi aliter poſtulet ſubiecta materia, vel niſi aliter ex ſufficienti ratione colligatur.

21 Quæres vtrum priuilegiũ, aut diſpenſatio valida ſit, qñ tacetur veritas, vel falſitas exprimitur; ſed gratia, ſeu diſpenſatio conceditur cum clauſula motu proprio, quod eſt quærere, vtrum vitium ſubreptionis, & inualiditatis ſuppleatur per clauſulam motu proprio poſitam in reſcripto.

Triplicem in hac re DD. ſententiam inuenio.

Prima eſt multorum DD quos citat & ſequitur Sanchez loco ſtatim citando, arbitrantium priuilegium eſſe ſubreptitium, & inualidum, qñ exprimitur falſa cauſa, qua non expreſſa priuilegium non concederetur. Ratio eſt quia clauſula, motu proprio, nõ firmat gratiam contra concedentis intentionem Quando verò tacetur veritas etiam alias neceſſariò exprimenda vitium ſubreptionis ſuppletur, & diſpenſatio, ſeu gratia valida eſt appoſita clauſula motu proprio. Ratio eſt tum quia

Principi, cum nõ moueatur ex veritate ſibi expreſſa, ſed ex mera ſua liberalitate, non præſumitur velle gratiam valere, tacita veritate. Tũ quia ſic habetur, cap. Si motu proprio de præbendis in 6. & Clementina ſi Romanus de præbendis, vbi decernitur validam eſſe beneficij prouiſionem proprio motu alicui factam à Summo Pontifice non facta prioris beneficij mentione. Ita Menochius de Arbitrarijs, libro 2. centur. 3 caſu 201. num. 80. & ſeqq. Syluest. ver. Reſcriptum quæſito 6. Rebuffus, Tabien. & alij apud Sanchez, li. 8. diſp. 21. n. 47. qui huic doctrinæ triplicẽ addunt limitationẽ.

Prima eſt, vt ſubreptio non contingat in re ipſa, aut in qualitate intrinſeca beneficio; gratia. n. pendet à concedentis voluntate; non apparet autem de voluntate concedẽtis, dũ ſubreptio, ſeu taciturnitas veritatis cõtingit in re ipſa, vel ẽt in qualitate ĩtrinſeca beneficio.

Secunda eſt, vt non taceatur inhabilitas perſonæ, vt ſi irregularis, aut non habens legitimam ætatem obtineat beneficium tacita irregularitate, vel defectu ætatis; Nam clauſula, motu proprio nõ ſupplet inhabilitatem perſonæ, vt cum Rebuffo, Felino, & alijs tradit Sanchez loc. cit. num. 49. nec facit gratiam vltra verborum proprietatem extendi, vt cum Alexãdro de Necio, & alijs docet Salas de legibus, d. 20. ſect. 10. num. 89. in princ.

Tertia eſt, vt taciturnitas veritatis non reſpiciat ius tertij; Nam Sũm. Pontif. non præſumitur velle iuri alteri quæſito derogare, niſi exprimatur.

Ex quo ſequitur, motum propriũ nõ præiudicare vnioni factę p Ordinariũ, etſi nõdum effectũ ſortita ſit. Præterea non reuocari ſtatuta. Immò ſi de ſtatutis fiat mentio non tolli ſtatuta particularia. Rurſus impetrantem per clauſulam, motu proprio, non præferri primo; niſi ipſius fiat mentio.

Secunda ſententia, eſt Decij, cap. 20. de reſcriptis, num. 5. exiſtimãtis ſubreptionem non tolli per clauſulam motu proprio. Ratio eſt quia in reſcriptis ſemper ſubintelligitur clauſula ſi preces veritate nitãtur; ſi aũt veritas taceatur, qua expreſſa ſuperior reſcriptum nõ conceſsiſſet, preces non videntur niti veritate.

Tertia ſententia, quæ mihi probabilior videtur eſt Suarez de legib. lib. 8. cap. 12. nu. 14. & ſeqq. Panor. & aliorũ apud eandẽ Suarez reſpondẽtium cum hac diſtinctione, vel priuilegium motu proprio conceditur ſine vlla informatione, vel petitione ex parte petẽtis, vel conceditur præuia petitione, & informatione petentis, ſeu ad inſtantiã, & preces petẽtis. Si priuilegiũ conceditur ex prę uia petitione, vel informatione petentis exiſtimo priuilegiũ eſſe inualidũ tacita, ſeu diminuta veritate, aut expreſſa falſitate, qua cognita priuilegiũ conceſſum non fuiſſet. Rõ eſt tũ quia interuenit deceptio actiua; quoties autẽ interuenit deceptio in cauſa ſaltẽ principali, ſeu motiua, qua cognita priuilegiũ à Principe non cõcederetur priuilegiũ eſt nullũ; deeſt. n. intentio, & voluntas in concedẽte, & motus proprius nõ ſupplet defectum intentionis, nec firmatur gratia cõtra intentionẽ concedentis. Tũ quia in hoc caſu verũ eſt, qđ cõiter aſſerunt DD. cap. 2. de reſcriptis, vbi dicitur in reſcriptis, vel

poni,

poni, vel ſubintelligi clauſula, ſi preces veritate nitantur. Tũ quia imperatio beneficij nõ explicata eius qualitate, non valet etiamſi motu proprio fiat (vt docet Panormit.) cap. Ad aures de reſcriptis, num. 5. Menochius loco cit. Suarez loc. cit. num. 16. & alij apud Sãchez, nu. 51. Si verò Priuilegium ex mera concedentis liberalitate abſque præuia petitione, vel informatione concedatur validum eſt. Ratio eſt tũ quia Princeps concedit ex mera liberalitate, non ex cauſa ſibi falsò narrata, vel ex veritate tacita, cum priuilegiarius nõ loquatur, nec vllo modo cooperetur, niſi acceptãdo gratiam. Tum quia ſic decernitur, cap. Si motu proprio de præbendis in 6. Iuxta hanc diſtinctionem conciliari, & in noſtram ſententiam trahi poſſunt fundamenta, illationes, & auctoritates aliarum ſententiarum.

22 Sed modo dubium eſt, vtrũ priuilegium conceſſum motu proprio abſque petitione recipientis, ſeu abſque informatione ex parte priuilegiarij validum ſit, ſi veritas taceatur, aut falſitas exprimatur in reſcripto, aut in ipſamet narratione, quę ex parte Principis fieri ſolet.

Reſpondeo validum eſſe, ſi veritas ſola taceatur; Nam taciturnitas veritatis, nõ indicat Principem noluiſſe concedere, nec defectum voluntatis ipſius oſtendit, cap. Ad aures de reſcriptis, & cap. Dilectus de præbendis. Ita ſentire videntur omnes auctores. Hoc tamen intelligendum eſt cũ limitationibus poſitis à Sanchez, quas approbo, eaſque innuit Suarez loco cit. num. 14. & Gigas de penſionibus, quæſt. 9. num. 4. & 5. & quæſt. 29. num. 4. & 5. Si verò in reſcripto, ſeu narratione, quæ ex parte Principis fieri ſolet, non ſolum taceatur veritas; verum etiam exprimatur falſitas. Cõfeo priuilegium eſſe nullum etiamſi apponatur clauſula motu proprio; modò falſitas talis ſit, vt induxerit Principem ad condendum. Ratio eſt quia licet priuilegium in tali euentu non dicatur ſubreptitium, nõ tamen eſt validum defectu conſenſus & intentionis, proueniente ex proprio errore, nec motus proprius firmat gratiam contra intẽtionem concedentis. Ita Suarez, num. 15. Nec diſſentire videtur auctores aliarum ſententiarum, attentis ipſorum principijs, & regulis generalibus.

23 Secũdo dubium eſt, quid operetur clauſula motu proprio poſita in reſcriptis.

Reſpondeo hoc operari. Primò, quod priuilegiũ motu proprio conceſſum cenſetur magis voluntariũ, & liberale, quam conceſſum ad inſtantiam petentis. Ratio eſt quia cenſetur conceſſum cum maiori liberalitate. Secundò quod priuilegium motu proprio conceſſum, nõ cenſetur ſubreptitium, dum veritas ſiletur in petione priuilegij, aut falſitas exprimitur, qua cognita ſuperior adhuc conceſsiſſet priuilegiũ. Tunc enim clauſula motus proprij tollit ſubreptionem ex communi DD. ſententia in cap. Ad aures de reſcriptis & cap. Dilectus de præbendis. Non tamen quotieſcunque tollit ſubreptionem, tollit etiã inualiditatem; Nam priuilegium motu proprio conceſſum, tacita veritate aliquando non eſt validum, vt ſuperius oſtendi defectu intentionis in concedente; non tamen

eſt ſubreptitium. Propterea non eſt idem, tollere ſubreptitium, & efficere gratiã validam, vt oſtendit Gloſſa Clementina. Si Romanus de præbendis. Felin. cap. Cauſam de teſtibus, num. 7. Panorm. ibid. num. 4. Suarez loco cit. num. 13.

Tertio, quod priuilegium motu proprio conceſſum nunquam retorquetur contra eum, cui conceditur. Conceſſum verò per propriam petitionem retorqueri ſolet. Videte Antonium Gabrielem, lib. 6. cõmunionum opinionum tit. De clauſulis condit. 2. Rebuff. in concordatis tit. Forma mandati, & Suarez loco cit. num. 8. & ſequentibus.

PVNCTVM V.

Vtrum diſpenſatio reddatur inualida ob taciturnitatẽ alicuius qualitatis, quam iura ſpecialiter exprimi volunt.

1 *Diſpenſatio redditur inualida, tacita qualitate, quam iura exprimi volunt.*

2 *Inualida eſt diſpenſatio obtenta non expreſſo gradu affinitatis, vel conſanguinitatis, vel publicæ honeſtatis.*

3 *Inualida eſt diſpenſatio non facta expreſſione diuerſorum titulorum, ratione quorum duo ſunt affines.*

4 *Committens inceſtum cum conſanguinea poteſt vti diſpenſatione, ſi antequam diſpenſatio obtineatur, iterum cum eadem peccet.*

5 *Inualida eſt diſpenſatio obtenta non expreſſa linea in conſanguinitate, affinitate, & publica honeſtate.*

6 *In cognatione ſpirituali exprimẽdum eſt an ſit filiatio, vel ſpiritualis compaternitas.*

7 *Exprimendum eſt impedimentum publicæ honeſtatis eſſe in primo gradu, & conſurgere ex matrimonio rato, ſi de hoc diſpenſatio quæratur.*

8 *Inualida eſt diſpenſatio, quando erratur circa ſpeciem impedimenti.*

9 *Inualida eſt diſpenſatio obtenta ad contrahendum cum affine, vel conſanguineo, tacito inceſtu iam commiſſo.*

10 *Copula inceſtuoſa commiſſa ſpe facilius obtinendi, quod petitur, eſt explicanda.*

11 *Expreſſio inceſtus non eſt facienda, niſi eo completo.*

12 *Expreſſio facienda eſt, quando copula interceſſit ſolum inter affinem, vel conſanguineam.*

13 *Quando inceſtus eſt occultus, non eſt neceſſario facienda ipſius expreſſio in diſpenſatione obtinenda à Papa pro foro externo.*

14 *An valeat in foro externo diſpenſatio conceſſa, ſi copula non interceſſit, ea occulta interueniente, et an contrahentes de hoc à Iudice interrogati, teneantur reſpondere.*

15 *Inualida eſt diſpenſatio, quando committitur error in gradu viciniori.*

16 *Quando duo non æqualiter diſtant à ſtipite, neceſſario non eſt facienda mentio gradus propinquioris ſtipitis.*

17 *Ordinarius, non expreſſo propinquiori gradu, non debet diſpenſationem admittere, donec literæ declaratoriæ afferantur.*

18 *Valida eſt diſpenſatio à Titio obtenta expreſſo ſolum ſecundo affinitatis gradu, dum ducturus eſſet in Matrimonium Bertam vxorem q. ſui patrui.*

19 *Ordinarius poteſt prædictam diſpenſatio-*

Digitized by Google

ſationem admittere abſque aliis literis declaratoriis.

20 *Diſpẽſatio irregularitatis Homicidij contracta occidendo ſacerdotem, valet etiam tacita circunſtantia ſacerdotij.*

21 *Diſpenſationem voti perſeuerandi in Religione obtinens, eam inualid obtinet non expreſſa circunſtantia perſeuerantiæ.*

22 *An valida ſit conceſſio diſpenſandi obtenta in quodam caſu, quem data opera tacuit quis timens ne ſibi concederetur diſpenſandi facultas.*

VNICA PROPOSITIO.

1 DIſpenſatio redditur inualida, tacita qualitate, quam Iura ſpecialiter exprimi volunt; quamuis ea qualitate expreſſa Superior cõceſsiſſet diſpenſationem. Ratio eſt tum quia Superior in eo euentu non habet intentionem diſpenſandi; tum quia forma à iure introducta ſeruanda eſt, eaque non ſeruata corruit actus; quoties autem in iure præcipitur, vt aliquid in petitione exprimatur, expreſsio eſt de forma. Idem dicendum eſt, per ſe loquendo, de ſtylo Curiæ. Idem etiam dicendum eſt, quando ex cõſuetudine Principis qualitas aliqua exprimenda eſt; conſuetudo enim vim legis habet, L. Minimè, ff. de legibus. Ita Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 47. num. 12. & de matrimonio, lib. 8. d. 27. num. 13. & 16. Salas de legibus, diſp. 20. ſect. 15. nu. 115. & 117. Maſchardus, Gutierez, apud Sanchez, num. 16. & alij communiter.

Ex quo patet quid dicendum ſit de obtinente ſecundum beneficiũ, non facta mentione primi, cenſeo enim cum communi DD. ſententia inualidam eſſe beneficij collationem quam quis obtinuit obtento primo, illiuſque non facta mentione, quia iura hoc ſpecialiter exprimi volunt.

Neque obſtat caput gratia de reſcript. in 6. vbi deciditur impetrantem beneficium à Papa tacito alio, quod ſibi abſenti, & ignoranti Ordinarius contulerat, poſſe vtrũquè retinere, ſi ſint compatibilia: Si verò ſint incõpatibilia poſſe electionem facere.

Reſpondẽt enim aliqui DD. hãc eſſe ſpecialem diſpoſitionem in eo caſu ob bonam fidem impetrantis; nam in textu dicitur, cum tempore impetrationis neſciret; ſpecialis autem diſpoſitio in vno caſu non eſt trahenda ad alium L. Ius ſingulare, ff. de legibus.

Ego verò omiſsis aliorum reſpõſionibus, quæ videri poſſunt apud Beroium cap. Super literis in prima lectura, num. 41. & apud Sanchez libro 8. de matrimonio diſput. 21. num. 60. reſpondeo validam fuiſſe collationem, de qua ſermo eſt in cap. Gratia de reſcriptis, quia impetrans in caſu propoſito nondum poſsidebat prius beneficium, cum ei abſenti, & ignoranti collatum eſſet ab Ordinario, non quælibet autem taciturnitas vitiat diſpoſitionem circa beneficia, ſed illa taciturnitas vitiat, qua tacetur beneficium iam poſſeſſum, quãuis beneficium modicum ſit, & bona fide taceatur.

2 Ex dictis ſequitur primò inualidam eſſe diſpẽſationem obtentã non expreſſo gradu affinitatis, vel conſanguinitatis, vel publicæ honeſtatis, vt bene ait Sanchez, lib. 8.

d.24.num.2.nam ex ſtylo Curiæ, & quotidiano vſu receptum eſt, vt difficilior reddatur diſpenſatio, & maiori cum onere, & compenſatione cõcedatur, quo gradus proximior, & coniunctior eſt.

3 Secundo, inualidam eſſe diſpẽſationem, non facta expreſsione diuerſorum titulorum, ratione quorum duo ſunt affines; nam ex ſtylo Curiæ cõſtat, iſtas qualitates in obtinenda diſpenſatione aperiendas eſſe. Quamobrem, ſi quis ſit cognatus, vel affinis alteri duplici titulo, nempè quia illum ſuſcepit in Baptiſmo, & Confirmatione, aut quia copulam habuit cum duobus conſanguineis illius, cum quo intẽdit matrimonium contrahere. E. g. cum patre, & fratre ſponſi, ſeu cum matre, & ſorore ſponſæ, tenetur vtrumq; titulum exprimere; cũ inde duplex affinitas, vel cognatio contrahatur; quidquid in contrarium ſentiat Rodriquez j. par. cap. 238. num. 1 ad finem.

Non tamen neceſſe eſt exprimere numerum actuum copulæ cũ aliqua habita; vt patet, tum à ſimili ex dictis de irregularitate. Tum quia ex vſu, & ſtylo nullus numerum copularum exprimere conſueuit. Tũ quia, ſicut ex multiplici repetitione voti non multiplicatur votum; ita ex multiplici copula cum eadem non iteratur affinitas. Ità Hẽriquez lib. 12. cap. 10. num. 3. Rodriquez j. par. cap. 138. num. 1. Gutierez de matrimonio, cap. 124. num. 2. Sanchez lib. 8. d. 24. num. 4. & 7. & alij.

Neq; obſtat, copulam iteratam fuiſſe cum eadem fœmina, poſtquã Summus Pontifex mãdatum dedit Epo, aut Confeſſario ad diſpenſandum; nam per iteratam copulã non inducitur noua affinitas; conſequẽter is, cui datum eſt mandatum ad diſpenſandum, poteſt virtute reſcripti, & mandati Apoſtolici iam obtenti diſpenſare.

4 Ex quo patet ſolutio ad proximè ſequentem quæſtionem, de qua ſæpius conſultus ſum.

Titius inceſtum cõmiſit cũ Berta conſanguinea, cuius inceſtus petijt diſpẽſationem à Sede Apoſtolica; ſed antequã diſpenſatio executioni mandaretur ab Ordinario, cui datum fuerat mandatum ad expediendam diſpenſationem, iterum eãdem Bertã carnaliter cognouit.

Quæritur, vtrum literæ diſpenſationis ſuffragẽtur illi, non ſolum pro copula habita ante petitionẽ diſpenſationis; Verum etiam pro copula habita poſt petitionem, antequam diſpenſatio perficeretur ab Ordinario.

Reſpondeo, dictas literas ſuffragari, & Ordinariũ virtute illius facultatis ſibi cõmiſſæ, poſſe diſpẽſare. Ratio eſt primo, quia non inducitur nouũ impedimentũ per ſuperuenientem copulam; ſed idẽ remanet, cuius auferendi facultas datur Ordinario; nã ex actionibus vnius ſpeciei in eodẽ ſubiecto fit vnũ numero accidens, vt loquitur Henriquez. Secundò, quia ſequeretur, irretitũ aliquo impedimento teneri exprimere numerũ actuũ, per quos impedimentũ contraxit, & irretitũ aliquibus irregularitatibus eiuſdẽ rõnis teneri numerũ actuũ aperire, per quos irregularitates eiuſdẽ rõnis contraxit; qđ videtur cõtra cõmunẽ vſum, & contra cõem DD. ſriam Henriq. lib. 12. de matr. c. 10. nu. 3. ad fin. fol. 733. & lib. 14. c. 7. ad fin. Auilæ p. 7. d. 10. dub. 8. folio 421.

Na-

Nauarri in addit.ad c.27 n.32.Coninchi,d.18.dub.14.ad fin.concl.7.n.112.Eman.Sà v.Irregularitas,n.7. de irregularitate ex ordinis abuſu, lib.8.de matr. d.27.n.7.& aliorum, quos retuli de irregularitate, pun. vlt.n.11.quãquã Suarez de cenſuris tom.5.d.44.n.18. & magis expreſsè de legibus,lib.6.cap.34.num.12.ad fin.Coninchus d.18.dub.14.ad finẽ num.112.& alij excipiunt irregularitatem contractam ex homicidio, putantes exprimenda eſſe homicidia, ob quæ contracta eſt irregularitas. Quam exceptionem ego approbo, non ſolùm quia tot ſunt irregularitates, quot ſunt homicidia; verumetiam quia ita vſu, & ſtylo Curiæ receptum eſſe arbitror.

Tertiò, quia Clericus excommunicatus, qui ſæpius celebrauit, non tenetur exprimere numerum celebrationum; ſed vna diſpenſatione eximitur ab omnibus irregularitatibus, vt inquiunt DD. citati cum Nauarro in addit. ad cap. 27. num. 32. quamuis demus; iteratione celebrationis iteratam eſſe irregularitatem; vt docui de irregularitate loco citato, ergo à fortiori in preſenti caſu vnica diſpenſatione aufertur impedimentum conſurgens ex copula habita ante petitionẽ diſpẽſationis, & poſt illius petitionẽ.

Quartò, quia, qui copulam habuit cum conſanguinea ſponſæ, per quam factus eſt illi affinis, illãque de nouo carnaliter cognouit poſt petitionem diſpenſationis, poteſt virtute illius diſpenſationis cõmiſſæ Ordinario, fieri habilis ad cõtrahendum cum illa, nec noua indiget diſpenſatione;vt in terminis tradit Sanchez loc. cit.nu. 8. ergo &c.

Quintò, quia, qui fecit votum, cuius diſpenſationem petijt à Summo Pontifice, qui vices ſuas delegauit Confeſſario, vel Epiſcopo, poteſt virtute illius commiſsionis diſpenſari; etiamſi repetierit,& replicarit votum ante obtentam à Confeſſario, vel Epiſcopo diſpenſationem; vt optimè tradit Suarez tom. 2.de religione lib.6.cap.27.num.12. ad finem, folio mihi 803.& Sãchez in ſumma lib. 4.cap.47.num.33.vbi videtur tradere regulam generalẽ non ſolum in materia voti; ſed etiã in alijs ſimilibus caſibus: ergo etiã in præſenti caſu poteſt virtute eiuſdem cõmiſsionis diſpenſari ob copulam habitã poſt petitionẽ literarũ,antequã diſpẽſatio expediretur.

Secus dicendum eſt,ſi copula ſequatur, vel iteretur, poſtquam is, cui datum eſt mandatum, functus eſt munere ſuo, diſpenſando: nam per diſpenſationem præcedentem ſublatum eſt impedimentum, quod antea emerſerat; non verò ſublatum eſt impedimentum, quod iterum conſurgit ex copula poſt diſpenſationem habita. Ita Sanchez loco citato, nu. 8. Gutierez de matrimonio, cap.123.nu.2 & alij.

5 Tertiò ſequitur, inualidam eſſe diſpenſationem obtentam, non expreſſa linea in conſanguinitate, affinitate, vel publica honeſtate an videlicet diſtantia graduum ſit in linea recta. Ratio eſt tum quia ſic vſu, & ſtylo receptum videtur. Tũ quia indecentius eſt cõtrahere matrimonium cum affinibus, conſanguineis, alijſue cognatis in linea recta, quàm in tranſuerſa. Ita Sãchez lib 8.d.24.num.14.Gutierez de Matrim.c.124.nu.6. & alij recentiores.

6 Quartò,in cognatione ſpirituali exprimendum eſſe, an ſit filiatio ſpi-

ſpiritualis, vel compaternitas, vtrũ videlicet leuauerit de ſacro fonte, vel tenuerit in confirmatione eam vel filiam eius, cum qua intendit cõtrahere. Ratio eſt, tum quia hic videtur Stylus, & praxis, Tum quia indecentius eſt cõtrahere cum eo, cum quo intercedit filiatio, quàm cum eo, quocum intercedit compaternitas. Tum quia nullibi reperitur, Summum Pontificem diſpenſaſſe ad contrahendum matrimonium cum impedimento filiationis ſpiritualis: in compaternitate verò diſpenſaſſe. Ita Sanchez loco citato nume. 15. Gutierez loco citato, nume. 7.

7 Quintò, quando petitur diſpenſatio in impedimento publicæ honeſtatis conſurgentis ex matrimonio rato, non ſolum exprimendum eſſe, publicæ honeſtatis impedimẽtum eſſe in primo gradu; verùm ẽt adeſſe ob matrimonium ratum. Ratio eſt tum quia ſic vſu puto receptum. Tum quia indecentius eſt cõtrahere matrimonium cum ſorore propriæ vxoris, quam cum ſorore ſponſę de futuro. Si verò publica honeſtas ſit in ſecundo, vel tertio, vel quarto gradu, non eſt neceſſe exprimere impedimentum publicæ honeſtatis conſurexiſſe ex matrimonio rato, quia conſtat, impedimentum publicæ honeſtatis, excepto primo gradu, non aliunde conſurgere, quã ex matrimonio rato; cum ex ſponſalibus non oriatur publica honeſtas, vltra primum gradum, Ita Sanchez nume. 16. & Gutierez num. 7.

8 Sextò, inualidam eſſe diſpenſationem, quando in obtinenda diſpẽſatione erratur circa ſpeciem impedimenti, quamuis impedimentum, quod exprimitur, malus ſit; vt ſi dicatur, contrahentes eſſe conſanguineos in tali gradu, cum ſint affines. Et hoc verum videtur, etiamſi communi errore putentur eſſe in tali conſanguinitatis gradu; error enim non ſupplet intentionẽ concedentis, qui diſpenſare cenſetur in ſpecie ſibi expreſſa; non verò in alia, quæ non continetur in expreſſa. Ita Sanchez loco citato nu. 19. & 20. Gutierez loco citato, nu. 10. Salas diſp. 20. ſect. 15. & alij ſuperius citati.

9 Septimò, inualidam eſſe diſpenſationem obtentam ad contrahendum matrimonium cum affine, vel conſanguineo, tacito inceſtu, ideſt copula inter affines, vel conſanguineos habita, antequam literæ Romam tranſmitterentur, vel antequam Ordinarius, cui data eſt facultas diſpenſandi, diſpenſationẽ expediret; hic enim eſt ſtylus Romanæ Curiæ. Et hæc eſt verior, & probabilior opinio, ſicque declarauit illuſtriſsima Cardinalium cõgregatio. Hoc tamen limitari poteſt, niſi taceatur ob periculum infamiæ; vt inferius explicabo. Ita Sãchez lib. 8. diſp. 25. num. 8. Petro Ledeſma de matrimonio q. 56. art. vlt. dub. 2. concl. 4. Gutierez de matrimonio cap. 124. num. 12. & alij, contra Nauar. lib. 4. conſil. de ſponſ. cõſilio 2. & 5. de conſanguinitate, & affinitate, Emanuel Sà verbo diſpẽſatio, num. 10 & de impedimentis num. 4. & alios apud Sanchez loco cit. num. 6. & apud Gutierez de matrimonio loco cit. nu. 14.

Et hoc valet, non ſolum ſi copula habita fuit, antequàm literæ Romã tranſmitterentur; verum etiam ſi fuit habita, poſtquam Summus Pon-

Pontifex cōceſsit diſpenſationem per Ordinarium, vel etiam per Cōfeſſarium expediendam; nam diſpēſatio Summi Pontificis non cēſetur completa, nec ſuum ſortitur effectū, antequam Ordinarius, vel Confeſſarius, cui demandata eſt cura expediendæ diſpenſationis, diſpenſationem expedierit: vt bene docet Sanchez, & alij DD. citati. Secus dicendum eſt, ſi copula fuit habita poſt expeditionem Ordinarij. Ratio eſt tum quia huiuſmodi copula non eſt inceſtuoſa, cum per diſpenſationem ſublatum ſit affinitatis, vel cōſanguinitatis impedimentū. Tum quia nullo iure, neque ſtylo Curiæ conſtat, faciendam eſſe huius copulæ mentionem. Ita Rodriquez in ſumma, prima parte, cap. 238.nu.7. Gutierez, lib.1. canonicarum quæſtionum, cap.15.nu.23. Sanchez loco citato, num.4. & alij, qui benè obſeruant, hoc valere, etiamſi in reſcripto Summi Pontificis adeſſet clauſula, ſub hac conditione, ſi copula non interceſſerit; nam conditio adimpleta eſt; cum re ipſa copula non interceſsiſſet, antequam expediretur diſpenſatio. Copula igitur inceſtuoſa aperienda tantūmodo eſt, quādo diſpenſatio nondum expedita eſt.

10 Addo à fortiori, copulam inceſtuoſam in obtinenda diſpenſatione aperiendam eſſe, ſi copula fuit habita ſpe facilius obtinendæ diſpenſationis, vel cum tractatu matrimonij, vel cum ſcientia, vel ignorantia impedimenti, non enim ſufficit aperire copulam; ſed etiam explicandus eſt animus (quamuis alter eorum tantum, talem habuerit animum) vel tractatus, quem contrahentes habuerunt ante expeditam diſpenſationē, vt patet ex ſtylo Curiæ. Videte Sanchez diſp.25. à num.24.

11 Circa dicta in hac illatione obſeruandum eſt primò, quæ diximus de expreſsione inceſtus facienda in diſpenſatione obtinenda, intelligi debere de inceſtu cōpleto, id eſt de copula completa cum ſeminis effuſione cum affine, vel conſanguinea; vt patet à ſimili ex dictis de inceſtu, & de peccato nefando in tractatu de Matrimonio. Ita Sanchez loco citato, num.10. qui hoc idem aſſerit, ſi inceſtus formaliter committatur tātum ex parte vnius, eo quòd alter neſciret alterum eſſe affinem, vel conſanguineum; nam hic non eſt completus inceſtus; & cum verſemur in materia pœnali, non eſt facienda extenſio.

Sed hoc mihi non probatur. Ratio eſt tum quia ſaltem eſt inceſtus formaliter ex parte illius, qui nouerat affinitatem, vel conſanguinitatem; ergo ille indiget diſpenſatione. Tum quia ſequeretur, etiam non opus eſſe diſpenſatione, quando vir congrediens cum affine, vel conſanguinea, ſolus ſeminat, fœmina non ſeminante; quod non videtur admittendum, licèt copula non omninò ſit completa, & perfecta ex parte fœminæ.

12 Obſeruandum eſt ſecūdò, prædicta intelligi debere de copula habita ſolùm cum affine, vel conſanguinea; non verò de copula habita cum cognata cognatione ſpirituali; nam ex ſtylo Curiæ receptum tātummodo videtur, vt exprimatur inceſtus cum affine, vel conſanguinea. Ita Nauar. lib.4. conſil. de cognat. ſpirit. conſilio vltimo, num.9. quem citat, & ſequitur Sanchez lo-

co citató numero 9.

13 Obſeruandum eſt tertiò, quando inceſtus eſt occultus, nõ neceſſariò faciẽdam eſſe ipſius mentionem in diſpenſatione à Summo Põtifice obtinenda pro foro externo ad contrahendum matrimonium cum affine, vel conſanguinea; ſed ſatis eſſe, vt illius diſpenſatio obtineatur à Sacra Pœnitentiaria, explicata ſimul conſanguinitate, vel affinitate publica, in qua Summus Põtifex diſpenſationem conceſsit, vel concedet. Idem dicendum eſt, ſi inceſtus occũltus cõmittatur poſt diſpenſationem Summi Pontificis obtentam in affinitate, vel conſanguinitate, nondũ expedita per Ordinarium diſpenſatione. Ratio eſt, non quia inceſtus ſit impedimentũ Pontificium; ſed quia ſtylus Curiæ poſtulat, vt inceſtus coniunctus cũ impedimento affinitatis, vel conſanguinitatis exprimatur in petenda diſpenſatione, ne ſubreptitia, & inualida efficiatur. Ita Gutierez loco citato, num. 13. Sanchez nu. 11. Nauar. & alij apud eundẽ Sanchez. quãquam Nauarrus putat, ſatis eſſe, ſi diſpenſatio ab Epiſcopo obtineatur; quod ego non admiſerim ób allatam rationẽ de ſtylo Curiæ.

14 Sed modò dubium eſt, vtrum diſpenſatio conceſſa à Sede Apoſtolica pro foro externo, ſub hac conditione, ſi copula non interceſſerit, valida ſit, copula occulta interueniente; & vtrum contrahentes debeant reſpondere Iudici interroganti, an copula interceſſerit.

Aliqui DD. putant, validam eſſe, ſi diſpenſatio petatur in foro externo, & copula ſit occulta; nã verba diſpenſationis intelligenda ſunt iuxta diſpenſationis naturam: ſi ergo diſpẽſatio petatur pro foro externo, inceſtus conſtare debet; cõſequenter ſi contrahentes rogẽtur ab Ordinario, an interceſſerit inceſtus, negare poſſunt, etiam cũ iuramẽto, copulam interceſsiſſe, addita ſcilicet aliqua reſtrictione, exẽpli gratia vt teneantur illi fateri; nã reus iuridicè interrogatur, nõ præcedentibus indicijs, vel infamia. Ita Emanuel Sà verbo diſpenſatio, num. 11. Henriquez lib. 12. de Matrimonio, cap. 2. num. 7. Rodriquez in ſum. cap. 238 nu. 8. & alij.

Sed verius, & probabilius mihi aſſerendum eſt, diſpenſationem inualidam eſſe, non manifeſtato inceſtu; & contrahentes interrogatos de copula, licèt occulta, teneri cõfiteri Iudici interroganti. Ratio eſt tum quia ſic declarauit Illuſtriſſima Cardinalium congregatio, teſte Gutierez lib. 1. canonic. quæſt. c. 15. nu. 24. & de matrimonio, c. 124. num. 14. Tum quia talis interrogatio non adhibetur, vt contrahentes puniantur; ſed ne matrimoniũ contrahatur cum diſpenſatione irrita, & inualida; ſicut ergo contracturi matrimonium interrogati de alio impedimento, licèt occulto, tenentur illud fateri Iudici interroganti, vel à matrimonio abſtinere: ita etiam interrogati de copula, licèt occulta, tenentur eam fateri, vel à matrimonio abſtinere. Et hoc mihi verum videtur, contra prædictos Doct. etiamſi in reſcripto non apponatur conditio, ſi copula non interceſsit; vt patet ex allata ratione. Ita Sanchez nume. 15. Gutierez num. 14. verſic. Si tamen, & alij.

Hoc tamen limitandum eſt, modò contrahentes non velint vti ea diſpenſatione, donec aliam pro fo-

ro

by Google

ro conſcientiæ obtinuerint; expli-
cata conſanguinitate, vel affinita-
te cum inceſtu; nam ſi contrahẽtes
non velint vti prima, videntur libe-
ri ab onere reſpondendi Iudici;
quia ceſſat ratio, propter quam Iu-
dici competebat ius de copula in-
terrogandi, cùm nolint matrimo-
nium irritum celebrare, & inualida
diſpenſatione vti. Idem dicendum
cenſeo, ſi contrahentes diſpenſa-
tionem circa inceſtum pro foro cõ
ſcientiæ iam obtinuerunt; vt patet
ex allata ratione. Ita Sanchez lib.
3. de matrimonio d.14. nu.4. & lib.
8. diſp.25. num.16. Quod idem à for-
tiori aſſerũt Nauarrus, Rodriquez,
Emanuel Sà, & Henriquez locis ci-
tatis; contra Gutierez loco citatõ
ad finem.

15 Quæres primò, vtrum inualida
ſit diſpenſatio, quando committitur
error in gradu viciniori; vt ſi dica-
tur eſſe in quarto, cùm ſit in tertio.

Reſpondeo, inualidam eſſe; non
.n. exprimitur qualitas, quam ſtylus
Curiæ docet exprimendam. Secus
dicendum puto, quando in diſpen
ſatione dicitur eſſe in tertio, cum ſit
in quarto. Ita Suarez tom.2. de re-
lig. lib.6. cap. vlt. num.8. Sanchez de
matrimonio, lib.4. d.24. nume.17. &
in ſumma lib.4. cap.47. num.29. Le-
deſma in ſumma de matrimonio. c.
27. poſt 7. concl. dub.1. Rodriquez,
prima parte, cap. 238. concl.3. nu.
3. Gutierez de matrimonio ca.234.
num.8. Ratio eſt quia, ſicut qui di-
ſpenſat in toto cenſetur etiam di-
ſpenſare in inferiori, & in parte in
eo contenta; ita qui diſpenſat in
tertio conſanguinitatis gradu, cen-
ſetur etiam diſpẽſare in quarto, qui
continetur in tertio tanquã in ma-
iori.

Ex quo fit, vt in hoc caſu liceat ar-
gumẽtari à maiori ad minus; etiãſi
dedita opera mendacium commit-
tatur; nõ enim eſt dolus circa ſub-
ſtantiam; nec eo prætermiſſo diffi-
cilius concederetur diſpenſatio. Ita
Doct. citati.

Ex quo etiam infertur, eum, qui
petit diſpenſationem voti caſtita-
tis, cum ſit obſtrictus tantum voto
non nubendi, aut non fornicandi,
validè diſpenſationem obtinere;
nam qui diſpenſat in toto, cenſetur
etiam diſpenſare in parte. Idem di
ci poteſt de eo, qui obtinet diſpen
ſationem voti ſuſcipiẽdi Ordinem
Sacrum, cum habeat ſolùm votum
non nubendi, nam in voto Ordi-
nis Sacri continetur obligatio non
nubendi, & præterea aliquid a-
liud. Ita Suarez cap.27. citato, &
Sanchez in ſumma loco citato, nu.
29. Secus dicendum eſt, ſi petatur
diſpenſatio rerum diſpenſatarum;
vt ſi quis petat diſpenſationem vo-
ti non nubendi, quo non eſt obſtri-
ctus; ſed eſt obſtrictus voto non for
nicandi.

16 Quæres ſecundò, vtrum, quan-
do duo non æqualiter diſtant à ſti-
pite, neceſſariò facienda ſit mẽtio
gradus propinquioris ſtipiti.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt
quia gradus remotior trahit ad ſe
minus remotũ; modò gradus pro-
pinquior non ſit primus gradus in
conſanguinitate. Quapropter, ſi
duo ſint affines, quorum vnus quar-
to gradu diſtet à ſtipite; alter ſecũ-
do vel tertio, diſpẽſatio valida eſt,
etiamſi mentio facta ſit ſolius quar-
ti. Hoc tamen intellige cum dupli-
ci limitatione.

Prima eſt, modo alter contra-
hentium non diſtet vno tantum
gra-

gradu à ſtipite; nam quando alter vno tantum gradu diſtat à ſtipite, vt ſi filius, qui vno tantum gradu diſtat à patre, contracturus ſit matrimonium cum filia ſui fratris, vel cum filia filij fratris, diſpenſatio inualida eſt, niſi exprimatur gradus propinquior. Ita declarauit Pius V. in quadam Extrauaganti, quæ incipit, Attendens, quam refert Sanchez lib. 8. d. 24. nu. 25. vbi etiam affert definitionem Clementis VIII. Rodriquez prima parte, cap. 258. conclu. 2. folio 282. P. Ledeſma q. 54. art. 2. verſus finem, verſiculo Aduertendum primò, Henriquez lib. 2. de Matrimonio, cap. 3. n. 6. Rebellus 2. par lib. 3. q. 5. num. 23. Coninchus d. 33. de Matrimonio, dub. 6. num. 72.

Secunda eſt, modò fœmina non ſit proximior ſtipiti, arbitror enim cum Sanchez loco citato, num. 12. Gutierez de Matrimonio cap. 124 num. 4. Molina tom. 1. d. 161. verſiculo Illud tamen, Soto in 4. diſt. 20. quæſt. vnica art. 3. verſiculo quartò demum, Reginaldo nume. 200. exprimendum eſſe in conſanguinitate gradum proximiorem, quãdo fœmina eſt proximior ſtipiti ſaltem in ſecundo, & tertio gradu, vt ſi ſit amita, vel matertera in ſecundo, vel tertio gradu; cum enim fœmina proximior ſtipiti ſit ſuperior illius, cui ſpecialis reuerentia debetur; & vir ſit inferior, videtur hoc exprimendum; cum per matrimonium hic ordo peruertatur, & vir fiat ſuperior mulieri. Secus dicendum videtur in affinitate, vel publica honeſtate, in qua non exhibetur tãta reuerentia fœminæ, quãta in conſanguinitate. Ita Gutierez nu. 5. Sanchez, & alij locis cit.

17 Vtrum verò Ordinarius, quãdo non fuit expreſſus gradus propinquior, debeat diſpenſationem admittere, donec literæ declaratoriæ afferantur.

Reſpondeo, non debere admittere, donec obtineantur literæ declaratoriæ gradus proximioris in cõſanguinitate; vt declarauit Pius V. in quodam Motu proprio apud Sanchez lib. 8. diſp. 24. & apud Speculum in appendice, pagina mihi 60.

An verò iſtæ literæ declaratoriæ neceſſariæ ſint in affinitate, conſtabit ex ſtatim tradendis in reſpõſione ad ſecundam difficultatem.

Ex dictis colligi facilè poteſt ſolutio duarum difficultatum, quæ in Archiepiſcopali Curia propoſitæ fuerunt à Reuerẽdiſsimo Vicario Generali, & ad me tranſmiſſæ, vt diſſoluerentur.

18 Prima eſt, vtrùm valida ſit diſpenſatio, quam Titius, dum contracturus eſſet matrimonium cum Berta vxore q. ſui patrui, obtinuit à Sede Apoſtolica, expreſſo ſolũ ſecundo affinitatis gradu.

Reſpondetur, validam eſſe. Ratio eſt tum quia nihil tacitum fuit, quod eſſet exprimendum, nec aliquid falsò fuit expreſſum, quod nõ eſſet exprimendum. Tum quia Titius exiſtit in ſecũdo affinitatis gradu cum Berta vxore q. ſui patrui; nã in eo gradu affinitatis eſt cum Berta, in quo gradu conſanguinitatis eſt cum ſuo patruo; ſed cum ſuo patruo eſt in ſecundo gradu conſanguinitatis, ergo cũ Berta eſt in ſecundo gradu affinitatis. Tum quia ita declarauit Pius V. in Motu quodam proprio edito Anno 1566. quẽ refert Speculum in append. pagina mihi

mihi 60. cuius etiam meminit Rebellus de oblig.iuſt.lib.3. q.5. num. 23. Sanchez lib.8.d.24. nu. 25. Rodriquez prima par. cap. 238. nu. 2. concl 2. folio 282. P. Ledeſma de Matrimonio,q.54.art.2.verſus finē, verſ. Et aduertendum eſt,folio 419. Couarruuias de Matrimonio ſecunda parte, cap.6.§.10.nu.12.pagina mihi 212. Gutierez lib.2. canonic. quæſt. cap.15. num. 128. & idem innuit de Matrimonio cap. 124.n.11.

Neque obſtat vſus, & ſtylus Curiæ, quo receptum eſt, vt gradus propinquior exprimatur; nam ſtylus in hac re non induxit neceſsitatem exprimendi gradum proximiorem, alioquin aduerſaretur diſpoſitioni Pij V. ſed ſolùm inductus videtur ad euitanda dubia, & literas declaratorias, quæ neceſſaria ſunt in conſanguinitate. Ita Gutierez de Matrimonio loco citato,nu.11.

19 Secunda difficultas eſt, vtrùm Ordinarius poſsit prædictam diſpēſationem admittere abſq; alijs literis declaratorijs.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia fruſtra peterentur huiuſmodi literę, cùm expreſſa linea, & gradu, ſufficienter cenſeatur expreſſus ſtipes, eo quod matrimonia inter affines ſemper celebrentur cū aliqua perſona conſtituente ſtipitē affinitatis. Tū quia nullo iure pręſcribitur, huiuſmodi literas declaratorias requiri; quando matrimonium contrahitur inter affines; nā, ſi hoc vllo iure præſcribitur, maximè motu Pij V. citato; Pius autem V. hoc non præſcribit in affinitate, ſed in conſanguinitate tantùm; nā dicit, obtinendas eſſe literas declaratorias, quatenus Celeſtinus III. cap.3. quod dilectis, de conſang. & affinita. lib.4. titulo 14. & quatenus Gregorius IX, cap.9. eodem titulo, volebant fieri mentionem propinquioris gradus, ſeu ſtipitis in obtinenda diſpenſatione: vt patet ex verbis ipſius Pij V. apud Speculum loco citato. Celeſtinus autem, & Gregorius volebant fieri mentionē gradus proximioris tantummodo in conſanguinitate: nam in Textu fit mentio tantummodo deſcendētium ab eodem ſtipite.

20 Quæres tertiò, vtrum diſpenſatio irregularitatis homicidij, quam quis contraxit, occidendo Sacerdotem, valida ſit, ſi in diſpenſatione obtinenda non fuit expreſſa circūſtantia Sacerdotij.

Reſpondeo cum Sanchez loco citato, num.22. Salas de legib. diſp. 20. ſeſs.15. num.122. dub.4. Contra Nauarrum lib.5. conſil. 4. de homicidio, Rodriquez in ſumma, cap. 179. concl.5. num.10. verſic. Quinta concluſio, Suarez lib.6. de legibus, cap.24. ad finem, num. 12. & alios validam eſſe. Ratio eſt tum quia nullo iure, vel ſtylo, vel conſuetudine probatur, hanc circunſtantiā neceſſariò exprimēdam eſſe in obtinenda diſpenſatione irregularitatis. Tum quia huiuſmodi circunſtantia non habet prudentem connexionem cum materia, circa quā diſpenſatio obtinetur.

21 Quęres quartò, vtrum qui vouit perſeuerantiam in Religione, validè obtineat diſpenſationem voti, ſi in diſpenſatione petenda tantūmodo petijt diſpenſationē voti Religionis.

Reſpondeo negatiuè. Tum quia obſtat ſtylus, & conſuetudo. Tum quia aliud eſt votum Religionis, & aliud votum perſeuerantiæ in Religione,

gione; vt conſtabit ex infra dicendis de voto religionis. Ita Nauar. in ſumma cap. 12. num. 47. Rodriquez in ſumma ſecunda parte, cap. 95. Salas loco citato, verſiculo Quintum dubium, Lopez, & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez lib. 8. diſpu. 21. num. 23.

22 Quæres quintò, vtrùm ſit valida conceſsio diſpenſandi; quam quis à Superiore obtinuit in quodam caſu, quem data opera noluit Superiori exprimere, timens fore, vt eo expreſſo ſibi denegata fuiſſet diſpenſandi facultas, quã Superior fidem præſtans petenti concedit, non petito caſu particulari.

Reſpõdeo, diſtinguẽdo. Vel Superior habuit intentionem non diſpenſandi in tali caſu. Vel nunquã habuit intentionem nõ diſpenſandi in tali caſu. Si nunquam habuit intentionem nõ diſpenſandi in tali caſu, valida eſt diſpenſatio, & diſpenſationis conceſsio. Ratio eſt quia facta fuit ab eo, qui illius concedendæ poteſtatem, & ſufficientẽ volũtatem habebat. Et hoc valet, etiamſi fortè Superior, eo caſu expreſſo, facultatem difficilius conceſsiſſet; aut etiamſi fortè eam nõ conceſsiſſet, eo quòd vexetur ſcrupulis, vel in minimis maximam circunſpectionem adhibeat; adhuc n. conceſsio dicitur obtẽta ab eo, qui poteſtatem, & ſufficientem illius concedendę voluntatem habuit, vt patet ex dictis in explicatione regulæ in principio puncti præcedentis propoſitæ. Si verò Superior habuit intentionem non diſpenſandi in tali caſu: quia fortaſsè putabat, ſe diſpenſandi facultatem in tali caſu non habere, aut quia nolebat diſpenſare, cenſeo conceſsionẽ diſpenſandi, & conſequẽter ipſam diſpenſationem inualidam eſſe. Ratio eſt quia non adeſt intentio cõcedendi; ſicut enim in generali cõceſsione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie cõceſſurus, ſi ſpecialiter rogaretur, Regula in generali, de regulis iuris in ſexto: ita nec in illa indeterminata conceſsione venit caſus, quem Superior veroſimiliter non eſſet cõceſſurus, quiquè virtuali concedentis voluntati repugnat. Ita Sãchez lib. 8. de matrimonio d. 21. num. 24. verſicul. Tertiò deducitur, Salas de legibus d. 20. ſect. 15. nu. 122. & alij.

PVNCTVM VI.

Vtrùm diſpenſatio per metum, aut dolum obtenta valida ſit.

1 *Diſpenſatio per metum etiam ad hoc incuſſum, valida eſt.*

2 *Diſpenſatio extorta per dolum, & mẽdacia inualida eſt, ſi dolus, & mendacia verſentur circa cauſam finalem.*

3 *Dolus quid ſit.*

4 *Dolus quandonam dicatur cauſa finalis; & quandonam impulſiua.*

PRius agã de diſpenſatione per metum extorta. Deinde de obtenta per dolum.

PRIMA PROPOSITIO.

1 DIſpenſatio obtenta per metũ, licet incuſſum ad ipſam obtinendã, valida eſt. Ita Sanchez lib. 3. d. 39. nu. 13. Inclinat Suarez de legibus lib. 6. cap. 21. num. 5. & 6. &

Digitized by Google

& tom.2.de relig. lib.6. cap.27. nu. 17. Ratio eſt quia regula generalis eſt, geſta per metum valida eſſe, exceptis caſib⁹ in iure expreſsis, quos recenſuimus in tractatu de contractibus, & de reſtitutione.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 DIſpenſatio extorta per dolum, & mēdacia non eſt valida, ſi dolus, & mendacia verſentur circa cauſam finalem. Itá colligo ex Sanchez loc.cit. Salas d.20.ſect. 15.num.120.verſ. Ad primum, & ex DD. citatis de cōtractibus per dolum celebratis. Rō eſt quia diſpenſatio vim habet á voluntate diſpenſantis; diſpenſans autem non habet voluntatem diſpenſandi, quoties dolus, & mendacia verſantur circa cauſam finalem; præſumitur.n.habere intentionem diſpenſandi ſolum ſubſiſtente cauſa motiua, & finali; vt in ſimili docui de cōtractibus diſp.3.quæſt.1.pun.4.num.2.vbi in hanc ſentētiam retuli Molinam, Vaſquez, Leſsium, Nauarrum, & alios.

Secus dicēdum videtur ſi dolus, & mendacia verſentur ſolum circa cauſam impulſiuam; vt docui de contractibus loco citato.

3 Quæres primò, quid ſit dolus.

Reſpondeo, dolum, qui contingere ſolet, tacendo verum, aut narrando falſum, hoc modo definiri. Dolus eſt fallacia, ſeu machinatio ad decipiendum aliquē adhibita, conſiſtens in dicto, vel facto, vel omiſsione eius, quod quis dicere, vel facere tenebatur.

4 Quæres ſecundò, quandonam dolus dicatur cauſa finalis, & quandonam impulſiua.

Reſpondeo, in diſpenſationibus dolum cenſeri cauſam finalem, ſeu motiuam diſpenſationis, qñ diſpēſans non conceſsiſſet, diſpenſationem, vel eius partem, ſi dolum cognouiſſet, ſeu ſi cognouiſſet talem cauſam non exiſtere, ſeu ſi talis dolus non extitiſſet. Propterea diſpēſatio, quæ per huiuſmodi dolū fuit obtēta, dicitur ſubreptitia, ſeu obreptitia; vt ex cap. Poſtulaſtis, cap. Literis de reſcriptis, & ex regula Cancellariæ docet Nauarrus, de reſcriptis, conſilio 1. & quamplures alij, quos in ſimili retuli de reſtitutione diſp.3. quæſt.1.pun.2. §.2.nu. 8.& 9. Tunc verò dolus dicitur cauſa impulſiua, qñ diſpenſans adhuc cognita ea cauſa, quæ narratur, diſpenſaſſet, licèt non ita facilè. Itá Sanchez in Summa libro 4. cap.47. num.11. Suarez de voto lib.6. cap. 27.& alij, quos in ſimili retuli de cōtractibus loco cit. & pun.4. num.2. & pūcto 4 de voto per dolū emiſſo.

Ad cognoſcendum, an cauſa ſit impulſiua, vel finalis, recurrendum eſt ad iudicium viri prudentis, qui in iudicio ferendo inſpicere debet ſtylum Curiæ, conſuetudinē diſpenſantis, & alias ſimiles circunſtantias; vt ait Suarez loco citato, nu. 15. & Sanchez, cap.47.num.18.

Verum, ſi dubitetur, an cauſa ſit finalis, vel impulſiua; vt ſi dubitetur, an cauſa tacita, vel expreſſa inter alias veras ſit finalis, præſumendum eſt in fauorem diſpenſationis; conſequēter iudicandum eſt, cauſam fuiſſe tantummodò impulſiuā, conſequenter diſpenſationem eſſe validam; nam iura maximè fauent valori actus, vt magis valeat, quàm pereat, L. Quoties, ff. de reb. dubijs, Itá Sanchez.lib.8.de matr. diſp.21.

nu.20. & 25. & in Summa lib.4.cap. 44.num.9. vbi loquitur de eo, qui voti diſpenſationem obtinuit tacita veritate, aut expreſſa falſitate quam dubitat fuiſſe cauſam finalẽ. Menoch.cõſ.106.n.92.Riminaldus vol.3.conſ.275.nu. 17.& vol.5.conſ. 562.num.26.27.& 28. quorũ doctrinã approbat Salas d.20. ſect.15.nu. 122. Contra Molinam tom.1.de iuſtitia,tract.2.diſp.173.verſ.Quando qualitas,Ledeſmam in Sum.de matrim.cap.27.ad finem, & alios apud præcitatos DD.

Ex quo patet, in tali dubio iniri poſſe matrimonium;modo dubium practicè deponatur;vt patet ex dictis de peccatis, quæſt.4.pun 6.

PVNCTVM VII.

Vtrum valida ſit diſpẽſatio, quam quis obtinet, nõ exprimendo, ſe illam anteà petijſſe,ſed non obtinuiſſe.

1 *Valida eſt diſpenſatio ab aliquo obtenta, non exprimendo ſe alias eam petijſſe, ſed non obtinuiſſe.*

2 *Diſpenſatio obtenta ab Epiſcopo ſucceſſore ab anteriori denegata, valida eſt,quamuis taceatur circunſtantia denegationis.*

3 *Valida eſt diſpenſatio à ſuperiore obtenta alias ab eo denegata, ſiue recordetur denegationis, ſiuè non.*

4 *Valet diſpenſatio ab Epiſcopo conceſſa ab ipſius Vicario Generali prius denegata, quamuis hoc taceatur.*

5 *Valida eſt diſpenſatio ab inferiore obtenta,quãuis nõ exprimatur eam à ſuperiore fuiſſe prius denegatam.*

6 *Obtinens reſcriptum Apoſtolicum, quo poſſit à Confeſſario diſpenſari, poteſt nulla mentione reſcripti facta, diſpenſationem ab Epiſcopo, vel alio Prælato, qui diſpenſandi facultatem habet, obtinere.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Valida eſt diſpenſatio,quam quis obtinet, etiamſi nõ exprimat,ſe illam petijſſe, & nõ obtinuiſſe.Et hoc amplia,ſiue in ſecũda petit. alleget maiores cauſas, & circunſtantias,ſiue petat cum ijſdẽ circunſtantijs,quibuſcum antea petierat. Ita DD.ſtatim citandi,Contra Menochium, & alios. Ratio eſt tum quia nullo iure,aut rõne probatur,inualidam eſſe talem diſpenſationem. Tum quia illa diſpenſatio valida eſt,quæ obtinetur à ſuperiore, qui põt,& vult eam concedere; ſed ſuperior in propoſito caſu põt, & vult diſpenſationem concedere; cum eam re ipſa cõcedat; ergo valida eſt diſpenſatio, quam quis obtinet, etiamſi non exprimat, ſe illã petijſſe & non obtinuiſſe.

Obijcies primò.Tacetur aliquid, quo cognito ſuperior non diſpenſaſſet.

Secũdò. Taciturnitas petitionis anteà petitæ verſatur circa cauſam finalem;nam, ſi diſpẽſans recordaretur prioris denegationis, iterum denegaret; quoties autem tacetur aliquid, quo cognito ſuperior non diſpenſaſſet, aut quoties error verſatur circa cauſam finalem, inualida eſt diſpenſatio.

Reſpondeo,nõ præſumi taciturnitatem verſari circa cauſam finalẽ.

Ad primum rñdeo, illud non eſſe vniuerſaliter verum; vt patet ex dictis Puncto præcedente, vbi limitãtes regulam generalem diximus nõ ſem-

ſemper reſcriptum eſſe inualidum, quoties taceetur aliquid quo expreſſo ſuperior non diſpenſaſſet.

Ad ſecundum rñdeo; talem taciturnitatem non verſari circa cauſam finalem; adeſt.n.cauſa diſpenſandi, qua ſuperior mouetur ad cõcedendam diſpenſationem, quam antea denegauerat. Immò præſumendus eſt velle rigorem, & ſeueritatem adhibitam in deneganda diſpenſatione mitigare, Ita Sanchez, lib.8.d.22.nu.14.cui adhæret Salas de legib. diſp.20.ſect.15.ad finem, dub.7. Suarez li.6 de legib.cap.22. & alij; Contra Menoch. de arbitr. lib.2 cent.3.caſu 203.nu.6. vbi pro ſe refert Ruinum, & Curtios, Iuniorem, & ſeniorem.

2 Hinc ſequitur primò, diſpenſationem, quam quis ab anteceſſore Epo petijt, ſed non obtinuit, eamq; poſteà petit, & obtinet à ſucceſſore, validam eſſe; quamuis in petẽda diſpenſatione non dicat, denegatã ſibi anteà fuiſſe diſpẽſationem. Ita Suarez loco cit. num.2.

3 Secundò, validam eſſe diſpẽſationem obtentam à ſuperiore, quã antea denegauerat, ſiue ſuperior recordetur prioris denegationis, ſiuè non. Ità Suarez loco citato, Sanchez, libro 8.d.14 Salas de legibus diſp.20.ſect.13.& alij.

4 Tertiò, validã eſſe diſpẽſationẽ obtentam ab Epo, quam ipſius Vic. Gener. anteà denegauerat, licèt nõ fiat mẽtio diſpenſationis à Vicar. Gener. anteà denegatæ. Præterea, validam eſſe diſpenſationẽ obtentam à Papa, quam Eps concedere noluerat. Ita DD. citati.

5 Addo, validã eſſe diſpẽſationẽ obtẽtam ab inferiore, quã ſuperior anteà denegauerat; etſi denegationis nulla fiat mentio; vt benè docet Suarez de legib. lib.6.cap.22.nu.4. Sanchez ex parte, lib.8.d.14.nu.5. & Salas lo. cit. Rõ eſt q̃a adſunt oĩa reqſita ad validitatẽ diſpẽſationis.

Primò.n.adeſt cauſa, quæ iuſta iudicatur ab inferiore; quamuis fortaſſe à ſuperiore nõ fuerit ſufficiẽs adiudicata, & ob id diſpenſationẽ denegarit. Quanquam in hoc caſu oppoſitum ſentit Sanchez loco cit. num.5. quando Pontifex denegauit diſpenſationẽ, iudicans non adeſſe cauſam ſufficientem.

Secundò adeſt voluntas diſpenſandi; vt ſuppono.

Tertiò adeſt ptãs ad diſpenſandum; cum ſuperior denegans diſpẽſationẽ nõ auferat alijs, ptãtem diſpenſandi, neq; præſumẽdus ſit eam auferre; quia hæc præſumptio non colligitur ex vllo iure, aut fundamẽto ſufficiẽti; cum ergo adſit cauſa, voluntas, & ptãs, non eſt negandũ, validam eſſe diſpenſationẽ obtentam ab inferiore, quã ſuperior antea denegauerat, licet pręcedentis denegationis nulla mentio fiat.

6 Quartò ſequitur, eum, qui reſcriptum Apoſtolicũ obtinuit, quo poſſit à Confeſſario diſpenſari, poſſe diſpenſationem ab Epo, vel ab alio inferiori Pręlato, qui eam facultatẽ habeat, obtinere; quãuis reſcripti Apoſtolici nullã mentionẽ faciat. Nam reſcriptum Apoſtolicum non aufert facultatẽ Epis, aut alijs, qui tali facultate fulgent. Ità Sanchez lib.8.d.14.nu.3.& 4. Salas de legib. d.20.ſect.13. nu.106. & alij, quos in ſimili retuli de abſolutione cẽſurarum, d.1.q.3.pun.3.nu.15. dum quærerẽ, vtrũ abſolutus in articulo mortis ad reincidentiam cum onere adeundi Sedem Apoſtolicam, poſt-

quam conualuerit, poſsit, acquiſita valetudine adire alium, qui facultatem habeat abſoluendi abſque tali onere.

PVNCTVM VIII.

Vtrum valida ſit diſpenſatio obtenta ſine mentione alterius diſpẽſationis de eadem re prius obtentæ.

1 *Diſpenſatio amplior obtenta ſine mentione prioris ſtrictioris de eadem re, per ſe loquendo eſt inualida.*

2 *Qui ob ſcrupulum vel dubium circa primam diſpenſationem ſecundam obtinet, validè obtinet etiam non facta mentione prioris.*

3 *Illegitimus diſpenſatus prius ſi aliã ampliorem diſpenſationem deſideret, debet prioris diſpenſationis mentionem facere.*

4 *Qui obtinuit exemptionem à ſoluenda parte decimarum, debet mentionem prioris facere, ſi ampliorẽ deſideret.*

5 *Obtinens diſpenſationem veſcendi carnibus in vna Quadrageſima, ſi in alia ſimilem diſpenſationẽ quærat, nõ tenetur prioris mentionẽ facere.*

6 *Diſpenſatus ad contrahendũ cũ conſanguinea, vel affine, ſi ea diſpenſatione nõ ſit vſus, non tenetur in ſecũda petẽda mẽtionẽ prioris facere.*

7 *In ſecunda diſpenſatione nõ eſt neceſſe mentionẽ facere prioris inualidæ.*

IN duplici ſenſu agitari põt propoſita difficultas. Primus eſt; qñ prima diſpenſatio fuit valida. Secũdus eſt, qñ prima fuit ĩualida.

PRIMA PROPOSITIO.

1 QVãdo de vna, & eadẽ re duplex diſpẽſatio petitur, & prima fuit limitata, in ſecũda, quę magis ampla petitur, per ſe loquendo facienda eſt mentio prioris limitatæ, alioquin ſecunda inualida videtur; niſi ſecunda ex noua, & ſufficiente cauſa petatur, aut niſi prima conceſſa fuerit cũ limitatione, quæ iuxta ſtylum apponi ſoleat. Et hoc procedit, quamuis ſecunda diſpenſatio fiat ab inferiore. Ita Rodriquez in ſumma 1. par. cap. 238. nu. 5. Iulius Clarus, lib. 5. recept. ſent. in pract. crim. § fin. quæſt. 59. nu. 9. Gomez 3. var. cap. 3. nu. 60. ad fin. Menochius de arb. lib. 2. cent. 2. caſu 203. num. 32. Beroius, Iaſon, & alij apud Menochium, apud Sãchez, & apud Suarez, aſſerentes, eum, qui alicuius delicti gratiam, & remiſsionem recipere intẽdit, debere gratiæ aliàs obtentæ mẽtionem facere, ſi aliud ſimile delictum committat, illiuſq; remiſsionem, & indulgentiam obtinere cupiat. Idem tenet Couarruuias primo variarum, cap. 20. nu. 8. Sanchez, libro 7. d. 22. num. 4. & alij; Contra Suarez lib. 6. de legib. cap. 23. num. 9. & tomo 2. de relig. cap. 27. num. 12. cui adhærere videtur Henriquez, lib. 7. de Indulgentiis, cap. 17. num. 5. cit. innuens, in foro conſcientiæ non opus eſſe in ſecunda diſpenſatione mentionem facere prioris diſpenſationis, exceptis caſibus in iure expreſsis, vel quando explicari non poteſt totum impedimentum, ſeu grauitas rei, de qua petitur diſpenſatio, niſi præcedens diſpenſatio manifeſtetur.

Ratio huius Propoſitionis eſt q̃a tacetur aliquid, quo cognito diſpẽſans nõ diſpẽſaſſet; non .n. præſumitur conceſſurus ampliorem diſpẽſationem, ſi prioris cum limitatione con-

cõceſſæ recordaretur, vt colligitur ex cap.2.de filijs præsbyt. vbi habetur, non eſſe validam ſecundam diſpẽſationem, quam illegitimus obtinuit ad plura beneficia, non facta mentione ſui defectus; cùm aliam antea obtinuiſſet ad vnum beneficium; ibiq; redditur ratio, quia veroſimile eſt, ſuperiorem conſcium prioris diſpenſationis non conceſſurum poſteriorem; ergo facienda eſt mentio prioris cum limitatione conceſſæ. Et hoc verum eſt, inquit Sanchez, num.8. & alij, etiamſi in ſecunda diſpẽſatione ampliori ſuperior apponat clauſulam, motu proprio, & ex certa ſcientia; nam hæc clauſula non tollit defectum intentionis, ideſt non facit, vt ſuperior intendat diſpenſare, non Cognita limitatione præcedentis diſpenſationis; cum veroſimile ſit, ſuperiorem conſcium præcedentis diſpenſationis non conceſſurum poſteriorem.

Dixi in Propoſitione, quando de vna, & eadem re duplex diſpenſatio petitur, quia, ſi diſpenſationes cadant ſuper res diuerſas, non eſt neceſſe in poſteriori facere mentionem prioris; nullus enim textus, nullaq; ſufficiens ratio cogit mentionem prioris facere. Vnde, qui obtinuit diſpenſationẽ in iuramento, non tenetur illius diſpenſationis mentionem facere in diſpenſatione recitationis officij.

Dixi, niſi petatur ex noua cauſa ſuperueniente; nam ſuperueniente noua, & ſufficiente cauſa obtinendę diſpenſationis ſine limitatione, nõ videtur neceſſe moderationem primæ diſpenſationis exprimere; qa ſuperior, conſiderata noua cauſa, non præſumitur ampliationem diſpenſationis denegaturus etſi prioris diſpenſationis conceſſę cũ limitatione recordaretur. Ità Ludouicus Molina tom.3.diſp.650.num.4. Sanchez loco cit.num.12.& alij.

Dixi, aut niſi prima conceſſa fuerit cum limitatione, quæ iuxta ſtylũ Curiæ apponi ſoleat; ſentio enim validam eſſe diſpenſationem obtẽtã ſine limitatione, non facta mentione prioris obtentæ cum limitatione, ſi limitatio apponi ſoleat ex ſtylo Curiæ; cum enim limitatio, ſeu moderatio ſoleat apponi, vt ſuppono, iuxta Curiæ ſtylum, cuius eſt conſcius Pontifex, ſignum eſt, Summum Pontificem velle ſecundã abſolutè concedere abſque limitatione; quamuis non recordetur, ſe tali perſonæ aliam conceſsiſſe cũ limitatione.

Ex quo patet, validã eſſe diſpenſationem, quam quis obtinet, dum impetrata diſpenſatione voti caſtitatis cum limitationibus ex ſtylo Curię apponi ſolitis, nempè ad vnicum matrimonium, & facta commutatione in Confeſsiones menſtruas, & in alia pietatis opera, aliam diſpenſationem abſolutam impetrat, tacita priore diſpenſatione. Ità Felinus cap.2.de pręſcrip. num.2. Sanchez loco cit.num.10. & 11.& alij.

2 Ex dictis colligi poteſt primo, eum, qui ob ſcrupulum, vel dubium circa primam diſpenſationem, aliã ęqualem de eadem re ad maiorem conſcientiæ ſecuritatem petit, non expreſſa priore, validè eam obtinere; hic enim non dicitur ampliorem diſpẽſationem petere; nec ſecunda diſpenſatio excedit voluntatem concedentis.

Addo cum Suarez, num.14. primã

non irritari; ſed vtramque validã eſſe. Tum quia ſuperior non intendit primam reuocare, cum illius nõ recordetur. Tum quia validum eſt vtrumque priuilegium, quando ſecundum petitur ad corroborationẽ primi; cum effectus vtriuſq; non ſit contra intentionem concedentis.

3 Secundò, illegitimum, qui ob defectum illegitimitatis diſpenſationem obtinuit ad vnum beneficium, & poſteà diſpenſari cupit ad plura beneficia, debere primæ diſpenſationis, vel ſaltem illegitimitatis mentionem facere; alioqui ſecunda eſt ſubreptitia, & nulla, cap. 2. de filijs presbyt. in 6. Ratio eſt quia ſecunda diſpenſatio cadit ſupra eandem materiam, ideſt illegitimitatem, de qua fuerat obtenta vna diſpenſatio limitata ad vnum beneficium. Ita Salas d. 20. ſect. 10. num. 91. ad fin., Sanchez, Suarez, & alij cõiter. Idem dicendum videtur de irregulari. Ita Salas loco citato, Emanuel Sà v. Diſpenſatio, nu. 13.

4 Tertiò, eum, qui priuilegium, ſeu diſpenſationem, ſeu exemptionem à ſoluenda parte decimarum obtinuit, ſi poſteà obtinere velit maius priuilegium, ſeu diſpenſationem, circa exemptionem à decimis, debere mẽtionem prioris priuilegij, ſeu diſpenſationis facere; alioquin ſecunda eſt ſubreptitia, & irrita. Idẽ dic, qñ quis obtinet priuilegium amplum, & abſolutũ, quo poſsit omnia Sacramenta recipere à quouis Antiſtite, non facta mentione prioris priuilegij, nõ ita ampli, ſed cum moderatione, & limitatione conceſsi. Ratio eſt tũ quia ſic decernitur in cap. penult. de preſcript. Tum quia priuilegium vergit in præiudicium tertij; ergo facienda eſt mẽtio prioris in ſecũdo; quia ſuperior præſumendus eſt velle, quàm minimum fieri poteſt, tertio præiudicium ferre. Ità Innocẽtius, Felinus, & alij apud Sanchez loco cit. & apud Suarez loco cit. num. 5.

5 Quartò, eum, qui diſpenſationẽ veſcendi carnibus in vna Quadrageſima obtinuit, ſi poſteà velit ſimilem diſpẽſationem obtinere in alia Quadrageſima, non teneri mẽtionem prioris diſpenſationis facere. Ratio eſt tum quia ſecunda cenſetur peti ob nouam cauſam. Tum quia vſu ita receptum eſt. Tũ quia hæc diſpenſatio licèt ſit in eadem lege: non tñ videtur ſuper eandem materiam cadere; ſed ſuper diuerſam, diuersò tempore debitam; nec vna diſpenſatio videtur cum alia connexionẽ habere, aut alicui præiudicium afferre. Ita Suarez loc. cit. nu. 18. Hoc idem militat in diſpenſationibus circa præceptum nõ laborandi in die feſto, & in alijs huiuſmodi, vt benè docet Suarez loco cit. num. 18.

6 Quintò, eum, qui diſpenſationẽ contrahendi matrimonium, cũ vna conſanguinea, vel affine obtinuit; ſed tali diſpenſatione vſus non eſt; vel ſi vſus eſt, mortua eſt illa, qua cũ matrimonium contraxerat, non teneri mentionẽ prioris diſpenſationis facere, ſi ſecũdam petat ad cõtrahendum matrimonium cũ alia conſanguinea, vel affine eiuſdẽ, vel diuerſi gradus. Ratio eſt tum quia ſecunda diſpenſatio non eſt de eadem re; ſed ſuper diuerſis matrimonijs. Tũ quia prima non reddit difficiliorem ſecundam, quæ põt habere propriam cauſam ſufficientẽ. Ità Sanchez, lib. 8. d. 22. nu. 13. Gu-

Digitized by Google

tierez de matrim. cap.123. nu. 19. Contra Suarez, num.21. aliter ſentientem, quando quis petijt diſpenſationem contrahēdi cum vna cognata, & nondum vſus eſt illa diſpenſatione.

Obijcies cum Suarez, ſequeretur, eum, qui nondum vſus eſt prima diſpenſatione, habere ſimul duas diſpenſationes validas, per quas poſſit eligere quam maluerit, & matrimonium cum qua voluerit, contrahere; hoc autem videtur abſurdū, & præter ſcientiam, & conſequēter præter intentionem concedentis.

Reſponderi pôt primò cum Gutierez, nu.21. negando, hoc eſſe abſurdum; quāuis enim vtraq; diſpenſatio nequeat ſimul executioni mādari: tamen in vſu illarum poteſt eſſe optio.

Reſponderi poteſt ſecundò, petentem ſecundam diſpenſationem cenſeri, quantū eſt ex ſe, renuntiaſſe primæ in manibus Pontificis, nec amplius velle prima gaudere. Ita Sanchez, nu. 13. cōtra Suarez lo. cit.

SECVNDA PROPOSITIO.

7 IN ſecunda diſpenſatione non eſt neceſſe mentionem facere prioris inualidę. Ratio eſt tum quia ſecūda diſpēſatio nō dicitur peti ad ampliationē primę; cū prima ſit oīnò inualida. Tum quia non præſtat impedimentum, qđ de iure nō ſortitur effectum, cap. 12. de reg. iur. in 6. cum autem prima non ſortiatur effectum, vtpotè inualida, ſequitur, primam non præſtare impedimentum ſecundæ; conſequenter ſecundam eſſe validam. Tum quia ſicut ſi prima ſit valida, non deſinit eſſe valida ob inualiditatē ſecūdę: ita ſecunda non deſinit eſſe valida ob inualiditatem primæ. Tum quia nullo iure, vel ſufficienti ratione probatur, huiuſmodi diſpenſationem inualidam eſſe. Ita Suarez lib. 6. cap.23. num.17. Sanchez, d.28. num.15. & 21.

PVNCTVM IX.

Vtrum habens plura impedimenta, ſeu vincula, validè obtineat diſpenſationem vnius, non explicatis alijs, quibus obſtrictus tenetur.

1 *Valida eſt diſpenſatio alicuius impedimenti reſpectu habentis plura, alijs non expreſſis, exceptis fortè Matrimonij impedimentis.*

2 *Habens votum Caſtitatis, & Religionis, vel non ineundi matrimonium, ſi velit contrahere cum conſanguinea, debet exprimere impedimentum conſanguinitatis, & voti, &c.*

VNICA PROPOSITIO.

1 VAlida eſt diſpenſatio alicuius impedimenti, quam quis pluribus impedimentis obſtrictus obtinet, nō expreſſis alijs impedimentis; niſi fortè impedimenta matrimonij excipiamus. Vnde irregularis ob homicidium, & illegitimitatem, vel ob alias cauſas, validè poteſt obtinere diſpenſationem irregularitatis homicidij, nō expreſſa irregularitate illegitimitatis, vel alterius cauſæ. Quanquam non pôt ad Ordines promoueri, antequam ab omnibus irregularitatibus liberetur; vt per ſe patet.

Ratio Propoſitionis eſt, tum quia nullo iure probatur, vnum impedimentum auferri non poſſe, alijs nõ ablatis. Tum quia obſtrictus pluribus excommunicationibus validè poteſt abſolutionem ab vna obtinere, tacitis, & non ablatis alijs, vt patet ex dictis de cenſuris, & ex cõi DD. ſententia; ergo etiam detentus pluribus impedimentis poteſt vnius diſpenſationẽ obtinere, tacitis alijs. Tum quia, licet cognitio omnium impedimẽtorum, ſeu vinculorũ difficiliorem reddat diſpenſationem: nõ tñ hinc ſequitur, omnia impedimenta neceſſariò exprimenda eſſe; cum non ſit neceſſe exprimere quidquid difficiliorẽ reddit diſpenſationem. Vnde, ſicut (inquit Sanchez lib. 8. d. 21. nu. 22. & alij, quos retuli de cẽſuris; cõtra Nauarrũ conſ. 18. de reſcriptis, Rodriquez 1. parte, cap. 179. concl. 5. & Suarez, lib. 6. de legib. cap. 24. nu. 12.) valida eſt diſpenſatio irregularitatis homicidij, quã quis cõtraxit ex homicidio Sacerdotis; quãuis in diſpenſatione non exprimatur, occiſum fuiſſe Sacerdotẽ; cum irregularitas non ſit inducta ob circunſtantiam, quaſi extrinſecam Sacerdotij; ſed propter actionem homicidij: Ita in obtinenda diſpenſatione vnius impedimenti neceſſe nõ eſt omnia manifeſtare, aut aperire quidquid difficiliorem reddit diſpenſationem. Tum quia vnum impedimentum poteſt ſine alio induci; ergo etiam poteſt auferri. Tũ quia in diſpenſante adſunt omnia requiſita, adeſt. n. poteſtas, volũtas & iuſta cauſa; ergo valida eſt diſpẽſatio vnius impedimenti, non facta mentione aliorum. Tum quia ſic vſu receptum eſt in Curia Romana. Ità Nauar. conſ. 6. de reſcriptis, cõſ. 7. & 8. de conſanguinit. & affinit. & de conſtit. quæſt. 19. Suarez, libro 6. cap. 24. nu. 6. Sanchez lib. 8. de matr. d. 23. num. 2. Salas diſp. 20. ſect. 15. ad fin. Henriquez, lib. 12. cap. 3. nu. 8. Emanuel Sà v. Diſpenſatio, nu. 16. Lopez, & alii.

Dixi, niſi fortè impedimenta matrimonii excipiamus; nã aliqui DD. hanc doctrinam extendunt etiam ad impedimẽta matrimonij; & putant validè obtineri diſpenſationẽ vnius impedimenti non expreſsis aliis. ita docet Salas d. 20. ſect. 15. ad fin. Henriquez lib. 12. cap. 3. nu. 8. Em. Sà v. Diſpenſatio, nu. 16. Rodriquez 1. par. cap. 238. num. 1. & alij apud Sanchez libro 8. d. 23. num. 1. innixi rationibus allatis.

Suarez vero loco citato, Sãchez d. 23. num. 2. & d. 24. num. 1. Gutierez, cap. 123. num. 22. de matrimonio, Petr. Ledeſ. de matrimon. quæſt. 56. art. 2. dub. 1. ad 2. arg. Menochius, Couarruuias, Ceſalus, & alij apud Sanchez, num. 2. excipiũt impedimenta matrimonij, conſequẽter putant, diſpenſationẽ vnius impedimenti materia matrimonij obtentam ab eo, qui pluribus detinetur impedimentis inualidã eſſe, ſi taceantur alia impedimenta. Rõ eſt tum quia Põtifex decipitur, putans, contrahentes uno ſolum impedimento laborare. Tum quia ſic vſu, & ſtylo Curię receptum eſt; cũ hac tamen duplici limitatione.

Prima eſt, qñ aliquis habet duo impedimenta, quorum vnum põt auferri alia via, quàm per diſpenſationem; tunc. n. valida eſt diſpenſatio vnius impedimenti; nõ narrato altero impedimento, qđ alia via, quàm per diſpenſationem, põt auferri;

ferri; vt ſi quis volens ducere conſanguineã habeat votũ caſtitatis emiſsũ ante pubertatẽ, & nõ ratificatum poſt pubertatem, non tenetur in diſpenſatione impedimenti conſanguinitatis facere mentionẽ voti, nam votum non indiget diſpenſatione, cum poſsit etiam alia via, quàm per diſpenſationem, auferri, poteſt enim à parentibus irritari; vt patet ex dictis de voto. Ita Sãchez d. 23. num. 6. Gutierez de matrimonio cap. 123. num. 22. & alij.

Secunda eſt, quando aliquis habet duo impedimenta, quorum vnũ eſt publicum, & alterum priuatum, ſeu occultum, quod non poteſt Papæ manifeſtari abſque infamia, tũc enim obtineri poteſt diſpenſatio publici impedimenti, non explicato occulto; quia non præſumitur Papam velle, impedimentum occultũ explicari cũ tanto ſupplicantis incommodo. Quanquam qui publici impedimenti diſpenſationem à Summo Pontifice obtinuit, debet poſteà diſpenſationem occulti à ſacra Pœnitentiaria, abſque nomine perſonæ obtinere, expreſſo tamen non ſolum impedimento occulto, verum etiam illo, cuius diſpenſationẽ à Sede Apoſtolica obtinuit; ſic enim eſt ſtylus, & praxis Sacræ Pœnitentiariæ, vt obſeruat Sãchez num. 7. Suarez nu. 3. Gutierez cap. 123. num. 22. de Matrimonio, ſicquè periculum incurrẽdæ infamiæ præcauetur; cum taceatur nomen perſonæ. Obſerua tamẽ cũ Suarez loc. cit. Gutierez, & Sanchez locis citatis, non referre, ſiue vtrumquè impedimentum prius proponatur Sacræ Pœnitentiariæ, & poſtea publicum Papæ, ſiue è contra; valet enim eadem ratio in vtroque caſu.

2 Ex dictis ſequitur, eum, qui habet votum caſtitatis, vel religionis, vel non ineundi matrimonium, ſi diſpenſationem petat ad contrahẽdum matrimonium cum conſanguinea, non ſolum teneri in eadem petitione exprimere Summo Pontifici impedimentum conſanguinitatis, verumetiam voti caſtitatis, vel religionis, &c.

Secus dicendum putat Sanchez num. 4. & Suarez num. 4. ſi prius petat diſpenſationem voti caſtitatis à Summo Pontifice, vel etiam ab Epiſcopo in ijs caſibus, in quibus Epiſcopus diſpenſare poteſt.

Ego verò non video ſufficientẽ differentiæ rationem; cum vtrumq; dicatur impedimentum matrimonij, & tam votum caſtitatis, quam conſanguinitas impediat matrimonium, licet conſanguinitas non ſolum impediat, verum etiam dirimat; alioquin volenti contrahere cum conſanguinea, quam carnaliter cognouit, liceret petere diſpenſationem inceſtus, quod eſt impedimentum impediens matrimoniũ, & poſtea iterum petere diſpenſationem conſanguinitatis, quæ non ſolùm impedit, verùm etiam dirimit; hoc autẽ videtur cõtra ipſum Sanchez diſp. 25. nu. 8.

PVNCTVM X.
Quibus modis diſpenſatio vim ſuam amittat.

MVltis modis diſpenſatio vim ſuam amittere poteſt.

Primò ceſſatione cauſæ. Secundò morte concedentis. Tertiò renuntiatione. Quartò reuocatione. Quintò primo actu. de his ſingulis agendum eſt in ſequentibus §.

Vtrum

§. I.

Vtrùm diſpenſatio vim ſuã amittat, ceſſante cauſa, ob quam conceſſa fuerat.

1 *Tempus dubitandi an valida ſit aliqua diſpenſatio quodnam ſit.*

2 *Ad valorem diſpenſationis non eſt neceſſe, vt cauſa ſit vera, quando literæ Romam mittuntur.*

3 *Delegatus ad diſpenſandum non poteſt validè diſpenſare, ſi poſt Indultum ſibi conceſſum ceſſauit cauſa iuſta diſpenſandi.*

4 *Cauſa ad diſpenſandum debet ſubeſſe, quando inferior vult vti facultate diſpenſandi.*

5 *Ceſſante cauſa finali diſpenſationis poſt obtentam diſpenſationem, & nondum executioni mãdatam, probabilius eſt etiam ipſam diſpenſationem ceſſare.*

6 *Obtinens diſpenſationem comedendi carnes tempore ieiunij ob infirmitatem, ea ceſſante tenetur à carnibus abſtinere.*

7 *Diſpenſatio ad contrahendum matrimonium, ceſſat ceſſante omnino cauſa finali.*

8 *Obtinens diſpenſationem in aliqua lege humana, vel diuina &c. peccat tali diſpenſatione vtendo tranſacta cauſa diſpenſationis.*

9 *Obtinens diſpenſationem in voto Caſtitatis &c. ad contrahendã ob periculum incontinentiæ, nequit diſſoluto primo matrimonio, vel periculo incontinentiæ aliud matrimonium inire &c.*

10 *Quid faciendum ſit quando dubitatur an cauſa diſpenſationis ceſſarit.*

11 *Diſpenſatio obtẽta, & executioni mãdata, non ceſſat, nec poteſt reuocari ceſſante cauſa, ob quam fuit obtenta.*

1 NOtandum, quadruplex tempus diſtingui poſſe, in quo dubitari poteſt, an valida ſit diſpẽſatio, vimque ſuam retineat, niſi in quolibet illorum temporum ſigno vera cauſa ſubſiſtat.

Primum tempus eſt, quando literæ mittuntur Romam.

Secundũ eſt, quando Superior dat mandatum, ſeu indultum ad diſpenſandum, vt contingit in diſpẽſationibus matrimonij, dum Papa concedit Epiſcopo, aut Cõfeſſario facultatem diſpenſandi cum tali perſona, ſi preces veritate nitantur, ideſt ſi res ita ſe habet, vt expreſſum eſt in precibus, ſeu in ſupplicatione.

Tertium tempus eſt, quando ipſamet diſpenſatio iam obtenta eſt immediatè per Superiorem, aut per alium ad hoc delegatum; ſed diſpenſatio nondum ſortita eſt ſuum effectum, ideſt nondum mandata eſt executioni; vt ſi obtenta ſit diſpenſatio ineundi matrimoniũ, ſed matrimoniũ nõdum ſit contractũ.

Quartum tempus eſt, quando ipſa diſpenſatio obtenta fuit, & executioni mandata; vt ſi obtenta ſit diſpenſatio recipiendi Ordines ob paupertatem, & vi illius diſpenſationis ſuſcepti ſunt Ordines, quibus ſuſceptis ceſſauit paupertas.

De his ſingulis caſibus ſermo nobis erit per ſingulas propoſitiones.

PRIMA PROPOSITIO.

2 AD validitatem diſpenſationis non eſt neceſſe, vt cauſa ſit

ſit vera, quando literæ mittuntur Romam. Ratio eſt tum quia talis neceſsitas nullo iure probatur. Tùm quia verba diſpenſationis, ſi preces veritate nitantur, ſufficienter verificantur, ſi cauſa narrata ſubſiſtat, dum Pontifex committit, vel concedit diſpenſationē. Ita Sanchez lib. 8. diſp. 30. nume. 2. Idem innuit Rodriquez tom. 1. cap. 238. nu. 9. concl. 9. Corduba in ſumma quæſt. 45. Gutierez de Matrimonio cap. 226. Maſchardus, & alij apud Sanchez: contra nonnullos alios, quos tacito nomine innuit Sāchez ibidem.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Delegatus ad diſpenſandum non poteſt validè diſpenſare, ſi poſt mandatum, ſeu indultum ſibi à Summo Pontifice conceſſum ceſſauit cauſa iuſta diſpenſandi, vnde ſi Papa commiſit Epiſcopo facultatem diſpenſandi cum Titio irregulari, vt ad Ordines propter parentum paupertatē promoueri valeat, ſed interim, antequam Epiſcopus diſpenſet, cauſa diſpenſationis ceſſat, eo quod parentes Titij ad pinguiorem fortunam venerint, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quādiù iuſta diſpēſandi cauſa ceſſat, quādiù ſcilicet parētes diuitijs affluunt. Ita Suarez lib. 6. cap. 20. num. 13. Sanchez, Gutierez, locis ſtatim citandis, & alij communiter. Ratio eſt tum quia mandatum ad diſpēſandum datur ſub cōditione, ſi preces veritate nitātur; ſed preces non nituntur veritate, ceſſante cauſa, ob quam data fuit delegato facultas diſpenſandi; ergo delegatus ad diſpenſandum nō poteſt validè diſpenſare, ſi iuſta diſpenſandi cauſa ceſſet, poſtquā Superior facultatem diſpenſandi dedit. Tum quia inferior validè poteſt diſpenſare, quatenus illi conceditur à Superiore; cum ſit veluti mādatarius, qui mandati formam ſeruare tenetur; ſed Superior non videtur concedere facultatem diſpēſandi, ceſſante iuſta diſpenſationis cauſa; non enim præſumitur velle facultatem alteri dare ad id, quod ipſe licitè præſtare non poteſt; cum autem ipſe non poſsit licitè diſpēſare ſine iuſta cauſa, ſequitur, non præſumi facultatem alteri ad diſpēſandum dare, ceſſante cauſa in precibus narrata, etiāſi cauſa tempore commiſsionis adeſſet. Tum quia ſicut Superior non vult facultatem diſpenſandi dare, niſi ſubſiſtente tali cauſa: ita data diſpenſandi facultate non cenſetur velle, diſpenſationem ipſam concedi, non ſubſiſtente iuſta diſpenſationis cauſa.

Dixi quandiù iuſta diſpenſandi cauſa ceſſat; nam, ſi cauſa ceſſet per aliquod tempus, & poſtea reuiuiſcat, delegatus diſpenſare poterit, poſtquam cauſa reuixit. Ita Sāchez loco citato, num. 16. Gutierez de Matrimonio, cap. 126. num. 2. Ratio eſt tum quia ſubſiſtit cauſa, ob quā ad diſpenſandum data fuit facultas, quæ ob ceſſationem cauſæ ad tempus, non fuit ſublata, ſed tantūmodo ſuſpenſa. Tum quia, ſicut ad conſequendam hæreditatem ex teſtamento relictam ſufficit, hæredem capacem illius eſſe tempore conditi teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditionis hæreditatis, non habita rōne medij tēporis, vt ex L. Si alienum 40. §. in extraneis, ff. de hæred. inſtituen. docet Sanchez loco citato

tato, num. 16. cum Gloſſa, Molina, & alijs: ita ad valorem diſpenſationis ſufficit, cauſam illius finalē ſubſiſtere, dum Summus Pontifex concedit diſpēſandi facultatem, illaq; vtitur is, cui datum fuit mandatū ad diſpenſandum; etiamſi tempore medio cauſa ceſſarit.

4 Ex dictis ergo patet, cauſam ad diſpenſandum requiri, non ſolum quando Superior dat inferiori mandatum ad diſpenſandum, vt patet ex cap. Quia circa de conſang. & affinit. verum etiam quando inferior vult diſpenſandi facultate vti. Ita Gutierez de Matrimonio cap. 126. num. 1. Sanchez, Suarez, & alij locis ſtatim citandis, qui benè aduertunt, Confeſſarios, alioſque quibus diſpenſandi facultas datur, magna vti debere diligentia in indaganda rei veritate, vt videlicet reſpiciant, an preces verificentur non ſolum, dum ipſi diſpenſationem vi facultatis ſibi conceſſæ exequi volunt; verum etiam tempore conceſſionis Romæ obtentæ. Ita Sanchez num. 5. contra Gutierez loco citato, verſiculo Nihilominus, qui videtur ſibi contrarius verſiculo Si verò cauſa.

TERTIA PROPOSITIO.

5 SI obtenta diſpēſatione ceſſet cauſa finalis diſpenſationis, antequam ipſa diſpenſatio executioni mandetur, ſeu antequam ſuum ſortiatur effectum, vel ſi ſortiri cœpit effectum, is eſt commodè diuiſibilis; probabilius eſt, etiā diſpenſationē ceſſare quandiù cauſa finalis ceſſat; vt ſi Epiſcopus, qui mandatum accepit ad diſpenſandum cū Titio in irregularitate propter paupertatem parentum, illum diſpenſauit ad Ordinem; ſed ante ſuſceptionem Ordinis parentes Titij diuitias ſibi compararunt, non poteſt Titius licitè, aut validè vti diſpenſatione, & Ordines ſuſcipere, quandiù ceſſat iuſta cauſa finalis diſpenſationis, ideſt quandiù parentes Titij diuitijs abundant.

Hæc Propoſitio non admittitur ab omnibus, nam duplex eſt DD. ſententia.

Prima ſententia eſt Sanchez lib. 8. d. 3. num. 14. Tiraquelli tract. ceſſante cauſa, limitatione 23. nu. 11. & aliorum quamplurium apud eundē Tiraquellum, & apud Sanchez locis citatis; contra Angelum verbo Diſpenſatio num. 14. Syluestrum eodem verbo, quæſito 6. Suarez lib. 6. de legibus cap. 20. num. 15. Salas d. 20. ſect. 6. num. 67. Gutierez de Matrimonio cap. 126. verſ. Si autem, n. 2. Emanuel Sà, verbo Gratia nu. 6. & 10. Maſchardum de probat. concl. 1128. num. 22. & alios. Ratio eſt tū quia diſpenſatio pendet à voluntate Superioris; Superior autem non cenſetur velle diſpenſationi locum eſſe, ſi cauſa diſpenſationis ceſſet, antequam mandetur executioni, ſuumq; ſortiatur effectum, nō enim præſumitur velle aliquem ab obligatione legis eximere, eiq; facultatem faciendi contra legem concedere, non ſubſiſtente iuſta cauſa; alioqui talis conceſsio, ſeu diſpenſatio eſſet iniqua. Tùm quia ratio dictat, partem, ceſſante cauſa exēptionis, debere ſe toti conformare. Tum quia, ſicut ceſſante cauſa, ſeu ratione legis in totum, ceſſat ēt ipſius obligatio: ita etiam ceſſante cauſa diſpenſationis in totum, dicēdum videtur, diſpenſationem ceſſare.

Digitized by Google

ſare. Tum quia ſicut indultum, ſeu mandatum diſpenſandi cōceditur ſub hac conditione, ſi preces veritate nitantur, ideſt ſi cauſa iuſta narrata ſubſiſtat, non ſolùm tempore, quo mandatum diſpenſandi conceditur; verum etiam tempore, quo diſpenſandum eſt; vt patet ex ſecunda Propoſitione: ita diſpenſatio cenſetur conceſſa ſub hac tacita conditione, ſi cauſa ſubſiſtat, quando diſpenſatio mandatur executioni; nam in vtroque caſu militat eadē ratio, propter quam Superior dici debuit mandatum ſub tali conditione ad diſpēſandum dediſſe. Tum quia diſpenſatio veſcēdi carnibus tempore quadrageſimæ, ob certam infirmitatem, ceſſat, etiam iuxta ipſum Suarez loco citato, num. 8. ceſſante infirmitate, quæ fuit cauſa diſpenſationis, alioquin ſi diſpēſatio conceſſa fuiſſet etiam pro tempore, quo infirmitas ceſſauit, non videretur æqua, & iuſta; ergo diſpenſatio ceſſat, ſi ceſſet cauſa diſpenſationis, antequàm diſpēſatio ſuum ſortiatur effectum.

6 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui diſpenſationem in ieiunio, vel abſtinentia à carnibus ſimpliciter obtinuit propter aliquam infirmitatem, teneri adhuc ieiunare, & à carnibus abſtinere, ceſſante cauſa talis diſpenſationis. Ita Sanchez loco citato, & alij DD. citati. Contra Salas loco citato, ſect. 6. ad finem, & alios, quos idem Salas tacito nomine refert, nu. 65.

7 Secundò, diſpenſationem ad contrahendum matrimonium etiā perfectè obtentam ceſſare, ceſſante omninò cauſa finali diſpēſationis. Ita Sanchez loco cit. & alij, contra Salas loco cit. num. 67. Angelum, Syluestrum, & alios apud præcitatos DD.

8 Tertiò, eum, qui diſpenſationem obtinuit in aliqua lege humana, vel Diuina; vt in iuramentis, aut votis, non videri immunem à peccato, iuxta materiæ, & præcepti grauitatem, ſi tali diſpenſatione vtatur, poſtquam cauſa diſpenſationis ceſſauit. Ita ſentire videtur Sanchez, & alij locis citatis, cōtra Salas loco cit. nu. 66. verſic. Ego in hac re, & alios.

9 Quartò, eum, qui diſpenſationem in voto caſtitatis, aut religionis obtinuit ad contrahendum matrimonium ob periculum incontinentiæ, non poſſe, diſſoluto primo matrimonio, & ceſſante periculo incontinentiæ, aliud matrimonium inire, aut debitum petere; ceſſat enim omninò ratio diſpenſationis; & ſicut diſpenſatio eſſet inualida, ſi concederetur ad tempus ob cauſam non ſufficientem ad eam concedendam ad tempus: ita non erit valida, ſi perpetuò concedatur ob cauſam, quæ non ſufficiat ad eam concedendam in perpetuum; periculum autem incontinentiæ, per ſe loquendo, non videtur cauſa ſufficiens ad concedendam diſpenſationem perpetuam; ergo talis diſpenſatio erit inualida pro tempore, quo totalis cauſa ceſſat. Hac de cauſa vſu receptum eſt, vt in huiuſmodi diſpenſationibus, & reſcriptis Apoſtolicis apponatur particula, qua indicetur, talem diſpenſationem non prodeſſe, diſſoluto matrimonio.

Verùm huic primę ſententiæ addendam puto limitationem, niſi Superior ob cauſam tēporalem, quā ſuffi-

ſufficientem putat ad diſpenſationem perpetuam cõcedendam, abſolutè diſpenſet; conſtat enim Sũmum Pontificem non ſolum in ijs, quæ ſunt de iure humano; verum etiam in ijs, quæ ſunt de iure Diuino, vel Naturali, abſolutè, & in perpetuum aliquando diſpenſare. Quamobrem fieri poteſt, vt Summus Pontifex aliquando abſolutè diſpenſet, exempli gratia in voto peregrinationis cum aliquo Cardinali, vt eum Comitem, & ſocium habeat in aliquo graui negotio ad Eccleſię ſtatum pertinente. Itẽ fœmina, quæ propter incontinentiæ periculum diſpẽſationem obtinuit in voto caſtitatis, petere poteſt debitum, ceſſante periculo incontinentiæ; alioquin multis aliquando præmeretur ſcrupulis circa debiti petitionem; & Summus Pontifex præſumitur iuſtam habuiſſe cauſam abſolutè diſpenſandi circa debiti petitionem. Et ſic de cæteris. Idẽ à fortiori dicendum eſt in ijs, quæ ſunt de iure humano, in quibus Superior validè poteſt ſine cauſa diſpenſare, iuxtà ſupra dicta.

In hac limitatione conueniunt etiam Suarez loco citato, & Salas loco citato, num. 66. verſiculo Tertio dicerem.

Secunda ſententia eſt Gutierez, Suarez, Salas, Angeli, Syluestri, & aliorũ loc. cit. negantiũ diſpenſationem ceſſare, ceſſante cauſa diſpenſationis. Ratio eſt tum quia factum legitimè non debet retractari, quamuis poſteà eueniat à quo non potuit inchoari, reg. Factum 73. de reg. iur. in 6. Tum quia effectus conſumatus non ceſſat, ceſſante cauſa, vt benè docet Menochius de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 197. Bartolus, & alij apud Sanchez, & Suarez locis citatis; ſed effectus diſpẽſationis eſt exemptio ab obligatione legis, quæ legitimè conceſſa eſt, poſtquam is, cui datũ erat mandatum ad diſpenſandum, diſpenſauit; ergo diſpenſatio, ſeu exemptio ab obligatione legis nõ ceſſat, ſi cauſa diſpenſationis ceſſet, antequam diſpenſatio ſuum effectum ſortiatur. Tum quia obligatio legis ſublata eſt per diſpenſationem; effectus autem ſemel extinctus non poteſt naturaliter reproduci.

Hæc ſententia probabilis eſt, prę ſertim in ijs, in quibus Superior validè poteſt ſine cauſa diſpenſare. Probabilius tamen eſt quod nos aſſeruimus; nec obſtant rationes Suarez, & aliorum.

Ad primam enim reſpondeo, illam procedere de effectu diſpenſationis vltimato, & iam omninò cõſumato; non cenſetur autem effectus omninò conſumatus, donec diſpenſatio ſortita ſit ſuum effectum, propter quem data fuerat facultas ad diſpenſandum.

Ad ſecundam reſpõdeo, obligationem legis non eſſe abſolutè extinctam; ſed ſub tacita cõditione, ſi cauſa ſubſiſtat, antequam diſpenſatio executioni demandetur.

Si quæras, an huiuſmodi diſpenſatio cenſeatur conditionalis, vel abſoluta; conſtat ex dictis de Matrimonio, & de Contractibus, vbi oſtendimus, contractum non effici conditionalem ob conditionem tacitè ſubintellectam.

10 Item, ſi quæras, quid faciendũ ſit, quando dubitatur, an cauſa diſpenſationis ceſſauerit.

Reſpondeo, præſumi non ceſſaſſe;

Digitized by Google

ſe; conſequenter diſpenſationem validam eſſe. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro diſpenſatione, quam cōſtat validè conceſſam fuiſſe. Tum quia in dubio valoris diſpenſationis pręſumendum eſt in fauorem diſpenſationis; vt ſuperius oſtendi cum Sáchez, Menochio, Riminaldo, Salas, & alijs; ergo à fortiori in ipſius fauorem præſumendum eſt, ſi ſemel conſtitit de ipſius valore, licèt modo dubium ſuboriatur, an ceſſauerit ob cauſæ ceſſationem. Ita Sanchez lib. 8. diſt. 30. num. 9. Gutierez loc. cit. nu. 2. verſ. ſecunda ſententia, & alij, quos in ſimili ſupra retuli de ceſſatione legis, & infra de voto per errorē, vel dolum circa cauſam finalem celebrato.

QVARTA PROPOSITIO.

11 Diſpenſatio ſemel obtenta, & iam executioni mandata, nō ceſſat, nec reuocari poteſt, ceſſante cauſa, ob quam fuerat conceſſa, vt ſi iuſta de cauſa conceſſa ſit diſpenſatio ad contrahendum matrimonium, & vi talis diſpenſationis contractum ſit matrimonium, non ceſſat diſpenſatio, ſi contracto iam matrimonio ceſſat cauſa diſpenſationis. Item non ceſſat diſpenſatio in irregularitate reſpectu illius, qui ratione paupertatis parentum diſpenſationem ad Ordines obtinuit, ſi Ordinibus iam ſuſceptis ceſſat paupertas, quæ fuit cauſa finalis diſpenſationis. Ratio eſt quia effectus licitè, validè, legitimè, & abſolutè factus, & conſumatus fuit virtute diſpenſationis præteritæ; ergo debet permanere; conſequenter ceſſare non debet ob ceſſationem cauſæ, aut ob reuocationem diſpēſationis; vt patet ex rationibus in ſecunda propoſitione allatis ad cō probandam ſententiam Suarez, & aliorum. Hac de cauſa Bartolus, Menochius, Sanchez, & alij apud præcit. DD. docent, effectum conſumatum non ceſſare, ceſſante cauſa; modò totus effectus ſit conſumatus, dum cauſa ceſſat. Si verò effectus ſit diuiſibilis, & nondum totus ſit conſumatus; ſed ſolùm quò ad aliquem actum, ceſſante cauſa, ceſſat effectus, qui nondum eſt conſumatus, ſeu executioni demandatus ante ceſſationem cauſæ. Vndè, ſi alicui ob infirmitatem concedatur diſpenſatio comedendi carnes tēpore quadrageſimæ; ſed tranſacta media quadrageſima, ceſſet infirmitas, quæ fuit cauſa diſpenſationis, ceſſat etiam ipſa diſpenſatio reſpectu ſubſequentis temporis.

§. II.

Vtrùm diſpenſatio iam conceſſa vim ſuam amittat per mortem concedentis, aut per reuocationem, vel per renuntiationem diſpēſationis.

1 *Diſpenſatio iam obtenta vim ſuam non amittit per mortem concedētis.*
2 *Diſpenſatio vim ſuam amittit, ſi reuocetur nondum effectu adimpleto.*
3 *Renuntiatio diſpenſationis quid efficiat.*
4 *Diſpenſatus poteſt diſpenſationi renūtiare antequam ſortiatur effectum.*
5 *Qui propoſuit non vti diſpenſatione, aut illi renuntiare, poteſt ea vti, vel renuntiationem reuocare, ſi eam*

Supe-

Digitized by Google

Superior nondum acceptauit.
6 *Differentia inter diſpenſationē voti, & iuramenti, & inter diſpenſationem aliarum legum, quarum obligatio ab alio pendet.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 DIſpenſatio vim ſuam non amittit per mortem concedentis. Ratio eſt quia diſpenſatio eſt gratia, gratia autem iam conceſſa, ſeu facta non amittitur per mortem concedentis; vt infra oſtēdam de priuilegijs, vbi etiam explicabo, quænam dicatur gratia facta, & quæ facienda.

Hinc ſequitur; eum, cum quo diſpenſatum eſt, poſſe mortuo concedēte vti diſpenſatione ad illum vſum, ad quem illam obtinuit: vt ſi per diſpenſationem exemptus ſit à ieiunio toto tempore quadrageſimæ; ſed nondum elapſa quadrageſima Superior moriatur, ad huc liber manet ab obligatione ieiunij, mortuo Superiore. Ita Henriquez lib.7.cap.21. nu.7. Auguſtinus Barboſa in remiſ. circa Concilium, ſeſſio.22. cap.5. Salas de legibus diſp. 20.ſect.17.nume. 125. Suarez lib.6. cap.20.nu.4. & cap.31. num.3. Nauarrus, & alij apud Sanchez lib.8. d. 28.q.3. à nu.48. Gutierez de Matrimonio cap.125.nume.22. & ſeqq.

An verò diſpenſatio extinguatur morte illius, per quem erat expedienda, patebit ex dicendis de priuilegijs.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 DIſpenſatio vim ſuam amittit, ſi reuocetur, antequàm adimpleatur effectus, ad quem fuerat conceſſa. Ita Sanchez d. 33. Suarez lib.6.cap.30.num.6. Salas ſectio. 18. & alij. Ratio eſt tum quia diſpēſatio vim habet à voluntate concedentis, donec executioni demandetur; ſi ergo concedens per reuocationem nolit eam amplius vim habere, dicendum eſt, diſpenſationem vim ſuam amittere per reuocationem concedentis. Tum quia, ſicut diſpenſator per diſpenſationē exemit ſubditum ab obligatione legis: ita poteſt illum per reuocationem diſpenſationis eidem obligationi ſubijcere.

Addo primò, Superiorem non ſolùm poſſe validè diſpenſationem reuocare; verum etiam licitè, ſi iuſtā habeat cauſam reuocandæ diſpenſationis; vtitur enim iure ſuo, nullique facit iniuriam, & mutatio cohoneſtatur ob iuſtam cauſam. Si verò Superior reuocet diſpenſationē ſine cauſa, valida erit reuocatio; vt patet ex rationibus allatis; ſed rem minus laudabilē agere dicetur, cū ipſius actio nulla ſufficienti cauſa cohoneſtetur. Ita Suarez loco citato, Sanchez, Salas, & alij, quos in ſimili retuli de Pœnitentia, & infra referam in ſimili de priuilegijs.

An verò inferior, cui à Superiore data eſt facultas reuocandi legem poſsit illam validè ſine iuſta cauſa reuocare.

Reſpondetur negatiuè; vt patet ex rationibus ſuperius allatis in ſimili de diſpenſatione in lege Superioris. Ita Salas d. 20. ſect. 18 num. 126. Sanchez lib.8.d.33. num. 14. & alij apud præcitatos DD. cōtra Suarez cap.37.nu.15.

Ex quo ſequitur, diſpenſationes in foro conſcientię obtentas à Sacra Pœnitentiaria nō poſſe ſine cauſa

Digitized by Google

ſa reuocari, quia ſunt diſpenſationes in lege ſuperioris. Ita DD. citati.

Addo ſecundò, ſuperiorem non ſolum poſſe diſpenſationem reuocare, dum conceſsit alteri facultatem diſpenſandi cum aliquo, quæ facultas dicitur potius indultum, vel breue, vel mandatum diſpenſandi, quàm diſpenſatio; verum etiam quando ipſa diſpenſatio conceſſa fuit ab ipſomet ſuperiore, vel per alium ab ipſo delegatum. Hæc tamen locum non habent in diſpenſatione voti, quam conſtat reuocari non poſſe; quia vinculum voti non pendet à voluntate ſuperioris; ergo non poteſt ab eo induci. Ita Suarez libro 8. cap. 37. num. 10.

Dixi in Propoſitione, ſi reuocetur, antequam adimpleatur effectus, ad quem fuerat conceſſa; nam adimpleto effectu, ad quem diſpenſatio conceſſa fuerat, non poteſt amplius vim ſuam per reuocationem amittere; vt ſi conceſſa ſit alicui diſpenſatio ad contrahendum cum aliqua matrimonium, & vi diſpenſationis iam cõtractum ſit matrimonium, talis diſpenſatio non ceſſat, nec poteſt vim ſuam per reuocationem diſpẽſationis, aut alio pacto amittere; nam diſpenſatio ſortita eſt ſuum effectum, & matrimonium licitè & validè, virtute diſpenſationis validæ, contractum fuit; quod autem factum eſt, infectum fieri non poteſt. Videte Suarez, lib. 6. cap 20. num. 6. & libro 8. cap. 37. nu. 10. Sanchez, lib. 8. d. 33. & d. 28. num. 91. & Gutierez de matrimonio, cap. 125. num. 22.

TERTIA PROPOSITIO.

3 Renuntiatio diſpenſationis efficit, vt diſpenſatio, quæ nondũ executioni demandata fuerat, vim ſuam amittat, ſi renuntiatio acceptetur à diſpenſante. Exempli gratia, Titius obtinuit diſpenſationem ducendi conſanguineam in matrimonium; ſed ante contractum matrimonium cedit diſpenſationi, diſpenſatio ceſſat, ſi ceſsio, ſeu renuntiatio diſpenſationis acceptetur à diſpenſante. Ratio eſt quia per renuntiationem diſpẽſationis acceptatam à concedente, ſubditus iterum ſubijcitur legi à qua fuerat per diſpenſationem exemptus; conſequenter prior diſpenſatio, per quam fuerat exemptus ab obligatione legis, vim ſuã amittit per renuntiationem acceptatam a concedente. Ita Suarez, lib. 6. cap. 20. num. 7. & alij communiter.

4 Ex quo licet obiter colligere, diſpenſatum poſſe diſpenſationi, quæ nõdum ſortita fuerat effectum, renuntiare; quilibet enim poteſt iuri, & fauori ſuo cedere; cap. Ad Apoſtolicam de regularibus.

5 Quæres, vtrum qui propoſuit non vti diſpenſatione, aut illi renũciare, poſsit ea vti, aut renuntiationem reuocare.

Reſpondeo affirmatiuè, modò renuntiatio nondum fuerit acceptata à Superiore, qui diſpenſationem conceſſerat. Ratio eſt tum quia ſubditus per propoſitum non vtendi diſpenſatione, aut per renuntiationem nondum acceptatã à Superiore, non abdicauit à ſe ius diſpenſationis, nec ob id diſpen-

ſatio vires ſuas amiſit; ergo qui diſpenſationem obtinuit, poterit, retractata voluntate, vti diſpenſatione. Tum quia res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de regulis iuris; ſed ad conceſsionem diſpenſationis, & priuilegij requiritur voluntas concedentis, & diſpenſantis; ergo ad eius diſſolutionem requiritur voluntas vtriuſque; ergo qui propoſuit non vti diſpenſatione, poteſt adhuc ea vti; cum non adſit voluntas diſpenſantis acceptantis renuntiationem. Itá Suarez libro 6. cap. 20. numero 8. & cap. 23. ad finem, Sanchez libro 8. diſp. 32. Salas diſp. 20. ſect. 19. num. 128.

6 Hinc patet differentia inter diſpenſationem voti, & iuramenti, & inter diſpenſationem aliarum legum, quarum obligatio ab alió pendet; quòd diſpenſatio voti, & iuramenti ſemel perfectè conceſſa amittit vim ſuam per internam renuntiationem; nam interius renuntians diſpenſationi voti, vel iuramenti, præſumitur iterum velle ſibi imponere obligationem voti, vel iuramenti, quæ ab ipſius voluntate dependet, niſi aliter conſtet de ipſius mente; conſequenter indiget noua diſpenſatione, facta ſemel renuntiatione interna. Diſpenſatio verò aliarum legum non amittit vim ſuam, donec renuntiatio diſpenſationis fuerit acceptata á legitimo Superiore; quia obligatio aliarum legum non pendet á voluntate renuntiantis diſpenſationi. Ita Sanchez, libro 8. diſp. 32. num. 3. Salas loco cit. num. 128. ad finem, qui benè obſeruant, quod dictum eſt de renuntiatione diſpenſationis voti, & iuraméti procedere in diſpenſatione iam perfectè conceſſa; nam, ſi diſpenſatio voti, vel iuramenti nondum ſit perfectè conceſſa; vt ſi Epiſcopus, vel Confeſſarius, cui á Summo Pontifice, vel á Pœnitentiario data eſt facultas diſpenſandi cum aliquo, nondum expediuit diſpenſationem; & is, in cuius fauorem data eſt facultas diſpenſandi, renuntiet diſpenſationi, poterit is, adhuc mutata voluntate recipere diſpenſationem, eaque vti. Ratio eſt quia nondum eſt exemptus ab obligatione; cum diſpenſatio nondum fuerit expedita; & licèt votum ſæpius repetatur ante expeditam diſpenſationem: poteſt tamen eadem diſpenſatione auferri; vt ſupra dictum eſt.

§. III.

Vtrum diſpéſatio vim ſuam amittat per primum actum.

1 *Diſpenſatio abſolutè conceſſa non finitur primo actu.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Diſpenſatio abſolutè, & ſinè limitatione conceſſa nō finitur primo actu. Ratio eſt tum quia diſpenſatio non ieiunandi abſolutè conceſſa non ceſſat, non ſeruato vno die ieiunio; & diſpenſatio abſoluta in voto caſtitatis non ceſſat, violata ſemel caſtitate; & diſpenſatio abſoluta irregularitatis non finitur ſuſceptione alicuius Ordinis, vel beneficij; & ſic de cęteris; ergo. Tum quia, quando ſuperior intendit ad vnum actum diſpenſationem concedere, ſolet hoc exprimere; ergo hoc non expreſſo,

preſſo, diſpenſatio non finitur primo actu. Tum quia verba accipienda ſunt iuxta propriam ipſorum ſignificationem, & non ſunt reſtringenda intra proprietatem naturalem; vt ſuperius oſtendi de explicatione legis humanæ. Ità Sanchez libro 8. de matrimonio, d.31.num. 8. Salas de legib.d.20.ſec.19.nu.127. Syluest. Angel. Tabiena, & alij, quos retuli de Pœnitentia, quæſt.7. pun.3.num.4. omiſsis alijs, quos in ſimili refert Sanchez loc. cit. num. 11. Contrà nonnullos alios apud præfatos DD.

Obijcies. Diſpenſatio eſt res odioſa, vtpotè iuri contraria; ergo ſtrictè explicanda eſt; ergo non eſt extendenda vltra primum actum; ergo finitur primo actu.

Reſpondeo, diſpenſationem rem quidem odioſam eſſe, & conſequenter non eſſe extendendam vltra propriam verborum ſignificationẽ. Non tamen hinc ſequitur, diſpenſationem abſolutè conceſſam finiri primo actu. Secus ſi non fuerit abſolutè conceſſa. Quamobrem diſpenſatio ad Ordines intelligitur de minoribus, & diſpenſatio ad beneficium intelligitur de vnico beneficio; Iuxta Sanchez loc. cit. nu. 8. & alios, quos referam de priuilegijs pun. 3. Et diſpenſatio contrahendi matrimonium cum conſanguinea, mortua ea ceſſat; quia non eſt ſimpliciter cõceſſa ad contrahẽdum matrimonium cum qualibet conſanguinea. Diſpenſatio verò in voto caſtitatis, aut religionis ad contrahendum matrimonium, non finitur primo matrimonio; modo cauſa diſpenſationis perſeueret, nec ſuperior aliter expreſſerit; nam eſt abſolutè conceſſa, ad ineundum matrimonium. Ità Sanchez omninò videndus, nu.11. Quamuis etiam oppoſitum probabile ſit. Item ſi duo voto caſtitatis aſtricti impetrent diſpenſationem ad mutuò contrahendum, allegata cauſa quam vterque habet independenter ab altero contrahente poſſunt mortuo primo coniuge, cum alio contrahere; modo diſpenſatio non fuerit limitata ad vnicum matrimonium, & modo cauſa diſpenſationis adhuc perſeueret, iuxta noſtram ſententiam ſuperius explicatam. Quamobrem, qui pro cauſa diſpenſationis voti expreſſerunt ſtimulos carnis, poſſunt, ſoluto primo matrimonio, ad aliud tranſire, ſi ſtimulis carnis adhuc vexentur, nec diſpenſatio limitata fuerit ad primum matrimonium tunc enim eſt duplex diſpenſatio & neutra ab alia pendet. Si verò pro cauſa diſpenſationis voti allegatus fuit mutuus inter contrahentes concubinatus, vel infamia fœminæ, quam alter contrahens conſtuprauit, vel alia ſimilis cauſa ſpecialiter ambos contingens, non poterunt, ſoluto primo matrimonio, aliud celebrare, quia diſpẽſatio non cenſetur abſoluta, ſed limitata, ad contrahendum inter eos, inter quos cauſa allegata ſpecialiter verſatur. Ita Sanchez loco cit. num. 14.

PVNCTVM XI.

Cuius expenſis obtinenda ſit diſpenſatio.

1 *De qua diſpenſatione agatur in hoc puncto.*

2 *Diſpenſatio impetranda eſt illius expenſis, qui hoc onus in ſe ſuſcepit.*

3 *Si quis hoc onus in ſe non ſuſcipiat, diſpenſatio obtinenda eſt communibus expenſis.*

4 *Diſpenſatio communibus expenſis ſoluenda eſt, quando inter conſanguineos mutua praceſsit promiſſio contrahendi matrimonium.*

5 *Diſpenſatio ſoluenda eſt ab eo, qui eã obtinuit altero inſcio matrimonij futuri.*

6 *Qui obtenta de communi conſenſu diſpenſatione, iniuſtè renuit matrimonium contrahere, tenetur ad totas expenſas diſpenſationis.*

7 *Reſiliens à promiſſione matrimonij ob ſuperuenientem notabilem deformitatem in altero contrahente, tenetur tantum ad partem expenſarum.*

8 *Qui iuſtè ingreditur Religionem non tenetur ad integras expenſas.*

9 *Mulier ſi fornicetur, obtenta diſpenſatione, tenetur ad integras expenſas.*

10 *Vir, qui eſt fornicatus ante promiſſionem matrimonij, non tenetur ad integras expenſas, ſi ſponſa, obtenta diſpenſatione, adhuc velit cum eo contrahere.*

11 *Ille, cuius culpa poſt matrimonij promiſſionem, contrahitur impedimentum dirimens, tenetur, ſi poſſit, proprijs expenſis diſpenſationem obtinere, vt ſponſalia perficiantur.*

SOlutio præſentis difficultatis, quam occaſione diſpẽſationum cauſa matrimonij obtinendarum optimè pertractauit Sanchez, lib. 5. diſp. 5. num. 21. vſquè ad 37. & lib. 8. d. 36. ad tria capita reuocari poteſt.

Primum caput eſt, cuius expenſis obtineri debeat diſpenſatio, quando facta eſt inter contrahentes cõuentio, cuius expenſis impetranda ſit.

Secundũ, quando præceſsit conſenſus expreſſus, vel tacitus impetrandæ diſpenſationis; ſed non eſt facta conuentio, cuius expenſis obtineri debeat diſpenſatio.

Tertium eſt, quando alter contrahentium, obtenta diſpenſatione, renuit matrimonium contrahere. Iſtæ tres difficultates tribus ſequentibus propoſitionibus diſſoluentur.

1 Sed prius præmittendum eſt, nos hic loqui de diſpenſatione, quę in plurium commodum vergit; nam, ſi vergat in commodum vnius tantum, illius expenſis impetranda eſt iuxta regulam iuris. Qui ſentit commodum, par eſt, vt ſentiat onus.

PRIMA PROPOSITIO.

2 DIſpenſatio impetranda eſt illius expenſis, qui onus illius impetrandæ ſuis ſumptibus in ſe ſuſcepit. Ratio eſt quia per conuentionem liberè, ſine dolo, vi, aut metu factam ceſsit iuri ſuo, ſeque ad diſpenſationem ſuis ſumptibus obtinendam ſua promiſsione obſtrinxit; promiſsio. n. obligationem parit, & fides alteri data ſeruanda eſt; vt patet ex regulis generalibus traditis de contractibus, & de reſtitutione.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 QVando præceſsit conſenſus tacitus, vel expreſſus impetrandæ diſpenſationis, & alter onus illius

illius impetrandæ ſuis ſumptibus liberaliter in ſe non ſuſcepit, diſpẽſatio communibus expenſis impetranda eſt. Ratio eſt quia qui ſentit commodum, par eſt, vt ſentiat onus; ſed vterque ſentit commodum diſpenſationis; ergo par eſt, vt vterque ſentiat incommodum expenſarum, quæ in impetranda diſpenſatione fiunt. Ita Sanchez, lib. 8.d.36. num.1. cuius doctrinam approbat Gutierez de matrimonio, cap.128. ad finem, num.23.

Hanc Propoſitionem limita cum Sanchez, lib.8.d.36.num.2.& lib.5. d.5. num.21.cum Meres,& alijs; modò aliundè non colligatur, alterum teneri ad integras expenſas perſoluẽdas; ſicut colligitur teneri, quãdo alter contrahentium ex vi legati, aut ſucceſsionis in maioratu tenetur matrimonium contrahere cũ conſanguinea; tunc.n.legatarius, vel maioratus ſucceſſor, cui onus contrahendi cum conſanguinea iniunctum eſt, tenetur ad expenſas diſpenſationis; nam qui vult commodo legati, vel maioratus frui, debet etiam ferre incõmoda, quæ ad illius conſecutionẽ conducunt.

4 Hinc ſequitur primò, diſpenſationem communibus expenſis ſoluendam eſſe, quando inter conſanguineos mutua præceſsit promiſsio contrahendi matrimonium; nam in promiſsione contrahendi matrimonium, cum conſanguinea includitur tacita conuentio, ſeù conſenſus petendæ diſpenſationis, cum matrimonium cum conſanguinea celebrari nequeat ſine diſpenſatione.

5 Secundò ſequitur, diſpenſationem ſoluendam eſſe ab eo, qui diſpenſationẽ obtinuit altero inſcio matrimonij futuri, ſeù nondum facta conuentione matrimonij. Nam inſcius matrimonij futuri non conſenſit tacitè, vel expreſsè ad impetrandam diſpenſationem. Vndè, ſi Titius cupidus matrimonij contrahendi cum Berta ſibi conſanguinea obtinuit diſpenſationẽ contrahendi cum ea matrimonium, ipſa de hac re prius non admonita, expenſæ diſpenſationis pertinent ad Titium; nam præſumitur eas liberaliter feciſſe, cedens iuri ſuo in obſequium ſuæ voluntatis; & appetitus, ſeque periculo exponens, vt diſpenſatio non ſortiatur effectum, ſi Berta in ipſius matrimonium conſentire noluerit. Et hoc, meo iudicio, contra Sanchez loco cit. num.3. nõ ſolum procedit, ſi Berta eo tempore, quo matrimonij contrahendi conuentionem fecit, conſcia erat diſpenſationis obtentæ; verùm etiã ſi illius inſcia erat, adhuc enim vrget ratio allata. Secus dicẽdũ puto.

Primò, ſi Titius, dum conuentionem facit contrahẽdi matrimonij, pactum ineat cum Berta de ſoluendis expenſis diſpenſationis; tunc.n. Berta tenebitur ad expẽſarum partem. Ratio eſt tum quia Titius nõ præſumitur eas condonare. Tum quia cum Titius diſpenſationem, in vtriuſque commodum obtinuerit, videtur ipſi competere ius petendę compenſationis ad ratam commodi; niſi ex coniecturis appareat, eas condonari.

Secundò, ſi pactum ſoluendarũ expenſarum diſpenſationis non ineat ex inaduertentia iuris ſui; habet enim ius ad expenſas, nec præſumitur eas condonare ob inaduertentiam; quia voluntas non fertur in incognitum.

tato, num.16.cum Gloſſa, Molina, & alijs: ita ad valorem diſpenſationis ſufficit, cauſam illius finalē ſubſiſtere, dum Summus Pontifex concedit diſpēſandi facultatem, illaq; vtitur is, cui datum fuit mandatū ad diſpenſandum; etiamſi tempore medio cauſa ceſſarit.

4 Ex dictis ergo patet, cauſam ad diſpenſandum requiri, non ſolum quando Superior dat inferiori mandatum ad diſpenſandum, vt patet ex cap. Quia circa de conſang. & affinit. verum etiam quando inferior vult diſpenſandi facultate vti. Ita Gutierez de Matrimonio cap. 126. num.1. Sanchez, Suarez, & alij locis ſtatim citandis, qui benè aduertunt, Confeſſarios, alioſque quibus diſpenſandi facultas datur, magna vti debere diligentia in indaganda rei veritate, vt videlicet reſpiciant, an preces verificentur non ſolum, dum ipſi diſpenſationem vi facultatis ſibi conceſſæ exequi volunt; verum etiam tempore conceſſionis Romæ obtentæ. Ita Sanchez num.5. contra Gutierez loco citato, verſiculo Nihilominus, qui videtur ſibi contrarius verſiculo Si verò cauſa.

TERTIA PROPOSITIO.

5 SI obtenta diſpēſatione ceſſet cauſa finalis diſpenſationis, antequam ipſa diſpenſatio executioni mandetur, ſeu antequam ſuum ſortiatur effectum, vel ſi ſortiri cępit effectum, is eſt commodè diuiſibilis; probabilius eſt, etiā diſpenſationē ceſſare quandiù cauſa finalis ceſſat; vt ſi Epiſcopus, qui mandatum accepit ad diſpenſandum cū Titio in irregularitate propter paupertatem parentum, illum diſpenſauit ad Ordinem; ſed ante ſuſceptionem Ordinis parentes Titij diuitias ſibi compararunt, non poteſt Titius licitè, aut validè vti diſpenſatione, & Ordines ſuſcipere, quandiù ceſſat iuſta cauſa finalis diſpenſationis, ideſt quandiù parentes Titij diuitijs abundant.

Hæc Propoſitio non admittitur ab omnibus, nam duplex eſt DD. ſententia.

Prima ſententia eſt Sanchez lib. 8.d.3.num.14. Tiraquelli tract. ceſſante cauſa, limitatione 23.nu.11. & aliorum quamplurium apud eundē Tiraquellum, & apud Sanchez locis citatis; contra Angelum verbo Diſpenſatio num.14. Syluestrum eodem verbo, quæſito 6. Suarez lib.6. de legibus cap.20.num.15. Salas d. 20.ſect.6.num.67. Gutierez de Matrimonio cap.126.verſ. Si autem, n. 2. Emanuel Sà, verbo Gratia nu.6. & 10. Maſchardum de probat. concl. 1128.num.22. & alios. Ratio eſt tū quia diſpenſatio pendet à voluntate Superioris; Superior autem non cenſetur velle diſpenſationi locum eſſe, ſi cauſa diſpenſationis ceſſet, antequam mandetur executioni, ſuumq; ſortiatur effectum, nō enim præſumitur velle aliquem ab obligatione legis eximere, eiq; facultatem faciendi contra legem concedere, non ſubſiſtente iuſta cauſa; alioqui talis conceſsio, ſeu diſpenſatio eſſet iniqua. Tùm quia ratio dictat, partem, ceſſante cauſa exceptionis, debere ſe toti conformare. Tum quia, ſicut ceſſante cauſa, ſeu ratione legis in totum, ceſſat ēt ipſius obligatio: ita etiam ceſſante cauſa diſpenſationis in totum, dicēdum videtur, diſpenſationem ceſſare.

Digitized by Google

ſare. Tum quia ſicut indultum, ſeu mandatum diſpenſandi cōceditur ſub hac conditione, ſi preces veritate nitantur, ideſt ſi cauſa iuſta narrata ſubſiſtat, non ſolùm tempore, quo mandatum diſpenſandi conceditur; verum etiam tempore, quo diſpenſandum eſt; vt patet ex ſecunda Propoſitione: ita diſpenſatio cenſetur conceſſa ſub hac tacita conditione, ſi cauſa ſubſiſtat, quando diſpenſatio mandatur executioni; nam in vtroque caſu militat eadē ratio, propter quam Superior dici debuit mandatum ſub tali conditione ad diſpēſandum dediſſe. Tum quia diſpenſatio veſcēdi carnibus tempore quadrageſimæ, ob certam infirmitatem, ceſſat, etiam iuxta ipſum Suarez loco citato, num. 8. ceſſante infirmitate, quæ fuit cauſa diſpenſationis, alioquin ſi diſpēſatio conceſſa fuiſſet etiam pro tempore, quo infirmitas ceſſauit, non videretur æqua, & iuſta; ergo diſpenſatio ceſſat, ſi ceſſet cauſa diſpenſationis, antequàm diſpēſatio ſuum ſortiatur effectum.

6 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui diſpenſationem in ieiunio, vel abſtinentia à carnibus ſimpliciter obtinuit propter aliquam infirmitatem, teneri adhuc ieiunare, & à carnibus abſtinere, ceſſante cauſa talis diſpenſationis. Ita Sanchez loco citato, & alij DD. citati. Contra Salas loco citato, ſect. 6. ad finem, & alios, quos idem Salas tacito nomine refert, nu. 65.

7 Secundò, diſpenſationem ad contrahendum matrimonium etiā perfectè obtentam ceſſare, ceſſante omninò cauſa finali diſpēſationis. Ita Sanchez loco cit. & alij, contra Salas loco cit. num. 67. Angelum, Sylueſtrum, & alios apud præcitatos DD.

8 Tertiò, eum, qui diſpenſationem obtinuit in aliqua lege humana, vel Diuina; vt in iuramentis, aut votis, non videri immunem à peccato, iuxta materiæ, & præcepti grauitatem, ſi tali diſpenſatione vtatur, poſtquam cauſa diſpenſationis ceſſauit. Ita ſentire videtur Sanchez, & alij locis citatis, cōtra Salas loco cit. nu. 66. verſic. Ego in hac re, & alios.

9 Quartò, eum, qui diſpenſationem in voto caſtitatis, aut religionis obtinuit ad contrahendum matrimonium ob periculum incontinentiæ, non poſſe, diſſoluto primo matrimonio, & ceſſante periculo incontinentiæ, aliud matrimonium inire, aut debitum petere; ceſſat enim omninò ratio diſpenſationis; & ſicut diſpenſatio eſſet inualida, ſi concederetur ad tempus ob cauſam non ſufficientem ad eam concedendam ad tempus: ita non erit valida, ſi perpetuò concedatur ob cauſam, quæ non ſufficiat ad eam concedendam in perpetuum; periculum autem incontinentiæ, per ſe loquendo, non videtur cauſa ſufficiens ad concedendam diſpenſationem perpetuam; ergo talis diſpenſatio erit inualida pro tempore, quo totalis cauſa ceſſat. Hac de cauſa vſu receptum eſt, vt in huiuſmodi diſpenſationibus, & reſcriptis Apoſtolicis apponatur particula, qua indicetur, talem diſpenſationem non prodeſſe, diſſoluto matrimonio.

Verùm huic primę ſententiæ addendam puto limitationem, niſi Superior ob cauſam tēporalem, quā ſuffi-

ſufficientem putat ad diſpenſationem perpetuam cōcedendam, abſolutè diſpenſet; conſtat enim Sūmum Pontificem non ſolum in ijs, quæ ſunt de iure humano; verùm etiam in ijs, quæ ſunt de iure Diuino, vel Naturali, abſolutè, & in perpetuum aliquando diſpenſare. Quamobrem fieri poteſt, vt Summus Pontifex aliquando abſolutè diſpenſet, exempli gratia in voto peregrinationis cum aliquo Cardinali, vt eum Comitem, & ſocium habeat in aliquo graui negotio ad Eccleſię ſtatum pertinente. Itē fœmina, quæ propter incontinentiæ periculum diſpēſationem obtinuit in voto caſtitatis, petere poteſt debitum, ceſſante periculo incontinentiæ; alioquin multis aliquando præmeretur ſcrupulis circa debiti petitionem; & Summus Pontifex præſumitur iuſtam habuiſſe cauſam abſolutè diſpenſandi circa debiti petitionem. Et ſic de cæteris. Idē à fortiori dicendum eſt in ijs, quæ ſunt de iure humano, in quibus Superior validè poteſt ſine cauſa diſpenſare, iuxtà ſupra dicta.

In hac limitatione conueniunt etiam Suarez loco citato, & Salas loco citato, num. 66. verſiculo Tertio dicerem.

Secunda ſententia eſt Gutierez, Suarez, Salas, Angeli, Syluestri, & aliorū loc. cit. negantiū diſpenſationem ceſſare, ceſſante cauſa diſpenſationis. Ratio eſt tum quia factum legitimè non debet retractari, quanuis poſteà eueniat à quo non potuit inchoari, reg. Factum 73. de reg. iur. in 6. Tum quia effectus conſumatus non ceſſat, ceſſante cauſa, vt benè docet Menochius de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 197. Bartolus, & alij apud Sanchez, & Suarez locis citatis; ſed effectus diſpēſationis eſt exemptio ab obligatione legis, quæ legitimè conceſſa eſt, poſtquam is, cui datū erat mandatum ad diſpenſandum, diſpenſauit; ergo diſpenſatio, ſeu exemptio ab obligatione legis nō ceſſat, ſi cauſa diſpenſationis ceſſet, antequam diſpenſatio ſuum effectum ſortiatur. Tum quia obligatio legis ſublata eſt per diſpenſationem; effectus autem ſemel extinctus non poteſt naturaliter reproduci.

Hæc ſententia probabilis eſt, pręſertim in ijs, in quibus Superior validè poteſt ſine cauſa diſpenſare. Probabilius tamen eſt quod nos aſſeruimus; nec obſtant rationes Suarez, & aliorum.

Ad primam enim reſpondeo, illam procedere de effectu diſpenſationis vltimato, & iam omninò cōſumato; non cenſetur autem effectus omninò conſumatus, donec diſpenſatio ſortita ſit ſuum effectum, propter quem data fuerat facultas ad diſpenſandum.

Ad ſecundam reſpōdeo, obligationem legis non eſſe abſolutè extinctam; ſed ſub tacita cōditione, ſi cauſa ſubſiſtat, antequam diſpenſatio executioni demandetur.

Si quæras, an huiuſmodi diſpenſatio cenſeatur conditionalis, vel abſoluta; conſtat ex dictis de Matrimonio, & de Contractibus, vbi oſtendimus, contractum non effici conditionalem ob conditionem tacitè ſubintellectam.

10 Item, ſi quæras, quid faciendū ſit, quando dubitatur, an cauſa diſpenſationis ceſſauerit.

Reſpondeo, præſumi non ceſſaſſe;

Digitized by Google

ſe; conſequenter diſpenſationem validam eſſe. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro diſpenſatione, quam cõſtat validè conceſſam fuiſſe. Tum quia in dubio valoris diſpenſationis præſumendum eſt in fauorem diſpenſationis; vt ſuperius oſtendi cum Sáchez, Menochio, Riminaldo, Salas, & alijs; ergo à fortiori in ipſius fauorem præſumendum eſt, ſi ſemel conſtitit de ipſius valore, licèt modo dubium ſuboriatur, an ceſſauerit ob cauſæ ceſſationem. Ita Sanchez lib. 8. diſt. 30. num. 9. Gutierez loc. cit. nu. 2. verſ. ſecunda ſententia, & alij, quos in ſimili ſupra retuli de ceſſatione legis, & infra de voto per errorẽ, vel dolum circa cauſam finalem celebrato.

QVARTA PROPOSITIO.

11 Diſpenſatio ſemel obtenta, & iam executioni mandata, nõ ceſſat, nec reuocari poteſt, ceſſante cauſa, ob quam fuerat conceſſa, vt ſi iuſta de cauſa conceſſa ſit diſpenſatio ad contrahendum matrimonium, & vi talis diſpenſationis contractum ſit matrimonium, non ceſſat diſpenſatio, ſi contracto iam matrimonio ceſſat cauſa diſpenſationis. Item non ceſſat diſpenſatio in irregularitate reſpectu illius, qui ratione paupertatis parentum diſpenſationem ad Ordines obtinuit, ſi Ordinibus iam ſusceptis ceſſat paupertas, quæ fuit cauſa finalis diſpenſationis. Ratio eſt quia effectus licitè, validè, legitimè, & abſolutè factus, & conſumatus fuit virtute diſpenſationis præteritæ; ergo debet permanere; conſequenter ceſſare non debet ob ceſſationem cauſæ, aut ob reuocationem diſpẽſationis; vt patet ex rationibus in ſecunda propoſitione allatis ad cõprobandam ſententiam Suarez, & aliorum. Hac de cauſa Bartolus, Menochius, Sanchez, & alij apud præcit. DD. docent, effectum conſumatum non ceſſare, ceſſante cauſa; modò totus effectus ſit conſumatus, dum cauſa ceſſat. Si verò effectus ſit diuiſibilis, & nondum totus ſit conſumatus; ſed ſolùm quò ad aliquem actum, ceſſante cauſa, ceſſat effectus, qui nondum eſt conſumatus, ſeu executioni demandatus ante ceſſationem cauſæ. Vndè, ſi alicui ob infirmitatem concedatur diſpenſatio comedendi carnes tẽpore quadrageſimæ; ſed tranſacta media quadrageſima, ceſſet infirmitas, quæ fuit cauſa diſpenſationis, ceſſat etiam ipſa diſpenſatio reſpectu ſubſequentis temporis.

§. II.

Vtrùm diſpenſatio iam conceſſa vim ſuam amittat per mortem concedentis, aut per reuocationem, vel per renuntiationem diſpẽſationis.

1 *Diſpenſatio iam obtenta vim ſuam non amittit per mortem concedẽtis.*
2 *Diſpenſatio vim ſuam amittit, ſi reuocetur nondum effectu adimpleto.*
3 *Renuntiatio diſpenſationis quid efficiat.*
4 *Diſpenſatus poteſt diſpenſationi renuntiare antequam ſortiatur effectum.*
5 *Qui propoſuit non vti diſpenſatione, aut illi renuntiare, poteſt ea vti, vel renuntiationem reuocare, ſi eam*

Supe-

Superior nondum acceptauit.

6 *Differentia inter diſpenſationē voti, & iuramenti, & inter diſpenſationem aliarum legum, quarum obligatio ab alio pendet.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 DIſpenſatio vim ſuam non amittit per mortem concedentis. Ratio eſt quia diſpenſatio eſt gratia, gratia autem iam conceſſa, ſeu facta non amittitur per mortem concedentis; vt infra oſtēdam de priuilegijs, vbi etiam explicabo, quænam dicatur gratia facta, & quæ facienda.

Hinc ſequitur; eum, cum quo diſpenſatum eſt, poſſe mortuo concedēte vti diſpenſatione ad illum vſum, ad quem illam obtinuit: vt ſi per diſpenſationem exemptus ſit à ieiunio toto tempore quadrageſimæ; ſed nondum elapſa quadrageſima Superior moriatur, ad huc liber manet ab obligatione ieiunij, mortuo Superiore. Ita Henriquez lib.7.cap.21. nu.7. Auguſtinus Barboſa in remiſ. circa Concilium, ſeſſio.22. cap.5. Salas de legibus diſp. 20. ſect.17. nume. 125. Suarez lib.6. cap.20. nu.4. & cap.31. num.3. Nauarrus, & alij apud Sanchez lib.8. d. 28. q.3. à nu.48. Gutierez de Matrimonio cap.125. nume.22. & ſeqq.

An verò diſpenſatio extinguatur morte illius, per quem erat expedienda, patebit ex dicendis de priuilegijs.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 DIſpenſatio vim ſuam amittit, ſi reuocetur, antequàm adimpleatur effectus, ad quem fuerat conceſſa. Ita Sanchez d. 33. Suarez lib.6.cap.30.num.6. Salas ſectio. 18. & alij. Ratio eſt tum quia diſpēſatio vim habet à voluntate concedentis, donec executioni demandetur; ſi ergo concedens per reuocationem nolit eam amplius vim habere, dicendum eſt, diſpenſationem vim ſuam amittere per reuocationem concedentis. Tum quia, ſicut diſpenſator per diſpenſationē exemit ſubditum ab obligatione legis: ita poteſt illum per reuocationem diſpenſationis eidem obligationi ſubijcere.

Addo primò, Superiorem non ſolùm poſſe validè diſpenſationem reuocare; verum etiam licitè, ſi iuſtā habeat cauſam reuocandæ diſpenſationis; vtitur enim iure ſuo, nulli que facit iniuriam, & mutatio cohoneſtatur ob iuſtam cauſam. Si verò Superior reuocet diſpenſationē ſine cauſa, valida erit reuocatio; vt patet ex rationibus allatis; ſed rem minus laudabilē agere dicetur, cū ipſius actio nulla ſufficienti cauſa cohoneſtetur. Ita Suarez loco citato, Sanchez, Salas, & alij, quos in ſimili retuli de Pœnitentia, & infra referam in ſimili de priuilegijs.

An verò inferior, cui à Superiore data eſt facultas reuocandi legem poſſit illam validè ſine iuſta cauſa reuocare.

Reſpondetur negatiuè; vt patet ex rationibus ſuperius allatis in ſimili de diſpenſatione in lege Superioris. Ita Salas d. 20. ſect. 18 num. 126. Sanchez lib.8.d.33. num. 14. & alij apud præcitatos DD. cōtra Suarez cap.37. nu.15.

Ex quo ſequitur, diſpenſationes in foro conſcientię obtentas à Sacra Pœnitentiaria nō poſſe ſine cau-

ſa reuocari, quia ſunt diſpenſationes in lege ſuperioris. Ita DD. citati.

Addo ſecundò, ſuperiorem non ſolum poſſe diſpenſationem reuocare, dum conceſsit alteri facultatem diſpenſandi cum aliquo, quæ facultas dicitur potius indultum, vel breue, vel mandatum diſpenſandi, quàm diſpenſatio; verum etiam quando ipſa diſpenſatio conceſſa fuit ab ipſomet ſuperiore, vel per alium ab ipſo delegatum. Hæc tamen locum non habent in diſpenſatione voti, quam conſtat reuocari non poſſe; quia vinculum voti non pendet à voluntate ſuperioris; ergo non poteſt ab eo induci. Ita Suarez libro 8. cap. 37. num. 10.

Dixi in Propoſitione, ſi reuocetur, antequam adimpleatur effectus, ad quem fuerat conceſſa; nam adimpleto effectu, ad quem diſpenſatio conceſſa fuerat, non poteſt amplius vim ſuam per reuocationem amittere; vt ſi conceſſa ſit alicui diſpenſatio ad contrahendum cum aliqua matrimonium, & vi diſpenſationis iam cōtractum ſit matrimonium, talis diſpenſatio non ceſſat, nec poteſt vim ſuam per reuocationem diſpēſationis, aut alio pacto amittere; nam diſpenſatio ſortita eſt ſuum effectum, & matrimonium licitè & validè, virtute diſpenſationis validæ, contractum fuit; quod autem factum eſt, infectum fieri non poteſt. Videte Suarez, lib. 6. cap 20. num. 6. & libro 8. cap. 37. nū. 10. Sanchez, lib. 8. d. 33. & d. 28. num. 91. & Gutierez de matrimonio, cap. 125. num. 22.

TERTIA PROPOSITIO.

3 Renuntiatio diſpenſationis efficit, vt diſpenſatio, quæ nondū executioni demandata fuerat, vim ſuam amittat, ſi renuntiatio acceptetur à diſpenſante. Exempli gratia, Titius obtinuit diſpenſationem ducendi conſanguineam in matrimonium; ſed ante contractum matrimonium cedit diſpenſationi, diſpenſatio ceſſat, ſi ceſsio, ſeu renuntiatio diſpenſationis acceptetur à diſpenſante. Ratio eſt quia per renuntiationem diſpēſationis acceptatam à concedente, ſubditus iterum ſubijcitur legi à qua fuerat per diſpenſationem exemptus; conſequenter prior diſpenſatio, per quam fuerat exemptus ab obligatione legis, vim ſuā amittit per renuntiationem acceptatam a concedente. Ita Suarez, lib. 6. cap. 20. num. 7. & alij communiter.

4 Ex quo licet obiter colligere, diſpenſatum poſſe diſpenſationi, quæ nōdum ſortita fuerat effectum, renuntiare; quilibet enim poteſt iuri, & fauori ſuo cedere, cap. Ad Apoſtolicam de regularibus.

5 Quæres, vtrum qui propoſuit non vti diſpenſatione, aut illi renunciare, poſsit ea vti, aut renuntiationem reuocare.

Reſpondeo affirmatiuè, modò renuntiatio nondum fuerit acceptata à Superiore, qui diſpenſationem conceſſerat. Ratio eſt tum quia ſubditus per propoſitum non vtendi diſpenſatione, aut per renuntiationem nondum acceptatā à Superiore, non abdicauit à ſe ius diſpenſationis, nec ob id diſpen-

ſatio vires ſuas amiſit; ergo qui diſpenſationem obtinuit, poterit, retractata voluntate, vti diſpenſatione. Tum quia res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de regulis iuris; ſed ad conceſsionem diſpenſationis, & priuilegij requiritur voluntas concedentis, & diſpenſantis; ergo ad eius diſſolutionem requiritur voluntas vtriuſque; ergo qui propoſuit non vti diſpenſatione, poteſt adhuc ea vti; cum non adſit voluntas diſpenſantis acceptantis renuntiationem. Ità Suarez libro 6. cap. 20. numero 8. & cap. 23. ad finem, Sanchez libro 8. diſp. 32. Salas diſp. 20. ſect. 19. num. 128.

6 Hinc patet differentia inter diſpenſationem voti, & iuramenti, & inter diſpenſationem aliarum legum, quarum obligatio ab aliò pendet; quòd diſpenſatio voti, & iuramenti ſemel perfectè conceſſa amittit vim ſuam per internam renuntiationem; nam interius renuntians diſpenſationi voti, vel iuramenti, præſumitur iterum velle ſibi imponere obligationem voti, vel iuramenti, quæ ab ipſius voluntate dependet, niſi aliter conſtet de ipſius mente; conſequenter indiget noua diſpenſatione, facta ſemel renuntiatione interna. Diſpenſatio verò aliarum legum non amittit vim ſuam, donec renuntiatio diſpenſationis fuerit acceptata à legitimo Superiore; quia obligatio aliarum legum non pendet à voluntate renuntiantis diſpenſationi. Ita Sanchez, libro 8. diſp. 32. num. 3. Salas loco cit. num. 128. ad finem, qui benè obſeruant, quod dictum eſt de renuntiatione diſpenſationis voti, & iuraméti procedere in diſpenſatione iam perfectè conceſſa; nam, ſi diſpenſatio voti, vel iuramenti nondum ſit perfectè conceſſa; vt ſi Epiſcopus, vel Confeſſarius, cui à Summo Pontifice, vel à Pœnitentiario data eſt facultas diſpenſandi cum aliquo, nondum expediuit diſpenſationem; & is, in cuius fauorem data eſt facultas diſpenſandi, renuntiet diſpenſationi, poterit is, adhuc mutata voluntate recipere diſpenſationem, eaque vti. Ratio eſt quia nondum eſt exemptus ab obligatione; cum diſpenſatio nondum fuerit expedita; & licèt votum ſæpius repetatur ante expeditam diſpenſationem: poteſt tamen eadem diſpenſatione auferri; vt ſupra dictum eſt.

§. III.

Vtrum diſpéſatio vim ſuam amittat per primum actum.

1 *Diſpenſatio abſolutè conceſſa non finitur primo actu.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Diſpenſatio abſolutè, & ſinè limitatione conceſſa nõ finitur primo actu. Ratio eſt tum quia diſpenſatio non ieiunandi abſolutè conceſſa non ceſſat, non ſeruato vno die ieiunio; & diſpenſatio abſoluta in voto caſtitatis non ceſſat, violata ſemel caſtitate; & diſpenſatio abſoluta irregularitatis non finitur ſuſceptione alicuius Ordinis, vel beneficij; & ſic de cęteris; ergo. Tum quia, quando ſuperior intendit ad vnum actum diſpenſationem concedere, ſolet hoc exprimere; ergo hoc non expreſſo,

preſſo, diſpenſatio non finitur primo actu. Tum quia verba accipienda ſunt iuxta propriam ipſorum ſignificationem, & non ſunt reſtringenda intra proprietatem naturalem; vt ſuperius oſtendi de explicatione legis humanæ. Ità Sanchez libro 8. de matrimonio, d.31.num. 8. Salas de legib.d.20.ſec.19.nu.127. Syluest. Angel. Tabiena, & alij, quos retuli de Pœnitentia, quæſt.7. pun.3.num.4. omiſsis alijs, quos in ſimili refert Sanchez loc. cit. num. 11. Contrà nonnullos alios apud præfatos DD.

Obijcies. Diſpenſatio eſt res odioſa, vtpotè iuri contraria; ergo ſtrictè explicanda eſt; ergo non eſt extendenda vltra primum actum; ergo finitur primo actu.

Reſpondeo, diſpenſationem rem quidem odioſam eſſe, & conſequenter non eſſe extendendam vltra propriam verborum ſignificationē. Non tamen hinc ſequitur, diſpenſationem abſolutè conceſſam finiri primo actu. Secus ſi non fuerit abſolutè conceſſa. Quamobrem diſpenſatio ad Ordines intelligitur de minoribus, & diſpenſatio ad beneficium intelligitur de vnico beneficio; Iuxta Sanchez loc. cit. nu. 8. & alios, quos referam de priuilegijs pun. 3. Et diſpenſatio contrahendi matrimonium cum conſanguinea, mortua ea ceſſat; quia non eſt ſimpliciter cōceſſa ad contrahēdum matrimonium cum qualibet conſanguinea. Diſpenſatio verò in voto caſtitatis, aut religionis ad contrahendum matrimonium, non finitur primo matrimonio; modo cauſa diſpenſationis perſeueret, nec ſuperior aliter expreſſerit; nam eſt abſolutè conceſſa, ad iucundum matrimonium. Ità Sanchez omninò videndus, nu.11. Quamuis etiam oppoſitum probabile ſit. Item ſi duo voto caſtitatis aſtricti impetrent diſpenſationem ad mutuò contrahendum, allegata cauſa quam vterque habet independenter ab altero contrahente poſſunt mortuo primo coniuge, cum alio contrahere; modo diſpenſatio non fuerit limitata ad vnicum matrimonium, & modo cauſa diſpenſationis adhuc perſeueret, iuxta noſtram ſententiam ſuperius explicatam. Quamobrem, qui pro cauſa diſpenſationis voti expreſſerunt ſtimulos carnis, poſſunt, ſoluto primo matrimonio, ad aliud tranſire, ſi ſtimulis carnis adhuc vexentur, nec diſpenſatio limitata fuerit ad primum matrimonium tunc enim eſt duplex diſpenſatio & neutra ab alia pendet. Si verò pro cauſa diſpenſationis voti allegatus fuit mutuus inter contrahentes concubinatus, vel infamia fœminæ, quam alter contrahens conſtuprauit, vel alia ſimilis cauſa ſpecialiter ambos contingens, non poterunt, ſoluto primo matrimonio, aliud celebrare, quia diſpēſatio non cenſetur abſoluta, ſed limitata, ad contrahendum inter eos, inter quos cauſa allegata ſpecialiter verſatur. Ita Sanchez loco cit. num. 14.

PVNCTVM XI.

Cuius expenſis obtinenda ſit diſpenſatio.

1 *De qua diſpenſatione agatur in hoc puncto.*

Digitized by Google

illius impetrandæ ſuis ſumptibus liberaliter in ſe non ſuſcepit, diſpẽſatio communibus expenſis impetranda eſt. Ratio eſt quia qui ſentit commodum, par eſt, vt ſentiat onus; ſed vterque ſentit commodum diſpenſationis; ergo par eſt, vt vterque ſentiat incommodum expenſarum, quæ in impetranda diſpenſatione fiunt. Ita Sanchez, lib. 8.d.36. num.1. cuius doctrinam approbat Gutierez de matrimonio, cap.128. ad finem, num.23.

Hanc Propoſitionem limita cum Sanchez, lib.8.d.36.num.2.& lib.5. d.5. num.21.cum Meres,& alijs; modò aliundè non colligatur, alterum teneri ad integras expenſas perſoluẽdas; ſicut colligitur teneri, quãdo alter contrahentium ex vi legati, aut ſucceſsionis in maioratu tenetur matrimonium contrahere cũ conſanguinea; tunc.n.legatarius, vel maioratus ſucceſſor, cui onus contrahendi cum conſanguinea iniunctum eſt, tenetur ad expenſas diſpenſationis; nam qui vult commodo legati, vel maioratus frui, debet etiam ferre incõmoda, quæ ad illius conſecutionẽ conducunt.

4 Hinc ſequitur primò, diſpenſationem communibus expenſis ſoluendam eſſe, quando inter conſanguineos mutua præceſsit promiſsio contrahendi matrimonium; nam in promiſsione contrahendi matrimonium, cum conſanguinea includitur tacita conuentio, ſeu conſenſus petendæ diſpenſationis, cum matrimonium cum conſanguinea celebrari nequeat ſine diſpenſatione.

5 Secundò ſequitur, diſpenſationem ſoluendam eſſe ab eo, qui diſpenſationẽ obtinuit altero inſcio matrimonij futuri, ſeù nondum facta conuentione matrimonij. Nam inſcius matrimonij futuri non conſenſit tacitè, vel expreſsè ad impetrandam diſpenſationem. Vndè, ſi Titius cupidus matrimonij contrahendi cum Berta ſibi conſanguinea obtinuit diſpenſationẽ contrahendi cum ea matrimonium, ipſa de hac re prius non admonita, expenſæ diſpenſationis pertinent ad Titium; nam præſumitur eas liberaliter feciſſe, cedens iuri ſuo in obſequium ſuæ voluntatis, & appetitus, ſeque periculo exponens, vt diſpenſatio non ſortiatur effectum, ſi Berta in ipſius matrimonium conſentire noluerit. Et hoc, meo iudicio, contra Sanchez loco cit. num.3. nõ ſolum procedit, ſi Berta eo tempore, quo matrimonij contrahendi conuentionem fecit, conſcia erat diſpenſationis obtentæ; verùm etiã ſi illius inſcia erat, adhuc enim vrget ratio allata. Secus dicẽdũ puto.

Primò, ſi Titius, dum conuentionem facit contrahẽdi matrimonij, pactum ineat cum Berta de ſoluendis expenſis diſpenſationis; tunc.n. Berta tenebitur ad expẽſarum partem. Ratio eſt tum quia Titius nõ præſumitur eas condonare. Tum quia cum Titius diſpenſationem, in vtriuſque commodum obtinuerit, videtur ipſi competere ius petendę compenſationis ad ratam commodi; niſi ex coniecturis appareat, eas condonari.

Secundò, ſi pactum ſoluendarũ expenſarum diſpenſationis non ineat ex inaduertentia iuris ſui; habet enim ius ad expenſas, nec præſumitur eas condonare ob inaduertentiam; quia voluntas non fertur in incognitum.

TERTIA PROPOSITIO.

6 QVi obtenta de cõmuni conſenſu diſpenſatione, iniuſtè renuit matrimonium contrahere, tenetur ad integras diſpenſationis expenſas. Qui verò iuſtè renuit abſque alterius culpa, tenetur ſolum ad partem expenſarum. Si verò renuat ob alterius culpam, videlicet ob iniuſtam, & iniurioſam alterius actionem, ad nullas tenetur; ſed alter, qui cauſam reſiliendi dedit, ad integras expenſas tenetur.

Hæc Propoſitio tres habet partes.

Prima eſt, eum, qui obtenta de ipſius conſenſu diſpenſatione, iniuſtè renuit matrimonium, teneri ad integras diſpenſationis expenſas. Ratio eſt quia par non eſt, vt alter damnum patiatur ob iniuſtam ipſius actionem.

Secunda pars Propoſitionis eſt, eum, qui obtenta de communi conſenſu diſpenſatione, iuſtè renuit matrimonium contrahere abſque alterius culpa; vt ſi religionem ingrediatur, aut alter notabiliter deformis euadat, teneri ſolum ad expenſarum partem. Ratio eſt tum quia vtitur iure ſuo; cum habeat iuſtam reſiliendi cauſam, vt ſuppono, & promiſsio matrimonij facta ſit cum hac tacita conditione, vt docui de matrimonio, quęſt. 1. pun. 8. Tum quia nõ tenetur ratione rei acceptę; cum nihil habeat alienũ. Neque ratione iniuſtæ actionis; cũ iuſtè reſiliat, vtens iure ſuo, vt ſuppono. Neque ratione contractus, cum nullo iure probetur, iuſtè reſiliẽtem à promiſsione matrimonij teneri ad integras diſpenſationis expenſas. Ita P. Ledeſma de matrimonio, q. 47. art. 5. dub. 2. Sanchez, lib. 5. d. 5. nu. 33. contra Henriquez, lib. 12. cap. 10. ad finem, Gutierez, lib. 1. can. quæſt. cap. 22. num. 19 innuentes teneri ad integras expenſas.

Obiicies. L. Si pecuniam in principio, ff. de condit. cauſa data, habetur, eum, qui dedit pecuniam alteri, vt eat Capuam, poſſe, altero nondum profecto, pœnitere: ita tamen, vt alterum ſeruet indemnem, ſeu præſtet id, quod alter expẽdit: ergo pari ratione, qui conuentionẽ contrahendi matrimonii fecit, licèt poſsit à promiſsione, iuſta ſuperueniente cauſa, reſilire: tamen ſoluere tenetur id, quod alter in obtinenda diſpenſatione impendit.

Reſpondeo, negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, primò quia hoc ſpecialiter expreſſum eſt in iure loco citato; Ius. n. quod facultatem conceſsit, vt alter poſsit pœnitere, ſimul etiam impoſuit hoc grauamen, vt alter ſeruetur indemnis. Ità Sanchez loco citato. Secundò, quia par non eſt, vt qui mandatum alteri dedit, reuocet mandatũ cum damno mandatarii; vt docui de contractibus, diſput. 1. quæſt. 2. pun. 6. num. 21.

7 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui reſilit à promiſsione matrimonii ob ſuperuenientem in altero cõtrahẽte notabilem deformitatem, non teneri integras diſpenſationis expenſas ſoluere; ſed tantummodò partem.

8 Secundò, eum, qui ingreditur religionem eo in caſu, quo religionem licitè, & iuſtè ingreditur, non teneri ad integras expenſas; ſed ad par-

partem tantum modò, dum promiſit matrimonium, ſeu, dum conſenſit in diſpēſationem obtinendam, non haberet animum firmum, vel dubium capeſcēdæ religionis; nam, ſi tunc cogitabat, vel dubitabat de ingreſſu in religionem, hocque nō obſtante conuentionem fecit contrahendi matrimonii, ſeu petendæ diſpenſationis, non explicata alteri contrahenti hac cogitatione, tenetur ad integras expenſas. Ratio eſt quia, licèt liberum ſit contrahētibus, celebratis ſponſalibus, vel matrimonio rato, religionem capeſcere, vt dictum eſt de matrimonio non tamen licitum eſt cum damno alterius matrimonium promittere, vel matrimonium ratum celebrare animo capeſcendæ religionis; non enim habet ius decipiendi alterū, qui, ſi nouiſſet ipſius animum, non conſenſiſſet, nulliſque expenſis ſe ſubijcere voluiſſet. Ita Sanchez, numero 5.

Dixi eo in caſu, quo religionem licitè ingreditur; nam in caſu, quo non licitè, nec iuſtè religionem ingreditur, obligandus videtur ad integrarum expenſarum onus; vt patebit ex rationibus tertiæ partis. Vnde, qui iniuſtè, & iniurioſè aliquam deflorauit; aut qui data fide matrimonij virginem, aut aliam bonæ famæ carnaliter cognouit, quæ, iſto religionem ingrediente, notabilem famæ iacturam pateretur, cui aliter conſulere nequit, quā per matrimonium, tenetur ad integras expenſas, *ſi* religionem ingrediatur. Secus dicendum videtur, *ſi* conſentientem defloraucit, non data fide matrimonij, aut *ſi* fidem matrimonij dedit poſt ſpontaneam, & non iniurioſam deflorationem. Ratio eſt quia promiſsio matrimonij habet hanc tacitam conditionem, niſi melior ſtatus eligatur; ergo non obſtante promiſsione, licitè poteſt ſtatus religionis aſſumi, niſi alia iuſta cauſa ab eo retrahat; ergo non tenetur ad integras expenſas. Videte Sanchez loco cit. nu. 8. & ſeq. vbi nonnulla adducit ad forum externum ſpectantia.

Tertia pars propoſitionis eſt, eū, qui reſilit à promiſsione ob alterius culpam, ſeu iniurioſam actionem, non teneri ad vllas expenſas; ſed ad integras teneri, qui culpabilem reſiliendi cauſam dedit. Ratio eſt quia par non eſt, vt quis damnū patiatur ob alterius culpam. Ità Sanchez, libro 5. diſp. 5. num. 34. & lib. 8. d. 36. num. 6.

9 Hinc ſequitur primò, fœminam, quæ, obtenta diſpenſatione, fornicatur, teneri ad integras expenſas diſpenſationis; nam ſponſus ob culpam ſponſæ reſilit à promiſsione, quam complere non poteſt abſquè dedecore. Ità Sanchez loco citato. Si verò ſponſus, obtenta diſpenſatione, fornicetur, & ob ipſius fornicationem ſponſa, obtenta diſpenſatione, reſiliat à promiſsione, Sanchez locis citatis putat, vtrum nō teneri ad integras expenſas; ſed tantummodò ad dimidiam partē.

Sed mihi dicendum videtur, virum teneri ad integras expenſas. Ratio eſt tū quia ob culpam ipſius uiri, & ob actionem iniuſtam, & iniurioſam diſſoluuntur ſponſalia. Tum quia ſpōſa quaſi coactè reſilit à ſponſalibus ob timorem, ne aliquam honoris iacturam ſubeat, vel ne vir ad alias, contracto matrimonio, accedat. Tum quia, ſicut in promiſsione matrimonij ſubintel-

ſigitur hæc tacita cõditio, ducã te, niſi culpabiliter dederis cauſã non ducendi: ita in conuentione diſpẽſationis obtinendæ, ſeu in promiſſione matrimonij ſubintelligi videtur hæc conditio, conferam expenſarum partem, niſi culpabiliter in cauſa fueris, vt à promiſſione reſiliam; nam, ſi ſponſa fornicationem ſponſi præuidiſſet, nullatenus ſe ad expenſas obligare voluiſſet; ſed integrarum expenſarum onus in virũ fornicantem reieciſſet.

Neq; obſtat, fornicationem ſpõſi non continere culpam mortaliter iniurioſam ſponſæ; ſed venialiter tantum, iuxta dicta de matr. quęſt. 1. pun. 10. n. 12. Nam ẽt ex culpa veniali oriri põt obligatio reſtituẽdi ſub mortali, vt docui de cõtractib.

10 Secundò ſequitur, virum, qui fornicatus fuerat ante promiſſionẽ matrimonij, non teneri ad integras expenſas diſpenſationis, ſi obtenta diſpenſatione ſponſa velit cum eo matrimonium contrahere, cognita ipſius fornicatione; nam fornicatio ſponſi antecedẽs promiſſionẽ matrimonij non eſt iniurioſa ſponſæ. Ità in fortioribus terminis ſentire videtur Sãchez loc. cit. & alij, quos ego retuli de matr. quæſt. 1. pun. 8. num. 1. Itẽ, ſi ſponſa, quæ ante promiſſionem fornicata eſt, & in promiſſione matrimonii probabiliter putabat, occultam fornicationem non eſſe detegendam; non videtur obliganda ad omnes expenſas diſpenſationis, ſi vir cognita ipſius fornicatione reſiliat à promiſſione. Ratio eſt quia ſponſa nullam exercuit actionem iniuſtam, & iniurioſam ſponſo.

11 Tertiò, eũ, cuius culpa poſt matrimonii promiſſionẽ contrahitur impedimentum dirimens, teneri, ſi commodè poſsit, propriis expenſis diſpenſationem impetrare, vt ſponſalia perficiãtur. Rõ eſt tũ quia ſi ſua culpa eſſet cauſa, cur alter reſiliret, teneret ad integras expẽſas diſpẽſationis obtẽtæ; ergo ẽt tenetur ad integras diſpenſationis obtinendę expenſas, ſi ſua culpa impedimentum contrahatur. Tum quia par nõ eſt, vt ſponſus innocens damnũ patiatur ob culpam alterius. Tũ quia, ſicut ſponſus innocẽs ius habet, ne ab altero iniuſtè impediatur à matrimonio: ita etiam ius habet, ne matrimoniũ inire cogatur cum ſuo damno. Ita P. Ledeſ. de matrim. q. 43. art. 3. cauſa 3. Sanchez ex parte loc. cit. num. 7. Idem ſentire videtur Coninchus, & Gutierez, quos in ſimili retuli de matrimonio, q. 1. pun. 7. num. 8. quæſito 2.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO III.

De Priuilegijs.

PRiuilegiũ ſignificat ſpecialẽ gratiã alicui cõceſſam. Ob id aliquãdo appellatur gratia, aliquando indultum; aliquando fauor, aut reſcriptũ, aut indulgẽtia, aut licentia, aut etiã bulla. Sed quouis nomine priuilegiũ appelletur, hic ſtatui quærere.

Primò, quid, & quotuplex ſit priuilegium.

Secundò, à quo, & cui concedenda ſint priuilegia.

Tertiò, vtrum priuilegium, vel diſpenſatio obtineri poſsit abſquẽ ſcientia, vel mãdato illius, pro quo impetratur.

Quartò, quæ ſit materia, & effectus priuilegij.

Quintò, vtrum priuilegiarius poſsit vti priuilegio in quolibet loco concedentis.

Sextò, vtrum vti poſsit extra cõcedentis territorium.

Septimò, quomodo explicandum ſit priuilegium.

Octauò, quibus modis finiatur.

PVNCTVM. I.

Quid, & quotuplex ſit priuilegium.

1 *Priuilegium eſt lex. qua conceditur aliquid ſpeciale.*

2 *Priuilegium quotuplex ſit.*

3 *Priuilegium aliud eſt ſcriptum, aliud non ſcriptum.*

4 *Tempus requiſitum ad Priuilegiũ per conſuetudinem introducendum,*

5 *Priuilegiũ aliud eſt reale, aliud perſonale.*

6 *Quodnam ſit Priuilegium perſonale, vel reale.*

7 *In dubio an iudicandum ſit priuilegium reale, vel perſonale.*

8 *Priuilegium aliud eſt gratioſum, aliud remuneratorium.*

9 *Priuilegium aliud eſt conuentionale, & aliud purum.*

10 *Priuilegium aliud eſt ob bonum commune, aliud ob bonum priuatum.*

11 *Priuilegiũ aliud eſt fauorabile, aliud odioſum.*

12 *Priuilegium aliud eſt perpetuum, aliud temporale.*

13 *Priuilegium etiam temporale appellatur, vt impleta tali conditione ceſſet.*

14 *Priuilegium non ceſſat morte concedentis,*

Superior nondum acceptauit.
6 *Differentia inter diſpenſationẽ voti, & iuramenti, & inter diſpenſationem aliarum legum, quarum obligatio ab alio pendet.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Diſpenſatio vim ſuam non amittit per mortem concedentis. Ratio eſt quia diſpenſatio eſt gratia, gratia autem iam conceſſa, ſeu facta non amittitur per mortem concedentis; vt infra oſtẽdam de priuilegijs, vbi etiam explicabo, quænam dicatur gratia facta, & quæ facienda.

Hinc ſequitur; cum, cum quo diſpenſatum eſt, poſſe mortuo concedẽte vti diſpenſatione ad illum vſum, ad quem illam obtinuit: vt ſi per diſpenſationem exemptus ſit à ieiunio toto tempore quadrageſimæ; ſed nondum elapſa quadrageſima Superior moriatur, ad huc liber manet ab obligatione ieiunij, mortuo Superiore. Ita Henriquez lib.7.cap.21. nu.7. Auguſtinus Barboſa in remiſ. circa Concilium, ſeſſio.22. cap.5. Salas de legibus diſp. 20. ſect.17. nume. 125. Suarez lib.6. cap.20. nu.4. & cap.31. num.3. Nauarrus, & alij apud Sanchez lib.8. d. 28. q.3. à nu.48. Gutierez de Matrimonio cap.125. nume.22. & ſeqq.

An verò diſpenſatio extinguatur morte illius, per quem erat expedienda, patebit ex dicendis de priuilegijs.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Diſpenſatio vim ſuam amittit, ſi reuocetur, antequàm adimpleatur effectus, ad quem fuerat conceſſa. Ita Sanchez d. 33. Suarez lib.6. cap.30. num.6. Salas ſectio. 18. & alij. Ratio eſt tum quia diſpẽſatio vim habet à voluntate concedentis, donec executioni demandetur; ſi ergo concedens per reuocationem nolit eam amplius vim habere, dicendum eſt, diſpenſationem vim ſuam amittere per reuocationem concedentis. Tum quia, ſicut diſpenſator per diſpenſationẽ exemit ſubditum ab obligatione legis: ita poteſt illum per reuocationem diſpenſationis eidem obligationi ſubijcere.

Addo primò, Superiorem non ſolùm poſſe validè diſpenſationem reuocare; verum etiam licitè, ſi iuſtã habeat cauſam reuocandæ diſpenſationis; vtitur enim iure ſuo, nullique facit iniuriam, & mutatio cohoneſtatur ob iuſtam cauſam. Si verò Superior reuocet diſpenſationẽ ſine cauſa, valida erit reuocatio; vt patet ex rationibus allatis; ſed rem minus laudabilẽ agere dicetur, cũ ipſius actio nulla ſufficienti cauſa cohoneſtetur. Ita Suarez loco citato, Sanchez, Salas, & alij, quos in ſimili retuli de Pœnitentia, & infra referam in ſimili de priuilegijs.

An verò inferior, cui à Superiore data eſt facultas reuocandi legem poſsit illam validè ſine iuſta cauſa reuocare.

Reſpondetur negatiuè; vt patet ex rationibus ſuperius allatis in ſimili de diſpenſatione in lege Superioris. Ita Salas d. 20. ſect. 18 num. 126. Sanchez lib.8. d.33. num. 14. & alij apud præcitatos DD. cõtra Suarez cap.37. nu.15.

Ex quo ſequitur, diſpenſationes in foro conſcientię obtentas à Sacra Pœnitentiaria nõ poſſe ſine cauſa

ſa reuocari, quia ſunt diſpenſationes in lege ſuperioris. Ita DD. citati.

Addo ſecundò, ſuperiorem non ſolum poſſe diſpenſationem reuocare, dum conceſsit alteri facultatem diſpenſandi cum aliquo, quæ facultas dicitur potius indultum, vel breue, vel mandatum diſpenſandi, quàm diſpenſatio; verum etiam quando ipſa diſpenſatio conceſſa fuit ab ipſomet ſuperiore, vel per alium ab ipſo delegatum. Hæc tamen locum non habent in diſpenſatione voti, quam conſtat reuocari non poſſe; quia vinculum voti non pendet à voluntate ſuperioris; ergo non poteſt ab eo induci. Ita Suarez libro 8. cap. 37. num. 10.

Dixi in Propoſitione, ſi reuocetur, antequam adimpleatur effectus, ad quem fuerat conceſſa; nam adimpleto effectu, ad quem diſpenſatio conceſſa fuerat, non poteſt amplius vim ſuam per reuocationem amittere; vt ſi conceſſa ſit alicui diſpenſatio ad contrahendum cum aliqua matrimonium, & vi diſpenſationis iam cõtractum ſit matrimonium, talis diſpenſatio non ceſſat, nec poteſt vim ſuam per reuocationem diſpẽſationis, aut alio pacto amittere; nam diſpenſatio ſortita eſt ſuum effectum, & matrimonium licitè & validè, virtute diſpenſationis validæ, contractum fuit; quod autem factum eſt, infectum fieri non poteſt. Videte Suarez, lib. 6. cap 20. num. 6. & libro 8. cap. 37. nu. 10. Sanchez, lib. 8. d. 33. & d. 28 num. 91 & Gutierez de matrimonio, cap. 125. num. 22.

TERTIA PROPOSITIO.

3 Renuntiatio diſpenſationis efficit, vt diſpenſatio, quæ nondũ executioni demandata fuerat, vim ſuam amittat, ſi renuntiatio acceptetur à diſpenſante. Exempli gratia, Titius obtinuit diſpenſationem ducendi conſanguineam in matrimonium; ſed ante contractum matrimonium cedit diſpenſationi, diſpenſatio ceſſat, ſi ceſsio, ſeu renuntiatio diſpenſationis acceptetur à diſpenſante. Ratio eſt quia per renuntiationem diſpẽſationis acceptatam à concedente, ſubditus iterum ſubijcitur legi à qua fuerat per diſpenſationem exemptus; conſequenter prior diſpenſatio, per quam fuerat exemptus ab obligatione legis, vim ſuã amittit per renuntiationem acceptatam a concedente. Ita Suarez, lib. 6. cap. 20. num. 7. & alij communiter.

4 Ex quo licet obiter colligere, diſpenſatum poſſe diſpenſationi, quæ nõdum ſortita fuerat effectum, renuntiare; quilibet enim poteſt iuri, & fauori ſuo cedere, cap. Ad Apoſtolicam de regularibus.

5 Quæres, vtrum qui propoſuit non vti diſpenſatione, aut illi renũciare, poſsit ea vti, aut renuntiationem reuocare.

Reſpondeo affirmatiuè, modò renuntiatio nondum fuerit acceptata à Superiore, qui diſpenſationem conceſſerat. Ratio eſt tum quia ſubditus per propoſitum non vtendi diſpenſatione, aut per renuntiationem nondum acceptatã à Superiore, non abdicauit à ſe ius diſpenſationis, nec ob id diſpen-

ſatio vires ſuas amiſit; ergo qui diſpenſationem obtinuit, poterit, retractata voluntate, vti diſpenſatione. Tum quia res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de regulis iuris; ſed ad conceſsionem diſpenſationis, & priuilegij requiritur voluntas concedentis, & diſpenſantis; ergo ad eius diſſolutionem requiritur voluntas vtriuſque; ergo qui propoſuit non vti diſpenſatione, poteſt adhuc ea vti; cum non adſit voluntas diſpenſantis acceptantis renuntiationem. Ità Suarez libro 6. cap. 20. numero 8. & cap. 23. ad finem, Sanchez libro 8. diſp. 32. Salas diſp. 20. ſect. 19. num. 128.

6 Hinc patet differentia inter diſpenſationem voti, & iuramenti, & inter diſpenſationem aliarum legum, quarum obligatio ab aliò pendet; quòd diſpenſatio voti, & iuramenti ſemel perfectè conceſſa amittit vim ſuam per internam renuntiationem; nam interius renuntians diſpenſationi voti, vel iuramenti, præſumitur iterum velle ſibi imponere obligationem voti, vel iuramenti, quæ ab ipſius voluntate dependet, niſi aliter conſtet de ipſius mente; conſequenter indiget noua diſpenſatione, facta ſemel renuntiatione interna. Diſpenſatio verò aliarum legum non amittit vim ſuam, donec renuntiatio diſpenſationis fuerit acceptata à legitimo Superiore; quia obligatio aliarum legum non pendet à voluntate renuntiantis diſpenſationi. Ita Sanchez, libro 8. diſp. 32. num. 3. Salas loco cit. num. 128. ad finem, qui benè obſeruant, quod dictum eſt de renuntiatione diſpenſationis voti, & iuramẽti procedere in diſpenſatione iam perfectè conceſſa; nam, ſi diſpenſatio voti, vel iuramenti nondum ſit perfectè conceſſa; vt ſi Epiſcopus, vel Confeſſarius, cui à Summo Pontifice, vel à Pœnitentiario data eſt facultas diſpenſandi cum aliquo, nondum expediuit diſpenſationem; & is, in cuius fauorem data eſt facultas diſpenſandi, renuntiet diſpenſationi, poterit is, adhuc mutata voluntate recipere diſpenſationem, eaque vti. Ratio eſt quia nondum eſt exemptus ab obligatione; cum diſpenſatio nondum fuerit expedita; & licèt votum ſæpius repetatur ante expeditam diſpenſationem: poteſt tamen eadem diſpenſatione auferri; vt ſupra dictum eſt.

§. III.

Vtrum diſpẽſatio vim ſuam amittat per primum actum.

1 *Diſpenſatio abſolutè conceſſa non finitur primo actu.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Diſpenſatio abſolutè, & ſinè limitatione conceſſa nõ finitur primo actu. Ratio eſt tum quia diſpenſatio non ieiunandi abſolutè conceſſa non ceſſat, non ſeruato vno die ieiunio; & diſpenſatio abſoluta in voto caſtitatis non ceſſat, violata ſemel caſtitate; & diſpenſatio abſoluta irregularitatis non finitur ſusceptione alicuius Ordinis, vel beneficij; & ſic de cęteris; ergo. Tum quia, quando ſuperior intendit ad vnum actum diſpenſationem concedere, ſolet hoc exprimere; ergo hoc non expreſſo,

Digitized by Google

preſſo, diſpenſatio non finitur primo actu. Tum quia verba accipienda ſunt iuxta propriam ipſorum ſignificationem, & non ſunt reſtringenda intra proprietatem naturalem; vt ſuperius oſtendi de explicatione legis humanæ. Ità Sanchez libro 8. de matrimonio, d. 31. num. 8. Salas de legib. d. 20. ſec. 19. nu. 127. Syluest. Angel. Tabiena, & alij, quos retuli de Pœnitentia, quæſt. 7. pun. 3. num. 4. omiſsis alijs, quos in ſimili refert Sanchez loc. cit. num. 11. Contra nonnullos alios apud præfatos DD.

Obijcies. Diſpenſatio eſt res odioſa, vtpotè iuri contraria; ergo ſtrictè explicanda eſt; ergo non eſt extendenda vltra primum actum; ergo finitur primo actu.

Reſpondeo, diſpenſationem rem quidem odioſam eſſe, & conſequenter non eſſe extendendam vltra propriam verborum ſignificationé. Non tamen hinc ſequitur, diſpenſationem abſolutè conceſſam finiri primo actu. Secus ſi non fuerit abſolutè conceſſa. Quamobrem diſpenſatio ad Ordines intelligitur de minoribus, & diſpenſatio ad beneficium intelligitur de vnico beneficio; Iuxta Sanchez loc. cit. nu. 8. & alios, quos referam de priuilegijs pun. 3. Et diſpenſatio contrahendi matrimonium cum conſanguinea, mortua ea ceſſat; quia non eſt ſimpliciter cóceſſa ad contrahédum matrimonium cum qualibet conſanguinea. Diſpenſatio verò in voto caſtitatis, aut religionis ad contrahendum matrimonium, non finitur primo matrimonio; modo cauſa diſpenſationis perſeueret, nec ſuperior aliter expreſſerit; nam eſt abſolutè conceſſa, ad ineundum matrimonium. Ità Sanchez omninò videndus, nu. 11. Quamuis etiam oppoſitum probabile ſit. Item ſi duo voto caſtitatis aſtricti impetrent diſpenſationem ad mutuò contrahendum, allegata cauſa quam vterque habet independenter ab altero contrahente poſſunt mortuo primo coniuge, cum alio contrahere; modo diſpenſatio non fuerit limitata ad vnicum matrimonium, & modo cauſa diſpenſationis adhuc perſeueret, iuxta noſtram ſententiam ſuperius explicatam. Quamobrem, qui pro cauſa diſpenſationis voti expreſſerunt ſtimulos carnis, poſſunt, ſoluto primo matrimonio, ad aliud tranſire, ſi ſtimulis carnis adhuc vexentur, nec diſpenſatio limitata fuerit ad primum matrimonium tunc enim eſt duplex diſpenſatio & neutra ab alia pendet. Si verò pro cauſa diſpenſationis voti allegatus fuit mutuus inter contrahentes concubinatus, vel infamia fœminæ, quam alter contrahens conſtuprauit, vel alia ſimilis cauſa ſpecialiter ambos contingens, non poterunt, ſoluto primo matrimonio, aliud celebrare, quia diſpéſatio non cenſetur abſoluta, ſed limitata, ad contrahendum inter eos, inter quos cauſa allegata ſpecialiter verſatur. Ita Sanchez loco cit. num. 14.

PVNCTVM XI.

Cuius expenſis obtinenda ſit diſpenſatio.

1 *De qua diſpenſatione agatur in hoc puncto.*

illius impetrandæ ſuis ſumptibus liberaliter in ſe non ſuſcepit, diſpẽſatio communibus expenſis impetranda eſt. Ratio eſt quia qui ſentit commodum, par eſt, vt ſentiat onus; ſed vterque ſentit commodum diſpenſationis; ergo par eſt, vt vterque ſentiat incommodum expenſarum, quæ in impetranda diſpenſatione fiunt. Ita Sanchez, lib. 8. d. 36. num. 1. cuius doctrinam approbat Gutierez de matrimonio, cap. 128. ad finem, num. 23.

Hanc Propoſitionem limita cum Sanchez, lib. 8. d. 36. num. 2. & lib. 5. d. 5. num. 21. cum Meres, & alijs; modò aliundè non colligatur, alterum teneri ad integras expenſas perſoluẽdas; ſicut colligitur teneri, quãdo alter contrahentium ex vi legati, aut ſucceſsionis in maioratu tenetur matrimonium contrahere cũ conſanguinea; tunc. n. legatarius, vel maioratus ſucceſſor, cui onus contrahendi cum conſanguinea iniunctum eſt, tenetur ad expenſas diſpenſationis; nam qui vult commodo legati, vel maioratus frui, debet etiam ferre incõmoda, quæ ad illius conſecutionẽ conducunt.

4 Hinc ſequitur primò, diſpenſationem communibus expenſis ſoluendam eſſe, quando inter conſanguineos mutua præceſsit promiſsio contrahendi matrimonium; nam in promiſsione contrahendi matrimonium, cum conſanguinea includitur tacita conuentio, ſeù conſenſus petendæ diſpenſationis, cum matrimonium cum conſanguinea celebrari nequeat ſine diſpenſatione.

5 Secundò ſequitur, diſpenſationem ſoluendam eſſe ab eo, qui diſpenſationẽ obtinuit altero inſcio matrimonij futuri, ſeù nondum facta conuentione matrimonij. Nam inſcius matrimonij futuri non conſenſit tacitè, vel expreſsè ad impetrandam diſpenſationem. Vndè, ſi Titius cupidus matrimonij contrahendi cum Berta ſibi conſanguinea obtinuit diſpenſationẽ contrahendi cum ea matrimonium, ipſa de hac re prius non admonita, expenſæ diſpenſationis pertinent ad Titium; nam præſumitur eas liberaliter feciſſe, cedens iuri ſuo in obſequium ſuæ voluntatis; & appetitus, ſeque periculo exponens, vt diſpenſatio non ſortiatur effectum, ſi Berta in ipſius matrimonium conſentire noluerit. Et hoc, meo iudicio, contra Sanchez loco cit. num. 3. nõ ſolum procedit, ſi Berta eo tempore, quo matrimonij contrahendi conuentionem fecit, conſcia erat diſpenſationis obtentæ; verùm etiã ſi illius inſcia erat, adhuc enim vrget ratio allata. Secus dicẽdũ puto.

Primò, ſi Titius, dum conuentionem facit contrahẽdi matrimonij, pactum ineat cum Berta de ſoluendis expenſis diſpenſationis; tunc. n. Berta tenebitur ad expẽſarum partem. Ratio eſt tum quia Titius nõ præſumitur eas condonare. Tum quia cum Titius diſpenſationem, in vtriuſque commodum obtinuerit, videtur ipſi competere ius petendę compenſationis ad ratam commodi; niſi ex coniecturis appareat, eas condonari.

Secundò, ſi pactum ſoluendarũ expenſarum diſpenſationis non ineat ex inaduertentia iuris ſui; habet enim ius ad expenſas, nec præſumitur eas condonare ob inaduertentiam; quia voluntas non fertur in incognitum.

TERTIA PROPOSITIO.

6 QVi obtenta de cōmuni conſenſu diſpenſatione, iniuſtè renuit matrimonium contrahere, tenetur ad integras diſpenſationis expenſas. Qui verò iuſtè renuit abſque alterius culpa, tenetur ſolum ad partem expenſarum. Si verò renuat ob alterius culpam, videlicet ob iniuſtam, & iniurioſam alterius actionem, ad nullas tenetur; ſed alter, qui cauſam reſiliendi dedit, ad integras expenſas tenetur.

Hæc Propoſitio tres habet partes.

Prima eſt, eum, qui obtenta de ipſius conſenſu diſpenſatione, iniuſtè renuit matrimonium, teneri ad integras diſpenſationis expenſas. Ratio eſt quia par non eſt, vt alter damnum patiatur ob iniuſtam ipſius actionem.

Secunda pars Propoſitionis eſt, eum, qui obtenta de communi conſenſu diſpenſatione, iuſtè renuit matrimonium contrahere abſque alterius culpa; vt ſi religionem ingrediatur, aut alter notabiliter deformis euadat, teneri ſolum ad expenſarum partem. Ratio eſt tum quia vtitur iure ſuo; cum habeat iuſtam reſiliendi cauſam, vt ſuppono, & promiſsio matrimonij facta ſit cum hac tacita conditione, vt docui de matrimonio, quęſt. 1. pun. 8. Tum quia nō tenetur ratione rei acceptę; cum nihil habeat alienū. Neque ratione iniuſtæ actionis; cū iuſtè reſiliat, vtens iure ſuo, vt ſuppono. Neque ratione contractus, cum nullo iure probetur, iuſtè reſiliētem à promiſsione matrimonij teneri ad integras diſpenſationis expenſas. Ita P. Ledeſma de matrimonio, q. 47. art. 5. dub. 2. Sanchez, lib. 5. d. 5. nu. 33. contra Henriquez, lib. 12. cap. 10. ad finem, Gutierez, lib. 1. can. quæſt. cap. 22. num. 19. innuentes teneri ad integras expenſas.

Obiicies. L. Si pecuniam in principio, ff. de condit. cauſa data, habetur, eum, qui dedit pecuniam alteri, vt eat Capuam, poſſe, altero nondum profecto, pœnitere: ita tamen, vt alterum ſeruet indemnem, ſeu præſtet id, quod alter expēdit: ergo pari ratione, qui conuentionē contrahendi matrimonii fecit, licèt poſsit à promiſsione, iuſta ſuperueniente cauſa, reſilire: tamen ſoluere tenetur id, quod alter in obtinenda diſpenſatione impendit.

Reſpondeo, negando conſequētiam. Ratio diſparitatis eſt, primò quia hoc ſpecialiter expreſſum eſt in iure loco citato; Ius. n. quod facultatem conceſsit, vt alter poſsit pœnitere, ſimul etiam impoſuit hoc grauamen, vt alter ſeruetur indemnis. Ità Sanchez loco citato. Secundò, quia par non eſt, vt qui mandatum alteri dedit, reuocet mandatū cum damno mandatarii; vt docui de contractibus, diſput. 1. quæſt. 2. pun. 6. num. 21.

7 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui reſilit à promiſsione matrimonii ob ſuperuenientem in altero cōtrahēte notabilem deformitatem, non teneri integras diſpenſationis expenſas ſoluere; ſed tantummodò partem.

8 Secundò, eum, qui ingreditur religionem eo in caſu, quo religionem licitè, & iuſtè ingreditur, non teneri ad integras expenſas; ſed ad par-

partem tantum modò, dum promiſit matrimonium, ſeu, dum conſenſit in diſpẽſationem obtinendam, non haberet animum firmum, vel dubium capeſcẽdæ religionis; nam, ſi tunc cogitabat, vel dubitabat de ingreſſu in religionem, hocque nõ obſtante conuentionem fecit contrahendi matrimonii, ſeu petendæ diſpenſationis, non explicata alteri contrahenti hac cogitatione, tenetur ad integras expenſas. Ratio eſt quia, licèt liberum ſit contrahẽtibus, celebratis ſponſalibus, vel matrimonio rato, religionem capeſcere, vt dictum eſt de matrimonio non tamen licitum eſt cum damno alterius matrimonium promittere, vel matrimonium ratum celebrare animo capeſcendæ religionis; non enim habet ius decipiendi alterũ, qui, ſi nouiſſet ipſius animum, non conſenſiſſet, nulliſque expenſis ſe ſubijcere voluiſſet. Ita Sanchez, numero 5.

Dixi eo in caſu, quo religionem licitè ingreditur; nam in caſu, quo non licitè, nec iuſtè religionem ingreditur, obligandus videtur ad integrarum expenſarum onus; vt patebit ex rationibus tertiæ partis. Vnde, qui iniuſtè, & iniurioſè aliquam deflorauit; aut qui data fide matrimonij virginem, aut aliam bonæ famæ carnaliter cognouit, quæ, iſto religionem ingrediente, notabilem famæ iacturam pateretur, cui aliter conſulere nequit, quã per matrimonium, tenetur ad integras expenſas, ſi religionem ingrediatur. Secus dicendum videtur, ſi conſentientem defloraiut, non data fide matrimonij, aut ſi fidem matrimonij dedit poſt ſpontaneam, & non iniurioſam deflorationem.

Ratio eſt quia promiſsio matrimonij habet hanc tacitam conditionem, niſi melior ſtatus eligatur; ergo non obſtante promiſsione, licitè poteſt ſtatus religionis aſſumi, niſi alia iuſta cauſa ab eo retrahat; ergo non tenetur ad integras expenſas. Videte Sanchez loco cit. nu. 8. & ſeq. vbi nonnulla adducit ad forum externum ſpectantia.

Tertia pars propoſitionis eſt, eũ, qui reſilit à promiſsione ob alterius culpam, ſeu iniurioſam actionem, non teneri ad vllas expenſas; ſed ad integras teneri, qui culpabilem reſiliendi cauſam dedit. Ratio eſt quia par non eſt, vt quis damnũ patiatur ob alterius culpam. Ità Sanchez, libro 5. diſp. 5. num. 34. & lib. 8. d. 36. num. 6.

9 Hinc ſequitur primò, fœminam, quæ, obtenta diſpenſatione, fornicatur, teneri ad integras expenſas diſpenſationis; nam ſponſus ob culpam ſponſæ reſilit à promiſsione, quam complere non poteſt abſquè dedecore. Ità Sanchez loco citato. Si verò ſponſus, obtenta diſpenſatione, fornicetur, & ob ipſius fornicationem ſponſa, obtenta diſpenſatione, reſiliat à promiſsione, Sanchez locis citatis putat, vtrum nõ teneri ad integras expenſas; ſed tantummodò ad dimidiam partẽ.

Sed mihi dicendum videtur, virum teneri ad integras expenſas. Ratio eſt tũ quia ob culpam ipſius uiri, & ob actionem iniuſtam, & iniurioſam diſſoluuntur ſponſalia. Tum quia ſpõſa quaſi coactè reſilit à ſponſalibus ob timorem, ne aliquam honoris iacturam ſubeat, vel ne vir ad alias, contracto matrimonio, accedat. Tum quia, ſicut in promiſsione matrimonij ſubintel-

Digitized by Google

QVAESTIO III.

De Priuilegijs.

PRiuilegiũ ſignificat ſpecialẽ gratiã alicui cõceſſam. Ob id aliquãdo appellatur gratia, aliquando indultum; aliquando fauor, aut reſcriptũ, aut indulgẽtia, aut licentia, aut etiã bulla. Sed quouis nomine priuilegiũ appelletur, hic ſtatui quærere.
Primò, quid, & quotuplex ſit priuilegium.
Secundò, à quo, & cui concedenda ſint priuilegia.
Tertiò, vtrum priuilegium, vel diſpenſatio obtineri poſsit abſquè ſcientia, vel mãdato illius, pro quo impetratur.
Quartò, quæ ſit materia, & effectus priuilegij.
Quintò, vtrum priuilegiarius poſsit vti priuilegio in quolibet loco concedentis.
Sextò, vtrum vti poſsit extra cõcedentis territorium.
Septimò, quomodo explicandum ſit priuilegium.
Octauò, quibus modis finiatur.

PVNCTVM. I.

Quid, & quotuplex ſit priuilegium.

1 *Priuilegium eſt lex. qua conceditur aliquid ſpeciale.*
2 *Priuilegium quotuplex ſit.*
3 *Priuilegium aliud eſt ſcriptum, aliud non ſcriptum.*
4 *Tempus requiſitum ad Priuilegiũ per conſuetudinem introducendum,*
5 *Priuilegiũ aliud eſt reale, aliud perſonale.*
6 *Quodnam ſit Priuilegium perſonale, vel reale.*
7 *In dubio an iudicandum ſit priuilegium reale, vel perſonale.*
8 *Priuilegium aliud eſt gratioſum, aliud remuneratorium.*
9 *Priuilegium aliud eſt conuentionale, & aliud purum.*
10 *Priuilegium aliud eſt ob bonum commune, aliud ob bonum priuatum.*
11 *Priuilegiũ aliud eſt fauorabile, aliud odioſum.*
12 *Priuilegium aliud eſt perpetuum, aliud temporale.*
13 *Priuilegium etiam temporale appellatur, vt impleta tali conditione ceſſet.*
14 *Priuilegium non ceſſat morte concedentis,*

Digitized by Google

dentis, ſi dicatur ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, Pontificatus, Papæ, Epiſcopi &c.

15 *Commiſſiones conceſſæ Ordinarijs, cōceduntur nomine perſonæ non dignitatis, & mortuo concedente ſpirant.*

16 *Priuilegium aliud conceditur pro foro conſcientiæ, aliud pro foro externo.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 PRiuilegium eſt lex, qua cōceditur aliquid ſpeciale.

Dicitur lex, non quia priuilegiū propriè ſit lex: ſed quia quandiù durat, obſeruandum eſt ad modum legis; Cōmunitas enim ſeruare debet priuilegium illi, cui cōceditur, dum eo vti voluerit. Ita Azorius prima parte lib. 5. cap. 22. Suarez lib. 8. cap. 1. & alij communiter.

Dicitur, quo aliquid ſpeciale cōceditur, quia in priuilegio aliquis fauor conceditur, qui iure communi non conceditur, alioquin priuilegium fruſtratorium eſſet, & inutile, niſi aliquid ſpeciale concederetur, Cap. In his de Priuilegijs.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 PRiuilegium multiplex eſt.

3 Primò enim aliud dicitur ſcriptum, aliud non ſcriptum. Scriptum dicitur illud, quod non ſolùm ore pronuntiatur à concedente; verùm etiam ſcriptura exprimitur. Non ſcriptum verò dicitur illud, quod conceditur abſque ſcriptura, ſiue concedatur à Superiore immediatè, ſiue per conſuetudinem comparetur; ſicut enim per conſuetudinem acquiritur ius ad tributa, & iuriſdictio; Cap. Cum contingat de foro compet. &c. ita per conſuetudinem acquiri poſſunt alia priuilegia, quorum homo, media præſcriptione capax eſt, & quæ per cōſuetudinem acquiruntur, quatenus Superior, media conſuetudine, talia priuilegia confert. Ita Suar. lib. 8. de leg. cap. 7. nu. 17. & alij, quos ī ſimili retuli de Pœnitētia. Et hæc priuilegia appellantur propriè priuilegia; conſequenter ſub generali nomine priuilegij venit prædicta cōſuetudo in ijs, quæ pertinent ad fauorem, & libertatem: fauores enim ampliandi ſunt, quatenus verba patiuntur. In ijs verò, quæ pertinent ad reuocationem priuilegiorum, & ad alia odioſa, conſuetudo non venit nomine priuilegij. Propterea, quando reuocantur conſuetudines, nō cenſentur reuocari priuilegia, etiam per cōſuetudines acquiſita, niſi fiat mentio priuilegiorum; nam reuocatio priuilegiorum eſt res odioſa; conſequēter non eſt amplianda, nec extendēda. Ita Suarez lib. 8. cap. ſeptimo, nume. 15.

4 Si quæras, quantum temporis requiratur ad priuilegium per conſuetudinem introducendum.

Reſpondeo, hoc colligi ex dictis de conſuetudine, & præſcriptione; nam, ſi introducatur priuilegium contra ius, tantum temporis requiritur, quantū ſuperius diximus requiri ad abrogandā legem per cōſuetudinem. Si introducatur priuilegium vltrà, aut præter ius, tantū temporis requiritur, quantum in tractatū de præſcriptione diximus requiri ad præſcriptionem, iuxta materiam,

Digitized by Google

teriam, quæ præſcribitur; vt de præſcriptione oſtendi. Videte Suarez lib.8 cap.7.num 16.

5 Secundò, aliud eſt priuilegium reale, aliud perſonale; Cap. Mādata de præſumptionibus, & L. Priuilegia, ff. de reg. iur.

6 Quæres primò, quodnam ſit priuilegium perſonale, vel reale.

Reſpondeo, perſonale illud eſſe, quod conceditur immediatè perſonæ ratione ſui; Reale, quod directè conceditur alicui rei, vt loco, dignitati, vel muneri, vel prædio, vel mercib⁹ diſtinctis à perſona. Quāuis enim omne priuilegium finaliter, & vltimatè, vt ita loquar, dirigatur, & referatur, in gratiam hominis; nihilominus aliquando cadit immediatè ſupra rem aliquam diſtinctam à perſona. Hæc diſtinctio diligenter obſeruanda eſt propter effectus, qui ex ea colligūtur; nam, ſi priuilegium ſit reale, & res, cui conceſſum eſt priuilegium, trāſeat ad alium dominum, ad eundem etiam tranſit priuilegium. Priuilegium verò perſonale corruit, extincta perſona, cui conceſſum fuerat priuilegium; vt benè aduertit Azorius prima parte lib. 5. cap. 22. quæſito 6. Suarez lib. 8. cap. 3. nu. 3. Salas de legibus diſput. 20. ſect. 17. num. 124.

7 Quæres ſecūdò, vtrum in dubio priuilegium iudicandum ſit reale, an perſonale.

Reſpondetur, quando priuilegiū eſt fauorabile, ſeu purum beneficium, iudicandum eſſe priuilegium reale. Ratio eſt tum quia beneficium Principis latè explicandū eſt. L. vltima, ff. de conſtit. Principum. Tum quia beneficium à Principe conceſſum decet eſſe manſurum, De reg. iur. in 6. Quando verò priuilegium eſt contra ius commune, vel præiudicat tertio, in dubio, per ſe loquendo, iudicandum videtur tanquam perſonale; cum enim huiuſmodi priuilegium ſit odioſum, & odia ſint reſtringenda, dicendū videtur, priuilegium eſſe perſonale; nam perſonale nō eſt perpetuū; ſed finitur vita perſonæ. Reale verò durat, extincta perſona.

Dixi, per ſe loquendo, nam ratione alterius circunſtantiæ, vt poſſeſſionis, vel maioris probabilitatis in alterutram partem iudicandum eſt in fauorem illius partis, quæ poſſidet, vel pro qua ſtat maior probabilitas; conſequenter ſi quis poſſideat priuilegium vt reale, poteſt illo frui tanquam reali, iuxta aliam regulam. In dubio melior eſt conditio poſſidentis. Ita Bartolus in L. Vltima. ff. de ſeruit. legat. nu. 3. Bal. in L. 3. ff. de conſtit. Principum, lectura 1. nu. 17. Barboſa, Rodriquez. & alij, quos citat, & ſequitur Suarez lib. 8. cap. 3. à nu. 14. vſq; ad 19.

An verò extincta re, cui conceſſum fuerat priuilegium, ceſſet priuilegium, patet ex dictis de Indulgentijs.

8 Tertiò, aliud dicitur gratioſū, aliud remuneratorium. Gratioſum eſt illud, quod gratis conceditur, nulla habita ratione meritorum illius, cui conceditur, vel aliorum. Remuneratoriū dicitur illud, quod conceditur alicui ratione meritorum ipſius, vel alterius.

9 Quartò, aliud eſt conuentionale, quod ſcilicet conceditur, interueniente pacto, ſeu conuentione. Aliud purum, quod abſolutè conceditur. Videte Suarez lib. 8. cap. 4. num. 9.

Quin-

lus Actori vergit in grauamen rei, vel iudicis poteſtatem diminuit. Item priuilegium in rebus ambitionem ſapientibus, quale reputatur beneficiale, odioſum iudicatur à Panormitano Cap. Olim, de verb. ſignificat. à Suarez cap. 6. lib. 8. nu. 5. ab Azorio lib. 5. cap. 23. & alijs.

12 Septimo, aliud eſt perpetuum, aliud temporale. Perpetuum dicitur illud, quod abſolutè, & abſquè limitatione temporis, vel rei ex ſe perpetuæ conceditur; vt eſt priuilegium, quod conceditur dignitati, religioni, Eccleſiæ, Monaſterio, & cæt. Temporale dicitur illud, quod cōceditur cum temporis determinatione, aut quod conceditur perſonæ ſingulari; & hoc dicitur vitale, quia durat ad vitam illius, cui conceditur, eoque ſpirante, ſpirat; iuxta illud axioma, Corruptis nobis, corrumpuntur ea, quę ſunt in nobis.

13 Dicitur etiam priuilegium temporale, quando cōceditur cum aliqua conditione, vt ea impleta, ceſſet; vt ſi dicatur, Concedo tale priuilegium, donec deceſſero, vel ad meum beneplacitum, aut donec voluero; nam concedens priuilegium ſub hac forma vult valorem priuilegij pendere à voluntate ipſiuſmet concedentis; cum autem, eo mortuo, priuilegium nō poſsit amplius ab ipſius voluntate pendere, ſequitur, priuilegium ſub hac forma cōceſſum ſpirare morte concedentis. Si verò concedens priuilegium dicat, concedo donec reuocauero, vel abrogauero, vel aliter ordinauero, priuilegium non ceſſat morte concedētis; niſi Superior ante mortē reuocauerit: nā ad reuocationē talis priuilegij requiritur aliquis actus reuocantis; hic autē ante mortem factus non eſt, vt ſuppono; neque poſt mortem fieri poteſt à concedente; vt per ſe patet; cùm deſtructum ſit principium actionū humanarum, quæ eſt vita hominis ratione vtentis.

14 Addo, priuilegium non finiri morte concedentis, ſi dicatur, ad beneplacitum Sedis, vel Pontificatus, vel Papæ, vel Epiſcopi; hæc enim verba referuntur ad ſedē ſeu dignitatem; cum autem ſedes, ſeu dignitas ſemper duret, ſemper etiā durabit priuilegium, ſemperquè cēſebitur pendere ab eo, qui eam ſedem tenet, donec reuocauerit. Ita Salas de legibus diſput. 20. ſect. 17. num. 125. Suarez de Cenſuris diſp. 26. ſect. 1. num. 17. & de legibus, lib. 8. cap. 5. num. 1. & cap. 32. Sanchez, lib. 8. d. 28. num. 49. Azorius lib. 5. c. 23. quæſito 4. & alij communiter.

15 Si quęras, vtrum commiſsiones conceſſæ Ordinarijs ad diſpenſandum cenſeantur conceſſæ nomine dignitatis, vel perſonæ; cōſequēter vtrum ſpirent, mortuo concedente.

Reſpondeo, cenſeri conceſſas nomine perſonæ; conſequenter ſpirare morte concedentis; iuxta dicenda infra de amiſsione priuilegij. Ratio eſt tum quia reſcripta ſemper inchoantur nomine Perſonæ, Paulus V. Epiſcopus. Tū quia illæ particulæ, Nos, & Vos ſimpliciter prolatæ ab hoīe in dignitate cōſtituto, magis ad Perſonā, quā ad dignitatē referūtur; vt patet ex cōmuni vſu illarum vocum. Ita Couarruuias pract. quæſt. cap. 11. nu. 2. ad finem. Abbas Cap. Relatum, nu. 3. officio delegati, & alij apud Sanchez lib. 8. d. 28. num. 46. Gutierez de matrimonio, cap. 125. Salas d.

20. ſect.

20.ſect.17.num. 124. Addo, in dubio præſumi factas nomine perſonæ, ſi in reſcriptis non fiat mentio ſolius dignitatis; vt patet ex rationibus allatis. Ita Couar & alij DD. citati.

16 Octauò, aliud eſt in foro conſcientiæ, aliud in foro externo. Quando priuilegium datur pro foro interno, non videtur operari in foro externo. Quando vero datur pro foro externo, non ſolum operatur pro mero foro externo; verũ etiam in foro conſcientię. Nam illa particula, in foro externo, non apponitur ad excludẽdum forum internum; ſed vt oſtendatur, priuilegium ſuffragari non ſolùm pro foro interno, verùm etiam pro externo; niſi aliud conſtet ex materia, vſu, & alijs circunſtantijs. Ita Suarez lib.8.cap.6.num.11.& alij, quos retuli de Cenſuris diſp. 1. q.3. puncto vltimo.

PVNCTVM II.

A quo, & cui concedenda ſint priuilegia.

1 *Priuilegium ab eo conceditur, à quo lex ferri poteſt.*

2 *Imperator, & Rex poſſunt exiſtentib⁹ in ſua ditione priuilegia cõcedere.*

3 *Papa poteſt directè in ſpiritualibus omnibus priuilegia concedere.*

4 *Epiſcopus poteſt in proprijs ſtatutis priuilegia ſuis ſubditis conferre.*

5 *Priuilegia contra ius illi concedi poſſunt, qui aliquo modo ſunt ſubditi.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Priuilegium ab eo conceditur, à quo lex ferri poteſt. Ita Azorius prima parte lib.5. cap. 22. Suarez lib.8.cap.9.& 10. Salas diſp. 17.ſect.3.num.27. Ratio eſt tũ quia priuilegium eſt quædam lex, ergo ab eo concedi debet, qui poteſt legem ferre. Tum quia priuilegium eſt quędam diſpenſatio in lege, ſi loquamur de priuilegio, quo quis eximitur ab obligatione legis, quod dicitur priuilegium contra ius, diſpenſatio autem, qua quis eximitur ab obligatione legis cõceditur ab eo, qui legem tulit, vel ab eius Superiore, vel etiam ab inferiore, iuxtà poteſtatem illi à legitimo Superiore datam.

2 Hinc ſequitur primò, Imperatorem, Regem, &c. poſſe priuilegia exiſtentibus in ſua ditione concedere in legibus à ſe latis. Ita DD. ſtatim citandi.

3 Secundò ſequitur, Summum Põtificem poſſe directè in ſpiritualibus priuilegia cõcedere omnibus, & vbique, aut etiam in temporalibus in proprijs legibus, & territorijs. In alienis verò legibus temporalibus poſſe indirectè omnibus priuilegia cõcedere, quaten⁹ opus fuerit per ordinem ad ſpiritualia. Ita DD. ſtatim citandi.

4 Tertiò, Epiſcopũ poſſe in proprijs ſtatutis priuilegia ſuis ſubditis conferre. Vt hæc clarius intelligantur.

Aduertendum eſt, priuilegium aliud dici contra ius, quatenus alicui conceditur aliquid, quod eſt à iure prohibitum, ideſt quatenus aliquis eximitur ab obligatione legis. Et hoc ſolum concedi debet ab eo, qui poteſtatem habet condẽdæ legis. Aliud dici poteſt præter ius, quatenus aliquid alicui conceditur, quod non eſt contra ius. Et hu-

huiuſmodi priuilegium concedi poteſt non ſolùm ab habente poteſtatem ferendi leges; verùm etiam ab alijs, quis enim neget, aliquẽ poſſe vſum rei propriæ concedere? verũ huiuſmodi priuilegium non appelatur propriè, & ſtrictè priuilegiũ; quia conceſsio priuilegij requirit quandam poteſtatẽ iuriſdictionis.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 Priuilegia contra ius illis tantummodò cõcedi poſſunt, qui aliquo modo ſunt ſubditi. Ratio eſt quia illis conceduntur priuilegia, qui poſſunt à lege ſolui, & eximi; per priuilegium enim homo eximitur à lege; ſed illi ſolùm à lege eximi poſſunt, qui ſunt aliquo modo ſubditi; ergo priuilegia illis tantũmodò concedi poſſunt, qui aliquo modo ſunt ſubditi. Loquor autem de priuilegio propriè, & ſtrictè accepto, quod eſt contra ius, ſeu quo quis directè ab obligatione legis eximitur. Si verò loquamur de priuilegio, quod eſt præter ius, ſeù quo quis non directè eximitur ab obligatione legis, quodquè propriè nõ eſt actus iuriſdictionis, ſed quaſi donationis, & fauoris, exiſtimo huiuſmodi priuilegium concedi poſſe perſonis, quæ nõ ſunt propriè ſubditæ; ſed tantummodo ſunt aliquo modo inferiores. Vnde peregrinis tranſeuntibus per Prouinciam Mediolanenſem cõcedi poſſunt à Principe aliqua priuilegia; quamuis peregrini nõ ſint propriè ſubditi. Prçterea Religioſi, & Clerici licet nõ ſint propriè, & directè ſubditi Principibus ſecularibus: nihilominus ſi Princeps ſecularis cõdat legem Ciuilem purè fauorabilem, poſſunt illam recipere, & illius fauore frui; vt ait Felinus, & Abbas in Cap. Sãctæ Mariæ, Suarez cap. 9. nu. 4. Salas, & alij communiter. Sunt tamen aliquo modo inferiores, & ſubditi, quatenus illum recognoſcunt in ijs, quę non ſunt contra immunitatem, & vt ſunt partes illius Communitatis, cui Princeps eſt caput.

PVNCTVM III.

Vtrùm priuilegium, vel diſpenſatio obtineri poſſit abſque ſcientia, vel mandato priuilegiarij; & vtrũ vim ſuam habeat, antequã acceptetur.

1 *Priuilegium, vel diſpenſatio validè poteſt obtineri abſque mandato, vel ſcientia priuilegiarij.*

2 *Valet diſpenſatio obtenta à Titio ad contrahendum cum affine, vel conſanguinea, quamuis ipſa non ſit conſcia diſpenſationis.*

3 *Valida eſt diſpenſatio voti caſtitatis à ſponſo pro ſponſa inſcia diſpenſationis obtenta.*

4 *Validè poteſt obtineri diſpenſatio pro inuito, & nolente. & Superior habens talem facultatem pro iſtis diſpenſare poteſt.*

5 *Priuilegium nõ habet vim donec acceptetur ab eo, cui conceditur, vel ab ipſius Nuntio, vel Procuratore.*

6 *Valent geſta à priuilegiario facta, poſtquam per Nuntium priuilegiũ acceptauit, etiãſi ipſe hoc ignoret.*

7 *Valet confeſſio facta Sacerdoti ignaro conceſſionis ſibi ab Epiſcopo factæ, ſi hæc iam acceptata fuerat ab ipſius Procuratore.*

8 *Va-*

Digitized by Google

8 *Validum eſt matrimonium contractum coram Sacerdote facultatem habente ab Ordinario, vel Parocho, modò eam ipſe acceptauerit.*

9 *Inualidum eſt Matrimonium de licẽtia Parochi celebratum ab eo Sacerdote qui licentiam ſibi conceſſam cognouit per alium, quam per Nuntium.*

10 *Inualida eſt commutatio voti antequam acceptetur.*

11 *Priuilegiarius non poteſt priuilegio vti antequam ab ipſo, vel à Procuratore acceptetur.*

12 *Concedens Priuilegium poteſt illud reuocare, antequam acceptetur à Priuilegiario.*

13 *Priuilegium aliud merè liberale ex parte concedentis, aliud non.*

14 *Obtinens Priuilegium per Nuntiũ, ne poſſit ab aliquo excommunicari, gaudet priuilegio ſtatim ac illud acceptatum fuit à Nuntio.*

15 *Validè contrahit Matrimonium cum affine &c. ſi tempore contracti matrimonij diſpenſatio iam obtẽta erat per nuntium, quamuis hoc adhuc neſcirent contrahentes.*

16 *Priuilegiũ prodeſt priuilegiario antequam innoteſcat illi, in cuius dãnum conceditur.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Priuilegium, vel diſpenſatio validè poteſt obtineri abſque mandato, vel ſcientia illius, in cuius fauorem obtinetur. Ratio eſt tum quia priuilegium, vel diſpenſatio pendet à voluntate concedentis, & hæc iure naturæ ſufficit, ergo. Tum quia nullo iure ſufficiẽter probatur, irritum eſſe priuilegium, vel diſpenſationem obtentam ſine mãdato, vel cognitione illius, cui conceditur. Ita Nauar. lib. 1. de reſcriptis, conſil. 2. 3. & 4. Emanuel Sà verbo Gratia, num. 23. Azorius prima parte lib. 5. cap. 23. quæſito 12. Salas de legib. d. 20. ſect. 14. num. 108. Sanchez lib. 8. d. 26. num. 4. Rebuffus, & alij apud eum Sanchez, contra Baldum L. Illud. §. ſi talis, nu. 1. Panormitanum, Cap. Innotuit, de electione, num. 10. & alios.

Neque obſtat primò Cap. Innotuit de electione; nam ibi ſermo eſt de reſcripto, in quo obtinendo mãdatarius exceſſerat fines mandati; & ob id reſcriptum nõ fuit admiſſum; nam, quæ mandatarius agit vltra mandati fines, non ſunt valida.

Neque obſtat ſecũdò L. Illud §. Si tale, ff. de minoribus, in qua Lege præſcribitur, requiri ſpeciale mandatum ad reſtitutionẽ in integrũ. Præterea toto titulo 3 & C. de procuratore, habetur, neminem poſſe pro alio agere ſine ipſius particulari mandato.

Reſpondetur, ibi ſermonem eſſe de reſcriptis ad lites; non verò de priuilegijs gratioſis, de quibus nos loquimur.

Obſerua tamen, priuilegiũ, vel diſpenſationem non prodeſſe, ſeu non poſſe executioni demandari, donec acceptetur; iuxta ea, quæ in ſecunda propoſitione dicam.

2 Ex dictis ſequitur primò, validam eſſe diſpenſationem, quam Titius obtinuit ad contrahendum cũ affine, vel conſanguinea, quamuis ipſa non ſit conſcia diſpenſationis. Ratio eſt tum quia diſpenſatio validè obtinetur, inſcio eo, in cuius fauorem obtinetur. Tum quia diſpenſatio trahitur ad neceſſariò cõnexa; diſpenſatio autẽ Titij ad cõtra-

Digitized by Google

trahendum cum affine, vel conſanguinea eſt neceſſariò cōnexa diſpēſationi ipſius affinis, vel conſanguineæ ad contrahendum cum ipſo; nam eo ipſo, quo quis obtinet diſpenſationem ad contrahendum cum affine, vel conſanguinea, fit habilis ad contrahendum cum ea, & è contra; & diſpenſatio ab vno obtenta in affinitate, vel conſanguinitate per neceſſariam quandam cōſequentiam trahitur ad alterum.

Ex qua ratione etiam infertur, vt diſpenſatio proſit ignoranti, non opus eſſe, vt ab ipſo acceptetur; ſed ſufficere, vt acceptetur ab eo, qui illam obtinet, quoties diſpenſatio verſatur circa impedimentū, quod neceſſariò afficit vtrumque; vt eſt affinitas, vel conſanguinitas. Secus ſi impedimentum neceſſariò non afficiat vtrumque. Ita Sanchez loco citato, num. 6. Henriquez lib. 11. cap. 3. num. 6. Nauarrus de reſcrip. conſi. 3. num. 2. & alij apud Sanchez loco citato.

3 Secundò ſequitur, validam eſſe diſpenſationem voti caſtitatis, quā ſponſus conſcius voti ſponſæ obtinuit pro ſponſa inſcia diſpenſationis. Quanquam vt diſpēſatio proſit ſponſæ, ab eaque licitè mandetur executioni; neceſſe eſt, vt ab ipſa acceptetur, nec ſufficit, vt acceptetur à ſponſo, nam diſpenſatio obtinetur indigenti, ab eoquè acceptari debet; is autem, qui diſpenſatione indiget, eſt ſponſa; ergo dēt ab ea acceptari, vel ab vtroq;, ſi vterque habet vinculum voti, & pro vtroque diſpenſatio obtinetur. Ita Sanchez loco citato, nu. 7.

4 Grauior difficultas eſt, an validè poſsit obtineri diſpenſatio pro inuito, & nolente; ſeu an Superior, qui diſpenſandi facultatem habet, poſsit in lege diſpenſare cum ſubdito nolente, & inuito.

Reſpondeo affirmatiuè; vt patet, tum ex rationibus allatis in Propoſitione. Tum quia, ſicut lex ferri poteſt in inuitum: ita etiam exemptio à lege, ſeu diſpenſatio. Ita Salas diſput. 20. ſect. 14. num. 13. Suarez, Rodriquez, Auila, & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris diſp. 1. q. 3. pun. 4. nu. 3. Per ſe loquendo tamen diſpenſatio non eſt concedenda inuito, quia diſpenſatio eſt quoddam priuilegium; priuilegium autem nō confertur inuito, ſeu nolenti illud acceptare. Quanquam dari poteſt caſus, vt Superior diſpenſare poſſit cum ſubdito inuito, ipſumq; cogere ad vtendum diſpenſatione, exempli gratia ad manendum domi tempore Miſſæ audiendæ in die feſto, ad non ieiunandum in Quadrageſima, &c. Ita Salas loc. cit.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 Priuilegium non habet vim, donec acceptetur ab eo, cui conceditur; aut ab ipſius nuncio, vel procuratore, qui vicem ipſius gerat. Hoc tamen ab aliquibus intelligitur de priuilegijs conceſsis gratioſè, & per modum reſcripti; non verò de priuilegijs conceſsis per modum ſtatuti, & conſtitutionis, ſeu legis, vel in remunerationem operis præſtiti. Ita Hoſtienſis, Couarruuias, Bartolus, Iaſon, & alij apud Menochiū lib. 2. de arbitr. cent. 2. caſu 185. num. 31. Salas diſput. 20. ſect. 114. Innocentius, & alij apud Sanchez lib. 1. de matrimonio diſp. 6. nu. 29. & lib. 3. diſput. 30. num. 13. & diſput. 36. & in opere

m orali, lib.4. cap.48.nu.2. Suarez, lib.8.cap.25.num.15. Azorius,lib.5. cap.3.quæſito 7.Vaſquez 1.2. q.95. art.3.d.156.cap.4.num.30.& 31.cõtra nonnullos alios apud Sanchez de matrimonio, lib.3.diſp.36.num. 1.Ratio patet tùm argumento textus cap. Si tibi abſenti de præbendis in ſexto, vbi deciditur, ius in beneficio, quod confertur abſenti,nõ acquiri donec abſens ratã habuerit collationem. Tum ex ratione priuilegij, quod cenſetur concedi ſub hac tacita conditione, ſi priuilegiarius acceptet; priuilegium.n. eſt veluti quædam donatio; donatio autem acceptari debet à donatario; vt patet ex dictis de cõtractibus, vbi etiam oſtendimus, donationem, quæ à donatario acceptatur, deferri debere donatario per literas, aut per nũcium ad hoc deſtinatum. Quamobrem ſi quis ſciens conceſsionem, aut donationem priuilegij factam alicui à Superiore motu proprio Superioris, vel ad inſtãtiam alterius quàm donatarij, ſeu priuilegiarij, ſtatim currendo accedat ad donatarium, aut priuilegiariũ, illicq; indicet donationem, aut conceſsionem priuilegij, non valet donatio, aut priuilegiũ; quia Superior non commiſit vices ſuas huic, qui præcurrit; ſed commiſit nuncio ad hoc deſtinato; vt benè Sanchez, lib.3. diſp. 36.nu.7. & in ſumma, lib.4.cap.48. num.3. Reginaldus, lib.1.num.104. & alij. Priuilegium igitur deferri debet priuilegiario per literas, aut per nuncium ad hoc deſtinatum; & non valet, antequam priuilegiarius illud acceptet per ſe, vel per nuncium, vel procuratorem.

6 Hinc colligi poteſt primò, valida eſſe geſta, quę priuilegiarius facit, poſtquam per nũcium, vel procuratorem acceptauit priuilegiũ, vel diſpenſationem; etiamſi priuilegiarius priuilegij conceſsionem nondum cognouerit; nam priuilegium acceptatum validum eſt. Ità Sanchez in ſumma, lib.4.cap.48.nu. 7. Sylueſter, Sotus, & alij, Contrà Vaſquez 1. 2. d. 156. cap. 4. nu. 31. & 32. Suarez loco citato, num.25. & alios. Quanquam fieri poteſt, vt priuilegiarius peccet, vtens priuilegio; nondum habita ipſius ſciẽtia; exponit.n. ſe periculo faciendi contra legem; cum ignoret priuilegij conceſsionem; vt in ſimili dicam de irritatione voti.

7 Secundò, validam eſſe Confeſſionem factam Sacerdoti ignaro cõceſsionis ſibi ab Epiſcopo factæ ad excipiendas Confeſsiones, ſi conceſsio facta fuerat Sacerdoti, & acceptata à nũcio, vel procuratore ipſius Sacerdotis, miſſo ad illam petendam. Si verò Epiſcopus conceſsit Sacerdoti facultatem audiendi Cõfeſsiones, Motu proprio, vel ad inſtantiam alterius quàm nuncij miſsi ab ipſo Sacerdote, nõ valet Cõfeſsio facta huiuſmodi Sacerdoti ignorãti conceſsionem, aut illam ſcienti, per alium, quam per literas, vel per nũcium ad hoc deſtinatum à concedente, vel miſſum à Sacerdote ad facultatem obtinẽdam. Ità Reginaldus, Sanchez, & alij locis citatis.

8 Tertiò colligi poteſt, validum eſſe matrimonium contractum coram aliquo Sacerdote facultatem habente ab Ordinario, vel Parocho; modò talis licentia fuerit ab ipſo Sacerdote, vel ſaltem ab ipſius nun-

Digitized by Google

nũcio, vel procuratore acceptata; cenſeo.n.priuilegij conceſsionem acceptatam à nuncio, vel procuratore, quem priuilegiarius miſit ad acceptandum priuilegium, validã eſſe à tempore, quo priuilegij conceſsio intimatur nũcio, vel procuratori; nuncius.n.miſſus ad obtinẽdum priuilegium vices gerit mittentis; conſequenter ſi priuilegium nuncio deferatur, cenſetur deferri mittenti, & ab eo acceptari.

Ex quo infertur, priuilegiarium, cognita à viro fide digno priuilegij conceſsione, ſeu diſpenſatione delata nuncio, vel procuratori, licitè vti poſſe priuilegio, ſeu diſpẽſatione; quamuis hoc cognoſcat ab alio, quàm à nũcio, vel procuratore ipſiuſmet obtinentis, vel concedentis priuilegiũ; nã valida fuit priuilegij conceſsio; cùm fuerit acceptata à nuncio, vt ſuppono.

9 Quartò, inualidum eſſe matrimonium de licentia Parochi, vel Ordinarij celebratum corã eo Sacerdote, qui licentiam ſibi conceſſam cognouit per alium, quàm per nuncium proprium, vel per nuncium Parochi. Ità Sanchez, lib. 3. de matrimonio, libro tertio, d. 36. num. 8.

10 Quintò, commutationem voti validam nõ eſſe, antequàm acceptetur; præſertim cum voti commutatio peculiari quadam ratione requirat, vt materia, quæ ſubrogatur in locum præcedentis materiæ, acceptetur; vt patet ex dictis de voto; commutatio.n.eſt veluti ſecundum votum; votum autem non ſubſiſtit ſine intẽtione illius, cuius votum commutatur.

Dices. Irritatio voti videtur valida, quamuis ignoretur, vel acceptetur ab eo, qui votũ habet; ergo etiam valida videtur commutatio voti, vel conceſsio alterius priuilegij, antequam acceptetur.

Reſpondeo, negãdo conſequentiam; non.n.eſt eadem ratio irritationis, & conceſsionis priuilegij; nam conceſsio priuilegij eſt veluti quædam donatio facta in fauorem priuilegiarij, quam conſtat non valere, antequàm acceptetur. Irritatio verò potius eſt actus poteſtatis, & dominij ſupra illum, cuius votum irritatur, quàm beneficiũ illius; conſequenter valida eſt ſtatim, quàmuis non acceptetur, vel per nunciũ ad hoc deſtinatum intimetur parti. Fieri tamen poteſt, vt ille, cuius votum irritatum eſt, peccet, ſi voti irritationem ignorans aliquid faciat putans eſſe contrà votum; vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis. Ità Sanchez in ſum. lib. 4. cap. 48. num. 2. 3. & 7.

11 Sextò, illum, cui Superior cõceſsit priuilegium Motu proprio, vel ad inſtantiam alterius, quam priuilegiarij, non poſſe tali priuilegio vti, antequam acceptetur à priuilegiario, vel ab ipſius procuratore; priuilegium enim quamuis motu proprio Superioris concedatur, nõ prodeſt, donec acceptetur à priuilegiario, vel ab alio, qui vices ipſius gerat; vt patet ex ratione in propoſitione allata. Ita Sãchez de matrimonio lib. 2. diſp. 6. nu. 30. & lib. 3. diſp. 36. nu. 6 & in ſumma lib. 4. cap. 48. nu. 7. & alij.

12 Septimò, priuilegium alicui cõceſſum poſſe à concedente reuocari antequam à priuilegiario acceptetur. Ratio eſt tum quia priuilegium eſt veluti quædam donatio. Tum quia, ſicut liberum eſt priui-

legiario nõ acceptare:ita Superiori priuilegium reuocare. Ita Menoch. loco ſtatim citando,num.46. & 47. vbi refert Bartolum,Abbatem,Couarruuiam, & Ruinum.Quibus etiã aſſentitur Suarez loco cit. d.36.nu. 4.Salas d.17.ſect.5.nume.38. contra Baldum,Ricium,& alios apud prçcitatos DD.

13 Obſerua tamẽ, duplex eſſe priuilegium : aliud quod ex mera cõcedentis liberalitate confertur; vt accidit in donatione rei propriæ: aliud quod ex parte illius, cui conceditur eſt meræ liberalitatis: ex parte verò concedẽtis non eſt meræ liberalitatis, ſed cuiuſdam neceſsitatis ex officio ei demandato. Priuilegium primi generis reuocari poteſt à concedente antequam acceptetur à priuilegiario.Priuilegium verò ſecundi generis reuocari non poteſt. cap.Si tibi abſenti de præbendis in 6. vbi decernitur, ius in beneficium collatum abſenti nõ acquiri, donec abſens acceptet;& interim collationem reuocari non poſſe.Ita Menochius, & Sanchez, locis citatis, Salas diſp.17.ſect.5.ad finem, verſiculo Secundò etiam, & alij.

14 Octauò, eum, qui priuilegium obtinuit per nuncium,ne poſsit ab aliquo excommunicari, non poſſe ab aliquo excommunicari, poſtquã priuilegium à nuncio,vel procuratore acceptatũ fuit; quamuis priuilegiarius conceſsionis priuilegij nõ ſit conſcius; nam valida eſt priuilegij conceſsio à nũcio acceptata. Ita Syluester verbo Priuilegiũ, quæſito vltimo, Sanchez in ſumma loco citato nume. 9. & alij DD. citati.

15 Nonò, illum validè contrahere matrimonium, qui per procuratorem, vel nuntium diſpenſationẽ obtinuit contrahendi cum affine, vel conſanguinea;etiamſi ad ipſius aures nondum peruenerit conceſſio priuilegij; priuilegium enim acceptatum a nuncio, vel procuratore priuilegiarij,validum eſt; conſequenter priuilegiarius tali priuilegio vtens, nondum habita conceſſionis priuilegij cognitione,non afficitur excommunicatione lata cõtra contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis; quamuis, ob conſcientiam erroneã,vel ob ignorantiam priuilegij,peccet,exponẽdo ſe periculo contrahendi matrimonium inualidè in gradu prohibito. Ita ſentire videtur Syluester verbo Priuilegium loco citato,Sãchez loco citato,num.9.& locis in tertia, & quarta illatione relatis, & alij,cõtra Vaſquez,& Suarez locis citatis.

Ex quo etiam patet, quid dicendum ſit de diſpenſatione circa prçceptum ieiunij, & aliarum rerum.

Dixi in Propoſitione hoc valere ſaltem in priuilegijs conceſsis gratiosè : nõ verò in conceſsis per modũ ſtatuti, & conſtitutionis,& quaſi in remunerationem operis præſtiti; quia ſi loquamur de priuilegijs cõceſsis per modum legis, non eſt neceſſe, vt à ſingulis acceptẽtur;vt patet ex ſupra dictis. Ita DD.ſtatim citandi, contra nonnullos alios. Idẽ dicendum eſt de priuilegijs, quæ non ex mera liberalitate,ſed in obſequium operis conceduntur; hæc enim videntur valere,quamuis expreſsè non acceptentur; nam priuilegiarius ſcit ſe dignum remuneratione; conſequenter non omninò ignorat priuilegium, & in illud videtur habere propoſitum, & affectum.

Digitized by Google

ctum. Ita Azorius loco citato, quod probabile putat Suarez loco citato, num. 18. Menoch. de arbitr. cẽt. 2. caſu 185. nu. 45. 49. & 50. vbi refert Bartolum, Immolam, & Decium, quibus etiam adhæret Sanchez de matrimonio lib. 3. diſp. 36. nu. 3. contra Decium, & alios apud Menochium, & Sanchez locis citatis.

16 Quęres, vtrum priuilegiũ proſit priuilegiario, antequam innoteſcat illi, in cuius damnum conceditur.

Reſpondeo affirmatiuè; nõ enim neceſſe eſt, vt is in cuius damnum priuilegium conceditur, norit priuilegij cõceſsionem, cũ ab ipſo acceptari non debeat; ſed acceptandum ſit ab eo, in cuius vtilitatem, & commodum conceditur; vt patet à ſimili de donatione. Ita Menochius loco citato, num. 28. Abbas in cap. Cognoſcentes, nu. 7. Felinus ibidem, verſiculo. Hanc limitationem, Mãtica, Bartolus, & alij apud Menochium loco citato, & apud Sãchez lib. 3. de Matrimonio d. 36. nu. 51. contra Beroium cap. a. de conſt. num. 48. verſic. Item declaratio. Et hoc intelligendum videtur, etiamſi priuilegium conceſſum ſit per modum conſtitutionis, & in corpore iuris contineatur; vt patet ex allata ratione. Ita Sanchez loco citato cum Romano, & alijs; quamuis oppoſitum ſentire videatur Menochius loco citato, nu. 29. cum Felino, & Bartolo.

PVNCTVM IV.

De materia, & effectu priuilegij.

DVo quęrenda ſunt in hoc Puncto.

Primò, quænam ſit materia, & effectus priuilegij.

Secundò, quid requiratur ad valorem actuum, qui virtute priuilegij fiunt.

§. I.

Quænam ſit materia, & effectus priuilegij reſpectu illius, cui priuilegium conceditur.

1 *Materia priuilegij multas habere debet conditiones.*

2 *Quænam ſit effectus priuilegij.*

3 *An, & etiam quando priuilegiarius teneatur vti ſuo priuilegio.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Materia priuilegij multas habere debet conditiones.

Prima eſt, vt materia ſit honeſta, & rationabilis; vt patet à ſimili ex dictis de materia legis.

Secundò debet eſſe fauorabilis; hoc. n. poſtulat natura priuilegij.

Tertiò debet cõſiſtere in aliqua facultate ad agendum aliquid, vel non agendum: ad recipiendum, vel non recipiendum; priuilegium n. eſt lex, qua ſpeciale quid conceditur. Ità communiter DD. quibus in terminis adhæret Suarez, libro 8. cap 9. num. 1. & 2. Salas, diſput. 17. ſect. 4. num. 29. verſic. Dico primò.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Effectus priuilegij reſpectu priuilegiarij conſiſtit in facultate aliquid faciendi, vel omittendi. Hæc Propoſitio manifeſtè con-

conſtat conſiderando ſingula priuilegia; vt eſt priuilegium audiendi Miſſam tempore Interdicti, aut non ſoluendi tributa, &c. Ratio eſt quia verba aliquid operari debent, alioquin eſſent inutilia, otioſa, & ſuperuacanea; quod nõ videtur admittendum; priuilegium.n. eſt lex quædam priuata; verba autem legis aliquid operari debent, l. 3. ff. de iureiurando.

Dixi reſpectu priuilegiarij; nam, ſi priuilegium conſideretur per ordinem ad ius, cõtra quod conceditur, ipſius effectus eſt derogare iuri. Si verò cõſideretur reſpectu aliorum, dicit obligationem, quã priuilegiario ſeruare debent priuilegium. Ita communiter DD. teſte Suarez lib. 8. cap. 22. num. 2.

Obijcies. Multa priuilegia dantur ad pacandas cõſcientias, & ad tollendos ſcrupulos, & nullam re ipſa conferunt poteſtatem; vt docet Rodriquez tom. 1. q. 11. artic. 9. Panormit. in cap. Certificari de ſepult. & alij apud Suarez, lib. 8. cap. 22. num. 3. ergò effectus priuilegij non conſiſtit in facultate aliquid faciendi.

Reſpondeo, priuilegia, quę conceduntur ad tollenda dubia, vel ſcrupulos, conferre facultatem aliquid faciendi, vel omittendi ſaltẽ nouo titulo. Et hoc ſufficere puto ad rationem priuilegij.

Ex quo etiam infertur, priuilegium, quo aliquid cõceditur, quod etiam iure communi cõceſſum eſt, non cẽſeri ſuperuacaneum; nec ob id verba priuilegij extendenda, & explicanda eſſe vltra propriam ipſorum ſignificationem; nam aliquid conceditur nouo titulo. Ita Naldus verbo Priuilegium, nu. 13. & alij DD. citati.

3 Quæres, vtrum priuilegiarius teneatur vti ſuo priuilegio.

Reſpondeo, per ſe loquendo nõ teneri; nam quod in alicuius fauorem conceſſum eſt, non debet in ipſius incommodum, vel grauamen retorqueri, De reg. iur. in 6.

Dixi per ſe loquendo, vt aduerterem priuilegiarium teneri vti ſuo priuilegio in duobus caſibus.

Primus eſt circa priuilegium cõmune, quando ex omiſsione vſus priuilegij ſequitur aliorum præiudicium; tunc.n. vti debet priuilegio, cui non poteſt cedere in præiudicium aliorum; vt oſtendimus de cenſuris, quærentes, an Clericus poſsit in ſui percuſsionem conſentire.

Secundus caſus eſt, quãdo actus, qui alias erat illicitus, efficitur licitus per priuilegium, ſi ille idem actus legi ſubijciatur, priuilegiarius tenetur vti priuilegio; vt ſi alicui concedatur priuilegiũ audiendi Sacrum tempore interdicti, tenetur Miſſam in die feſto audire, quam audire non poterat, præciſo tali priuilegio; vt patet ex dictis de interdicto, & de Miſſæ ſacrificio. Ita Suarez, cap. 23. num. 8.

§. II.

Quid requiratur ad validitatem actuum, quos priuilegiarius virtute priuilegij facit.

1 *Quid requiratur, vt validi ſint actus facti virtute priuilegij.*

2 *Priuilegium duobus modis concedi poteſt.*

3 *Quan-*

Digitized by Google

3 *Quando alicui datur facultas aliquid faciendi de conſilio alterius, neceſſaria eſt petitio conſilij.*

4 *An ille, cui data eſt facultas aliquid faciendi cum alterius conſilio, teneatur non ſolum petere, ſed etiam ſequi conſilium.*

VNICA PROPOSITIO.

1 VT validi ſint actus facti virtute priuilegij, requiritur, vt ſeruetur forma ſubſtantialis contenta in priuilegio. Ratio eſt quia actus ſine forma ſubſtantiali celebratus non eſt validus; vt patet ex ſuprà dictis. Vt hæc clarius intelligantur.

2 Aduertendum eſt, priuilegium duobus modis concedi poſſe.

Primò abſolutè, nullo alio opere iniuncto ad fructum priuilegij cōſequendum; vt ſi alicui concedatur priuilegiũ nobilitatis ſimpliciter, & abſolutè abſque alicuius operis impoſitione; huiuſmodi priuilegiũ ſtatim ſortietur ſuum effectum abſque alio opere.

Secundò, iniuncto aliquo opere ad fructum priuilegij conſequendum. Et hoc opus duobus modis iniungi ſolet, videlicet ſub conditione, vel ſub modo. Si iniungatur ſub conditione, neceſſariò prȩſtandum eſt opus iniunctum, vt priuilegiũ obtineatur. Ratio eſt tum quia conditio videtur importare formã ſubſtantialem; ſine forma autem ſubſtantiali res eſſe non poteſt, L. Qui hæredem, §. vlt. ff. de condit. & demonſtrat. Tum quia priuilegium non operatur vltrà intentionem cōcedentis; priuilegium autem datum ſub conditione indicat voluntatem concedentis eſſe conditionalem, ipſumque nolle priuilegium concedere, non adimpleta conditione. Si verò iniungatur opus ſub modo, priuilegium valet, etiamſi opus, ſeu modus iniũctus nō adimpleatur; nàm concedens priuilegiũ intendit illud abſolutè concedere, & non ſuſpendere effectum priuilegij, licèt modus non adimpleatur; vt patet ex traditis de diſpoſitione modali, & cōditionali in tractatu de reſtitutione, & contractibus diſp. 3. q. 1. pun. 4. & in ſimili de matrimonio.

Prȩdicta doctrina per ſe loquendo vera eſt, quamuis illam non admittamus, quando ſuperior non intendit nouam formam inducere, ſed certiorem facere de eo, quod iuxta ius commune, vel iuxta æquitatem faciendum eſt.

3 Hinc ſequitur, quãdo alicui datur facultas aliquid faciendi, E. g. abſoluendi, vel diſpenſandi, vel puniendi cum alicuius conſilio, ſiuè de conſilio, ſiuè ex conſilio, per ſe loquendo neceſſariam eſſe conſilij petitionem, & opus aliter factum irritum eſſe; quia conſilium præſcribitur tanquam opus præmittendum actui, ſeù tanquam conditio antecedens actum, ad quem præſtandum datur facultas. Ità Suarez loco cit. Innocentius, Panorm. & Gloſſa, cap. Cum in veteri de electione, Syiueſt. verbo Conſilium, quæſito 1. Azorius 1. parte, lib. 12. cap. 5. quæſito 3. & alii apud Salas, d. 16. ſect. 10. Idem docet Hoſtienſis, & Panormit. cap. Cum olim de arbitr. quod idem Panorm. in cap. Licet de regular. num. 12. extendit ad facultatem conceſſam ſub hac loquendi forma, De licentia. Quod tamen nos vniuerſaliter non ad-

mittimus; vt patet ex dictis de pœnitentia; licèt vt plurimum verum eſſe concedamus.

Quid verò dicendum ſit, quando non datur facultas ad aliquid faciendum; ſed tantummodo præſcribitur forma illi, qui iam habet facultatem, conſtat ex dictis de actibus factis.

4 Sed modò dubium eſt, vtrum is, cui data eſt facultas aliquid faciẽdi cum alterius conſilio, teneatur non ſolum petere, verum etiam vtrum illud neceſſariò ſequi teneatur.

Reſpondeo, non teneri conſiliũ ſequi. Ratio eſt quia aliud eſt petere conſilium, aliud ſequi conſiliũ; nam petere conſilium vtile eſt ad rei veritatem inquirendam, & prudenter pertractandam, L. Dubium, C. de repudiis: Sequi verò conſiliũ nõ ſemper eſt neceſſarium, aut vtile. Ob id in tractatu de matrimonio cum Suarez, & alijs docui, filiũ teneri, antequam matrimonium cõtrahat, patris conſilium petere; non verò illi adhærere. Ita Emanuel Sà verbo conſilium, Suarez, lib. 8. cap. 13. num. 5. & 6. Syluest. Roſella, Bartolus, & alii apud Salas, d. 16. ſect. 10. num. 44. Verum, ſi in concedẽda facultate adhibeantur hęc verba, ſecundum cõſilium, vel iuxta conſilium, vel prout Titio viſum fuerit, vel de conſenſu, ſeu cum conſenſu, aut conſilio Titii, non ſolum petendum eſt conſilium; verum etiam illi inhærendum eſt; conſenſus enim ad alterum relatus dicit conformitatem cum effectu, vel iudicio alterius.

PVNCTVM V.

Vtrum priuilegiarius poſsit vti priuilegio in quolibet loco concedentis.

1 *Priuilegiarius poteſt vbique vti priuilegio abſolutè conceſſo.*

2 *Quid faciendum ſit, quando concedens priuilegium habet plures prouincias.*

3 *Quando Papa concedit facultatem veſcendi lacticinijs in Quadrageſima ob inopiam piſcium, non licet vti dicto priuilegio vltra talem regionem.*

VNICA PROPOSITIO.

1 PRiuilegio abſolutè, & abſque determinatione loci conceſſo priuilegiarius vti poteſt quolibet in loco concedentis; niſi de mente concedentis aliter conſtet. Ratio eſt tum quia priuilegiũ ſine determinatione conceſſum cenſetur generale, iuxta facultatem concedentis; ſed concedens habet facultatem generalem concedendi priuilegium pro quolibet ſuo territorio; ergo priuilegiarius poteſt tali priuilegio vti in quolibet territorio concedentis; modò priuilegiũ fuerit abſolutè, & abſq; loci determinatione conceſſum. Tum quia vbi ius non diſtinguit, aut limitat, neq; nos diſtinguere, aut limitare debemus, niſi ad diſtinguendũ cogamur aliqua ratione, aut alia lege diſtinguentẽ, aut limitantẽ; conſequenter ſi concedens priuilegium non limitauerit ad certum locum, neque nos debemus illud ad certum locum concedentis limitare.

Tum

Tum quia priuilegium conceſſum abſque determinatione tẽporis cẽſetur perpetuum; vt benè oſtendit Sanchez lib.8.d.28. ergo etiam priuilegium abſq; determinatione loci conceſſum cenſetur vniuerſale, & in quolibet concedentis loco valet. Si verò concedens priuilegium determinauit locum, priuilegiũ nõ valet vltra præfixum, & determinatum locum. Propterea, qui priuilegiũ obtinuit à Sede Apoſtolica retinendi duo beneficia in tali Eccleſia, non poteſt duo beneficia in alia Eccleſia retinere. Si verò priuilegiũ abſolutè obtinuit, poteſt vbique duo beneficia retinere; cùm Papa generalem habeat poteſtatẽ in toto orbe; nec determinatam habeat Diœceſim; eſt enim Paſtor vniuerſalis. Idem dicendum eſt cũ proportione de alijs Prælatis; vt de Epiſcopo, Rege, Principe, &c.

2 Sed obſerua, quando concedẽs priuilegium plures habet Prouincias, vel Regna, inſpiciendum eſſe loquendi modum; nam, ſi loquatur vt Princeps vnius loci, & non alterius, cenſetur ſolum pro vno loco priuilegium conceſsiſſe. Si verò loquatur vt Princeps omnium, cenſetur vniuerſalem pro ſuis Regnis facultatem dediſſe. Quapropter priuilegium conceſſum ab Imperatore, vt Imperator eſt, valet pro omnibus locis Imperatori ſubiectis.

Dixi in propoſitione, niſi aliter conſtet de mente concedentis; nã ſi conſtet, mentem concedentis eſſe, vt priuilegium valeat tantum in certo loco, pro illo tantum valere dicendum eſt; Mens autem legiſlatoris colligi poteſt, tùm ex verbis, tum ex ſupplicatione, tùm ex re, quæ petitur tùm ex antecedentibus, tùm ex conſequentibus, tùm ex ratione motiua, & finali, ob quã priuilegium conceditur. Ita Suarez lib.8.cap.26.nu.4. Salas, & alij, quos in ſimili ſupra retuli.

3 Ex quo ſequitur, ſi Papa alicui Nationi facultatem comedendi lacticinia concedat in quadrageſima ob diſtantiam Regionis à mari, vel ob inopiam piſcium, &c. non licere vltra talem Regionem veſci lacticinijs. Ratio eſt quia cum Superior in concedendo priuilegio reſpexerit conditionẽ illius loci particularis, & ob illam motus ſit ad cõcedendum priuilegium, præſumitur nolle priuilegiũ prodeſſe extra talem Regionem. Ita Suarez loco citato num.3. & 4. & alij, quos in ſimili ſuperius retuli de ſubiecto legũ, contra Sanchez, & alios.

PVNCTVM VI.

Vtrum priuilegiarius poſsit extra territorium concedẽtis vti priuilegio abſq; determinatione loci conceſſo.

1 *Priuilegium aliud eſt perſonale, aliud locale, aliud perſonale & locale.*

2 *Quodnam dicatur priuilegium propriè acceptum.*

3 *Priuilegium à Papa conceſſum vbique terrarum valet.*

4 *Quandonam priuilegiarius poſſit vti priuilegio.*

5 *Qui obtinuit diſpenſationem in voto vt poſſit petere debitum poteſt debitum vbique petere.*

6 *Diſpenſatus ad plura beneficia poteſt illa vbique obtinere.*

7 *Abſolutus ab excommunicatione remanet vbique abſolutus.*

8 *Quandonam liceat vti priuilegio in alieno territorio.*

9 *Habens facultatem generalem audiẽdi Confeſſiones poteſt illas extra Diœceſim audire.*

10 *Habens facultatem legendi libros prohibitos poteſt eos vbique legere.*

11 *Habens facultatem eligendi Confeſſorem poteſt illum vbique eligere.*

12 *Fœmina, quæ Bergomi obtinuit facultatem pro cautione circa infantes, non indiget noua diſpenſatione, ſi Mediolanum ſe transferat.*

1 NOtandum primò, priuilegiũ aliud eſſe perſonale, quod ſcilicet cõceditur pſonę ob aliquã ipſius conditionem, cauſam, ſeu neceſsitatem, non habita ratione ad locum; aliud eſſe locale, quia conceditur, habita ratione loci; aliud eſſe perſonale, & locale ſimul; vt ſi ob aliquam perſonæ conditionem concedatur ipſi priuilegium cũ determinatione loci.

2 Notandum ſecundò, nos in hoc Puncto loqui de priuilegijs propriè acceptis, quibus aliquis eximitur ab obligatione legis cõmunis, vel ſtatuti, vel conſuetudinis particularis, priuilegium enim, quo aliquis eximitur ab obligatione, aut eſt cõtra ius commune, aut cõtra ius particulare ipſius concedentis priuilegium; vel alterius, aut etiam cõtra ſtatutum, vel conſuetudinem loci alterius Superioris, in cuius territorium priuilegiarius ſe transfert.

3 Notandum tertiò, nos non loqui de priuilegio Papæ, cõſtat enim priuilegium à Summo Põtifice cõceſſum in iure communi abſque determinatione loci, valere vbiq; terrarum; quia Summus Pontifex non habet determinatam Diœceſim, vel territorium, ſi conſideretur vt Paſtor vniuerſalis, & vt Põtifex eſt. Idem dicendum eſt de illis, qui auctoritate ſibi à Summo Pontifice conceſſa diſpẽſant in iure cõmuni.

Hic tamen obiter recolendum eſt, quod etiam ſuperius adnotaui, vt priuilegium conceſſum à Papa cõtra ſtatuta, vel cõſuetudines aliquorum particularium, valeat, exprimendam eſſe in priuilegio clauſulam derogantem ſpecialibus ſtatutis, & conſuetudinibus; cum enim Superior non præſumatur ſcire cõſuetudines, vel ſtatuta locorũ particularium, non cenſetur velle illis derogare, niſi exprimat.

VNICA PROPOSITIO.

4 PRiuilegiarius poteſt, per ſe loquendo, vbique, etiam extra territorium concedentis vti diſpẽſatione, ſeu priuilegio perſonali ſibi conceſſo abſque determinatione loci: modò in alieno territorio non extet ſpecialis aliqua prohibitio. Ita Nauar. de priuilegijs, conſil. 16. Azorius lib. 5. cap. 23. quæſito 6. Suarez de legibus lib. 8 cap. 26. n. 6. Sanchez lib. 8. d. 31. num. 17. Salas de legibus d. 17. ſect. 10. num. 54. Gutierez de matrimonio, cap. 127. nu. 9. & alij. Ratio eſt tum quia priuilegia conceſſa ob aliquam cõditionem perſonæ, ſeu ob aliquam cauſam in ipſa perſona exiſtentem, dicuntur priuilegia perſonalia; priuilegium aũt perſonale afficit perſonam, illi inhæret, eamque ſequitur quocunque pergat; ergo priuilegiarius tali priuilegio vbique vti poteſt. Tum quia priuilegiarius peg hu-

Digitized by Google

huiuſmodi priuilegium exemptus remanet ab obligatione legis communis; ſed obligatio non reuiuiſcit ex varietate, & mutatione locorum; ergo vbique remanet exemptus, ergo vbiq; tali priuilegio vti poteſt.

Dixi per ſe loquendo: nã per accidens ratione ſcãdali, vel alterius circunſtantiæ fieri poteſt, vt priuilegiarius priuilegio ſibi conceſſo nequeat vti extra territorium concedentis, aut etiam intra concedentis territorium; vt patet ex regulis generalibus.

Dixi abſque determinatione loci, vt aduerterem, priuilegium determinatum ad aliquem locum valere ſolum pro loco determinato. Tum quia nõ valet vltra intentionem concedentis. Tum quia ſicut priuilegium locale non extenditur de vno loco ad alium, vel perſonale de vna perſona ad aliam: ita nec perſonale conceſſum pro certo loco extẽditur vltra illum locum. Ita Suarez libro 8. cap. 26. num. 3. & alij communiter.

Ex quo licet inferre, eum, cui data eſt facultas veſcendi lacticinijs in quadrageſima ob inopiam olei, aut piſcium, ſeu ob diſtantiã à mari, non poſſe tali priuilegio vti in alia regione, vbi copia piſcium adeſt; hoc enim videtur priuilegiũ perſonale cum determinatione loci conceſſum. Si verò priuilegium ſit tantummodo perſonale; vt ſi cõceſſum ſit ob cauſam, ſeu neceſſitatem ipſius priuilegiarij, poteſt priuilegiarius veſci lacticinijs etiam extra territorium concedentis. Ita Nauar. Azor. Salas, & alij locis citatis, qui generaliter aſſerunt, diſpẽſatum in ieiunio, vel lacticinijs in vno territorio, poſſe vbique tali diſpenſatione, & priuilegio vti.

Dixi modò in alieno territorio non extet ſpecialis aliqua prohibitio; ſeu, modò priuilegium non cõtineat materiam prohibitam à Superiore alterius territorij, ad quod priuilegiarius ſe trãsfert; nam, ſi priuilegium continet aliquid prohibitum à Superiore alterius territorij, videndũ eſt, iuxta doctrinam ſuperius traditam de ſubiecto legũ, vtrũ extraneus obligetur legibus, ſeu pceptis locorum, in quibus reperitur; nam, ſi tenetur legibus, ſeu preceptis locorum, cenſeo non poſſe vti priuilegio ſibi conceſſo à Superiore, qui non habeat directam iuriſdictionem in ſuperiorem loci, in quo priuilegiarius reperitur. Ratio eſt tum quia nullus poteſt legi, & iuriſdictioni alterius derogare, niſi poteſtatem habeat in eum, cuius legi derogare intendit; aut niſi facultatem derogandi ab ipſo impetrarit. Tum quia qui priuilegium hic Mediolani à Principe obtinuit deferendi arma, non poteſt vti tali priuilegio Romæ, aut in alia vrbe alteri Principi ſubiecta, in qua delatio armorum prohibita ſit; ergo priuilegiarius non poteſt in alieno territorio vti priuilegio, quod materiam contineat ab alio Superiore vetitam, quoties tenetur illi obedire. Ita Suarez loco citato, nu. 8. Salas loco cit. nu. 56. & alij.

Obijcies. Qui priuilegium obtinuit veſcendi lacticinijs, aut non ieiunandi, poteſt in alieno territorio vti hoc priuilegio, nõ ſolum ijs diebus, quibus ex iure communi abſtinendum eſt à lacticinijs, & vacandum eſt à ieiunio; verum etiam illis diebus, quibus ex ſpeciali præcepto illius territorij ieiunandum eſt

er-

ergo priuilegiarius poteſt vti priuilegio extra territorium concedentis; etiamſi in alieno territorio extet ſpecialis aliqua prohibitio.

Aliqui recentiores, quos tacito nomine refert, & ſequitur Salas de legibus d. 17. ſect. 10. nu. 56. concedunt antecedens; quia particularis Epiſcopus; ſeu Superior, dũ aliquo die præcepit ieiunium, non intẽdit grauiorem obligationem imponere, quam obliget ius commune; cõſequenter virtualiter vult, vt eo modo, quo quis diſpenſationem obtinuit in iure communi, ſeu in ieiunio Eccleſiaſtico, cenſeatur etiam in illo ſpeciali ieiunio diſpenſationẽ obtinuiſſe.

Ego verò de rigore iuris oppoſitum ſentio. Tum quia non conſtat de mente legislatoris alterius territorij. Tum quia diſpenſatio eſt res odioſa, ſtrictamque poſtulat interpretationem.

5 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui ab Epiſcopo diſpenſationẽ obtinuit in voto caſtitatis, vt poſsit debitum à ſua vxore petere, poſſe vbique debitum ab ea petere. Ita DD. citati.

6 Secundò, diſpenſatum ad obtinenda plura beneficia, poſſe illa vbique obtinere. Ita DD. citati.

7 Tertiò, abſolutum ab excommunicatione, remanere vbique abſolutum; vt patet tum ex allatis rationibus. Tum quia per abſolutionem, vel diſpenſationem ſublatũ eſt à perſona impedimentum, conſequenter libera vbique remanet. Ita Suarez loco citato, nu. 12. & alij DD. citati.

8 Quartò, priuilegiarium poſſe, per ſe loquendo, priuilegio ſibi cõceſſo abſque determinatione loci, vti in alieno territorio, ſiue priuilegium illi conceſſum ſit à ſupremo, ſiue à particulari Superiore; modò priuilegium non ſit contra prohibitionem alterius Superioris, ſeu modò non contineat materiam prohibitam à Superiore alterius territorij. Ratio eſt tum quia priuilegiarius per priuilegiũ ſupremi, vel particularis ſuperioris exemptus eſt ab obligatione legis; hæc autem obligatio non reuiuiſcit ob exiſtentiã in alieno territorio. Tum quia huiuſmodi priuilegium eſt perſonale, vt ſuppono; ergo ſequitur perſonã vbique exiſtentem. Tum quia per huiuſmodi priuilegium non exercetur iuriſdictio cum publica ſolemnitate, & ſtrepitu iudicij, quam ex alibi dictis conſtat non poſſe extra proprium territorium exerceri; ſed cenſetur iuriſdictio gratioſa, & voluntaria, quæ poteſt extra propriũ territorium exerceri. Ita Nauar. Salas, Azorius, & alij locis cit.

9 Quintò, Sacerdotem, qui generalem habet facultatem audiendi confeſsiones Mediolanẽſium, poſſe eorum confeſsiones extra Diœceſim Mediolani audire, iuxta dicta de pœnitentia.

10 Sextò eum, qui ab Epiſcopo, vel Inquiſitore facultatem legendi libros ꝓhibitos obtinuit, poſſe eos extra territorium, & Diœceſim cõcedentis legere; modò Epiſcopus, vel Inquiſitor potuerit legendi facultatem dare, & modò in loco, in quo priuilegiarius reperitur, nõ extet ſpecialis aliqua prohibitio, ſeu ſtatutum, cui ſubijciatur, vt ſtatim explicabo. Ita Suarez nume. 8. Salas, & alij locis citatis.

11 Septimò eum, qui facultatem habuit eligendi Confeſſorem, poſſe illum

Digitized by Google

illum vbiq; eligere. Ita DD. citati.

11 Octauò, fœminam Bergomenſem, quæ Bergomi diſpenſationem obtinuit in lege præſcribente certã cautionem circa infantes in lecto tenendos, non indigere noua diſpenſatione, ſi Mediolanum ſe trãſferat; quia eadem lege in Concilio Prouinciali ſancita tenẽtur Bergomenſes, & Mediolanenſes præfatam cautionẽ adhibere, & in hac lege prædictam fœminam Bergomi diſpenſatam fuiſſe ſupponimus. Secus dicendum eſt, ſi prædicta fœmina recipiat ſe in locum Concilio noſtro Prouinciali, Prouinciæquè Mediolanenſi minimè ſubiectum, in quo peculiari conſtitutione ſancita ſit certa quædam forma circa infantes in lecto decumbentes adhibenda; tunc enim, dum in eo loco exiſtit, indiget noua diſpenſatione, quia ibi exiſtit ſpecialis prohibitio, & lex diſtincta.

PVNCTVM VII.

Quomodo explicandum ſit priuilegium, quãdo ipſius verba ſunt obſcura; ſeù dubia.

DVo nobis in duplici §. ſequẽti explicanda ſunt.

Primò, quomodo explicandum ſit priuilegium tã fauorabile, quàm odioſum.

Secundò, vtrum priuilegium cẽſeatur tãtummodo conceſſum rebus, & perſonis in priuilegio expreſsis.

§. I.

Quomodo explicandum ſit priuilegium tàm fauorabile, quàm odioſum.

1 *Priuilegiũ aliud eſt fauorabile, aliud odioſum.*

2 *In priuilegijs explicandis ſeruanda eſt verborum proprietas.*

3 *Quando conſtat de mente concedentis, ſtandum eſt ipſius intentioni.*

4 *Priuilegium purè fauorabile latè explicandum eſt.*

5 *Priuilegiũ odioſũ ſtrictè explicãdũ eſt.*

6 *Quæ differentia ſit inter priuilegia, quæ continentur in iure, & quæ non continentur in iure.*

7 *Diſpenſatio conceſſa in tertio gradu extenditur ad ſecũdum cum tertio.*

8 *Priuilegium cõtra ius cõmune ſtrictè explicandum eſt.*

9 *Priuilegium irregulari conceſſum ad beneficia cenſetur ſolum conceſſum ad beneficia ſimplicia.*

10 *Priuilegiũ cõceſſũ ad ordines cẽſetur ſolũ conceſſum ad ordines minores.*

11 *Priuilegium, quod præbet occaſionẽ peccandi, ſtrictè explicandum eſt.*

12 *Priuilegium ad lites cõceſſum ſtrictè accipi debet.*

13 *Priuilegium contra ius tertij reſtringendum eſt.*

14 *Poteſtas concedendi priuilegium nõ eſt explicanda eo modo, quo explicatur ipſum priuilegium.*

15 *Poteſtas concedendi priuilegia non extenditur ad caſus non comprehenſos.*

16 *Qui poteſt legitimare natum ex adulterio non poteſt legitimare natũ ex inceſtu.*

17 *Facultates Bullæ Cruciatæ, aut Iubilei latè explicandæ ſunt.*

18 *Facultas abſoluendi à reſeruatis la-*

Digitized by Google

tè eſt explicanda.

19 *Facultas Epiſcopis conceſſa in Tridentino poteſt extendi.*

20 *Quomodò ſit intelligendum priuilegium conceſſum ad inſtar alterius priuilegij.*

1 NOtandum primò, priuilegiū aliud eſſe fauorabile, quod ſcilicet eſt purè fauorabile, & non eſt contra leges communes, & iura, nequè vlli præiudicium affert; aliud dicitur odioſum, & eſt illud, quod licet fauorem præbeat priuilegiario; nihilominus vel eſt contra ius, vel eſt in præiudiciū tertij.

2 Notandum ſecundò, in priuilegijs explicandis ſeruādam eſſe verborum proprietatem, iuxta vſitatā verborum ſignificationē, vel vſum communem, qui ſeruari conſueuit in eo foro, à quo conceditur, alioquin nil certi haberetur, ſi verba prædicto modo accipi non deberent. Hoc tamen limita, modò nihil abſurdi ſequatur ex verbis prædicto modo acceptis; vt in ſimili diximus de intelligentia legum. Ita Salas d.17.ſect.8.num.47 & 49. Suarez loco citando, Azorius lib.5.ca. 23. quæſito 2. Sylueſt. verbo Priuilegium, quæſito 3. & alij.

Ex quo ſequitur primò, priuilegiū conceſſum Epiſcopo pro familiaribus, cenſeri tantummodo conceſſum pro ijs, qui actu obſequium, & famulatum illi præſtant; non verò ijs, qui per reſcripta, & priuilegia in numerum familiarium cooptati ſunt. Ita Azorius quæſito ſexto Panormitan. cap. Cum dilectus de Clerico non reſidente, Salas diſp. 17.ſect.8. numero 48. & 49. & alij, quos in ſimili de miniſtro Sacramenti Ordinis retuli.

Secundò, quando datur priuilegium ad minuendum numerum miniſtrorum ob defectum facultatum Eccleſię, non cenſeri conceſſam facultatem augendi numerum, creſcētibus facultatibus; nam verborum proprietas hanc extenſionem non admittit; quia minuere, ſeu moderari propriè non ſignificat augere. Ita Panormit. cap. vlt. de verb. Significat. Salas nu. 49. & alij.

3 Notādum tertiò, nos hic loqui de explicatione priuilegij faciēda, quando verba priuilegij non ſunt clara, nec conſtat de mente concedentis; nam ſi de mente concedentis conſtet, ſtandum eſt menti concedētis, quia priuilegium vim habet ex mente concedentis. Si verò de mente concedentis dubitetur, recurrendum eſt ad coniecturas, vt animus concedentis inueſtigari, colligi, & inueniri poſsit. Animus autem concedentis inueſtigari, & colligi poteſt, tū ex ſupplicatione; nam Princeps precibus ſibi porrectis ſolet ſe accommodare, L. Si preces, ff. de legibus, & cap. Inter dilectos, §. Cęteri de fide inſtrumēt. Ita Felinus ibi, Salas ſectio.9. & alii communiter. Tum ex re, quæ conceditur, & ex ſubiecta materia. Tum ex ſimili priuilegio. Tum denique per recurſum ad Principem, quando ad ipſum patet aditus, & recurſus, nec aliunde poteſt ipſius animus conijci, & inueniri.

Hoc tamen limita, modò non ſit periculum in mora; nam ſi periculum in mora exiſtat, faciendum eſt quod prudenter iudicatum fuerit pro loco, & tempore. Ita Hoſtienſis in ſumma, verſ. Quid operetur, Suarez lib.8.cap.28.nume.19. Salas d.15.ſect.8. num.49. Baldus in cap.

Au-

Digitized by Google

Auditis de præſcrip. & alij, quos in ſimili retuli de interpretatione legum.

His poſitis, duo nobis explicãda ſunt.

Primò, quomodo intelligendum ſit priuilegium fauorabile.

Secundò, quomodò explicandũ ſit odioſum.

PRIMA PROPOSITIO.

4 Priuilegium purè fauorabile latè explicandum eſt, quantum rationabiliter iudicatum fuerit, ſeruata verborum proprietate. Ratio eſt tum quia illa regula iuris in ſexto, Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, ſi vllo in caſu verificatur, maximè valet in priuilegio purè fauorabili, in quo nulli præiudicium affertur. Nequè obſtat, ipſum concedentem fortaſsè aliquãdo pati prçiudicium ex priuilegij conceſsione; vt inquiunt communiter DD. teſte Salas d. 17. ſect.6. num.43. Suarez loco citato, Azorio 1. par. lib.5.cap.23.queſito 2. non enim habẽda eſt ratio iſtius præiudicij in hac materia; cum huiuſmodi præiudicium ſit voluntarium, nec vllus poſsit aliquid alteri donare abſquè aliquo præiudicio. Tum quia beneficium Principis latè explicandum eſt, cap. Olim de verborũ ſignificatione; Et L. Beneficium de conſtit. Principum; ſed priuilegiũ purè fauorabile eſt verè, & propriè priuilegium; ergo latè explicandum eſt, quantum ſcilicet recta ratio, & prudẽtia dictauerit, ſeruata verborum proprietate.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 Priuilegium odioſum, regulariter loquendo, ſtrictè explicandum eſt, ſeruata verborum proprietate. Ratio eſt tum quia illa regula in cap. Sanè, de priuilegijs, Priuilegia ſunt reſtringenda, maximè valet in priuilegijs odioſis, & ex alia regula iuris colligit, Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. Tum quia Princeps in odioſis cenſetur ſolum voluiſſe derogare, quatenus expreſsè per verba declarauit, L. Quod auſus, ff. de emancipat. liberorum.

Ex quo patet, priuilegium, quod eſt contra ius, aut quod alteri damnum infert, ſtrictè explicandum eſſe. Ratio eſt tum quia huiuſmodi priuilegium eſt odioſum; nec Princeps cẽſetur velle alterum priuare iure ſuo, aut alteri damnum inferre, niſi quatenus verbis expreſſit. Tum quia priuilegium ſemper ſubintelligitur, ſalua iuſtitia; nam recta ratio poſtulat priuilegium ita ſubintelligi; vt benè docet Panormit. in cap. Certificari de ſepulturis, Salas d.17.ſect.8.num.47. & alij DD. ſtatim citandi. Tum quia priuilegium, quod eſt contra ius commune, continet diſpenſationem iuris communis, ſed diſpenſatio eſt odioſa, & ſtrictè explicanda; ergo priuilegium, quod eſt contra ius, ſtrictè explicandum eſt, quatenus ſcilicet opus eſt, vt nõ extendatur, & amplietur derogatio iuris communis vltra verborum proprietatem, & mentem concedentis. Ita Syluest. verbo Priuilegium, quçſito 3. Azor. lib.5.cap.23. quæſito 2. Nauar. in ſum. cap.12. num.9. Sanchez,

libro 8. de matrimonio d.1.num.4. Suarez,lib.8.de legib.cap.27.num. 5. Bartolus, & alij apud Suarez, & Sanchez locis cit. & apud Salas d. 17.ſect.6.num.41.& ſect.8.num.47. quamuis non omninò cõſentiat ipſe Sanchez.

Hoc tamen limita,niſi aliter cogat neceſsitas, vt ſi diſpẽſatio alioqn redderetur inutilis,& illuſoria, aut ſi hoc exigat materia neceſſariò, & inſeparabiliter connexa. Quapropter diſpenſatus ad plura beneficia cenſetur etiam diſpenſatus, vt in vno tantum reſidere teneatur;cum idem nequeat in duob. locis reſidere.Secus dicendum eſt, quoties res acceſſoria ſeparabilis eſt à principali; nam,ſi diſpenſatio ſuum ſortiri poteſt effectum abſquè extenſione ad rem acceſſoriam,nõ eſt facienda extenſio, quia diſpenſatio eſt odium iuris. Videte Sanchez, libro 8.d.1.nu.19 & ſeq., vbi hanc rem diligenter proſequitur.

Dixi regulariter loquendo, vt aduerterem, priuilegium, licèt ſit contra ius commune, aliquando ampliari poſſe, nempè quando ſic recta ratio, & prudentia dictat, vt quãdo grauis aliqua cauſa, vel neceſsitas priuilegium ampliare cogit. Quamobrem, ſi ampliatio neceſſaria ſit ad bonũ cõe,quod præponderet derogationi iuris; aut ſi agatur de cauſa pia, & religioſa priuilegium extendendũ eſt; nam ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit, inquit Iuriſconſultus L. Sunt perſonæ, ff. de religioſis, & ſumptibus funerum. Idem dicendum eſt de priuilegiis, quæ toti religioni, vel communitati in perpetuum cõceduntur; hæc enim vim legis habent, ac ſi eſſent in iure expreſſa, cum ſint conſtitutiones perpetuæ; quæ non conceduntur vni, aut alteri perſonæ, ſed communitati,quæ perpetua eſt. Ità Henriquez, lib.7. cap.22 num.3 & cap.24.num.4. Salas d.20.ſect.10. nu.90.verſic. Sextò limitat,Sanchez,lib.8.d.1.num.13. & alii apud Sanchez, & apud Henriquez locis citatis. Item ſi agatur de Clericorum exemptione à laica poteſtate, priuilegium ampliandũ eſt, ita dictante prudentia. Prætereà, ſi priuilegium redderetur inutile, aut iniuſtum, niſi ampliaretur,prudentia dictat ampliandum eſſe; reſtringendum verò quando redderetur inutile,aut iniuſtũ, niſi reſtringeretur;nam Princeps præſumitur velle vtiliter,& rationabiliter priuilegium conferre, & iuſta Principis voluntas nunquã fruſtrari debet, aut inefficax reddi. Ità Nauar. Sylueſter, Sanchez,& Suarez locis citatis, Azorius, libro 5. cap.23.quæſito 2. Salas d.17.ſect.7. num.41. & 43 & ſect.8.nu.46.& 52.

6 Quæres primò, an ſit aliquid obſeruandum, ſeù an ſit aliqua differentia in explicandis priuilegiis, quæ continentur in iure communi, & in explicandis priuilegiis, quæ in iure communi non continentur.

Reſpõdeo affirmatiuè; nam priuilegia, quæ continentur in iure communi, non ſunt ſtrictè explicãda,cum cẽſeantur vim legis, & iuris communis habere. Ità Couar.4. decret.2. parte,cap.8.§.8.Sanchez, diſput.1. num.368. Suarez, cap.27. num.8.Salas d.20.num.90. Iaſon, & alii apud Salas loco citato,& d.17. ſect.14.num.73.poſt 12. lineas. Idẽ dicendum eſt de diſpẽſatione,quæ continetur in corpore iuris,ſeu quæ per legem, vel canonem conceditur

tur; hæc enim eſt quaſi lex; conſequẽter latè interpretanda. Ita DD. citati. Idem cenſeo dicendum de diſpenſatione, quæ non continetur in corpore iuris; ſed tamen verſatur circa materiam iuris; hæc enim explicanda eſt iuxta ius, & quoties poſtulat extẽſionẽ, extendenda eſt.

7 Ex quo ſequitur, diſpenſationẽ conceſſam in tertio gradu, extendi ad ſecũdum cum tertio; quia iuxtà iuris diſpoſitionem, cap. fin. de cõſanguinitate, gradus remotior trahit ad ſe minus remotum, & computatio graduũ deſumenda eſt à perſona, quæ remotius diſtat à ſtipite. Ità Sanchez lib. 8. diſp. 1. num. 9. Salas d. 20. ſect. 10. num. 90. Sylueſter, Ledeſma, Speculum, & alii apud Sanchez. Hunc tamen caſum limita, niſi aliter ferat ſtylus Romanæ Curiæ, de quo mihi non conſtat. Non leuem tamen habeo dubitãdi rationem, quia cum in Curia Archiepiſcopali conſultus fuiſſem, quid in hac re ſentirem, reſpondi iuxtà communem doctrinam Sanchez, & aliorum diſpenſationem in tertio gradu extendi ad ſecundum cum tertio. Meo tamen non obſtante conſilio, diſpenſatio, in qua ſolius tertij gradus mẽtio fiebat, non fuit admiſſa, & neceſſariam eſſe ſecundi gradus cũ tertio mentionẽ, fuit iudicatũ. Quidquid ſit de hoc caſu, certũ eſt diſpẽſationem in corpore iuris contentã latè explicandam eſſe, ſeruata verborũ proprietate, & explicandam eſſe, per ſe loquendo, iuxtà legem, circa cuius materiam verſatur. Priuilegium verò, aut diſpenſationes, quæ non continentur in iure, ſtrictè explicandæ ſunt; quia cenſentur ius quoddam priuatum cõtra ius commune. Ità Salas d. 20. ſectio. 10. num. 90. Sanchez loco citato nume. 3. Suarez lib. 8. cap. 27. num. 8. Rodriquez quæſt. reg. tom. 2. q. 46. artic. 11. & alij apud præcitatos Doctores. Hoc tamen limitari poteſt cum communi DD. ſententia, modò priuilegium non fuerit conceſſum motu proprio; nam priuilegium motu proprio conceſſum cenſetur proprium beneficium Principis; conſequenter videtur purè fauorabile, conſequenter latam admittere explicationem, etiamſi iuri communi aduerſetur; vt colligitur ex cap. Si motu proprio de præbendis in ſexto. Ita Sanchez nu. 8. Salas num. 89.

8 Ex dictis colligi poteſt primò, priuilegium contra ius commune, ſiue diſpenſationem in iure communi ſtrictè explicandam eſſe; eſt enim priuilegium odioſum. Ità communiter Doct. ex Sanchez lib. 8. diſput. 1. nu. 3. Secùs dicendum putat Azorius lib. 5. cap. 23. quæſito 2. Salas diſput. 17. ſect. 8. nu. 52. & alij, ſi priuilegium non deroget iuri communi, ſed ſolum conſuetudini, vel ſtatuto in aliquo loco recepto.

Ego verò idem dicendum exiſtimo, per ſe loquendo, etiamſi priuilegium deroget ſtatuto, vel conſuetudini, niſi aliter conſtet de mente concedentis; non enim rationem diſparitatis video, quare priuilegium derogans iuri communi ſtrictè ſit explicandum; latè verò intelligendum ſit priuilegium derogans ſoli conſuetudini, vel ſtatuto alicuius loci; cum eadem ratio videatur iuris communis, & ſtatuti, & vtrumque priuilegium appellari poſsit odium iuris. Secus dicen-

cendum exiſtimo, ſi diſpenſatio ſit in priuato ſtatuto cōtrario iuri cōmuni, vel de conſuetudine populi iuri communi contraria; hāc enim puto latè explicandam, quia fauorabilis eſt, vt potè conformis iuri communi, quod fauorabile eſt. Ità Hēriquez lib. 7. cap. 30. n. 3. Syluester verbo Priuilegium, quæſito 3. concl. 2. Salas diſp. 20. ſect. 10. nu. 90. verſi. Quintò limitatur, Abbas, Iaſon, & alij apud Sanchez lib. 8. diſp. 1. nu. 12.

9 Secundò colligi poteſt, priuilegium cōceſſum irregulari ad beneficia, cenſeri tantummodò conceſſum ad beneficia ſimplicia, non ad dignitates, vel beneficia cum cura animarum, niſi aliter ex verbis, vel coniecturis colligatur. Ita Azor. loco cit. & alij, quos retuli de diſpenſatione irregularitatis in communi ad finem.

10 Tertiò, priuilegium conceſſum illegitimo ad ordines, intelligi cōceſſum ad ordines minores; nā huiuſmodi diſpenſatio eſt contra ius commune; conſequēter ſtrictè explicanda eſt. Ita Sanchez diſp. 1. n. 26. Salas nu. 49. Azorius, Suarez, & alij DD citati. Si verò illegitimus habēs ordines minores, ſciēte Pōtifice, obtineat priuilegium ad ordines, priuilegium extendendū eſt ad ordines maiores, alioquin redderetur inutile. Ita Azorius lib. 5. cap. 23. quæſito 2. Suarez cap. 28. n. 16. Sanchez nu. 26. Salas num. 49. & 50 & alij. Si verò abſolutè diſpenſetur cum illegitimo in irregularitate, diſpenſatio cenſetur totalis; nā verba abſolutè prolata, abſolutè intelligenda ſunt; nec eſt maior ratio, cur ad vnum potius, quām ad alium effectum extendatur. Ita Salas num. 93. Suarez, & alij.

11 Quartò, priuilegium, quod præbet occaſionem liberius peccandi, ſtrictè explicandum eſſe. Propterea facultas alteri conceſſa ad eligendum Confeſſarium, à quo abſolui poſsit à cenſuris, & caſibus reſeruatis, inquit Azorius loco citato, cenſetur tantummodò cōceſſa pro caſibus, & cenſuris iam contractis, ne detur cauſa liberius peccandi. Sed hoc mihi non probatur, niſi aliter de mente concedentis colligatur. Tum quia verba generaliter prolata, generaliter accipienda ſunt, ſeruata verborum proprietate; niſi recta ratio aliud ſuadeat. Tùm quia huiuſmodi priuilegium, omnibus conſideratis, cenſetur ad ſalutem animæ conferre, ne peccator in delictis ſordeſcat, quamuis delinquens indè per accidēs peccandi anſam arripiat. Ita Salas loco citato, nu. 51. Sanchez, & alij, quos in ſimili retuli de voto, & de indulgentijs, & de pęnitentia quęſtio. 7. pun 5. §. 3. nu. 16.

12 Quintò, priuilegiū ad lites cōceſſum ſtrictè accipi debere, quatenus huiuſmodi priuilegiū occaſionem litigandi, & alios vexādi præbet. Ità Salas nu. 51. Azorius loco citato, & alij.

13 Sextò, priuilegium, quod vergit in præiudicium tertij contrà ius tertio quæſitum, reſtringendum eſſe, quantū verba patiuntur; quia Princeps non præſumitur velle præiudicium alteri afferre, niſi exprimat, L. Nec auus, C. de emancipat. liberorum. Immò Princeps non poteſt ius tertiæ perſonæ acquiſitum auferre, ſine graui, & manifeſtata cauſa. Et hoc valet, etiamſi priuilegiū motu proprio concedatur; adhuc

enim

Digitized by Google

enim eſt odioſum. Ita Suarez cap. 27. num. 9. Azorius loco citato, Panormita. in cap. Certificari de reſcriptis, num. 9. Salas diſp. 17. ſect. 8. ad finem, Sayrus lib. 6 cap. 11. nu. 119. & alij communiter.

14 Quæres ſecundò, an eodē pacto explicanda ſit poteſtas concedendi priuilegium, ſeù diſpenſationes, & ipſamet diſpenſatio, ſeù priuilegium.

Præmittendum eſt, hic nos loqui de priuilegio, quod eſt contra ius, quæ diſpenſatio nuncupatur. Quo præmiſſo.

Reſpondeo, non eodem pacto explicandam eſſe poteſtatem concedendi priuilegij, ſeu diſpenſationis, & ipſum priuilegium contra ius, ſeù diſpenſationem; nam poteſtas concedendi priuilegij, vel diſpenſationis latè interpretanda eſt, ſeruata verborum proprietate: diſpenſatio verò ſtrictè explicāda eſt, quantum proprietas, & ſignificatio verborum patitur.

Quòd ipſamet diſpenſatio ſtrictè ſit intelligenda, ratio eſt quia eſt res odioſa, & ſtricti iuris, & dicitur ius commune vulnerare. Ita DD. ſtatim citandi.

Quòd verò poteſtas diſpēſandi latè ſit explicanda, ratio eſt tum quia non repugnat vlli iuri, vtilis eſt ad commune bonum, ſi moderatè, & prudenter exerceatur, nec vlli notabile præiudicium affert, licèt præiudicet ipſi Principi, qui voluntariè cedit iuri ſuo. Tū quia eſt fauor, & beneficium Principis; nam Princeps, dum facultatē diſpenſandi concedit, non intendit principaliter vulnerare ius cōmune; ſed principaliter fauorem, & beneficium conferre illi, cui diſpēſandi facultatem concedit; principale autem intentum, & propoſitū inſpiciendum eſt, L. Si quis. ff. ſi certum petatur. Ita Molina tracta. 2. d. 173. verſic. Obſeruandum eſt, Rodriquez in ſumma cap. 166. nu. 3. Salas de legibus. diſp. 20. ſect. 3. num. 18. & ſect. 11. nu. 110. Sylueſt. verb. Diſpenſatio quæſito 5. nu. 9. Emanuel Sà verbo Diſpenſatio nu. 7. & quamplures alij, quos retuli de Indulgentijs punc. 7. ad finem, omiſsis ijs, quos magno numero refert Sāchez de Matrimonio lib. 8. d. 2. num 1.

15 Hinc ſequitur primò, hanc poteſtatem nō extendi quidem ad caſus non comprehēſos ſub lata verborum ſignificatione; extendi verò ad caſus adaptabiles caſibus in poteſtate expreſsis; vt cum Felino, & Gambarupta docet Sanch. loco ci. nu. 2. & Salas nu. 110. Immò idem Sanchez ibidem cum Felino cap. Poſtulaſti de reſcript. nume. 11. limit. 4., hanc poteſtatem dicit extēdi ad conſecutiua etiam ſeparabilia, in quibus eadem, vel maior ratio eſt. Idem tenet Emanuel Sà verbo Diſpenſatio nu 7. vbi ſic loquitur, Poteſtas diſpenſandi eſt fauorabilis, & extendenda, ideoquè extenditur ad cauſam, in qua eadē eſt ratio, aut maior. Itaq; qui poteſt in affinitate, poterit etiam in publica honeſtate, ſi fortè, cum data eſt facultas, errore putabatur eſſe affinitatis impedimentum, cum eſſet publicæ honeſtatis. Ratio ipſi⁹ hæc videtur eſſe, quia publica honeſtas eſt genus quoddam affinitatis, & quædā minor affinitas, quàm ſit affinitas ſtrictè accepta; & poteſtas diſpenſandi extenditur ad ea, in quibus eadem, vel maior ratio

eſt. Non tamen, (inquit Emanuel Sà) qui poteſt in maius, abſolutè poteſt in minus, niſi in caſu, in quo eadem, vel maior ratio eſt ex præſumpta concedentis voluntate, qđ præſumi poteſt, cũ rationabile eſt.

16 Addit idem Emanuel Sà cum Syluestro loco citato, eum, qui poteſt legitimare natũ ex adulterio, poſſe legitimare, etiãſi ſimul ex inceſtu natus ſit; in materia enim fauorabili veniũt mixta ſub ſimplici.

Sed hoc ego facilè non admiſerim; quia poteſtas legitimãdi ſtrictè videtur explicanda; cum vergat in præiudicium tertij, qui eſſet futurus hæres; Princeps autem cenſetur velle quàmminimum præiudicium alteri afferre. Ita Salas loco citato, num. 110. Sanchez loco citato nu. 3. Felinus cap. Poſtulaſti, nume. 11. caſu 2. de reſcript. & alij apud Sanchez.

17 Secũdò ſequitur, facultates Bullæ Cruciatę, aut Iubilei eſſe latè explicandas; ſunt enim res fauorabilis, vtilis ad commune bonum, ordinata ad ſubueniendũ publicæ neceſsitati Eccleſię; nec dici videnť vniuerſaliter priuilegia contra ius, nec concedũtur in fauorẽ aliquarũ perſonarũ expreſſarũ. Ita Suarez, Nugnus, Henriquez, & alij, quos retuli de Indulgentijs pun. 7. ad finem; Contra Sanchez de matrimonio lib. 8. d. 2. num. 7. Nauar. & alios ibidem relatos.

18 Tertiò, facultatem abſoluendi à reſeruatis conceſſam Cõfeſſario, latè explicandam eſſe; vt dicetur in quarta illatione.

19 Quartò, facultatem Epiſcopis cõceſſam in Tridentino, videri extendendam, quantum verba patiũtur. Ratio eſt tum quia hæc dicitur poteſtas diſpenſandi, & non diſpẽſatio. Tum quia dirigitur ad commune bonum Eccleſiæ, conſequenter eſt fauorabilis. Tum quia ipſamet diſpenſatio, quæ in iure continetur, latè explicanda eſt, vt ſuperius oſtendi, quamuis exorbitet à iure; ergo à fortiori latè explicandum eſt priuilegium, quod in corpore iuris continetur, quale eſt priuilegiũ Epiſcopis conceſſum in Tridentino, quod ius commune conſtituit. Tum quia poteſtas delegata latam admittit interpretationẽ; ergo à fortiori eam poſtulat poteſtas ordinaria, qualis eſt hæc, quę in Tridentino habetur ſeſs. 24. cap. 6. Ita Sanchez in opere morali lib. 4. cap. 54. nu. 7. & lib. 8. de matrimonio. d. 2. nu. 12. Rodriq. in ſum. tom. 2. cap. 10. cõcl. 6. Henriquez lib. 14. cap. 18. nu. 2. & alij; Contra Suarez de Cenſuris diſp. 41. ſect. 2. nu. 7.

Quæ hactenus diximus de poteſtate diſpenſandi latè explicanda, intelligenda ſunt cum quadruplici limitatione.

Prima eſt, vt poteſtas diſpenſandi non extendatur, quoties vergit in præiudiciũ tertij; quia Superior non præſumitur velle alteri notabile præiudicium afferre; vt dixi in exemplo de priuilegio legitimãdi. Idem dicendum puto cum Sanchez nu. 3. & alijs ab ipſo relatis, quando poteſtas diſpenſandi alicui cõceſſa præiudicat illi, qui facultatem ordinariam habet ad diſpenſandum; vt ſi à ſede Apoſtolica concedatur alicui facultas diſpenſandi in legibus ab inferiore latis; vel faciendi aliquid, quod ad Ordinarium ſpectat; ſed vſus iſtius poteſtatis vergit in præiudicium illius, cui iure ordinario competit facul-

tas

Digitized by Google

tas hæc faciendi; hæc enim poteſtas ſtrictè explicanda eſt, vt patet ex ratione allata.

Secunda eſt, vt non extendatur, quoties adeſt conſuetudo in contrarium; conſuetudo enim eſt optima interpres non ſolum legum, verum etiam conceſsionum.

Tertia eſt, vt non extendatur ad ea; in quibus ipſe Superior nô poteſt diſpenſare. Quamobrem facultas alicui à Summo Pontifice ſimpliciter conceſſa ad diſpenſandum, non extenditur ad diſpenſandum in iure Naturali, aut Diuino; quia nullus poteſt alteri maius ius conferre, quàm ipſe habeat.

Addo non extendi ad ea, quæ ſunt ſpecialiſsimè reſeruata ipſi Summo Pôntifici; vt eſt diſpenſatio in matrimonio rato, in voto caſtitatis, aut religionis, nam in generali conceſsione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veroſimiliter conceſſurus, ſi ſpecialiter rogaretur. Ita Salas, Sanchez, & alij locis citatis.

Quarta eſt, vt non extendatur, quoties dirigitur ad diſpẽſandum cum perſonis expreſsis, & quoties facultas conceditur ad inſtantiã, & petitionem illarum perſonarum, cum quibus diſpenſandum eſt. Ratio eſt tum quia tunc non eſt beneficium, ſed eſt diſpenſatio inchoata cum eo, cum quo diſpenſandum eſt; conſequenter ſtrictè explicanda eſt. Tum quia ſic apertè colligitur ex cap. Cui nulla de præbendis in ſexto. Si verò non exprimantur perſonæ, cum quibus diſpenſandum eſt; ſed facultas côcedatur ſimpliciter ad diſpenſandum, nullis perſonis expreſsis; aut ſi ad petitionem illius, qui diſpenſaturus eſt, concedatur facultas ad diſpenſandum cum certo perſonarum numero, etiamſi vna ſit, modò non nominentur, facultas latè explicanda eſt, quia cenſetur priuilegium conceſſum illi, qui diſpenſare debet. Ita cenſuit Rota Romana tom.3.lib.1.deciſ. 117. & lib. 2.deciſ.700.& alij, quos ſequitur Sãchez loco citato, nu.6.& Salas. nu. 110.verſic. Quintò limita. In dubio tamen, an priuilegium conceſſum ſit diſpenſaturo, vel diſpenſando, cenſeo, ſi perſona, cum qua diſpenſandum eſt, fuit expreſſa, præſumẽdum eſſe priuilegium côceſſum diſpenſando; conſequenter ſtrictè explicandum; quia cenſetur quaſi diſpenſatio cum eo, cum quo diſpenſandum eſt. Ita Salas loco citato, Sanchez loco citato, nu.6. ad finem, & diſp.28.nu.90. vbi optimè has limitationes proſequitur, nônullaſq; alias illationes adducit, quas, cum alibi explicauerim, hic ꝑtermitto.

20 Quæres tertiò, quomodò intelligendum ſit priuilegium, quod alicui conceditur ad inſtar alterius priuilegij.

Reſpondeo, ita explicandum eſſe, vt per ipſum conceſſus cẽſeatur omnis fauor, & gratia, cum eadem extenſione, & limitatione, quæ côtinetur in alio, ad inſtar cuius priuilegium eſt conceſſum; hanc enim ſignificationem admittit illa particula, Ad inſtar; Et hoc pertinere videtur ad veram, & propriam imitationem. Ita Nauar. in côment. Iubil. not.26.num.2. Suarez lib.8. cap.15. nu.2.& alij cum Baldo in L. Omnia, C. de Epiſcopis, & Clericis. Aucto tamen exemplari non augetur priuilegium ad inſtar alterius conceſſum; vt patet, tùm à ſimili in lega-

to facto ad inſtar alterius. Tum qa concedẽs priuilegium ad inſtar alterius ſolum dirigit mentem ſuam ad id, quod iam eſt alteri conceſſum; non autem ad concedendum. Ita Baldus, & Suarez locis citatis.

Verùm, ſi detur caſus, vt nullum inueniatur priuilegiũ, ad cuius inſtar aliud conceditur, hoc ſecundũ eſt inualidũ, quando priuilegium ad inſtar generatim ſolum conceditur. Si verò exprimatur fauor, dicendo concedimus hoc, & hoc ad inſtar talis priuilegij, tunc priuilegiũ valet quò ad expreſsa, etiãſi poſteà nullum inueniatur exẽplar; nam error in demonſtratione non vitiat diſpoſitionem; vt patet à ſimili ex dictis de Contractibus. Ita Suarez loco citato, num. 7., & apud Rodriquez tom. 1. quæſt. reg. q. 55. & apud Manuale Prælat. videri poteſt, quomodò intelligatur priuilegium cõceſſum ſub hac forma, Per communicationem priuilegij alteri prius conceſsi, & vtrùm communicato priuilegio cenſeatur etiam communicata reſtrictio.

§. II.

Vtrùm priuilegium cenſeatur conceſſum ſolummodò perſonis, aut rebus, quę in priuilegio ſunt expreſſę; an etiã cenſeatur alijs conceſſum.

1 *Ad quas perſonas, aut res priuilegium extendatur.*
2 *Priuilegiũ conceſſum Religioſis extenditur etiam ad Moniales.*
3 *Priuilegium conceſſum filijs extenditur ad filias.*
4 *Priuilegium cõceſſum fratribus extenditur ad ſorores.*
5 *Priuilegium conceſſum bonis mariti extenditur ad bona vxoris communia cum bonis mariti.*
6 *Priuilegium conceſſum Sacerdoti, vt poſſit celebrare tempore Interdicti, extenditur ad alterum, qui inſeruiat Sacerdoti.*
7 *Vxor gaudet priuilegio nobilitatis obtento à viro.*
8 *Priuilegium alicui conceſſum audiendi officia tempore Interdicti extenditur etiam ad familiares, & domeſticos.*
9 *Vxor Clerici coniugati non gaudet ipſius priuilegijs.*
10 *Filius non gaudet priuilegijs patris, excepta nobilitate.*
11 *Priuilegium nõ extenditur ad actus, vel perſonas, quæ in priuilegio non comprehenduntur.*
12 *In diſpenſationibus non eſt argumentandum à paritate rationis, vel à maiori ad minus.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Priuilegium cenſetur ſolummodò conceſſum ijs perſonis, vel rebus, quæ ſunt in priuilegio expreſſæ, vel quæ in eo comprehendũtur propter ſignificationem vocis, aut propter materiæ, aut actionis cõnexionẽ, vel propter iuris diſpoſitionem.

Hæc propoſitio in duas ſecari poteſt partes.

Prima eſt, priuilegium extendi ad perſonas, quæ aliquo ex præcitatis modis in priuilegio compræhenduntur. Ratio huius partis eſt, quia priuilegium, niſi ad eos extẽderetur, aut eſſet inutile, aut inurbanum,

Digitized by Google

banum, aut vſui hominum non accommodatum.

Secunda pars eſt, priuilegium cēſeri ſolummodò conceſſum perſonis, vel rebus, quæ aliquo ex dictis modis in eo comprehenduntur. Ratio eſt tum quia priuilegiũ tantum valet quantum ſonat. Tum quia priuilegium ad eos ſolum extenditur, ad quos extenditur intentio concedentis; intentio autem concedentis non cenſetur ad alios extendi, quam ad eos, qui exprimuntur in priuilegio, vel qui in eo comprehendũtur propter vocis ſignificationem, aut propter materiæ, aut actionis connexionem, vel propter iuris diſpoſitionem.

Hinc patet ſolutio multorũ caſuum.

2 Primò, ex illis verbis, propter vocis ſignificationē, colligitur, priuilegium conceſſum religioſis alicuius ordinis, extendi etiam ad Moniales illius ordinis in illis, quæ poſſunt Monialibus illius ordinis accommodari; nam Moniales veniunt nomine religioſorum. Hoc tamen limita, modò in priuilegio nõ dicatur, viris religioſis; tunc enim ex verbis ſatis colligitur, priuilegiũ ad Moniales non extendi, niſi neceſsitas aliud ſuadeat, iuxta regulas ſuperius traditas. Ita Rodriq. tom. 1. reg. quæſt. q. 13. art. 22. Suarez de legibus lib. 8. cap. 10. nu. 7.

3 Rurſus priuilegium conceſſum filijs extenditur ad filias; quia nomine filiorum comprehēduntur ēt filiæ, L. Iuſta §. de verb. ſignif. & L. Filijs. ff. eodem. Secus ſi dicatur filijs maſculis; maſculi enim cõtradiſtinguuntur à fœminis.

4 Item priuilegium cõceſſum fratribus, per ſe loquendo, extenditur ad ſorores; nam ſorores veniunt nomine fratrũ, L. Lucius 91. § Quæſitum, ff. de legatis 3. & L. Tres fratres, ff. de pact. vbi habetur, nomine fratrũ venire ſorores, niſi aliter cõſtet de mente teſtatoris, ſeù diſponentis. Ita Bald. Tiraq. & alij apud Suarez lib. 8. de legib. cap. 10. nu. 3. 6. & 7. Suarez cap. 11. nu. 3. & alij.

5 Secundò, ex illis verbis, propter materiæ cõnexionem, ſequitur, priuilegium conceſſum bonis mariti extendi ad bona vxoris in iis locis, in quibus bona coniugũ ſunt cõia; & diſpēſationem, quam quis obtinuit in impedimēto affinitatis, vel conſanguinitatis, extēdi ad affinē, vel conſanguineum, cum quo matrimonium eſt contrahēdum; quãuis ipſe ignoret, & nõ acceptet diſpenſationem. Ita Sanchez lib. 8. d. 26. nu. 6. Suarez, & alij.

6 Tertiò, ex illis verbis, propter actionis cõnexionem, ſequitur, priuilegiũ conceſſum Sacerdoti, vt celebrare poſsit tempore Interdicti, extendi ad alterũ, qui inſeruiat Sacerdoti. Ratio eſt tum quia inſeruire, & celebrare tantam inter ſe cõnexionem habent, vt priuilegium futurum ſit inutile, niſi extendatur ad miniſtrum inſeruientem; Sacerdos enim celebrare non poteſt ſine miniſtro. Tum quia concedens priuilegium, ſeù facultatem cenſetur concedere omnia ad illius vſũ neceſſaria, modò poſsint ab ipſo concedi, Argumēto tex. in cap. Prætereà de off. deleg. Ita Suarez cap. 11. nu. 7. vbi cum nonnullis alijs addit priuilegium alicui conceſſum, quo ſtatim poſt meridiē recitare poſsit Matutinum, non ſolum extendi ad priuilegiarium, verum ēt ad ſocium, qui cum priuilegiario

Matutinum recitat; nam ex probabili mente concedentis colligitur, tale priuilegium ad ſocium extendi. Tùm quia huiuſmodi priuilegium conceditur in leuamen, & opem priuilegiarij. Tùm quia vſu receptum eſt in Eccleſia, vt Diuinum officium cum ſocio perſoluatur; ergo priuilegium anticipatè recitandi Diuinum officium, videtur etiam propter connexionē actionis conceſſum ſocio.

7 Quartò, ex illis verbis, propter iuris diſpoſitionem, colligitur, vxorem aliqua ratione gaudere priuilegio nobilitatis obtento à viro, & filium obtento à patre; nam iure diſponente, nobilitas communicatur vxori, & filio, L. Cum legitimè, ff. de ſtatu hominum. Videte Suarez cap. 11. nu. 2. & 4. Salas diſp. 17. ſect. 11. Azorium lib. 5. cap. 23. quæſito 9. Sanchez lib. 1. diſtin. 24. Tiraquellum de nobilitate, cap. 18.

8 Rurſus priuilegium alicui conceſſum, vt tempore Interdicti poſſit Diuina audire, extenditur ad familiares, & domeſticos. Tum quia ſic iura diſponunt, cap. Licet de priuilegijs in ſexto. Tum quia decens eſt, & congruum, vt obtinens huiuſmodi priuilegiū ſecum ducat ſuos familiares, iuxta conditionem ſui ſtatus. Ita Azorius cap. 23. quæſito ſeptimo, Salas diſp. 17. ſect. 8. num. 48. Suarez nu. 8. & alij.

9 Ex oppoſito vxor Clerici coniugati non gaudet ipſius priuilegijs; vt fusè tractat Sanchez de Matrimonio lib. 7. diſt. 47. Ratio eſt tum quia, nec iure diſponitur, nec ſufficienti ratione probatur, priuilegium Clerici ad ipſius vxorem extendi. Tùm quia huiuſmodi priuilegium conceditur Clericis ob ipſorum dignitatem, & munus, quæ non communicantur vxori.

10 Item filius non gaudet priuilegijs patris, excepta nobilitate, aut alia conceſsione à iure facta; priuilegium enim perſonale non excedit perſonam, nec tranſmittitur ad hæredes, niſi verborum ſignificatio, aut actionis, vel materiæ connexio, vel iuris diſpoſitio, aliud ſuadeat. Ita Salas ſec. 11. Suarez, & alij.

11 Quintò, priuilegium ob ſimilitudinem rationis non extendi ad actus, vel perſonas, quæ aliquo ex prædictis modis in priuilegio non comprehenduntur. Vt hoc clarius intelligatur.

Aduertendum eſt, aliud eſſe, priuilegium extendi ad alios caſus ſimiles, vel perſonas; aliud, priuilegium ſtrictè, vel latè interpretandum. Tunc priuilegium interpretamur, quando illud extendimus ad caſus in ipſo comprehenſos, ſed non clarè per verba explicatos, ſicut in priuilegio ad diſpenſandum in voto aliqui Doctores putant contineri priuilegium ad commutandum votum, iuxtà Henriquez libro ſeptimo de Indulgentijs, cap. 30. Suarez lib. 8. cap. 28. num. 14. Emanuelē Sa verbo Votum, num. 19. Arragonium, & alios, Contra Sanchez lib. 8. de Matrimonio diſput. 3. nu. 15. & alios in tractatu de voto relatos. Et in facultate conceſſa ad teſtandum probabile eſt contineri facultatem faciendi, vel donandi cauſa mortis. Ita Suarez loco citato nume. 14. & alij, apud eundem Suarez nume. 12.

Tunc

Tunc verò dicimur extendere priuilegium, quãdo illud trahimus ad aliquid aliud propter ſimilitudinem, & æquiparationem rationis. Hoc poſito.

Reſpondeo priuilegium extendi non poſſe ad alios caſus, vel perſonas propter ſimilitudinem. Ratio eſt tum quia priuilegium vires, & robur habet ex intentione concedentis; concedens autem priuilegium non cenſetur velle priuilegiũ ad aliquos extendere, niſi in eo cõprehendantur ob vocis ſignificationem, vel materię, aut actionis cõnexionem, vel propter iuris diſpoſitionem; voluntas. n. Principis non operatur, niſi aliqua ratione exterius manifeſtetur. Tum quia priuilegium non plus valet, quàm ſonet. Tum quia ſequeretur, priuilegium conceſſum patri tranſire ad filium, quoties in filio reperitur eadem conceſsionis ratio; & priuilegia conceſſa vni religioni tranſire ad aliam arctiorem, vel æqualem; quod non eſt admittendum. Ita Suarez, Azorius, & alij locis ſtatim citandis.

Neque eſt eadem ratio priuilegij, & legis fauorabilis, etiamſi loquamur in ſententia eorum, qui legem fauorabilem ob paritatem rationis extendi putãt ad ſimiles caſus; nam lex pendet à ratione, quę dicitur anima legis; priuilegium verò non ita pendet à ratione. Ità Salas diſp. 17. ſect. 8. Azorius libro 5. cap. 23. quęſito 2. Suarez, lib. 8. cap. 28. num. 11. Bartolus, Baldus, & alij apud Suarez, num. 11. Contra Nauar. in ſum. cap. 22. num. 74. Rodriquez, & alios apud Suarez, & Salas locis citatis.

12 Hinc patet, in diſpẽſationibus argumentandum non eſſe à paritate rationis, vel à maiori ad minus; vt patet, tum ex allatis rationibus. Tum quia, ſi Monialis aliqua ob infirmitatem obtineat diſpẽſationem exeundi à monaſterio, vt curari poſsit, non poterunt reliquæ Moniales eodem, vel etiam grauiori morbo laborantes vi illius diſpenſationis egredi; ergo non licet in diſpenſationibus argumẽtari à maiori ad minus, vel à paritate rationis. Tum quia diſpenſatio eſt odioſa, conſequenter ſtrictè explicanda. Tum quia ſic colligitur ex cap. Cui de non Sacerdotali de præbendis in 6. Tum quia regula, Quæ à iure de reg. iur. in 6. dicitur. *Quæ à iure communi exhorbitant non ſunt ad conſequentiam trahenda*; Sed diſpenſatio exhorbitat à iure; ergo non eſt trahenda ad conſequentiam, ſeu non eſt argumentãdum à maiori ad minus, vel à paritate rationis. Ita Sanchez, & Suarez locis ſtatim citãdis, Henriquez lib. 7. cap. 21. num. 6. & cap. 30. num. 7. Molina tom. 3. diſp. 591. num. 2. & alij communiter apud Sanchez, li. 8. de matrimonio, d. 1. num. 30. & apud Salas, d 20. ſect. 10. num. 93. Contra Decium, & alios apud DD. citatos.

Hoc tamen limitandum eſt, modò minus non includatur in maiori, tunc n. diſpenſatio, ſeu priuilegiũ extendi videtur ad minus. Ratio eſt tum quia, qui concedit totum, cenſetur etiam concedere partes: Propterea concedens facultatem recipiendi Sacerdotium, cenſetur etiam concedere facultatem recipiendi minores ordines, qui aliqua ratione continentur in Sacerdotio. Et concedens facultatem veſcendi

di carnibus, cenſetur etiam concedere facultatem veſcendi ouis, & lacticinijs; nam lacticinia, & oua ſunt veluti quid minus trahens originem à carnibus. Tum quia, licèt priuilegium, quod iuri communi derogat, ſtrictè ſit explicandum: nihilominus, ſi cum æquali derogatione iuris communis priuilegiũ applicari poſsit in fauorem illius, cui conceſſum eſt, ampliandum videtur; nam licèt ratio odij, & fauoris in eodẽ priuilegio reſpectu diuerſorum reperiatur: nihilominus quoties fauor ampliari poteſt ſine ampliatione odij, ampliandum eſt; niſi aliter colligatur de mente concedentis. Ob hanc rationem mihi nõ videtur improbabile quod docet Sanchez, Salas, & alij locis citatis, eum videlicet, cui ratione morbi data eſt facultas comedendi auem in die ieiunij, poſſe ſinè præcepti violatione veſci quocunquè carnis genere; & eum, cui conceditur, vt oua edat, licitè poſſe alia lacticinia comedere. Ità Suarez, lib.8.cap.27.num.6. Henriquez, lib.7.cap.3.num.3. Sanchez, libro 8. diſp.1.num.39. Salas. lo.cit.num.96.

PVNCTVM VIII.

Quibus modis priuilegium amittatur.

Multis modis priuilegium amittitur.

Primò, per mortem illius, cui cõceditur, aut per mortem concedentis.

Secundò, per lapſum temporis.

Tertiò, per ceſſationem cauſæ finalis.

Quartò, per reuocationem, & renunciationem.

Quintò, per non vſum.

Sextò, per contrarium vſum.

Septimò, per abuſum.

De his ſingulis modis, quibus priuilegium amittitur, loquemur in ſequentibus Paragraphis.

§. I.

Vtrum priuilegium amittatur per mortem concedẽtis, aut illius, cui conceditur.

1 *Priuilegium perſonale ammittitur per mortem eius, cui conceditur.*

2 *Priuilegium reale non extinguitur morte illius, cui conceſſum fuerat.*

3 *Quandonàm priuilegium, ſeu facultas cenſeatur realis, vel perſonalis.*

4 *In dubijs priuilegium cenſetur perſonale.*

5 *Commiſſiones cenſentur perſonales.*

6 *Commiſſiones datæ Vicario ſub nomine dignitatis poſſunt expediri per ſucceſſorem.*

7 *Commiſſiones datæ Vicario non poſſunt expediri per Vicarium Capituli.*

8 *Vicarius Capituli non poteſt expedire commiſſiones datas ſub nomine officialis talis Diœceſis.*

9 *Commiſſiones datæ Vicario Epiſcopi poſſunt expediri per ſucceſſorem.*

10 *Commiſſiones datæ officiali Epiſcopi ſunt expediendæ per officialem principaliorem, ſi Epiſcopus duos habeat officiales.*

11 *Delegationes datæ Vicario non poſſunt expediri per eum, qui ab Epiſcopo fuit electus tantummodò ad expediendas diſpenſationes.*

12 *Commiſſio facta Vicario non poteſt ab*

Digitized by Google

ab Epiſcopo expediri.
13 *Vicarius poteſt de cauſa ſibi commiſſa cognoſcere poſtquam ab officio fuit amotus.*
14 *Canonicus poteſt poſt reſignationem Canonicatus cognoſcere de cauſa ſibi commiſſa tempore Canonicatus.*
15 *Commiſſio facta legato extinguitur, finita legatione, & non tranſit ad ſucceſſorem.*
16 *Commiſſio an tranſeat ad ſucceſſorem.*
17 *An is, cui datur commiſſio, debeat in dignitate exiſtere tẽpore reſcripti, vel repræſentationis, vel potius vtroque tempore.*
18 *An ille, cui data eſt facultas diſpẽſandi, poſſit diſpenſationem per alium expedire*
19 *Priuilegium ritè obtentum, ſeù gratia iam facta non ceſſat morte concedentis.*
20 *Quomodò cognoſci poſſit, priuilegiũ conceſſum eſſe non ſolum in fauorem eius, qui deſignatur; verũ etiã in fauorem eius, cui facultas delegatur.*
21 *Quodnàm dicatur priuilegium obtentum, ſeu gratia facta, & quanã do facienda.*
22 *Quandonam res dicatur integra.*
23 *Facultas generatim commiſſa non ſpirat morte concedentis.*
24 *Facultas commiſſa ad confeſſiones audiendas, vel ad abſoluendum à cenſuris non ſpirat morte concedentis.*
25 *Facultas commiſſa ad diſpenſandũ, vel ad abſoluendum non ceſſat per mortem concedentis, re integra.*
26 *Quæ differentia ſit inter præceptum, & ſtatutum, ſeù conſtitutionem.*
27 *Licentia alicui data non ieiunandi, vel laborandi in die feſto non ceſſat per mortem concedentis.*
28 *Priuilegium non acceptatum ante mortem concedentis ceſſat per mortem concedentis.*
29 *Diſpenſationes conceſſæ à Legato Apoſtolico, vel à Summo Pœnitentiario non ſpirant per mortem Papæ.*
30 *Acta Vicarij poſt mortem Epiſcopi inualida ſunt.*
31 *An iuriſdictio Vicarij ſuſpendatur, ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi reſpondetur remiſſiuè.*
32 *Iuriſdictio alicui data ſub nomine dignitatis non extinguitur morte concedentis.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Priuilegium perſonale amittit vim ſuam per mortem illius, cui conceſſum fuerat. Ratio eſt quia priuilegium perſonale eſt conceſſum perſonę, & cenſetur perſonæ inhærere, ergo corrupta perſona corrumpitur, tum iuxta illud, Corruptis nobis, corrumpuntur ea, quæ ſunt in nobis; tum iuxta illud, Acceſſorium ſequitur principale. Ità Suarez loco cit. cap. 5. Azorius, lib. 5. cap. 22. Sanchez, libro 8. diſp. 27. & alij communiter, teſte Salas, d. 20. ſect. 17. num. 124.

2 Dixi priuilegium perſonale, vt aduerterem, priuilegium reale non extingui morte illius, cui conceſsũ fuerat; ſequitur. n. rem ipſam, & ſucceſsiuè tranſmittitur ad illos, qui rem ipſam acquirunt; ſicut etiam priuilegium conceſſum dignitati, vel officio trãſmittitur ad illos, qui talem dignitatem, vel officium ſucceſsiuè obtinent; nam officium non extinguitur; & ſucceſſor repræſentat prædeceſſorem non vt particularem

larem perſonam, ſed vt habentem talem dignitatem, vel officium. Ita DD. citati.

3 Sed modò dubium eſt, quandonam priuilegium, ſeu facultas diſpenſandi cenſeatur realis; vel perſonalis; ſeu quandonam cenſeatur conceſſa perſonæ, vel dignitati; Et à quonam expediri debeat.

Pro ſolutione iſtius difficultatis ad praxim valdè vtilis, diſtinguendum eſt. Vel facultas committitur, expreſſo ſolo nomine perſonæ, cui facultas datur; vt ſi dicatur, committimus Titio; Vel expreſſo ſolo nomine dignitatis; vt ſi dicatur, Epiſcopo Bergomenſi, vel eius Vicario; Vel expreſſo vtroque nomine; vt ſi dicatur, Titio Epiſcopo Bergomenſi. Hoc poſito.

Reſpondeo primò, quando facultas committitur alicui, expreſſo ſolum nomine illius, cui facultas committitur, priuilegium cenſeri perſonale; niſi aliter ex circunſtantijs appareat; conſequenter priuilegium extingui morte perſonæ, cui conceſſa eſt facultas; vt patet ex ratione in propoſitione allata, cōſequenter priuilegium non tranſmitti ad ſucceſſorem.

Reſpondeo ſecundò, quando cōmittitur facultas, expreſſo ſolo nomine dignitatis, priuilegium cenſeri conceſſum dignitati, conſequēter non extingui morte illius, qui tale priuilegium executioni mandandum acceperat; ſed tranſmitti ad ſucceſſorem in dignitate; ſiuè res non ſit integra, ſiuè ſit integra; nam dignitas non extinguitur, ſed ſemp manet. Hoc tñ limitandū eſt, modò aliūdè ex circūſtantijs, aut verbis, vel ex ſubiecta materia non colligatur priuilegiū eſſe perſonale. Qualis circūſtantia eſt, ſi Summus Pōtifex in reſcripto Apoſtolico expreſsit tantummodò nomen dignitatis, indicans Epiſcopo Bergomenſi committi ob peculiarem ſcientiæ, vel probitatis excellentiam; nam probitas, & ſcientia non afficit immediatè, & propriè ipſammet dignitatem, ſed perſonā, quæ illam ſibi ſuis laboribus, & induſtria comparauit; conſequenter cenſetur electa perſona ob ipſius induſtriam.

Reſpondeo tertiò, quando facultas alicui committitur, expreſſo perſonæ, & dignitatis nomine, priuilegium cenſeri perſonale; conſequenter extingui morte illius, cui conceſſum fuerat, ſiuè prǫponatur nomen delegati, ſiuè nomen dignitatis. Ratio eſt tum quia nomen dignitatis contrahitur, & limitatur à nomine perſonæ tanquam genus à ſpecie. Tum quia alioquin nomen perſonæ inutiliter, & fruſtrà poneretur. Ita Couar. 3. var. cap. 15. num. 2. & cap. Requiſiſti, num. 1. Sanchez, lib. 8. d. 27. num. 3. Salas, diſp. 20. de legibus, ſect. 17. nu. 124. Gutierez de matrimonio, cap. 125. nu. 1. & 9. & alij quamplures apud DD. citatos; Contra nōnullos alios.

4 Addo, in dubijs in hac materia priuilegium cenſeri perſonale, & præſumptionem reſpicientem perſonā prǫualere præſumptioni reſpicienti dignitatem; quia prǫſumptio ſpecialis præponderat, & præualet generali, cum generi per ſpeciem derogetur. Ita Menochius libro 1. præſumpt. 29. num. 7. Decius, & alij apud Gutierez loco citato, & apud Sanchez loco cit. num. 4.

5 Ex quo patet, cōmiſsiones, per ſe loquendo, cenſeri perſonales; niſi

niſi aliter colligatur ex verbis, vel ex ſubiecta materia, vel ex circunſtantijs. Qualis circunſtantia eſt, ſi conceſsio, ſeù priuilegium conceſſum ſit alicui ob ipſi' induſtriã; vt dictum eſt in ſecunda reſponſione; aut ſi priuilegium alioquin eſſet inutile; tunc enim non præſumitur perſonale, ſed reale; quia nullus præſumitur velle actum inutiliter agere. Ita Salas loco citato, Sanchez loco citato num. 21. Gutierez loco citato num. 9. ad finem, & alij. Hoc tamen intelligendum eſt iuxta ſupra dicta puncto primo de priuilegijs quæſito 2.

Obijcies contra ſecundam reſponſionem. Commiſsiones cõceſſæ Vicarijs, non expreſſo ipſorum nomine proprio, non tranſeunt ad ſucceſſorem; ergo extinguũtur morte ipſorum; ergo falſum eſt, facultatem alicui conceſſam ſub ſolo dignitatis noĩe eſſe realem, & nõ extingui morte illi', cui data fuerat.

Reſpondeo, hanc obiectionem petere ſolutionem illius difficultatis, qua quæritur, verùm delegatio, ſeù commiſsio facta Vicario, ſeù officiali Epiſcopi expediri poſsit per ſucceſſorem eiuſdem officij, remoto primo ab officio.

Ratio dubitandi eſt, quia Vicarius Epiſcopi propriè, & ſtrictè loquendo non videtur habere dignitatem; conſequenter cõmiſsio ipſi facta non videtur tranſire in Vicarium ſucceſſorem.

Nihilominus cenſeo, commiſsiones factas officiali Diœceſano, ſeù Vicario Epiſcopi expediri poſſe per ſucceſſorem in officio, eo mortuo, vel amoto ab officio. Ratio eſt qa licèt Vicarius propriè, & ſtrictè nõ habeat dignitatem. Nihilominus, teſte Panormitano in cap. Qui Abbate, nu. 11. de officio delegati, & alijs, mens Summi Pontificis eſt, vt ipſius commiſsio trãſeat in ſucceſſorem; & ita vſu quotidiano, & praxi receptum eſſe teſtantur Gutierez, nu. 2. Salas loco cit. Sanchez, & alij; alioquin multę diſpenſationes directæ officiali Diœceſano, ſeù Vicario Epiſcopi perirent, aut magni ſumptus fierent in nouis diſpenſationibus, & reſcriptis obtinendis, quod non eſt iuxtà benignam Eccleſiæ mentem. Ita Sanchez, Salas, Gutierez locis cit. Rota Romana, & alij apud præcitatos Doct.

6 Ex quo infertur primò, commiſſiones datas Vicario ſub nomine dignitatis, poſſe eo mortuo, vel amoto ab officio expediri per ſucceſſorem Vicarium Epiſcopi; etiãſi Epiſcopus nondum ſit cõſecratus; modò ſit confirmatus, & poſſeſsionem ceperit; iuxta formam Extrauagantis iniunctæ de electione, in communibus. Ratio eſt quia eſt officialis Diœceſanus, & eſt Vicarius Epiſcopi, & eſt capax harum delegationum, vt docet Glo. Clemẽt. 2. Verbo Epiſcopi de reſcrip. Ancharanus, & alii apud Sanchez nu. 32. & apud Gutierez de Matrimonio, cap. 125. nu. 14.

7 Addunt Salas loco cit. verſ. Ex dictis, & Sanchez nu. 32. & 33. huiuſmodi commiſsiones datas officiali Diœceſano, aut Vicario ex. gr. Bergomenſi, expediri poſſe per Vicarium Capituli, mortuo Epiſcopo; nã Vicarius Capituli eſt officialis Diœceſanus, & dicitur Vicarius Bergomenſis. Immò etiamſi diſpenſationis, ſeu commiſsionis executio demandetur Vicario Epiſcopi, ſeù officiali Epiſcopi, adhuc poterit expediri

pediri

pediri per Vicarium Capituli, ſede vacante, inquit Sãchez lib. 8. d. 27. nu. 32. & 33. Salas loc. cit. verſic. Ex dictis, & alii. Ratio eſt quia Capitulum ſede vacante ſuccedit in iuriſdictionem Epiſcopi, conſequenter Vicarius Capituli ſede vacãte dici poteſt Vicarius Epiſcopi, ſeù Vicari⁹ iuriſdictionis Epiſcopalis, ſeù Vicarius habentis iuriſdictionem Epiſcopalem; vt ait Glo. Clement. 2. verbo Epiſcopi de reſcrip. Imola, Anchar. & alii, quos refert, & ſequitur Sanchez loco citato.

Ego verò arbitror, diſpenſationes, ſeù commiſsiones nõ poſſe per Vicarium Capituli expediri, quãdo in forma commiſsionis, ſeù in reſcriptis exprimitur Vicari⁹ Epiſcopi, aut officialis Epiſcopi. Ratio eſt tum quia Vicarius Capituli non eſt verè, & propriè Vicarius Epiſcopi. Tum quia, vt concedit idẽ Sanchez nu. 33. & alii communiter, Capitulum ſede vacante nõ poteſt expedire commiſsiones demandatas Vicario Epiſcopi, vel officiali Epiſcopi; ergo à fortiori nõ poteſt eas expedire Vicari⁹, ſeù officialis Capituli, iuxta regulam 79. de regulis iuris in 6. Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ſibi competere dignoſcatur.

8 Addo, Vicarium Capituli non poſſe diſpenſationes, vel commiſſiones datas ſub nomine officialis talis Diœceſis expedire; niſi aliud colligatur de mente Summi Pontificis. Ratio eſt quia licèt Vicarius Capituli Sede vacante veniat nomine officialis talis Diœceſis: nihilominus mens Summi Põtificis eſt, vt huiuſmodi commiſsiones non expediãtur per alios, quã per Vicarios Epiſcoporum. Hanc autẽ eſſe Summi Pontificis mentem, colligitur tum ex ſtylo Curiæ, & Cancellariæ, in qua vſu receptum eſt, vt huiuſmodi cõmiſsiones mortuo Epiſcopo non demandentur officiali Capituli, ſed Epiſcopo magis propinquo, vel eius officiali. Tum ex multis deciſionibus Rotę, quas cõgerit, & ſequit Hieronymus Paulus, in practica Cancellariæ in principio, verſ. Circa qualitatem perſonarum, Nicolaus Garzias Canonicus Abulenſis de beneficijs, 6. par. cap. 2. nu. 44.

Dixi, niſi aliud colligatur de mẽte Summi Pontificis; nam ſi aliud de ipſius mente colligatur, vt ſi Sũmus Pontifex ſede vacante ſcienter aliquid faciendum imponat officiali talis Epiſcopatus vacantis, poteſt Vicarius Capituli illud peragere; nam ipſe eſt officialis talis Epiſcopatus, nec Summus Pontifex pręſumitur illum excludere. Idem valeret, ſi vſu, & praxi reciperetur, vt pręd ictę commiſsiones ſede vacante committerẽtur etiam Vicario Capituli; tunc enim facultas illas expediendi data officiali talis Epiſcopatus non ſolùm reſideret penes Epiſcopi Vicariũ ſucceſſorem; verùm etiam penes Vicarium Capituli ſede vacante; cùm Vicarius Capituli dicatur officialis talis Diœceſis, ſeù Epiſcopatus. Ita Nicolaus Garzias, & Gutierez locis citatis, & à fortiori idem tenet Sanchez, Salas, & alii locis citatis.

9 Secundò infertur, cõmiſsiones datas Vicario Epiſcopi, ſeù officiali talis Diœceſis, poſſe expediri nõ ſolum per Vicarium Prælati habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ in ſua Diœceſi nulli Epõ ſubiecta; verùm

verum etiam per ſucceſſorem Vicarij, eo amoto ab officio, vel mortuo. Ratio eſt tum quia commiſſio imponitur officiali talis Diœceſis, vt ſuppono; ſed nullus eſt alius officialis illius Diœceſis præter Vicariū Prælati habentis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in illa Diœceſi nulli Epiſcopo ſubiecta, aut ꝑter ipſius ſucceſſorem; ergo. Tū quia ita praxi receptum eſt ex Sanchez loco cit. num. 34. Salas loco cit., & alijs apud Sanchez loco cit. Contra nonnullos alios.

10 Tertiò infertur, commiſsiones, ſeu diſpenſationes, quarum expeditio concredita fuit Vicario, ſeu officiali Epiſcopi, ſeu talis Diœceſis, expediendas eſſe per officialem principaliorem, vel per ipſius ſucceſſorē, ſi Epiſcopus duos habeat officiales, quorum vnus principaliorem locum teneat. Ratio eſt tū quia nomen dignitatis abſolutè ꝓlatum accipitur pro principali. Tū quia Clement. 2. de reſcriptis dicitur, principalem Epiſcopi officialē eſſe capacem huius delegationis. Ità Sanchez, num. 36. Gutierez, nu. 14. Salas loco citato, & alij cōmuniter. Verum, ſi vterque officialis eſſet æquè principalis, & neuter deſignaretur in reſcripto, quiuis poterit eligi, ſi reſcriptum gratioſum ſit, & non contentioſum, vt patet ex ſupra dictis. Si verò reſcriptum ſit contentioſum; Aliqui DD. putāt, illum eſſe Iudicem, quem Actor elegerit. Alij, quos ſequitur Sanchez, num. 37. putant neutrum eſſe Iudicem, donec Princeps declaret, quem elegerit. Alij, vt Beroius. cap. Quoniam, Abbas, num. 77. putant ambos ſimul eſſe Iudices, & neutrum ſeorſim.

Mihi dicendum videtur cum Salas loco cit., quemlibet eligi poſſe, conſentientibus partibus. Ratio eſt quia quilibet habet auctoritatem æqualem, nec vlli fit iniuria, cū partes cōſentiant, vt ſuppono. Diſſentientibus verò partibus; expectanda eſt à Principe declaratio. Vno autem electo, non poterit alter eligi, quando reſcriptum eſt contentioſum, etiamſi Iudex electus conſentiat; niſi fortè electus ante ſententiam moriatur, vel deponatur, aut alius ob morbum, vel abſentiā ipſius vices gerat. Ratio eſt tum quia vbi iudicium ſemel ceptū eſt, ibi terminari debet, L. Vbi ceptū 30. ff. de iudicijs. Tum quia in literis gratiarum executorijs præuenitur iuriſdictio per ſolam reſcripti cum animo procedendi præſentationem; vt innuit Salas, & expreſſius docet Sanchez, lib. 8. d. 27. nu. 38. cum Antonino, Gloſſa, & alijs.

11 Quartò, delegationes datas Vicario, ſeu officiali Epiſcopi, nō poſſe expediri per eum, qui fuerit ſpecialiter electus ab Epiſcopo tantūmodò ad expediendas diſpēſationes, ſeu commiſsiones Pontificias. Rō eſt tum quia hic nō dicitur propriè Vicarius Epiſcopi, vel ſucceſſor Vicarij, nec habet ordinariam Vicarij iuriſdictionem. Tum quia iuriſdictio, quam Vicarius habet in hac parte, pendet à Summo Pōtifice; Epiſcopus autem non poteſt iuriſdictionem alicui conceſſam à Summo Pontifice auferre. Liberū tamen eſt Epiſcopo vnum Vicariū generalem remouere ab officio, & alterum ſubſtituere. Quo in caſu ſucceſſor poterit, remoto primo ab officio, diſpenſationes, ſeu delegationes exequi. Ità Salas loco cit.

& Sanchez videndus loco citato, num.42.

12 Quintò, iuriſdictionem, aut cōmiſsionem factā Vicario, nō poſſe, eo viuente, aut etiam eo mortuo, vel amoto ab officio, fieri ab Epiſcopo; etiamſi idemmet Vicarius ad Epiſcopatum illius loci aſſumatur; nam dignitas Epiſcopi diuerſa eſt à dignitate Vicarij; vt patet ex cap. Venerabilibus in principio, de ſentent. excommun. in 6. vbi dicitur Archiepiſcopo, vel eius officiali. Prętereà Vicario non ſuccedit Epiſcopus, ſed Vicarius. Ita DD. ſtatim citandi.

Dices. Idem eſt tribunal Epiſcopi, & Vicarij; Ergo diſpenſationes, quæ per Vicariū expediri poſſunt, poterunt etiam per Epiſcopum.

Reſpondeo, tribunal Epiſcopi, & Vicarij eſſe idem in ijs, quę ſunt de iure Ordinario; non verò in ijs, quæ ſpecialiter committuntur. Ità Gutierez de matrimonio, cap. 125. num. 11. Salas loco citato, verſic. Ex dictis, Decius, Abbas, Imola, Ancar. Bertachinus, Rebuffus, & alij apud Sanchez, lib. 8. d. 27. num. 30.

13 Sextò, Vicarium poſſe de cauſa ſibi commiſſa eo tempore, quo Vicarij officium ſuſtinebat, cognoſcere, poſtquam ab officio fuerit amotus; modò cauſa non fuerit illi delegata ratione officij, & dignitatis; non enim amplius dignitatem retinet: ſecus ſi commiſsio perſonalis erat; nam perſona permanere poteſt, amiſſa dignitate; ergo poteſt amiſſa dignitate cauſam ſibi commiſſam proſequi, ſiuè res ſit integra ante dimiſsionem officii, ſiuè non; ideſt ſiuè ceperit iuriſdictionem excere, ſiuè non.

Hoc tamen limitat primò Sanchez loco cit. num. 27. & 31. Tabiena ver. Delegare, quæſito 12. Cardanus, Decius, Beroius, Felinus, & alij, modò delegatus, depoſita dignitate, non tranſierit ad ſtatum incompatibilem, itaut effectus ſit incapax talis iuriſdictionis; nam Summus Pontifex non præſumitur, ſecuta tanta mutatione, velle iuriſdictionem illi delegare.

Secūdò limitat, modò Vicarius non fuerit priuatus officio in pœnā delicti; Argum. textus L. Caſsius, & ſeq. ff. de Senatoribus, vbi priuatus officio Senatoris ob proprium delictum iudicare nō poteſt. Ita Baldus, Decius, Felinus, Beroius, & alij apud Sanchez, num. 26. & 31.

14 Hinc etiam licet inferre, Canonicum, qui Canonicatum reſignauit, poſſe poſt reſignationem Canonicatus cognoſcere de cauſa, quæ ſibi perſonaliter tempore Canonicatus commiſſa fuerat; hæc enim eſt commiſsio perſonalis; ergo ſequitur perſonam inſtar priuilegij perſonalis. Si verò commiſsio facta fuerat Canonico ſub nomine dignitatis, cōmiſsio tranſit ad ſucceſſorem; non quidē de rigore iuris, cum Canonicatus non dicatur habere propriè ſucceſſorem, cap. Dilecto de præbendis; ſed ex mente Summi Pontificis; vt patet à ſimili ex dictis de Vicario Epiſcopi. Ita Gutierez, num. 4. Sāchez, num. 12. & alij apud eundem Sanchez.

15 Septimò infertur, cōmiſsiones factas legato, etiam ſub nomine dignitatis extingui, finita legatione, & non tranſire ad ſucceſſorem. Ratio eſt tum quia legatus non dicitur propriè habere ſucceſſorem, cum dignitas legati non ſit perpetua in Eccleſia; ſed à Summi Pontificis nutu

Digitized by Google

tutu pendeat, qui mortuo vno legato, vel eo amoto ab officio, alterum de nouo creat. Tum quia cap. Præſenti de officio legati in 6. dicitur, reſeruationes, & prouiſiones beneficiorum factas, & nondum effectum ſortitas, expirare, finita legatione. Ità Gutierez loco cit. num. 4. Tabiena verbo Delegare, quæſito 12., Decius, Abbas, Felinus, & alij apud Sanchez, lib. 8. d. 27. num. 11.

16 Octauò, quæ diximus de commiſsione iuriſdictionis, procedere etiam in cōmiſsione, quæ non continet iuriſdictionem aliquam; ſed eſt pura, & nuda facti executio, ſeu nudum miniſterium; nam quæcunquè commiſsio ſit, ſiuè iuriſdictionis, ſiuè nudi miniſterij, tranſit ad ſucceſſorem, ſi conceſſa fuerat ſub nomine dignitatis. Secus, ſi intuitu perſonæ; militat enim eadem ratio; nec ſufficiens differentiæ ratio poteſt aſsignari, cur vna ad ſucceſſorem tranſeat, & non altera. Ità Gutierez, num. 9. Felinus, Abbas, Hoſtiēſis, & alij; Contra Iaſonem, Bartolum, & alios apud Gutierez loco citato, & apud Sanchez, nu. 14.

Verùm circa prædicta duplex ſuboritur dubium examinandum.

17 Primum dubium eſt, vtrum is, cui committitur aliquid à Sede Apoſtolica expediendum, debeat in dignitate exiſtere tempore impetrationis reſcripti, vel tēpore præſentationis reſcripti, vel potius vtroquè tēpore. Pro ſolutione iſtius difficultatis.

Præmittendū eſt primò, hic ſermonem non eſſe de reſcriptis, quæ expreſſo ſolo dignitatis nomine cō ceduntur, quę dicuntur concedi dignitati, & priuilegia realia nuncupantur; nam ſi loqueremur de huiuſmodi reſcriptis, dicendum eſſet, debere, & ſufficere, vt is, qui diſpenſationem, expediturus eſt, in dignitate exiſtat, dum reſcriptum præſentatur, & dum diſpenſationē expediturus eſt; nā huiuſmodi priuilegium ſequitur dignitatem; quāuis ergo illam dignitatē alter ſuſtineret tempore impetrationis, nō obſtat, quin is, qui ea dignitate fulget tēpore præſentationis reſcripti, & illius executionis, poſsit eam expedire. Ità Sanchez, lib. 8. diſp. 27. nu. 8. Gutierez de matrimonio, cap. 125. nu. 13. verſ. Idemquè eſſet, Nicolaus Garzias Canonicus Abulēſis de beneficijs, ſexta parte, cap. 2. num. 49. & alij. Loquimur ergo de reſcriptis, quæ alicui ſub proprio ipſius, & dignitatis nomine delegantur, & priuilegia perſonalia dicuntur.

Præmittendum eſt ſecundò, cauſas, quæ à Sede Apoſtolica, vel ab eius legato committūtur, cōmitti tantummodò perſonis in dignitate conſtitutis, cap. Statutum in principio de reſcriptis in ſexto. His poſitis.

Reſpondeo, debere, & ſufficere, vt is, cui diſpenſatio committitur, in dignitate exiſtat tempore impetrationis, ſeu datæ, vt vulgò dicitur; quamuis præſentationis tempore remotus fuerit ab illa dignitate. Ratio eſt tum quia qualitas iuncta verbo, vel participio intelligi debet iuxta verbi, vel participij tempus, L. Titius, ff. de teſtamentis militum; ſed dignitas eſt quædam qualitas iūcta verbo, quo committitur alteri facultas aliquid faciendi; ergo intelligi debet iuxta tempus, quo committitur facultas; er-

go ſufficit, & debet adeſſe tempore impetrationis. Tùm quia verificatur commiſsio, ſi dignitas adſit delegato tempore cõceſsionis, ſeu impetrationis, & datæ. Tum quia ſufficit dignitatem adeſſe, dum cõmiſsio conſumatur; commiſsio autem quò ad actum delegandi conſumatur tempore impetrationis, ſeù conceſsionis. Ita Gloſſa, cap. Statutum, verbo Canonicus de reſcriptis in 6. Tabiena verbo Delegare, quæſito 12. Decius, cap. Quoniam Abbas, num.56. Beroius ibidem, num.95. Baldus, Ancharanus, & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez, lib.8. de matrimonio, diſp.27. num.28.

Obijcies. Facultas teſtandi conceſſa Epiſcopo, valet pro teſtamẽto antea facto; ergo etiam cõmiſſio diſpenſandi alicui data, expreſſo dignitatis nomine, valet, quamuis tempore commiſsionis non adeſſet dignitas, ſed poſteà conceda-tur.

Reſpondeo, negando conſequẽtiam. Ratio eſt tum quia à diſparatis non valet illatio. Tum quia hoc eſt peculiare in teſtamẽto, ad cuius valorem ſufficit, facultatem adeſſe tẽpore mortis; quamuis teſtamentum anteà confectum fuerit; nam teſtamentum reuocabile eſt vſquè ad mortem, & per mortẽ confirmatur, & roboratur, L. Si quis filio exhæredato, ff. Irritum, §. de iniuſto rupto teſtamento. Ità Bartolus in dicta lege in fine, Antonius Gomez, L.42. Tauri, num.2. Imola, & alii, quos citat, & ſequitur Sanchez, lib.8. de matrimonio, diſp.1. num.10. & Salas de legibus, diſp. 20. ſect.10. num.90. verſ. Hinc etiam.

18 Secundum dubium eſt, vtrũ is, cui per reſcripta Apoſtolica delegatur poteſtas diſpenſandi, poſsit diſpenſationẽ per alium expedire.

Ratio dubitandi pro parte affirmante eſt, tum quia, qui per aliũ facit, per ſe ipſum facere cenſetur. Tum quia delegatus Principis ſupremi poteſt ſubdelegare; cap. fin. de officio deleg. in 6. cap. Cum cauſam de appellationibus; & L. A Iudice, C. de iudicijs.

Ratio verò dubitandi pro parte negatiua eſt, primò quia munus, quod alicui obeundum committitur, electa perſonæ induſtria, non poteſt delegari, cap. fin. §. Is autem de officio delegati; & cap. Is, cui eodem tit. in ſexto; hic autem committitur munus obeundum, electa perſonæ induſtria; vt colligitur, tũ ex illis verbis, Super quo conſcientiam tuam oneramus; & ex illis, Diſcretioni tuæ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus. Tum ex grauitate rei cõmiſſæ; quoties enim negotium arduum alicui committitur, cenſetur electa perſonæ induſtria; vt colligitur ex cap. Is, cui de officio deleg. in 6. Et ita docet Anton. cap. fin. de officio delegati, Menochius de arbitr. lib. 1. q.54. num.11. & quæſt.68. num.15. & tom.1. conſil.69. num.54. & ſequ. Iaſon, & alij, quos in ſimili refert Sanchez de matrimonio, libro 3. diſp.7. num. 18.

Secũdò quia, licèt delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarum poſsit vnã, vel alteram cauſam ſubdelegare; vt multis rectè probat Sanchez lib.3. d.31. à num.2. Tamẽ delegatus ad aliquam cauſam non poteſt eã ſubdelegare; vt benè docet idem Sanchez loco citato, nu.21. Immò neque poteſt ſubdelegare aliquem articu-

ticu

uiculum iuriſdictionis, qualis eſt examinatio teſtium; licèt poſsit ſubdelegare aliquem articulũ, qui nudi miniſterij eſt, Cap. Super quæſtionem in principio de off. delegat. verſi. Nos autem. His non obſtantibus.

Reſpondeo, eum, cui delegatur poteſtas diſpenſandi, non poſſe per alium diſpenſationẽ expedire: poſſe verò receptionem teſtium, & informationem alij cõmittere. Probatur à Sanchez lib. 8. d. 25. nu. 43. cũ Menochio tom. 1. conſi. 17. n. 12. Nauarro lib. 1. conſ. 6. tit. de off. delegati, Felino, & alijs; quia quoties alicui committitur à Principe aliqua iuriſdictio, & ſimul aliquod nudum miniſterium, delegatus Principis poteſt ſubdelegare iuriſdictionem illam: non verò nudum miniſterium; ſed hic non ſolum committitur Epiſcopo, aut eius Vicario nudum miniſterium exequẽdæ diſpenſationis conceſſæ à Summo Põtifice; verùm etiam cõmittitur iuriſdictio examinandi teſtes, & aſſumendi informationem; Ergò Epiſcopus, ſeù Vicarius, ad quem reſcripta Apoſtolica diriguntur, non poteſt diſpenſationem per aliũ expedire: poteſt verò receptionẽ teſtium alteri committere, & veritatem precum per alium examinare. Idem approbat Gutierez de matrimonio cap. 125. nume. 20. Præterea ita receptum eſt vſu, & communi praxi, quàm à Summo Pontifice non ignorari, & permitti veroſimile eſt, ob plurima Epiſcoporum, & Vicariorum negotia.

Ad rationes in contrarium, quatenus nobis aduerſantur, ad primã rationem partis affirmantis reſpõdeo, eum, qui per alium facit, cenſeri per ſe ipſum facere, quoties nõ demandatur alicui, vt illud per ſe ipſum faciat, vt accidit in diſpenſationibus, in quibus expediendis Summus Pontifex non eligit quẽcunque, ſed virum in dignitate cõſtitutum, qui hoc miniſterium per ſe ipſum obeat; vt colligitur ex rationibus pro parte negatiua adductis.

Ad ſecundam reſpondeo, delegatum ſupremi Principis poſſe ſubdelegare, quæ ſunt iuriſdictionis; nõ quæ ſunt nudi miniſterij; receptio autem teſtium ad iuriſdictionem, & executio diſpẽſationis ad miniſterium pertinet.

Ad primam rationem pro parte negante reſpondeo, non ſimpliciter eligi induſtriam perſonæ. Ratio eſt tum quia non dicitur propriè eligi induſtria perſonæ, quoties eligitur perſona incognita, aut quoties delegatio fiet dignitati. Tum quia ſequeretur, huiuſmodi commiſsiones eſſe perſonales; conſequenter extingui morte illius, cui conceduntur; quod eſt contra cõmunem DD. opinionem.

Ad ſecundam reſpondetur, nos hic loqui de delegationibus, & commiſsionibus Principis, qualis eſt Summus Pontifex; non verò de delegato inferioris Principis.

SECVNDA PROPOSITIO.

19 PRiuilegium ritè obtentum, ſeù gratia iam facta nõ ceſſat morte concedentis; modò priuilegium conceſſum ſit ſimpliciter ſine aliqua conditione, ſeù particula reſtringente vſque ad mortem concedentis. Ita Nauar. cap. 27. nu. 153. & conſil. 1. de priuilegijs, nu. 1.

Azorius cap. 23. quæſito 4. Molina lib. 2. de primogeneis cap. 7. nu. 63 Suarez lib. 8. cap. 31. Sãchez lib. 8. de matrimonio d. 28. n. 64. & alij, quos retuli de abſolutione reſeruatorum. Ratio eſt tum quia priuilegium eſt fauor, vel gratia; gratia autem non ceſſat morte concedẽtis, Cap. Si cui nulla de præbẽdis in 6. & cap. Si ſuper gratia, de officio Iudicis delegati in 6. Tũ quia priuilegium eſt veluti quædam donatio; ſed donatio non ceſſat morte concedentis; ergo priuilegium non ceſſat morte concedentis; ſiuè priuilegium ſit purè fauorabile, ſiuè ſit contra ius commune, ſiuè cõtra ius alterius; ſiuè priuilegiarius inceperit vti priuilegio ante mortem concedentis, ſiuè nondũ vſus ſit; nam iura loquuntur abſolutè, neque diſtinguunt; ergo neque nos debemus diſtinguere; cum non adſit textus, aut ratio cogens ad diſtinguendum; & licèt iura loqui videantur in caſibus particularibus: tamen non vtuntur ratione aliqua pertinente ſolùm ad caſus particulares; ſed potiùs forma cõceſsionis; vt docent gloſſæ, & DD. teſte Suarez lib. 8. cap. 31. nu. 17.

Dixi, modò priuilegium conceſſum ſit ſimpliciter, &c. nam ſi priuilegium datum ſit cum aliqua limitatione reſtringente priuilegiũ vſq; ad mortem, finitur morte cõcedentis; vt ſi dicatur, Concedo hanc facultatem vſque ad beneplacitum noſtrum, vel donec voluero, vel dum fuerit noſtra volũtas, vel ad arbitrium noſtrę voluntatis, vel dum nobis placuerit; ſicut enim beneplacitum, voluntas, & conſenſus concedentis definit morte concedentis: ita etiam re integra ceſſat priuilegium, quod à beneplacito, voluntate, & conſenſu ipſius pendebat. Si verò dicatur, donec reuocauero, priuilegium non ceſſat morte concedentis; niſi concedens reuocauerit priuilegium ante mortem, nam reuocatio continet actum contrarium. Ita Salas n. 125. Suarez, & alij, quos ſupra retuli puncto primo.

Obijcies contra Propoſitionẽ. Mandatum ad diſpenſandum ſpirat morte mandatoris, L Mandatum, C. mandati, & cap. Si cui nulla de præben. in 6. ergo etiam priuilegium ſpirat morte cõcedentis.

Reſpondeo, negandam eſſe conſequentiam, ſi loquamur de priuilegio iam ritè obtento, ſeu de gratia iam facta; vt dictũ eſt in propoſitione. Sec⁹ ſi loquamur de priuilegio, quod nondum obtẽtum eſt; ſed adhuc eſt obtinendum, ſeù de gratia facienda; hæc enim ſpirat morte concedentis; ſicut ſpirat mandatum morte mandatoris. Quamobrem ſi Papa, poſtquam committit Titio, vt diſpenſet cum Caio, vel vt beneficium conferat Caio, moriatur, antequam Titius diſpenſationem expedierit, vel contulerit beneficium Caio, commiſsio, ſeù priuilegium ceſſat morte Papę; quia priuilegium nondum ritè obtentum eſt ante mortem concedẽtis; quamuis enim facultas iam data eſſet Titio ad diſpenſandum, vel ad conferendum beneficium Caio: tamen hæc facultas reſpectu Titij non eſt priuilegium, vel gratia; ſed reputatur mandatum ad concedẽdum priuilegium, ſeu gratiã, quidquid in oppoſitum ſentire videatur Sanchez loco cit. num. 88. cum Hieronymo Paulo in practica can-

cellariæ

Digitized by Google

cellariæ; mandatum autem ſpirat morte mandatoris.

Hoc tamen limitãdum eſt, modò facultas commiſſa, ſeu delegata non fuerit Titio non ſolùm in fauorem Caij; verum etiam in fauorem ipſius Titij, itaut vtrique æquè primò, & principaliter conceſſa cẽſeatur; talis enim facultas ſeu priuilegium non ſpirat morte concedentis; quia reſpectu Titij dicitur gratia facta. Ita Franciſcus Lapus, & alij apud Sãchez lib. 8. d. 28. nu. 80. & 81.

20 Sed modò dubium eſt primò, quomodo cognoſcere poſsimus, facultatem, ſeu priuilegium eſſe delegatum non ſolum in fauorem Caij, ſeu perſonæ, quæ in priuilegio deſignatur; verum etiam in fauorẽ Titij, ſeu illius perſonæ, cui facultas delegatur.

Reſpondeo, cognoſci poſſe. Primò ex verbis priuilegij; nam verba ſunt claræ animi notæ.

Secundò ex forma ipſius priuilegij, in qua principaliter attendendum eſt, an priuilegium concedatur indefinitè, & generaliter abſq; vllius perſonæ expreſsione; an verò concedatur perſonæ deſignatæ. Si priuilegium conceditur indefinitè, & generaliter, præſumitur conceſſum in fauorem illius, cui facultas committitur, ſeu delegatur. Vndè ſi alicui concedatur facultas ad diſpenſandum, vel ad audiendas Cõfeſsiones indefinitè, ſeu cum perſonis incertis, & indeterminatis, facultas præſumitur conceſſa in fauorẽ ipſius Confeſſarij, cui facultas cõmittitur; vt benè ait Sanchez d. 28. nu. 72. & 80. Rota Romana tom. 3. lib. 1. deciſ. 117. & lib. 2. deciſ. 700. Salas diſp. 20. num. 110. Si verò priuilegium concedatur perſonæ deſignatæ, cenſetur conceſſum in fauorem ipſius perſonæ deſignatæ; non in fauorem delegati, niſi aliud exprimatur, ſeu colligatur de mẽte cõcedentis; non enim operatur vltra intentionem cõcedentis. Ita DD. citati.

21 Secundò dubium eſt, quodnam dicatur priuilegium obtentum, ſeu gratia facta, & quando facienda.

Reſpondeo, tunc cenſeri gratiã faciendam, quando nondum à Superiore obtenta eſt, aut quando directè data fuit facultas commiſſario, ſeu delegato ad gratiam faciendam, ſeu concedendam in fauorem tertij; ſed delegatus nondũ illam conceſsit, nec aliquid illius fecit. Quamobrem ſi data ſit facultas Confeſſario ad diſpenſandum cum Titio, vel ad ipſius confeſsionem audiendam; Confeſſarius autem nondum diſpenſauit, vel nondum Confeſsiones audiuit, aut nõdum cepit audire virtute talis facultatis, talis facultas, ſeu gratia non dicitur facta, ſed facienda; etiamſi delegatus acceperit facultatem ad diſpenſandum, vel ad audiendam Confeſsionem; non enim dicitur gratia facta delegato executuro, cum in ipſius fauorem cõceſſa non ſit: nec dicitur gratia facta reſpectu illius, in cuius fauorem conceſſa eſt, cum ipſe nullum adhuc ius acquiſierit; ſed tantummodò aliquid præuium factũ ſit, ſeu parata ſit via ad gratiam obtinendam. Gratia verò dicitur facta, quando ipſimet petenti gratiam, ſeu priuilegium, directè conceſſa eſt; vt ſi dicatur, Concedo tibi facultatem eligendi Confeſſarium ad audiendam confeſsionem,

vel ſuſcipiendi Ordines à quocunque Epiſcopo, vel à tali Epiſcopo, & ſic de cæteris; conſequenter huiuſmodi priuilegiũ non ceſſat morte concedentis; etiamſi res adhuc integra ſit.

22 Si quæras, quandonam res dicatur non integra.

Reſpondeo, in iuriſdictione cõtentioſa, ſeu in iudicijs rem cenſeri non integram, quando Iudex legitimè præcepit partes citari. In alijs verò rebus, in quibus citatio non adhibetur, res cenſetur non integra, quando commiſſarius iam cœpit primum actum reſpondentẽ citationi; vt ſi cœpit vocare partẽ ad veritatem precum cognoſcendam.

Ex quo fit, vt priuilegium non ceſſet morte concedentis, quando delegatus iam functus eſt delegatione, vel aliquem actum effecit virtute priuilegij circa perſonam deſignatam. Ita Sanchez num. 30. & 94. Suarez loco citato, & alii communiter.

23 Ex dictis in præcedentibus colligi poteſt primò, facultatem commiſſam alicui generatim, & in communi, ſecluſa iuriſdictione contentioſa, de qua infra, non ſpirare morte concedentis. Ratio eſt tũ quia præſumitur fauor, & gratia illius, cui talis facultas conceditur. Tum quia eſt fauor communitatis, ſeu multitudinis, qui præferendus eſt fauori priuato, latamquè admittit interpretationem; cõſequenter nõ finitur morte concedentis. Si verò facultas commiſſa ſit alicui in fauorem perſonæ deſignatæ, ceſſat per mortem concedentis, ſi gratia ante mortem concedentis nondum erat obtenta. Ita Suarez num. 10. Sanchez nu. 28. Sayrus de cenſuris lib. 7. cap. 14. nu. 7. Salas loco citato, Gutierez ex cap. Si cui nulla citato; contra Emanuelem Sà verbo Diſpenſatio, nu. 6.

Addo, poteſtatem alicui cõceſſam, re adhuc integra, ſpirare morte concedentis, non ſolũ ſi conceſſa ſit ad diſpenſandum cum perſona deſignata; verum etiam ſi conceſſa ſit ad diſpenſandum cum pluribus determinatis; gratia enim nondum cenſetur facta.

Hoc tamen ab aliquibus DD. limitatur, modò illi, cui committitur facultas diſpenſandi, non imponatur aliqua neceſsitas, ſeu præceptum. Ita Sanchez num. 87. & alii lo. citãdis in ſequenti obiectione.

Obiicies. Commiſsiones diſpenſandi in impedimentis matrimonii, aliiſuè rebus, factæ Ordinario, vel Confeſſario non expirant morte concedentis; ſed in his datur facultas ad diſpenſandum cum perſonis determinatis; ergo falſum eſt, facultatem diſpẽſandi cum perſonis determinatis, ſpirare morte concedentis, re adhuc integra.

Reſpondeo ad maiorem propoſitionem propoſitæ obiectionis, magnam eſſe inter DD. diſſenſionem, vtrũ commiſsiones diſpenſandi in impedimentis matrimonii, aliiſuè rebus, re adhuc integra ſpirent morte concedentis. Nauar. enim in Manuali cap. 29. nu. 253. verſ. nono, cui adhærere videtur Suarez loco cit. n. 18. Sayrus, loco cit. Syluester, Angelus, & alii apud Sayrum loco cit. & apud Sanchez loc. cit. nu. 86. putant, huiuſmodi commiſsiones datas ad diſpenſandum cum perſonis determinatis, ſpirare morte concedentis. Ratio eſt tum quia nõ ſunt

gra-

Digitized by Google

gratiæ factæ, cum dentur ad diſpẽſandum in fauorem tertiæ perſonæ determinatæ. Tum quia ſic habetur in deciſione Rotæ apud Dominicũ Cap. Si ſuper gratia, n. 7. Et hæc ſententia mihi videtur probabilis.

Sanchez verò loco citato. n. 87. Henriq. lib. 12. cap. 2. num. 5. & cap. 3. n. vlt. in coment. litera V. Rodriq. in ſumma cap. 236. nume. 3. Gutierez de matrimonio cap. 125. nume. 21. Suarez de cenſuris diſp. 41. ſect. 2. ad finem, & alij apud Sanchez, & apud Henriq. locis citatis putant, gratiam eſſe factam; conſequenter huiuſmodi commiſsiones non ſpirare morte concedentis. Ratio eſt quia tunc gratia cenſetur facta, quando delegatus, qui expediturus eſt diſpenſationes eſt executor neceſſarius, quando ſcilicet ei præcipitur, vt diſpenſationes, ſeu commiſsiones expediat, cognita precum veritate. Si verò liberum ſit ipſi exequi, quia ſcilicet non ei præcipitur, vt exequatur, ſed ſola exequendi facultas datur, gratia non cenſetur facta. Ratio eſt quia nullum acquiſiuit ius, cum liberum ſit delegato expedire, & nõ expedire. In primo verò caſu acquiſitum eſt ius illi, in cuius fauorẽ gratia conceſſa eſt. Sed prima opinio probabilior mihi videtur; nam illa neceſsitas, quæ imponitur delegato ad exequendum, ſi preces veritate nitantur, potius vicem gerit mandati quàm gratię, & priuilegij, mandatum autem ſpirat morte mãdantis. Ita Suarez loco citato, nu. 13. & 18. & alij, quos referam illatione tertia.

24 Secũdò colligitur, iuriſdictionem, ſeu facultatem abſq; determinatione temporis alicui conceſsã ab Epiſcopo, vel à quouis alio Ordinario ad Confeſsiones audiẽdas, vel ad abſoluendum à cenſuris, nõ ceſſare per mortem concedentis. Ratio eſt tum quia huiuſmodi facultas iam erat obtenta à Confeſſario, & dicitur gratia facta; vt patet ex dictis in primo dubio. Tum quia hic eſt vſus, & praxis. Ita Sayr. de cenſ lib. 7. cap. 14. n. 7. Emanuel Sà verbo gratia num. 7. Henriq. lib. 6. cap. 6. num. 7. Suar. de pœnit. d. 26. ſect. 3. nu. 5. & Sanchez lib. 8. diſp. 28. nu. 72.

Cõtrarium dicẽdum eſt de iuriſdictione contentioſa delegata, aut de literis iuſtitiæ; nam huiuſmodi iuriſdictio ſpirat morte concedentis, aut per remotionem eius ab officio; modò res adhuc ſit integra, ideſt modò nondum inchoatus ſit illius vſus ante mortem concedentis; vt ſi ante mortem concedẽtis pars nondum legitimè citata ſit; vt patet ex cap. Gratum, cap. Relatũ, cap. Quamuis, & cap. Licet vndiq; de officio delegati. Ita Suarez lib. 8. cap. 31. n. 5. Sanchez lib. 3. de Matrimonio diſp 30. & lib. 8. diſp. 28. n. 30. 57. & 94. Salas diſput. 20. ſect. 17. num. 125.

25 Tertiò colligitur, facultatem commiſſam Confeſſario ad diſpenſandum cum aliqua perſona deſignata in voto, vel impedimento, vel ad abſoluendum exẽpli gratia Titium à peccatis reſeruatis, vel cenſuris, non ceſſare per mortem concedentis, re non integra, ſi videlicet Confeſſarius diſpenſauit, vel iam incepit Confeſsionem audire ante mortem concedentis, nã cenſetur gratia facta. Secus ſi ante mortem nondum incepit audire, vel nondum diſpenſauit. Ita

Caietanus, & alii apud Sanchez d.28.num.73. Ratio eſt quia gratia nondum eſt facta, ſed facienda; gratia autem facienda ſpirat morte concedentis.

Addo, hæc procedere non ſolùm in facultatibus datis ad aliquid faciendum, ſeu in mandatis iuriſdictionis, quibus conceditur, & committitur iuriſdictio; verùm etiam in præceptis; vt ſi ſuperior præcipiat Confeſſario, vt abſoluat, vel diſpenſet. Ratio eſt tùm quia in hoc caſu valet illa regula deſumpta ex argumento, L. Ex vectigalis, ff de pignoribus, Extincto iure auctoris, extinguitur quoque ius ſucceſſoris. Tum quia præcepta ex ſua natura non ſunt perpetua, nec ligare poſſunt, extincta perſona, à qua vim habent, vel etiã ab officio iam amota, cum tunc perinde ſit ac ſi mortua eſſet. Ita Suarez loco citato, Menochius de arbitr. lib. 1. quæſt. 69. num.4. folio mihi 43. vbi refert Decium in rubrica, C. de mandato Principis, Sylueſter verbo Delegatus quæſito 3. Corduba, Baldus, Socinus, & alii apud Sanchez lib. 8. d.28. num. 32. & 47. Immò Syllueſter dicit, hoc valere, etiamſi res ſit integra. Idem ſentire videntur alij, vt Menochius, & Decius qui indiſtinctè loquuntur.

26 Ex quo patet differentia inter præceptum, & ſtatutum, ſeu cõſtitutionem latam ab eo, qui eam ferre poteſt; conſtitutio enim ſeu ſtatutum durat, extincto conditore, vel amoto ab officio; cum lex ſuaptè natura ſit perpetua; L. Cum eorum de ſententia & interlocut. Ità Suarez num 13. & 18. Syllueſter, verbo Delegatus quæſito 7. Decius cap. Relatum, nu.28. de officio delegati, Roſella, & alii apud Sãchez loco citato, nu.2. & 32.

27 Quartò, licentiam alicui datam non ieiunandi, vel celebrandi in Oratorio priuato, vel laborandi in die feſto, vel eligendi ſibi Confeſſarium, vel exigendi decimas, non ceſſare per mortem concedentis; etiamſi priuilegiarius nõdum inceperit ante mortem concedentis vti tali priuilegio, ſeu licentia; nam dicitur gratia facta. Idem dicendum eſt de literis dimiſſorijs, quas quis obtinuit ad ſuſcipiendos Ordines, aut de alijs licentijs alicui conceſsis abſolutè, & abſque temporis determinatione. Ita Suarez nu. 19. Sanchez nu. 76.77.83. & 85. Salas diſp. 20. ſect. 17. ad finem, Gutierez de Matrimonio cap. 125. nu. 24.

28 Quintò colligi poteſt, priuilegium ante mortem concedentis non acceptatum, ceſſare per mortem concedentis. Ratio eſt tum quia huiuſmodi priuilegium nondum videtur gratia facta, ſed facienda. Tum quia priuilegium eſt veluti quædam donatio; donatio autem non validè acceptatur poſt mortem donatoris, iuxta dicta de donatione in tractatu de reſtitutione, & contractibus diſp.3. quæſtio. 11. pun.4. cum Lopez, Decio, & alijs; Contra Sanchez lib.8. diſput.28. num.43. & 69. Suarez lib.8. cap.31. num. 21. Leſsium, & alios; nam ad validam donationem requiritur mutuus conſenſus tradentis, & acceptantis; mortui autem nullus eſt conſenſus, & nulla voluntas.

Exiſtimo tamen valde probabilem eſſe ſententiam Sanchez, Suarez

rez, & aliorum dicentium poſſe acceptari priuilegium poſt mortem concedentis, antequàm reuocetur à ſucceſſore, à quo reuocari poteſt, ſicut poterat anteà reuocari à concedente.

Hoc tamẽ limitari poteſt in gratia tantummodò mandata, ſeu delegata; nõ verò in gratia iam ſcripta, & directa ad eum, in cuius fauorem conceſſa fuit; hæc enim videtur gratia facta, cum abſolutè conceſſa fuerit ex parte concedentis, qui ſuum cõſenſum litteris expreſſit. Et ita intelligendum puto Sanchez, & Suarez locis cit. & alios, quos in ſimili retuli de Donatione loco citato. Quanquàm huiuſmodi priuilegiũ ſicut ante acceptationem reuocari poterat à concedente, argumento Legis Nec ambigi, C. de donatione: Ità reuocari poteſt à ſucceſſore concedentis; nam ſucceſſor eadem gaudet poteſtate, & iuriſdictione, & non ſuccedit tanquàm hæres ex voluntate defuncti. Ita Suarez loco citato.

29 Sextò, diſpenſationes, quæ conceduntur à Legato Apoſtolico, vel à ſummo Pœnitentiario, non ſpirare per mortem Papæ, re adhuc integra. Ratio eſt quia ipſorum facultas eſt gratia facta; & officium legati, & ſummi Pœnitentiarij non ceſſat morte Papæ, vt de Legato conſtat cap. Legato de officio legati in 6. Et de Pœnitentiario conſtat ex Clement. 2. §. Eo tamen prouiſo de electione. Ità Sanchez, nu. 92. Gutierez, cap. 125. num. 23. Secus dicendum videtur de diſpenſationibus, quæ à Vicario Generali Epiſcopi conceduntur poſt mortem Epiſcopi; cum ipſius iuriſdictio ceſſet morte Epiſcopi, etiam quo ad negotia cœpta; vt docet Henriquez, libro 8. cap. 13. num. 3. Vgolinus de cenſuris tabula 2. cap. 11. §. 3. num. 8. & alij apud Sanchez lib. 3. de matrimon. diſp. 29. num. 13. & diſp. 30. nu. 2. Ratio eſt tum quia reputatur vnum, & idem tribunal, & eadem vtriuſquè perſona, cap. 2. de conſuetud. in 6. Tum quia licèt iuriſdictio Vicarij ſit ordinaria, & iuriſdictio ordinaria nõ extinguatur morte concedentis: tamen hoc fallit, quando iuriſdictio ordinaria eſt acceſſoria alteri ordinariæ; nã acceſſoria extinguitur, extincta principali, iuriſdictio autem Vicarij cohæret iuriſdictioni Epiſcopi tanquàm acceſſoria. Ità Sanchez locis citatis, & lib. octauo, diſp. 28. num. ſexto, quamuis Henriquez, lib. 7. cap. 21. num. quinto, in comment. litera S. ſibi contraria docuiſſe videatur.

30 Ex quo ſequitur, acta Vicarij, poſt mortem Epiſcopi, inualida eſſe; etiamſi mors Epiſcopi nondum fuerit ipſi intimata; modò non adſit error communis, & titulus coloratus; vt oſtendi de matrimonio.

31 An verò iuriſdictio Vicarij ſuſpendatur, ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi per excommunicationẽ, quando Epiſcopus denũtiatur excommunicatus, vel eſt notorius percuſſor Clerici, patet ex dictis de Cẽſuris; & videri poteſt apud Sanchez loco citato.

32 Septimò, iuriſdictionem alicui datam ſub nomine dignitatis, non extingui morte cõcedentis; vt ſi dicatur, Sedes Apoſtolica hoc tibi negotiũ demandat. Ratio eſt quia dignitas non extinguitur, ſed ſemper manet; iuriſdictio autem non extin-

extinguitur, viuẽte eo, cuius nomine conceſſa eſt. Ita Salas loco cit. num. 125. & alij.

An verò iuriſdictio cẽſeatur cõceſſa ſub nomine dignitatis, vel perſonæ, patet ex dictis, num. 3. verſic. Sed modò, & pun. 1. illat. 7.

§. II.

Vtrum priuilegium amittatur lapſu tẽporis, aut ceſſatione cauſę, propter quam conceſſum fuerat.

1 *Priuilegium amittitur lapſu temporis præſcripti, ſeu ceſſante cauſa, ſub qua conceßum fuerat.*

2 *Priuilegium datum ad vnum actum ceſſat, tali actu finito.*

3 *Priuilegium conceſſum ad beneplacitum concedentis ſpirat morte cõcedentis.*

4 *Priuilegium finitur, ceſſante tota ipſius cauſa.*

5 *Duplex eſt priuilegium.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 PRiuilegium amittitur, & finitur lapſu temporis præſcripti, ſeu ceſſatione conditionis, ſub qua conceſſum fuerat. Ratio eſt tum quia ſic decernitur L. Quoties de precib. Imperatori offerendis. Tum quia priuilegium non durat vltra intentionẽ concedentis; concedẽs autem non vult priuilegium durare vltra terminum præfixum, vel conditionem appoſitam.

2 Hinc ſequitur primò, priuilegium datum ad vnum actum ceſſare, tali actu finito; priuilegium verò ſimpliciter, & indeterminatè conceſſum non finiri vno actu; ſed eſſe perpetuum. Vnde facultas, quæ alicui conceditur ſimpliciter ad Confeſsiones audiendas, videtur eſſe indefinita; nequè data eſt ad vnum actum; ſed abſolutè continet poteſtatem audiendi confeſſiones; conſequenter eſt perpetua. Ita Suarez, libro 8. cap. 5. 29. & 32. Sanchez libro 8. diſp. 28. Salas diſp. 20. ſect. 6 num. 64. verſic. Pro declaratione, Azorius, & alij, quos ſupra retuli.

3 Secundò ſequitur, priuilegium conceſſum ad beneplacitum concedentis ſpirare morte concedentis: quia beneplacitum concedentis ceſſat morte cõcedentis; vt patet ex dictis pun. 1. & in pręceden. §.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 PRiuilegium amittitur, & finitur, ceſſante tota ipſius cauſa. Hæc Propoſitio ſatis conſtat ex ſuprà dictis de diſpẽſationibus, quas probauimus ceſſare, ſi tota ipſarum cauſa ceſſet, antequam diſpenſatio mandetur executioni. Ad ibi dicta vos remitto.

5 Hic ſolùm aduertendum eſt, priuilegium aliud eſſe cõtra leges, vel ius alterius; & hoc ad ſui conceſsionem requiritcãm; vt dictũ eſt de diſpenſationibus: aliud nõ eſſe contra leges, vel ius alterius; & huiuſmodi priuilegium non requirit cauſam; ſed concedi poteſt ex mera Principis voluntate; vel ſi requirit cauſam, eam tantũmodò requirit, vt prudens ſit illius cõceſsio.

In hac propoſitione loquimur de priuilegio, quod eſt cõtra leges, vel ius alterius; & hoc dicimus ceſſare, ceſſante cauſa; modò priuilegium

gium nondum mandatum ſit executioni. Ratio eſt quia non eſt credibile, Principem velle conſeruare priuilegium, ſeu voluiſſe concedere, vt priuilegium contra legem duret, ceſſante eius cauſa; alioquin iniqua videretur eius conceſsio; cũ paria ſint, à principio non habuiſſe cauſam, & cauſam iam finitam eſſe; L. Nihil intereſt, §. de nautico fœnore. Ità colligo ex Azorio, lib 5. cap. 22. quæſito 14. Sanchez, lib. 8. diſp. 30. num. 16. & alijs. Contrariũ ſentire videtur Suarez, cap. 30. Salas, diſp. 20. ſect. 6. num. 67. & alij aſſerentes, priuilegium ceſſare ſolũ, dum ipſius cauſa contrariè ceſſat; vel dum adimpletio, ſeu executio, ſeu vſus priuilegij factus eſt iniuſtus, aut iniquus; vel dum priuilegiũ redditur inutile; aut dum priuilegium incipit eſſe pernicioſum illi, in cuius fauorem cõceſſum fuerat; nam quod alicui cõceditur ob gratiam, non eſt retorquendum in ipſius diſpendium, ex regul. iur. in 6. Quamobrem iſti DD. per ſe loquẽdo, putant, priuilegium non ceſſare, ceſſante omninò ipſius cauſa. Propterea, inquiunt, priuilegium Monaſterio conceſſum ad exigendas decimas propter paupertatẽ, non ceſſat, acquiſitis diuitijs à monaſterio. Item priuilegium retinẽdi plura beneficia conceſſum alicui, eo quod vnum ad vitam, & familiæ ſtatum ritè ſuſtentandum nõ ſufficiat, non corruit, ſi vnum pinguius euadat, & ſufficiens efficiatur ad vitam propriam, & familiæ commodè traducendam.

Verum, quid nobis in his exemplis ſentiendum ſit, conſtat ex dictis de diſpenſationibus lo. cit. adhibita limitatione ibi tradita.

§. III.

Vtrùm priuilegium amittatur per reuocationem.

Tria principaliter quæram in hoc §.

Primò, vtrum priuilegium reuocari, & amitti poſsit per reuocationem.

Secundò, quot modis reuocari poſsit.

Tertiò, quid requiratur, vt reuocatio priuilegij ſuũ habeat effectũ.

1 *Priuilegium gratuitum poteſt reuocari.*

2 *Priuilegium onerosum non poteſt reuocari.*

3 *Quæ differentia ſit inter reuocationẽ priuilegij oneroſi, & gratuiti.*

4 *Priuilegium conceſſum non ſubdito reuocari non poteſt.*

5 *Priuilegium conceſſum ad exigenda tributa non poteſt reuocari.*

6 *Ad priuilegium reuocandum requiritur iuxta cauſa.*

7 *Succeſſor poteſt reuocare priuilegium prædeceſſoris.*

8 *Superior poteſt reuocare priuilegium inferioris.*

9 *Papa quandonàm poſſit diſpenſationem reuocare.*

10 *Inferior poteſt reuocare diſpenſationem à ſe factum in lege ſuperioris.*

11 *Quandonàm priuilegium expreſſè reuocetur.*

12 *Diſpenſationes non cenſentur reuocari per clauſulam generalem.*

13 *Bulla Cruciatæ, an reuocata fuerit anno Iubilei.*

14 *Quandonàm priuilegium tacitè reuocetur.*

15 *Priuilegia non reuocantur per legem*

gem ſubſequentem.

16 *Priuilegium non reuocatur per particulare mandatum, ſeu reſcriptũ.*

17 *Priuilegium non reuocatur per ſubſequens priuilegium contrarium.*

18 *Priuilegium reuocatur per ſententiam latam contra illud.*

19 *Reuocatio priuilegij duobus modis fieri poteſt.*

20 *Vt reuocatio valida ſit requiritur publicatio reuocationis.*

21 *Quomodò intelligendi ſint DD. aſſerentes priuilegium, vel iuriſdictionem non expirare antequam reuocatio cognita ſit.*

22 *Confeſſarius validè abſoluit, facta reuocatione facultatis ſibi ignota.*

23 *Quid dicendum ſit de reuocatione Indulgentiarum.*

24 *Cuinàm denuntianda ſit reuocatio priuilegij conceſſi Communitati, vel Collegio, vel Ordini, vel Ciuitati, vel Prouinciæ, &c.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Priuilegium gratuitum, quo alicui ſubdito datur facultas faciendi contra ius, ſeu potius præter ius, poteſt ex iuſta cauſa reuocari à concedente, vel à ſucceſſore, vel ab eius ſuperiore; conſequenter priuilegium amitti poteſt per reuocationem illius. Ratio eſt quia ſicut ſuperior poteſt aliquem ab obligatione legis eximere: ita poteſt ad eãdem legis obligationem reducere, & reuocare, quod fit per reuocationem priuilegij. Ità Sanchez, lib.8.diſp.33. Salas diſp.17.ſec. 14.num.70. & diſp.20. ſect.18.num. 126. Azorius, lib 5.cap.22. Suarez, lib.8.cap.37. Vaſquez, Leſſius, Reginaldus, & alij locis ſtatim citandis.

2 Dixi priuilegium gratuitum, quod videlicet gratis conceditur; nàm priuilegium, quod datur per contractum oneroſum, qualis eſt diſpenſatio data in foro externo, vel quod datur in remuneratione͂, nõ põt reuocari. Ratio eſt tum quia pacta, & conuentiones ab omnibus ſeruari debent. Tum quia ſuperior non põt alterum rebus ſuis, vel ei debitis priuare ſinè graui neceſſitate, vel iuſta cauſa ſpectante ad bonum commune, quæ ſufficiat, vt alter priuetur rebus. Ità Suarez, num.5. Vaſquez in opuſc.cap 6.§.1. dub.1. num. 15. & dub. 2. num. 33. quærens, an poſsit reuocari facultas alicui conceſſa ad exigendas gabellas. Idem tenet Reginald. lib.9.num.381.ad finem, folio mihi 490.ex prima impreſsione, Leſsius, libro 2.cap.33.dub.4.num.35. Salas de legibus, diſp.17 ſect.14 num.70. & diſp.20. ſect.4.num.42. verſ. Prædicta temperat poſt Bartolum, l. 1. C.de his, qui ſpontè, Panormitan. cap. Peruenit de immun.Eccleſiæ.

3 Addunt aliqui DD. hanc eſſe differentiam inter reuocationem priuilegij dati per cõtractum oneroſum, & dati in remunerationem, quod ſuperior non poteſt priuilegium datum per contractum oneroſum reuocare ſine debita compenſatione, cum alterum re ſua priuare non poſsit abſque recompenſatione: poteſt vero priuilegium datum in remunerationem reuocare abſque recõpenſatione; quia concedens huiuſmodi priuilegiũ non cenſetur ſe voluiſſe obligare ad recompenſationem, ſi iudicauerit illud iuſta de cauſa reuocandum eſſe. Ita Suarez loco cit. num.9 Decius cap. Nocuit, num.7. verſ.

verſic. Quartò fallit, & alij.

4 Dixi quo cōceditur alicui ſubdito, &c. quia priuilegium conceſſum alicui non ſubdito, ab eoquè acceptatum, regulariter loquendo reuocari non poteſt; niſi tanta rerum mutatio ſuperueniat, vt priuilegiū cenſeatur grauiter pernicioſum Regi, vel regno; nam huiuſmodi priuilegium acceptatum, vt plurimum tranſit in contractū in materia, in qua poteſt obligare ſe ex iuſtitia; conſequenter non poteſt reuocari in præiudicium priuilegiarij, ipſo non conſentiente. Ita Suarez, num.2. Salas, diſp.20. ſect. 18. Sanchez, lib.8.diſp.17. num.29. vbi quamplures alios in ſimili refert.

5 Dixi, quo conceditur facultas faciendi contra ius; quia ſi loquamur de priuilegio, quo aliquid alteri donatur, translato dominio, ſeu in quo ſe poteſt ex iuſtitia obligare; vt ſi donetur oppidum, vel ius ad exigēda tributa; dicendum eſt, huiuſmodi priuilegiū non poſſe reuocari; niſi adſit iuſta, & ſufficiens cauſa ad priuandum alterum reb. ſuis; nam donatio non poteſt reuocari ad libitum donantis. Ita DD. citati.

6 Dixi ex iuſta cauſa; nam reuocans priuilegium abſquè iuſta cauſa, validè reuocat; ſed peccat ſaltē venialiter, etiam præciſo ſcandalo, & odio. Ratio eſt quia priuilegium Principis decet eſſe manſurum, cap. Decet de regul. iur. in 6. nec decet, Principem ſinè cauſa mutare voluntatem; ergo per reuocationem illius abſq; iuſta cauſa committitur aliqua indecentia; conſequenter aliqua inconſtantiæ culpa. Ita Suarez, num.10. ad finem, Salas, diſp. 17. num.70. Sanchez, lib.8. diſp.33. num. 11. & alij DD. citati.

7 Dixi, vel à ſucceſſore, quia ſucceſſor æquali gaudet poteſtate, qua gaudet concedens; nec concedens poteſt eam ſucceſſoribus auferre. Ita Suarez, num.17. Salas, nu. 70. & alij communiter.

8 Dixi vel ab eius ſuperiore. Tum quia ſuperior non habet minorem poteſtatem, quàm habeat inferior. Tum quia ſuperior poteſt reuocare legem; ergo etiam priuilegium. Ita Suarez, num.17.

9 Ex dictis ſequitur, Papam, qui cum aliquo diſpenſauit, E. g. in impedimēto matrimonij, poſſe ex iuſta cauſa, facta reſtitutione compoſitionis ſolutæ per eum, cum quo diſpenſatum eſt, diſpenſationem reuocare, antequam matrimonium contrahatur. Ita Sanchez loco cit. & alij, & patet ex dictis de diſpenſatione.

10 Addunt aliqui DD., hoc idem probabiliter dici poſſe de inferioribus diſpenſantibus in lege ſuperioris, quoties in ea poſſunt diſpēſare; nam ipſorum diſpenſatio videtur facta cum hac tacita conditione, niſi reuocauero; quę conditio cenſetur intrinſecè includi in ipſa diſpenſatione; eo quòd diſpēſans non cenſeatur velle ſuæ poteſtati præiudicium afferre; conſequenter valida videtur reuocatio diſpenſationis facta ab inferiore: etiāſi fiat ſinè iuſta cauſa. Ita Suarez lo. cit. num.15 & alij.

Excipiunt tamen diſpenſationē voti, quam ſuperius docui non poſſe reuocari, quia obligatio voti, cum per diſpēſationem ſublata ſit, non poteſt reuiuiſcere per reuocationem diſpēſationis, cum obliga-

tio

tio voti non inducatur à voluntate ſuperioris, ſed à voluntate vouentis, qui obligationem voti ſibi imponit. Ita Suarez, num.10.

Verum, quid nobis in hac re ſentiendum ſit, conſtat ex dictis in ſimili de diſpenſationibus cum Salas, diſp.20. ſect.18. ad finem, Sanchez, lib.8.diſp.33.num.12.

SECVNDA PROPOSITIO.

11 Priuilegium duobus modis reuocari poteſt.

Primò expreſsè per verba ſufficienter indicantia reuocationem priuilegiorum in ſpecie, vel in genere, vt ſi dicatur, non obſtante tali priuilegio, vel non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs.

Addo, priuilegium conceſſum ſub hac forma, vt non cenſeatur reuocatum, niſi in reuocatione fiat ipſius mentio de verbo ad verbum, cenſeri ſufficienter reuocatum, ſi in reuocatione cõtineatur hic modus loquendi. Reuocamus priuilegia, quamuis conceſſa ſint ſub hac forma, vt non cenſeantur reuocata, niſi illorum fiat expreſſa mentio, aut niſi recitentur de verbo ad verbum. Immò etiam ſufficienter reuocatur per hanc verborum formam. Non obſtante priuilegio ſub quacunque forma conceſſo. Ratio eſt quia ſuperior his loquendi modis ſatis indicat nolle amplius priuilegium durare; priuilegium autẽ vim habet à voluntate ſuperioris.

Secus dicendũ eſt de reuocatione facta tantummodò per clauſulam generalẽ reuocatoriam: hæc enim non extenditur.

Primò ad priuilegia conceſſa ſub hac forma, vt in ipſorum reuocatione fiat expreſſa mentio, vel vt non reuocentur, niſi recitentur de verbo ad verbum. Ratio eſt quia ſuperior per clauſulam generalem nõ ſufficienter indicat velle huiuſmodi priuilegia reuocare.

Secundò non extenditur ad priuilegium conceſſum per modum contractus, niſi in reuocatione dicatur, tale in genere reuocare priuilegium, quamuis conceſſum fuerit per modũ contractus. Ratio eſt tum quia huiuſmodi reuocatio vergit in alterius detrimentum in iure iam acquiſito: Princeps autem non præſumitur velle præiudicium alteri afferre, niſi exprimat. Tum quia hoc priuilegium ordinariè non põt reuocari, vt patet ex dictis in propoſitione: ergo quando reuocatur, debet exprimi. Ità Suarez, libro 8. cap.38. num.3. & cap.14.nu.8. Sanchez, lib.8. diſp.33.nu.8. Molina in ſimili loco ſtatim citando, Azorius lib.5.cap.22.quæſito 12. Panormit. cap. Cum inſtantia, de cenſibus, num.5. Salas, diſp.17.ſect.14.num.71. 73. & 79. ad finem, & alij apud præcitatos DD.

Hinc patet à ſimili, quid dicendum ſit de reſcriptis contra legem, quoties ex huiuſmodi reſcriptis ſequitur alteri notabile damnum: De qua re vide Molinã loco ſtatim cit.

12 Hinc colligitur, diſpenſationes alicui conceſſas in foro externo à Summo Pontifice, non cenſeri reuocatas per clauſulam generalem reuocantẽ priuilegia; nã huiuſmodi diſpenſationes conceduntur cũ onere, & quaſi p modũ contractus, cũ ſemper cõcedãtur cũ aliqua cõpoſitione. Ita Salas, d.20. de legib. ſect.18. ſub finem. Idem innuit Sanchez, lib.8.d.33.num.10. & 13.

Hinc

Digitized by Google

13 Hinc etiam colligit Rodriquez in expoſitione Bullæ §.12. nume.13. Henriquez de Indulgentijs lib. 7. cap.21.nu.3.Salas loco citato,verſ. Hinc colligitur,Sanchez loco cit. num.10.& alij, Contra Nauarrum, §.In Leuitico,notab.33.nu.3. verſ. Perſonis,& Lopez tom. 2. Inſtruct. in expoſitione bullæ cruciatæ cap. 20. Bullam Cruciatam non fuiſſe reuocatam anno Iubilæi,quamuis Summus Pontifex dixerit ſe ſuſpendere omnes gratias, Indulgentias, & facultates etiã ſingularibus perſonis, etiam ad inſtantiam Regum quomodocunque conceſſas, & ex quibuſcunque cauſis. Ratio iſtorũ DD. eſt,quia priuilegia bullæ conceſſa ſunt cum onere, & per modũ contractus; cõceduntur enim modò tantum eleemoſynæ ſoluatur,& in reuocatione non fit mentio facultatum per modum contractus conceſſarum.

Tertiò aliqui DD. putant, reuocationem factam per huiuſmodi clauſulam generalem non extendi ad priuilegia cõtenta in Concilijs generalibus; niſi expreſſa mentio fiat, ſicut non cenſetur derogatum decretis Cõcilij generalis, niſi expreſſa mẽtio fiat Concilii generalis,dicendo. Non obſtante quauis conſtitutione,ſeu lege in Concilio generali edita;vt colligitur ex cap. Ex parte, & cap. vlt. de Capellis Monachorum; vt docet Molina de Iuſtitia tract.2.diſput. 173. verſiculo Occaſione legitimationis, pagina mihi 630. Henriquez lib.7. cap. 26.num.3. Menochius conſil. 29. & alij apud Sanchez de Matrimonio lib.3.diſp.26.nu.7.& lib.8. diſp. 35. n.17. Idem innuit Peregrinus, Suarez, & alij, quos retuli de cenſuris, diſp.2.quæſt.6.pun.2.nume. 15. vbi oſtendi, Epiſcopum poſſe virtute Tridentini ſeſs.24. cap.6 abſoluere ab excommunicatione cõtracta ob duellum; modò delictum ſit occultum, aut non ſit deductum ad forum contentioſum, non obſtãte decreto S.D. Clemẽtis VIII. quod incipit Sacra Congregatio, in quo reuocantur omnia priuilegia, nulla facta Tridentini Concilij mentione. Ratio noſtra eſt quia cum huiuſmodi decreta, & priuilegia, matura deliberatione fiant, videntur cõtinere virtualem clauſulam, qua reuocari nequeant, niſi ipſorum fiat expreſſa, & ſpecifica mentio. Immò ſi priuilegium, vel decretum contineatur in Concilio generali moderno, quale eſt Tridentinum, neceſſariam eſſe mentionem Tridentini, & non ſufficere generalem mentionem Conciliorum, docet Henriquez, & Sanchez locis citatis. Quod ego non facilè admiſerim, quia propoſitio generalis videtur generaliter intelligenda;niſi aliter poſtulet ſpecialis aliqua actio.

Hoc tamẽ limita primò, niſi aliter conſtet de mente concedentis priuilegium, quam poſſumus colligere ex coniecturis, vt ex vſu, & praxi; vel ex modo loquendi, vel ex antecedentibus, & conſequentibus.

Secundò limitarem, niſi priuilegium alioquin irritum redderetur; cum enim Superior conſcius ſit priuilegiorũ in iure communi, ſeu in Concilijs contentorum,præſumendum eſt voluiſſe per clauſulas generales derogare decretis iuris cõmunis, & Conciliorum; conſequenter genericam derogationem haberi

beri pro expreſſa, & ſpecifica; vt optimè in ſimili docuit Sáchez lib. 8. de matrimonio diſp. 35. nu. 17. cum Felino, & alijs.

14 Secundò modo priuilegium reuocatur tacitè; vt ſi concedens, faciat aliquem actum, qui non poſſit ſubſiſtere abſque derogatione priuilegij, vt ſi Princeps iubeat exigi tributum ab eo, quem exemerat à tributis. Ratio eſt tum quia non ſolùm verbis, verum etiam factis voluntas legiſlatoris manifeſtatur. Tũ quia tacitum æquiparatur expreſſo. Ita Felinus cap. Nonnulli de reſcriptis, Suarez loco citato, Salas loco cit. num. 72. vbi refert Bart. & alios. Idem à fortiori ſentiunt alij DD. in ſimili relati de diſpẽſatione tacita.

Hoc tamen limita primò, modò Princeps conſcius ſit talis priuilegij, nam ad tacitam priuilegij reuocationem requiritur, vt Princeps cognoſcat priuilegium; cùm voluntas non feratur in incognitum. Ita Suarez cap. 28. nu. 5. & alij. Propterea DD. communiter contra Panormit. cap. Ex parte de Capellis Monachorũ, & alios, quos ipſe refert, ſentiunt, priuilegium, quod non cõtinetur in corpore iuris, non reuocari per legem poſteriorem contrariam, vel per aliud priuilegium cõtrarium, niſi in ea fiat expreſſa mẽtio priuilegiorum; nam Princeps non præſumitur ſcire facta particularia, quæ non continentur in corpore iuris. Ita Salas loco citato nu. 73. & 75. Suarez lib. 8. cap. 39. nu. 2. & alii communiter.

Ex quo patet à contrario ſenſu, priuilegiũ inſertũ in corpore iuris abrogari poſſe per poſterius priuilegium; ſiue poſterius inſertum ſit in corpore iuris, ſiue non; quia priuilegium inſertum in corpore iuris nõ præſumitur ignorari; vt patebit ex dicendis in ſolutione dubij ſubſequentis.

Secundò limita quò ad illam partem, cui repugnat actus Principis; nam ſi Princeps iubeat exigi tributum pro vno anno, vel pro vna vice, non cenſetur reuocare, vel ſuſpẽdere priuilegium exemptionis à tributis, niſi pro illo anno, vel illa vice; modò aliter non exprimat; nã reuocatio eſt odioſa, & vergit in præiudicium alterius; ergò non eſt extendenda. Ità Suarez cap. 28. num. 5.

15 Sed modò dubium eſt, vtrum priuilegium cenſeatur tacitè reuocari per ſubſequentem legem, vel per nouum priuilegium, vel per reſcriptum, ſeu mandatum particulare, vel per ſententiam Iudicis.

Reſpondeo primò, per legẽ ſubſequentem nõ reuocari priuilegia non contenta in corpore iuris, niſi fiat mentio priuilegiorum. Ratio eſt quia priuilegia cenſentur iura quædam priuata; Princeps autem non præſumitur ſcire iura priuata, nec particularia facta; cap. 1. de Conſtit. in 6. Ita Suarez lib. 8. cap. 39. num. 2. Salas loco citato, & alii communiter.

16 Reſpondeo ſecundò, priuilegium non contentũ in corpore iuris nõ reuocari per particulare mãdatum, ſeu præceptum, ſeu reſcriptum Principis; niſi fiat mentio priuilegii. Ratio eſt tum quia ſicut reſcriptum particulare contra ius commune non derogat illi, nec validum eſt, niſi fiat illius mentio; cap. Reſcripta, 25. q. 2. & L. Reſcripta, C. de precib. Imperatori offerendis,

dis, Panormit. cap. Ex parte de Capellis Monachorum, Salas diſput. 17. ſect. 14. nu. 76. Suarez lib. 8. cap. 39. nu. 3. Ita multò minus validum eſt reſcriptum contra priuilegium, non facta ipſius mentione. Ita Panormit. Salas, Suarez, & alij communiter ex cap. Cũ ordinem 6. de reſcriptis.

17 Reſpondeo tertiò, priuilegium præcedens nõ inſertum corpori iuris, non reuocari per ſubſequẽs priuilegium repugnans præcedẽti, niſi ipſius fiat mentio; etiamſi poſterius inſertum ſit in corpore iuris. Ratio eſt tum quia Princeps præſumitur ignorare ius particulare; niſi ipſius faciat mentionem, cap. 1. de conſtit. in 6. ſed priuilegium cenſetur ius quoddam priuatum, & particulare; ergo Princeps præſumitur illud ignorare; conſequenter non præſumitur illud reuocare per poſterius priuilegium, niſi ipſius faciat mentionem, cum ignorantia tollat voluntariũ. Tum quia, ſicut ſubreptitium cenſetur priuilegium obtentum contra conſuetudinem patriæ, vel cõtrà patriæ ſtatutum, vel ſententiam, non facta mẽtione cõſuetudinis, vel ſtatuti, vel ſententię; vt patet ex cap. citato; ita ſubreptitium videtur poſterius priuilegium, non facta mentione prioris. Tum quia priuilegiarius acquiſiuit ius per prius priuilegium; Princeps autẽ non pręſumitur velle iuri alteri acquiſito præiudicare ſine ipſius notitia. Tũm quia cap. Veniens de præſcriptionibus decernitur, quoddam priuilegium irritum fuiſſe, quia in ipſo facta non fuerit mentio præcedẽtis. Ita Doctores citati.

Hoc tamen intelligi debet primò, modò prius priuilegium non ſit inſertum in corpore iuris; vt dixi in principio tertiæ reſponſionis; huiuſmodi enim priuilegio derogari poteſt per poſterius priuilegium, iuxta oppoſitionem, quam cum ipſo habet poſterius priuilegium. Ratio eſt quia priuilegium in corpore iuris contentum non præſumitur ignorari; ergo præcedens priuilegium derogatur per poſterius illi contrarium. Ita Felinus in cap. Nonnulli de reſcriptis. Suarez loc. cit. Salas num. 77. & alij, Contra Panormit. cap. Ex parte, de Capellis Monachorum, & alios. Et hoc valet, ſiue poſterius ſit in iure, ſiue non, ſiue ſit ſpeciale, ſiue generale, vt patet ex allata ratione.

An verò hoc valeat in reuocatione priuilegiorum, quæ in Conciliis generalibus continentur, patet ex ſupra dictis.

Secundò limita, & intellige, modò prius priuilegium non ſit generale, poſterius verò ſpeciale; nam iuxta communiorem DD. ſententiam, quando prius priuilegium eſt generale, poſterius verò ſpeciale, priori priuilegio tacitè derogatur per poſterius; quamuis in poſteriori non fiat mentio prioris; modò priuilegiarius virtute prioris priuilegij nondum acquiſierit rem, eãquè tãquam propriam poſſederit. Ratio eſt tum quia generi per ſpeciem derogatur, vt eſt commune axioma. Tum quia Princeps per generalem cõceſsionem prius factam nõ pręſumitur voluiſſe ſibi facultatem adimere, quin poſsit aliquam ſpecialem gratiã alicui conferre, non obſtante priore generali, & aliquam exceptionem facere a gene-

generali gratia. Tum quia ſic colligitur ex cap. Quamuis tibi de prębendis in ſexto, & cap. Dudum, §. Nos igitur. Ita Syluester verbo Priuilegium, quæſito 10. Suarez loco citato, Salas loco citato num. 74. & 79. Contra Gloſſam, & Panormi. apud Suarez loc. cit.

Ex dictis in hac tertia reſpõſione ſequitur, prius priuilegium non reuocari per poſterius, quãdo vtrũque eſt generale, aut quando vtrũque eſt ſpeciale, aut etiam quando prius eſt ſpeciale, poſterius generale. Ita communiter Doct. ex Salas loco citato, num. 74. Secus dicendum eſt, ſi prius ſit generale, ſecundum verò ſpeciale vt patet ex ſecunda limitatione. Neque in hoc caſu obſtat ignorantia prioris priuilegij; quia huiuſmodi ignorantia dicitur tantummodo comitans; nã Superior adhuc concederet ſecundum priuilegium, cognito priori, & non præſumitur voluiſſe ſibi per prius priuilegium generale auferre facultatem concedendi gratiã ſpecialem, non obſtante priori generali, & Pontifices ita potuerunt conceſsiones ſuas explicare. Hoc tamen limita, modò priuilegiarius virtute prioris priuilegij nondum acquiſierit rem ipſam, eamq; propriam effecerit; tunc enim procedit ſententia Gloſſæ, Panormitani, & aliorum aſſerentium prius priuilegium generale non derogari per poſterius ſpeciale. Tum quia huiuſmodi priuilegium videretur iniuſtum. Tum quia Princeps non præſumitur velle alteri præiudicare in iure acquiſito ſine illius cognitione, & ſine grauiſsima cauſa; vt benè docet Suar. loc. cit. nu. 8. Panormit. cap. Veniens cit. Salas loc. cit. nu. 74. ad finem, & nu. 79. & diſp. 20. ſect. 18. n. 125.

18 Reſpondeo quartò, priuilegia reuocari per ſententiam cõtra priuilegium latã ab eo, qui poteſt priuilegium auferre. Ratio eſt tum quia huiuſmodi ſententia comparatur iuri contrario ipſi priuilegio, ſicut autem per ius contrarium ipſi priuilegio reuocatur priuilegium: ita etiam reuocatur per ſententiã latam contra priuilegium. Tũ quia cap. Suborta de ſent. & re iudic. ad finem dicitur, ſi Innocentij priuilegium fuit Alexandro in iudicio repræſentatum, & ipſe tulit ſententiam contra illud, intelligitur reprobaſſe, vel vt aliqui legunt, intelligitur reuocaſſe. Tum quia, ſicut (inquit Glo. in dicto cap. Suborta) inſtrumẽtũ dicitur reprobatum eo ipſo quòd, cum Iudici oſtenditur, iudicat contrarium: ita priuilegiũ intelligitur reuocatum eo ipſo, quo legitimus Superior ſentẽtiam profert contra priuilegium. Ita Salas diſp. 17. ſect. 14 nu. 72. & ſect. 15. nu. 78. Suarez lib. 8. cap. 39. num. 4. Azorius lib. 5. cap. 22. quæſito 9. & alij.

Hęc tñ intellige primò, modò Iudex conſcius ſit priuilegij; quomodo enim Iudex ferre poteſt ſententiam contra priuilegium, cuius nõ eſt conſcius? voluntas enim non fertur in incognitum.

Secundò, modò ſentẽtia ſit iuſta, & nõ cõtra rei veritatẽ; nã ſñia iniuſta contra rei veritatẽ, nõ eſt ſententia; vt patet, tum ex ſupra dictis de legibus, tùm ex dicẽdis in octauo Decalogi præcepto.

Sed hinc gradum faciamus ad explicandam tertiam propoſitionem, in qua explicandã propoſuimus, quænam requirantur, vt reuocatio

Digitized by Google

catio priuilegij ſuum effectum habeat, itaut actus poſt ipſius reuocationem facti nō valeant. Pro iſtius propoſitionis intelligentia.

19 Supponendum eſt, reuocationem priuilegij duobus modis fieri poſſe. Primò per legem publicam. Secundò per priuatā reuocationē.

TERTIA PROPOSITIO.

20 VT reuocatio priuilegij facta per legem habeat ſuum effectum, requiritur publicatio reuocationis; ſicut enim lex nō obligat ante publicationem: ita reuocatio priuilegij facta per legem nō habet ſuum effectum, antequàm publicetur; nam ſtandum eſt regulæ generali, quoties aliud ſpeciale non diſponitur. Ità DD. ſupra citati de legibus. Idem tradit Suarez, lib.8.cap.40. Salas de legibus, diſp.17. ſect.17.num.80. Facta verò publicatione, priuilegium manet reuocatum, itaut acta non valeant, etiamſi ignoranter, & abſquè culpa fiant; vt patet ex ſupra dictis de diſpenſationibus.

Excipe actus publicos factos cū errore communi, & titulo colorato; nam iſti validi ſunt, L. Barbarius, ff. de off. præt. Ita DD. citati.

An verò ad reuocationem priuilegij per legem requiratur ſpatium duorum menſium poſt publicationem; patet ex ſupra dictis de legibus; idem enim aſſerendum videtur in reuocatione priuilegiorum ſecularium per leges, quod ſupra aſſeruimus de obligatione legum. Ita Salas loco citato, num. 80. Suarez, cap.40. & alij.

Dixi facta per legem; nàm reuocatio priuilegij facta priuatim, & non per legem, operatur ſuum effectum, poſtquàm reuocatio peruenit, vel ſaltem facilè potuit peruenire ad notitiam illius, cui conceſſum erat priuilegium, & nō anteà. Ratio eſt tum quia ſicut conceſsio priuilegij nō operatur, ſuāq; vim nō habet, antequàm innoteſcat illi, cui cōceditur; vt ſupra dictum eſt; ita illius reuocatio non operatur, antequàm de illa certior fiat is, cui datum fuerat priuilegiū; nam res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Tum quia alioquin facilè poſſent plura incōmoda ſequi. Tum quia quoties ſuperior non poteſt licitè, aut validè priuilegium reuocare, nec reuocationem ſciri ab ijs, quibus priuilegium conceſſum fuerat, nō eſt præſumendum velle reuocare, antequā reuocatio ipſis innoteſcat; alioquin aut nihil ageret; vt docet Salas loco citato; aut ſaltem delinqueret; quod non eſt præſumendū. Ita Sotus primo de iuſtitia, quæſt.1. art.4. Salas, num.8. & alij communiter, teſte Azorio tom.1. lib.5. cap. 22. quæſito 7. Immò aliqui DD. non improbabiliter ſuſtinent, reuocationem priuilegij non operari ſuū effectum, niſi reuocatio per litteras, aut per nunciū ad hoc deſtinatū perueniat ad notitiā priuilegiarij; conſequēter ad reuocationem priuilegii non ſufficere, vt priuilegiarius alio modo cognoſcat reuocationē; niſi fortè reuocans velit quamcunquè reuocationis notitiā ſufficere; vt oſtendit Sanchez, lib. 3. de matrimonio, diſp.30. num. 13. & diſp.36. num.9. Idem innuit Azorius loco citato, & alij apud Sanchez; Contra Suarez, lib.8. cap.40. num.7. Felinum, & alios, exiſtimā-

tes ſufficere, quacumquè via reuocatio innoteſcat illi, cui datum fuerat priuilegium. Fundamenta, & rationes horũ DD. colligi poſſunt à ſimili ex ſupra dictis de acceptatione priuilegij.

21 Ex dictis colligi poteſt primò, Doctores aſſerentes, gratiam, ſeu priuilegium, vel iuriſdictionem Vicarij, vel delegati non expirare, antequàm reuocatio cognita ſit ab eo, cui gratia, vel iuriſdictio conceſſa fuerat; intelligendos non eſſe de reuocatione facta per legem; quia reuocatio facta per legem ſortitur ſuum effectũ, quamuis ignoretur.

22 Secundò, Confeſſarium, cui conceſſa fuerat facultas abſoluendi à peccatis, quamuis reſeruatis, validè abſoluere pœnitentes poſt reuocationem facultatis factã priuatim, & ſibi ignotam. Secus dicendum eſt, ſi reuocatio facta fuit per legem; vt dictum eſt in prima reſponſione. Ita Azorius quæſito 7. Salas, num.82. & alij DD. citati.

23 Tertiò patet, quid dicendum ſit de reuocatione Indulgentiarũ, quæ nondum innotuit iis, qui præſtant opera ad illa conſequenda; vt docui de Indulgẽtijs; & idem præter DD. ibi citatos docet Azorius loco citato, quæſito 7. Salas loco cit. ad finem, Sylueſter verbo, Indulgentia, quæſito 5.

24 Quartò patet, quid dicendum ſit de priuilegio conceſſo Communitati, vel Collegio, vel Ordini, vel dignitati, vel Ciuitati, vel Prouinciæ, vel Parochiæ; ſatis enim eſt, vt denũtietur Communitati, ſeu corpori Communitatis, vel Ordini, vel Collegio, vel dignitati, cui conceſſum fuerat; & non eſt neceſſe, vt innoteſcat ſingulis. Item ſatis eſt, vt reuocatio publicetur in loco, cui conceſſum fuerat. Ità Azorius loco citato, quæſito 7. ad finem, Salas, diſp.20.ſect.18.num.126.

§. IV.

Vtrùm priuilegium amittatur per renuntiationem.

1 *Priuilegium amittitur per voluntariam renuntiationem.*

2 *Inualida eſt renuntiatio priuilegij facta per dolum, vel metum.*

3 *Priuilegium non amittitur per ſolam voluntatem renuntiantis, niſi renuntiatio acceptetur.*

4 *Duplex eſt priuilegium.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Priuilegium amittitur per voluntariam priuilegij renuntiationem factam à priuilegiario, & acceptatam à concedente. Ita communiter DD. Ratio patet, tum ex cap. Si de terra, & cap. Si accidentibus de priuilegiis. Tum quia priuilegium vim habet, & pendet à voluntate concedentis; ſed poſt renuntiationem priuilegii acceptatam à concedente priuilegium non amplius pendet ab eius volũtate: ergo non amplius habet vim, conſequenter per renuntiationem acceptatam à concedente amittitur, quatenus ſcilicet renuntians voluit renuntiare. Itaquè ſi intendat priuilegium abſolutè, & in totũ renuntiare, priuilegium amittitur in totum: ſi intendat renuntiare, quò ad partem, vel ad aliquod ſolummodò tempus, priuilegiũ amittitur ſolum quò ad illam partem,

vel

vel illud tempus.

2 Dixi per voluntariam renũtiationem, vt aduerterem, priuilegiũ non amitti per inuoluntariam renuntiationem, vt ſi fiat per dolum, vel per metum, vt patet ex dictis de cõtractibus, & de donatione: nã renuntiatio eſt veluti quędam donatio: donatio autem fieri non poteſt per dolum, vel metum.

3 Dixi per renuntiationẽ acceptatam, vt aduerterem, priuilegium non amitti per ſolam voluntatem renuntiãtis; vt patet ex ſup. dict. de diſpenſatione. Ita Nugnus in addit. ad 3. par. quæſt. 25. art. 4. dubio penultimo, pag. 481. & alij communiter apud Sanchez, lib. 8. diſp. 32. & apud Suarez, lib. 8. cap. 33. Ratio eſt quia priuilegium vim habet à voluntate concedentis; ſi ergo ſuperior non reuocet, vel renuntiationem nõ acceptet, priuilegiũ adhuc viget, & priuilegiarius poteſt mutata voluntate illo vti.

Obſerua tamen, nos hic loqui de priuilegio, quod habet tractum ſucceſsiuum; non verò de priuilegio, quod habet effectũ momentaneũ; duplex enim eſt priuilegium; vt bene docet Suarez loco citato, num. 1. vnum, quod habet tractum ſucceſsiuum, & conſiſtit in potentia faciendi, vel omittendi aliquid in futurum; qualis eſt facultas audiendi Confeſsiones, non ſoluendi tributa, &c. Alterum, quod habet effectum momentaneum, quod ſcilicet operatur ſtatim ac obtentum eſt; vt eſt diſpenſatio in impedimẽto matrimonij, in irregularitate, &c. Priuilegium primi generis renuntiari poteſt, non verò ſecundũ; nam qui diſpenſationem obtinuit in impedimento, exempli gratia conſanguinitatis, non poteſt renũtiare diſpenſationi, itaut per renuntiationẽ diſpenſationis fiat inhabilis ad cõtrahendum; non enim poteſt ſe inhabilem efficere, cum inhabilitas pendeat à ſuperiore, qui non poteſt priorem inhabilitatem, quæ ſublata fuit, inducere, ſed nouam.

§. V.

Vtrum priuilegium amittatur per non vſum.

1 *Quodnam dicatur priuilegium affirmatiuum, & negatiuum.*
2 *Duplex eſt priuilegium affirmatiuũ.*
3 *Priuilegium affirmatiuum, quod vergit in grauamen aliorum, amittitur per non vſum.*
4 *Priuilegium, quod non cedit in grauamen alterius, non amittitur per non vſum.*
5 *In quibus caſibus priuilegium amittatur per non vſum.*

1 NOtandum primò, priuilegium aliud eſſe affirmatiuum, quo conceditur facultas aliquid faciendi, vt exigendi tributa, &c. Aliud negatiuum, quo conceditur facultas non faciendi aliquid, vt non ſoluendi tributa, &c.

2 Notandum ſecundò, priuilegiũ affirmatiuum alterum eſſe, quo cõceditur facultas aliquid faciendi cedens in grauamen, & onus aliorum, vt eſt priuilegium imponendi tributum, vel exigẽdi decimas extraordinario modo: Aliud, quo conceditur facultas aliquid faciẽdi abſquè aliorum grauamine; vt eſt priuilegium comedendi carnes, vel anticipatè recitandi officium,

vel audiendi Diuina in loco interdicto, vel audiendi Confeſsiones, aut eligendi Confeſſarium, &cæt. quæ nulli præiudicium afferre videntur; & licet videātur præiudicialia poteſtati ordinariæ Paſtorum: tamen modicum eſt præiudicium, & potius vergit in ipſius leuamen, & in fauorem animarum.

VNICA PROPOSITIO.

3 PRiuilegium affirmatiuum, quo conceditur facultas aliquid faciendi in grauamen aliorũ, amittitur per non vſum priuilegij, quatenus illi, in quorum grauamen cedit, priuilegium præſcribunt exemptione à tali onere per tempus legitimum. Hæc propoſitio patet ex dictis de præſcriptione, eamque tradit Suarez, lib. 8. cap. 34. num. 15. eamque à fortiori ſequitur Bartolus, Baldus, Iaſon, & alij DD. ſtatim citandi, omiſsis ijs, quos retuli de præſcriptione, vbi etiam oſtendi, quantum temporis ſpatium requiratur ad præſcriptionem.

4 Priuilegium verò, quod nõ vergit in aliorum grauamen, vt eſt priuilegium, quo conceditur facultas aliquid faciendi abſque aliorum detrimento, regulariter loquendo nullo tẽpore in foro cõſcientiæ, vel externo amittitur per nõ vſũ; etiãſi longiſsimum tempus intercedat; modò priuilegium conceſſum ſit abſquè temporis determinatione. Ratio eſt tum quia nullo iure probatur, huiuſmodi priuilegium per non vſum amitti. Tum quia cum huiuſmodi priuilegium non reſpiciat, vel grauet alios, non eſt cur dicamus præſcriptione amitti per non vſum.

5 Dixi regulariter, quia in iure ſunt expreſsi aliqui caſus, in quibus priuilegium amittitur per nõ vſum ſpatio ab ipſo iure præſcripto; vt eſt priuilegium nũdinarum, quod per non vſum ſpatio decennij amittitur, L. 1. ff. de nundinis; nam huiuſmodi priuilegium cenſetur ſub hac conditione conceſſum, & acceptatum, vt extinctum cenſeatur per nõ vſum decenij. Ita Suarez, lib. 8. cap. 34. num. 17. Felinus, cap. Cum acceſsiſſent de præſcript. num. 26. & 27. Reginaldus, & alij, quos in ſimili retuli de conſuetudine. Quanquam Bartolus, & Iaſon, L. 1. ff. de nundinis, & L. Falsò C. de diuerſis reſcriptis, Felinus, cap. Cum acceſſiſſent, Menochius, lib. 10. conſil. 913. folio mihi 65. Abbas, Cynus, Salicetus, & alij, quos citat, & ſequitur Azorius prima parte, lib. 5. cap. 22. quæſito 8. Salas diſp. 17. ſect. 13. nu. 63. generaliter putant, priuilegium affirmatiuum amitti per non vſum decennij cõtinuatum; vt colligitur, tum ex L. 1. ff. de nundinis; tum à ſimili ex dictis de præſcriptione. Tum quia priuilegiarius per non vſum decennij cenſetur tacitè renunciaſſe priuilegio. Hoc tamen limitant, modò oblata ſit occaſio vtendi priuilegio, & priuilegiarius illo non ſit vſus ſciens, & potens vti: & hic appellatur non vſus priuatiuus, non verò negatiuus, non enim in vtroque eadem eſt ratio, ſed diuerſa. Quamobrem qui multis annis non eſt vſus priuilegio, ſeu facultate, ſeu iuriſdictione, eo quòd nunquam ſe obtulerit occaſio illo vtendi, non amittit, priuilegium, quia hic non vſus non dicitur priuatiuus, ſed negatiuus, qui non repugnat priuilegio, nec arguit taci-

Digitized by Google

tam voluntatem renuntiandi priuilegio, vt docet Suarez, num. 4. citato Decio, Menochio, & aliis. Vndè qui onus ſubditis, quod ex priuilegio poterat imponere, non impoſuit, eo quòd nulla ſe dederit occaſio imponendi, vel quòd fuerit infirmus, vel abſens, vel nō potuerit, vel neſcierit: non amittit priuilegiū imponendi onus ſubditis. Idem dicendum putant, ſi onus non impoſuit, ſeù ſi non eſt vſus priuilegio ob aliquod pactum, quo aliquid ei traditur in ſingulos annos, vel dies, ne priuilegio vtatur: tunc enim priuilegium nullo tempore amitti videtur, quia poſita tali conuentione non currit præſcriptio contra priuilegiariū, vt in ſimili docet Felinus, cap. Illud de præſcript. concl. 11. Baldus de præſcript. in quarta parte quintæ partis, quæſt. 4. num. 6. quibus adhęret Suarez lo. cit. num. 26. ad finem. Secus dicendum eſt, ſi non impoſuit onus ſubditis ſciens, & potens imponere: tunc enim amittit priuilegium per non vſum continuatum per decenniū: quanquam in priuilegiis Eccleſiæ maius temporis ſpatium requiri obſeruat Salas loco cit. num. 64. Suarez. num. 20. loco cit. Panormit. loco citato, & patet à ſimili ex dictis de præſcriptione.

Addit Salas hæc non ſolum procedere in foro externo, verum etiā in foro conſcientiæ iuxta probabiliorem opinionem: modò non vſus fuerit prædicto tempore continuatus, ideſt, modò præſcriptio, ſeu non vſus non fuerit per aliquem vſum interruptus, vt docet Salas loco citato, & innuit Suarez, num. 24. & alii DD. citati.

Hinc colligunt præcitati DD. cū proportione priuilegium reſtringi per vſum reſtrictum, videlicet per non vſum maioris gratiæ, vel fauoris, quo vti poterant iuxta priuilēgium. Ita Bartolus, Baldus, & Iaſon apud Suarez loco citato: nam quæ ratio eſt totius ad totum, eadem videtur partis ad partem: ſicut ergo per non vſum totius priuilegii amittitur priuilegium in totū: ità per non vſum partis, pars amittitur. Hæc opinio probabilis eſt.

Sed mihi probabilius videtur qđ in propoſitione cum diſtinctione docui. Nequè obſtant rationes in contrarium. Tum quia loquuntur in caſu particulari nundinarum, ex quo non licet regulam generalem inferre, vt benè docet Suarez loco cit. num. 22. Tum quia ex dictis de præſcriptione non colligitur, priuilegium, quod nō cadit in aliorum grauamen, præſcribi. Tum quia non vſus præcisè non arguit animum renuntiandi; non enim eſt maior ratio, præciſis caſibus particularibus in iure expreſsis, cur priuilegiarius cenſeatur decennio, & non quinquennio cedere priuilegio.

Exceptis igitur caſibus in iure expreſsis, priuilegium non amittitur per non vſum. In caſibus verò in iure expreſsis, non ſolum in foro externo amittitur tempore in iure præſcripto: verum etiam probabilius eſt amitti in foro conſcientiæ, quia priuilegia cenſentur tacita cōditione conceſſa, vt lapſo tali tempore amittantur per non vſum. Ita Suarez, num. 29.

§. VI.

Vtrum priuilegium amittatur per contrarium vſum, ideſt per actum contrarium priuilegio.

1 *Modus amittendi priuilegium per contrarium vſum præcipuè reperitur in priuilegijs negatiuis.*

2 *Priuilegium amittitur per vſum materialiter, & formaliter contrarium priuilegio.*

3 *Habens priuilegium non ieiunandi in Quadrageſima non amittit illud, ſi poſt Paſcha ieiunet.*

4 *Vt actus dicatur contrarius priuilegio, debet fieri à priuilegiario.*

5 *Priuilegium non amittitur, quando priuilegiarius aliquid facit animo non renunciandi.*

6 *Vt priuilegium amittatur per contrarium vſum, requiritur, vt actus ſit contrarius priuilegio materialiter, & formaliter.*

7 *Si priuilegium cedit in vtilitatem priuatam, ille poteſt renuntiare priuilegio, in cuius fauorem conceſſum eſt.*

8 *Minor poteſt renuntiare priuilegio reſtitutionis in integrum.*

9 *Quid requiratur, vt minor poſſit priuilegio reſtitutionis in integrum renuntiare.*

10 *Quando priuilegium conceſſum eſt ob bonum commune, non poteſt à priuata perſona renuntiari.*

11 *Vt priuilegium amittatur per contrarium vſum, actus debet eſſe contrarius toti priuilegio.*

12 *Priuilegium non amittitur per vſum contrarium, quando non conſiſtit in vnico actu.*

13 *Quantum temporis requiratur ad præſcriptionem priuilegiorum.*

14 *Priuilegium, quod habet tractum ſucceſſiuum, non amittitur per quemlibet actum contrarium priuilegio.*

15 *Priuilegium conceſſum Communitati amittitur per actum factum à tota Communitate.*

16 *Per contrarium actum priuilegium amittitur in foro externo, & in foro conſcientiæ.*

1 OBſeruandum eſt, hunc modum amittendi priuilegiũ pręcipuè reperiri in priuilegijs negatiuis, quib' opponitur actio, quæ fit contra id, qđ in priuilegio conceditur, vt ſi quis priuilegium habens non ſoluendi tributum, non ieiunandi certis diebus, quibus ex Eccleſiæ præcepto ieiunandum eſt: tributum ſoluat, aut ieiunet, hic dicitur actum contrarium priuilegio negatiuo facere.

Hoc poſito, tria principaliter quærenda ſunt in hoc §.

Primò, vtrum priuilegium amittatur per actum contrarium.

Secundò, vtrum amittatur per quemlibet actum.

Tertiò, vtrum amittatur in vtroquè foro.

PRIMA PROPOSITIO.

2 PRiuilegium amittitur per vſum materialiter, & formaliter contrarium priuilegio. Ratio eſt tum quia priuilegiarius præſumitur renuntiare priuilegio. Tum quia ſic decernitur, cap. Cũ acceſſiſſent de conſtit. cap. Accedentib', de priuilegijs, cap. Porrò, & cap

Recce-

Recepimus de priuilegijs. Tũ quia lex ceſſat per actus contrarios; ergo etiam ceſſare videtur priuilegium. Ita Syluest. verbo Priuilegiũ, quæſito 10. ad finem, Menoch. lib. 10. conſil. 913. folio mihi 65. Panormitanus, Bartolus, & alij Doctores ſtatim citandi.

Dixi per vſũ materialiter, & formaliter contrarium priuilegio; nã vſus materialiter ſolum contrarius priuilegio non tollit priuilegium. Propterea ſi priuilegiarius faciat aliquid cõtra priuilegium, neſciẽs, vel non aduertens eſſe contra priuilegium, non amittit priuilegium, quia talis vſus nõ videt̃ ſufficiẽter voluntarius ad hunc effectum, & videtur ſolum materialiter cõtrarius priuilegio; nam hæc amiſſio reuocatur ad virtualem renũciationẽ, nullus autem cenſetur velle renuntiare quod ignorat, cum ignorãtia tollat voluntarium. Item non videtur amittere priuilegiũ, ſi aliquid, quod videtur contrariũ priuilegio, faciat, præmiſſa proteſtatione non præiudicandi priuilegio; nam proteſtatio excludit voluntatem renũtiandi priuilegio, oſtenditque talẽ actum non eſſe contrarium formaliter priuilegio; cum nõ fiat à priuilegiario, tanquàm ex obligatione, ſeu animo ſubijciendi ſe obligationi, quæ ablata fuerat per priuilegium. Ita Bart. L. 1. C. de his, qui ſpontè, Panormit. cap. Cum acceſſiſſent, Suarez lib. 8. cap. 35. nu 3. & 24. Salas d. 17. ſect. 13. nu. 66. Felin. cap. Cum acceſſiſſent, nu. 30. vbi refert Bal. & alios.

Si verò priuilegiarius faciat aliquem actum cõtrarium formaliter priuilegio, ſi videlicet illum faciat tãquam ex obligatione, ſeu animo ſubijciendi ſe obligationi, amittit priuilegium; quia talis actus nõ ſolum materialiter, verùm etiam formaliter opponitur priuilegio. Quãobrem qui priuilegium habet non ieiunandi, aut non recitandi Diuinum officium, aut non ſoluendi tributum, ſi tributum ſoluat, aut ieiunet, aut officium recitet, non gratis ex mera liberalitate, ſeu ex deuotione; ſed ex obligatione, ſeu animo ſubijciẽdi ſe obligationi; amittit priuilegiũ, quia talis vſus videtur contrarius priuilegio.

3 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui facit aliquem actum nõ ea occaſione, nec eo tempore, pro quo datum erat priuilegium, non amittere priuilegium; vt ſi quis habens priuilegium non ieiunandi in quadrageſima, ieiunet poſt Paſcha, nõ amittit priuilegiũ; quia ieiunat eo tempore, pro quo non erat datũ priuilegium; conſequenter per hunc vſum non amittit priuilegium. Ita DD. citati.

4 Secundò, ſi dum Caius habet priuilegium non ieiunandi in quadrageſima, Titius ieiunet in quadrageſima, Caius non amittit priuilegium, quia ieiunium Titij non eſt contrarium priuilegio Caij; nã contraria debent circa idem verſari.

Ex quo patet, vſum, ſeu actum vt dicatur contrarius priuilegio, debere fieri ab ipſomet priuilegiario. Ita Suarez loco citato, nu. 3.

Tertiò, priuilegium non amitti, quoties ex ſignis, & cõiecturis ſufficienter conſtat, priuilegiarium aliquid feciſſe animo nõ renunciãdi; ſicut enim ex vſu contra priuilegiũ colligitur præſumptio volũtatis renuntiandi priuilegio; ita etiam ex

alijs

alijs coniecturis poteſt contrarium præſumi, & vna præſumptio poteſt per contraria indicia, & coniecturas vinci, & ſuperari. Ita Glo. cap. Pro illorum de præben. Bart. & alij apud Salas loc. cit. & apud Suarez lib. 8. cap 35. nu. 25. ſub finem, aſſerentes, priuilegiatũ non eſſe priuãdum priuilegio, quoties ex coniecturis conſtat non habuiſſe animũ renuntiandi. Verùm, ſi priuilegiarius actum fecit contra priuilegiũ, intentione non renuntiandi; intentionem autem ſuam nequeat in foro externo probare, tenetur ratione ſcandali vitandi ſe gerere, ac ſi re ipſa renunciaſſet. Præciſo verò ſcandalo, non tenetur; ſed poteſt ſibi conſulere; quia ſententia materialiter iniuſta, contra rei veritatem, non obligat in conſcientia, præciſo ſcandalo. Ita Suarez lo. cit. nu. 25. ad finem.

6 Quartò ſequitur, vt priuilegiũ per contrarium vſum amittatur, requiri, vt actus ſit cõtrarius priuilegio materialiter, & formaliter.

Addo etiam requiri, vt actus fiat ab eo, qui poteſt priuilegia explicitè renuntiare; nam qui non poteſt explicitè renuntiare, neque poteſt implicitè; amiſsio autem priuilegij per contrarium vſum contingit ob tacitam renuntiationem, vt docet Panor. cap. Cum acceſsiſſent de cõſti. nu. 8 Salas loc. cita. & alii apud Suarez lib. 8. cap. 35. nu. 8.

7 Si quæras, quiſnam poſsit priuilegio renũtiare; diſtinguendum eſt, iuxtà ſupra dicta. Vel priuilegium principaliter cedit in vtilitatẽ priuatæ perſonæ, ideſt datur ob bonũ priuatum. Vel cedit in vtilitatem boni cõis, ideſt dat̃ principaliter intuitu boni cõis. Hoc poſito.

Reſpondeo primò, ſi priuilegium principaliter cedit in vtilitatẽ priuatam, is poteſt renũtiare, in cuius fauorem conceſſum eſt. Ratio eſt tũ quia ſic habetur cap. Ad Apoſtolicam de regular. & L. Pactum, ff. de pactis, & L. Quod fauore, C. de legibus. Tum quia quilibet poteſt iuri ſuo cedere, & nullus cogit̃ inuitus beneficium acceptare, & retinere. Quamobrem de Contractib. diſput. 3. quæſt 9. punct. 2. num. 2. & quæſt. 3. pun. 1. nu. 7. docui cum communiori ſententia, mulierẽ, cui cõceſſum eſt priuilegium, ne obligetur fideiuſsione, poſſe huic priuilegio cedere, & conſequenter fideiubere; vt patet ex rationibus allatis; modò tamen renuntiet coram Magiſtratu, vel cum iuramẽto, vel conſulto marito; cum enim hoc priuilegium conceſſum ſit mulieri ob fragilitatem, ne ob imperfectionẽ deliberationis, ſeu ob facilitatem temerè ſe alijs obliget, fieri poteſt, vt etiã huic priuilegio, quod Velleianum in iure nuncupatur, temerè renuntiet; ergo par eſt, vt illud renuntiet cum iuramento, vel corã Magiſtratu. Contrarium docet Salas diſp. 17. ſect. 2. nu. 25. & ſect. 12. nu. 69. ſub finem, Bart. & alij apud Azorium lib. 5. cap. 22. quæſito 10. & apud Salas loco citato, putãtes, hoc priuilegium conceſſum eſſe ad bonum commune: conſequenter mulierem nõ poſſe huic priuilegio renuntiare.

8 Præterea diſp. 3. de Contractib. quæſt. 1. punc. vlt. nume. 3. ad finem innui, minorẽ poſſe priuilegio, ſeu beneficio reſtitutionis in integrum renuntiare, nam huiuſmodi priuilegium videtur principaliter conceſſum in fauorem minorum. Contra-

Digitized by Google

trarium docet Salas loco cit. ſect. 13. ad finem, Azorius lib. 5. cap. 22. quæſito 10. ad finem, & alij.

9 Concedo tamen, minores non poſſe huic priuilegio cedere, niſi addant iuramentum, quo iurent ſe non vſuros hoc priuilegio; vel non petant veniam ætatis à Principe, ſeu à Regijs Senatoribus; cum enim huiuſmodi priuilegium conceſſum ſit in fauorem minorum ob ipſorũ imbecillitatẽ, par non eſt, vt huic priuilegio cedere queāt ſine iuramẽto, vel nō impetrata venia ætatis, iuxta iuris diſpoſitionem.

10 Reſpondeo ſecundò, ſi priuilegiũ conceſſum ſit intuitu boni cōmunis, non poteſt perſona priuata illi renuntiare, etiamſi redundet in bonum illius perſonæ priuatæ; modò bonum priuatum non ſit reparabile à communi. Ratio patet, tũ ex cap. Si diligēti; tum ex L. Ius publicum, ff. de pactis. Tum quia par non eſt, vt bonum commune poſitum ſit in arbitrio cuiuslibet perſonæ priuatæ, & à voluntate cuiuſcũque pendeat. Quamobrem nullus Cleric⁹ poteſt priuilegio Canonis, aut fori conceſſo Clericis renuntiare; conſequenter qui Clericum nō inuitum iniurioſè percutit, aut cōſentientem trahit ad laicale tribunal, afficitur pœnis in iure contentis cōtra percutientes Clericos, aut trahentes ad tribunalia ſecularia. Ita Panor. cap. Si diligenti, nu. 7 & alij apud Salas diſp. 17. ſect. 3. num. 24. apud Azorium prima parte lib. 5. cap. 22. quæſito 10. Idẽ cum proportione dicendum eſt, quādo priuilegium conceſſum eſt in fauorem plurium, ſed commodum vnius nō eſt ſeparabile à commodo alterius; nullus enim poteſt priuilegio cedere cum detrimento alterius, inuito eo, in cuius fauorem priuilegium principaliter conceſſum eſt. Quamobrem in tract. de Contractibus diſp. 3. quæſt. 3. pun. 1. ad finẽ docui, filiumfamilias non poſſe renuntiare priuilegio Macedoniano, quo liberatur ab obligatione ſoluendi mutuum pecuniarium; & rationem ibi adduxi, quia huiuſmodi priuilegium principaliter vergit in commodum, & vtilitatem parentũ. Ità præter DD. ibi citatos tradit Azorius prima parte, lib. 5. cap. 22. quæſito 10. Salas diſput. 17. ſect. 2. nu. 25. & ſect. 13. ad finem, nume. 69. Panor. & alij apud Azorium. Pari ratione non poteſt vxor, inconſulto marito cedere priuilegio Velleiano, vt docet Salas ſect. 2. citato nume. 25.

Addit Salas, hoc idem procedere, quando priuilegium cedit in fauorem vnius, & principaliter in pœnam alterius; quia priuatus non poteſt impedire principalem finẽ legis.

Sed hoc mihi non probatur, ſi priuilegium principaliter eſt in fauorem vnius, & principaliter etiã in pœnam; nam quatenus eſt in fauorem, poteſt ab eo renuntiari, in cuius fauorem conceſſum eſt: quatenus verò eſt in pœnam alterius, non eſt priuilegium; quia nō affert ei fauorem, ſed damnum, conſequẽter non videtur neceſſarius ipſius conſenſus ad illius renuntiationẽ, cum ſibi gratam fore præſumatur talis priuilegij, ſeu decreti abolitionem.

Quid verò ſentiẽdum ſit de Cōſtitutionibus, & decretis, quib⁹ præſcribitur aliqua forma in contractibus, aut alijs actibus celebranda;

da; vt in teſtamentis, in profeſsione religionis, & ſimilibus, patet ex dictis de Contractibus, vbi oſtēdimus, irritos eſſe actus celebratos ſine forma ſubſtantiali; nā lex præſcribens certam formam ad valorem actus in fauorem alicuius, videtur etiam irritare renuntiationē talis fauoris, cùm abſolutè velit, actum ſine tali forma præſtitum, irritum eſſe.

Dixi in ſecunda reſponſione, modò bonum priuatum ſeparabile ſit à bono communi; nam quoties ſeparabile eſt, poteſt perſona priuata cedere priuilegio, quatenus priuilegium redundat in ſui commodum ſeparabile à bono communi; quilibet .n. cedere poteſt iuri ſuo abſque alterius præiudicio. Idē dicendum eſt, quando priuilegium conceſſum eſt in fauorē, & cōmodum duorū; ſed cōmodum vnius ſeparari poteſt à cōmodo alterius.

11 Quintò ſequitur, vt totum priuilegium per cōtrarium vſum amittatur, requiri, vt actus, qui fit contra priuilegium, ſit contrarius toti priuilegio; nam ſi ſolùm aduerſetur parti, videtur ſolum derogare priuilegio quò ad illam partem. Ita DD. ſtatim citandi. Ratio eſt, tum quia quilibet præſumitur velle ſibi quamminimum præiudicium afferre. Tum quia, cum hæc amiſsio priuilegij fiat per contrauentionem, ſeu vſum cōtrarium priuilegio, par non eſt, vt priuilegium amittatur in totum per contrauentionem tātummodò partialem.

12 Hinc colligitur, per vſum contrarium priuilegio nunquam amitti priuilegiū, præciſa legitima præſcriptione; modò priuilegium ſimpliciter, & quò ad vſum futuri temporis non conſiſtat in vnico actu; ſed habeat tractum ſucceſsiuum. Vnde qui habet priuilegium non ſoluendi tributa, ſi aliqua vice ſoluat, amittit priuilegiū, ſeu potius fructum priuilegij ſolū pro illa vice, præciſa tamen legitima præſcriptione. Et hoc pacto intelligēdum eſt cap. Cum acceſsiſſent ſupra citatum. Ita DD. ſtatim citādi.

Præterea, qui habet priuilegium non acceptandi officia, ſeu munera reipublicę, ſi vnum ſemel acceptet, non videtur amittere priuilegium alia in poſterum acceptandi. Ità Gregorius Lopez, Bartolus, Cynus, Salycetus, & alij, quos citat, & ſequitur Suarez lib. 8. cap. 35. num. 10. & Salas ſect. 13. nu. 66. Quamuis contrarium ſentire videatur, Felin. cap. Cum acceſsiſſent, nu. 28. cum Angelo, & Io. Andrea, vbi docere videtur, priuilegium ſimpliciter amitti, per vnum actum contrariū.

Dixi præciſa legitima præſcriptione; nā interueniente legitima præſcriptione cum debito tēpore, certum eſt amitti priuilegium ſimpliciter, etiamſi habeat tractū ſucceſsiuum, hoc eſt, etiamſi reſpiciat non ſolùm præſens, verùm etiam futurum tempus, vt eſt priuilegium nunquam ſoluendi tributa.

13 Quantum verò temporis requiratur ad præſcriptionē priuilegiorum, colligi poteſt ex dictis de pręſcriptione in tracta. de Reſtitutione, & Contractibus diſput. 1. quæſt. vlt. pun. 2. §. 2. nu. 28. & 29. pag. 211. vbi oſtendimus, ad præſcriptionem inter præſentes requiri decem annos; inter abſentes viginti; contra Eccleſiā quadraginta. Videte Suarez lib. 8. cap. 35. nu. 21. & quæ diximus de præſcrip. loco citato.

SE-

Digitized by Google

SECVNDA PROPOSITIO.

14 PRiuilegiũ, quod habet tractum ſucceſsiuum non amittitur per quemlibet actum contrarium priuilegio factum ab ipſo priuilegiario, vel de ipſius conſenſu, & voluntate; amittitur verò ſecundũ quid, ſi fiat à priuilegiario, qui poteſt renũtiare priuilegio, vel de ipſius conſenſu, & voluntate.

Quòd nõ amittatur ſimpliciter, patet ex dictis.

Quòd verò amittatur ſecundum quid, colligitur etiã ex dictis, quia contrauentio, ſeu vſus contrarius priuilegio eſt tacita quædam priuilegij renũtiatio; ſicut autem per renuntiationem expreſſam priuilegii ceſſat priuilegium: ita etiam ceſſare videtur per contrauentionem; cum tacitum, & expreſſum in iure æquiparentur; L. Cum quid, ff. ſi certum petatur. Ita Salas lo. cit. nu. 65. ad finem, Suarez lib. 8. cap. 35. nu. 11. Bartolus, Gregorius Lopez, & alij apud Suarez.

15 Ex quo ſequitur, priuilegiũ cõceſſum Communitati amitti ſecundum quid per actum factum à tota Communitate, ſeu de conſenſu, & auctoritate totius Communitatis; nam tota Communitas poteſt expreſsè renũtiare priuilegio ſibi cõceſſo. Secus dicendum eſt, ſi actus fiat à particulari perſona, vel etiã à pluribus; nam talis actus nõ dicitur propriè factus à priuilegiario, ſeu ab eo, qui poſsit priuilegio cedere. Hoc pacto intelligi, & reconciliari poteſt Panormit. cum præcitatis DD. cap. Cum acceſsiſſent. num. 7. quatenus ait, priuilegium ſingularis perſonæ amitti per vnum actum contrarium, priuilegium verò conceſſum in gratiam Communitatis non amitti per vnũ actum, aut plures; intellige, ſi fiant à perſonis priuatis abſque conſenſu, & auctoritate Communitatis.

TERTIA PROPOSITIO.

16 PRiuilegiũ amittitur per contrarium actum, ſeu vſum in foro externo, & in foro conſcientiæ, non ſolùm quando intercedit legitima præſcriptio, eo quòd alter cum debitis cõditionibus præſcripſerit contra priuilegiarium, vt patet ex dictis de præſcriptione; verum etiam quando adeſt ſolùm tacita renuntiatio, quæ fieri cenſetur per actum directè, & formaliter contrarium priuilegio. Ratio eſt quia priuilegiarius, dum actum exercet contra priuilegium, moraliter loquendo videtur habere voluntatem, & affectum renuntiandi priuilegio ſaltem pro illo actu; & alter, in cuius fauorem talem actũ exercet, eãdẽ renũtiationẽ acceptat ſaltem virtualiter quò ad illius effectũ, quatenus gratus eſt illi actus, qui in ipſius fauorẽ exercetur.

Dixi per actum directè, & formaliter contrarium; nam ſi actus non ſit directè, & formaliter contrarius priuilegio, quia videlicet priuilegiarius illum facit coactè, vel cum animo non renunciandi, vel ignorans talem actum aduerſari priuilegio, non amittit in conſcientia priuilegium; quia actus agentium non operatur vltra intentionem eorum; agens autem in tali euentu non intendit agere contra priuilegium. Ita Suarez nu. 25. Idem innuit Salas loco citato, nu. 66. & alij; ergo non amittit priuilegium

legium; ſed illo gaudet, & poteſt vti, niſi fortè per ſententiã ille priuetur, ſeu renuntiatio confirmetur in pœnã fictionis, vel negligentiæ; nam ſi priuetur priuilegio, vel renũtiatio confirmetur per ſentẽtiam, priuilegiarius tenetur illi ſtare; qa ſententiæ iuſtæ obediendum eſt. Ita Suarez loco citato.

Ex dictis in hoc puncto elici poteſt hæc concluſio, Priuilegiũ, præciſa proteſtatione, amittitur ſecũdum quid in vtroq; foro per quẽlibet actum materialiter, & formaliter contrarium priuilegio; modò fiat ab eo, qui poteſt priuilegio cedere: Loquor autem de priuilegio, quod habet tractum ſucceſsiuum, non verò de priuilegio, quod reſpicit vnum actum, ſeu quod fit incontinenti; hoc enim ſimpliciter tollitur per vnum actum contrariũ, præciſa proteſtatione; quia renuntiatio quò ad vnum actnm in tali euentu cenſetur renũtiatio ſimpliciter. Ita Bartolus, & alii DD. ſtatim citandi. Et hoc pacto intelligendum eſt cap. Cum acceſsiſſent. de Conſtit. ex quo aliqui DD. occaſionem acceperunt aſſerendi, priuilegiũ ſimpliciter amitti per vnũ actum contrarium; Quod nos negamus cum Bart. L. vlt. ff. de conſtit. Princip. Salas, nu. 66. Suarez loc. citato, nu. 17. & aliis.

Dixi præciſa proteſtatione: nam qui proteſtatur actum facere ſine præiudicio ſui priuilegii, non amittit priuilegium: nam actus agentium non operatur vltra intentionem eorum: renuntiatio autem priuilegii pendet ab intentione priuilegiarii: intellige niſi proteſtatio ſit contraria facto, iuxta dicta de emphiteuſi.

§. VII.

Vtrum priuilegium amittatur per abuſum.

1 *An priuilegium amittatur per abuſum.*
2 *Priuilegiarius meretur priuari priuilegio propter abuſum priuilegij.*
3 *An totum priuilegium amittatur propter abuſum priuilegij.*
4 *Quandonam quis dicatur abuti priuilegio.*
5 *Qui abutitur priuilegio vltrà eius limites, amittit priuilegium.*
6 *Qui abutitur priuilegio contra finẽ, & cauſam priuilegij, amittit priuilegium.*

DVo breuiter quæram in hoc Paragrapho. Primò, vtrum priuilegium amittatur per abuſum. Secundò, vtrum priuilegiarius mereatur ſaltem ob abuſum priuari priuilegio.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PRiuilegiarius, regulariter loquendo, non amittit ipſo facto priuilegium per abuſum priuilegij. Patet, quia amiſsio priuilegij per abuſum eſt pœna; pœna autem non incurritur ipſo iure; niſi aliter conſtet ex iuris diſpoſitione; ſeu ex mente concedentis.

Ex quo fit, vt attendenda ſint verba, quib' inducitur priuatio priuilegii, vt patet ex regulis generalibus ſuperius traditis de effectu legis pœnalis; nam ſi dicatur, incurrat ipſo facto priuationem, vel nouerit ſe priuatum, incurrit ipſo facto priuationem priuilegii; quamquam

Digitized by Google

quam priuilegiarius non tenetur, regulariter loquendo, abdicare à ſe prilegium ante ſententiam ſaltem declaratoriam criminis, iuxta dicta de lege pœnali. Ita Suarez cap. 36.num.8.& alij, quos in ſimili retuli de lege pœnali. Si verò dicatur, priuetur, aut auferatur, vel meretur amittere, vel careat priuilegio, non incurrit priuationē priuilegij ipſo facto per abuſum; ſed expectare poteſt ſententiam legitimi ſuperioris; vt patet ex ſupra dictis de lege pœnali,& ex dictis in ſimili de cenſuris.

Dixi, regulariter loquendo nam fieri poteſt aliquando, vt ipſo iure priuetur, vt ſi ſuperior cōceſsit priuilegium ſub conditione amittendi priuilegium ipſo facto per abuſum, vel ſi in priuilegio, vel in Iure habeantur verba inducentia ipſo facto priuationē in caſu aliquo particulari ob delictū, vel abuſum, vt patet in Clerico, qui ſi Sodomiæ vitium exerceat, priuilegium Clericale amittit; vt docui de matrimonio, quæſt.4.pun.11.num.2.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Priuilegiarius meretur propter abuſum priuilegij priuari priuilegio. Hęc propoſitio patet ex cap. Vbi ita diſt.74.vbi dicitur, priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate; cap. vt priuilegia de priuilegijs,& capitulo Priuilegium, 11. quæſtione tertia, Ità Bernardus Diez regula 592. Syluester verbo Priuilegium quæſito 10. Panormit. cap. Licet de regular. Suarez, lib.8.cap. 36.num.1.Salas, d.17.ſect.13.nu.67. & Iuriſperiti communiter.

3 Vtrum verò priuilegiarius ob priuilegij abuſū priuetur toto priuilegio adęquatè, vel in parte; attendēda ſunt verba, quibus inducitur priuatio, & ſimul etiam ſpectandæ ſunt regulæ mox tradendæ in ſolutione ſubſequentis dubij.

4 Sed modò dubium eſt, quādonàm quis dicatur abuti priuilegio, itaut mereatur amittere priuilegium, vel illud ſtatim amittat.

Reſpondeo, varijs modis hoc contingere.

Primò, non vtendo priuilegio tali tempore, aut loco, vel in tanta quantitate, quanta in priuilegio prçſcribitur. Verum hic abuſus potius pertinet ad non vſum, vel ad vſum cōtrarium priuilegio, de quo ſuperius locuti ſumus, quàm ad abuſum propriè dictum; conſequenter de eo non eſt nobis ſermo in præſenti loco.

Secundò, vtendo priuilegio cōceſſo vltra limites priuilegij, vt ſi quis vtatur priuilegio, ceſſante cauſa priuilegij, aut eo loco, vel tempore, vel circa perſonam, vel circa res, pro quibus priuilegium nō eſt conceſſum.

Tertiò, faciendo aliquid iniquū, ſpe, vel occaſione, ſeu licentia arrepta à priuilegio; vt ſi liberius delinquat, ſpe impunitatis cōcepta occaſione priuilegij.

Quartò, faciendo contra finem priuilegij, vt ſi Canonicus, dum abeſt cauſa ſtudiorum, prætextu priuilegij, neglecto ſtudio inutiliter tempus conterat, vaniſquè occupationib⁹ detineatur. Quouis modo priuilegiarius abutatur priuilegio, meretur amittere priuilegiū. Ratio eſt tum quia Iura citata abſolutè loquuntur de abuſu priuilegij,

gii; vbi autem ius non diſtinguit, nequè nos diſtinguere debemus. Tum quia abuſus priuilegij, quouis modo contingat, habet adiunctam culpam; ergo meretur pœnam; ergo priuilegiarius pōt propter abuſum priuilegij priuari priuilegio.

5 Obſerua tamen primo circa ſecundum modum abuſus, eum, qui abutitur priuilegio vltra limites, & terminos priuilegij, ipſo iure amittere priuilegium quò ad effectum, quem agit; nam talis abuſus tollit fundamentum priuilegij, & actus cenſetur factus ſine poteſtate; actus autem factus ſine poteſtate irritus eſt quò ad id, in quo excedit poteſtatem. Ita Salas, num. 68. Suarez, num. 2. & 7. Syluester verbo Priuilegium, quæſito 10. & alij DD. citati.

6 Obſerua ſecūdò, eum, qui abutitur priuilegio contra finem, & cauſam priuilegij, amittere priuilegium, ſeu nō gaudere priuilegio, habita ratione cauſæ ceſſantis; vt patet ex ſupra dictis de modo, quo priuilegiū amittitur, cauſa ceſſante.

Ex quo ſequitur, beneficiarium, qui priuilegium obtinuit, vt pro tempore, quo abeſt cauſa ſtudij, fruatur fructibus beneficij, nō poſſe iuxta probabiliorem ſententiam fructus beneficij percipere pro tēpore abſentiæ, quo ſtudijs non vacat; nam facit contra mentem cōcedentis, & abuſu tollit rationem, & cauſam priuilegij, quo ſeruitium Eccleſiæ commutatum eſt in ſtudium; ſicut autem qui non ſeruit Eccleſię iuxtà fundationem beneficii, non facit fructus ſuos: ita nequè fructus ſuos facit, qui non facit id, in quod ſeruitium Eccleſiæ cōmutatum eſt. Idem dic in ſimilibus caſibus, in quibus conſtat, priuilegium concedi prçciſè ob talem actionem; tunc enim ceſſante tali actione, ob quàm conceſſum eſt priuilegium, ceſſat priuilegiū quò ad illam actionem; quia ceſſante cauſa, ceſſat priuilegium. Immò ſi cauſa priuilegii adęquata ſimpliciter, & abſolutè ceſſet, ceſſabit etiā priuilegium, nō ſolum quo ad fructum pro tali tempore; verum etiam ſimpliciter, & abſolutè, iuxtà regulas ſuperius traditas de ceſſatione priuilegii, & de ceſſatione diſpenſationis, ceſſante cauſa. Ità Bartolus L. Semper, ff. de iure cōmunitatis. Suarez loco citato, num. 7. Didacus Perez, lib. 1. ordinat. tit. 2. L. 8. Salas loco citato, num. 68. & alii.

Digitized by Google

DISPVTATIO II.
DE PECCATIS.

DIſputationem de peccatis non minus arduam, & difficilem, quam cuilibet mortalium vtilem, & neceſſariam octo quæſtionibus diuino fauente numine aggredior. In Prima diſputabo de peccato Originali. In Secunda de actuali, & habituali. In Tertia de peccato mortali, & veniali. In Quarta de ſpecifica, & numerica peccatorum diſtinctione. In Quinta de cauſis peccatorum efficientibus. In Sexta de ſubiecto peccati. In Septima de effectibus peccatorum. In Octaua de cauſis excuſantibus à peccatis.

QVAESTIO PRIMA.
De peccato Originali.

ACturus de peccatis, quorum aliud dicitur Originale, aliud actuale, & aliud habituale; aliud mortale, & aliud veniale; aliud vnius, & eiuſdem ſpeciei, & aliud diuerſæ, exordium ſumendum duxi à peccato Originali, quod reliquorum peccatorum eſt veluti fons, & origo. Quatuor autem principaliter de Originali peccato quæram. Primò an detur. Secundò quid ſit, & vtrum veram habeat peccati rationem. Tertiò quinam, & à quo peccatum Originale traducant. Quartò quænam pœna Originali peccato debeatur.

Reſpondetur primò, vnumquemque portare ſuam iniquitatē, ſuumque peccatū originale, quod à peccato, & à voluntate Adami originē trahit, vt inferius explicabo.

Reſpondeo ſecundò, filium non portare iniquitatem Patris, niſi filius participet in delicto patris; nos autem participauimus in delicto Adami, quatenus noſtra voluntas in voluntate Adami, tanquam in capite continebatur, vt infra declarabo cōſequenter dicimur portare iniquitatē patris. Videte Bellarminū lib. 4. de ſtatu peccati cap. 6. Azoriū prima parte lib. 4. cap. 25. Vaſquez prima ſecundæ tomo 1. diſput. 130. cap. 2. Martinum Becanū, ſecunda parte tract. 2. cap. 9. quęſt. 2. vbi plures alias obiectiones refert, & diſſoluit, quarum ſolutio cōſtabit ex is, quę à nobis in ſequentibus tradentur.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Peccatum originale cūm ſolo veniali poteſt inueniri. Ratio eſt tum quia non implicat illū, qui primo peruenit ad vſum rationis, in leue mendacium prolabi, ſed leue mendacium eſt peccatum tantummodò veniale, ergo non implicat inueniri peccatum originale cū ſolo veniali. Tum quia ſi peccatum originale nequit eſſe cum ſolo veniali, maxime quia homo ſub mortali tenetur ſe ad Deum conuertere in primo inſtanti, quo rationis vſum acquirit ſciens malum morale à bono diſcernere; ſed nullum extat præceptū, quo homo teneatur ſe ad Deum hoc modo conuertere, cum huiuſmodi præceptum non habeatur in ſcriptura, aut in Concilijs, aut ex Patrum traditione. Ita quāplures Doctores apud Vaſquez diſp. 149. cap. 2. contra Diuum Thomam, Sotum, Nauarrum, & alios.

Obijcies. Nullus aſsignatur locus, in quo decedens cum originali, & ſolo veniali puniri debeat, ergo peccatū originale cum ſolo veniali non poteſt inueniri, alioquin peculiaris locus eſſet à Deo conſtitutus ad pœnam de ipſo ſumendam.

Reſponderi poteſt primò, veroſimile videri nullum de facto cum ſolo veniali, & originali deceſſurum, alioquin Deus peculiarem aſsignaſſet locum in inferno pro decedentibus cum originali, & ſolo veniali. Ita Vaſquez loco citato n. 10. ad finem, & alij recentiores.

Reſponderi poteſt ſecundò, decedentem cum originali, & ſolo veniali puniendum eſſe in inferno, in quo puniuntur qui peccata actualia commiſerunt; ſicut enim decedens in peccato mortali, & veniali puniendus eſt in æternum non ſolū pro mortali, verum etiam pro veniali, licet deletum ſit quoad maculam, non quoad reatum, & obligationem ad pœnam, vt benè docet Clauis Regia lib. 2. cap. 13. num. 11. cum Valentia, Vaſquez, & alijs; ita puniēdus eſt in ęternum, qui cū originali, & ſolo veniali decedit, quamuis non adeo graui pœna puniendus ſit, ac puniretur ſi cū mortalis peccati conſcientia decederet. Ita Sāctus Thomas, & Richardus apud Suarez tertia parte, diſp. 42. ſectio. ſecunda, verſic. Statim verò.

PVNCTVM II.

Quid ſit peccatum originale, & vtrum veram habeat peccati rationem.

1 *Adam creatus fuit in gratia iuſtificante.*
2 *Adam creatus fuit etiam in iuſtitia originali.*
3 *Adam iuſtitiam originalem accepit à Deo pro ſe, & pro poſteris.*
4 *Peccatum originale eſt priuatio iuſtitiæ, & ſanctitatis debitæ ineſſe ſingulis ex pacto facto à Deo cum Adamo.*
5 *Peccatum originale quomodo dicatur conſiſtere in priuatione iuſtitiæ originalis.*
6 *Peccatum originale non eſt ipſamet animæ ſubſtantia.*
7 *Peccatum originale non eſt concupiſcentia.*
8 *Peccatum originale non conſiſtit in poſitiua aliqua qualitate vitioſa.*
9 *Peccatũ originale nõ eſt ſolus reatus.*
10 *Peccatum originale veram peccati rationem habet.*
11 *Dupliciter poteſt dici aliquid voluntarium.*

1 NOtandum primò, Adamum creatum fuiſſe in gratia iuſtificante, vt patet tum ex Apoſtolo ad Epheſios 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouũ hominem, qui ſecundum Deũ creatus eſt in iuſtitiâ, & in ſanctitate veritatis, & ex Tridentino ſeſſ. 6. cap. 5. & 7. vbi dicitur Adamum per inobedientiam amiſiſſe ſibi, & nobis ſanctitatem, & iuſtitiam, quã à Deo acceperat.

2 Addo, Adamum non ſolum in gratia, & ſanctitate creatum fuiſſe, verum etiam in iuſtitia originali, quæ conſiſtebat in ipſa gratia ſanctificante ſimul cum dono ſupernaturali, cuius vi, & virtute intellectus, & volũtas ſubijciebantur Deo, potentię obediebãt rationi, & corpus animę ſubijciebatur; vt docet Azorius prima parte lib. 3. ca. 31. & lib. 4. cap. 26. Vaſquez prima ſecũdæ diſp. 132. Valentia tomo 2. diſp. 6. quæſt. 11. & alij communiter.

3 Notandum ſecundò, Adamum iuſtitiam originalem à Deo accepiſſe non ſolum pro ſe, verum etiam pro poſteris, cum Adamo tanquam capiti iuſtitia originalis communicata fuerit, vt eam in poſteros per generationem transfunderet, nam in Tridentino loc. cit. dicitur Adamum non ſolum ſibi, verum etiam nobis ſanctitatem, & iuſtitiam perdidiſſe; ſi autem Adam iuſtitiam pro nobis non accepiſſet, non diceretur eam nobis perdidiſſe, vt bene obſeruat Vaſquez loco cit. cap. 9. in principio.

His poſitis duo breuiter explicãda ſunt in hoc puncto; Primò, quid ſit peccatum originale, ſeu in quo poſita ſit peccati originalis ratio, Secundò, vtrum originale peccatum verã peccati rationem habeat.

PRIMA PROPOSITIO.

4 PEccatum originale eſt priuatio iuſtitiæ, & ſanctitatis debitæ ineſſe ſingulis ex pacto facto à Deo cum Adamo. Ratio eſt tum quia peccatum originale conſiſtit in priuatione illius pfectionis, quæ debita fuit hominibus ex pacto cũ Deo inito, ſed perfectio hominibus debita

debita ex parte cũ Deo inito erat gratia ſanctificans, cum qua cæteræ perfectiones iuſtitiæ originalis ſimul transfuſę fuiſſent tãquam effectus adiuncti ſanctitati, & gratiæ; ergo peccatum originale conſiſtit in priuatione iuſtitiæ, & ſanctitatis debitæ, &c. Tum quia peccatum originale eſt mors animæ, ſed mors animæ conſiſtit in priuatione gratiæ, ſeu ſanctitatis, vita enim animæ eſt gratia, & ſanctitas, ergo peccatum originale cõſiſtit in priuatione gratiæ, & ſanctitatis. ita S. Thomas, Caietanus, Scotus, Bonauentura, Sotus, & alij apud Martinum Beccanum tomo 2. tract. 2. cap. 9. q. 6. apud Vaſquez prima ſecundæ diſput. 132. cap. 8. num. 33. & apud Azorium loco citato, c. 26. 27. & 28.

Obijcies. Peccatũ originale conſiſtit in priuatione illius perfectionis, quam Adam acceperat à Deo transfundendam in poſteros, ſed Adam non ſolum acceperat gratiã transfundendam in poſteros, verũ etiam iuſtitiam originalem, quæ nõ ſolum dicit ſanctitatem; verum etiã includit reliquos effect⁹ iuſtitię originalis enumeratos in primo notabili, ergo peccatũ originale non ſolum conſiſtit in priuatione gratię, & ſanctitatis, verum etiam in priuatione iuſtitiæ originalis, quatenus iuſtitia originalis non ſolum includit gratiam ſanctificantem, verum etiam reliqua dona.

Reſpondeo peccatum originale directè conſiſtere in priuatione iuſtitię originalis, quaten⁹ dicit gratiam ſanctificantem, non verò quatenus includit cætera dona. Ratio eſt tum quia peccatum originale directè cõſiſtit in priuatione illius perfectionis, quã Adam directè acceperat transmittendam in poſteros: Adam autem acceperat iuſtitiam originalem transmittẽdam, quatenus primariò, & propriè dicit gratiam ſanctificantem; ob id enim Concilium Tridẽtinum dicit Adamum illam non ſolum ſibi, verum ẽt nobis perdidiſſe. Tum quia ſi peccatum originale directè conſiſteret in priuatione iuſtitiæ originalis, quatenus iuſtitia originalis includit omnia dona in primo notabili recenſita, ſequeretur peccatum originale non conſiſtere in vna priuatione, ſed in multis priuationib⁹, nec vnum tantummodo eſſe peccatum originale; ſed plura, cum plures perfectiones in iuſtitia originali contineantur; vt ex Diuo Thoma, quæſt. 82. art. 2. & 4. ad primum argumentum, Vaſquez prima ſecundæ diſp. 132. cap. 9. verſiculo, Quarto conſequitur. Tum quia ſi peccatũ originale conſiſteret in priuatione iuſtitiæ originalis, quatenus includit gratiam, & reliqua dona, ſequeretur illa dona nobis per baptiſmũ reſtitui, cum per baptiſmum tollatur quidquid veram peccati rationẽ habet; falſum autẽ eſt illa dona nobis per baptiſmũ reſtitui, cũ poſt baptiſmum ſenſus, & potentię non remaneant ſubiectæ rationi, & animæ, ſed adhuc inclinent ad peccatum, quod rectæ rationi aduerſatur.

5 Ex dictis colligi poteſt primò, quomodo intelligendi ſint Doctores Scholaſtici, dum aſſerunt peccatum originale cõſiſtere in priuatione iuſtitiæ originalis; noïe enim iuſtitię originalis intelligere debẽt directè gratiam ſanctificantem, cũ qua reliqua dona, Adamo nõ peccante, coniuncta fuiſſent, & in po-

ſteros tranſmitterentur, ita Beccanus loc. cit. quæſt. 6. & alij recentiores.

6 Secundò colligi poteſt, peccatũ originale nõ eſſe ipſammet animæ ſubſtantiam, vt benè docet Beccanus loco cit. quæſt. 2. & alij recẽtiores. Ratio eſt tum quia peccatũ originale cõſiſtit in priuatione gratiæ. Tum quia anima immediatè creatur à Deo, Deus autẽ non creat peccatum originale.

7 Tertiò, peccatum originale nõ eſſe concupiſcẽtiam. Ratio eſt quia per baptiſmum tollitur peccatum originale, & quidquid peccati rationem habet prima Ioãnis primo, Sanguis Chriſti emundat vos ab omni peccato, & ad Romanos 8. Nihil damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, per baptiſmum autem non tollitur concupiſcẽtia, vt per ſe patet.

Neque obſtat concupiſcentiam in ſcriptura appellari peccatum; nõ enim ipſa eſt peccatum, ſed appellatur peccatũ cauſatiuè, quatenus mouet, & inclinat ad peccatũ, iuxta illud Iacobi 11. verſic. 14. Vnuſquiſque autem tentatur à concupiſcentia ſua.

Alias obiectiones, earumquè ſolutiones videte, ſi lubet, apud Beccanũ loco cit. q. 3. & apud Vaſquez loc. cit. cap. 1.

8 Quartò, peccatum originale nõ conſiſtere in poſitiua aliqua qualitate vitioſa, vt patet ex rationibus in prima propoſitione allatis.

9 Quintò, peccatum originale nõ eſſe ſolum reatum; nam reatus ſupponit maculam, & culpam, ergo aliquid aliud aſsignandum eſt, in quo conſiſtat macula peccati originalis, vt benè argumentatur Vaſquez loco cit. cap. 3. ſed nihil aliud aſsignari poteſt, quam priuatio ſanctitatis, & gratiæ, ergo peccatum originale conſiſtit in priuatione ſanctitatis, & gratiæ; nõ verò in ſolo reatu.

SECVNDA PROPOSITIO.

10 Peccatum originale veram peccati rationẽ habet. Ratio eſt tum quia in ſcripturis appellatur immunditia, iniquitas, & peccatum, vt patet ex dictis pũcto primo. Tum quia ſi non eſt peccatũ, maximè quia non eſt ſufficienter voluntarium; ſed peccatum originale eſt ſufficienter voluntarium, ergo peccatum originale verè eſt peccatum. Vt minor propoſitio clarius intelligatur, & probetur.

11 Obſerua aliquid dici poſſe voluntarium dupliciter. Primò voluntate propria, quo pacto peccatum actuale, quod ab adultis committitur, eſt voluntarium. Secundò voluntate aliena, vt eſt peccatum originale, quod dicitur voluntariũ voluntate aliena, quatenus voluntas poſterorum continebatur in voluntate Adami, cum quo Deus inijt pactum, vt ſi vetitum fructum comediſſet, iuſtitiam in poſteros non tranſmiſiſſet. Huic pacto cenſentur cõſenſiſſe poſteri cõſentiente Adamo, cũ ageretur de re facili, & valde vtili Adamo, & poſteris. Peccatũ igitur originale dicitur voluntariũ in nobis nõ voluntate propria, ſed volũtate aliena, id eſt Adami, quatenus nos cenſemur conſenſiſſe in pactum Adami cum Deo factum in noſtrum commodum, & vtilitatem de tranſmittẽda in nos iuſtitia originali Adamo ſeruante pactum.

Neque obſtat dicere ad peccatũ re-

Digitized by Google

requiri, vt ſit voluntarium volūtate propria; nam hoc ſolum militat in peccatis actualibus, quę ab hominibus perpetrantur, nō verò in peccato naturæ, quod à capite naturæ Adamo generaliter ī poſteros trāſfunditur. Videte Vaſquez diſp. 131. cap. 2. Azorium libro quarto, cap. 29. quæſito 2. & 3. Valentiam loco ſupra citato, quibus adhærent recentiores communiter cōtra Durandum in 2 diſtinc. 30. q. 1. & alios apud Vaſquez loco cit. cap. 1.

PVNCTVM. III.

Quinam, & à quo peccatum originale contrahant.

1 *Omnes tàm fideles, quàm infideles contrahunt peccatum originale, niſi aliquis ſpecialiter eximatur.*

2 *Beatiſſima Virgo debitum habuit contrahendi peccatum originale.*

3 *Beatiſſima Virgo de facto nō contraxit peccatum originale.*

4 *Vnuſquiſque ſuum contrahit peccatū originale ex peccato Adami per ſeminalem generationem.*

5 *Peccatum originale non traducitur à proximis parentibus.*

6 *Poſteri peccatum originale non contraxiſſent Adamo pactum non violante.*

7 *Non contraheret peccatum originale ſi quis de nouo miraculosè crearetur.*

8 *Monſtrum non contrahit peccatum originale.*

9 *Chriſtus non habuit peccatum originale.*

10 *Non contraxiſſet peccatum originale qui genitus, vel ſeminatus, vel cōceptus fuiſſet ante peccatum Adæ.*

11 *Traducitur peccatū ab Adamo quatenus vnio corporis cum anima rationali efficitur ab homine generante.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 OMnes homines ſiuè ſint fidelium, ſiuè infidelium filij peccatum originale cōtrahunt, niſi aliquis peculiari priuilegio ab hoc onere eximatur. Hæc propoſitio patet tum ex illo ad Epheſios 2. Eramus natura filii iræ. Tum quia Corinthiorum 15. habetur omnes in Adam mori; & ad Romanos 5. dicitur, In omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerūt. Tum quia in tractatu de Sacramentis oſtēdimus baptiſmum omnibus neceſſarium eſſe neceſsitate medij, quia omnes peccatū originale cōtrahunt, quo per baptiſmum non ſublato vita ſpiritualis nō habetur ita communiter Doctores.

Dixi, niſi aliquis peculiari priuilegio ab hoc onere eximatur, vt aduerterem alicui peculiare priuilegium diuina diſpenſatione concedi poſſe, vt conſtabit ex dicēdis de Beatiſsima Virgine.

Quæres, vtrum Beatiſsima Virgo contraxerit peccatū originale, vel ſaltem habuerit debitum, & neceſſitatem illud contrahendi.

Præſenti quæſtioni, cui non leuē dubitandi rationem dederunt nōnulli ſcripturæ loci, & antiquiorum Doctorum auctoritas, duplici concluſione ſatisfacere conabor. In prima oſtendam Beatiſsimam Virginem obnoxiam fuiſſe obligationi contrahendi peccatum originale. In ſecunda non contraxiſſe peccatum originale.

PRIMA CONCLVSIO.

1 Beatiſsima virgo debitũ habuit contrahendi peccatũ originale, ideſt habuit obligationem, ſeu neceſsitatem contrahendi peccatum originale, quatenus etiam ipſa peccauit in Adamo, ſed de facto præſeruata fuit, ne cũ peccato originali conciperetur, & naſceretur. Hæc concluſio patet tum ex Corinthiorum 15. Sicut in Adam omnes moriũtur, ita etiam in Chriſto omnes viuificabuntur, & Corinthiorũ 5. Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Ex quibus locis ſic arguméntor. Omnes mortui ſunt, & à Chriſto vitam accipiunt, ergo etiam Beatiſsima Virgo mortua fuit, & à Chriſto vitam accepit; cum autem nõ ſit mortua contrahendo peccatum originale, vt ex ſecunda concluſione cõſtabit, dicendum eſt mortuam ſaltẽ fuiſſe, quatenus peccauit in Adamo, & debitum cõtrahendi peccatum originale habuit. Videte Suarez 3. par. tomo 2. diſp. 3. ſect. 5. & 6. Vaſquez diſp. 135. Azorium. Bellarminũ, & alios locis ſtatim citãdis.

SECVNDA CONCLVSIO.

3 Beatiſsima Virgo de facto non contraxit peccatum Originale. Ita Vaſquez tomo 2. ad tertiam partem, diſp. 116. & prima ſecundæ diſp. 130. cap. 1. num. 4. ad finem. Azorius prima parte, lib. 4. cap. 34 & parte ſecunda lib. 1. cap. 21. Idem innuit Suarez tomo 1. de Religione, lib. 2. cap. 8. num. 2. & expreſsius tertia parte tomo 2. diſp. 3. ſect. 5. & 6. Henriquez lib. 3. cap. 11. num. 3. Martinus Delrius Diſquiſitionum Magicarum, lib. 4. cap. 1. quæſt. 3. ſect. 9. Rodriquez tomo 1. quæſtionum regularium, quæſt. 57. Comitolus lib. 6. reſpõſionum moralium quæſt. 4 Becanus tractatu 2. cap. 9. quæſt. 10. num. 5. Bellarminus, & alij recentiores communiter contra Diuum Thomam, & nõnullos alios antiquiores Theologos. Ratio eſt tũ quia Deus potuit præſeruare Beatiſsimam Virginem ab Originali peccato, quamuis enim Deus cum Adamo pactum inierit priuandi poſteros gratia Originali peccante Adamo, nihilominus tali pacto nõ fuit excluſa voluntas abſoluta Dei, quin potuerit aliquam peculiari quodam priuilegio ab onere contrahendi peccatum Originale eximere: Cum ergo Deus potuerit præſeruare Beatiſsimam Virginem ab Originali peccato, immò Deum decuerit illam preſeruare, cum ipſa in matrem Dei eligenda eſſet, & Angelis preferenda, dicendum eſt Beatiſsimam Virginem de facto præſeruatam fuiſſe ab Originali peccato, conſequenter in inſtanti ſuæ Cõceptionis ſanctificatam fuiſſe. Tum quia Canticorum 5. dicitur, Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te: quæ verba de Beatiſsima Virgine non poſſent expreſsè verificari, ſi concepta fuiſſet in Originali peccato. Tum quia Pſalmo 45. dicitur, Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus. Tum quia cõmuni fideliũ cõſenſu celebratur Conceptionis dies feſtus, ad cuius ſolemnitatem celebrandam nos inuitant Summorum Pontificum reſcripta, vt patet ex Xiſto IV. in extrauaganti, quæ incipit, Præexcelſa omnes fideles ad huius diei ſolem-

Digitized by Google

lemnitatem celebrandam,&c. quã extrauagantem comprobauit Pius V. & Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. Quamobrem Beatiſsimam Virginem ſine Originali peccato conceptam fuiſſe, poſſet tãquam dogma de fide à Summo Pontifice definiri; quanquàm nondum eſt definitum, immò lata eſt excommunicationis ſententia contra eos, qui alterutram opinionẽ dixerint hęreſim, aut temerariam, vt patet ex conſtitutione Xiſti IV. & Pij V. Nouiſsimè verò emanauit conſtitutio Sanctiſsimi D. N. Pauli Papæ V. quæ incipit, Sanctiſsimus Dominus noſter, &c. quam conſtitutionem refert Auguſtinus Barboſa in remiſsionibus ad Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. folio mihi 50. Naldus verbo, Marię Cõceptio, in quã Summus Põtifex prohibet, ne quis in poſterum audeat in concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcunque actibus publicis aſſerere, Beatiſsimam virginem cum Originali peccato cõceptam fuiſſe, donec aliter à Sede Apoſtolica fuerit definitum. Ex oppoſito etiam decernit, vt in prædictis publicis actib⁹ qui ſuſtinent Beatiſsimam Virginẽ cum Originali peccato non fuiſſe conceptam, contrariam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agent, ſeu tractent, alioquin puniantur.

Obijcies contra propoſitionem. Iacobi 3. dicitur, In multis offendimus omnes. Paralipomenon 6. Non eſt, qui non peccet; & prima Corinthiorum 15. num. 22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Ex quo loco ſic argumẽtor: omnes nullo excepto offendimus Deum, omnes peccauimus, & omnes viuificabuntur per Chriſtum, ergo etiam Beatiſsima Virgo Deum offendit, peccauit, & per Chriſtum viuificata fuit, ergo contraxit peccatum Originale.

Ad locũ Iacobi, & Paralipomenon reſpondeo omnes offendere Deum, & peccare, niſi ſpeciali Dei priuilegio præſeruentur; Beatiſsima autem Virgo ſpeciali Dei priuilegio præſeruata fuit à peccato, vt patet ex rationibus in ſecunda concluſione allatis. Itaq; ſicut Cõcilium Tridentinũ loquens de peccato Originali teſtatur ſe nõ loqui de Beatiſsima Virgine, ita etiam nos poſſumus aſſerere in præcitatis locis ſermonem non eſſe de Beatiſsima Virgine, vtpotè ſingulari Dei priuilegio exempta.

Ad auctoritatem Apoſtoli Corinthiorum 15. reſpondeo, illam reſpectu Beatiſsimæ Virginis intelligi de obligatione, & debito contrahendi peccatum Originale; non verò de peccato ipſo Originali; nã Beatiſsima Virgo debitum habuit contrahendi peccatum Originale, & rõne talis debiti dicitur in Chriſto viuificata, non verò contraxit peccatum ipſum Originale, vt probauimus.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 VNuſquiſque ſuum contrahit peccatum Originale ex peccato Adami per ſeminalem generationem. Ratio eſt tum quia Originale peccatũ traducitur à peccato illius, cui commiſſa fuerat gratia in poſteros transfundenda; ſed gratia in poſteros transfundenda commiſſa fuerat Adamo, vt cõſtat

ex

ex pacto Dei cum Adamo inito ante creationem Euæ, Geneſis 2. In quacunque die comederis ex eo morte morieris, ergo peccatum Originale traducitur ex peccato Adæ. Tum quia Tridentinum ſeſſ. 5. teſtatur Adamum ſibi, & nobis iuſtitiam perdidiſſe, Adam autẽ iuſtitiam perdidit per peccatum, hoc poſito ſic argumentor; vnuſquiſque contrahit peccatum Originale à peccato illius, qui iuſtitiam nobis perdidit; ſed Adam ſuo peccato perdidit nobis iuſtitiam; ergo vnuſquiſque contrahit peccatum Originale ex peccato Adæ. Tum quia prima Romanorum 5. dicitur, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, in quo omnes peccauerunt. Dicitur, Per vnum hominem, quod eſt generis maſculini, & numeri ſingularis, ad indicandum peccatum in mundum intraſſe per Adamum, & ad excludendam Euam, alioquin dicendum fuiſſet, per duos homines, aut per vnam hominem. Ita S. Thomas prima ſecundæ quæſt. 81. art. 3. Vaſquez prima ſecundę diſp. 130. & 132. cap. 3. Bellarminus loco ſupra citato. Beccanus loco cit. quæſt. 1. & 9. Azorius, lib. 4. cap. 30. quæſt. 9. & alij communiter.

Obijcies primò. Peccatum Adę iam tranſactum eſt, & deletum; ergo ab Adę peccato peccatum Originale traducere non poſſumus.

Reſpondeo negando conſequentiam; nam peccatũ Originale conſiſtit in priuatione; priuatio autem põt cauſari ab eo, quod iam tranſactum eſt. Quamobrem, inquiunt Doctores, actio, qua quis anno pręterito alicuius cubiculi feneſtram clauſit, eamquè nondum aperuit, dicitur cauſa præſentium tenebrarum, quamuis talis actio multo iam tempore tranſacta ſit.

Obijcies ſecundò. Eccleſiaſtici 25. dicitur, A muliere initium peccati, & per eam omnes moriuntur; ergo peccatum Originale traduci potius videtur à peccato Euæ, quã à peccato Adami, alioquin initium peccati non diceretur à muliere.

Reſpondeo peccatum Euæ fuiſſe cauſam noſtri peccati Originalis fundamentaliter, & remotè, quatenus ipſa fuit cauſa peccati Adæ, à quo nos traducimus peccatum, qđ adhuc contraxiſſemus peccante ſolo Adamo, etiamſi Eua non peccaſſet; non contraxiſſemus verò peccante ſola Eua.

5 Ex dictis in ſecunda propoſitione colligi poteſt primò, peccatum Originale non traduci à proximis parentibus, ſed ab Adamo, quatenus ab ipſo deſcendimus per lineam virilem, & proximos parentes; pactum enim initum fuit cum Adamo; non verò cum proximioribus noſtris parentibus. Quamobrem ſi Adam ab actuali vetiti fructus deguſtatione abſtinuiſſet, non tranſmitteretur in nos Originale peccatum, etiamſi poſtea parentes fructum vetiti ligni deguſtaſſent.

6 Secundò, peccatum Originale in poſteros transfundendum non fuiſſe, ſi Adam pactum cum Deo initum non violaſſet, etiamſi alia peccata commiſiſſet; nam Geneſis 2. dicitur, In quacunque die comederis, morieris, & ad Romanos 5. Per inobedientiam vnius, peccatores conſtituti ſunt multi, vbi notanda ſunt illa verba, Comederis, &, Per inobedientiam, quæ violationem pacti cum Deo initi ſufficienter

Digitized by Google

ter indicare videntur.

7 Tertiò, peccatum Originale non eſſe contrahendum ab eo, qui de nouo miraculosè crearetur à Deo, aut ex humana carne Adami decerperetur, aut ab eo non deſcẽderet per ſeminalem generationẽ; nam Originale peccatum tranſmittitur in poſteros ab Adamo communi ſeminis propagatione. Ita Beccanus quæſt.x. S. Thomas Azorius, & alij locis citatis.

8 Quartò, monſtrum genitum ex fœmina, & bruto non contrahere peccatum Originale, conſequenter baptizari non poſſe. Ratio eſt tum quia non eſt homo. Tum quia non deſcendit ab Adamo per lineam virilem, & communi ſeminis propagatione. Ita Doctores citati.

9 Quintò, Chriſtum non habuiſſe peccatum Originale. Tum quia nõ traxit originem ab Adamo per lineam virilem, & ſeminalem. Tum quia vnio hipoſtatica eſt incompoſsibilis cum peccato, & perfectè ſanctificat animam. Ita Beccanus tractatu 2. cap. 9. quæſt. 10. num. 2. & alij Doctores citati.

10 Sextò, eum non contracturum peccatum originale, qui genitus, vel ſeminatus, vel conceptus fuiſſet ante peccatum Adæ; nam peccatũ Originale traducitur per generationem ſeminalem ab Adamo; hũc autem ſupponimus ſeminatum, aut genitum ante peccatum Adæ. Loquor autem de peccato inobediẽtiæ cõtra pactum cum Deo initum hoc.n. eſt cauſa peccati originalis, & non aliud peccatum.

Dices. Si quis poſt peccatũ Adę deſcendiſſet ab aliquo filio Adæ genito in iuſtitia Originali contraxiſſet peccatum Originale; ergo pari ratione peccatum Originale contractum fuiſſet ab eo, qui genitus, aut ſeminatus fuiſſet in iuſtitia Originali, anteq̃ Adam peccaſſet.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, quia deſcendens ab aliquo, quem ſupponimus fuiſſe genitum, vel ſeminatum ab Adam in iuſtitia Originali, diceretur contineri in Adamo, & per generationem ab illo deſcendere poſt tranſgreſsionem præcepti, vt ſupponimus; ille autem cõtrahit peccatum Originale, qui ab Adamo deſcendit poſt tranſgreſsionem præcepti, genitus verò, vel ſeminatus in iuſtitia Originali antequàm Adam peccaſſet, deſcendiſſet ab Adamo ante tranſgreſsionem præcepti, Conſequenter nõ potuiſſet ab eo per ſeminalem generationem contrahere peccatum.

11 Queres quõ peccatum originale ab Adamo traduci poſsit cum peccatum originale ſit in anima rationali tanquàm in ſubiecto immediato, vel ſaltem mediante voluntate, iuxta Sotũ in ſecundo diſt. 31. q. 1. Azorium cap. 31. & alios; anima autem rationalis non habeat ſuum eſſe ab homine per generationem, ſed à Deo per creationem.

Reſpondeo peccatum originale traduci ab Adamo, quatenus vnio corporis cum anima rationali efficitur ab homine generãte, cũ enim anima per generationem, & vnionẽ cum corpore fiat pars hominis, ſequitur animam, mediante huiuſmodi vnione tanquam cõditione, traducere peccatum originale ab Adamo, quamuis anima ſuum eſſe habeat à Deo per creationem. Ita Beccanus loco cit. quæſt. 8. concl 4. & alij recentiores.

PVN-

PVNCTVM IV.

Quam pœnam patiătur, qui cum ſolo Originali decedunt.

1 *Pœna alia eſt ſenſus, alia damni.*
2 *Pueri decedentes cum ſolo Originali puniuntur pœna damni.*
3 *Parentes grauiter peccant permittentes puerum ſine Baptiſmo decedere.*
4 *Pœna excommunicationis afficiuntur, qui abortum fœtus præſertim animati procurant.*
5 *Excommunicatio contra procurantes abortum non eſt hoc tempore reſeruata.*
6 *Fœminæ prægnantes procurantes abortum fœtus animati incurrunt excommunicationem.*
7 *Pueri cum ſolo Originali decedentes non ſunt puniendi pœna ſenſus.*
8 *Paruuli adducendi ſunt in Iudicium.*
9 *Homines in hoc mundo multas pœnas ob peccatum Originale patiuntur.*

1 NOtandum aliam eſſe pœnă ſenſus, aliam damni. Pœna ſenſus eſt illa, qua damnati cruciantur in inferno propter peccata actualia. Pœna verò damni conſiſtit in priuatione viſionis Dei. Hoc poſito quęrendum eſt primo, vtrũ paruuli cum ſolo originali morientes puniendi ſint pœna damni. Secundo pœna ſenſus.

PRIMA PROPOSITIO.

2 PVeri cum ſolo originali decedentes puniũtur pœna damni. Ratio eſt tum quia non ſunt baptizati, vt ſupponimus, alioquin non dicerentur decedere cum originali, cum originale peccatum per baptiſmum deleatur, ergo non poſſunt ingredi Regnũ Dei, & frui beatifica viſione iuxta illud Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt intrare in Regnum Dei, ergo puniuntur pęna damni, quæ cõſiſtit in priuatione viſionis beatificæ. Tum quia inimici Dei indigni ſunt viſione beatifica, ſed pueri decedentes cum peccato originali ſunt inimici Dei, cum peccatum originale veră habeat peccati rationem, & efficiat homines filios irę, ergo pueri decedentes cum peccato Originali indigni ſunt viſione beatifica, conſequenter puniendi ſunt pœna damni, quæ conſiſtit in priuatione viſionis beatificæ, & hac pœna in æternum afficiĕtur, iuxta illud Apocalypſis 11. Vbicunque ceciderit lignum ſiuè ad Auſtrum, ſiuè ad Aquilonem, ibi erit; quo loco vtuntur Patres ad oſtendendum perpetuum ſtatum, in quo homines poſt mortem permanſuri ſunt. Ita communiter Doctores.

3 Hinc colligi poteſt primo quă grauiter peccent parentes, aut alij, qui pueros ſine baptiſmo decedere permittunt.

4 Secundò quam graui pœna puniendi ſint qui abortum fœtus pręſertim animati procurant. Vndè iure optimo contra huiuſmodi delinquentes excommunicationis pęna conſtituta eſt à Xiſto V. in conſtitutione, quæ incipit, Effrenatam, quæ pœna confirmata fuit à Gregorio XIII.

5 Obſerua tamen talem excommu-

municationem iure communi hoc tempore non eſſe reſeruatam, ſed quemlibet cõfeſſarium ad hos caſus ſpecialiter per loci ordinarium deputatum,poſſe in foro conſcientiæ abſoluere, vt patet ex decreto eiuſdem Gregorij XIII. quamuis iſta excommunicatio eſſet alias Summo Pontifici reſeruata per Cõſtitutionem Xiſti V. quam referunt Sayrus lib.3.cap.35.num.27. Quaranta, & Naldus verbo Abortus, & hoc etiam tẽpore eſt reſeruata ijs, qui per loci ordinarium non ſunt ad hos caſus ſpecialiter deputati ex decreto Gregorij XIII. in Concilio noſtro Prouinciali VII.tit. De ſacramento Pœnitentiæ.

6 An verò prædicta excommunicatione afficiantur ipſęmet fœminæ prægnantes proprium procurãtes abortum diſſenſio eſt inter Doctores; nam in ſecunda parte conſtitutionis Xiſti V. vbi ſermo eſt de excommunicatione, Summus Pontifex nõ loquitur de recipientibus potionem ad abortiendum,ſed de tradentibus, vel conſulentibus, vel cooperantibus,vel innuentibus.

Sed contrarium mihi verius, & probabilius videtur, tum quia ſic vſu receptum eſt. Tum quia textus loquitur non ſolum de cooperantibus, verum etiam de ipſiſmet fœminis, quæ vel vt principales, vel vt ſociæ conſciæ ſunt talis criminis per opem,conſilium,fauoré, potionem, &c. Iure igitur optimo lata eſt excõmunicatio contra huiuſmodi fœminas, alioſvè procurãtes abortum fœtus animati. Contra verò procurantes abortum fœtus inanimati poſita eſt reſeruatio in noſtris Cõcilijs Prouincialibus, vt patet ex dictis de Reſtitutione diſputatione 2. quæſtione vltima, ſectione prima puncto 7.quæſito 3. num.6.

SECVNDA PROPOSITIO.

7 Pveri cum ſolo Originali decedentes non ſunt puniendi pœna ſenſus. Ratio eſt quia Apocalypſis 18. dicitur, Quantum ſe glorificauit, & in delitijs fuit,tantum date illi tormẽtum. Ex quo loco ſic argumentor. Paruuli antequam rationis vſum acquirerent nõ ſe glorificauerunt, nec in delitijs fuerunt, ergo non debent torqueri pœna ſenſus, cum hæc pœna ſolum debeatur ob peccatum actuale. Ita Sanctus Thomas, Molina, Durandus, Scotus, Bonauentura, Sotus,& alij apud Becanum loco ſupra citato,quæſt. 12.apud Vaſquez diſp. 134.cap.3.num.7.& apud Azorium tom. 1. lib.4. cap.33.quæſito 2.

Ad obiectiones, quæ in contrarium ex ſcriptura poſſent afferri, qualis eſt illa Matthæi 3. Permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili; & Apocalypſis 20. Qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis; Cum autẽ pueri cum peccato Originali decedentes non ſcribantur in libro vitæ, dicendum videtur in ſtagnum ignis mitti, & conſequenter pœna ſenſus torqueri.

Reſpondetur intelligi de adultis habẽtibus peccata actualia, vt bene docet Vaſquez loco cit. Becanus quæſt.12.& alij recentiores.

Obijcies. Pueri exiſtẽtes in Limbo cognoſcunt ſe priuatos viſione Dei, qua perfruuntur alij, qui ſine pec-

peccato deceſſerunt, ſed non poſſunt huiuſmodi ſtatum cognoſcere, & intelligere, niſi dolorem aliquẽ, ſeu pœnam ſenſus percipiant, ergo pueri cum ſolo Originali decedentes patiuntur pœnam ſenſus.

Reſpondeo pueros ex huiuſmodi cognitione, ſeu apprehenſione non percepturos dolorem, aut pœnam, quia Deus vel auertet huiuſmodi cogitationem, ne dolorem percipiant, vel non concurret ad actum doloris, & triſtitiæ. Ita Azorius prima parte, lib 3. cap. 33. quæſito 2. & alij Doctores ſtatim citãdi. Nequè dicas hoc eſſe miraculum, nam quod euenit iuxta præſcriptas á Deo leges non eſt miraculum, vt benè obſeruat Riccius in praxi Epiſcoporum deciſione 563. Maſcardus de probationibus lib. 2. concluſione 1064. Praxis Neapolitana, cap. 49. & alij. Pueros autem igne non torqueri diuina lege cautum videtur, cum pœna ſenſus peccato actuali debeatur. ita Vaſquez diſp. 134. cap. 3. Suarez tertia parte tomo 2. diſp. 57. ſect. 6. Becanus loco cit. quæſt. 12. & alij recentiores.

8 Quæres primò, vtrum paruuli adducendi ſint in iudicium.

Reſpondeo adducendos eſſe, vt reaſſumptis corporibus in tenebras deſtinẽtur ob peccatum Originale iuxta illud Corinthiorum 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. ita Azorius loco cit. quæſito 3. & alij.

9 Quęres ſecundò, vtrum homines in hoc mundo patiantur aliquas pœnas ob peccatum Originale.

Reſpondeo affirmatiuè cum Soto in 4. diſt. 47. quæſt. 1. art. 3. Azorio loco cit. cap. 30. Vaſquez diſp. 134. Becano quæſt. 11. & alijs apud Suarez 3. par. tomo 2. diſp. 57. ſect. 6. verſic. Nihilominus; patiuntur enim ęgritudines, rebellionem appetitus, & alias ingẽtes, & innumeras miſerias, quas paſsi non fuiſſent, ſi Adam non deliquiſſet, pactumq; cum Deo initum non violaſſet.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO II.

De peccato actuali, & habituali.

PEccatum, quod aliquando dicitur culpa, aliquando vitium, & aliquando malitia, duplex eſt, vnum dicitur actuale, quia conſiſtit in aliquo actu, vel omiſsione actus, vt eſt inflictio vulneris, detractio, deſiderium impudicum, fractio ieiunij, omiſsio Miſſæ, &c. Alterum dicitur habituale, quia habitualiter perſeuerat, donec ſufficienter retractetur, & ab eo delinquens denominatur peccator ob peccatum actuale antea commiſſum, nondumq; dimiſſum, quale peccatum eſt, exempli gratia, percuſsio, detractio, vel turpe deſiderium externa die commiſſum, de quo nondum peracta eſt pœnitentia. Prius loquar de peccato actuali, poſtea de peccato habituali inquirendo primo quid ſit peccatum actuale. Secundo quid ſit peccatum habituale. Tertiò, quid requiratur ad peccatũ actuale. Quartò, vtrum dari poſsit aliquis actus, qui nec bonus, nec peccaminoſus ſit. Quintò, quanta ſit peccati malitia.

PVNCTVM I.

Quid ſit peccatum actuale.

1 *Prima definitio, quid ſit peccatum à poſteriori, & materialiter.*

2 *Omne peccatum eſt malum, quia prohibitum eſt aliqua lege.*

3 *Prohibitio iuris naturæ reſpectu peccatorum iuri naturæ oppoſitorum cõſiſtit in ipſa diſconuenientia rei, ſeu obiecti cum natura rationali.*

4 *Non omnia peccata ſunt mala, quia ſint contra legem æternam Dei formaliter.*

5 *Secunda definitio peccati à poſteriori.*

6 *Tertia definitio peccati à poſteriori.*

7 *Peccata mortalia ſunt contra naturã hominis, quatenus ſunt contra hominis rationem.*

8 *Propenſio, & hominis inclinatio alia eſt rationalis, & alia ſenſitiua,*

9 *Peccata carnalia alia ſunt iuxta alia præter modum, & finem naturæ conſuetum.*

10 *Differentia inter peccata carnalia.*

11 *Omnia peccata dicuntur contra naturam hominis, quatenus recta ratio dictat ea eſſe fugienda.*

12 *Peccatum actuale quomodo à priori, & formaliter definiatur.*

13 *In peccato conſideratur materiale, & formale.*

14 *Ratio formalis peccati omiſſionis conſiſtit in priuatione actus debiti.*

Duo

DVo breuiter in hoc puncto explicabo. Primò quid ſit peccatũ actuale à poſteriori, aut materialiter. Secundo quid ſit à priori, & formaliter, vt Philoſophi loquuntur.

PRIMA PROPOSITIO.

PEccatum actuale poteſt materialiter, vel à poſteriori multipliciter definiri.

1 Prima definitio eſt. Peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei æternam. Ita Sanctus Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum cap. 27. Magiſter in 3. diſt. 25. S. Thomas prima ſecundæ q. 71. art. 6. Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 1. Azorius prima par. lib. 4. cap. 1. Clauis Regia lib. 2. cap. 5. nu. 4. Becanus tomo 2. tractatu 2. cap. 1. nu. 1. Nauarrus. Medina, & alij apud præcitatos Doct.

Dicitur dictum, vel factum, vel concupitum, vt oſtendatur hic definiri peccatum non ſolum cordis, verum etiam oris, & operis, triplex enim eſt peccatum, vt inferius explicabo, cordis, oris, & operis.

Dicitur contra legem Dei æternam, vt intelligatur omnia peccata, ſiue ſint contra legem naturalẽ, ſiue contra legem ipſam diuinam, ſiue contra legem humanã, eſſe ſaltem indirectè contra legem æternã Dei; nam lex diuina non ſolum pręcipit obedientiam, & adimpletionem legum naturalium, & diuinarum, verum etiam humanarum, Lucę 10. Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Ad Hebræos 13. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis; & ad Romanos 13. Qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi Dei damnationẽ acquirunt, quo in loco ſermo eſt de poteſtate, & lege ſęcularium Principum, cui Deus præcipit obedientiam exhiberi.

Obijcies contra prædictam definitionem. Vt definitio peccati in genere bona ſit conuenire debet omni peccato; hæc autem non conuenit omni peccato etiã materialiter ſumpto, cum peccatum omiſſionis, quod verè, & propriè peccatũ appellatur; non ſit dictum, vel factum, vel concupitum; nam omiſſio ſacri, exempli gratia, non eſt dictum, vel factum, vel concupitum. Præterea peccato veniali prædicta definitio conuenire non videtur, quia peccatum veniale non videtur contra legem Dei, ſed pręter, vt docet Magiſter in 2. diſt. 35. Diuus Thomas, & alij.

Reſpondeo cum Sanchez, Azorio, Claue Regia, & alijs locis citatis nomen facti, ſeu actus in allata definitione latè accipi, quatenus etiam comprehendit omiſſionem alicuius actus nã qui omittit, quod facere tenetur, videtur facere contra id, quod tenetur facere. Propterea peccatum actuale non ſolũ eſt dicere, vel facere, vel concupiſcere, ſed etiam nõ dicere, vel non facere, vel non cõcupiſcere, quod dicere, facere, vel concupiſcere tenemur.

Ad id, quod dicitur de peccato veniali reſpondeo etiam peccatũ veniale eſſe contra legem Dei, quãuis non ſit cõtra finem legis, qui eſt charitas, cum peccatum veniale ſimul ſtare poſsit cum charitate, vt inferius explicabo. Ex quo infertur

Digitized by Google

tur prędictam definitionem peccato veniali accommodari poſſe.

2 Ex dictis colligi poteſt ſolutio illius difficultatis, qua quæritur, vtrum omne peccatum ſit malum, eo quod ſit prohibitum ſaltem æterna lege.

Reſpōdetur enim omne peccatum eſſe malum, quia prohibitum eſt aliqua lege, ſiue loquamur de peccatis contra pręcepta humana, ſiue de peccatis contra præceptum diuinū, ſiue de peccatis contra naturæ legem. Ita S. Bonauentura in 2. diſt. 35. in quarto dubio, & nonnulli Thomiſtæ, quos tacito nomine refert Vaſquez prima ſecundæ diſp. 77. cap. 1. nu. 2. expreſſo verò nomine adducit diſp. 97. cap. 2. cōtra eūdem Vaſquez ibidem, & diſpu. 73. cap. 5. nu. 17. & diſp. 90. cap. 3. nu. 6. circa medium, & diſp. 97. cap. 3. Ratio patet tum inductione; nam edere tempore ieiunij ideo eſt malum, quia iure humano præceptum eſt ieiuniū, & prohibitus eſt tali tempore ci bi vſus, excepta vnica in die comeſtione. Item nō confiteri ante communionem eſt malum, quia iure diuino præcepta eſt confeſſio habēti conſcientiam peccati mortalis. Rurſus adulterium, vel homicidium, vel mendacium eſt malū, quia iure naturæ prohibetur, & ſic de cæteris, ergo omnia peccata sūt mala, quia prohibentur aliqua lege. Tum quia Diuus Paulus ad Romanos 4. ſatis indicat nullum extare peccatum, niſi ſit contra legē illis verbis, Lex iram operatur, vbi nō eſt lex, nec præuaricatio, quo in loco Diuus Paulus nō ſolum de legibus poſitiuis loquitur, verum etiam de naturali, vt inquiunt Toletus, & alij expoſitores recentiores in eum locum, Ergo non eſt præuaricatio, niſi ſit lex, ergo non eſt peccatum, niſi prohibitum. Tum quia omne peccatum vel eſt omiſſionis, vel cōmiſſionis, ſed peccatum omiſſionis ideò eſt malum, quia omiſſio eſt prohibita, & præceptus eſt actus oppoſitus; peccatum verò commiſſionis ideo eſt malum, quia aliquis actus exercetur contra legem prohibentem talem actū ergo peccatum eſt malum, quia prohibitū eſt aliquo iure, humano, vel diuino, vel naturali.

3 Si quæras, in quonam conſiſtat ꝓhibitio iuris naturæ reſpectu peccatorum, quæ iuri naturæ ſunt oppoſita, ſeu quæ diximus eſſe mala, quia ſunt iure naturæ prohibita.

Reſpondetur conſiſtere in ipſa diſconuenientia rei, ſeu obiecti cū natura rationali, vt patet inductione; nam prohibitio adulterij, vel homicidij, vel mendacij, &c. conſiſtit in diſconuenientia, & repugnantia ipſius actus adulterij, vel homicidij, vel mendacij cum recta ratione, quæ diſconuenientia, ſeu repugnantia rationem habet legis, & prohibitionis; ideo enim adulterium, vel homicidium eſt malum malitia formali, & vera; quia eſt prohibitū iure naturæ, quia ſcilicet diſconuenientiam, & oppoſitionem habet cum natura rationali, ſeu cum recta ratione.

4 Sed adhuc explicādum eſt dubium, cuius ſolutionem ex doctrina in præcedentibus tradita colligi poſſe aſſeruimus, vtrum ſcilicet omnia peccata ſint mala, quia ſint prohibita lege Dei æterna.

Reſpondetur non omnia peccata eſſe mala, quia formaliter ſint cōtra legem Dei æternam, quamuis

enim omnia peccata de facto ſint prohibita lege æterna Dei, vt in explicatione primæ definitionis docui; tamen lex æterna Dei non eſt ratio formalis, & cauſa principalis, cur omnia peccata ſint mala, nam etiamſi Deus per impoſsibile non prohibuiſſet peccata iuri naturæ aduerſantia, vt adulterium, vel homicidium, &c. nihilominus homicidium, adulterium, & alia peccata iuri naturę oppoſita adhuc eſſent mala, & culpabilia. Quamobrem S. Auguſtinus primo de libero arbitrio ait, Adulterium non idcircò eſt malum, quia prohibitum, lege videlicet diuina, ſed idcircò lege diuina prohibetur, quia malum, ergo Diuus Auguſtinus ſupponit adulterium eſſe malũ, etiamſi à Deo non prohibeatur, cũ malum ſit propter prohibitionem iuris naturæ.

Verùm igitur eſt omnia peccata eſſe contra legem Dei æternam; ſed ratio formalis, cur omnia peccata ſint mala, non eſt quia ſint contra legem Dei æternã, ſed potius quia prohibita ſunt lege diuina, vel naturali, vel humana. ita Sanchez loc. cit. num. 1. Vaſquez prima ſecundæ diſput. 97. cap. 3. ad finem, & alij recẽtiores nec diſſentire videtur Suarez lib. 2. de legibus cap. 6. nu. 13.

Ex quo patet primam definitionem hactenus allatam, & explicatam non eſſe à priori, ſed potius à poſteriori, ſeu materialiter, cum lex Dei non ſit ratio formalis, & cauſa principalis, cur peccatum ſit peccatum, & malum, quamuis omnia peccata ſint contra legem Dei æternam, quatenus Deus præcipit iuſtis legibus obedientiã præſtari.

5 Secunda definitio eſt. Peccatum præſertim mortale eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam.

Dicitur auerſio à Deo, tum quia peccatum eſt contra legem Dei. Tum quia peccatum mortale nos ſeparat à charitate, & à gratia Dei, conſequenter nos auertit à Deo, cui per charitatem, & gratiã coniungebamur.

Dicitur conuerſio ad creaturam, quatenus peccator eligit delectationem, & vtilitatem temporalẽ, quam per actum peccaminoſum intendit. Ita Azorius loco ſupra citato cap. 2. quæſito primo, & alij communiter Theologi: & hæc definitio non eſt à priori, ſed potius à poſteriori, ſeu ab effectu, qui per peccatum inducitur, cum homo per peccatum à Deo auertatur; hæc autem definitio proprie conuenit peccato mortali, veniali verò tantummodo indirectè, quatenus veniale peccatum diſponit ad mortale, iuxta illud Salomonis. Qui ſpernit modica paulatim decidet.

6 Tertia definitio. Peccatum eſt actus contra rectam naturam hominis, vt homo eſt.

Dicitur contra naturam hominis, inquit Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 71. artic. 2. Azor prima parte lib. 4. cap. primo, quæſito 3. & alij apud Vaſquez diſput. 90. cap. 1. quia eſt contra rectam rationem; ſicut enim frigus dicitur eſſe contra naturam ignis, quia contrarium eſt formæ, & naturæ ignis; ita peccatum dicitur contra naturam hominis, quia opponitur rectæ rationi hominis, quæ fundatur in anima rationali, vt rationalis eſt, quæ eſt forma hominis. Cum ergo recta ratio dictet quid faciendum, quiduè fugiendum ſit, ſequi-

tur, vt quoties aliquid fit cōtra dictamen rationis, dicatur fieri contra naturam hominis, vt homo eſt, ſeu quatenus ratione vtitur, & hoc pacto explicandi ſunt Doctores, dū aſſerunt peccatum eſſe cōtra naturam hominis.

7 Hinc ſequitur primò, peccata mortalia, vt fornicationes, adulteria, homicidia, &c. eſſe contra naturam hominis, quatenus ſunt contra rectam hominis rationem, quod vt melius intelligatur.

8 Obſerua duplicem inclinationem, & propenſionem in homine reperiri, vnam rationalem, quę cōuenit illi, vt homo eſt; alteram ſenſitiuam, quæ conuenit illi, vt eſt animal.

9 Rurſus obſerua peccata carnalia eſſe in duplici genere, alia fiunt iuxta modum, & finem ordinariū naturæ, vt ſunt actus fornicationū in vaſe debito; alia committuntur non ſeruato modo, & fine ordinario, quem natura etiā in brutis prę ſcripſit, vt patet ex dictis de matrimonio. Peccata carnalia ſiue fiant iuxta modum naturæ ordinarium, ſiue non ſeruato modo, & fine conſueto, dicuntur contra naturam hominis, vt homo eſt, ſeu quatenus ratione vtitur. Quanquàm peccata, quæ committuntur ſeruato naturæ modo, & fine conſueto non ita dicuntur contra naturam, ſicut dicuntur peccata, quæ committuntur non ſeruato modo, & fine naturæ conſueto; nam peccata, quæ hoc ſecundo modo committuntur, repugnant naturæ non ſolum conſideratæ ſecundum inclinationem, & propenſionem rationalem, verum etiam ſecundum naturam, ſeu inclinationem ſenſitiuam, quæ ab huiuſmodi peccatis abhorret; peccata verò, quæ primo modo committuntur ſeruato naturæ ordine, repugnant naturæ hominis, vt homo eſt, ſeu quatenus ratione vtitur; non verò repugnant naturæ, iuxta propenſionem ſenſitiuam, qua ſenſus ad huiuſmodi peccata inclinat, quatenus appetit delectabilia iuxta modum ordinarium. Ita Vaſqúez diſput. 80. quæſt. 3. ad finem. Becanus cap. 1. nu. 6. & 8. & alij recentiores communiter.

10 Ex quo patet differentia inter peccata carnalia, quòd aliqua peccata carnalia non dicūtur eſſe cōtra naturam hominis, ſi natura hominis ſpectetur iuxta propēſionem ſenſitiuam; aliqua verò dicuntur eſſe contra naturam hominis, etiamſi natura hominis ſpectetur iuxta propēſionem ſenſitiuam. Quanquàm omnia tam carnalia, quam non carnalia dicuntur contra naturam hominis, ſi natura hominis cōſideretur iuxta inclinationem rationalem.

11 Secundò ſequitur, omnia peccata ſiuè ſint contra ius naturæ, vel diuinum, vel contra virtutes ſupernaturales, ſiuè ſint contra leges humanas, dici contra naturam hominis, quatenus recta ratio dictat euitanda eſſe omnia peccata, quæcunque illa ſint. Ita Becanus loco citato nu. 7. Vaſquez, & alij recentiores.

Alias peccati definitiones, quas aliqui Doctores afferunt, prætermitto, quia non multum noſtro inſtituto deſeruiunt. Accedamus ad definitionem peccati formalem, & à priori.

SECVNDA PROPOSITIO.

12 Peccatum actuale poteſt à priori,& formaliter hoc pacto definiri. Peccatum eſt priuatio debitæ rectitudinis. Ratio eſt quia ſicut actus formaliter eſt bonus,quando eſt conformis rationi, ſuamq; debitam rectitudinem habet,ita formaliter eſt malus, quando eſt contra rectam rationem , & debita caret rectitudine,conſequẽter ratio formalis peccati cõſiſtere videtur in priuatione debitæ rectitudinis ; oppoſitorum.n.par eſt rõ.

13 Vt hæc propoſitio melius intelligatur aduertendum eſt in peccato duo conſiderari poſſe, materiale ſcilicet, & formale, materiale peccati eſt actus, ſi loquamur de peccato cõmiſsionis, formale verò, eſt priuatio rectitudinis debitę illi actui,vt in peccato detractionis materiale eſt ipſe actus detractionis, formale eſt priuatio bonitatis,quæ tali actui ineſſe deberet, nam poſito,quod quis velit loqui de factis,& rebus alienis, nõ debet turpiter loqui,ſed honeſtè,cũ honore, vel ſaltem ſine læſione famæ, ad quã proximus habet ius.Præterea in peccato odij in Deum materiale eſt ipſe actus odij; ratio verò formalis eſt priuatio bonitatis debitæ tali actui; quamuis enim actus odij Dei, qui eſt intrinſecè malus,non ſit phyſicè capax bonitatis, nec dici poſſit habere phyſicè priuationẽ bonitatis , tamen moraliter eſt capax bonitatis , quatenus talis actus deberet eſſe bonus, & actus amoris ; quamuis enim non ſemper teneamur circa aliquod obiectum bene operari ; ex ſuppoſitione tamen , quod crca illud operari velimus,tenemur bene operari,cõſequenter quamuis non teneamur ſemper diligere Deum, tamen habemus præceptũ non odiendi Deũ, ſed illum amandi , dum circa ipſum verſari,volumus. In actu igitur odij Dei dicitur eſſe priuatio bonitatis, & rectitudinis moraliter, quatenus actus circa Deum deberet eſſe bonus , conſequenter ratio formalis peccati commiſsionis cõſiſtit in priuatione rectitudinis debitæ actui.

14 Explicanda modò eſt ratio formalis peccati omiſsionis.Ratio formalis peccati omiſsionis conſiſtere videtur in priuatione actus debiti ; vnde ratio formalis peccati omiſsionis ſacri conſiſtit in priuatione actus , quo quis miſſam audire tenebatur; & ratio formalis peccati omiſsionis diuini officij conſiſtit in priuatione actus, ſeu recitationis,qua diuinum officium perſoluere tenebatur. Ratio eſt quia ſicut aliquis actus eſt malus, quaten' debita caret rectitudine;ita omiſsio formaliter eſt mala , quatenus debitam nõ habet rectitudinẽ; non habet autẽ debitã rectitudinẽ, dũ adeſt priuatio actus debiti,ergo peccatum omiſsionis conſiſtere videtur in priuatione actus debiti.

Obijcies. Ratio formalis peccati conſiſtit in offenſa , & iniuria Dei , ergo non conſiſtit in priuatione debitæ rectitudinis,ſeu actus debiti.

Reſpondeo offenſam , & iniuriam Dei eſſe veluti quandam paſſionem , & proprietatem peccati, quatenus peccator peccando Deũ offendit,illiq; iniuriam facit, ſicut ſubditus ſuo Principi , vel Superiori facit iniuriam , dum ipſius le-

Digitized by Google

legibus, & præceptis debitam non præſtat obedientiam. Nego tamen iniuriam Dei eſſe rationem formalẽ peccati; nam ſi per impoſsibile aliquis inuincibiliter ignoraret Deũ eſſe, ſciret verò adulterium, vel homicidium eſſe cõtra rectam rationem, proculdubio peccaret occidendo, vel adulterando, ſed ipſius peccatum non haberet rationẽ iniuriæ, cum de ratione iniuriæ inquit Ariſtoteles 5. Ethicorum cap. 8. ſit, vt ſciatur actum eſſe contra voluntatem alterius, illique iniurioſum eſſe. Ob id excuſatur amens, dum alios iniurioſis verbis afficit, quia neſcit illis verbis iniuriã irrogari. ita cõiter DD. recentiores.

PVNCTVM II.

Quid ſit peccatum habituale.

1 *Peccatum habituale eſt macula, quã poſt ſe relinquit peccatum actuale.*

2 *Macula habitualis peccati conſiſtit in malitia actus præteriti perſeuerante per modum habitus, & in priuatione gratiæ habitualis.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Peccatum habituale eſt quædam macula, quam poſt ſe relinquit peccatum actuale. Hæc propoſitio patet tum ex forma baptiſmi, in qua dicitur, ego te baptizo, ideſt abluo; ablui autem, & baptizari dicitur, qui aliqua macula infectus eſt. Tum ex pſalmo 50. Amplius laua me, &c. Tum ex Ezechielis 36. Effundam ſuper vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus veſtris; mundari autem, ablui, & lauari ſupponit maculam; Tum ex pſalmo 14. vbi Propheta interrogat Deũ, quis habitaturus ſit in tabernaculo eius, & reſpondetur, eum, qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam, ideſt qui non habet peccata, quæ maculam animæ afferũt. ita DD. ſtatim citandi.

2 Quæres, in quonã conſiſtat macula peccati habitualis.

Reſpondeo in duobus cõſiſtere. Primo in malitia actus præteriti moraliter perſeuerante per modũ habitus, ſeu, vt aliqui dicunt, in extrinſeca denominatione ab actu præterito nondum retractato per pœnitentiam; nam homo per actũ præteritum denominatur peccator, donec peccatum retractatũ, & deletum fuerit per pœnitentiam. Ita Vaſquez par. 2. diſput. 139. cap. 5. & alij DD. ſtatim citandi.

Secundo in priuatione gratiæ habitualis; ſicut enim gratia habitualis eſt quædam pulchritudo, quidã nitor, & ſanctitas animæ; ita peccatum habituale vindicat ſibi nomẽ maculæ, quatenus priuat animam nitore, & pulchritudine gratiæ. Quapropter Doctores communiter docent, peccatum mortale habituale cõſiſtere in priuatione gratiæ. ita S. Thomas prima ſecundæ quæſt. 86. art. 1. & 2. Sotus in 4. diſt. 15. quæſt. 1. art. 2. Azor. prima parte lib. 4. cap. 8. quæſito 8. & 9. Valentia tomo 2. diſp. 6. quæſt. 16. puncto primo. Clauis Regia lib. 2. cap. 13. nu. 4. & alij apud præcitatos Doctores.

Obijcies primo. Qui poſt aliqđ peccatum mortale commiſſum, ſed nondum deletum aliud mortale cõmittit, non priuatur gratia; cum priuatio gratiæ iam inducta ſit per pri-

primum mortale peccatũ, ergo peccatum habituale non videtur conſiſtere in quadã macula, quatenus dicit priuationem gratiæ; alioquin nullus cõmiſſo ſemel mortali peccato, poſſet mortaliter peccare.

Reſpondeo hinc ſolum concludi peccatum mortale habituale nõ priuare gratia; quando priuatio gratiæ per antecedẽs peccatum inducta fuit, non tamen hinc ſequitur peccatum ex ſua natura non inducere priuationem, & ex ſe non cõſiſtere in quadam macula, & deformitate; Itaque quando dicitur peccatum habituale, ſeu maculam peccati habitualis conſiſtere in priuatione gratiæ, ſenſus eſt maculam peccati habitualis cõſiſtere in gratiæ priuatione, quam ipſum peccatum inducit, niſi ab aliquo antecedẽti peccato fuerit inducta, vt patet à ſimili ex dictis de forma ſacramenti Pœnitentiæ.

Obijcies ſecundò. Si peccatum habituale conſiſteret in priuatione gratiæ, ſequeretur omnia peccata mortalia eſſe paria, vnumquè non eſſe maius alio; nã omnia ex ſe priuant gratia; cum autem falſum ſit omnia peccata mortalia eſſe paria, dicendum videtur peccatum mortale habituale non conſiſtere in priuatione gratiæ.

Reſpõdeo omnia peccata mortalia eſſe paria, ſi ſpectentur ſolum ſecũdum rationẽ priuationis gratiæ, cum omnia priuent gratia ſimpliciter; ſi verò peccata habitualia conſiderentur ſecundum malitiam actualem moraliter perſeuerantem per modum habitus, ſeu ſecundum denominationem ab actu præterito, certum eſt vnum peccatum eſſe grauius altero; cum vna malitia actualis ſit grauior altera; & non omnia peccata actualia ſint paria, vt per ſe patet, & clarius cõſtabit ex infra dicendis.

Obijcies tertiò. Peccatum veniale habituale nõ conſiſtit in quadam macula: non enim priuat gratia habituali, ergo falſum eſt peccatum habituale conſiſtere in quadam macula.

Reſpõdeo peccatum veniale dici poſſe conſiſtere in quadam macula. Primò indirectè, ſi conſideretur, quatenus diſponit ad peccatum mortale. Secundò directè, ſi conſideretur vt quidam actus deſtitutus bonitate, & honeſtate moraliter perſeuerans per modum habitus, donec deleatur per pœnitentiam. Ratio eſt tum quia Prouerbiorum 16. dicitur, Quis poteſt dicere, Mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato, &c. ergo quilibet eſt immundus, ſed non quilibet poteſt dici immundus peccati mortalis macula, cum viri iuſti peccati mortalis conſcientiam non habeãt, ergo dicetur immũdus macula peccati venialis, ergo dicendum eſt peccatum veniale in quadam macula conſiſtere, quatenus ſcilicet peccatũ veniale conſiſtit in aliquo actu carẽte debita bonitate, & honeſtate. Tum quia forma baptiſmi verificatur non ſolum de peccatis mortalibus; verum etiam de venialibus, quorum ablutionem adultus baptizatus obtinet, ergo peccatũ veniale cõſiſtere videtur in aliqua macula, non quidem directè, quatenus macula eſt priuatio gratiæ; nam hæc ſoli peccato mortali conuenit, ſed indirectè, quatenus diſponit ad mortale, vel etiam directè quatenus dicit actum deſtitutũ

boni-

Digitized by Google

bonitate moraliter perſeuerantem, per quem homo extrinſeca denominatione denominatur peccator, non ſimpliciter, ſed ſecūdum quid. ita Diuus Thomas 3.par. q.87.art.2. ad tertium. Valentia loco citato verſic. Quinto ſequitur. Azor loco citato quæſito 8. & 9. Vaſquez loc. cit. cap.1. Clauis Regia loc.cit.nu. 6. Diuus Bonauentura, & alij apud præcitatos DD.

PVNCTVM III.

Quid requiratur ad peccatum actuale.

1 *Motus primò primi, & ſecundò primi quinam dicantur.*
2 *Aduertentia malitiæ alia eſt plena, alia ſemiplena.*
3 *Ad peccatum mortale requiritur expreſſa aduertentia.*
4 *Dum committitur peccatum ſemper adeſt aliquis cōſiderationis defectus.*
5 *Non ieiunans aliquo die excuſatur, ſi de ieiunio nihil cogitauit.*
6 *Proijciens ſaxum per feneſtram non aduertens ad periculum lædēdi, excuſatur.*
7 *Proijciens ſaxum putans eſſe pomum, vel non aduertens ad homicidium, non eſt reus homicidij,*
8 *Celebrans inaduertenter contractum vſurarium excuſatur.*
9 *Committitur vnum tantummodo peccatum, ſi peccatū duplicem habeat malitiam, & peccator vnam tantum aduertat.*
10 *Motus ſenſualitatis præuenićtes vſum rationis non ſunt peccata.*
11 *Semidormientes, & non plenè aduertentes ad malitiam non mortaliter peccant, ſi pollutionem patiantur.*
12 *Ad mortale non ſufficit, vt aliquis potuerit ſimpliciter, vel debuerit malitiam conſiderare.*
13 *Rarò aduertentia malitiæ deeſt in ijs, quæ iure naturæ ſunt prohibita.*
14 *Ad peccatū mortale ſufficit, vt homo aduertat ad malitiam ſimpliciter.*
15 *Ad peccatum requiritur conſenſus.*
16 *Conſenſus alius eſt directus, alius indirectus.*
17 *Leuem negligentiam admittens in repellendis tentationibus, non mortaliter peccat.*
18 *An peccet, qui non reprimit motus ſenſualitatis, vel delectatur ſub conditione, remiſſiuè.*
19 *In dubijs quandonā cognoſcemus cōſenſum perfectum, & ſufficientem ad peccatum mortale, & quandonā imperfectum, & inſufficientem adfuiſſe.*

1 PRæmittendum eſt primo aliquos eſſe motus primò primos, & aliquos ſecundò primos. Motus primò prim⁹ dicitur ille, qui omnem rationis vſum, & malitiæ conſiderationem præuenit, conſequenter non eſt voluntarius, cum voluntas non feratur in incognitū. Motus ſecundò primus dicitur ille, qui motui primò, primo ſuccedit, & hic, cum ſit coniunctus cum aliqua cognitione, & aduertentia malitiæ, imputatur ad culpam, quia poſita aliqua malitiæ aduertentia poteſt præcaueri, & repelli; quanquam ſi non adeſt perfecta aduertētia, & deliberatio non imputatur ad mortalem culpam, vt infra probabo. Interim explico rem exēplo. Titius in die ieiunij comedit apprehendens cibum ſibi vtilem, vel delectabilem ſenſui, ſed non aduer-

tens ad prohibitionem, & præceptum ieiunij, excuſatur à peccato, quia ipſius comeſtio dici poteſt actus primò primus, vtpotè præueniens aduertentiam turpitudinis, & malitiæ. Si verò Titius habita aliqua malitiæ cogitatione, ideſt aduertentia ieiunij, ſeu prohibitionis comedat, actus dicitur ſecũdò primus, & imputatur ad peccatum veniale, ſi nondum adſit plena aduertentia; poſita verò plena aduertentia imputabitur ad culpã mortalem, vt conſtabit ex dicendis, niſi materiæ paruitas excuſet. Idem dicẽdum eſt de motibus ſenſualitatis, iuxta tradita de matrimonio, quæſt.4. puncto 7.

2 Præmittendum ſecundo aduertentiam malitiæ, aut eſſe plenam, aut ſemiplenam. Semiplena eſt, quando non habetur plena conſiſideratio malitiæ, vt contingit in ſemiebrijs, vel ſemidormientibus, vel ijs, qui mente aliò diſtrahuntur, aut ita grauiter ſunt mente cõmoti, vt ad malitiam leuiter aduertant. ita Nauarrus in ſumma præludio 9. Caietanus in ſumma verbo, Delectatio. Vaſquez 1. 2. diſp.107.cap.4.num.11.Sanchez in ſumma, lib.1.cap.1.num.10. & alij communiter.

His præmiſsis duo breuiter explicanda ſunt in hoc puncto. Primò, vtrum ad peccatum mortale requiratur aduertentia. Secundò, vtrum neceſſarius ſit conſenſus.

PRIMA PROPOSITIO.

3 AD peccatum mortale requiritur plena, & perfecta cogitatio, ſeu expreſſa aduertentia malitiæ, vel periculi malitiæ, vel ſaltem expreſſa aliqua dubitatio; ſeu ſcrupulus peccati. Ratio eſt tum quia niſi quis conſideret, ſeu aduertat opus, quod præſtat, eſſe malum, vel habere adnexum periculum mali, vel niſi habeat dubium, vel cogitationem aliquam mali, cenſetur laborare in aduertẽtia, ſeu obliuione inuincibili, & inculpabili, quæ comparatur ignorãtiæ inuincibili; ſicut autem ignorantia inuincibilis excuſat à peccatis, ita etiam excuſare debet inaduertentia malitiæ, vel periculi, &cæt. Tum quia homo per peccatum mortale fit reus æternæ pœnæ, ſed non eſt credibile æternam, & infinitã Dei pietatẽ velle, vt homo reus tantæ pœnæ conſtituatur, niſi expreſsè aduerterit ad peccati malitiã, vel dubitauerit, &c. ergo ad peccatũ mortale requirtur expreſſa aduertentia malitiæ, vel periculi, &c. Tum quia non eſt peccatũ, niſi ſit voluntarium, non poteſt autem eſſe voluntarium ſine aduertẽtia; cum voluntas non feratur in incognitum. Tum quia ſi quælibet aduertentia ſufficeret ad mortale, minus ardua, & difficilis videretur ad Cœlum via, nec Chriſti iugum ſuaue, & leue diceretur.

Dixi in propoſitione, aduertentia ipſius malitiæ, vt innuerem ad peccatum non ſufficere aduertentiam ad ipſum actum abſquè aduertentia malitiæ, aut peccati, vel ſine dubio, aut cogitatione peccati, vt patet ex allatis rationibus. Quamobrem, vt aliquis peccare dicatur contra præceptum, exempli gratia, ieiunij, non ſufficit, vt in die ieiunij aduertat ſe comedere, aut cœnare, ſed requiritur, vt aduertat illam comeſtionem, ſeu

cœ-

Digitized by Google

cœnam eſſe malam, ſeu prohibitã; ideo enim aliquis punitur, quia amplexus eſt peccatum, ſed non dicitur amplexus peccatum, niſi ad illud aduerterit, cũ voluntas non feratur in incognitum; ergo ad peccatum requiritur aduertentia peccati, ſeu malitiæ, & non ſufficit ſola ipſius actus aduertentia. Ita Vaſquez diſput. 107. cap. 3. num. 6. & 7. Sanchez loc. cit. num. 8. & cap. 16. nu. 21. Beccanus tractatu 2. cap. 5. quæſito 5. Azor prima parte libro 4. c. 5. quæſito 4. Reginaldus lib. 11. c. 3. num. 32. & cap. 15. num. 7. Sylueſter, Caietanus, Armilla, & alij apud Vaſquez loco citato.

4 Non nego tamen, quin aliquis defectus cõſiderationis ſemper adſit, dum committitur peccatum; nam ſi intellectus benè perpendiſſet, & conſideraſſet deformitatem peccati, voluntas non aſſentiretur peccato, nam voluntas, licet libera ſit, poſsitque bonum, & malum eligere; nihilominus ſi ritè proponeretur illi res turpiſsima priuans hominem ſummo bono, peccator ipſam non eligeret pro leui bono; Quamuis igitur aliquis defectus cõſiderationis adſit, dum patrantur peccata, nihilominus talis defectus conſiderationis non excuſat à peccatis, quia cum tali defectu conſiderationis adeſſe poteſt aduertẽtia malitię, ſeu peccati; aliud enim eſt expreſſa aduertentia malitiæ, ſeu periculi, aliud totalis cõſideratio malitiæ, & ipſius effectus. Ita Azorius prima par. lib. 4. cap. 23. quæſito 5. & alij recentiores.

5 Ex dictis colligi poteſt primo, illum à peccato excuſari, qui aliquo die non ieiunat nihil cogitãs, vel dubitans de ieiunio in tali die. Ita Sanchez in ſum. lib. 1. cap. 16. nu. 21. citra medium, & alij Doctores citati.

6 Secundo, illum excuſari, qui per feneſtram proijcit ſaxum nihil aduertens ad periculum lædendi tranſeuntes. ita Sanchez loco cit. nu. 21. ad finem.

7 Tertio, illum, qui lapidem proijcit putans eſſe pomum, & nihil omninò cogitans, aut rationabiliter dubitans de periculo homicidij, non eſſe reum homicidij, ſi dũ lapidem proijcit aliquem occidat; nam inaduertentia vicẽ gerit probabilis ignorantię, qua conſtat hominem a peccato excuſari. ita Reginaldus lib. 15. nu. 75. verſic. Secus eſſet, & alij.

8 Quartò, illum excuſari, qui cõtractum vſurarium celebrat nõ aduertens vſurarium eſſe. ita DD. cit.

9 Quintò, non committi duo peccata, ſed vnum, quoties aliquis actus duplicem habet malitiam, ſed peccator vnam ſolum aduertit. ita Sanchez loco cit. nu. 8. Vaſquez loco cit. nu. 10. & alij, quos retuli de matrimonio q. 4. pun. 7. nu. 6.; peccatum enim non eſt volitum ſecundum malitiam ignoratam. Ex quo patet eũ, qui tpe ieiunij cęnat aduertẽs cænã ſibi fore aliquãtulũ noxiã, ſed neſciens eſſe diẽ ieiunij, nõ peccare contra præceptum ieiunij etiamſi aliunde peccet excedendo regulas temperantiæ cum periculo ſanitatis, vt bene docet Vaſq. loco cit. nu. 9. Item percutiens ſocium, quem probabiliter ignorat eſſe clericum, peccat peccato iniuſtitiæ; non vero ſacrilegij, quod committitur ab eo, qui clericum cũ aduertentia clericatus percutit, vt patet ex dictis de cenſuris.

Sex-

Digitized by Google

10 Sextò, motus ſenſualitatis præuenietes vſum rationis nullò modo eſſe peccata, etiamſi longo durent tpe; moroſa enim delectatio nō dicitur a mora temporis, ſed rationis, ſeu intellectus aduertentis: Quoties verò homo poſita plena aduertētia in motibus ſenſualitatis delectationem capit, aut etiam negatiuè ſe habet, grauiter peccat iuxta dicta de matrimonio q.4. pūcto 7.

11 Septimò, eos nō peccare mortaliter, qui non plenè à ſomno excitati pollutionis voluptate fruuntur non plenè aduertentes ad ipſius malitiam, vt docet Caietanus verbo Delectatio, & alij, quos retuli de matrimonio q.4.

12 Octauò, ad peccatum mortale non ſufficere, vt aliquis potuerit ſimpliciter, vel debuerit malitiam conſiderare, quamuis oppoſitum ſentire videatur Vgolinus de cenſuris tabula prima, cap. 9. §. 8. nu. 6. Azorius prima parte. lib. 1. cap. 16. quęſito 5. Angelus verbo excōmunicatio caſu vltimo num. 5. Valentia tomo 2. diſp. 2. q. 1. pūcto 6. verſiculo, Tertium, quod. Nauarrus in ſumma præludio 1. nu. 17. & alij, ſed requiritur expreſſa conſideratio malitiæ, vel ipſius periculi, vel expreſſa dubitatio, ſeu ſuſpicio aliqua malitiæ, vel periculi, alioquin inaduertentia, ſeu obliuio cenſetur inuincibilis, & inculpabilis. ita Suarez de cenſuris, diſp. 4. ſect. 8. nu. 18. Sanchez lib. 1. cap. 16. nu. 21. Reginaldus loc. cit. Vaſquez prima ſecundæ diſp. 107. n. 6. vbi multos alios Doctores refert; quomodo enim id imputandū eſt voluntati, cuius nulla præceſsit cognitio, & aduertentia; voluntas enim cœca eſt, & in incognitum non fertur.

Dices peccatum imputari voluntati, quatenus homo, qui non aduertit malitiam, nec quidquam cogitauit, tenebatur cogitare, & aduertere, cum poſſet; perinde enim eſt ſcire, & debere ſcire. Reſpondetur negando peccatum imputari poſſe voluntati. Ratio eſt quia homo non pōt hic, & nunc aduertere, nec proximè tenetur aduertere ad malitiam, cuius nulla præceſsit cogitatio, cum nullus teneatur ad impoſsibile. Itaque dico hominē per ſe loquendo teneri, & poſſe ſcire, & aduertere malitiam peccati, quatenus potentiam, & poteſtatē ſciendi habet, ſed hic, & nunc proximè non teneri, ſed excuſari ab huiuſmodi obligatione, quatenus nulla præceſsit cogitatio, ſine qua moraliter impoſsibile eſt aliquid ſcire, vel aduertere, aut velle, cum vſus noſtræ voluntatis, & libertatis nitatur cognitione tanquam radice; voluntas enim cæca eſt, & non fertur in incognitum.

Ex quo deduci poteſt, quomodo intelligēdum ſit illud axioma, Scire, & debere ſcire paria ſunt; dico enim debere ſcire ęquiparari ſciētiæ, modò præceſſerit cognitio, ſeu cogitatio malitiæ, vel eius periculi. Ita Suarez loco cit. num. 18. Sanchez loco cit. nu. 24. Idem innuit Reginaldus lib. 15. nu. 75. Vaſquez loco cit. & alii recētiores, cōtra Nauarrum, Vgolinum, Valentiam, & alios locis citatis.

13 Circa prædictas illationes obſerua aduertentiam malitię, vt plurimum non deeſſe in iis, quæ iure naturæ prohibita ſunt, exceptis ſubitis quibuſdam motibus, vt explica-

plicaui in tractatu de matrimonio q.4. frequentius verò deeſſe poteſt in iis, quæ non ſunt intrinſecè mala, vt ibidem innui.

14 Quæres, vtrum ad peccatum mortale requiratur plena aduertentia malitiæ, quatenus malitia eſt mortalis, vel ſufficiat conſideratio, ſeu cognitio malitiæ ſimpliciter.

Reſpondeo ſatis eſſe, vt homo aduertat ad malitiam, nam homo poſita malitiæ aduertentia poteſt, & tenetur inquirere, an malitia ſit grauis, vel leuis, & cauere debet periculum grauiter peccandi, niſi enim huiuſmodi cautionem, & inquiſitionē adhibeat, cenſetur velle opus quauis malitia affectum, ſeque periculo exponit patrandi delictum graue; qui autem exponit ſe periculo grauiter peccandi, eo ſe coinquinat peccato, cuius periculo ſe exponit, vt inferius explicabo. Ita ſentire videtur Vaſquez 1. 2. diſp. 117. nu. 14. Reginaldus lib. 10. cap. 3. nu. 32. ad finē, & alii Doctores citati omiſsis iis, quos infra referam de conſcientia erronea.

SECVNDA PROPOSITIO.

15 AD peccatum requiritur conſenſus. Ratio eſt quia nullum eſt peccatum, niſi ſit voluntarium, ſed voluntarium dicitur illud, cui voluntas conſentit, ergo nullum eſt peccatum, niſi adſit conſenſus. Ita communiter Doctores.

16 Obſeruandum tamen eſt conſenſum duplicem eſſe, vnum directum, qui contingit quando voluntas aliquid intendit; alterum indirectum, & interpretatiuum, ſeu virtualem, qui contingit, quando quis aliquid facit, vel omittit præuidens inde ſecuturum aliquod peccatum, aut quando negatiuè ſe habet, ſeu quando negligens eſt in tentationibus repellendis. Hoc poſito dico ad peccatum requiri quidem conſenſum ſaltem virtualem, non verò neceſſarium eſſe cōſenſum directum, & expreſſum, vt probaui de matrimonio q.4. punc. 7. nu. 7. & idem docet Reginaldus lib. 11. cap. 5. num. 43.

17 Aduerte tamen illum, qui leuē tantummodo neglientiam committit in repellendis tētationibus, non peccare mortaliter, nam magnam Dei pietatem decere non videtur, vt homo propter huiuſmodi conſenſum imperfectum puniatur æterna pœna. Idem dicendum eſt de conſenſu, quo peccata committuntur cum imperfecta aduertētia, vt patet ex rationibus in prima propoſitione relatis.

18 An verò qui non reprimit motus ſenſualitatis, vel delectatur ſub conditione peccet, conſtat ex dictis de matrimonio q. 4.

19 Quæres, quomodo in dubijs diſcernere, & diiudicare poſsimus conſenſum perfectum, & ſufficientem ad mortale, vel imperfectum, & inſufficientem adfuiſſe.

Reſpondeo triplicem ſaltem regulā in hac materia præſcribi poſſe. Prima eſt, ſi homo aduertens ad peccatum ita ſe cognoſcit affectū, & animo diſpoſitum, vt quamuis illud facilè poſſet committere, nō committeret, vt plurimum iudicandum eſt non adfuiſſe conſenſum deliberatum, & ſufficientem ad mortale. Ita Sanchez in opere morali lib. 7. cap. 1. nu. 17. Idem innuit

nuit Reginaldus lib.11.cap.5.num. 51.& lib.15.num. 76. Clauis Regia lib.8.cap.7.num.6. poſt Medinam. Ratio eſt quia, cum potentiæ peccatum perpetrantes morem gerant voluntati, dum in ea diſpoſitione exiſtit, non leue indicium eſt voluntatem plenè conſenſiſſe, dum homo aduertit ſe non præſtiturum cõſenſum poſita tali diſpoſitione, & animi affectione.

Secunda regula eſt. Si dubitans ſit vir ita bonæ, & timoratæ conſcientiæ, vt peccatis diſſentire ſoleat, vt plurimum iudicandum eſt non habuiſſe plenam aduertentiã, & conſenſum, licet aliquam in repellendis tentationibus negligentiam admiſerit. Ratio eſt tũ quia fortiſsima præſumptio, & probabilitas deſumitur ex conſuetis. Tum quia ſi peccato conſenſiſſet, facilè cognoſceret ſe conſenſum præſtitiſſe; nam à mortali peccato valde abhorret, vt ſuppono, cum ſit timoratæ erga Deum conſcientiæ; qui autem ab aliquo malo valde abhorret, ſi in illud incidat, non facilè obliuiſcitur. Secus dicendum eſt de eo, qui frequenter tentationibus ſuccumbere conſueuit; hic enim in dubio putãdus eſt cõſenſiſſe. ita Clauis Regia loc. cit. Sanchez loc.cit.num.17.& cap.16. Medina prima ſecundæ quæſt. 74. art.8.ad finem, Reginaldus lib.15. num.76.ad finem, & alij, quos in ſimili de iudicio temerario adduxi. Ratio eſt tum quia fortiſsima præſumptio deſumitur ex conſuetis, vt bene docet Socinus Senior, lib. 1. conſil.44.Decius, Pariſius, & alij, quos citat, & ſequitur Menochius de præſumptionib.lib.1. præſumpt. 18 num.1. Tum quia, cum ſuæ ſalutis modicam, & leuem curam gerat, non premeretur dubio peccati mortalis, ſi peccato mortali conſenſum non præſtitiſſet.

Tertia regula eſt, quando quis dubitat, an aliquid fecerit, ſeu voluerit in ſomno, an in vigilia, ſeu dum eſſet ſui compos, an potius dũ ebrietate, vel freneſi correptus eſſet, nõ leue indicium eſt feciſſe, ſeu voluiſſe ſine plena aduertentia, & conſenſu; nam quæ cum plena aduertentia fiunt, facillimè cognoſcuntur facta fuiſſe ratione plenè aduertente; cum rationis vſus liberam permittat homini de ſuis actibus cognitionem, niſi fortè mora temporis aliquam induxerit obliuionem. Ita Sanchez in opere morali lib.1.cap.1.num.10.

PVNCTVM IV.

Vtrum dari poſſit actus indifferens, qui nec bonus, nec malus ſit in genere moris.

1 *Nullus datur actus in indiuiduo deliberatus indifferens.*
2 *Verbum otioſum malum eſt.*
3 *Actus fricationis barbæ, aut ſubueniendi proximo ob vtilitatem bonus eſt.*
4 *Actus verſans circa omiſſionem, cuius actus contrarius bonus eſt, eſt malus.*
5 *Actus indeliberatus factus ratione non aduertente eſt indifferens.*
6 *Dantur actus, qui ſecundum ſpeciem ſunt indifferentes.*

DVo breuiter explicabo in hoc puncto. Primo, vtrum detur

tur aliquis actus indifferens in indiuiduo. Secundo in ſpecie.

PRIMA PROPOSITIO.

1 NVllus actus deliberatus eſt in indiuiduo, ſeu in particulari indifferēs, ſed quilibet actus deliberatus in particulari bonus eſt, vel malus. Ita Diuus Thomas j. 2. q.18.art.8. Sanchez in sūma lib.1.cap.11.num.17.ad finem. Ioannes Salas 1.2.quæſt.21.tract.8. diſp. vnica,ſect.3.nu.21.Becanus 1. 2.tract.1.cap.5.quęſt.6. Capreolus. Caietanus. Durandus, & alij apud Azorium 1.par. lib.2.cap.4. quæſito 3.contra Diuum Bonauenturam in ſecundo diſt.41. arr.1 quæſt. 3. Scotum, & alios apud Azorium. & Becanū locis citatis, & apud Vaſquez,diſp.52.cap.1.& 2. Ratio eſt quia omnis actus in particulari aut fit iuxta rectam rationē, ſeu dictamen rationis, aut non: Si fiat iuxta rectam rationem, bonus eſt; cum bonum ſit iuxta rationis præſcriptū operari: Si verò non fiat iuxta rectam rationem,malus eſt;cum malum ſit iuxta rationem nō operari; ergo quilibet actus in particulari aut bonus eſt,aut malus,nulluſque datur indifferens in indiuiduo,& in particulari.

2 Hinc ſequitur primo, verbum otioſum malum eſſe; cum enim vtilitate, aut neceſſitate careat, non dicitur fieri iuxta rectam rationē.

3 Secundò, ſubleuare neceſſitatem proximi, aut etiā fricare barbam, vel manus ob aliquam vtilitatem,bonum eſſe, quia ſunt actus rectę rationi conformes.

4 Tertiò,actus, qui verſantur circa omiſsiones, quarum actus contrarius bonus eſt, eſſe malos,iuxta probabiliorem ſententiam, vt ſi quis dicat,nolo Miſſam audire die profano, aut nolo fieri religioſus; nam tales actus, cum fiant ſine debito fine,nihilque conferant ad ſalutem conſequendam,cenſentur otioſi,& conſequenter inordinati,& mali. Ita Becanus loc. cit. num.6. & alij.

Dices contra caſus modo propoſitos. Omne peccatum eſt contra præceptum; ſed ex nullo præcepto tenemur Religionem capeſcere,aut Miſſæ ſacrum in die profano audire; ergo qui dicit ſe nolle Miſſæ ſacrum in die profano audire, aut religionem capeſcere non peccat; non enim magis eſt peccaminoſa intētio,quam ſit ipſa omiſsio.

Reſpondeo prædictos actus peccaminoſos eſſe,quatenus debito carent fine, ſicut peccaminoſa ſunt verba otioſa,de quibus ratio in die iudicij reddenda eſt.

5 Hactenus locuti ſumus de actibus deliberatis,verùm ſi loquamur de actibus indeliberatis, factis ratione nō aduertente, cōcedendum eſt tales actus nec bonos,nec malos eſſe; cum bonitas, & malitia actuū humanorum in libera hominis voluntate fundetur. Ita communiter DD. Item locuti ſumus de actibus in indiuiduo,& in particulari; nam de actibus in ſpecie conſideratis ſermo nobis erit in ſecunda propoſitione.

SECVNDA PROPOSITIO.

6 DAntur aliqui actus,qui ſecūdum ſpeciem nec boni, nec mali ſunt. Ratio eſt quia dantur aliqui actus, qui non habent determi-

Digitized by Google

minatum obiectum bonum, à quo bonitatem, vel malitiam ſumant, qualis eſt actus fricandi barbam, qui, ſi conſideretur ſecundum ſe, nec bonus, nec malus eſt; q̄q̄ nullus in indiuiduo datur, qui nō ſit bon᷑, vel malus, ſi deliberatè fiat. ita S. Thomas, Becanus, & alij Doctores citati.

Obijcies. Omnis actus ſumit ſuā bonitatem, & malitiam ab obiecto; ſed omne obiectum vel eſt bonum, vel malum, & nullum eſt indifferens; cum omne, vel congruat rectæ rationi, vel non congruat; ergo nullus omninò datur actus indifferens.

Reſpondeo actum ſumere bonitatem, & malitiā ab obiecto, quod eſt bonum, quatenus cōgruit rectæ rationi, malum, quatenus repugnat rectæ rationi; indifferens verò, quatenus non repugnat rectæ rationi, nec illi congruit, vt benè docet Becanus quæſt. 5. num. 6. Quamobrem falſa eſt minor propoſitio, in qua aſſerebatur nullum eſſe obiectum indifferens.

Sed inſtabis. Omnis actus voluntatis deſumit ſuam ſpeciem poſitiuam ab obiecto formali; nō à materiali; ſed obiectum formale voluntatis eſt bonum ſub ratione boni; ergo omnis actus voluntatis ſumit ſuam ſpeciem à bono ſub ratione boni; ergo nullus datur actus ex ſua ſpecie, & ex obiecto indifferens, ſed omnis eſt bonus.

Reſpōdeo negando vltimā conſequentiam; nam vt actus ſit bonus non ſufficit, vt feratur in obiectum ſub ratione boni, ſed requiritur, vt verſetur circa bonum honeſtū ſub ratione honeſti, ſeu conuenientis rationi, alioquin ſequeretur nullū voluntatis actum eſſe malum, cum voluntas ſemper feratur in obiectū ſub ratione boni. Quapropter obſeruandū eſt aliud eſſe bonū honeſtū, aliud vtile, & delectabile, quod exſe indifferēs eſt, licet in īdiuiduo ſit bonum, ſi conforme ſit dictamini rationis; malum verò, ſi rationi aduerſetur. Ita Becanus loc. cit. num. 5.

PVNCTVM V.

Quanta ſit peccati malitia.

1 *Malitia peccati non eſt intrinſecè infinita.*

2 *Peccatum tàm actuale, quàm habituale habet malitiam, & priuationem finitam.*

3 *Malitia peccati eſt infinita extrinſecè, & terminatiuè.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Malitia peccati, & iniuria, ac offenſa Dei, quę in peccato reperitur, non eſt intrinſecè infinita. Ratio eſt tum quia tanta eſt malitia peccati, & tanta eſt iniuria, & offenſa Dei, quanta eſt bonitas debita actui; priuatio enī alicuius formę commenſuratur formæ, cuius eſt priuatio; ſed bonitas debita actui non eſt infinita, ſed finita; ergo malitia peccati, vel iniuria non eſt infinita; ſed finita. Tum quia ſi in peccato eſſet malitia infinita, etiam in actu dilectionis Dei bonitas deberet eſſe intrinſecè infinita, cum actus dilectionis magis circa Deum verſetur, quam actus peccati; Falſum autem eſt in actu dilectionis Dei bonitatem infinitam reperiri. Tum quia, ſi malitia

Digitized by Google

litia peccati eſſet infinita,ſequeretur peccatum nō habere determinatam ſpeciem, ſed includere ſpeciem omnium aliorum peccatorū. Tum quia grauitas iniuriæ,& offenſæ deſumitur ex maiori,vel minori cognitione circa perſonam, cui fit iniuria; ſed Deus non poteſt à nobis infinito modo cognoſci; ergo nō pōt à nobis infinito modo offendi,&iniuria infinita affici;ergo grauitas in-iuriæ, & offenſæ in peccato nō eſt intrinſecè infinita. Tū quia ſi malitia & iniuria in peccato eſſet infinita,ſequeretur omnia peccata mortalia eſſe æqualia, cum vnum infinitum non ſit maius alio, vt eſt communis Peripateticorum ſentētia; ſed falſum eſt omnia peccata mortalia eſſe æqualia; ergo falſum eſt iniuriam, ſeu malitiam peccati eſſe infinitam. Ita communiter Theologi.

Obijcies primo. Grauitas iniuriæ creſcit ex grauitate,& dignitate perſonæ,cui fit iniuria,ſed perſona, cui fit iniuria in peccato eſt infinita; ergo iniuria in peccato eſt infinita.

Reſpondeo primo grauitatem iniuriæ commenſurari cognitioni illius, qui facit iniuriam ex Ariſtoteles 5. Ethicorum capite 8.Cū autem cognitio peccātis ſit finita, ſequitur etiam finitam eſſe iniuriam in peccato.

Reſpondeo ſecundo iniuriā creſcere quidem, & maiorem eſſe, quo maior eſt perſona, cui fit; non tamen commenſurari, vel adæquari perſonæ,cui fit, quia non creſcit iuxta proportionē grauitatis & dignitatis perſonæ, cui fit, ſed iuxta proportionē maioris, vel minoris cognitionis ipſius pſonæ,ſeu obiecti. Quamobrem concedo quidem iniuriam Deo irrogatam,eſſe grauiorem, & alterius ordinis, quàm ſit iniuria hominibus facta; Deus enī maior eſt, & longè dignior hominibus; nego tamen huiuſmodi iniuriam infinitam eſſe, vt patet tum ex rationibus in propoſitione allatis. Tum quia ſequeretur etiam iniuriā, quæ Deo irrogatur per peccatum veniale, infinitam eſſe,quod non videtur admittendum.

Obijcies ſecundo. Peccato mortali debetur pœna infinita, cū peccato mortali adiunctus ſit reatus pœnæ æternæ; ſed pœna proportionatur culpæ; ergo culpa, & iniuria, vel offenſa Dei, quæ in peccato reperitur, videtur infinita.

Reſpondeo peccato mortali deberi pœnam infinitam extrinſecè, & in duratione,quatenus peccator decedens in peccato mortali nunquam obtinebit remiſsionem talis peccati,iuxta illud, Vbi ceciderit lignum, ibi erit; & alibi;In inferno nulla eſt redemptio; quandiu autē aliquis non obtinet remiſsionem peccati,tandiu reatum pęnæ æternæ habet; Conſequenter habet obligationem ad pœnam æternam; nego tamen mortali peccato pœnam æternam, & infinitam intrinſecè deberi, ſed finitam, ſicut finitam eſſe diximus culpam, & iniuriam. Quamobrem ex duratione pœnæ extrinſecè infinitę colligi nō poteſt,culpam eſſe intrinſecè infinitam, ſed extrinſecè, ſicut meritū hominis iuſti non dicitur intrinſecè infinitum,quamuis illi debeatur gloria æterna, & infinita in duratione.

Obijcies tertiò. Illud eſt infinitè malum, quod eſt infiniti boni de-

deſtructiuum; ſed peccatum eſt deſtructiuum infiniti, cum peccator per peccatum auertatur à bono infinito, & conuertatur ad creaturā; ergo peccatum eſt infinitè malum, ergo habet malitiam infinitam.

Reſpōdeo nullum peccatum eſſe deſtructiuum Dei, cum Deus deſtrui non poſsit; quamuis enim peccator expreſsè vellet Deum non eſſe, tamen Deus adhuc exiſteret, nec tale peccatum malitiā haberet infinitam, cum malitia proportionetur cognitioni, quam in peccatore diximus eſſe finitam. Neque ex eo, quòd peccatum mortale auertit à Deo, qui eſt bonum infinitum, licet inferre malitiam peccati eſſe infinitam; ſicut enim actus charitatis, per quem homo ad Deū conuertitur, non habet infinitam bonitatem, ita neque peccatum, per quod homo auertitur à Deo, malitiam habet infinitam.

2 Ex dictis colligi poteſt, non ſolum peccatum actuale, verum etiam habituale habere malitiam, & priuationem finitam. Tum quia peccatum habituale conſiſtit in actu præterito peccaminoſo moraliter perſeuerante, cuius malitiam probauimus eſſe finitam. Tum quia peccatum mortale habituale conſiſtit in priuatione gratiæ, quæ debetur; cum autem non debeatur gratia infinita, ſed gratia ſimpliciter, ſequitur peccatum habituale non eſſe priuationem gratiæ, vt infinita, ſed gratiæ ſimpliciter, vt gratia eſt, quæ ſecundum ſe eſt aliquid finitum.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Malitia peccati, ſeu iniuria, & offenſa in peccato eſt infinita extrinſecè, & terminatiuè. Ratio eſt tum quia illa offenſa, & iniuria dicitur infinita terminatiuè, quæ fit perſonæ infinitæ, ſed per peccatum fit iniuria Deo, qui eſt infinitus; ergo iniuria Dei in peccato eſt infinita extrinſecè, & terminatiuè. Tum quia ita eſt infinita iniuria in peccato, ſicut infinita eſt bonitas in actu dilectionis Dei, ſed bonitas in actu dilectionis Dei eſt infinita extrinſecè, & terminatiuè, cum actus dilectionis Dei tanquam terminum, & obiectum reſpiciat Deum infinitum; ergo iniuria in peccato eſt infinita extrinſecè, & terminatiuè.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO III.

De peccato mortali, & veniali.

DE peccato Veniali quinque principaliter quæremus in hac Quæſtione. Primò, an detur. Secundò, vnde ſuam denominationem accipiat, ſeu quid ſit quoad nominis ſignificationem. Tertiò, quotuplex ſit. Quartò, vtrum à mortali differat. Quintò, vtrum mortale poſsit aliquando fieri veniale, & è contra.

PVNCTVM I.

Vtrum detur peccatũ mortale, & veniale.

1 *Datur peccatum mortale, & veniale.*

2 *Mandata Chriſti cur appellentur minima.*

1 DAri peccatum mortale, & veniale, quæ verè, & propriè, ſunt peccata, certum eſt de fide.

Quod detur peccatum mortale patet tum ad Romanos 1. Qui talia agunt digni ſunt morte. Tum ad Galathas 5. Qui talia agunt regnum Dei non conſequentur; cum autem priuatio Regni Dei, & mors ſpiritualis proueniant ex peccato mortali, neceſſariò inferendum eſt dari peccatum mortale.

Quod detur peccatum veniale conſtat tum Eccleſiaſtici 10. Non eſt, qui non peccet. Tum Prouerbiorum 14. Septies in die cadit iuſtus. Tum Iacobi 3. In multis offendimus omnes. Qui loci, cum explicari nequeant de peccatis mortalibus; falſum enim eſt hominem iuſtum ſæpius in die mortaliter peccare, & in multis peccatis mortalibus Deum offendere, licet in peccata venialia ſoleat incidere, explicandi ſunt de peccatis venialibus; ergo datur peccatum veniale. Tum quia ſicut non omnis offenſa, & iniuria amico facta dirimit amicitiam, ita non quodlibet peccatum nos ſeparat à Deo, nec aufert gratiam, per quam homo amicus Dei conſtituitur; ergo

non omne peccatum eſt mortale; ergo datur peccatum veniale.

Obijcies. Mathęi 5. dicitur, Qui ſoluerit vnum de mādatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno Cœlorum. Ex quo loco inferendum videtur nullum dari peccatum adeò leue, & paruum, quod à Regno Cœlorum non excludat, conſequēter nullum dari peccatum, quod non ſit mortale, cum ſolum peccatum mortale priuet Regno Cœlorum, & efficiat vocari minimum in Regno Cœlorum. Præterea Ezechielis 19. dicitur. Anima, quæ peccauerit ipſa morietur; & Iacobi 2. Peccatum, cum conſumatum fuerit, generat mortem; ſed peccatum, quod generat mortem, eſt mortale; ergo omnia peccata vidētur mortalia; ergo nullum dari videtur veniale.

Reſpōdeo in his, & ſimilibus locis ſermonem eſſe de peccato mortali; non tamen hinc excludi, quin detur veniale. Circa verba Mathęi 5. citata.

2 Obſeruandum eſt, mandata Chriſti appellari minima. Primò modeſtię cauſa, vt inquit Criſoſtomus in eum locum. Secundo comparatione aliorum, quatenus ſcilicet mandata Chriſti prohibent nō ſolum actus externos, verum etiam internos, ſeu quatenus non ſolum prohibent opus, verum etiam concupiſcentiam, & deſiderium. Propterea Chriſtus eo loci inuehitur contra Phariſeos aſſerentes prohiberi ſolum peccata externa, non verò interna. Quamobrem hic eſt illius loci ſenſus, Qui ſoluerit vnū de mandatis iſtis minimis interius tantummodò peccando minimus vocabitur in Regno Cœlorum; ideſt à Regno Cœlorum excludetur, cum peccatū mortale, quod à Regno Cœlorum excludit, poſſit non ſolum externo opere, verum etiam ſolo affectu, & interna animi cogitatione committi. Ita communiter Doctores.

PVNCTVM II.

Vnde peccatum veniale ſuā accipiat denominationem.

1 *Peccatum veniale eſt leue erratum, & reddit homines dignos pœna ſolum temporali.*

2 *Peccatum non eſt veniale eo quod ſit contra conſilium, mortale verò contra præceptum.*

3 *Peccatum non eſt veniale, quia ſit præter legem, mortale verò, quia ſit contra legem.*

4 *Peccatum veniale non priuat gratia, & charitate ad differentiam peccati mortalis.*

CVm ex dictis in præcedenti quæſtione cōſtet quid ſit peccatum veniale actuale, & habituale quoad ſubſtantiam, & eſſentiam, in hoc puncto neceſſe ſolum eſt explicare quid ſit peccatum veniale, quoad nominis Ethimologiam, ſeu vnde ſuā accipiat denominationē.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PEccatū veniale ſibi tale nomen efflagitat, quia eſt leue, & exiguum erratum, ſeu delictū, quod ob ſui leuitatem veniam meretur, & dignum efficit pœna ſolum temporali ad diſtinctionem, & differentiam peccati mortalis, quod mor-

Digitized by Google

mortem animæ infert, hominem à Deo ſeparat, & dignum æterna pœna facit, iuxta illud ad Romanos 7. Stipendium peccati mors. Et ad Galathas 5. Qui talia agunt Regnũ Dei non conſequentur. Ita Sanchez in ſumma, lib. 1. cap. 1. num. 2. S. Thomas 1. 2. quæſt. 88. art. 2. Azorius 1. par. lib. 4 cap. 9. quæſito 3. Becanus 2. parte tractatu 2. cap. 2. quæſt. 1. & alij.

2 Aliqui Doctores putant veniale hoc appellari nomine, eo ꝙ ſit contra conſiliũ, mortale verò contra præceptum, ſed hoc falsò aſſeritur, alioquin enim ſequeretur, eos, qui non amplectuntur ea, quæ ſunt de conſilio, eſſe in ſtatu peccati, & quemlibet, qui non vendit bona ſua, vt illa in pauperes diſtribuat, reum eſſe culpæ, cum faciat contra conſilium paupertatis. Præterea, eum peccare, qui matrimonio iungitur, cum faciat contra conſilium Virginitatis, ſed hęc non ſunt admittenda; ergo non videtur admittēdum peccatum veniale ſic appellari, quod ſit contra conſilium, ſed potius, quia eſt leuis culpa non priuans hominem gratiâ, charitate, & amicitia Dei.

3 Alij exiſtimant peccatum veniale dici, quia ſit præter legem, mortale vero contra legem, ſed hoc non eſt ſimpliciter, & abſolutè verum, cum etiam peccatum veniale ſit contra legem tum quia omne peccatum veniale eſt actus moraliter malus; actus autem moraliter malus repugnat rectæ rationi, conſequenter eſt contra legem ſaltem Dei ęternam. Tum quia ſurripiens aſſem, E. g. peccat, quia facit cõtra ſeptimum Decalogi pręceptum, cum autem hic peccet venialiter, dicendum eſt peccatum veniale eſſe contra præceptum. Ita Vaſquez diſp. 143 cap. 4. Becanus loc. cit. quæſt. 7. num. 3. Clauis Regia, lib. 2. cap. 13. num. 25 Reginaldus, lib. 15. cap. 3. num. 15. & alij.

Obijcies. Mathæi 19. dicitur, Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, ſed qui peccat tantummodo venialiter ingreditur vitam; ergo ſeruat mandata; ergo non facit contra aliquod mandatum; ergo peccatum veniale eſt contra præceptũ.

Reſpódeo primo ibi ſermonem eſſe de peccato mortali. Secundò etiamſi ibi ſermo eſſet de quolibet peccato, adhuc nõ ſequeretur peccatum veniale non eſſe contra præceptum; nam qui venialiter peccat nequit vitam ingredi, donec peccati venialis remiſsionem obtinuerit quoad culpam, & quoad pœnã.

Concedo tamen cum D. Thoma loc. cit. art. 1. & alijs, peccatum veniale dici poſſe præter legem hoc pacto, quatenus non eſt propriè contra finem legis, ſeu quatenus nõ priuat hominem charitate, quæ dicitur finis legis, & plenitudo legis, prima ad Timotheum 1. & ad Romanos 13. Plenitudo legis eſt dilectio: charitas autem dicitur finis legis, & plenitudo legis, quatenus omnia præcepta eo tendunt, vt Deum ex toto corde diligamus, & proximum ſicut nos ipſos.

4 Ex quo patet aliqua differentia inter mortale, & veniale, quod veniale non priuat gratia, & charitate, quamuis verè Deo diſpliceat, & propriè ſit peccatum, & contra legem; peccatum verò mortale priuat hominem charitate, ſeparat ab amicitia Dei, & Diuinam gratiam ſanctificantem aufert.

PVNCTVM III.

Quotuplex ſit peccatum veniale.

1 *Triplex eſt genus peccati venialis.*
2 *Datur peccatum veniale ex ſuo genere.*
3 *Peccatum illud eſt mortale ex genere, quod ex natura ſua eſt tale.*
4 *Defectu plenæ aduertentiæ poteſt peccatum mortale ex ſuo genere fieri veniale.*
5 *Quomodo dignoſcatur veniale ex genere à mortali ex genere.*
6 *Peccatum odij blaſphemiæ, Luxuriæ, & homicidij eſt mortale ex ſuo genere.*
7 *Actus, quo quis ſibi graue malum imprecatur, eſt mortalis.*
8 *Qui detinetur immoderato riſu, vel ſomno ex ſuo genere peccat tantummodò venialiter.*
9 *Datur peccatum veniale ex imperfectione actus, ſeu ex imperfecta aduertentia.*
10 *Datur peccatum veniale ex paruitate materiæ.*
11 *Non datur paruitas materiæ in qualibet materia.*
12 *Tunc ſemper aderit paruitas materiæ, quando res non ſolum erit parua in ſe, ſed etiam ratione circumſtantiarum.*
13 *Non peccat mortaliter proferens verbum otioſum, ſi à Prælato ſub mortali prohibeatur.*
14 *Omittens etiam vnius horæ paruæ partem in diuino officio non peccat mortaliter.*

VNICA PROPOSITIO.

TRiplex eſt genus peccati venialis.

2 Primum dicitur veniale ex ſuo genere, quia ex ſua natura, & ex obiecto, circa quod verſatur, eſt peccatum leue, quale peccatum eſt verbum otioſum, aut mendacium iocoſum, quod ex ſe, ex ſua natura, ex fine, ex obiecto, & ex materia ſemper eſt veniale, niſi noua ſpecies mortalis illi addatur, qualis adderetur, ſi referretur ad finem mortalem, aut ſi adeſſet graue ſcandalum, &c.

3 Ex quo inferri poteſt à pari illud peccatum dici mortale ex ſuo genere, quod ex natura ſua eſt tale non mutata ſpecie peccati; ſed tãtummodò poſita plena aduertentia, & deliberatione cum materia ſufficiente, quale peccatum eſt periurium, blaſphemia, homicidium, peccata contra caſtitatem, &c. quæ ſunt ex ſuo genere mortalia, ſemperquè ſunt mortalia poſita plena aduertentia, & deliberatione.

4 Dari tamen poteſt peccatum mortale ex ſuo genere, quod fit veniale defectu plenæ aduertentiæ, & deliberationis, aut etiam ratione paruitatis materiæ, vt eſt furtum quinque aſsium, quod ex ſuo genere eſt mortale, quia poſita materia ſufficiente, & non mutata ſpecie furti eſt mortale; tñ hic, & nũc eſt veniale ratione paruitatis materiæ.

5 Si quæras quõ poſsimus dignoſcere veniale ex genere à mortali ex genere.

Reſpondetur cum Azorio j. par. lib. 4. cap. 9. quæſito 8. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 1. num. 4. & alijs Doctoribus ſtatim citãdis cognoſci poſſe. Primo ex modo loquẽdi ſcripturæ, in qua peccatũ prohibetur; nã quæ in ſcriptura dicuntur inferre mortẽ, digna morte, priuare gloria, excludere à beatitudine,

& Regno Cœlorũ, iudicantur peccatum mortale. Ratio eſt quia illatio mortis, priuatio glorię, excluſio ab æterna beatitudine non infertur per veniale peccatum, ſed per mortale. Quamobrem illa peccata, de quibus Apoſtolus ad Romanos 1. Qui talia agũt digni ſunt morte. Ad Galathas 5. Quoniam qui talia agunt Regnum Dei non conſequentur, & Leuitici 24. Qui blaſphemauerit nomen Dñi morte moriatur, non iudicantur peccata venialia, ſed mortalia.

Secũdò ex communi Doctorum conſenſu, & traditione Eccleſiæ, cum enim Eccleſię, & ipſius Doctoribus præſtanda ſit fides, iure optimo ſequitur, illa habenda eſſe tanquam mortalia, aut venialia, quæ communi Doctorum conſenſu, & Eccleſiæ traditione mortalia, aut venialia iudicantur.

Tertiò ex grauitate materię pręceptæ; nam præcepta non obligãt ſub mortali in materia leui, vt conſtabit ex dicendis de legibus.

Quartò ex intentione legiſlatoris; præcepta enim vim, & obligationem hebent à mente legiſlatoris, qui poteſt in materia graui obligare ſub veniali, aut ſub mortali; mens autem, & intentio legiſlatoris ex verbis, & materia legis colligenda eſt, vt conſtabit ex dicendis de legibus, ex quibus etiam patebit, vtrum legiſlator in materia leui poſſit ſub mortali obligare.

Quinto ex oppoſitione, quam peccatum habet ad charitatem; peccatum enim, quod charitati Dei, & proximi valde repugnat, iudicatur mortale ex ſuo genere, quod verò charitati Dei, & proximi leuiter aduerſatur, iudicatur ex ſuo genere veniale; grauitas autem oppoſitionis pẽſanda eſt ex obiecto, ex circunſtantijs, & qualitate præcepti. Ita Valentia tomo 2. diſp. 6. quæſt. 18. puncto 3. Angles 2. ſententiarum diſt. 37. quæſt. 7. art. ſecũdo difficultate 2. Clauis Regia lib. 2. cap. 14. ad finem. Azorius loco cit. quæſito 8. Becanus ſecunda parte tractatu 2. cap. 2. quæſt. 8. Sãchez loco cit. num. 4. Reginaldus, libro 15. cap. 5. num. 34. 37. & 38. & alij communiter.

6 Hinc patet primo, peccatum odij, blaſphemiæ, luxuriæ, & homicidij, eſſe mortale ex ſuo genere, quia grauiter lędit Deum, aut proximum.

7 Secundò, actum, quo quis ſibi graue malum imprecatur, eſſe mortaliter peccaminoſum, quia grauiter lędit propriam charitatem.

8 Tertiò, eum, qui immoderato riſu, vel ſomno detinetur, venialiter tantummodò peccare, per ſe loquendo, quia nihil facit, quod charitatem Dei, vel proximi grauiter lędat. Ita Doctores citati.

9 Secũdum genus peccati venialis dicitur ex imperfectione actus, ſeu ex imperfectione deliberationis, & aduertentiæ; nam ex dictis in præcedentibus conſtat imperfectam deliberationem, & aduertẽtiam à mortali peccato excuſare. Quamobrem qui iudicium temerarium facit in re graui non temerè aduertens ſe iudicare, committit tantummodò peccatum veniale ex imperfectione aduertentiæ. Item qui ſubita quadam ira correptus alium percutit non plenè aduertens, quod facit, non peccat mortaliter, ſed venialiter defectu plenæ aduertentiæ, & deliberationis

nis; ad peccatum enim mortale plena aduertentia, & deliberatio requiritur, cum non ſit credibile Deum velle pœnis æternis eũ adijcere, qui cum imperfecta aduertẽtia, & deliberatione aliquid peccaminoſum facit. Ita Vaſquez 1.2. diſp. 127. cap. 3. Nauarrus in Manuali præludio 9. num. 11. Reginaldus lib. 15. num. 31. Clauis Regia, lib. 2. cap. 14. num. 8. & alij cõiter.

10 Tertium genus peccati venialis dicitur ex paruitate materię; nõ enim veroſimile eſt illum grauiter peccare, qui Deum in leni materia lędit. Vnde ſurripiens diuiti decem aſſes, per ſe loquendo, peccat tantũmodo venialiter ratione paruitatis materiæ. Idem dicendum eſt de eo, qui de alterius fama in re parui momenti detrahit; peccator enim poſita paruitate materiæ non grauiter offendit Deum, aut proximum, nec veroſimile eſt Deũ velle aliquem ob materiam leuem æternis gehennę incendijs ſubiacere. Ita Valentia to. 2. diſp. 6. quæſt. 18. puncto 2. Nauarrus lo. cit. num. 12. Reginaldus loc. cit. num. 30. Clauis Regia loc. cit. num. 9. & alij communiter.

11 Sed modo dubium eſt primo, vtrum in qualibet materia detur paruitas rei, ſeu materiæ, ratione cuius peccatũ, quod alioquin fuiſſet mortale, efficiatur veniale.

Reſpondeo nõ in qualibet materia reperiri paruitatem rei, ſeu materiæ, ratione cuius peccatum efficiatur veniale. Ratio eſt quia ſemper ex ſuo genere inuenitur culpa mortalis in ea materia, in qua reperitur integra ratio iniuriæ, & offenſæ; cum autem detur aliqua materia, licèt parua, in qua reperitur integra ratio iniuriæ, & offenſæ, ſequitur non dari paruitatem materiæ in qualibet materia. Quamobrem in materia ſimoniæ ſi quis vendat rem ſpiritualem licet valde modicam, & paruam, peccat mortaliter, quia rem ſpiritualem pretio ęſtimat, & conſequenter illi grauem iniuriam infert. Idem aſſero de contemptu Dei; nã magna irreuerentia Deo irrogatur, quoties formaliter, & directè contemnitur Deus, ſeu oſtenditur indigna de ipſo æſtimatio. Idem ſentio de forma ſacramentorum, quoties quis aliquid eſſentiale prętermittit. Idem admitto in actu odij, quo quis Deum proſequitur. Idem cenſeo in iuramento falſo aſſertorio; nam adducitur Deus in teſtem falſi, eique mendacium tribuitur, quamuis res, ſupra quam cadit iuramentum, in ſe leuiſsima videatur. Quamobrem, qui iurat in domo ſua non reperiri pulices ciens reperiri, grauiter peccat.

Addo illum etiam mortaliter peccare, qui negat articulum fidei, quicunque ille ſit; negat enim infinitam Dei veracitatem. Non ergo datur paruitas materię in quacunque materia. Ita Suarez 2. de legibus, lib. 3. cap. 28. num. 23. Sanchez in opere Morali, lib. 1. cap. 4. num. 1. & alij, quos in ſimili retuli de iuramento, de ſimonia, & de Sacramentis, vbi particulares caſus attuli, & explicaui.

Secundò dubium eſt, quomodò poſsimus cognoſcere peccatum eſſe veniale rõne paruitatis materiæ.

Reſpondeo hanc regulam aſsignari poſſe, videlicet peccatum eſſe veniale, quando res, quæ præcipitur, vel prohibetur, eſt parua

non

non ſolum ſecundum ſe, verum etiam per ordinem ad finem, vel circunſtantias, propter quas talis res præcipitur, vel prohibetur; quādo verò ſecundum ſe quidem parua eſt, ſed efficitur grauis ratione finis, vel circunſtantiæ, peccatum non eſt veniale ratione paruitatis materiæ, ſed potius eſt mortale, quia materia grauis effecta eſt. Ita DD. ſtatim citandi.

13 Hinc ſequitur primò, non committi peccatum mortale; ſi verbum otioſum á Prælato prohibeatur, & aliquis verbum otioſum proferat; nam verbum otioſum etiamſi prohibeatur á Prælato in virtute Sanctæ Obedientiæ, aut etiamſi prohibeatur cum intentione illud prohibendi ſub mortali, remanet materia leuis; nam ſecundum ſe eſt materia leuis, & adhuc leuis remanet ſpectato fine, & circunſtantijs, nec grauis efficitur ob ſuperioris voluntatem. Ex oppoſito deferre biretum lineum publicè ſecundum ſe videtur materia leuis etiam poſito præcepto ſimpliciter vetante delationem bireti linei; nihilominus, ſi Prælatus ob decentiam Eccleſiaſticam, vel etiam ob aliam iuſtam rationem illius delationem prohibeat ſub pœna excommunicationis, vel grauis ſuſpenſionis, materia efficitur grauis per ordinem ad finem, vt conſtat ex dictis de cenſuris cum Sayro, & alijs, & idē tradit Suarez loco ibi cit. & lib. 5. de voto, cap. 4. num. 11.

14 Secundò ſequitur, omittentem tertiam vnius horæ paruæ partem in diuino officio non peccare mortaliter ratione paruitatis materiæ, vt inquiunt ferè communiter Doctores, quos retuli de horis Canonicis, contra Nauarrum de conſecratione diſt. 1. cap. 19. num. 44. Azorium prima parte lib. 10. cap. 7. quæſito 3.

Obijcies. Paruitas materiæ, quæ á mortali excuſat, non eſt attendenda ſecundum ſe, & abſolutè, ſed per ordinem ad quantitatem præceptum, aut finem; ſed tertia pars vnius horæ, licèt paruæ, videtur magna, ſi conſideretur reſpectu totius horæ; ergo omittens tertiam partē vnius horæ, licèt paruæ mortaliter peccat.

Reſpondeo grauitatem, & paruitatem materiæ non ſemper ſpectari, & attendi ſolum, per ordinem ad reliquam quantitatem pręceptam; ſed aliquando etiam ſpectari ſecundum ſe. Quamobrem ſi detur caſus, vt materia ſit magna per ordinem ad totam quantitatem præceptam, ſimpliciter verò ſit exigua, non cenſebitur ſufficiens ad peccatū mortale, præciſa alia circunſtantia, ſiuè conſideretur ſecundum ſe, ſiuè per ordinem ad totum, vt conſtat in exemplo allato in ſecunda illatione de eo, qui tertiam vnius paruæ horę partem prętermiſit, quem dicimus non peccare mortaliter, quia materia ſimpliciter eſt parua, quamuis per ordinem ad totam horam magna cenſeatur; alioquin dicendum etiam eſſet omittentem tertiam partem tertiæ partis horæ, peccare mortaliter, cum etiam hęc reſpectu tertię partis dici poſsit notabilis, & magna; falſum autem eſt omittentem tertiam partem tertię partis horæ paruę peccare mortaliter, quia huiuſmodi pars eſt ſimpliciter ita exigua, vt iudicio prudētis viri ad peccatū mortale ſufficiēs nō cēſeatur.

Digitized by Google

Ex oppoſito verò ſi detur caſus, vt aliqua quantitas, ſeu materia ſit exigua reſpectu totius materię pręceptę, ſed in ſe ſimpliciter ſit grauis, & notabilis, ſemper iudicabitur ſufficiens ad peccatum mortale. Vnde veſperæ, quæ de Sancto celebrantur, licèt reſpectu diuini officij pars modica, & exigua cenſeantur, tamen cẽſebuntur quantitas ſufficiens ad peccatum mortale, quia ſecundum ſe videntur materia grauis, & conſequenter ſufficiẽs ad mortale peccatum. Item ſpatium vnius horæ, licèt reſpectu totius diei videatur pars modica, tamen ſecundum ſe videtur materia ſufficiens peccati mortalis in ſeruiliter laborante in die feſto, vt docuimus in tertio decalogi præcepto contra Suarez. Ob id etiam faciens votum erogandi eleemoſynas mille aureorum, ſi deficiat in erogandis decem aureis mortaliter peccat, quia decem aurei, licèt reſpectu mille aureorum ſint materia exigua, tamen in ſe ſunt materia notabilis, & ſufficiens ad mortale peccatum. Ita Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 4. nu. 18. & alij.

Dices. Qui ſurripit aſſem pauperi, aut acum ſartori, magnum inde mœrorem, vel damnum recipiẽti, grauiter peccat; ſed aſsis, & acus ſunt materia ſimpliciter, & abſolutè parua, & exigua, ergo non videtur dicendum aliquando dari quãtitatem ita exiguam, vt nunquam ſit ſufficiens ad mortale.

Reſpondeo ſurripientem aſſem pauperi, vel acum ſartori cum graui damno, vel mœrore grauiter peccare, non ratione quantitatis præcisè, ſed ratione iniuſtæ damnificationis, vel triſtitiæ, quod nos non negamus. Immo hoc idem innuimus, dum ſuperius aſſeruimus, dari materiam ita exiguam, vt nõ ſit ſufficiens ad mortale, præciſa tamen alia circunſtantia.

PVNCTVM IV.

Vtrum peccatum veniale, differat à mortali.

1 *Peccatum veniale differt à mortali ratione effectus.*

2 *Peccatũ veniale differt ſpecie à mortali, ſi cõparatio fiat inter veniale ex genere, & mortale ex genere.*

3 *Furtum quinque aſſium eſt eiuſdem ſpeciei cum furto centum aureorũ.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Peccatum veniale in multis à mortali differt. Primò ratione effectus, quia mortale priuat gratia, & charitate, mortemque animę ſpiritualem affert, vt patet ex auctoritatibus ſcripturæ in præcedẽtibus punctis allatis; veniale verò non priuat charitate, & gratia nec mortem affert ſpiritualem, quamuis ad illam diſponat, iuxta illud eccleſiaſtici 19. Qui ſpernit modica paulatim decidet.

2 Secundò differt ſpecie ſi comparatio fiat inter veniale ex genere, & mortale ex genere. Ratio eſt quia habent obiectum ſpecie diuerſum, & priuãt perfectione ſpecie diuerſa; aliud enim eſt obiectum, exempli gratia, verbi otioſi, aliud furti, & alia eſt perfectio, qua priuat mendacium iocoſum, alia, qua priuat homicidium, &c. ita S. Thomas 1. 2. q. 88. art. 2. Becanus 2. par. tract. 2. cap. 2. quæſt. 3. Clauis Regia libro 2. cap. 14. Reginaldus lib. 15. nu. 26. & alij communiter.

Dixi

Dixi veniale ex genere; nam ſi loquamur de veniali ex imperfectione actus, aut ex leuitate materiæ, dicendum eſt peccatum veniale ex hoc capite præciſè non differre ſpecie à mortali, ſed intra eandem ſpeciē differre ſolū ſecūdum magis, & minus; magis autē & minus nō variant ſpeciem, vt eſt commune Philoſophorum axioma.

3 Hinc ſequitur, furtum quinque aſsium eiuſdem eſſe ſpeciei cum furto centum aureorum, ab eoquè differre ſolum ſecundum magis, & minus, nam vtrumque reſpicit idē ſpecie obiectum; actus autem ſpecificatur ab obiecto.

Verum ſi mortale, & veniale conſiderentur in ratione grauis, & leuis offenſæ, aut ratione effectus, dicendum eſt differre pluſquam genere, vt patet ex prima differentia inter veniale, & mortale primo loco allata.

PVNCTVM V.

Vtrum peccatum mortale poſſit aliquando fieri veniale, & è contra.

1 *Ex quibus modis peccatum mortale efficiatur ex accidenti veniale.*

2 *Peccatum veniale poteſt fieri mortale ratione finis mortalis adiuncti.*

3 *Ad peccatum mortale non ſufficit affectus habitualis, ſed requiritur, actualis.*

4 *An exprimendum ſit in confeſſione peccatum veniale, quod ratione finis eſt mortale, remiſſiuè.*

5 *Peccatum veniale fit mortale ob plenam aduertentiam poſita materia notabili.*

6 *Peccatum veniale fit mortale ratione ſpecialis contemptus, aut ſpecialis inobedientiæ.*

7 *Contemptus vnus eſt materialis, alter formalis.*

8 *Contemptus vnus eſt legiſlatoris, alter rei præceptæ.*

9 *Contemptus rei præceptæ præciſe in materia graui eſt peccatū mortale.*

10 *Contemptus formalis legiſlatoris, ſi Deus ſit, aut alius vt ſuperior, non verò vt quidā homo, eſt peccatum mortale.*

11 *Grauiter peccat, qui aliquid graue facere recuſat, quia talis ſuperior præcipit.*

12 *Peccat venialiter per ſe loquendo qui ex quadam animi amaritudine non vult conſolari ſuperiorem in re aliqua parua.*

13 *Peccatum mortale contemptus reperitur etiam in re debita ſub veniali, aut etiam ex ſolo conſilio.*

14 *Non peccat mortaliter, qui frequenter, & ex conſuetudine committit aliqua peccata venialia.*

15 *Contemptus in materia leui eſt peccatum veniale, quando non adeſt contemptus formalis Dei, aut legiſlatoris vt ſic.*

16 *Contemptus formalis explicandus eſt in confeſſione.*

17 *Peccatum veniale fieri poteſt mortale ratione proximi, & moralis periculi incidendi in mortale.*

18 *Peccatum veniale fit mortale ratione conſcientiæ erroneæ.*

19 *Peccatum veniale fieri poteſt mortale ratione ſcandali.*

20 *Peccatum veniale fit mortale per additionem materiæ.*

21 *Idem numero peccatum veniale manens idem in genere moris non poteſt fieri mortale, neque è contra.*

22 *Multa venialia per ſe, & formaliter loquendo non poſſunt conſtituere vnum mortale.*

23 *Peccatum fit mortale quando vltimum veniale cõtinuatur cum materia præcedentium, & materiam notabilem complet.*

24 *An qui ſæpius minima furatur, & peruenit ad materiam notabilem non ſolum peccet poſtquam ad materiam notabilem peruenit, ſed etiam ſequentibus vicibus, remiſſiuè.*

25 *Seruiliter laborans in die feſto per vnum horæ quadrantem non peccat mortaliter.*

26 *Diſtribuens in die ieiunij duos, vel tres panes in multos nõ peccat mortaliter.*

27 *Ieiunium perfringit ille, qui ſæpius exiguum quid eodem ieiunij die comedit, quando ea, quæ deguſtantur efficiunt materiam notabilem.*

28 *Sæpius intemperanter comedens peccat mortaliter, quando id eſt cauſa grauis infirmitatis.*

29 *Emittens multa vota pro eadem die, & illa non adimplens mortaliter peccat, ſi materia votorum ſit notabilis.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 PEccatum ex ſuo genere mortale poteſt ex accidenti fieri veniale varijs modis.

Primo ex imperfectione actus, ſeu deliberationis, & aduertentiæ, vt patet ex dictis in 3. puncto.

Secundo ratione paruitatis materiæ, vt etiam in 3. puncto oſtendimus.

Tertio ratione ignorantiæ; nam ignorãtia ſicut excuſare poteſt ab omni peccato, ita etiam à grauitate culpę mortalis, vt clarius cõſtabit ex infra dicendis de ignorantia, & conſtat ex dictis in ſimili de cenſuris. Ita communiter Doct.

SECVNDA PROPOSITIO.

EX multis capitibus peccatum veniale poteſt fieri mortale.

2 Primum caput eſt ratione mortalis finis adiuncti, vt ſi quis leue mendacium proferat, vt fornicetur, aut ſi calamum ſurripiat, vt alterum trahat ad blaſphemiam affectus enim ad peccatum continet culpam illius ſpeciei, cuius eſt peccatum, ad quod ſit affectus. Ita S. Thomas 1.2. quæſt. 88. art. 2. & 4 Bartholomeus Medina ibidẽ. Nauarrus in ſumma præludio 9. nu. 18. Reginaldus lib. 15. cap. 3. Clauis Regia lib. 2. cap. 13. nu. 13. Azorius, Sanchez, & alij locis ſtatim citandis. Idem dicendum eſt, ſi finis vltimus in peccato veniali cõſtituatur, vt ſi quis ita ſit actualiter affectus ad peccatum veniale, vt propter affectum, quem ad huiuſmodi peccatum habet, paratus ſit committere peccatum mortale, & potius velit peccatum mortale cõmittere, quàm dimittere veniale, Explico hãc doctrinam exemplis. Titius intendens magno cum veſtium apparatu, & pompa incedere, peccat venialiter, quia magna cum pompa incedere peccatum eſt tantummodò veniale, etiamſi magnus adſit ad pompam affectus: ſi verò tali pompa intendat aliquẽ ad libidinem pertrahere, vel ad aliud graue peccatum inducere, peccat mortaliter ratione finis intenti mortalis. Item, ſi Titius grauia delicta intendat committere,

re, vt magna cum pompa poſsit incedere, & potius velit peccatum mortale committere, quam à pompa abſtinere, mortaliter peccat; quia finem in peccato veniali conſtituere videtur; cum non vereatur peccata mortalia committere, vt peccati venialis finem obtineat. Ita Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 5. nu. 15. Suarez de pęnit. diſp. 22. ſec. 4. nu. 11. Reginaldus lib. 15. nu. 32. Zerola de Pęnit. cap. 8. quæſito 6. Nauar. loco cit. Angles in floribus 2. ſenten. d. 37. q. 9. art. 1. Clauis Regia loco cit. nu. 12. & alij communiter.

3 Obſerua tamē ad incurrendū peccatum mortale propter affectum, quem quis habet ad peccatum mortale, non ſufficere affectum habitualem, ſed requiri affectum actualem. Quamobrem qui tantummodo ita eſt habitualiter diſpoſitus, vt adueniente occaſione committeret peccatum mortale, non peccat mortaliter, alioquin qui oblata fornicandi, vel furandi opportunitate, ſolet aſſentiri tentationi, ſemper eſſet in peccato mortali, etiamſi non haberet animum expreſſum, & actualem ad fornicationis, vel furti peccatum, nam ita eſt habitualiter diſpoſitus, ſeu affectus ad peccata fornicationis, & furti, vt iterum furaretur, & fornicaretur, ſi ſe iterum fornicandi, & furandi offerret occaſio. Non ſufficit igitur habitualis effectus, ſeu diſpoſitio ad peccandum, ſed requiritur actualis affectus, vt peccatum re ipſa contrahatur. Ita Sanchez loco cit. nu. 14. Molina tomo 2. de iuſtitia diſp. 114. in principio Valentia, & alij recentiores communiter.

4 Vtrum verò neceſſe ſit in confeſsione exprimere peccatum veniale, quod ratione finis eſt mortale, conſtat ex dictis de pœnitentia diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 2. puncto 2. §. 3. verſiculo, Decimo nono.

5 Secundum caput eſt ratione plenæ aduertentiæ, ſicut enim defectus plenæ aduertentiæ excuſat à mortali etiam in materia graui, ita adueniente aduertentia non aderit amplius excuſatio à mortali, conſequenter peccatum, quod erat veniale defectu aduertentiæ fiet mortale ob plenam aduertentiam poſita materia notabili.

Ex quo infertur, eum, qui non plenè aduertens delectatur de re venerea, peccare tantummodò venialiter, adueniente verò plena aduertentia, ſi perſeueret in delectatione, peccare mortaliter; adeſt enim materia grauis cum aduertentia, & conſenſu, ad mortale peccatum ſufficiente.

6 Tertium caput eſt ratione ſpecialis contemptus, aut ſpecialis inobedientiæ, vt bene docet Couar. regula peccatum par. 2. §. 7. nu. 6. Nauar. cap. 23. nu. 41. Arragon. 2. 2. q. 62. art. 3. Vaſquez, Salas, & alij DD. ſtatim citandi; Hic autem cōtemptus, & inobedientia non conſiſtit in conſuetudine, & frequentia peccandi, vt benè docet Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 186. art. 9. Caietanus ibidem ad tertium, Vaſquez 1. 2. diſp. 102. cap. 5. & diſput. 158. cap. 4. Salas d. 10. ſect. 8. ad finē, Suarez loco ſtatim citando nu. 8. Zerola loc. cit. Clauis Regia, Sanchez, Leſsius, & alij locis citandis. Sed conſiſtit in actu, quo formaliter deſpicitur ſuperior, vel res præcepta; ſeu conſiſtit in actu, quo

quis

quis violat præceptum, quia præceptum, aut quia non vult ſubici præcepto, vel ſuperiori præcipienti. Vt hæc doctrina clarius intelligatur.

7 Aduertendum eſt primo, contemptum duplicem eſſe, ſeu dupliciter committi poſſe. Primò materialiter. Secundò formaliter; Materialiter committitur, quando res aliqua alijs poſtponitur, quamuis hoc directè non intendatur, quo pacto delinquentes cõtra pręcepta appellari poſſunt contemptores Dei Leuitici 26. quatenus peccatores aliqua ratione creaturas, ad quas per peccatum conuertuntur; præferunt Deo. Ita S. Thomas in 4. d.9. art.3. quæſtiun.3. Salas de legibus d.10.ſect.8. nu.42. & 43. Item qui de proximo detrahit dici poteſt proximum cõtemnere, quatenus illum reliquis poſtponit. Formaliter verò committitur contemptus, quando perſona aliqua ex directa intentione alijs poſtponitur, ſeu quando ex directa intentione aliquid fit, vt alter contemnatur, ſeu contemni credatur, vt contingit quando quis violat præceptum, vt ipſum, vel rem præceptam paruipendat.

8 Aduertendum eſt ſecundo, cõtemptum adhuc duplicẽ eſſe; vnus dicitur cõtemptus legiſlatoris, ſeu præcipientis, alter dicitur contemptus rei præceptæ, vt docet Suarez lib.3. de legibus, cap.28. num.21. & alij. Leſsius verò lib.2. de iuſtitia, cap 47. num.45. & alij addunt tertium membrum contemptus, nempè contemptum pręcepti, ſeu legis. Quanquam hic tertius cõtemptus non propriè conſtituere videtur tertium contemptum diſtinctum à reliquis duobus, vt benè docet idẽ Suarez loco cit. nam præceptum contemnitur, vel per ordinem ad legiſlatorem, & ſic dici poteſt contemptus legiſlatoris, ſeu ſuperioris, vel contemnitur per ordinem ad rem præceptam, quia paruipenditur res præcepta, & ſic reuocatur ad contemptum rei præceptæ.

9 His poſitis dico primò, contemptum rei præceptæ præcisè eſſe peccatum mortale in materia graui; eſſe verò peccatum tantummodò veniale, ſi res præcepta non ſit grauis, ſed leuis. Ratio eſt quia negandum non videtur contemni poſſe rem paruam, & minimã; paruitas autẽ materiæ excuſat à peccato mortali. Quanquàm peccatum veniale contemptus in re parua poteſt ratione alterius circunſtantiæ fieri mortale, vt ſi res parua contemnatur cum intentione iniuriam inferendi legiſlatori, vt ſtatim explicabo; aut ſi res parua contemnatur cum aliquo errore contra fidem, vt ſi quis leuem tranſgreſsionem contemnat putans leuem tranſgreſsionem, ſeu peccatũ veniale non eſſe dignum pœna. Ita Sanchez, num.11. Suarez, num.22. & alij apud Salas loco cit. num.43. & 44.

10 Dico ſecundò, contemptum legiſlatoris ſemper eſſe peccatũ mortale, ſi legiſlator ſit Deus, & contẽptus ſit formalis: magna enim eſt irreuerẽtia Deũ directè contẽnere, & indignam de Deo ęſtimationem habere etiamſi res, ratione cuius Deus contemnitur, ſit in ſe parua, & modica. Ita Valentia diſp.7. q.5 pun.6. Salas de legibus diſp.10. ſect.8. num.38. & alij DD. ſtatim citandi, si verò legiſlator ſit homo,

diſtin-

diſtinguendum puto. Vel contemnitur, legislator vt Prælatus, ſeu ſuperior, vel vt quidã homo; ſi contẽnitur vt ſuperior, eſt peccatũ mortale, q̃a ipſius poteſtas tanq̃ nullius momẽti habetur. & cũ Superior vices Dei gerat, videtur Deus ipſe contemni, iuxta illud Lucæ 10. Qui vos ſpernit me ſpernit. Si verò contemnitur ipſa perſona, ſeu Superior vt quidam homo, & quatenus habet aliquem defectum, vt quia eſt imprudens, aut infimæ ſortis, &c. cenſeo eſſe peccatum tantũmodo veniale, modò materia non ſit grauis ſed leuis; nam leuitas materiæ excuſat a mortali. Et hoc verum arbitror, etiamſi contemptus cõiunctus ſit cum aliqua indignatione, modò indignatio non ſit mortalis. Ita Sãchez in ſumma lib. 1. cap. 5. nu. 8. & 12 Leſsius loc. cit. num. 45. & 46. Suarez de legibus, lib. 3. cap. 28. num 22. Valentia 2. 2. diſp. 7 quaſt. 3. pũcto 3. & alij.

11 Hinc ſequitur primò, illum grauiter peccare, qui dicit ſe nolle rẽ aliquam grauem præſtare, quia talis ſuperior præcepit, habet enim cõtemptum formalem ſuperioris. Hoc tamen limitari poteſt, modò ſit verus ſuperior, & verã habeat præcipiendi poteſtatem. Ob id ab aliquibus a mortali excuſãtur Clerici Seminarij, vel aliorum Collegiorum, qui ex quodam ſuorũ præfectorum contemptu nolunt ipſis obedientiam præſtare, nam huiuſmodi præfecti non habent perfectã poteſtatem præcipiendi, & potius cõtemnuntur vt quidam homines ob aliquã ipſorum imperfectionẽ, quam vt ſuperiores.

12 Secundò, illum, per ſe loquendo, venialiter tantummodò peccare, q̃ in re aliqua parua ex quadam animi amaritudine, ſeu indignatione non vult conſolari ſuperiorem; aliud enim eſt formaliter nolle obedire, ſeu formaliter contemnere ſuperiorem, aliud nolle aliquid facere, ne ſuperiorem ea in re ſolatio afficiat.

Hoc tamen dupliciter limitandum eſt. Primò, modò huic indignationi, ſeu amaritudini non addatur contemptus poteſtatis, ſeu ſuperioris etiam circa minima; tũc enim cenſebitur contemptus formalis ſuperioris. Secundo, modò non adſit actualis affectus nõ obediendi in materia graui. Ita Leſſius loc. cit. nume. 46. Sanchez loc. cit. num. 11. Suarez, Salas, & alij locis citatis.

13 Tertiò ſequitur, peccatum mortale contemptus non ſolum reperiri poſſe in re debita ſub mortali, verum etiam in re debita ſolũ ſub veniali, aut etiam ex ſolo conſilio, quia fieri poteſt, vt Deus, vel ſuperior contemnatur etiam in materia leui; contemptus autem Dei, aut ſuperioris, vt ſuperior eſt, continet culpam grauem. Ita expreſſe Suarez nu. 25. & idem innuit Sanchez lo. cit. nu. 8., & 11. & alij apud Salas loc. cit. num. 43. verſ. At tranſgredi, & num. 45. & apud Clauem Regiam lib. 2. cap. 13. nu. 15.

14 Quartò, eum, qui frequenter, & ex conſuetudine aliqua peccata venialia committit, non peccare mortaliter ex hoc capite præciſè. Ratio eſt tum quia conſuetudo nõ eſt contemptus, contemptus enim per ſe conſiſtit in vno actu; conſuetudo autem connotat multiplicitatem actuum, & per ſe ſolum auget extenſiuè numerum peccato-

rum venialium, ſi conſuetudo ſit venialium. Tum quia ſequeretur, habentem conſuetudinem iocosè mētiendi in materia leui, aut otioſè loquēdi grauiter peccare, quod nō videtur admittendum. Ita Suarez loc.cit.num.8. Sanchez loc.cit. num.2. & alij Doctores citati cōtra Panormitanū, Gabrielem, & alios apud Suarez loc.cita. num.9. apud Azorium prima parte.lib.4. cap.9. quęſtio 11. apud Sanchez loc.cit. & apud Salas de legibus diſp. 10. ſec. octaua, nu.37.

15 Vltimò ſequitur, contemptum eſſe peccatum veniale, in materia leui, modò non adſit contemptus formalis Dei, aut ſuperioris vt ſuperior eſt. Secùs ſi adſit contemptus ſuperioris, vt quidam homo eſt, aliquem habens defectum.

16 Rogabis, vtrum contemptus formalis explicandus ſit in confeſsione.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia nouam ſpecie malitiam actui ſuperaddit. Vnde qui ex cōtemptu ſuperioris non accedit ad chorum, iuxta præceptum ſuperioris, non ſatisfacit in confeſsione dicendo ſe ad chorum non acceſſiſſe, ſed contemptum aperire tenetur; cum talis omiſsio adiunctā habeat malitiam irreuerentię contra ſuperiorem. Ita innuit Suarez loc.cit.num.25. Sanchez lo.cit. n. 8. & 11. Vaſquez prima ſecundæ diſput.158.cap.4.nu.37. Valentia prima ſecundæ diſp.7.q.5.pun.6. & alij communiter.

17 Quartum caput, propter quod veniale fieri poteſt mortale, contingit ratione proximi, & moralis periculi incidendi in mortale peccatum; cum enim venialia diſponant ad mortale, fieri poteſt, vt aliquis ob frequentiam peccati venialis ſubeat aliquando proximū, & morale periculum peccati mortalis, conſequenter mortaliter peccet, iuxta illud Eccleſiaſtici 3. Qui amat periculū peribit in illo. Hac de cauſa bene docet Sāchez cap. 5.num.4. eum mortaliter peccare, qui habet intentionem committendi omnia venialia, ſeu non vitandi vllum peccatum veniale, nā habens huiuſmodi propoſitum cenſetur velle ſe cōſtituere in morali, & proximo periculo peccādi mortaliter; cum enim omnia peccata venialia. ex S.Thoma prima ſecundæ q.83.artic.3. Vaſquez ibidē. Valentia. tom. 2. d. 6. q.18. puncto 2. Claue Regia. lib.2.cap.13. nu. 17. ſub finem, & ex communi Doctorū ſententia ad mortale diſponāt, iuxta illud Eccleſiaſtici 18. Qui ſpernit modica paulatim decidet; quis non concedet habentem affectum ad omnia venialia eſſe in proximo, & morali periculo mortaliter delinquendi.

18 Quintum caput, ratione cuius veniale fit mortale, cōtingit ratione conſcientiæ erroneę, vt conſtabit ex infra dicendis de conſcientia erronea. Ita Nau. in Man. prælud.9.nu.9. Clauis Reg. lib.2. cap. 13.num.14. & alij communiter.

19 Sextò rōne ſcandali; ſicut enim actus ex ſe bonus poteſt effici peccaminoſus mortaliter ratione ſcādali, vt inferius explicabo, itā multò magis peccatū veniale fieri poteſt mortale ratione ſcandali. Ita Nauar. loco cit.nu. 18. & alij DD. citati.

20 Septimum caput eſt per additionem materiæ, quatenus peccatum,

tum, quod ratione paruitatis materiæ eſſet tantummodò veniale, fit mortale addita maiori quantitate. Vnde qui decreuit furari decē aſſes, ſed poſtea furatur quadraginta mortaliter peccat; quanquā non poteſt proprie dici peccatum veniale fieri mortale, ſeu tranſire in mortale, ſed potius peccato veniali ſuccedere peccatum mortale, quatenus eligitur furtum in notabili quantitate, quod fuiſſet tātummodò veniale in modica quātitate. Ita Sanchez loc. cit. nume. 3. Suarez lo. cit. num. 11. & alij, quos in ſimili retuli de quantitate ſufficiente ad peccatum mortale furti in tractatu de Reſtitutione.

21 Quæres primo vtrum idem numero peccatū veniale manens idē in genere moris, poſsit fieri mortale, vel è contra.

Reſpondeo negatiuè cum S. Thoma loco ſtatim citando, Valentia to. 2. diſp. 6. q. 18. pun. 2. Medina 1. 2. q 19. art. 1. Claue Regia lib. 2. ca. 13. nu. 20. Conrado p. 2. q. 88. art. 4. & alijs.

Ratio eſt tum quia ſicut actus, qui antea erat bonus non poteſt effici malus, niſi adſit aliqua mutatio cognitionis, & affectus, ſeu voluntatis, ita actus peccaminoſus venialiter nō poteſt idem numero in genere moris, effici peccaminoſus mortaliter, niſi adſit aliqua mutatio, vel ratione cognitionis, & deliberationis, vel ratione finis mortaliter peccaminoſi, vel ratione alterius circunſtantiæ. Tum quia peccatum veniale, & peccatum mortale in genere moris differunt pluſquam genere, nam mortale tollit gratiam, & auertit à Deo, quæ autem ſpecie, aut genere differunt, non poſſunt ſine mutatione in vnum coaleſcere.

Dixi manēs idem in genere moris, nam ſi loquamur de actu ſecūdum eſſe naturæ, certum eſt eundē actum poſſe eſſe venialem, & mortalem, nam idem actus cum indeliberatione inchoatus, poteſt continuari, & perſeuerare adueniente plena, & perfecta deliberatione, conſequenter idem actus ſecundū eſſe naturæ poteſt eſſe mortalis, & venialis. Videte S. Thomam, & Clauem Regiam locis citatis, & Vaſquez prima ſecundæ diſt. 145. cap. 2.

22 Quæres, ſecundo vtrum multa peccata venialia poſsint conſtituere vnum mortale.

Reſpondeo multa venialia non efficere vnum peccatum mortale, per ſe, & formaliter loquendo. Ratio eſt, quia multa venialia nō priuant nos gratia Dei proximè, & immediatè, ſed cum ea ſtare poſſunt, ergo non efficiunt vnū peccatum mortale; cum peccatum mortale priuet hominē gratia Dei. Ita Sanctus Thomas prima ſecundæ quæſt. 88. art. 4. Caietanus, & Medina ibidem. Vaſquez prima ſecundæ diſp. 145. cap. 1. Suarez lib. 3. de legibus capite 28. num. 9. Martinus Becanus ſecunda parte tractatu 2. cap. 2. quæſt. 5. num. 2. Clauis Regia lib. 2. cap. 14. num. 18. & alij Doctores communiter, dum aſſerunt veniale non fieri mortale ratione frequentiæ, ſeu conſuetudinis, præciſo tamen contemptu, ſcandalo, & periculo incidendi in mortalia, vt patet ex dictis.

Obijcies primò ex Diuo Auguſtino tractatu 1. in epiſtolam Diui Ioannis. Multa peccata leuia faciunt

ciunt vnum grande, ſicut multæ guttæ implent flumē, & multa grana faciunt maſſam.

Reſpōdeo Diuum Auguſtinum explicandum eſſe de peccatis venialibus, quæ continuare poſſunt ratione materiæ, aut de peccatis venialibus commiſsis ex contemptu, vel cum periculo incidendi in mortalia.

Obijcies ſecundo, Qui multis diebus prætermiſit orationem Angelicam, quā ex voto ſingulis diebus recitare tenebatur, peccat mortaliter, poſtquam peruenit ad materiam notabilem, quamuis peccauerit tātummodò venialiter antequam ad illam perueniret. Item qui ſæpius leuia furatur peccat tātummodò venialiter, peccat verò mortaliter poſt multa huiuſmodi furta, ergo multa venialia efficiūt vnum mortale.

Reſpōdeo diſtinguendo cū cōmuni Doctorum ſententia, Qui leuia furatus eſt, ſeu qui orationem Angelicam prætermiſit, aut tunc temporis intētionem habebat maiora furandi, ſeu materiam notabilem omittendi, aut non. Si prædictam habebat intētionem mortaliter peccauit, dum ſurripuit leuia, ſeu dum omiſit orationem Angelicam animo ſucceſsiue ſurripiēdi materiam notabilem, aut materiam notabilem omittendi; aderat enim aduertentia, deliberatio, & materia ſufficiēs ad peccatum mortale. Si verò tunc tēporis prædictam non habebat intētionem, peccauit tantummodò venialiter ob materię leuitatem; Verū ſi poſt leuia furta peruenit ad tantā quātitatem, quæ coniuncta cum præcedentibus conſtituat materiā notabilē, peccat mortaliter, dū ad materiā notabilē peruenit aduertens ad quātitatē præcedentem. Ratio eſt, nō quia plura venialia efficiant vnum mortale, ſed quia vltimus actus verſatur circa materiam, quę continuata cum præcedentibus eſt ſufficiens ad peccatum mortale.

23 Ex quo patet quid dicendum ſit de eo, qui ſæpius prætermittit orationem Angelicam, aut leuem eleemoſynā ſingulis diebus ex voto faciendam; dicendum enim eſt mortaliter peccare, dum peruenit ad talem omiſsionem, quæ continuata cum præcedentibus cēſetur notabilis; quamuis enim ſingulæ prædictæ omiſsiones ſint tantummodò peccata venialia, nec ſufficiant ad mortale peccatum, tamen ſimul ſumptæ integrant, & cōſtituunt materiam grauem ſufficiētem ad mortale peccatum.

Hæc tamen limita; modò votum talis orationis, vel leuis eleemoſynæ factum non fuerit in honorē certi temporis, ſeu diei, nam ſi votum factum ſit in honorem, & ſolemnitatē talis temporis, ſeu diei, omiſſiones non continuantur, nec integrant vnum peccatū mortale, quia obligatio reſpiciens honorem certi temporis ceſſat lapſu temporis, iuxta ea, quæ tradidi de voto; vnde qui in honorem Beatiſsimæ Virginis vouit tradere eleemoſynam, vel preces aliquas recitare ſingulis Beatiſsimæ Virginis feſtiuitatibus, elapſa aliqua feſtiuitate ceſſat obligatio, qua vouens tali tēpore tenebatur eleemoſynam, vel preces perſoluere; nec omiſsio præcedēs continuatur cum ſubſequentibus, vt patet à ſimili de obligatione recitandi diuinum officium ſingulis die-

diebus, quorum lapſu extinguitur obligatio recitandi, nec remanet obligatio repetendi ſequentibus diebus, nec omiſsio vnius diei cõtinuatur cum alterius omiſsione.

Secùs dicendum eſt, ſi votum tradẽdi certam eleemoſynam, vel recitandi orationem Angelicã aliquibus diebus nõ ſit factum in honorem diei, ſed dies, ſeu terminus appoſitus ſit, ne vltra illum differatur traditio eleemoſynæ, vel recitatio orationis Angelicę; tunc enim aſſero ſingulas omiſsiones eſſe quidẽ peccata venialia ratione paruitatis materiæ, ſed dũ peruenitur ad omiſsionẽ materiæ notabilis committi peccatum mortale; quia tales orationes, vel eleemoſynæ omiſſæ continuantur, & ipſarum obligatio non ceſſat lapſu dierũ, ſed extenditur vltra diẽ, donec impleatur, vt benè docet Vaſquez prima ſecundæ diſp. 146. cap.2.num.6.pagina mihi 779. Rodriquez in ſumma 2. parte, cap. 99.concluſ. prima. Suarez loc.cit. de legibus, num.11. Clauis Regia loc. cit. num. 20. & 21. Sanchez in ſumma lib. 1. cap.4. nu.14. Valentia tomo 3. diſp.6. quæſt. 6. punc.4. Azor prima par. lib. 11. cap.5. poſt tertium quæſitum, verſiculo, Mihi tamen, & alij, quos in ſimili retuli de voto, & iuramento.

Sit igitur hæc regula generalis, quam tradit Vaſquez loc.cit. eamquè innuunt Doctores præallegati. Quotieſcunque materia, & obiectum vltimi peccati venialis continuari poteſt cum materia præcedentium, vltimum peccatum, in quo materia notabilis completur, eſt mortale, quod alioquin eſſet veniale; quando verò materia vltimi peccati non poteſt moraliter continuari cum materia præcedẽtium peccatorum venialium, vltimum peccatum non eſt mortale; quia ſingulæ materię ſunt paruæ, & diuiſę remanent abſque morali cõiunctione; conſequenter vltimum peccatum retinet qualitatem peccati venialis.

24 Vtrùm verò qui ſæpius minima furatur, & peruenit ad materiam notabilem non ſolum mortaliter peccet, poſtquam prima vice ad materiam notabilem peruenit, verum etiam ſequẽtibus vicibus, conſtat ex dictis in tractatu de Reſtitutione, & ex ibi dictis colligi poteſt, quid in ſimilibus caſibus ſentiendũ ſit, quando materia continuatur, ita vt ſimul ſumpta ſufficiat ad cõſtituendum mortale peccatum.

Ex dictis in præcedenti quæſito, & in ſecunda obiectione, & ex regula generali mox tradita.

25 Colligi poteſt primò, eum, qui ſingulis diebus feſtis facit opera ſeruilia per vnum horæ quadrantem, non peccare mortaliter, quia huiuſmodi opera ſeruilia in diuerſis feſtis diebus facta non videntur moraliter continuari, conſequenter non cõſtituunt materiam notabilem ſufficientem ad mortalem culpam, vt oſtendi in 3. Decalogi præcepto cum Sanchez in opere morali lib. 1. cap.4. nume.12. contra Toletum lib.4. cap.25. nu.2. Secùs dicendum eſt, ſi multa opera ſeruilia diuerſis vicibus fiãt eodem feſto, ita vt ſimul ſumpta perueniant ad quantitatem temporis notabilem; cum enim fiant eodem die videntur moraliter continuari, conſequenter integrant materiam

am notabilem ,& ſufficientem ad peccatum mortale.

26 Secundò, illum non peccare mortaliter, qui die ieiunij duos, vel tres panes ĩ multos diſtribuit, itaut ſingulis obtingat modicum fruſtulum, & parua materia nõ ſufficiẽs ad mortalem ieiunij fractionem. Ratio eſt quia diſtribuens non magis peccat, quam peccent comedẽtes; comedentes autem nõ peccant mortaliter ob paruitatem materiæ, quæ non continuatur cũ ea, quam alij ſumunt. Ita Sanchez loc. cit. num. 11. & 12.

Ob eandem rationem arbitror, illum non peccare mortaliter, qui eodem die feſto eſt in cauſa, vt multi ſeruiliter laborent per vnum horæ quadrantem, vel per dimidiã horam.

27 Tertiò ſequitur, ieiunium ab eo perfringi, qui ſæpius exiguum quid eodem ieiunij die comedit, modò ea, quæ deguſtantur, efficiant materiam notabilem. Ratio eſt quia huiuſmodi comeſtiones ſimul continuantur in eodem die, & materiam conſtituunt notabilẽ; ergo ſunt materia peccati mortalis. Secùs dicendum eſt de eo, qui diuerſis ieiunij diebus pauca quædam comedit, vel intentionẽ habet comedẽdi ſingulis ieiunij diebus; hic enim excuſandus videtur à mortali, quia comeſtiones non continuantur, itá vt vnam, & eandem materiam moraliter conſtituere videantur; cum obligatio ieiunij ceſſet lapſu dierum. Ita Sanchez loc. cit. num. 11. Vaſquez prima ſecundę diſp. 158. cap. 6. nu. 60. Clauis Regia loc. cit. num. 20. & alij communiter.

28 Quartò, illum, qui ſæpius intemperanter cibum capit, mortaliter peccare, dum ita comedit intemperanter, vt illa comeſtio continuata cum præcedẽtibus ſit cauſa notabilis infirmitatis, quamuis vltima comeſtio per ſe ſumpta non eſſet cauſa ſufficiens morbi. Ratio eſt quia præcedentes comeſtiones moraliter vniuntur non ratione tẽporis, ſed ratione effectus relicti à præcedentibus comeſtionibus, quę ſunt via, & diſpoſitio ad grauem corporis infirmitatẽ. Ita Vaſquez, Clauis Regia, & Sanchez locis citatis, & alij communiter.

29 Rogabis quid dicendum ſit de eo, qui multa vota emittit pro eadẽ die cũ propoſito recitandi pro ſingulis votis vnã orationem Angelicam, vel tradendi exiguã aliquam eleemoſynã, ſed poſteà ſingula vota prætermittit.

Reſpõdeo cum Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 5. num. 16. mortaliter peccare, ſi vno die tantam quantitatẽ prætermittat, quæ notabilis cenſeatur. Ratio eſt tum quia violat præceptum Religionis in materia graui, nã illa vota ſunt eiuſdem rationis, & obligant pro eodem tempore ex virtute, & præcepto Religionis. Tum quia ſicut qui magnam pecunię ſummam alicui diuerſis promiſsionibus pollicitus eſt, ſed modicam in ſingulis promiſsionibus, reus efficitur lethalis culpæ, ſi non ſtet promiſsis, quia facit contra iuſtitiam in re graui, ita peccat mortaliter qui non adimplet vota, quibus ſe obſtrinxit ad materiam grauem pro eodem die, ſeu tempore, licet in ſingulis votis leuem quantitatem promiſerit.

Obijcies, Qui pluribus diebus non

Digitized by Google

non recitat orationem Angelicã, ad quam ſingulis diebus perſoluendam aſtrinxit ſe voto, non peccat mortaliter, ergo neque mortaliter peccat qui plures orationes Angelicas prætermittit, ad quas ſe pro tali die diuerſis votis obſtrinxit.

Reſpondeo negando cõſequentiam. Ratio diſparitatis eſt, quia in primo caſu materiæ illæ non coaleſcunt, nec conſtituunt vnã materiam ſimul ex præcepto debitam eodem tempore, ſed quælibet obligatio reſpicit certum tempus, & ceſſat lapſu temporis, in cuius honorẽ fuit introducta, vt ſuppono, iuxta dicta in præcedentibus, & in tractatu de voto. In ſecundo verò caſu materia coaleſcit, & eſt debita pro eodem tempore, cõſequẽter ſufficiens eſt ad inferendã grauem culpam in delinquente.

Ex dictis in hoc puncto explicata manet difficultas; qua quæritur, vtrum peccatum mortale fiat veniale, & è contra; conſtat enim peccatum mortale fieri poſſe veniale. Primò ratione indeliberationis, & inaduertentiæ. Secundò ratione paruitatis materiæ. Tertiò ratione ignorantiæ.

Prætereà conſtat peccatum veniale fieri poſſe mortale. Primò ratione finis. Secũdo ratione deliberationis, & aduertentiæ. Tertiò ratione contemptus. Quartò ratione proximi periculi pro'abẽdi in peccatum mortale. Quintò ratione conſcientiæ erroneæ. Sextò ratione ſcandali. Septimò ratione additionis materiæ.

QVAESTIO IV.

De diſtinctione ſpecifica, & numerica peccatorum.

IN hac quæſtione explicandum eſt primò, vtrum omnia peccata ſint connexa, aut paria. Secundò, vnde numerica peccatorum diſtinctio deſumatur. Tertiò, quot peccata committantur ab eo, qui alium ad peccatum inducit. Quarto, vnde ſpecifica peccatorum diſtinctio capiatur. Quintò, vtrum omiſsionis peccatum ſpecie differat à peccato commiſsionis. Sextò, vtrum peccata cordis, oris, & operis ſpecie differant. Septimò, qualiter peccet, qui facit aliquid cõtra conſcientiam. Octauò, vtrum faciens aliquid cum cõſcientia dubia peccet, & qualiter peccet. Nonò, vtrum faciens aliquid cum ſcrupulo peccati, peccet. Decimò, vtrum peccet qui facit aliquid cum opinione probabili relicta tutiore, vel probabiliore.

PVNCTVM I.

Vtrum omnia peccata ſint connexa, aut paria.

1 *Oĩa peccata nõ ſunt inter ſe cõnexa.*
2 *Peccata dicuntur connexa, quatenus vnũ eſt via, & diſpoſitio ad aliud.*
3 *Pœna dãni æqualis eſt in dãnatis.*
4 *Nõ oĩa peccata sũt æqualia, & paria.*
5 *Peccatum conſideratum ſecundum rationem ſpecificam, ſi ſit inferioris ordinis, non poteſt creſcere, & ſuperare malitiam peccati ſuperioris ordinis.*
6 *Capita, & circunſtantiæ, ex quibus peccatum ita creſcere poteſt, vt grauius, & deterius fiat.*
7 *Peccatum leuius eſt, ſi fiat ex intentione boni finis, quã ſi ex malo fine.*
8 *Circunſtantia, vt nouam addat actui malitiam, aliquando debet expreſsè intendi, aliquando non, & quando debeat intendi, & quando non.*
9 *Habens congreſſum cũ alterius vxore committit adulterium, quamuis reyciat circunſtãtiã alienæ vxoris.*
10 *Surripiens rem ſacram ſacrilegium committit, etiamſi expreſsè non intendat inferre iniuriam rei ſacræ.*

PRO-

Digitized by Google

PRIMA PROPOSITIO.

1 NOn omnia peccata ſũt inter ſe connexa. Ita S. Thomas prima ſecundæ quæſt.73. art.1. Alexander Peſantius ibidem. Vaſquez ibidem in commentario articuli 1. Valentia to.2. diſp.6. q.3. puncto 1. Azorius loco ſtatim citando, & alij Doctores communiter. Ratio eſt tum quia experientia conſtat violatione vnius præcepti non violari cætera, ergo peccata non ſunt connexa; alioquin violatione vni⁹ præcepti violarentur oĩa; cum peccata cõſiſtãt in violatione præceptorũ. Tũ quia multa ſunt peccata inter ſe oppoſita, vt patet in peccatis, q̃ eidẽ virtuti extremè opponuntur, vt eſt peccatum gulæ, & nimiæ abſtinẽtiæ peccatum prodigalitatis, & nimiæ auaritiæ, &c. quorũ vnum eſt per exceſſum, & alterum dici poteſt per defectum; nã prodigus plus dat, quam debeat, auarus minus dat, quam debeat.

2 Obſerua tamen peccata dici poſſe aliquo modo connexa, quatenus vnum eſt via, & diſpoſitio ad aliud, & hoc pacto intelligũtur Patres, dum aſſerunt peccata eſſe inter ſe connexa.

Obijcies Iacobi 2. dicitur. Quicunq; totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus; ergo peccata ſunt inter ſe connexa, & vnius præcepti violatione cenſentur omnia violari.

Reſpondeo, prætermiſsis aliorũ reſponſionibus, quas referunt Vaſquez, & Valentia locis citatis, offendentem in vno effici reũ oĩum quoad reatũ pœnæ damni quæ, cõſiſtit in priuatione viſionis beatificæ; nã qui offendit Deũ ĩ vno peccato mortali, ita carebit viſione beatifica, ac qui Deũ in multis lædit.

3 Ex quo inferri poteſt pœnam dãni æqualẽ dici poſſe in dãnatis; cũ vnus ita careat viſione Dei, ſicut alter; quãquã vnus pluribus titulis carere põt diuina viſione, quã alter. Videte Azoriũ lib.4. cap.19. quæſito 1. & 2. Valẽtiam. Vaſquez, & alios præcitatos Doctores.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 NOn omnia peccata ſunt æqualia, & paria. Ita Diuus Thomas lo.cit. art.2. Peſantius ibidem. Valentia loc.cita. puncto 2. Vaſquez prima ſecundæ diſput.99. cap.7. & alij communiter, contra Stoicos apud Valentiam loc.cit. & apud Vaſquez lo.cit. c.1. Ratio eſt tũ quia aliqua peccata fiunt cũ maiori voluntate, & aduertentia, vel cum maiori affectu, quam alia; ſed peccata, quæ fiunt cum maiori voluntate, & aduertentia, vel cũ maiori affectu, grauiora ſunt; iſtę enim ſunt circunſtantiæ aggrauãtes peccatum; ergo aliqua peccata grauiora ſunt alijs; conſequenter non omnia ſunt paria. Tum quia peccatum eò grauius eſt, quò præſtantior eſt virtus, cui opponitur, vel perfectio, qua priuat; peccatum enim ſpecificatur per virtutes, & perfectiones oppoſitas; omnes autẽ virtutes, quibus peccata opponuntur, & perfectiones, quibus priuant, non ſunt æquales; ſed vna eſt præſtãtior altera; præſtantior enim eſt charitas, quam temperantia, &c. Tum quia Chriſtus dixit Pilato. Qui me tradidit tibi maius peccatum

catum habet; ergo nō omnia peccata ſunt paria, ſed vnum eſt maius alio.

Obijcies. Peccatum conſiſtit in priuatione; ſed vna priuatio nō eſt maior alia; nullus enim magis moritur, quam alter, cum mors conſiſtat in priuatione vitę, ergo vnū peccatum non eſt maius alio.

Reſpondeo peccatum non ſolū conſiſtere in priuatione bonitatis; verum etiā in oppoſitione ad rectam rationem; cum autem nō omnia peccata eandem habeant oppoſitionem cū recta ratione (quis enim audeat affirmare fornicationem ſimplicem, vel furtum vnius nummi habere tantam oppoſitionem cum recta ratione, quantam habet adulterium, vel furtum mille nummorum aureorum) ſequitur non omnia peccata eſſe paria, ſed vnum eſſe maius alio. Præterea priuatio, in qua peccatum conſiſtit, non eſt per ſe ſolum ſpectanda, ſed per ordinem ad perfectionem, cuius eſt priuatio; cum autem aliqua perfectio, qua vnum peccatum priuat, maior ſit, quam alia, ſequitur vnum peccatum maius eſſe alio.

5 Quæres, vtrum peccatum inferioris ſpeciei, ita creſcere poſsit, vt perueniat ad malitiam peccati ſuperioris ſpeciei, exempli gratia, vtrum peccatum furti, quod eſt inferioris ſpeciei reſpectu peccati fornicationis, vel homicidij, ita poſsit augeri, vt æquet, aut ſuperet grauitatē fornicationis vel homicidij, quæ ſunt peccata altioris ſpeciei. Pro ſolutione.

Aduertendum eſt peccatum dupliciter conſiderari poſſe. Primo ſecundum rationem propriam ſpecificam. Secundo ſecundum latitudinem entitatiuam, & ſecundum circunſtantias adiunctas.

Hoc poſito reſpondeo, ſi peccatum conſideretur ſecundum rationem ſpecificam, non poſſe peccatū inferioris ordinis æquare, vel ſuperare malitiam altioris, & ſuperioris ordinis, ſicut argentum, licet magna cum diligentia purgetur, nunquam perueniet ad perfectionem ſpecificam auri; cum habeant eſſentiam diuerſam. Si vero peccatum conſideretur ſecūdum latitudinem entitatiuam, & circunſtanſtantias adiunctas, peccatum inferioris malitię ita creſcere poteſt, vt æquet, vel ſuperet peccatum ſuperioris malitiæ; nam cōmittens furtum, exempli gratia, poteſt in tanta quantitate furari, vt ipſius furtum ſuperet malitiam homicidij. Quamobrem ſurripiens pecuniam totius communitatis grauius peccare dicitur, quam qui occidit hominem priuatum, & qui furatur centum nummos aureos, grauius peccare videtur, quam qui aliquem leuiter percutit; nam hæc peccata quoad latitudinē entitatiuam ita creſcunt, vt ſuperent malitiam peccati ſuperioris ſpeciei; ſicut argentum, licet ita creſcere nequeat, vt perueniat ad ſpeciem auri, nihilominus accipi poteſt argentum in tanta quantitate, vt ſuperet valorē auri. Ita Azorius ca. 19. quęſito 4. Valentia loc. cita. pun. 3 Diuus Tho. Vaſquez, & alij Doct. citati.

6 Sed modo dubium eſt primò, ex quibus capitibus, ſeu circunſtantijs peccatū ita creſcere poſſit, vt grauius, & deterius fiat.

Reſpondeo cum Diuo Thoma loc. cit. art. 3. 6 & 7. Peſantio ibidē. Valentia loc. cit. pūcto 3. Vaſquez,

Digitized by Google

& alijs, quos in ſimili retuli de Pœnitentia, ex multis capitibus, ſeu circunſtantijs hoc fieri poſſe.

Primò ex maiori affectu, vel conatu, quis enim ignorat eum grauius peccare, qui maiori, & intenſiori conatu alium odio proſequitur, quam qui minori, & leuiori.

Secundò ex ſciētia, & cognitione peccati; peccatum enim, quo maior eſt ipſius cognitio, cenſetur magis volitum; & ſicut ignorantia probabilis, & inuincibilis excuſat a peccato, ita, quo maior eſt ſcientia, & cognitio peccati, maius eſt peccatum.

Ex quo patet eum grauius peccare, qui ſcienter, & ſponte peccat, quam qui cum ignorantia, & metu peccat, conſequenter Religioſum cæteris paribus grauius peccare, quam Ethnicum non habētem ita perfectam peccati cognitionem, ſicut Religioſus.

Tertiò ex conditione perſonæ peccantis, vel in quam peccatur. Propterea aſtrictus voto caſtitatis, aut vinculo matrimonij grauius peccat carnaliter cognoſcendo fœminam, quam ſolutus, & liber à vinculo voti, & matrimonij. Item grauius peccat, qui clericum, vel ſuperiorem percutit, quam qui laicū, aut alium, cui nullam præſtare tenetur obedientiam.

Quartò, ex maiori damno, quod infertur. Quapropter ſurripiens centum grauius peccat, quam qui tantummodo decem capit.

Quintò, ex peiori fine; peccatū enim aliqua ratione ſpecificatur à fine. Ob id grauius peccat, qui gladium emit ad occidendum hominem, quam qui emit ad pompam, & vanitatem.

7 Hac occaſione ſolui poteſt illa difficultas, qua quæritur vtrum peccatum ſit leuius, ſi fiat ex intentione boni finis, quam ſi fiat ad malum finem, exempli gratia, vtrum peccatum ſtupri factum ob carnalem delectationem grauius ſit, quā factum ad hunc finem, vt ex illius pretio ali poſſint inopes, & indigentes.

Reſpondetur leuius eſſe peccatū factum ex intentione boni, quam mali finis. Ratio eſt tum quia peccatum grauius eſt, quo peior eſt finis, vt diximus. Tum quia peccatum eò grauius eſt, quò magis eſt voluntarium, & leuius, quò eſt minus voluntarium: peccatum autem factū ex intentione boni finis eſt minus voluntariū quam peccatū, quod appetitur propter ſe. Quapropter leuior eſt fornicatio facta ob bonum finem, quam ſit fornicatio facta propter turpem ipſius delectationem; non quia bonitas intentionis finis ita minuat malitiam, vt eam de mortali venialem efficiat; alioquin tot boni fines poſſent intendi, vt tolleretur tota malitia actus; cum malitia ſit finita, & finitum ablatione finiti finiatur, inquit Ariſtoteles; ſed quia minuitur voluntarium, quatenus peccatum non expetitur propter ſe, ſed propter aliud. Ex qua ratione licet ēt inferre peccatum, exempli gratia, luxuriæ minui non ſolum ſi fiat ex bono, verum etiam ſi fiat ex malo alio fine, vt ſi fiat ob furtum, minuitur enim ratio voluntarij, ita vt delinquens non ita cēſeatur luxurioſus, ac ſi peccaret ex turpi carnis delectatione, & libidine; quamquam peccatū poſtea dicatur augeri ex alia malitia contra iuſtitiā;

committens enim fornicationē intentione furti peccat contra caſtitatem, cui opponitur fornicatio, & contra iuſtitiam, cui furtum aduerſatur. Quamobrem fornicans ob furtum licet minus peccet peccato luxuriæ, quam peccet, qui fornicatur ob veneream voluptatem, & libidinem; tamen ratione alterius circunſtantiæ, quæ nouam actui malitiam communicat, dicitur magis peccare. Ita Alexander Peſantius par. 2. q. 19. artic. 2. dub. 2. & alij recentiores.

Sextò peccatū augeri poſſe ratione ſcandali, & ruinæ alterius, vt patebit ex dicendis.

Septimò ex circunſtantijs, quæ hoc verſu continentur.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando

Quas circunſtātias explicaui de Pœnitentia.

Obſerua tamen non omnes circunſtātias efficere peccatum grauius; nam quatuor circunſtantiæ in vniuerſum aſsignantur, ad quas reuocari poſſunt illæ, quæ in præcedenti carmine ſunt recenſitæ.

Aliquæ dicuntur impertinentes, qualis eſt furari dextera, vel ſiniſtra; & propter has circunſtantias peccatum non augeri conſtat; cum idcirco dicantur impertinentes, quia non faciunt ad grauitatem, aut lenitatem delicti.

Aliæ dicuntur minuentes, qualis eſt fornicari, vel furari ad ſubueniendū pauperibus, & propter has circunſtantias peccatū non augeri patet ex ipſo circunſtantiarum minuentium nomine, & ex fine, quem delinquentes in patrādo delicto ſibi proponūt, vt patet ex proximè pcedentis difficultatis ſolutione.

Aliæ ſunt aggrauātes, quales ſūt quæ fiunt magna cum intenſione, aut cognitione, vel cū maiori damno, vel ex peiori fine, vel ex aliqua circūſtantia perſonæ, vel rōne ſcādali, &c. & ꝓpter iſtas circūſtantias peccatū augeri conſtat examinanti circunſtantiarum aggrauantiū nomen, & naturam.

Aliæ denique dicuntur mutantes ſpeciem, ſeu infinitè aggrauantes, qualis eſt circunſtantia perſonæ, quæ percutitur, aut circunſtantia voti caſtitatis in eo, qui fornicatur, vel cum quo fornicatur; & his circunſtantijs peccatum grauius effici perſpicuum eſt; cum noua ſpecie malitia actui addatur; quæ autem differentia ſit inter circunſtantias aggrauantes tantummodò, & non mutantes ſpeciem, & inter circunſtantias mutantes ſpeciem, ſeu aggrauantes in infinitum, conſtat ex dictis de Pœnitentia.

8 Secundo dubium eſt, vtrum, vt circunſtantia nouam addat actui malitiam debeat expreſsè intendi.

Reſpondeo cum Vaſquez, par. 2. diſp. 101. cap. 6. nu. 20. & alijs Doctoribus ſtatim citandis, Contra nonnullos alios, quos tacitè refert Vaſquez loc. cit. circunſtantiam aliquando debere expreſsè intendi, & aliquando non.

Circunſtantia debet expreſsè intendi, quando ſubſtātia actus peccati, cui circunſtantia communicat malitiam, non poteſt ſubſiſtere, niſi circunſtantia intendatur; nam ad aliquam rem conſtituendā in eſſe requirūtur, ea, ſine quib' res non ſubſiſtit; ſicut enim deſtructis ijs, quæ ſunt de eſſentia, & ſubſtantia alicuius rei, res ipſa deſtruatur neceſſe eſt, ita non poſitis ijs, quæ

ſunt

ſunt de ſubſtantia rei, res ipſa poni non poteſt; ergo circunſtantia expreſsè debet intendi, quando ſubſtantia actus peccati, cui circunſtantia communicat malitiam, non poteſt ſubſiſtere, niſi circunſtantia intendatur; cuiuſmodi eſt circunſtantia ſcandali ſpecialis, circunſtantia ſpecialis inobedientiæ, & circunſtantia ſpecialis ingratitudinis, vt bene docet Diuus Thom. 3. parte quæſt. 88. art. 4. Petrus Sotus lectione 7. de Pœnitentia Dominicus Sotus in 4. diſt. 22. quæſt. 1. §. De tertio articulo, verſiculo, Ad ſecundum dico, & alij apud Vaſquez p. 2. diſp. 102. cap. 5. num. 15. nam ſpecialis ingratitudo non poteſt eſſe, niſi expreſsè contemnatur beneficium: ſcandalũ ſpeciale non poteſt eſſe, niſi intendatur ruina, & nocumentum ſpeciale proximi, & ſic de cęteris; ſicut enim gratitudo ſpecialis poſtulat, vt aliquid fiat intentione, compenſandi beneficiũ, nec ſatis eſt aliquid fieri, quo beneficium compenſetur, niſi prædicta intentione fiat, ita etiam ad ingratitudinem formalem requiritur, vt directè fiat contra beneficium, vel vt beneficium expreſsè contemnatur. Pręterea ſicut obedientia non eſt virtus ſpecialis, niſi præceptum obſeruetur intẽtione expreſſa parẽdi ſuperiori, ſeu legi, ita ſpecialis inobedientia non ſubſiſtit, niſi quis aliquid faciat expreſſa intentione non obediendi, alioquin in quolibet peccato duplex peccatum reperiretur, vnum contra virtutem, ad quam refertur res præcepta, alterum contra obedientiam, vt bene docet Vaſquez loc. cit. num. 16. Rurſus ſicut correctio, vel miſericordia poſtulat, vt quis intendat bonũ proximi, vt illius bonum eſt, vel intendat illius miſeriam auferre, vt illius miſeria eſt; ita ſpeciale ſcandalum non ſubſiſtit, niſi quis directè velit ruinam, & damnũ proximi, & conſequenter, niſi circunſtantia ruinæ proximi intendatur. Idem ſentiendũ puto de actu odij, ſicut enim actus ſpecialis amoris exigit, vt quis directè velit bonum alteri, vt bonum illius eſt, ita peccatum odij nõ poteſt ſubſiſtere, niſi expreſsè intendatur malum alteri, niſi quatenus eſt malũ illius ex diſplicentia perſonæ, conſequenter, niſi circunſtantia intendatur.

Quando verò ſubſtantia actus ſubſiſtere poteſt, circunſtantia expreſsè non intenta, non eſt neceſſe circunſtantiam intendere, ſed peculiaris malitia cõtrahitur, quamuis circunſtantia non intendatur. Ratio eſt tum quia aliqua peccata, vt eſt peccatum furti, vel ſacrilegij, opponuntur ſpeciali virtuti, quamuis circunſtantia damni proximi, aut iniuriæ loci ſacri non intendatur; ergo non eſt neceſſe in quolibet peccato circunſtantiam intendere, quando ſcilicet ſubſtãtia actus ſubſiſtere poteſt, circunſtantia expreſsè non intenta. Tum quia, vt aliquis actus imputetur ad culpam, requiritur, & ſufficit, vt ſit voluntarius, ſed poteſt eſſe voluntarius ſaltem indirectè, etiamſi circunſtantia non ſit directè volita, & intenta, quod accidit quando ſubſtantia actus poteſt ſubſiſtere circunſtantia expreſsè non intenta; ergo non eſt neceſſe circunſtantiã expreſsè intendere, quando ſubſtantia actus poteſt ſubſiſtere non intenta circunſtantia.

9 Ex quo ſequitur adulterium ab

eo

Google

eo committi, qui turpem habet cõgreſſum cum alterius vxore, quamuis in mente ſua reijciat circunſtantiam alienæ vxoris, ideſt quamuis nõ intendat habere copulam cum illa, vt aliena eſt.

10 Præterea ſacrilegium ab eo cõmitti, qui furatur calicem cõſecratum, etiamſi expreſsè non intendat inferre iniuriam rei ſacræ, & calicem accipere, quatenus eſt res Eccleſiæ; cum enim circunſtantia actus ſacrilegij, & adulterij ſubſiſtere poſsit abſque intentione expreſſa inferẽdi iniuriam rei ſacræ, aut cognoſcendi alienam, vt aliena eſt; ſed ad horum peccatorum malitiam ſufficiat huiuſmodi circunſtantiam eſſe indirectè volitam in copula habita cum fœmina cõiugata, aut in furto rei ſacræ, præciſa ignorãtiâ inuincibili, ſequitur neceſſum non eſſe, vt huiuſmodi circunſtantia directè, & expreſsè intendatur. Ita Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 6. num. 3. Vaſquez & alij locis citatis.

PVNCTVM II.

Vnde numerica peccatorũ diſtinctio deſumatur.

1 *Non ſunt tot numero peccata, quot ſunt obiecta, circa quæ vnus, & idem actus eodem tempore verſatur.*

2 *Percutiens vno actu plures, aut de pluribus detrahens tenetur numerum perſonarum in confeſſione exprimere.*

3 *Sunt plura peccata, quando plures actus ſucceſsiuè verſantur circa plura obiecta diſtincta.*

4 *Eſt vnum peccatum, quando plures actus ſucceſſiuè circa idem obiectum verſantur.*

5 *Tot ſunt peccata, quot ſunt actus voluntatis moraliter interrupti.*

6 *Actus voluntatis tunc interrumpitur, quoties nec formaliter, nec virtualiter durat.*

7 *Actus moraliter interrupti explicandi ſunt in Confeſſione.*

8 *Actiones externæ moraliter coniunctæ cum actu interno voluntatis nõ conſtituunt nouum peccatum, niſi iſti actus propriam habeant malitiam ab actu interno diſtinctam.*

9 *Habens animum furandi, & interiecta aliqua mora furatur duplex peccatum committit.*

10 *Frequentius multiplicantur peccata interna, quam externa.*

11 *Repetens eodem impetu iræ multa conuicia, blaſphemias, & cæt. vnũ tantum peccatum committit.*

12 *Vnum peccatum committit qui iniurias diuerſæ rationis eodem tempore in aliquem profert.*

13 *Probabiliſſimum eſt in confeſſione explicandam eſſe ſpeciem iniuriæ alteri illatæ.*

14 *Quandonam actus voluntatis dicatur moraliter, & virtualiter non perſeuerare.*

DVo hic nobis explicãda ſunt. Primum eſt, vtrum diſtinctio numerica peccatorum deſumatur ex diſtinctione obiectorum, ſeu, vtrum tot ſint peccata, quot ſunt obiecta, circa quæ verſatur actus, exempli gratia, vtrum tot ſint peccata, quot ſunt perſonæ, quę vno actu iniurijs afficiuntur per cõtumeliam, vel detractionem. Secundum eſt, vtrum deſumatur ex diſtinctione numerica actuum, ſeu, vtrum tot ſint peccata, quot ſunt actus ſal-

ſaltem morales. Dico, quot ſunt actus ſaltē morales, quia omnibus perſpicuum eſt non tot eſſe peccata, quot ſunt actus Phyſici, vt patet in eo, qui ex intentione occidendi inimicum emit enſem, illumque lateri accommodat, aſcēdit equum, ſuſcipit iter, explorat inimicum, illumquè non interpoſita mora occidit; hunc enim conſtat committere vnum tātummodo peccatum, quāuis plures actus exerceat, plures videlicet non moraliter, ſed Phyſicè. Hoc tamen intelligendum eſt, præciſis alijs circunſtantijs, aut finibus nouam actui malitiam communicantibus, ſi fortè in aliquo actu huiuſmodi fines, vel circunſtantiæ reperiantur, vt conſtabit ex infra dicendis.

PRIMA PROPOSITIO.

1 NOn ſunt tot numero peccata, quot ſunt obiecta, circa quæ vnus, & idem actus eodem tempore verſatur. Ratio eſt quia, quando eſt vnum ſolum obiectum, circa quod verſatur vnus actus, eſt vnum tantummodo peccatum, ergo etiam eſt vnum tantummodo peccatum, quando vnus, & idem actus verſatur ſimul circa plura obiecta eiuſdem rationis; nam hæc omnia obiecta vicem vnius gerunt. Quamobrem, inquit Nauarrus in ſumma cap. 6. numero 8. qui vnam familiam occidere intendit, non tot numero peccata committit, quot ſunt homines illius familiæ; nam tota familia in iure vna perſona reputatur L. prima §. Si familia furtum feciſſe dicatur. Præterea volens comburere domum alicuius, quæ multis partibus conſtat, aut volens ſurripere totum ouium gregem, vel magnam nummorum copiam, non tot peccata committit, quot ſunt partes domus, vel quot ſunt oues, vel quot ſunt nummi. Item proferens vnam blaſphemiam in duodecim Apoſtolos non dicitur cōmittere duodecim peccata; ergo nō ſunt tot numero peccata, quot ſunt obiecta eiuſdem rationis, circa quę vnus, & idem actus uerſatur. Hac de cauſa in tractatu de cenſuris dixi probabiliter ſuſtineri poſſe, eum, qui vno, & eodem actu plures clericos percutit, vnam tantummodo cenſuram incurrere. Ita Suarez, quem retuli de cenſuris, Contra Azorium, & alios.

2 Vtrum verò percutiens plures vno actu, aut detrahēs de pluribus, aut plures conuicijs afficiens vno actu teneatur numerum perſonarū in Confeſsione exprimere, conſtat ex dictis de Pœnitentia, teneri exprimere; non quia hæc ſit circunſtantia aggrauans; cum ibi docuerimus circunſtantias aggrauantes non eſſe neceſſariò in Confeſsione aperiēdas; ſed quia eſt aliquid pertinens ad obiectum, & conſtituens actum in ſuo eſſe indiuiduali; cum enim actus, ſeu peccata exprimenda ſint in Confeſsione, & ſufficienter exprimi non poſsint non explicato obiecto, ſeu quantitate obiecti, à quo actus in ſuo eſſe conſtituitur, ſequitur explicandum eſſe obiectum, ſeu quantitatem obiecti.

3 Dixi in propoſitione, circa quæ verſatur vnus, & idem actus, vt innuerem, quando circa duo, vel plura diſtincta obiecta duo, vel plures actus ſucceſsiuè verſantur, non vnum tantummodo peccatum committi, ſed plura: Vnde ſi quis percutiat

cutiat

cutiat Petrum, ſtatimque nulla interpoſita mora percutiat Paulum, vel ſi quis in Diuum Petrum blaſphemiam coniijciat, ſtatimque aliam proferat in Sanctum Paulum, non vnum tantummodò peccatum committit, ſed duo. Ratio eſt tum quia nõ ſolum phyſicè, verum etiã moraliter reputantur duo actus completè diſtincti. Tum quia ſicut diuerſitas numerica motuum deſumitur ex diuerſitate ſubiectorum, quæ mouentur; vt communiter docẽt Philoſophi, ita diuerſitas numerica peccatorũ deſumenda videtur ex diuerſitate obiectorum, ſeu perſonarum, circa quas diuerſi actus verſantur.

4 Rogabis, vtrum ſit vnum, vel plura peccata, quando circa vnũ, & idem obiectum plures actus verſantur, vt ſi quis eundem hominẽ ſæpius ſucceſsiuè percutiat, aut iniurijs afficiat.

Reſpondeo eſſe vnum numero peccatum, quando plures actus circa idem obiectũ ſine interruptione morali exercentur; nam cenſetur vna actio moraliter, & vna tranſgreſsio. Secus ſi plures actus cum interruptione morali circa idẽ obiectum exerceantur, vt clarius conſtabit ex ſequenti propoſitione.

Ex dictis in hac propoſitione cõſtat peccata non multiplicari penes multiplicitatẽ obiectorũ eiuſdem rationis, circa quæ vnus & idẽ actus verſatur, multiplicari verò ad multiplicationem obiectorum, circa quæ actus ſucceſsiuè verſantur, vel ad multiplicationem actuũ moraliter interruptorũ, verſantium circa diuerſa numero obiecta, aut etiam circa idem obiectum, iuxta dicenda in ſequenti propoſitione.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 Tot ſunt numero peccata, quot ſunt actus voluntatis moraliter interrupti. Ratio eſt tũ quia ſicut ad vnitatẽ motus requiritur vnitas temporis, vt communiter docent Philoſophi, non enim eſt vnus, & idem motus, quem hoc mane feci ambulando, cum motu, quem nunc facio, ita ad vnitatem peccati vnitas temporis requiritur; ſed quãdo actus ſunt moraliter interrupti non eſt vnum tempus, ſed diuerſa, ergo quando actus voluntatis ſunt moraliter interrupti non eſt vnum numero peccatũ, ſed plura. Tum quia ſi actus, ſeu peccatum odij, quod nunc Titius elicit, non eſſet diſtinctũ ab actu, ſeu peccato odij, quod heri elicuit, ſequeretur eundem actum, qui deſijt, iterum redire; hoc autem naturaliter fieri non poſſe communiter tradũt Philoſophi in Phyſicis, immò neque ſupernaturaliter fieri poſſe, ſi loquamur de actu peccati, nos ipſi oſtendimus de Pœnitentia; ergo nõ eſt vnum numero peccatum, ſed plura, quando actus volũtatis ſunt moraliter interrupti. Ita D. Thom. 2. ſententiarum diſt. 42. quæſt. 1. art. 1. Suarez lib. 5. de voto, cap. 6. num. 10. Azorius loc. cit. cap. 4. quæſito 4. Tabiena verbo Peccatum 1. quæſito 8. Armilla eodem verbo, num. 4. Peſſantius, p. 2. quæſt. 20. art. 3. diſput. 1. verſiculo, Secunda ſententia. Caietanus, & alij apud Peſantium.

Ex quo patet plura peccata cõmitti ab eo, qui actum odij elicuit contra Titium, aut animum furandi, vel occidendi habuit, & deinde tranſacto aliquo temporis ſpatio

Digitized by Google

tio actum odij, vel homicidij, vel furti repetit; nam actus cenſentur moraliter interrupti.

6 Sed modo dubium eſt primo, quandonam actus voluntatis moraliter interrumpatur, ita vt per repetitionem actuum peccata multiplicentur.

Reſpondeo, iuxta dicta de Reſtitutione, & de Pœnitentia, actum voluntatis tunc moraliter interrũpi quoties, nec formaliter, nec virtualiter perſeuerat; Ob id enim peccatum odij, quod Titius heri commiſit, eſt diſtinctũ ab eo, quod hodie committit, quia peccatum heri commiſſum eſt interruptum, & non perſeuerat formaliter, aut virtualiter; Non formaliter, cum iam deſierit, neque virtualiter, cum nullus effectus aſsignari poſsit, in quo dicatur virtualiter perſeuerare. Ex oppoſito, qui proficiſcitur ad furandum, vel occidendum inimicũ, & in via voluntatem furandi, vel occidendi ſępius repetit, non dicitur plura peccata numero diſtincta cõmittere; quia tales actus non cenſentur interrupti; cum prior voluntas furandi, vel occidendi virtualiter perſeueret in actione itineris, & in alijs actionibus externis, intentione furandi, vel occidendi inimicum inchoatis. Quapropter actiones illæ externæ dici poſſunt habere rationem vinculi, quo plures actus interni ad eundem finem repetiti coniunguntur.

7 Hinc ſequitur primò, actus moraliter interruptos explicandos eſſe in Confeſsione, modò pœnitens recordetur numeri actuum repetitorum; peccata enim explicanda ſunt quoad numerum, ſed actus peccaminoſi moraliter interrupti ſunt peccata numero diuerſa, ergo actus peccaminoſi moraliter interrupti explicandi ſunt in Cõfeſsione; actus verò non interruptos non eſt neceſſe in Confeſsione explicare, niſi ſpecialem habeant deformitatem. Ratio eſt tum quia non ſunt peccata numero diſtincta. Tũ quia explicato opere completo cẽſentur etiam ipſi explicati. Propterea qui turpem cũ fœmina congreſſum intendit habere, eamquè turpi ſermone alloquitur, oſculatur, & deniq; carnaliter cognoſcit, ſatisfacit dicendo ſe toties copulam cum fœmina talis conditionis habuiſſe, etiamſi non manifeſtet alios actus inhoneſtos ad talem finem ordinatos, cum enim tales actus initia ſint ad copulam, cum illa connectantur, & ad illam terminẽtur, moraliter reputantur vnũ peccatum, quamuis ſinguli actus ſint peccaminoſi, & Deum grauiter lędant. Videte Azorium loc. cit. cap. 4. quæſito 6. & alios Doctores, quos in ſimili retuli de Pœnitentia.

8 Secundò ſequitur, eum, qui furari intendit, ſtatimquè viam tali animo aggreditur, ſcalas arripit, alijſvè medijs vtitur ad furandum, vnum tantummodo peccatum cõmittere, etiamſi, dum has exercet actiones, ſæpius repetat voluntatẽ furandi. Ratio eſt quia actus volũtatis nõ ſunt moraliter interrupti, neque actiones externæ, quæ moraliter cõiunguntur cum interno actu voluntatis, conſtituunt nouum peccatum; nam opus externũ, quatenus diſtinguitur ab actu voluntatis, non eſt bonum, neque malum formaliter; quia non eſt liberum; ergo neque poteſt conſtituere diſtinctum numero peccatum.

Ita Peſantius loc. cit. verſiculo. Secundo dico, & alij recentiores.

Hæc tamen limita, modò actus exteriores non habeant propriam, & peculiarem malitiam ex obiecto, vel circunſtantijs, diſtinctam à fine, vel obiecto actus interni, ſeu voluntatis; conſtat enim actus exteriores habere malitiam aliquando diſtinctam, non ſolum numero, verum etiam ſpecie. Quamobrem, quando Titius, vt pecuniam Caio ſurripiat, ſurripit ſcalam Petro ad conſcendendam domum, peccat peccato numero diſtincto à peccato in Caium commiſſo. Idē dic ſi Titius fornicetur, & aliū ſuo prauo exemplo ad fornicationem inducat, vt bene docet Vaſquez, p.2. diſp. 100. num. 35. & alij, quos puncto ſequenti referam. Idem dic de eo, qui in die ieiunij Veſperi cęnat comedendo carnes, aut alios ſuo exemplo ad cęnam inducendo, vt tradit idem Vaſquez, & patebit ex infra dicendis. Qui verò furatur, vt fornicetur, committit duo peccata non ſolum numero, verum etiam ſpecie diſtincta; aliud enim eſt peccatum furti, aliud fornicationis. Idem dic de illo, qui hominem occidit, vt furetur.

9 Tertio ſequitur illum, qui decreuit furari, ſed non furatur, niſi aliqua interiecta mora, committere duo peccata, quia prior intentio furandi virtualiter nō durat in aliquo opere externo ad furtum ordinato, vt ſuppono, aut in opere externo furti, ob moralem interruptionem, nec opus externum immediatè prouenit à priore intentione furandi; ſed à voluntate, qua hic, & nunc furtum committere intendit; conſequenter actus voluntatis cenſentur moraliter interrupti, & diſtincta numero peccata conſtituere. Ita Peſantius, & alij Doctores citati.

10 Quartò, ſæpius, & frequentius multiplicari peccata interna, quæ interius conſumātur, vt ſunt peccata odij, inuidiæ, & c., quàm externa, vt eſt peccatum homicidij, furti, & c.; nam peccata, quæ interius conſumantur, nihil exterius habēt, in quo virtualiter perſeuerare, & continuari cenſeantur.

11 Quintò, eum, qui ex eodem impetu iræ, vel odij eadem conuicia, vel blaſphemias, vel percuſsiones repetit, vnum numero peccatum committere; quia prior voluntas perſeuerat, & prius peccatum videtur moraliter continuari cū ſubſequentibus, ita vt omnes illi actus vnam rixam, vel pugnam integrare videantur, ſicut inquit Bartolus, quem citat, & ſequitur Nauarrus de Pœnitentia, cap. Conſideret, num. 46. Qui tota nocte ludit cōtra prohibitionem, ſemel tantum luſiſſe videtur. Ita Rebellus de Reſtitutione, quæſt. 17. num. 11. Azorius, lib. 4 cap. 4. quæſito 5. & 6. & alij ferè communiter, quamuis D. Thom. in 2. diſt. 42. quæſt. 1. art. 1. Tabiena verbo Peccatum 1. num. 8. S. Antoninus. Armilla, & alii apud Azoriū loc. cit. quæſito 4. velint peccata vòluntatis in vniuerſum multiplicari temporis interruptione.

12 An verò multa peccata committat qui eodem tempore iniurias diuerſæ rationis in aliquem profert conſtat ex dictis de Pœnitentia, vbi oſtendimus probabiliter ſuſtineri poſſe nō committere plura peccata; quamuis contrarium ſentiat Azorius loc. cit. & alij.

Ex

Ex quo patet contra Azorium eum, qui appellat Caium, adulterum, furem, & periurum, non committere tria peccata, licet triplicē iniuriam diuerſę rationis proferat. Prætereà patet, eum, qui alicui dicit ſurripuiſſe res Eccleſiæ, non cōmittere duo peccata, licet duplicē iniuriam facere videatur, implicitè imponendo notam furti, & ſacrilegii, licet Azorius putet committere duo peccata.

13 An verò in Confeſsione explicanda ſit ſpecies iniuriæ, quæ alteri illata eſt, diſſenſio eſt inter Doctores; Aliqui enim putant ſpeciē iniuriæ aperiendam eſſe, vt peccatum ſufficienter manifeſtetur, & hæc opinio probabiliſsima eſt, & eſt conformis noſtris principiis traditis de pœnitentia cum Valentia: Alii verò contrariam ſententiam non improbabiliter ſuſtinent, quorum opinionem in praxi ſuſtineri poſſe exiſtimo, ne difficilis nimis reddatur confeſsio. Ratio eſt quia in ratione iniuriæ nō videntur peccata ſpecie diuerſa, & alioquin difficilè eſt omnia iniuriarum genera in confeſsione diſtinctè exprimere, & ſicut qui alteri ſurripuit veſtem, equum, pecuniam, & alia diuerſæ rationis, non committit plura peccata diuerſæ rationis, nec videtur obligandus ad exprimenda ſingularum rerum nomina in Confeſsione, ita neque plura peccata committere videtur, qui eodem tempore iniurias diuerſę rationis profert, nec obligandus videtur ad exprimendum iniuriæ nomen. Verum, qui primam opinionem ſuſtinere voluerit, ad has rationes reſpondebit, dato quod diuerſitas iniuriarum nō mutet ſpeciem in ratione iniuriæ, tamen eſt aliquid ſpectans ad obiectum, & conſtituens actum in ſuo eſſe indiuiduali, vt à ſimili de quantitate furti conſtat ex dictis de pœnitentia.

14 Secundo dubium eſt, quomodo poſsimus cognoſcere actum volūtatis ita interrumpi, vt nec formaliter, nec virtualiter perſeuerare dicatur.

Reſpondeo cognoſci poſſe. Primò, ex actibus, qui ſucceſsiuè fiunt circa plura obiecta, vt patet ex rationibus circa primam propoſitionem allatis. Secundò, quoties poſt primum actū elicitus eſt dolor de tali actu, & habita eſt contraria voluntas, actus cenſetur moraliter interruptus, ita vt continuari non videatur cum actu poſt dolorem, & contrariam volūtatem elicito; nullum.n. eſt vinculum, quo nectantur & coniungantur; vnde quando quis poſt acceptionem rei alienæ, propoſuit eam reſtituere, deinde iterauit voluntatem retinendi, prior voluntas retinendi rem alienam interrupta fuit per propoſitum reſtituendi; conſequenter iterata voluntas retinendi eſt nouum peccatum.. Tertiò ex ſomno, vel ſimili impedimento inter vnum, & alium actum interpoſito. Ex quo fit, vt qui ante ſomnum habuit propoſitum non reſtituendi, & poſt ſomnum repetit propoſitum, committat duo peccata; nam iſti duo actus ita ſunt interrupti, vt nec formaliter, nec virtualiter perſeuerent. Quartò ex tempore inter vnum & alium actū interpoſito, quando inter vnum, & alium actum tantum temporis interponitur, vt prudentis arbitrio cenſeantur actus moraliter interrumpi. Ita Sotus, lib. 4. de iuſtitia, quæſt.

Digitized by Google

quæſt.7.art.4.& lib.5.quæſt.3.art.1. Nauarrus, cap.6.num 16. Rebellus 1.par.lib.2.quæſt.17.num.9. Henriquez libro 2.de Pœnitentia, cap.5. num.5.Suarez tom.4.diſp.22.ſect.5. nu.30.& lib.5.de voto,cap.6.nu.11. Petrus Nauarrus,lib.4.cap.quarto, Azorius.Clauis Regia,& alij communiter.

Ex dictis in hoc puncto colligi poteſt hæc regula ad cognoſcendã diſtinctionem numericam peccatorum.

Peccata numero diſtinguuntur, Primò per multiplicationẽ obiectorum, circa quæ actus ſucceſsiuè verſantur, non vero ex multitudine obiectorum, circa quæ vnus, & idem actus eodem tẽpore verſatur.

Secũdò per multiplicitatem actuum volũtatis moraliter interruptorum; quànquam etiam aliunde peccata numero diſtingui poſſunt, videlicet ex circunſtantijs, & finibus; ſicut enim variæ circunſtantiæ, aut fines diuerſam ſpecie malitiam actui communicare poſſunt, ita multò magis poſſunt tribuere malitiam numero diuerſam; nam quæ ſpecie differunt, differunt etiã numero, quànquam non vbicunq; eſt diſtinctio numerica, eſt etiam ſpecifica, vt patet in eo, qui vni ſcalas ſurripit, vt domum alterius conſcendat ad furandum; hic enim committit duo peccata non ſpecie, ſed numero diuerſa.

Explicandũ modo ſupereſt quot peccata committantur ab eo, qui alium ſuo prauo exemplo, vel conſilio, vel alia ratione ad peccatum inducit; nam iſtæ ſunt circunſtantiæ, propter quas peccata multiplicari poſſunt.

PARAGR. VNIC.

Quot peccata committantur ab eo, qui alium ſuo conſillo, vel malo exemplo, vel alia ratione ad peccatum inducit.

1 *Scandalum quotuplex ſit.*

2 *Scandalum actiuum quid ſit.*

3 *Scandalum paſſiuum quid ſit.*

4 *Scandalum actiuum aliud eſt generale, aliud ſpeciale.*

5 *Scandalum actiuũ ſpeciale quid ſit.*

6 *Scandalum actiuum generale quid ſit.*

7 *Inducens alium ad peccatum aliquando cum ipſo conſumat peccatum, aliquando non.*

8 *Inducens alium ad peccatum, & ipſius nocumentum ſpeciale intendẽs duplex ſaltem peccatum committit.*

9 *Qui inducit alium ad peccatum intendens ipſius ruinam ſpiritualem tenetur vtramque circunſtantiam confiteri.*

10 *Inducens alium ad peccatum veniale intentione, vt venialiter peccet, peccat tantum venialiter.*

11 *Peccat tantum venialiter, qui graue delictum coram alijs committit, quos inde præuidet arrepturos occaſionem ruinæ tantummodò venialis.*

12 *Qui inducit alium ad peccatum non intendens ruinam, nec conſumans cum eo peccatum ſit reus ſaltem illius peccati, quod alter committit.*

13 *An inducens alium hoc pacto ad peccatum committat vnum tantũmodò peccatum, & teneatur in cõfeſſione inductionis circunſtantiam explicare.*

14 Gra-

14 Grauius peccat homicida, ſi perſiſtas in ratione ſpecifica peccati, quam inducens ad fornicationem.

15 Inducens, & conſumans cum altero peccatum, duorum peccatorum ſit reus.

16 Inducens alterum ad furtum, & furtum committens cum ipſo, dupliciter peccat.

17 Quandonam dicatur aliquis cooperari peccato alterius, ſeu alterum ad peccatum inducere.

18 Iuſta cauſa faciendi aliquid indifferens, quo quis credit alterum abuſurum, eſt qualibet arbitrio prudentis viri.

19 Non eadem cauſa cenſetur ſufficiēs, & iuſta ad cohoneſtanda omnia opera indifferentia, ſed maior in vno, quam in alio caſu requiritur.

20 Maior eſt obligatio vitandi peccata contra iuſtitiam, quam contra charitatem.

21 Peccat qui facit aliquid, vel petit ab eo, qui paratus eſt ad illud præſtandum, ſeu ad peccandum.

22 Excuſantur à mortali locantes domos vſurarijs etiam publicis, non tamē alienigenis, & p̄ciſa prohibitione.

23 Locantes domos meretricibus excuſari poſſunt à mortali.

24 Excuſantur per ſe loquendo, qui munera præbent meretrici Iudicis, vt Iudex pro ipſis ſententiam ferat.

25 Excuſantur Chriſtiani capti à Turcis nauigantes contra noſtros metu mortis.

26 Famuli comitantes herum ad meretricandum excuſantur, ſi periculū ſit grauis damni deſiſtendo.

27 Puella, quæ ſe ſponte præbet conſpectui Adoleſcentis, à quo ſe credit turpiter concupiſcendam, peccat peccato mortali generalis ſcādali.

28 Cuſtodes vinearum ſe abſcondentes, vt deprehendant viatores, excuſantur, ſi hoc faciant, vt viatores ſemel deprehenſi ab ingreſſu in poſterum abſtineant.

29 Pingens precibus Adoleſcētis imaginem puellæ, peccat mortaliter, ſi prauideat adhibiturum ad libidinē.

30 Oſtendens pudenda, vel ea tenui, & diaphana veſte cooperiens abſque iuſta cauſa, mortaliter peccat.

31 Excuſantur parentes, vel heri, qui filijs, vel famulis non auferunt occaſionem aliquando furandi, vt eorum fidelitatem experiantur.

32 Vendētes vinū abſq; iuſta cauſa ijs, quos probabiliter credunt lapſuros in ebrietatem, mortaliter peccant.

33 Excuſatur vir habens ſuſpicionem de vxoris adulterio, & teſtes idoneos aſſumens, vt eam deprehenſam conuincat de crimine adulterij.

34 Vxor non poteſt de conſenſu mariti fictè Amaſio conſenſum præbere, vt Amaſius comprehenſus percutiatur.

35 Non peccat mortaliter, qui facit aliquod opus indifferens, quo alter iam paratus abutetur ad peccatū, ſed illud opus indifferens alter faceret, ſi ipſe non faceret.

36 Vendens ornamenta, quæ alter venderet, quibus mulier iam parata abutetur, excuſatur à mortali.

37 Excuſantur Caupones, & cæt. parantes cœnam, & cæt. nolenti ieiunare, ſi nolens ieiunare inueniret alios cibos.

38 Excuſantur Caupones parantes cænam, ſi dubitent, an qui non vult ieiunare, teneatur ad ieiunium.

39 Conſulens minus malum parato facere maius non peccat.

40 Inducens ſuo exemplo ad furtum, homicidium, & cæt non tenetur ad reſtitutionem.

41 *Inducens ſuo exemplo, ſeu facto ſine ſufficienti cauſa tenetur in confeſſione dicere ſe alteri cauſam ruinæ dediſſe.*

42 *Exprimendus eſt quantum fieri poteſt numerus perſonarum, quibus data eſt occaſio ruinæ.*

43 *Faciens aliquod malum coram alijs, quos probabiliter credit non peccaturos occaſione praui ſui operis non peccat mortaliter peccato generali ſcandali.*

44 *Exprimenda eſt in confeſſione ſpecies peccati, ad quod quis alterum induxit.*

1 PRæmittendū eſt primò ſcandalum aliud eſſe actiuū, aliud paſsiuum.

2 Scandalum actiuum eſt dictū, vel factum inordinatum dans proximo ſufficiētem occaſionem ruinæ. Alio nominè dicitur ſcandalum datum, ſeu per ſe, quatenus aliquis peccatum committit propter occaſionem ſibi ab alio datam. Alio etiam nomine dicitur ſcandalum puſillorum, & infirmorum.

3 Scandalum paſsiuum eſt peccatum, quod committitur ex ſola malitia peccātis, arrepta occaſione peccandi ab aliquo noſtro facto, quod non habet vim præbendi talē occaſionem. Alio nomine dicitur ſcādalum Phariſeorum, ſeu per accidēs; quia Phariſei ex rectis Chriſti actionibus occaſionē peccandi temerè arripiebāt. Ita S. Th. 2.2.quæſt.43.art.1. Sanchez in opere morali lib.1.cap.6.num.1. Azor. 2. par. lib.12.cap.16. Vaſquez p.2. diſp.102.num.8.& alij.

4 Præmittendū eſt ſecundo ſcandalum actiuum duplex eſſe. Alterū ſpeciale, alterum generale.

5 Scandalum ſpeciale eſt peccatum, ad quod quis alium inducit intendens ipſius ſpirituale damnū, vt benè docet Vaſquez p. 2. d.102. c.4. Sanchez, & alij locis ſtatim cit. omiſsis ijs, quos refert Vaſquez loc. cit. nu.7. contra Valentiam 2.2. diſp. 3. quæſt.18. puncto 2. Nauarrum in Manuali, c.6. num.19.& alios arbitrantes peccatum ſpeciale ſcandali committi, quoties quis probabiliter putat ex ſuo dicto, vel facto ſecuturam proximi ruinam ſpiritualem.

Sed ratio noſtra, cur ſpeciale ſcandalum tunc ſolum committatur, quando ruina proximi intenditur, eſt, quia ſpeciale peccatum cōſtituitur per ordinem ad ſpecialem finem, & per oppoſitionem ad ſpecialem virtutem, & perfectionem, dum autem non intenditur ruina proximi, non adeſt ſpecialis finis, & oppoſitio ad ſpecialem virtutē; ſed ſunt diuerſi fines, & oppoſitiones ad diuerſas virtutes, iuxta diuerſa peccata, q̄ cōſequūtur ex occaſione peccandi data; ergo peccatum ſpeciale ſcandali non committitur, niſi ruina proximi intendatur.

6 Scandalum generale eſt peccatum, ad quod aliquis alterum inducit, ſeu pręber occaſionem, ſed non intendit ruinam ſpiritualem.

7 Præmittendum tertiò, eum, qui aliū inducit ad peccatum, aliquando cum eodem conſumare peccatum, aliquandò non conſumare.

His præmiſsis quærendum primo eſt in hoc paragrapho, quot peccata committat, qui alium inducit ad peccatum intendens ipſius ſpirituale damnum. Secundò, quot peccata committat, qui non inten-

Digitized by Google

intendit damnum ſpirituale, nec cum ipſo conſumat peccatum; ſed tantùmodò ad peccatum inducit. Tertiò, quot peccata committat, qui aliũ ſuo peccato ad ſimile peccatum pertrahit, aut ſimul cum ipſo conſumat peccatum, licèt ipſius ruinam non intendat.

PRIMA PROPOSITIO.

8 QVi alium inducit ad peccatũ, intendens ipſius nocumentum ſpirituale peccat duplici ſaltem peccato. Primò peccato ſpeciali ſcandali; peccatum enim ſpeciale ſcandali cõmittitur, quoties quis dat, vel dare intendit alteri occaſionẽ ruinæ intendens ipſius damnum ſpirituale, ſeu quoties dat alteri occaſionẽ ruinæ hac intentione, vt peccet, vt patet ex ratione allata in ijs, quę ſecundo loco præmiſimus. Ita Vaſquez, p. 2. diſp. 102. cap. 4. Sanchez lib. 1. cap. 6. n. 3. & cap. 9. nume. 8. Azorius 1. parte, lib. 4. cap. 7. quæſito 1. & apud Vaſquez loc. cit.

Secũdo peccat eo peccato, quod ab altero committitur; nam qui eſt cauſa peccati reus eſt illius peccati, cuius eſt cauſa, cũ ipſius inductio aduerſetur eidẽ virtuti, & perfectioni, cui opponitur peccatum, ad quod inducit. Vnde qui ſuo cõſilio inducit ad furtum reus eſt furti, vt benè docet Sanchez lo. cit. & cap. 7. nu. 10. & alij DD. citati, omiſſis ijs, quos in ſimili retuli de reſtitutione, & de irregularitate.

9 Hinc colligitur, eum, qui alium inducit ad peccatum intẽdens ipſius ruinam ſpiritualem, ſeu peccatum, nõ ſatisfacere in confeſſione dicendo ſe alterum ad peccatum induxiſſe, ſed teneri exprimere inductionem, qua alterum ad peccatum induxit, & prętereà peccatum, ad quod induxit; reus enim eſt duplicis ſaltem peccati; Primò ſcandali ſpecialis, quod opponitur correctioni fraternæ, iuxta Sanchez lo. cit. num. 3. & 8. & iuxta Vaſquez lo. cit. num. 20. Secundò illius peccati, ad quod alterum induxit; immo fieri poteſt, vt etiam reus ſit alterius peccati, nempè peccati proprij, ſi fortè diſtinctum peccatum commiſit, aut cum alio peccatum conſumauit, vt inferius explicabo. Ita Vaſquez loc. cit. cap. 3. num. 5. Sanchez loc. cit. num. 6. Azorius 2. par. lib. 12. cap. 16. & alij.

10 Quæres, vtrum qui alterum inducit ad peccatum veniale intentione, vt venialiter peccet, ſeu intendens ipſius ruinam venialem, peccet venialiter, an mortaliter.

Reſpondet Vaſquez, p. 2. quæſt. 73. art. 8. diſp. 102. cap. 7. num. 23. & 24. peccare mortaliter, eo quod huiuſmodi damnum, & ruina ſpiritualis præferenda ſit cuicunque malo corporali; qui autem malum graue corporale infert grauiter peccat.

Verum mihi magis placet ſententia Diui Thomæ 2. 2. quæſt. 43. art. 4. Azorij 1. parte lib. 4. cap. 20. quæſito 3. Nauarri, cap. 14. num. 29. Sanchez, lib. 1 cap. 6. nu. 10. Angeli verbo Scandalum, num. 2., & aliorum aſſerentium peccare tantummodo venialiter. Ratio eſt tũ quia quando datur occaſio ruinæ venialis abſque intentione ruinæ proximi, non committitur peccatũ mortale; ergo neque committi videtur mortale peccatum, quando datur occaſio ruinæ venialis intentione ruinæ venialis. Tum quia huiuſmo-

di damnum in genere damnorum ſpiritualium eſt leue; ergo videtur materia peccati tantummodò venialis. Antecedēs per ſe patet, quia nō eſt facienda comparatio damni ſpiritualis ad damnum temporale, vt facit Vaſquez, alioquin ſequeretur, illum etiā mortaliter peccare, qui recitationem alicuius breuis orationis alteri promiſſam prętermitteret; priuaret enim alterum bono, quod eſt longè maius bono quolibet temporali; Falſum autem eſt omittentem huiuſmodi recitationem mortaliter peccare, vt patet ex dictis de Promiſſione in tractatu de contractibus.

11 Hinc ſequitur, eum, qui graue delictum committit coràm alijs, quos inde prævidet arrepturos occaſionem ruinæ tantummodò venialis, peccare tātummodò venialiter in ratione ſcandali, nec teneri hanc circunſtantiam in confeſſione manifeſtare, licet teneatur graue delictum a ſe cōmiſſum manifeſtare. Ita Sanchez, & alij locis citatis, Contra Syluestrum verbo Scandalum quæſito 2. Tabienam quæſito 4. & alios. Ratio eſt quia grauitas ſcandali cognoſcitur ex ruina proximi; ruina autem proximi in propoſito caſu eſt leuis.

SECVNDA PROPOSITIO.

12 QVi alium ad peccatum inducit, ſeu cooperatur peccato alterius, non intendens ruinā, nec cum eo conſumans peccatum eſt reus illius peccati, quod alter cōmittit. Ita Paludanus in 4. diſt. 38. quæſt. 6 art. 3. concluſione 3. & alij, quos citat, & ſequitur Vaſquez p. 2. diſp. 102. cap. 7. num. 23.

Quod ſit reus illius peccati, patet, quia qui eſt cauſa alicuius peccati, reus eſt illius peccati, cuius eſt cauſa, ſeu ad quod inducit, ſiuè inducat conſilio, ſiuè ſuaſione, ſiuè etiam ſolum prauo exemplo; nam inductio implicita, quæ fit prauo exemplo ad eādem ſpeciem pertinere videtur, ad quam pertinet explicita; cum explicitum, & implicitum ad eandem ſpeciem reuocetur, iuxta tritum illud axioma, Impliciti & expliciti par eſt conditio, per ſe loquendo. Ita Sanchez lo. cit. num. 4. Caietanus 2. 2. quæſt. 43. art. 1. & idem ſentire videntur Doctores, quos in ſimili retuli de Reſtitutione diſp. 2. quæſt. 4. puncto 11. num. 1.

13 Sed modò dubium eſt, verum inducens alterum ad peccatum nō intendens ruinam proximi, neque cum eo committens peccatum, ſit reus vnius, vel duorum peccatorū.

Reſpondent aliqui Doctores videri reum illius tantummodò peccati, quod committitur ab eo, quem ad peccatum inducit. Ratio eſt tum quia inducens alterum ad peccatum elicit actus eidem virtuti oppoſitos per ordinem ad peccatū alterius, quod eidem virtuti aduerſatur. Tum quia moraliter reputatur vna tranſgreſsio. Tum quia inducens alterū ad peccatum non videtur grauius peccare, quam peccet, qui actualiter committit ipſum peccatum; non enim magis cooperatur peccato, quam qui committit ipſum peccatum; ergo videtur reus illius tantummodò peccati, quod committitur ab eo, quem ad peccatum inducit.

Ex quo inferri poteſt, eum, qui alterum inducit ad fornicationem,

Digitized by Google

non intendens ipſius ſpirituale nocumentum, non committere duo peccata; ſed vnum, quia grauiùs peccare non videtur, quàm qui fornicationem committit (niſi fortè dicas non grauius peccare in ratione ſpecifica, grauius verò peccare in latitudine entitatiua,) tenetur tamen in confeſsione exprimere circunſtantiam inductionis ad tale peccatum, & an peccatum re ipſa ſubſequutũ fuerit, quatenus nouit ſubſequutum eſſe; actus enim cum effectu explicandus eſt in confeſsione, vt patet ex dictis de Pœnitentia.

Alii verò putant non ſolum teneri circunſtantiam inductionis in confeſsione aperire ratione effectus; verum etiam ratione proprii peccati; nam in propoſita difficultate exiſtimant committere duo peccata, vnum contra virtutem, cui opponitur peccatum ab altero commiſſum, alterum contra charitatem ſaltem generaliter; nam charitas diſtinguitur à reliquis virtutibus.

Ad rationes in contrarium reſpondent vnitatem, vel multiplicitatem ſpecificam peccatorum non colligi ſolum ex oppoſitione ad eandem virtutem; cum eidem virtuti plura numero peccata poſſint opponi; Sed etiam ex oppoſitione ad varias virtutes, aut perfectiones ſpecie diuerſas.

Ad ſecundam reſpondent moraliter reputari plures trãſgreſsiones, vnam oppoſitam virtuti, cui aduerſatur peccatum ab altero commiſſum, alteram contra charitatem, qua quilibet tenetur bono proximi conſulere.

Ad tertiam reſpondent non grauius peccare contra virtutem, cui opponitur peccatum ab altero cõmiſſum, grauius verò peccare, quatenus ſimul cauſa eſt ruinę proximi.

Mihi tamen prima ſententia videtur valde probabilis; nam ſecũda ſupponere videtur peccatum generale ſcandali, ſeu peccatum, quod generaliter aduerſatur charitati, & vagatur per omnia peccata, ſpecie diſtingui à reliquis peccatis, quod non facilè admittendũ puto, vt ſufficienter colligitur ex rationibus in confirmationẽ primæ ſententiæ allatis.

14 Sed adhuc dubium eſt, vtrum inducens ad fornicationem grauius peccet, quam homicida.

Reſpondeo homicidam grauius peccare per ſe loquendo; nam fornicatio leuius peccatum eſt, quam homicidium, ſi perſiſtamus in ratione ſpecifica peccati; ergo inducens ad fornicationem leuius peccat, quam homicida, modò non intendat damnum ſpirituale; nam inducens ad fornicationem intẽtione damni ſpiritualis grauius peccat, quam homicida; cum intendat damnum grauius, & lõgè maius damno corporali; maius enim dãnum eſt mors animæ ſpiritualis, quàm mors corporalis. Ita Azorius, cap. 20. quæſito 2. Caietanus, Vaſquez, & alii locis citatis.

TERTIA PROPOSITIO.

15 Qui alium inducit ad peccatum, ſimulquè cum ipſo conſumat peccatum reus videtur duorum peccatorum, etiamſi non intendat ruinam proximi ſpiritualem. Ratio eſt tum quia exer-

cet actionem peccaminoſam, conſumando peccatum; ergo reus eſt proprii peccati. Prætereà peccatum alienum imputatur inducenti; ergo inducens alterum ad peccatum peccat eo peccato, quo alter peccat; ergo peccat duplici ſaltem peccato. Tum quia ſicut duo ſunt numero motus, quando duo mobilia mouentur; ergo etiam ſunt duo numero peccata, quando duo peccant. Tum quia qui alium inducit ad peccatum non conſumans cum eo peccatum peccat, ſed minus peccat, quam ſi cum eo conſumet peccatum; ergo reus videtur duorum peccatorũ ſi ad peccatum alterum inducat, ſimulquè cum ipſo peccatum conſumet.

16 Hinc ſequitur, eum, qui alterum inducit ad peccatum furti, ſimulquè cum ipſo committit furtum, dupliciter peccare. Primò peccato proprio furti, quatenus actionem iniuſtam excercet contra proximum, auferendo res ab inuito domino. Secundò peccato alieno, quatenus peccatum alterius, cuius eſt cauſa, ipſi imputatur, quis enim excuſet eum à peccato, qui eſt cauſa peccati? Ita ſentire videtur Valentia. Vaſquez. Sanchez, & alii locis citatis.

17 Quæres primo, quãdonam aliquis cenſeatur cooperari peccato alterius, ſeu dicatur cauſa ſcandali actiui, ſeu dicatur alterum inducere ad peccatum.

Reſpondeo in multis caſibus aliquem cenſeri cooperari peccato alterius, ſeu alterum ad peccatum inducere, vel eſſe cauſam ſcandali actiui.

Primò, quando facit aliqua, quę de ſe tendunt ad peccatum, vt ſi aliquem inuitet ad furtum, ad homicidium, ad detractionem, ad mendacium, ad copulam, & cæt. hæc enim ſunt ex ſua natura mala; inducẽs aũt aliquẽ ad id, quod eſt ex ſe malũ, dicitur cooperari peccato illius.

Secundò, quando aliquid, licèt ex ſe indifferens, facit ea intentione, vt alter peccet, vt ſi vendat chartas luſorias, eo animo, vt emptor ſe exerceat ludo vetito, vel ſi arma vendat, vt emptor aliquem iniuſtè occidat; nam facit actionẽ per ordinem ad malum finem; vna autem ex circunſtantiis, quæ reddunt actionem malam, eſt malus finis.

Qui verò aliquid facit indifferens, æqualiter ignorans alterum abuſurum, non dicitur cooperari, ſi hoc faciat abſque intentione, vt alter abutatur. Ratio eſt tum quia cum in dubiis nullus præſumatur malus, ſed potius bonus præſumi debeat, præciſa iuſta cauſa aliter præſumendi, non eſt, cur præſtans opus indifferens præſumat proximum inde arrepturum occaſionẽ peccandi, & cur illi peccatum alterius imputetur. Tum quia magnis premeremur anxietatibus, & à multis cogeremur abſtinere, dubitantes ferè ſemper ex opere noſtro indifferenti ſcandalũ ſecuturũ.

Tertiò, quando abſque iuſta, & ſufficienti cauſa facit opus indifferens, quo alios credit abuſuros ad peccatum; quilibet enim cauere tenetur, quantum poteſt abſque graui ſuo detrimento, proximi peccatum; Qui autem facit aliquid indifferens abſque iuſta, & ſufficienti cauſa non pręcauet proximi damnum, & peccatum, quantum

tum

Digitized by Google

tum poteſt; ſed potius cenſetur illud indirectè velle; cum in moralibus perinde ſit non præcauere malum, ac illud poſitiuè velle; qui autem facit aliquid volens proximi damnum, ſeu peccatum dicitur cooperari damno, ſeu peccato proximi; conſequẽter peccat peccato generali ſcandali, eo videlicet peccato, cuius dat alteri cauſam directam, vel indirectam.

Ex quo patet, eum, qui abſque iuſta cauſa vendit agnos infideli, quem credit illis abuſurum ad ſacrificium, peccare peccato ſacrilegij, & qui vendit cibos vetitos die ieiunij, quibus probabiliter credit alterum abuſurum ad perfringendum ieiunium, peccat peccato intemperantiæ, & qui vendit ornamenta fœminæ, quibus fœmina vtetur ad ſolicitandos turpiter adoleſcentes, peccat contra caſtitatem, ſi ea vendat abſque iuſta, & ſufficienti cauſa; nam abſque iuſta cauſa facit opus indifferens, quo credit alterum abuſurũ.

Qui verò facit aliquid ex ſe indifferens, iuſta intercedente cauſa, non peccat, quia non cenſetur cooperari, ſeu velle peccatum alterius; ſed ſolum permittere, vt patebit ex dicendis quæſito ſequenti.

18 Iuſta cauſa faciẽdi aliquid indifferens, quo quis credit alterum abuſurum, non ſolum eſt graue damnum, quod ipſe pateretur, abſtinendo à tali opere, verum etiã alia quæuis cauſa, quæ iudicio prudentis viri iuſta cenſeatur. Ita Valentia 2. 2. diſp. 5. quæſt. 21 puncto 4. Leſsius, lib. 2. cap. 13. dub. 3. num. 31. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 7. num. 8. 9. 10. 11. & alij.

19 Obſerua tamen cum Sanchez non eandem cauſam cenſeri iuſtã, & ſufficientem ad cohoneſtanda omnia opera indifferentia, ſeu ad excuſandum à peccato ſcandali; ſed maiorem aliquando in vno caſu, quàm in alio requiri. Ratio eſt tum quia obligatio vitandi occaſiones peccatorum, ſeu inductionem ad peccatum conſurgit ex obligatione virtutis, cui opponitur peccatum, ad quod eſt inductio, obligatio autem virtutum non eſt æqualis, ſed vna virtus magis obligat, quam alia, vt à ſimili patebit ex infra dicendis de eo, qui ſe conicit in aliquod impedimẽtum, quo poſito non poteſt præceptum adimplere. Tum quia non omnia opera ſunt æquè indifferentia, ſed vnum opus aliquando remotius ſe habet ad malum vſum, & alterum proximius. Quamobrem venditio idoli (quamuis idolum poſsit ad ornatum adhiberi) proximius ſe habet ad idololatriam, quàm venditio agni; idolum enim communiter ab infideli adhibetur ad idololatriã; agnus verò ſæpiꝰ ad cibũ.

20 Obſerua ſecũdò, maiorem eſſe obligationẽ vitãdi peccata contra iuſtitiam, q̃ contra charitatem, vt patet, tum ex rationibus mox allatis. Tum quia per peccatum cõtra iuſtitiam violatur ius alterius, qui eſt inuitus; per peccatum verò contra charitatẽ non violatur propriè ius alterius; cum nullus ſit inuitus, ſed voluntariè damnum ſpirituale patiatur in peccatis ſcandali.

Ex quo patet maiorem cauſam requiri in eo, qui facit aliquid, quo alter eſt abuſurus contra iuſtitiam, quã quando non eſt abuſurus contra iuſtitiam. Ita Bannes 2. 2. quæſt. 10. art. 11. ad finem. Salonius 2. 2.

quæſt.77. art.4. controuerſia 6. & alij apud Sanchez loc. cit. cap.7. num.18.

21 Quæres ſecundò, vtrum peccet qui facit, vel petit aliquid ab eo, qui paratus erat ad illud faciendũ, ſeu ad peccandum.

Reſpondeo affirmatiuè, etiamſi faciat, vel petat aliquod opus indifferens, modò nõ faciat, vel præſtet opus indifferens ex iuſta, & rationabili cauſa.

Quòd non peccet, ſi iuſta de cauſa faciat, vel petat opus indifferens, quod videlicet benè, & malè fieri poteſt, (hoc enim appello indifferens in propoſita materia,) licet ſciat alterum malè facturum, ſeu peccaturum; Ratio eſt quia ius habet petendi, vel faciendi opus indifferens, iuſta interueniẽte cauſa; nullus autem peccat vtendo iure ſuo cum iuſta cauſa. Ob id in tractatu de iuramẽto excuſauimus eum, qui ex iuſta cauſa petit iuramentum ab infideli, quem ſcit iuraturũ per falſos Deos, aut qui mutuum petit ab vſurario, quem nouit non mutuaturum ſine lucro. Ita Azorius, cap.17. quæſito 10. & cap. 14. quæſito 1. Leſsius. Rebellus, & alij quamplures, quos in ſimili retuli de iuramento, & de vſuris.

Quòd verò peccet, ſi faciat opus malum, vel etiam indifferens abſque iuſta cauſa, putans alterum inde arrepturum occaſionem ruinæ, patet ex rationibus in præcedenti quæſito allatis, verſiculo. Tertio quando.

Addo hoc verum eſſe, etiamſi alter paratus ſit ad peccandum, & interius peccauerit, vt benè docet Sãchez in opere morali, lib.1.cap. 7.num.15. Suarez loc. ſtatim citãdo, & alij, quos alibi retuli, contrà Rodriquez in ſumma prima parte, cap.23. num.8. & alios, quos retuli de contractibus omiſsis ijs, quos refert Sanchez loc. cit. Ratio eſt tum quia non licet alteri, quamuis parato, dare occaſionem exequẽdi prauam voluntatem, alioquin non eſſet reus peccati, qui alterum inducit ad externum periurij, aut blaſphemiæ, aut ebrietatis peccatum, ad quod alter paratus erat, illudque interius iam commiſerat, quod non eſt admittendum. Tum quia vnicuique mandatum eſt de proximo; ille autem non conſulit proximo ſuo, qui nõ præcauet proximi ruinam.

Ex quo patet à fortiori, illum nõ excuſari à peccato, qui petit opus, quod ſine peccato fieri non poteſt, & quod alter non feciſſet, quamuis animo paratus eſſet ad illud faciẽdum, vt ſi petat mutuum ſub vſuris, aut iuramentum per falſos Deos, aut diſſolutionem maleficij per aliud maleficium, &c. Ratio eſt quia petit rem malam, quam alter ſine peccato facere nõ poteſt, & quamuis alter paratus ſit, quoad interiorem animi voluntatem, nihilominus voluntatem executioni non demandaret, ſi iſte non peteret; conſequẽter petendo inducere videtur ad conſumãdum peccatum; conſequẽter obligandus eſt ad hãc circunſtantiam inductionis aperiendam in cõfeſsione, niſi ſufficiẽter explicata cenſeatur, explicato actu principali, iuxta ea, quæ tradidi de Pœnitentia, quæſt. 5. ſect. 2. puncto 2. § 3. illatione 11. verſiculo, Obſerua. Ità Sanchez loc. cit. cap.7. num.15. Suarez de Sacramẽtis, diſp.18. ſect.1. illatione 2 & alij,

quos

quos alibi retuli cõtra Rodriquez, Salas, & alios exiſtimantes, eũ non mortaliter peccare, qui petit aliqd indifferens, quo alter iam paratus eſt abuſurus, quia hæc videtur leuis cooperatio ad peccatum, inquiunt ipſi. Verùm hæc ratio non videtur ſatis valida, & firma, vt patet ex duplici ratione à nobis allata.

22 Ex dictis in duobus q̃ſitis præcedentibus colligi poteſt ſolutio quampluri morum caſuum.

Primò, eos à mortali excuſari, qui domos locant vſurarijs etiam publicis; faciunt enim opus indifferens cum iuſta cauſa, vt iure ſuo vtantur.

Hoc tamen limita, præciſa alia prohibitione, & modò non locẽt vſurarijs alienigenis; nam alienigenis cap. 1. de vſuris in ſexto, vetitum eſt locare domos Ita Azorius ſecunda parte lib. 12. cap. 18. quæſito 3. & alij.

23 An verò locantes domos meretricibus excuſari poſsint à mortali, patet ex dictis de matrimonio quæſt. 4. puncto 14. vbi oſtendimus excuſari poſſe, etiamſi eas poſſint alijs cõmodè locare, modò locent ad habitandũ, & non ad turpiter agendum; vtuntur enim iure ſuo, nec cenſentur cooperari peccato illarum, cum locus ſe habeat extrinſecè & nimis remotè ad peccatũ. Alias limitationes ibi addidi, quas vos ipſi conſulere, & videre poteſtis.

24 Secundò, excuſari poſſe in rigore, & per ſe loquendo qui concubinæ Iudicis munera præbent, aut aliter ab ea petunt, vt Iudex pro ipſis ſententiam ferat, nam ob iuſtam neceſsitatis cauſam petunt rem ex ſe licitam.

Contrarium tenet Sanchez loc. cit. n. 30. cuius ſententiam in praxi conſulendam puto propter periculum fouendi inhoneſtum amorem inter concubinam, & Iudicem.

25 Tertiò, excuſari poſſe Chriſtianos captos à Turcis nauigãtes metu mortis contra noſtros; nam præſtant opus indifferens, illudq; faciunt ex iuſta, & ſufficienti cauſa, cauſa videlicet vitandæ mortis, vel grauis nocumenti. Idem dicendum eſt, ſi præparent neceſſaria ad bellum, aut auxilium ferant ad muniendã caſtra. Ita Molina tom. 1. diſput. 115. Azorius prima par. lib. 2. cap. 17. quæſito 6. Leſsius lib. 2. cap. 19. num. 18. Sanchez lib. 1. cap. 7. nu. 18. & alij, quos in ſimili retuli de Cẽſuris, & de Reſtitutione Contra nonnullos alios.

26 Quarto, excuſari famulos comitantes herum, dum ad meretrices accedit, ſi ab huiuſmodi comitatu deſiſtere nequeant abſq; graui detrimento; vtuntur enim iure ſuo facientes actionem ex ſe honeſtam. Videte quæ diximus de matrimonio. q. 4. pun. 14. vbi hunc caſum fuſius explicauimus.

27 Quintò, puellam, quæ ſe præbet conſpiciendam adoleſcenti, à quo ſe credit turpiter concupiſcendam, peccare mortaliter peccato generali ſcandali, ſi data opera ſe præbeat illius conſpectui abſq; neceſsitate, ſeu ex quadam vanitate non ignorans turpem adoleſcentis amorem. Secùs ſi hoc faciat ex aliqua neceſsitate, vel vtilitate, aut ne ſe priuet ſua libertate, vel iure exeundi domo, vel ſtandi ad hoſtium domus, vel ad feneſtram, vt cum Caietano, Azorio, Sanchez, & alijs tradidi de matrimonio, quæſt.

4. pun.

4.punct.9.nume.17. in ſecunda editione.

28 Sextò, Cuſtodes vinearum, qui ſeſe abſcondunt, vt viatores illuc ingredientes ſemel deprehenſi abſtineant in futurum ab ingreſſu, excuſari à peccato; nã iuſta de cauſa exercent actionem ex ſe indifferentem. Secùs ſi hoc faciãt, vt viatores liberè ingrediantur, deindè compellantur ad pœnæ ſolutionẽ; non enim adeſt ſufficiens cauſa abſcondendi ſe cum periculo peccati, & detrimenti proximi.

29 Septimò, pingentem precibus adoleſcẽtis imaginem puellæ mortaliter peccare, ſi credat adoleſcẽtem imaginem adhibiturum ad libidinem. Ita Azorius ſecunda parte libro 12.cap.18.quæſito 9. & alij Doctores citati.

30 Octauò, eos grauiter peccare, qui abſque iuſta cauſa oſtendunt pudenda, aut cooperiunt veſte ita diaphana, & tenui, vt ab alijs cõſpiciantur; præbent enim occaſionem ruinæ per actionem nõ indifferentem; ſed potius turpem, & inhoneſtam. Fœminæ verò vtentes veſte tenui, ita vt pectora, & mammillæ ſolum inſpiciantur, excuſari poſſunt à mortali, vt docui de Matrimonio quæſt.4. pun.9. in ſecunda editione, vbi etiam nonnullos alios caſus ſcitu dignos adduxi.

31 Nonò, excuſari poſſe parentes, aut heros, qui filijs, vel famulis non auferũt occaſionem furandi, vt de ipſorum fidelitate experimentum capiant, ipſoſque in futurum à furto patrando auertant: nõ enim faciunt, vel petunt actionem aliquam intrinſecè malam, ſed iuſta de cauſa negatiuè ſe habẽt, permittentes furtum ob maius bonũ. Ita Sanchez de matrimonio, libro 10 diſp.12.num.52. vbi refert Nauarrum, Cordubam, & alios. Secùs dicendum puto cum Emanuele Sà contra Nauarrum, ſi offerant filijs, vel famulis occaſionem furandi; nam hæc non videtur permiſſio, nec actio indifferens, ſed potius videtur opus intrinſecè malum, & cooperatio ad peccatum.

32 Decimò, eos mortaliter peccare, qui vendunt vinum iis, quos probabiliter credunt lapſuros in ebrietatem, niſi ſufficiens cauſa ipſos moueat ad vinũ iis vendendũ, qualis cauſa, per ſe loquendo, non videtur lucrum, quod ipſis ceſſaret non vendendo vinum in tali euentu; nam huiuſmodi lucrum, per ſe loquendo, non videtur tanti momenti, vt præferendum ſit occaſioni peccati, in quod alter prolabitur. Ita Valentia 2.2.diſput.5. quæſt.21 pun.4. verſiculo, Vnde ad argumentum. Rodriquez in ſumma cap.76. nu.15. Sanchez in ſumma lib.1.cap.7.nu.33 contra Emanuelem Sà Verbo Ebrietas, nu.1.

33 Vndecimò, excuſari virũ, qui, cum habeat de vxoris adulterio ſuſpicionem, aſſumit ſecum teſtes idoneos ad obſeruandum, num adulteretur, vt eam poſteà conuincat de crimine adulterij; nõ enim facit actionem intrinſecè malam, nec offert vxori occaſionem peccandi; ſed eam non aufert permittens peccatum, vt ſibi conſulat; conſequenter maritus in tali euentu poterit facere diuortium, licitũ enim eſt coniugi innocenti diuertere à coniuge nocente, in cuius adulterium non conſenſit, vt patet ex dictis de matrimonio cũ Sãchez loco citato, & alijs.

Duo-

Digitized by Google

34 Duodecimò, Maritum nõ poſſe cum vxore paciſci, vt amaſio ipſam ad adulterium ſolicitanti conſenſum fictè præbeat, vt amaſius deprehendatur, & percutiatur; hęc enim eſt actio intrinſecè mala, & cenſetur inductio, & cooperatio ad peccatum amaſij. Ita Sanchez loc. cit. de Matrimonio. num. 54. Molina tract. 3. diſp. 99. nu. 18. cum Antonio Gometio. Qui tamen obſeruant in foro externo Argumento legis, Si quis ſeruo perſuaſerit, C. de furtis, amaſiũ poſſe pro qualitate iniuriæ percuti à marito non tamen poſſe impunè occidi, niſi deprehendatur in adulterio.

35 Quæres tertiò, vtrum peccet mortaliter, qui facit aliquod opus indifferens, quo alter iam paratus ad peccatum abutetur, ſed opus illud indifferens alter faceret, ſi ipſe non faceret, vt ſi Titius in die ieiunij præparet cibos Caio parato ad frangendum ieiunium, quos cibos alter porrigeret, ſi Titius porrigere denegaret. Aut ſi Titius vendat ornamenta mulieri, quibus credit ipſam abuſuram ad turpiter ſolicitãdos adoleſcentes, quæ ornamenta ipſi venderẽtur ab alio, Titio ea non vendente.

Reſpondeo non peccare mortaliter, modo faciat opus indifferẽs, & remotè concurrens ad peccatũ. Ratio eſt tum quia hæc videtur leuis cooperatio, quæ non videtur ſufficere ad mortale. Tum quia ſi mortaliter peccat, maxime quia nõ euitat alterius peccatum, quod alioquin tenetur euitare: ſed hæc ratio non obſtat, quia, etiamſi ipſe abſtineret à tali opere, adhuc nõ euitaret peccatum, cum adſit alius, qui hoc idem faceret; ergo nõ peccat mortaliter.

Secus dicendum eſt primò, ſi faciat opus intrinſecè malum; nam opus intrinſecè malum ſemper eſt euitandum, cum ſit peccatum.

Secundò, ſi faciat opus quamuis indifferens, quod proximè ſe habere videatur ad peccatum, ſeu cenſeatur proxima peccati cauſa; nam huiuſmodi opus fugiẽdum eſt, niſi vrgens cauſa ad illud faciendum compellat, vt patet ex rationibus ſuperius allatis. Ita Sanchez lib. 1. cap. 7. in opere morali, num. 7. & 16.

36 Hinc ſequitur primò, vendentem ornamenta, quibus mulier iã parata abutetur, excuſari poſſe à mortali, ſi ipſo non vendente alter venderet, aut, ſi hoc faciat iuſta de cauſa. Ita Sanchez loc. cit. & alij.

37 Secundò, excuſari Caupones, & Tabernarios parantes cœnã, vel ientaculum matutinum, aut pomeridianum nolẽti ieiunare, qui alios cibos inueniret, ipſis non parantibus cœnam, vel ientaculũ. Ita Leſſius libro 4. cap. 2. dub. 4. nu. 24. Nauarrus cap. 20. nu. 16. & cap. 21. nu. 25. Azorius cap. 18. quæſito 5. Sanchez loc. cit. nu. 16. & alij, quos retuli de præcepto ieiunij.

38 Addo, excuſari poſſe à fortiori, ſi neſciant, vel dubitent, an nolens ieiunare teneatur ad ieiuniũ, aut habeat ſufficiẽtem rationem, & cauſam perfringendi ieiunium. Ratio, cur excuſentur, eſt, tum quia ſi nollent aduenientibus ad tabernã cibos parare, deſtituerentur hoſpitibus, non poſſent res ſuas vẽdere, & notabile damnum facile ſubirẽt. Tum quia nolẽtibus ipſis cibos parare, peccatum adhuc non impediretur; nam aliunde inuenirent cibos

bos, vt ſuppono. Tum quia non videntur concurrere ad comeſtionem, vt eſt fractio ieiunij, ſed vt eſt quid deſeruiẽs ad refectionẽ, ꝙ non eſt opus intrinſecè malum, ſed indifferens. Ita Valentia 2. 2. diſp. 9. q. 2. pun. 3. & alij apud Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 7. nu. 34.

Hac eadẽ de cauſa excuſari poſſunt famuli parantes menſam, aut menſæ inſeruientes, aut coquentes cibos. Ita Emanuel Sà verbo Peccatum, num. 9. Sanchez loc. cit. nu. 24. & 35. & alij. Immo Azorius loco ſupra cit. quæſito 4. cum Caietano excuſat eum, qui cauſa vrbanitatis, vel beneuolentiæ in die ieiunij inuitat amicum ad cęnandũ ſecum, ſciens ipſum eſſe virum probum, & timentem Deum; nam talis actus eſt actus amicitiæ, & beneuolentiæ, nec fit ſeriò, vt alter inducatur ad violandum ieiunium.

39 Quæres quartò, vtrum peccet qui conſulit minus malum parato facere maius, aut qui conſulit maius parato facere minus.

Reſpondeo non peccare, ſi conſulat minus parato facere maius. Secus ſi conſulat maius parato, facere minus, vt oſtendimus de Reſtitutione diſp. 1. q. 2. & deinceps, ad quæ vos remitto.

40 Quæres quintò, vtrum qui aliũ ſuo prauo exemplo induxit ad furtum, vel homicidium, vel ad aliud delictum cum damno proximi, teneatur ad reſtitutionem.

Reſpondeo negatiue, vt ſatis conſtat ex dictis de Reſtitutione. diſp. 1. quæſt. 2. punc. 12. num. 14. Secus ſi conſilio, vel alio facto induxit, vt patet ex dictis de Reſtitutione.

41 Sed modò dubium eſt, vtrũ qui alios induxit ſuo exemplo, ſeu facto ad peccatum teneatur in confeſſione dicere ſe alteri cauſam ruinæ dediſſe.

Reſpondeo affirmatiuè, quoties conſideratis circũſtantijs perſonarum pręſentium probabiliter timere poterat ex ſuo delicto, vel facto arripiẽdam eſſe à circunſtantibus, qui alioquin non peccaſſent, peccãdi occaſionem, vt patet ex rationibus ſuperius allatis. Hoc tamẽ intelligendum eſt, modò non haberet ſufficientem cauſam, & rationem faciendi illud opus, ex quo alij occaſionem peccandi arripuerunt, vt conſtat ex iam dictis. Ita Vaſquez, Sanchez, & alij, quos retuli in illatione poſt primam propoſitionem.

Ex quo fit, vt publicè peccantes obligandi videantur ad circunſtãtiam ſcandali manifeſtandã in cõfeſſione, ob periculum, cui ſe exponunt ruinæ proximi.

42 Addo cum Sanchez cap. 6. citato, num. 8. exprimendum eſſe, quantum fieri poteſt, numerum perſonarum, quibus data eſt occaſio ruinæ; adſunt enim peccata numero diſtincta, vel ſaltem dicendum eſt perſonas eſſe quid tenens ſe ex parte obiecti, vt in ſimili docui de Pœnitentia. Obiectum autem non eſt circunſtantia actus; ſed conſtituit actum in ſuo eſſe indiuiduali.

43 Obſerua tamen cum Nauarro, cap. Conſideret, de Pœnitentia §. Animaduertere, num. 9. Sanchez loc. cit. nu. 7. Azorio tom. 1. lib. 12. cap. 16. quæſito tertio. Banne 2. 2. quæſtio. 43. art. 4. ad finem. Vaſquez diſp. 102. cap. 3. & alijs, eum qui facit aliquod opus malum corã alijs, quos probabiliter credit non

pec-

Digitized by Google

peccaturos occaſione praui ſui operis, non peccare mortaliter peccato ſpeciali, aut generali ſcandali; conſequenter non teneri ad hāc circunſtantiam in confeſsione detegendam; quia non dicitur alterum inducere ad peccatum, nec dicitur cauſa moralis ruinæ proximi. Quapropter committens aliquod delictum coram viris probis, quos probabiliter putat fore, vt ſuo delicto non inducantur ad peccatū, non peccat peccato ſcandali, nec tenetur hanc circunſtantiam in cōfeſsione aperire. Idem dicendum cenſeo, ſi peccatum committat coram iis, qui iam incitati, & parati ſunt ad peccandum, nec ad peccatum animantur ob peccatum iſtius, vt patet ex ratione mox allata. Ita Nauarrus, Sanchez; & alij locis citatis. Secùs ſi peccatum coram ijs committat, quos veroſimiliter credit, vel dubitat prauo ſuo exēplo ad peccatum inducendos, & animandos; hunc enim iam diximus reum eſſe peccati ſcandali, & teneri ſcandali circunſtantiam in confeſsione aperire.

44 Addo teneri ſpeciem peccati, ad quod alterum induxit conſilio, vel exemplo, aperire; ſpecies enim peccatorum in confeſsione aperiēdæ ſunt; peccatum autē inductionis eſt eiuſdem ſpeciei cum peccato, quod inductus committit. Ita Vaſquez lo. cit. cap. 3 Sanchez cap. 6. num. 8 & alij communiter.

Quæ hactenus diſputauimus faciunt ad cognoſcendam diſtinctionem præſertim numericam peccatorum, quæ deſumitur aliquando ex obiectis, circa quæ actus ſucceſsiuè verſātur, aut ex morali interruptione actuum voluntatis, aut etiam ex alijs circunſtantijs, vel finibus, vt iam explicauimus. An verò diſtinctio numerica peccatorum deſumatur aliquando ex multiplicitate præceptorum, patebit ex dicendis pūcto ſequenti, cuius explicationem aggredior.

PVNCTVM III.

Vnde ſpecifica peccatorum diſtinctio deſumatur.

1 *Diſtinctio ſpecifica peccatorum deſumitur per ordinem ad priuationem perfectionum ſpecie diuerſarum.*

2 *An peccata diſtinguantur penès diuerſos fines, & obiecta formaliter ſumpta, quatenus ſpecialem habēt oppoſitionem cum recta ratione.*

3 *Reprobatur ſententia dicentium peccata diſtingui ſpecie ſecundum diuerſas circunſtantias.*

4 *Reprobatur ſententia dicentium peccata diſtingui ſpecie per ordinem ad virtutes, quibus opponuntur.*

5 *Peccata non diſtinguuntur ſpecie, vel numero per ordinē ad diuerſa præcepta, quibus aliquid præcipitur, vel prohibetur ex eodem motiuo.*

6 *Initiatus ſacris ordinibus duplex peccatum committit, ſi conſentiat in actum venereum.*

7 *Franciſcanus non ieiunans die veneris, in quem incidit vigilia, duplex peccatum committit.*

8 *Occidens Sacerdotem committit plura peccata ſpecie diſtincta.*

9 *Semen, aut ſanguinem in loco ſacro voluntariè effundens plura peccata committit.*

10 *Non ieiunans aliquo die Quadrageſimæ, in quem incidit vigilia alicuius ſancti, vnum tantum peccatum committit.*

11 Non

11 *Non audiens Miſſam die Dominico, in quem incidit feſtus alicuius ſancti vnum peccatum committit.*

12 *Faciens cōtra idem votum ſæpius repetitum non committit plura peccata, nec tenetur hanc circunſtantiam in confeſſione exprimere.*

13 *Poſſidens plura beneficia non cōmittit plura peccata, ſi diuinum officiū prætermittat.*

14 *Faciens aliquid prohibitum duplici præcepto, ſimplici ſcilicet, & habente adiunctam excommunicationem, committit vnum tantum peccatum.*

15 *Peccatum veniale de ſe, fit mortale ratione excommunicationis adiunctæ.*

DVo principaliter quæram in hoc puncto. Primo, vtrum diſtinctio ſpecifica peccatorum deſumatur per ordinem ad priuationē perfectionum ſpecie diuerſarum. Secundò, vtrum per ordinem ad præcepta.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PEccata diſtinguuntur ſpecie per ordinem ad diuerſas ſpecie perfectiones, quibus priuant. Ita Martinus Becanus to. 2. tractatu 1. cap. 5. quæſt. 2. nec diſſentire videtur Diuus Thomas par. 2. quæſt. 72. art. 1. Valentia tom. 2. diſp. 6. q. 2. pun. 1. Peſantius p. 2. q. 18 art. 1. diſp. 1. & alij communiter. Ratio eſt quia peccatum formaliter cōſideratū conſiſtit in priuatione debitæ perfectionis, & rectitudinis; ſed priuatio ſpecificatur à forma, cuius eſt priuatio; ergo ſpecificatur à perfectione, & rectitudine, qua priuat; ſi ergo rectitudo, & perfectio, qua peccatum priuat, ſit diuerſæ ſpeciei, ſequitur etiam peccata diſtingui ſpecie per ordinē ad huiuſmodi perfectionem, & rectitudinem, qua priuant. Propterea peccatum furti differt ſpecie à peccato rapinæ, quia perfectio, & rectitudo, qua caret furtum, eſt diſtincta ſpecie ab ea, qua caret rapina; furtum enim, quod conſiſtit in occulta acceptione rei alienæ, caret ea perfectione, qua fur ex ſuppoſitione, quod voluiſſet circa res alienas in abſentia domini operari, tenebatur benè operari abſq; damno domini; rapina verò, quæ conſiſtit in acceptione rei alienæ facta coram domino, ſeu ſciente domino, vel cum opinione ſcientiæ domini, caret ea perfectione, qua raptor ex ſuppoſitione, quod voluiſſet circa aliena in præſentia domini operari, tenebatur bene operari abſque iniuria, & violentia domini; cum ergo perfectiones debitæ actui furti, & rapinæ ſint diuerſæ ſpeciei, ſequitur etiam furtum, & rapinam eſſe peccata ſpecie diuerſa; quia conſiſtunt in priuatione perfectionum ſpecie diuerſarum; conſequenter dicendum eſt peccata ſpecie diſtingui per ordinē ad diuerſas ſpecie perfectiones.

2 Quāplures Doctores, vt Diuus Thomas lo. cit. Vaſquez p. 2. q. 72. in commentario articuli primi. Peſantius loc. cit. & alij exiſtimāt peccata diſtingui penès diuerſos fines, & obiecta formaliter ſumpta, quatenus ſpecialem habent oppoſitionem cum recta ratione; Vnde furtum decem aureorum diſtinguitur ſpecie à peccato rapinæ decem aureorum, ſi decem aurei, qui ſunt obiecta vtriuſque peccati, conſiderentur

rentur formaliter, quatenus habēt ſpecialem cum ratione oppoſitionem, ratione ſpecialis iniuriæ exiſtentis in rapina, & in furto, etiāſi decem aurei materialiter, & ſecundum ſe conſiderati ſint eiuſdē rationis.

Hæc doctrina vera eſt, ſed coincidit cum noſtris principijs; quia nihil aliud eſt diſtingui ſecundum obiecta formaliter ſumpta, quatenus ſcilicet oppoſitionem habent ſpecialem, quàm diſtingui penès diuerſas perfectiones, quibus peccata priuant; peccatum enim proximè conſiſtit in priuatione perfectionis, ſeu rectitudinis, & honeſtatis debitæ actui; ſed honeſtas, & rectitudo deſumitur ex obiecto, & per ipſum diſtinguitur; ergo peccatum diſtinguitur penès obiecta.

3 Addit Diuus Thomas lo. cit. artic. 9. & alij communiter, peccata ſpecie diſtingui ſecundum diuerſas circunſtantias. Verùm hæc diſtinctio non videtur neceſſaria, neque addit aliquid diuerſū ab eo, quod in propoſitione aſſeruimus; nam quando dicimus peccata diſtingui penès diuerſas perfectiones, quibus priuant, dicimus etiam diſtingui ſecundum diuerſas circunſtantias habentes adiūctam perfectionem diuerſam.

4 Denique aliqui Doctores putāt peccata diſtingui ſpecie per ordinem ad virtutes, quibus opponuntur; furtum enim exempli gratia; idcirco ſpecie diſtinguitur à blaſphemia, quia illud eſt oppoſitum iuſtitiæ, hæc religioni; ſicut autem iuſtitia, & religio differunt ſpecie, ita etiam furtum, & blaſphemiam ſpecie differre dicendum eſt. Ita Scotus in ſecundo diſt. 35. q. 1. Gabriel diſtinct. 37. quæſt. 1. artic. 3. & alij contra Azorium libro 4. cap. 2. quæſito 3.

Verùm iſti Doctores non ſufficienter aſsignant diſtinctionē ſpecificā peccatorū, qa eidē virtuti opponi poſsūt peccata ſpecie diuerſa, vt sūt peccata rapinę, furti, adulterij, &c. quæ virtuti iuſtitiæ opponuntur, & ſunt peccata ſpecie diſtincta. Itaque concedo peccata diuerſis virtutib' oppoſita eſſe ſpecie diuerſa, quia continent priuationem perfectionis ſpecie diuerſę; Nego tamen ex oppoſitione ſolū ad virtutes ſpecie diuerſas colligi diſtinctionē ſpecificam peccatorum, vt iam probaui.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 Peccata non diſtingūntur ſpecie, vel numero per ordinem ad diuerſa præcepta, quibus aliqd præcipitur, vel prohibetur ex eodē motiuo. Ratio eſt tum quia ſequeretur, deſiderium rei alienæ, & furtum rei alienæ eſſe peccata ſpecie diuerſa, cum prohibeantur diſtinctis pceptis; furtū n. prohibetur ſeptimo, deſiderium verò rei alienæ directè vetatur decimo Decalogi præcepto; falſum autem eſt deſiderium rei alienæ, & furtum rei alienæ eſſe peccata ſpecie diſtincta. Addo fieri poſſe, vt deſiderium, ſeu intentio rei alienæ aliquando ſit vnum ſolum numero peccatum, vt patet in eo, qui ex affectu rei alienæ mouetur ad furandum, nulla interpoſita mora. Tum quia peccatum vſuræ eſt vnum ſpecie, & aliquando eſt vnum numero peccatū, ſi vno actu committatur, quamuis tribus præceptis aduerſetur, naturali

rali, diuino, & humano, quæ præceptā ex eodem fine, ſeu motiuo, ſeu intuitu eiuſdē virtutis lata sūt. Ita Valentia 2.2.to.2.diſp.6. quæſt. 2.pun. 1.pagina mihi 473. Becanus lo.cit.num.2.Vaſquez diſp.98. cap. 2.num.3.Sanchez, & alij ſtatim citandi; & præterea Suarez lib.5.de voto cap.6.nu. 15. vbi oſtendit per vota ſæpius repetita nōn multiplicari obligationes.

Neque obſtat dicere, eum, qui facit aliquem actum prohibitum multis præceptis, committere tot inobedientias, quot ſunt præcepta cōſequenter tot peccata committere, quot ſunt præcepta.

Reſpondetur enim committere generalem inobedientiam contra ſingula præcepta, vt indicaui de Cenſuris; non verò incurrere tot ſpeciales inobedientias, quot ſunt præcepta; duplex enim eſt inobedientia, vna generalis, altera ſpecialis; ſpecialis eſt quādo quis trāſgreditur præceptum ex contemptu expreſſo ſuperioris præcipientis rē præceptam, vt ſuperius explicaui. Inobediētia verò generalis eſt peccatum, quo quis tranſgreditur pręceptum abſque contemptu, & hæc inobedientia eſt circunſtantia generalis communis omnibus peccatis, quæ non ita peccatum aggrauat, vt ſuperaddat diuerſitatē ſpecificam, vel numericam, aut circunſtantiam neceſſario explicādā. Ita Vaſquez p.2. diſp.98. ad finem. Clauis Regia, lib.2. cap.5. num.12. & alij Doctores ſtatim citandi.

Hinc ergo patet, peccata non diſtingui penès diuerſa præcepta condita ex eodem motiuo, vt patet tum ex rationibus allatis. Tum quia peccatum formaliter conſiſtit in priuatione perfectionis debitæ; eadem autem priuatio reperiri poteſt in aliquo actu prohibito vno, vel pluribus præceptis.

Secùs dicēdū eſt ſi peccata ꝓhibita ſint plurib⁹ ꝑceptis, ex diuerſo motiuo conditis; nam præcepta lata ex diuerſis motiuis conſtituunt materiam præceptā in diuerſis virtutibus, & perfectionibus; peccata autem diuerſis virtutibus, & perfectionibus ſpecie diuerſis oppoſita, ſunt ſpecie diuerſa.

6 Ex dictis ſequitur primo, Sacerdotem, aliumuè ſacris ordinibus initiatum duo ſaltem peccata committere, ſi in actum venereum conſentiat; nam actus venereus prohibit⁹ eſt ſacerdoti ex varijs præceptis ex diuerſo motiuo conditis, ex motiuo ſcilicet, & virtute caſtitatis, & ex motiuo Religionis, ad quā ſpectat votum, quod per actum venereum violatur.

7 Secundò, Religioſum Franciſcanum, qui non ieiunat die veneris, in quem incidit vigilia alicuius ſancti ex pręcepto colenda, cōmittere duo peccata, vnum cōtra præceptum eccleſię latum ex motiuo virtutis temperantię; alterum contra votū, quod ex motiuo Religionis emittitur; Franciſcanus enim ex voto tenetur feria ſexta ieiunare. Ita Vaſquez p.2. diſp. 98.c. 3. & alij communiter.

8 Tertiò, eum, qui Sacerdotem occidit, committere plura peccata ſpecie diſtincta, quia facit contra plura præcepta ex diuerſo motiuo impoſita; nam per huiuſmodi actum homicidij non ſolum facit contra præceptum iuſtitiæ, verum etiam contra præceptum reuerentiæ Sacerdoti debitæ.

Quartò,

Digitized by Google

9 Quartò eũ, qui ſemen, aut ſanguinem in loco ſacro volũtariè effundit, plura peccata committere, vnum contra caſtitatem ſemen voluntariè effundẽdo, aut contra iuſtitiam ſanguinem eliciendo; alterum contra reuerẽtiam loco ſacro ſpecialiter debitã ex præcepto Eccleſiæ pręſcribentis, in hac parte ex motiuo Religionis ſpecialem reuerentiam loco ſacro, ita vt locus ſacer amittat cõſecrationem, & ſanctitatem, nouaq; indigeat reconciliatione, ſi per voluntariã ſanguinis, vel ſeminis effuſionem pollutus fuerit, iuxta dicta de Matrimonio q.4.pun.vlt.

Secùs dicendum puto de blaſphemia, vel turpiloquio, alijſuè turpibus actibus in eccleſia perpetratis, quibus eccleſia non polluitur, hęc enim non ſunt ab Eccleſia ſpecialiter prohibita ratione loci ſacri, quamuis ex ſe grauiſsima peccata ſint, iuri naturali, & diuino repugnantia. Ita Vaſquez loc. cit. cap.2.& 3. Clauis Regia lib. 2. cap. 5.nu.13. Suarez de conditionibus pœnitentiæ. Sanchez, & alij, quos retuli de Sacrilegio in materia luxuriæ q.4.pun. vltimo de Matrimonio, nu.8.in ſecunda editione.

10 Quinto ſequitur, eum, qui non ieiunat die Sabbati hebdomadæ primæ Quadrageſimæ, vel alterius hebdomadæ, in quem incidunt tẽpora, ſimul cũ vigilia alicuius ſancti, non committere duo peccata numero diſtincta, vnum cõtra præceptum Quadrageſimæ, alterũ contra præceptum ieiunandi in Temporib', vel in vigilia alicuius ſancti, nam hæc plura præcepta non præcipiunt ieiuniũ ex diuerſo motiuo, & ex diuerſa virtute; ſed ex motiuo temperantiæ. Ita Vaſquez lo. cit. verſic. Ego tamẽ, & alij Doctores citati, Cõtra Nauarrum in ſumma cap.11. num.4.

11 Sextò, eum, qui die Dominico, in quem incidit dies feſtus alicui' Apoſtoli, vel alterius Sancti, Miſſæ ſacrum non audit, non committere duo peccata, vnum cõtra præceptũ audiendi ſacrũ die Dñico, alterũ contra præceptum aſsiſtendi ſacro in feſto Apoſtolorum. Ita Azorius to.1.lib.4.cap.4.q.6. Vaſquez lo.ci. Clauis Regia loc.cit.num.14.& 15. Sanchez in opere morali.lib.1.cap. 14.nu.9.& alij cõiter cõtra Nauarrum lo.cit. exiſtimantem eum, qui facit contra plura præcepta, cõmittere plura peccata, neceſſariò explicanda in confeſsione.

12 Septimò, eum, qui facit contra idem votũ ſępius repetitũ, & multiplicatum, non committere plura peccata, etiamſi vouens per iteratam voti emiſsionẽ intenderit ſibi nouam obligationem iniũgere. Ita Sanchez in opere morali lib.1.cap. 14.nu.10.& alij, quos infra referã de voto cõtra nonnullos alios. Ratio eſt quia ſi per voti multiplicationẽ poſſet quis ſibi plures obligationes imponere, poſſet etiã vnica vice; ſed vnica vice non poteſt ſibi plures obligationes imponere; cũ materia ſit vna, & præcipiatur ſub eadem ratione, & ex motiuo eiuſdẽ virtutis; ergo neq; poteſt per iteratam voti emiſsionẽ plures ſibi obligationes imponere; conſequenter faciens contra idem votum ſæpius repetitum nõ committit plura peccata.

Addo, hanc non eſſe circunſtantiam neceſſariò explicandã in cõfeſsione; cum ſit vnum peccatum con-

contra vnam, vel diuerſas obligationes eiuſdem rationis, vt benè docet Vaſquez lo.cit.cap.3. ad finem, & alij Doctores citati.

13 Octauò, eum, qui plura beneficia poſsidet, ſi diuinũ officiũ omittat, non committere tot peccata, quot ſunt beneficia. Item Sacerdotem beneficiarium non cõmittere duo peccata omittendo diuinum officium, quãuis faciat contra obligationem beneficij, & contra obligationem Ordinis ſacri; nam iſtæ obligationes impoſitæ ſunt ex eodẽ motiuo Religionis, vt Sacerdos, & beneficiarius reb' ſacris vacet.

14 Vltimò, eum, qui facit aliquid prohibitum duplici præcepto, vno ſimplici, & altero habente adiunctam excommunicationem, committere vnum tantùm peccatũ, modò præcepta lata ſint ex eodẽ motiuo; peccatum enim non ideò pertinet ad nouam ſpeciem, quia prohibeatur ſub excommunicatione; ſed potius, quia prohibetur ex diuerſo motiuo, & hoc pacto intelligendus eſt Henriquez lib.5. de Pœnitentia cap.7. nu.2. vbi aſſerit peccatum accipere nouam ſpecie malitiam ratione excõmunicationis adnexæ, ſi videlicèt adſint diuerſa motiua, ſi verò vnum ſit tãtummodò motiuum, eſt vnum ſpecie peccatum, vt ſi furtum intuitu virtutis iuſtitiæ prohibeatur ſub excõmunicatione, cuius virtutis intuitu iure naturæ prohibitum eſt. Ita etiã explicandus eſt Corduba in ſumma quæſt.11. dum aſſerit peccato non addi nouum ſpecie malitiam rõne excommunicationis adiunctæ.

Hinc ergo patet excommunicationem per ſe loquendo non cõferre peccato nouam ſpecie malitiã. Ita Caietanus par.2.q.72. art.5. Valentia to.2. diſp.6. quæſt.2. puncto 1. verſiculo, Secundo ex dictis, & alij, quos retuli de Sacramẽtis diſp. 4. q.6. pun.1. nu.34. vbi quæſiui vtrum excommunicatus duo peccata cõmittat recipiẽdo Euchariſtiam in peccato mortali.

15 An verò peccatum, quod alioquin fuiſſet veniale, fiat mortale ratione excõmunicationis adiunctæ, patet ex dictis de Cenſuris, & de legibus, fieri mortale, non ex vi excõmunicationis preciſè, ſed ex vi pręcepti prohibentis ſub excommunicatione, quam ſine mortali culpa non incurri conſtat ex regulis generalibus. Ita Caietanus, & Valentia locis citatis. Suarez & alij, quos in ſimili retuli de Legib. & de Cẽſur.

PVNCTVM IV.

Vtrum peccatum omiſsionis ſpecie differat à peccato commiſſionis.

1 *Peccata omiſſionis differunt ſpecie à peccatis commiſſionis.*

2 *Peccatum commiſſionis cæteris paribus grauiꝰ eſt peccato omiſſionis.*

3 *In peccato commiſſionis, vel omiſſionis cõſideratur primò cõmiſſio ipſa, vel omiſsio. ſecũdò culpa, & malitia commiſsionis, vel omiſsionis.*

4 *Omiſſio incurritur ſolum quando implendum eſt præceptum.*

5 *Malitia omiſſionis incurritur, quãdo omiſſio contingit, ſi vtatur ratione, ſi verò ratione non vtatur, incurritur, quando apponitur cauſa omiſſionis, modo fiat cum aduertẽtia futuræ omiſſionis.*

6 *An plura peccata committat, qui ſe ludo dedit præuidens omiſſionem ſacri,*

cri, remiſſiuè.

7 *Cenſura incurri poteſt etiãſi peccatũ præceſſerit, immò etiãſi peccatũ fuerit per pœnitentiam retractatum.*

8 *Peccatum commiſſionis quandonam imputetur ad culpam.*

9 *Faciẽs contra leges, & præcepta, quæ ſcire tenebatur tunc tẽporis, quo nõ põt illa ediſcere, peccauit quãdo potuit ignorantiã vincere, & noluit.*

10 *Mala, quæ præuideri poterãt ſecutura eo tempore, quo homo non vtitur ratione, ſunt tãtummodo venialia, ſi negligentia fuit tantum venialis.*

11 *Præuidens blaſphemias, vel periuria in ebrietate ſecutura peccat dum illa præuidet.*

12 *Peccatum omiſſionis ferè ſemper eſt coniunctũ cum aliquo actu incompoſſibili, qui eſt ipſius cauſa.*

13 *Actiones, quæ ſunt cauſa omiſſionis, ſunt malæ, & peccaminoſæ.*

14 *Ludus, quo quis tẽpore Miſſæ audiẽdæ detinetur, mal⁹ eſt, & peccaminoſ⁹.*

15 *Proiectio Breuiarij in mare, ne recitetur diuinum officium, mala eſt, & peccaminoſa.*

16 *Non ſolum propoſitum omittendi rẽ præceptã ſed etiã oẽs actiones, quæ primo eliguntur elicito propoſito omittendi rem præceptam, ſunt cauſa omiſſionis.*

17 *Actiones, quæ ſunt cauſa omiſſionis, ſunt malæ, quoties omiſſio præcepti imputatur ad peccatum, non ſolũ ſi actiones ſint ex ſe indifferẽtes, verum etiã ſi ſua natura bonæ ſint.*

18 *Quando ſimul cõcurrunt duo præcepta incõpoſſibilia, ſeruandũ eſt mai⁹.*

19 *Præceptum naturale diuinum ſeruãdum eſt quando concurrit cum ſolo diuino, vel humano.*

20 *Si præceptum diuinum, vel naturale concurrat cum humano, ſeruandũ eſt diuinum, vel naturale.*

21 *Præceptum negatiuum anteponendũ eſt affirmatiuo.*

22 *Seruandum eſt præceptum altioris virtutis, ſi concurrat cum inferioris virtutis præcepto.*

23 *Domi ſe continẽs ad cuſtodiam infirmi feſtis diebus, excuſatur.*

24 *Eligens adimpletionem minoris præcepti relicto grauiori peccat venialiter, vel mortaliter, iuxta paruitatem, vel magnitudinem exceſſus inter maius, & minus.*

25 *Actus voluntatis ſub conditione eliciti non videntur peccaminoſi, quoties alter eorum eligendus eſt.*

26 *Actiones, quæ ſunt cauſa omiſſionis reuocantur ad peccatũ omiſſionis.*

27 *Non ſunt aperiendæ in confeſſione actiones iſtæ, niſi quãdo habẽt diſtinctã malitiã à peccato omiſsionis.*

IN hoc puncto quærendũ eſt primò, vtrum peccatum omiſsionis ſpecie differat à peccato commiſſionis. Secundò, vtrum peccatum cõmiſsionis ſit grauius peccato omiſsionis. Tertiò, quandonam incurratur peccatum omiſsionis, aut etiam commiſsionis. Quartò, vtrũ peccatũ omiſsionis cõmitti poſsit abſq; vllo actu, qui ſit illius cauſa. Quintò, vtrũ actiones, q̃ ſũt cauſa omiſsionis, ſint malæ, & qua malitia.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PEccatũ omiſsiõis differt ſpecie à peccato cõmiſsionis nõ ſolũ ſi hęc duo peccata materialiter cõſiderentur, verum etiam ſi conſiderentur formaliter ſecundũ inordinationem, & propriam malitiam.

Quod differãt ſpecie, ſi materialiter conſiderentur, patet, quia peccatum omiſsionis conſiſtit in priuatione, non ſolum debitæ rectitu-

Digitized by Google

dinis, verum etiam ſubſtantiæ act⁹; peccatum autem commiſsionis nō conſiſtit in priuatione actus; ſed in priuatione rectitudinis debitæ actui. Vnde qui non comedit, dum neceſſaria eſt comeſtio ad vitā ſuſtentandam, dicitur cōmittere peccatum omiſsionis cōſiſtens in priuatione actus comeſtionis, & rectitudinis debitæ tali actui, & differēs ſpecie ab actu, quo quis nimiū comedit cū periculo ſanitatis, in quo actu conſiſtit peccatum cōmiſsionis, cōſiſtens in actu carente debita rectitudine, quam actus habere debebat ad vitam conſeruandā tēperanter viuendo. Ita S. Thomas p. 2. q. 72. art. 6. Vaſquez, & Peſantius ibidem. Valentia tom. 2. diſp. 6. q. 2. puncto 2. verſiculo, Si autem conſideretur; & alij Doct. ſtatim citādi.

Quòd verò peccata commiſsionis, & omiſsionis differant ſpecie, ſi formaliter conſiderentur, & ſecundum inordinationē, & malitiā. Rō eſt tum quia peccata diſtinguuntur ſpecie per ordinē ad diuerſas perfectiones, quibus priuant; peccata autem commiſsionis, & omiſsionis priuant perfectionibus diuerſis habentq; ſpecialē oppoſitionem cum recta ratione. Quis enim non videt peccatum odij contra Deum, quod eſt peccatū commiſsionis, eſſe diſtinctę rationis, diuerſamq; oppoſitionem habere cum recta ratione, quàm habeat peccatū omiſsionis, quo quis non diligit Deum tempore præcepti. Tū quia aliud peccatū eſt omittere Miſſam, quod eſt peccatum omiſsionis, aliud irreuerenter, & iniurioſè tractare Miſſam verbis obſcœnis, & blaſphemijs, quod eſt peccatum cōmiſsionis. Ita Clauis Regia lib. 2. cap. 6. nu. 6. Azorius, & alij locis infra citandis, nec diſſentit Becanus 2. par. tract. 2. cap. 3. q. 1. negans hæc duo peccata ſemper inter ſe differre, contra D. Tho. lo. cit. art. 6. Valentiā loc. cit. pun. 2. col. 5. verſ. Quarto intelligitur, & alios aſſerentes peccatū omiſsionis propriè, & formaliter non differre ſpecie à peccato commiſsionis.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Peccatum commiſsionis cęteris paribus grauius eſt peccato omiſsionis. Ratio eſt quia peccatum cōmiſsionis immediatè priuat bonitate debita actui, vt patet in homicidio, quod immediatè priuat bonitate, quæ deberet eſſe in actu circa proximum; peccatū verò omiſsionis mediatè tantum priuat bonitate; cū huiuſmodi peccatum immediatè conſiſtat in priuatione actus, mediatè in priuatione bonitatis, quæ deberet ineſſe actui, vt conſtat exemplo omiſsionis ſacri in die feſto, quæ cōſiſtit immediatè in priuatione actus audiēdi ſacrū, mediatè in priuatione bonitatis, quam talis actus habere deberet. Ita cōiter Doct. cum S. Thoma.

Sed hinc tranſeamus ad id, quod tertio loco propoſuimus videlicet, quo tempore incurratur peccatum omiſsionis.

3 Pro ſolutione aduertendū eſt in peccato cōmiſsionis, & omiſsionis duo conſiderari poſſe. Primo cōmiſſionē ipſam, vel omiſsionem. Secundo culpam ipſam, vel malitiam cōmiſsionis, & omiſsionis.

Hoc poſito difficultas eſt primò, quo tempore incurratur ipſa omiſſio. Secundò, quo tempore incurratur culpa, & malitia omiſsionis.

TER-

TERTIA PROPOSITIO.

OMiſsio incurritur eo ſolum tẽpore, quo implẽdum eſt præceptum. Propterea omiſsio ſacri incurritur ſolum ea hora, qua Miſſę ſacrum audiendũ eſt: omiſsio correctionis tunc ſolũ contingit, quãdo correctio facienda eſt, & ſic de cæteris. Ratio eſt quia omiſsio nihil aliud eſt, quam priuatio actus debiti ex præcepto tali tempore; ſed nõ eſt priuatio talis actus, niſi eo tempore, quo implendũ eſt pręceptũ; cum priuatio ſupponat debitum, & actus non ſit debitus ante tempus, quo præceptum implẽdum eſt; ergo omiſsio incurritur eo ſolum tempore, quo præceptũ implendum eſt. Ita Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 17. num. 9. Alexãder Peſantius par. 2. quæſt. 71. art. 5. diſp. 3. & alij Doct. ſtatim citãdi.

5 Sed modò dubium eſt, quando nam incurratur malitia omiſſionis.

Reſpondeo, ſi omiſsio contingat eo tempore, quo homo nõ vtitur ratione & libertate, vel quo tẽpore eſt in ipſius poteſtate pręceptum adimplere, malitiam incurri, quando apponitur cauſa omiſsionis, modò tunc adſit aduertentia futuræ omiſsionis. Quamobrem qui ſe dat ſomno præuidens fore, vt non ſit à ſomno excitatus tempore audiendæ Miſſæ, incurrit malitiam omiſsionis ſacri, dum apponit cauſam omiſsionis ſacri, ideſt quando ſe dat ſomno præuidens ſacri omiſsionẽ. Ratio eſt tum quia qui ſe exponit periculo peccandi peccat; ſed qui dat cauſam ſufficientem peccati omiſsionis exponit ſe periculo peccãdi, ideſt omittendi rem ex præcepto debitam; ergo peccat, dum cauſam omiſsionis apponit. Tum quia ſicut qui dat cauſam homicidij ſecuturi in ebrietate, vel in amentia contrahit culpam homicidij, quando dat cauſam homicidij, & qui è feneſtra ſe proijcit, tunc peccat dum in ipſius poteſtate eſt ſe è feneſtra deijcere, & caſum impedire; & qui propinat alteri venenum tunc peccat, dum venenum porrigit, & mortem, ſeu damnum impedire poteſt; ita qui dat cauſã omiſsionis, incurrit malitiam omiſsionis, dum præbet illius cauſam.

Ex quo fit, vt qui dedit cauſam omiſsionis ſacri per ſomnum, ſi excitetur à ſomno, & mutata voluntate miſſæ ſacrum audiat, antequã terminus audiendæ Miſſæ elabatur, non excuſetur à peccato omiſsionis; quia voluntariè dedit cauſam omiſsioni, etiamſi poſteà rem præceptam actu non omittat. Ita Azorius prima parte lib. 1. cap. 12. quæſito 5. Valentia lo. cit. puncto 4. Sanchez lo. cit cap. 17 num. 17. Becanus loc. cita. quæſt. 6. Reginaldus lib. 15. cap. 2. num. 18. Peſantius loc. cit. & alij.

Dixi, ſi omiſsio contingat eo tẽpore, quo homo nõ vtitur ratione; quia ſi omiſsio contingat, dum homo vtitur ratione, & eſt ſui cõpos, ita vt in ipſius poteſtate ſit præceptum adimplere, malitia omiſsionis non ſolum incurritur quãdo ipſius cauſa ponitur, verum etiam, quãdo ipſa omiſsio contingit. Ratio eſt quia ipſa omiſsio tũc temporis eſt volũtaria, & impediri poteſt, & debet; cum adſit vſus rationis, & aduertentia, & poteſtas impediendi,

ergo ſi non impediatur, tunc temporis ad culpam imputatur. Quãobrem qui ſe ludo exponit, præuidens ſe ludo detinendum, dũ Miſſę ſacrum audiendũ eſt, incurrit malitiam omiſsionis, non ſolum eo tẽpore, quo ſe ludo exponit; cũ omiſſio ſacri tunc temporis ſufficienter ſit voluntaria; verum etiam eo tẽpore, quo Miſſa audienda eſt; nam omiſsio ſacri etiam tunc temporis voluntaria eſt.

6 Vtrùm verò qui ſe ludo dedit, præuidens omiſsionem ſacri poſt aliquod tẽpus audiendi, plura peccata omiſsionis committat, patet ex regulis generalibus de multiplicatione numerica peccatorum, deſumpta ex actibus voluntatis moraliter interruptis; ſicut etiam ex dictis de horis canonicis conſtat eũ, qui mane decreuit diuinum officiũ omittere, & hanc voluntatem, ſeu decretũ ſæpius in die iterauit, plura peccata committere, iuxta pluralitatem actuum voluntatis moraliter interruptorũ per negotia impertinentia, aut alia ratione, iuxta regulas ſuperius traditas.

Item dixi, modò adſit aduertentia futuræ omiſsionis; quia ſi non adſit aduertentia futuræ omiſsionis, non incurritur culpa omiſſionis; quia omiſsio non cenſetur voluntaria; voluntas enim non fertur in incognitum. Quapropter qui ſe inculpabiliter inebriando prætermittit Miſſam tempore ebrietatis, cuius omiſsionem non præuidit, non peccat non ſolum contra temperantiam verum neque contra præceptũ Miſſæ, quia omiſsio ſacri non eſt voluntaria; cum voluntarium ſupponat cognitionem, & aduertentiam.

Obijcies primo. Actus externus, qui fit cum aduertentia, eſt peccatum, non ſolum quando voluntas illum eligit, verum etiam quando ipſe actus externus fit, ergo etiam omiſsio imputatur ad peccatum, non ſolum quando illi datur cauſa, verùm etiam quando ipſa omiſsio contingit.

Reſpõdeo, ſicut actus externus, qui fit cum aduertentia, imputatur ad culpam, dum fit; quia tunc temporis adeſt libertas, & peccator operatur humano modo; ita malitia omiſsionis incurritur, dum ipſa omiſsio contingit, ſi peccator tunc temporis vtatur ratione. Si verò omiſsio contingat, dum homo non vtitur ratione, & libertate, vel dum non habet amplius poteſtatẽ adimplendi præceptum, malitia omiſsionis ſolum imputatur, quando voluntariè datur cauſa omiſsioni; non verò imputatur quando contingit ipſa omiſsio. Ratio eſt quia, dum contingit omiſsio, non adeſt libertas, & vſus rationis, vel poteſtas implendi præceptum, vt ſuppono; ergo omiſsio non imputatur ad culpam, dum omiſsio cõtingit. Tum quia ſi omiſsio ipſa actualis imputatur ad culpã propter voluntarium, & libertatem in cauſa, ſequeretur, eum, qui voluntarie per nimiam comeſtionem dedit cauſam infirmitati, aut qui proiecit Breuiarium in mare, ratione cuius proiectionis factus eſt impotens ad perſoluendum diuinũ officium illis diebus, quibus iter in mare nauigando peragit, ſemper eſſe in ſtatu peccati mortalis, & nõ poſſe toto infirmitatis, vel nauigationis tempore iuſtificari, cum tũc perſeueret effectus illius comeſtionis

Digitized by Google

nis, & adſit omiſsio diuini officij, quæ ſupponimus fuiſſe voluntaria in cauſa cum aduertentia infirmitatis, & omiſsionis diuini officij ſecuturæ: abſurdum autem eſt dicere hominem toto infirmitatis, vel nauigationis tempore exiſtere in ſtatu peccati, & non poſſe iuſtificari, vt benè docet Clauis Regia loc. cit. num. 15. Becanus loc. cit. num. 9. Peſantius loc. cit. diſp. 3. verſiculo, Dico ſecundo, & alij, ergo omiſsio actualis non imputatur ad culpam, ſi tunc temporis contingat, quo non adeſt libertas, vel vſus rationis, aut poteſtas adimplendi præceptum; Si verò contingat tempore libertatis, vel poteſtatis adimplendi præceptum, nō ſolum imputatur ad culpam, dum ipſi voluntariè datur cauſa; verum etiam eo tempore, quo ipſa omiſsio contingit; quamuis non cenſeantur duo numero peccata, niſi moralis interruptio itercesſerit inter cauſam omiſsioni datam, & ipſam omiſsionem; & hinc patet reſponſio ad obiectionem.

Obijcies ſecundo, ſi omiſsio cōtingens eo tempore, quo non adeſt vſus rationis, vt in ſomno, vel ebrietate, tunc ſolum imputatur ad culpam, quando datur cauſa omiſsioni, ſequitur, eum, qui omittit Miſſæ ſacrum, dum in ebrietate exiſtit, aut dum ſomno indulget, nō incurrere excommunicationem, ſi lata eſſet excommunicatio contra omittentes Miſſam, aut ſequitur, ipſum incurrere excommunicationem, dum dedit cauſam omiſsioni ſacri, ſed hæc non videntur admittenda, ergo neque videtur admittendum peccatū omiſsionis imputari ſolum quando datur cauſa omiſsioni; ſed potius imputari quando contingit ipſa omiſsio, & quando datur illi cauſa, etiamſi omiſsio eo tempore contingat, quo deficit vſus rationis.

Reſpondeo, incurrere excommunicationem, dum contingit ipſa omiſsio rei præceptæ ſub excommunicatione, quamuis enim non peccet eo tempore, quo rem præceptam omittit, ſed antea peccauerit, nihilominus incurrit excommunicationem tūc temporis, quo ſequitur omiſsio; cum excommunicatio non lata ſit ſolum ob malitiā omiſsionis, ſeu ob cauſam omiſsionis, ſed ob ipſammet rei præceptæ culpabilem omiſsionem; cenſura autem lata ob aliquem effectum non incurritur, effectu nondum ſecuto, & conſumato, vt patet ex dictis de Cenſuris.

7 Ex quo licet inferre, cenſuram incurri poſſe etiamſi peccatum præceſſerit, immò etiamſi peccatū fuerit per pœnitentiam retractatū, modò ſequatur effectus prohibitus ſub cenſura. Ita Vaſquez par. 2. diſp. 94. cap. 4. Sanchez, & alij locis ſtatim citandis.

8 Hinc colligi pōt primo quid dicendū ſit de peccato cōmiſsionis, vtrum ſ. peccatum cōmiſsionis imputetur ad culpam, qn̄ datur cauſa cōmiſsionis, vel qn̄ ſequitur ipſa cōmiſsio, dicendum enim eſt actū peccati commiſsionis, ſi contingat tūc temporis, quo non eſt in poteſtate, & libertate hominis illum euitare, imputari ad culpam quando data illi fuit cauſa. Quamobrē qui per nimium cibum infirmitati cauſam dedit, eo tēpore peccauit, quo cauſam dedit; non verò tempore infirmitatis; alioquin peccatum intēpe-

rantiæ, quod iam præceſsit, imputaretur ad culpam quandiu infirmitas durat; cõſequenter ſequeretur, eum, qui cauſam infirmitatis dedit, non poſſe pęnitere, & iuſtificari tẽpore infirmitatis; cum peccatũ mortale, & gratia iuſtificans ſimul ſtare nequeant. Præterea qui voluntariè dedit cauſam pollutioni ſecutæ in ſomno, tunc peccauit, quando pollutioni cauſam dedit, non verò qñ ſecuta eſt pollutio; conſequenter iſte ſatisfacere videtur in cõfeſsione, dicendo ſe pollutioni cauſam voluntariam dediſſe, modò re ipſa pollutio ſecuta ſit in ſomno, vel eo tempore, quo non erat in poteſtate hominis illam euitare, & non adfuerit complacentia voluntaria in pollutione, vel poſt pollutionẽ. Hęc .n. ſunt diſtincta numero peccata neceſſariò explicãda in cõfeſsione.

Rurſus qui aduertit ſecuturũ homicidium in ebrietate, & non adhibuit debitam diligentiam ad illud impediendum, peccauit tunc temporis, quo ſe dedit ebrietati cũ aduertentia ſecuturi homicidij, tunc enim dedit cauſam homicidio; nõ vero peccauit, quando ſecutũ eſt homicidium; quia tunc temporis non vtebatur ratione; conſequẽter ſatisfaciet in confeſsione dicendo ſe dediſſe cauſam voluntariam homicidio. Hoc tamen intellige quãtum eſt ex vi confeſsionis talis peccati præciſe, vt bene docet Vaſq. diſput. 74. cap. 2. Azorius lib. 1. cap. 7. & alij recentiores; nam ratione reſtitutionis, ad quam tenetur ex homicidio, non ſatisfaciet dicendo ſe dediſſe cauſam voluntariã homicidio; ſed tenetur ipſummet homicidiũ aperire; cũ obligatio reſtituendi conſurgat ex actuali homicidio, & nõ ex ſola homicidij culpa.

Ex quo patet quid dicendum ſit de irregularitate, aut excommunicatione, ſi homicidio annexa ſit excommunicatio; nam ad incurrẽdam excommunicationem, vel irregularitatẽ, vel obligationem reſtitutionis ſatis eſt voluntarie cauſam effectui dediſſe, cui hæc ſunt annexa, modò ſequatur effectus, etiamſi effectus contingat tunc temporis, quo non adeſt libertas, & vſus rationis. Ita Vaſquez p. 2. q. 70. art. 3. & diſp. 127. cap. 3. Leſsius de iuſtitia lib. 4. cap. 3. num. 27. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 16. num. 47. & cap. 17. num. 10 & alii.

9 Secundo colligi poteſt illũ, qui per negligentiam mortalem nõ didicit leges, & pręcepta, quę ſcire tenebatur, & poterat poſita ipſorum aduertentia, ſi poſtea contra talia præcepta aliquid agat eo tẽpore, quo non põt illa cognoſcere, peccaſſe dum potuit ignorantiam vincere, & diſcere talia præcepta, non verò dum facit contra pręcepta cũ ipſorum ignorantia; nam tunc temporis non habet a quo valeat illa edoceri. Vnde ſi comedat carnes, vel nõ ieiunet eo tempore, quo nõ habet copiã alicuius, à quo inſtrui poſsit de præcepto ieiunij, vel abſtinentiæ à carnibus, non peccat eo tempore, quo carnes comedit, vel non ieiunat, ſed eo tempore peccauit, quo præceptum ieiunij potuit cognoſcere. Ita Sanchez lib. 1. cap. 16. num. 41. & alij.

10 Obſerua tamen cum Sanchez loc. cit. num. 42. mala, quæ præuideri poterant ſecutura eo tempore, quo homo non vtitur ratione, vt in ebrietate, aut etiam eo tempore, quo non habet copiam alicuius

ius, à quo præceptum edifcat, eſſe tãtummodo venialia, ſi ebrietas, aut negligentia fuit tantummodo venialis; cum enim mala, quæ ſequuntur, ſint voluntaria tantummodo in cauſa, non poſſunt maiorem culpæ grauitatem habere, quã habeat ipſa cauſa: immo licet ebrietas ipſa ſit mortalis, negligentia verò in præcauendis malis in ea præuiſis ſit ſolum leuis, talia mala non imputantur ad culpam mortalem, vt in ſimili docui de homicidio in tractatu de Reſtitutione cum Leſsio, lib.4. cap.3. num.26.& deinceps, quem ſequitur Sanchez, lib.1. cap 16. num. 42. Becanus loc. cit. q.6. nu.8.& 9.& alij recentiores.

11 Tertiò colligi poteſt eum, qui blaſphemias, vel periuria præuidet in ebrietate ſecutura, grauiter peccare tunc temporis, quo illa præuidet, & nõ præcauet; ſunt enim peccata intrinſecè mala, & ſunt ſufficienter volũtaria in cauſa. Ita Sanchez loc. cit. num.44. quidquid in contrarium aliqui ſentire videãtur.

Dices. Qui tempore ebrietatis profert conuicia, & contumelias in homines, quas præuidit in ebrietate ſecuturas, non peccauit eo tempore, quo illas præuidit ſecuturas, ergo neq; peccat, qui blaſphemias, vel periuria præuidet in ebrietate ſecutura.

Reſpondeo, conceſſo antecedẽte, negandam eſſe conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt, quia contumeliæ, & conuicia, quæ ebrietatis tempore committuntur, communi hominum ſenſu paruipenduntur, nec reputantur iniuriæ, conſequenter qui eas præuidet in ebrietate ſecuturas, nõ videtur grauiter peccare; Blaſphemiæ verò, & periuria ſunt intrinſecè mala, & diuino honori videntur grauiter aduerſari. Ita Vaſquez par.2. diſp.127. cap.3. num.11. Sanchez lib.1. cap. 16. num. 44. Sayrus lib.2. cap.9. nu.42. & alij.

QVARTA PROPOSITIO.

12 PEccatum omiſsionis, regulariter loquendo, coniunctum eſt cum aliquo actu incompoſsibili, qui eſt cauſa omiſsionis ſaltem extrinſeca, & per accidens; nam omittens, exempli gratia, ſacrum, idcirco illud omittit, quia illud poſitiuè non vult audire, aut quia ſe ludo exercet, &c. Sed iſtæ ſunt actiones incompoſsibiles cum adimpletione præcepti, & ſunt cauſa ſaltem indirecta omiſsionis præcepti; ergo peccatum omiſsionis, regulariter loquẽdo, coniunctum eſt cum aliquo actu incompoſsibili, qui eſt cauſa omiſsionis. Ita Doctores ſtatim citandi.

Dixi, regulariter loquendo; nam extraordinariè, & abſolutè loquẽdo, cenſeo aliquam omiſsionem reperiri poſſe ſine vllo actu, qui ſit propriè actus; ſi quis enim tempore, quo præceptum cõtritionis obligat, ſuſpendat actum cõtritionis, nullum actum exercet incompoſſibilem cum actu contritionis; cum negatiuè ſe habeat, vt ſuppono. Item ſi quis ſileat eo tempore, quo facienda eſt correctio, non dicitur aliquẽ actum incompoſsibilem cũ fraterna correctione propriè exercere; cum ſilentium, & taciturnitas propriè non ſit actio. Ita Valentia loc. cit. quæſt.1. pun.4. Peſantius lo. cit. Durandus in 2. diſt.36. quæſt.2. Maior in 4. diſt.42. quæſt.1. Azorius lib.4. cap 3. quæſito 3. ad finem Cõtra Becanũ, quæſt.3. nu.3. Vaſquez,

&

& alios apud Becanum, num. 1.

Obijcies primo. Omiſsio actus mali, qualis eſt omiſsio actus furandi, nũquam eſſe poteſt bona, & meritoria ſine aliquo actu; ergo neque omiſsio actus boni, ſeu peccatum omiſsionis poteſt eſſe ſine aliquo actu.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, tum quia plura requiruntur ad actum meritorium, quam ad peccatum; bonum enim eſt ex integra cauſa, malum ex ſingulis defectibus. Tum quia bonum debet eſſe volitum, & intentum; conſequenter non poteſt eſſe ſine aliquo actu; peccatum verò ſubſiſtit, etiamſi non ſit intentũ; cum nemo intendens malum operetur.

Obijcies ſecundo. Nullum eſt peccatum, niſi ſit voluntarium; voluntarium autem non eſt ſine actu poſitiuo, cum voluntarium dicatur actus voluntatis, quo quis ſe determinat ad aliquam partem.

Reſpondeo nullum eſſe peccatum, niſi ſit voluntarium ſaltem interpretatiuè, & moraliter; poteſt autem eſſe voluntarium interpretatiuè, & moraliter abſque omni actu poſitiuo, vt contingit quando voluntas tenetur aliquem actum elicere; ſed illum non elicit, vt benè docet Becanus lo. cit. num. 6.

Quærendum modo eſt, vtrum actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis, ſint malæ, exempli gratia, vtrũ ludus, quo quis detinetur, dũ Miſſę ſacrum audiendum eſt, ſit malus, & qua malitia, cum ſit cauſa omiſſionis ſacri.

QVINTA PROPOSITIO.

13 Actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis, ſunt malę, & peccaminoſæ. Ratio eſt quia illa actio eſt mala, quæ eſt cauſa peccati; ſed actio, quæ eſt cauſa omiſsionis, eſt cauſa peccati; ergo eſt mala. Ita Doctores ſtatim citandi.

14 Hinc ſequitur primò, ludũ, quo quis tempore audiendi ſacri detinetur, eſſe malum, & peccaminoſum.

15 Secundo non ſolum voluntatẽ omittendi diuinum officium, verũ etiam proiectionem Breuiarij eſſe peccaminoſam, & malam, quando quis nauigaturus per aliquos dies intendit illis diebus diuinum officium non recitare, & ob id Breuiarium in mare deijcit; nam proiectio Breuiarij verè eſt cauſa omiſſionis; cum per ipſam auferatur facultas recitãdi Diuinum officium. Ita Doctores ſtatim citandi.

Dixi in propoſitione, actiones, quę ſunt cauſa omiſsionis, &c. nam ſi loquamur de actionibus, quæ non ſunt primariò cauſa omiſsionis, aut quæ tantummodo ſe habent concomitanter, dicendum eſt eas non eſſe malas malitia omiſsionis. Vnde qui decreuit Miſſæ ſacrum non audire, vt iter peragat, licet peccet iter agendo tẽpore audiendæ Miſſæ; cum ſuſceptio itineris ſit cauſa omiſsionis ſacri; veruntamen ſi, dũ iter facit, cantet, vel recitet officium, ne otio detineatur, non peccat recitando, vel cantando: cum actio cantandi, vel recitandi officium ſe habeat tantummodo concomitanter, & non ſit cauſa omiſſionis. Ita Valentia tom. 2. diſp. 6. quæſt.

Digitized by Google

quæſt. 1. pun. 4. dub. 2. Clauis Regia, lib. 2. cap. 7. nu. 13. Becanus loc. cit. quæſt. 3. num. 4. Vaſquez, & alij communiter.

16 Sed modo dubium eſt primo, quænam actiones cenſeantur cauſa omiſsionis præter actum internum voluntatis, ſeu propoſitum omittendi rem præceptam.

Aliqui Doctores putant ſolum propoſitum omittendi rem pręceptam eſſe cauſam omiſsionis; reliqua verò opera, quę poſt huiuſmodi propoſitum exercentur, habere ſe concomitanter ad omiſsionem, & non cenſeri cauſam omiſsionis. Ita Medina, & alij apud Valentiam loc. cit. pun. 4.

Alij verò putãt omnes actiones, quæ fiunt tempore omiſsionis, & ſunt incompoſsibiles cum actu pręcepto, eſſe cauſas omiſsionis, conſequenter eſſe peccaminoſas. Ita ſentire videtur Valentia, & alij.

Ego verò cum Becano loc. cit. quæſt. 4. & alijs, cenſeo non ſolum propoſitum omittẽdi rem præceptam eſſe cauſam omiſsionis, verum etiã illas actiones, quæ elicito propoſito omittendi rem præceptam per ſe primò eliguntur, & ſunt incompoſsibiles cum re præcepta.

Quod non ſolum propoſitum ſit cauſa omiſsionis, patet, quia illud eſt cauſa omiſsionis, vi cuius ſequitur omiſsio; omiſsio autem non ſequitur ex vi ſolius propoſiti, cum nullus ſacrum, exempli gratia, omittat, niſi tunc temporis, quo ſacrum audiendum eſt, domi ſe contineat, vel dormiat, vel iter faciat, vel ſtudeat, vel quid aliud præſtet.

Quod verò actiones, quæ elicito propoſito, per ſe primo eliguntur, & ſunt incompoſsibiles cum actu præcepto, ſint cauſa omiſsionis, cõſtat, quia illæ actiones ſunt cauſa omiſsionis, vi quarum ſequitur omiſsio, & tranſgreſsio præcepti; ſed tales ſunt actiones, quæ facto propoſito omittendi rem præceptam per ſe primo eliguntur; ergo actiones, quæ elicito propoſito per ſe primo eliguntur, & ſunt incompoſsibiles cum actu præcepto, ſunt cauſa omiſsionis; Reliqua verò opera, quę quaſi ſecũdario poſt electionem primi operis incompoſsibilis eliguntur, non videntur propriè cauſa omiſsionis. Ratio eſt quia virtute ipſarum non ſequitur omiſsio; nam quando quis elicito propoſito omittendi ſacrum intendit tempore ſacri iter peragere, aut domi permanere, ſed interim dum commoratur domi, vel dum iter agit, vacat ſtudio, vel recitationi diuini officij, conſtat ipſius ſtudium, vel recitationem diuini officij nõ eſſe cauſam omiſsionis, conſequenter non eſſe peccatum, cum omiſsio ſacri non ſequatur, niſi ſecundariò, & concomitanter vi ſtudij, vel recitationis diuini officij; primariò verò ſequatur vi primi operis incompoſsibilis iam electi.

Dices. Si quis decreuiſſet ſegetes alicuius comburere, ipſumquè ego adiuuarem ad incendium, incẽdium mihi etiam adſcriberetur; ergo etiam omiſsio non ſolum videtur imputanda primæ actioni incõpoſsibili, verum etiam alijs, quæ fiunt tempore omiſsionis.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, quia primũ opus directè, & integrè impedit adimpletionem præcepti, cũ virtute ipſius ſequatur omiſsio; reliqua

liqua verò opera non impediunt adimpletionem præcepti, niſi concomitanter, cum virtute ipſorũ nõ ſequatur omiſsio. Qui verò auxilium præbet ad comburendas ſegetes influit, & cooperatur ad cõbuſtionem; conſequenter combuſtio ipſi etiam adſcribitur, & imputatur. Ita Becanus loc. cit. Clauis Regia, & alij, quos retuli propoſitione quinta ad finem

17 Secundo dubium eſt, vtrum qui dat operam actioni bonæ eo tempore, quo præceptum adimplendũ eſt, ita peccet, ac ſi actionem ex ſe indifferentem exerceret, ideſt, vtrum actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis ſint malæ, non ſolum ſi actiones ipſæ ſint ex ſe indifferentes, verum etiam ſi ſua natura bonæ ſint.

Reſpondeo affirmatiuè, quoties omiſsio pcepti imputatur ad peccatum. Quamobrẽ in ratione peccati omiſsionis non minus peccat, qui tempore Miſſę domi ſe continet recitando coronam, vel curando infirmum, præciſa neceſsitate curandi infirmum, quam ſi luderet, vel dormiret, &c. Ratio eſt quia vna ex circunſtantiis commaculãtibus actionem eſt malus euentus, & peccatum, quale in præſenti caſu eſt omiſsio actus præcepti, cui ſicut aduerſatur actio indifferens cum ipſo incompoſsibilis; ita etiã aduerſari poteſt actio ex ſua natura bona, quoties cum adimpletione præcepti incompoſsibilis eſt. Ita Doctores ſtatim citandi.

Dixi in reſponſione, quoties omiſsio præcepti imputatur ad peccatum; nam quãdo præcepti omiſsio nõ imputatur ad peccatum, actio bona, quæ tunc temporis exercetur, non eſt peccaminoſa, & mala, vt per ſe patet, cum in ſe bona ſit ex ſuppoſitione iam facta, & nulli præcepto aduerſetur. Quamobrem actio, qua quis ob neceſsitatẽ curat infirmum tempore audiendæ Miſſæ, non eſt mala, nec imputatur ad peccatum. Ratio eſt quia quando duo præcepta ſimul concurrunt eodem tempore, ita vt vnum nequeat adimpleri, niſi alterũ omittatur, adimplẽdum eſt præceptum maius, & non violatur præceptum minus; cum tunc ceſſet obligatio minoris præcepti; ſed maior, & ſtrictior eſt obligatio iuris naturæ curandi infirmum grauiter laborãtem, quam obligatio Eccleſiaſtica Miſſæ audiendæ; ergo actio, qua quis ob neceſsitatem curat infirmum tempore Miſſę audiendę, non eſt peccaminoſa, & mala. Ita Clauis Regia lo. cit. num. 12. Azorius loc. cit. quæſito 8. Becanus loc. cit. quæſt. 4. num. 3. & alij communiter.

18 Hinc obiter colligi poteſt ſolutio illius difficultatis, qua quæritur; quodnam præceptum ſeruandum ſit, quando ſimul concurrunt duo præcepta ita incompoſsibilia, vt vtrumque eodem tempore ſeruari nequeat.

Reſpondetur per ſe loquendo ſeruandum eſſe maius præceptum; quia de duobus malis minus eſt eligẽdũ, minus autẽ malũ ordinariè eligitur (quamuis propriè loquendo non poſsit tunc temporis malum appellari, ſed bonum) eligendo adimpletionem, & obſeruantiã maioris præcepti, quam leuioris; cũ grauius peccatum ſit violare grauius præceptum, quam leuius. Ita Doctores ſtatim citandi.

Obijcies primo. Si alicui permit-

mittatur feſtum colere,& obſeruare, modò mentiatur in re leui, non poterit hic mentiri ad ſeruandum diem feſtum; etiamſi mendacium in re leui ſit peccatum tantummodò veniale, violatio verò diei feſti ſit peccatũ mortale; ergo de duobus malis non poteſt minus eligi.

Reſpõdeo de duobus malis minus eligendum eſſe, quoties minus malum per ſui electionem exuit malitiam, & deformitatem, quod non accidit in propoſito caſu,cum mendacium ſit intrinſecè malum, nunquam ſit licitum, & nunquam exuat malitiam, & deformitatem. Ita Sanchez loc.cit.num.18.& alij, quos in ſimili retuli in octauo Decalogi pręcepto in principio,quidquid aliqui in cõtrarium ſenſerint.

Obijcies ſecundo. Qui vehementi carnis tentatione vexatur, non poteſt eligere fornicationem, vt euitet adulterium, vel grauius peccatum; ergo de duobus malis non eſt minus eligendum.

Reſpõdeo de duobus malis minus eligendum eſſe, quoties alterũ eorum eligendum eſt,quod non accidit in propoſito caſu, in quo qui premitur ſtimulis carnis poteſt, & tenetur vtrumque peccatum effugere, & in ipſius poteſtate poſitum eſt vtrumq; euitare, vt in ſimili docui de Reſtitutione, diſp.1. quæſt. 2.pun.7.num.11.folio 47.in j. edit.

19 Ex dictis in ſolutione præſentis difficultatis ſequitur primò, ꝑceptũ naturale diuinũ ſeruandum eſſe, quoties præceptũ naturale diuinũ cõcurrit cũ ſolo diuino, vel humano;grauius.n.eſt præceptũnaturale diuinum, per ſe loquendo, quam ſolum diuinum, vel humanum.

20 Secundò, ſi diuinum, vel naturale concurrat cum humano ſeruãdum eſſe diuinum, vel naturale; quia præceptũ diuinũ,vel naturale præponderat præcepto humano.

21 Tertiò, quando ſimul concurrit præceptum affirmatiuum,& negatiuum,ſeruandum eſſe negatiuũ; quia negatiuum præceptum præponderat affirmatiuo, nec ſunt facienda mala, vt eueniant bona.

22 Quartò,quando concurrit præceptum altioris virtutis cum præcepto inferioris virtutis, regulariter loquendo, ſeruandum eſſe præceptum altioris virtutis, quia hoc per ſe loquendo præponderat præcepto inferioris virtutis.

23 Quintò,ſequitur,eũ,qui diebus feſtis domi ſe cõtinet ad cuſtodiã infirmi,excuſari à peccato, quia ꝑceptũ cuſtodiendi infirmos in neceſſitate cõſtitutos,eſt pręceptũ naturale; præceptũ verò miſſæ audiẽdæ eſt Eccleſiaſticũ;pręceptum aũt naturale præpõderat Eccleſiaſtico.

Dixi in reſpõſione propoſitæ difficultatis, per ſe loquendo ſeruandum eſſe maius præceptum, vt aduerterem aliquãdo etiam ſeruandũ eſſe inferius pręceptum,vt quãdo ſic exigit bonum commune,aut quãdo materia ſuperioris præcepti eſt leuis, materia verò inferioris pręcepti eſt grauis;nam grauis materia grauem inducit obligationẽ, & leuis leuem. Videte quę infra dicemus pun.6.dub.4 & pun.7.verſ.Si quæras.

24 Si quæras,vtrum eligens adimpletionem minoris præcepti relicto grauiori peccet.

Reſpondetur peccare ſolum venialiter quãdo exceſſus eſt paruus, & modicus; nam leuitas materiæ excuſat à mortali; ſecus ſi magnus

ſit

ſit exceſſus inter minus, & grauius præceptum, ſeu inter materiam minoris, & grauioris præcepti; tunc enim violatur præceptũ in re graui, & adeſt magna inordinatio. Quãdo verò nullus apparet exceſſus inter hæc duo præcepta, quodlibet eorum ad libitum eligi poteſt, quia non eſt maior ratio, cur vnum præceptum potius eligatur, quam alterum. In prædictis conſentit Medina 2. 2. quæſt. 19. art. 6. quæſtiuncula 4. concluſione 4. Becanus tractatu 1. cap. 4. quæſt. 8. nu. 7. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 10. nu. 20. Corduba lib. 5. quæſt. 5. poſt ſecundam propoſitionem. Reginaldus, lib. 13. nu. 86. Vaſquez p. 2. diſp. 66. cap. 4. num. 21. Azorius prima parte lib. 2. capite 18. quæſito 2. Suarez de Pœnitentia, diſp. 3. ſect. 10. num. 7. Henriquez, & alij, quos in ſimili retuli de Cõtritione.

25 Præterea ſi quæras, quid ſentiẽdum ſit de actibus voluntatis ſub conditione elicitis, vt ſi quis dicat, Si peccatum furti, vel fornicationis à me committendum eſſet, potius furarer.

Reſpondeo hos actus non videri peccaminoſos ex ſuppoſitione, quod alter eorum eligendus eſſet; nam volũtas determinatur ad electionem minoris mali, quæ conformis eſt rectæ rationi dictanti minus malum eligendum, & grauius fugiendum. Ita Sanchez loc. cit. nu. 25. & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio, quæſt. 4. pun. 8. nu 20. de eo, qui delectationem capit ſub conditione, ſi liceret.

Secus dicendum eſt, ſi ponamus alterum non eſſe neceſſariò eligendum; ſed eſſe in eligentis poteſtate alterum eligere, vt patet ex dictis in ſecunda obiectione.

26 Tertiò dubiũ eſt, qua malitia, ſeu qua ſpecie malitię ſint malę actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis.

Reſpondeo actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis, reuocari ad peccatum omiſsionis. Ratio eſt tum quia voluntas, & cauſa furti non habet aliam malitiam, quam furti; ergo etiam voluntas, & cauſa omiſſionis non habet aliam malitiam, quam omiſsionis. Tum quia tales actiones non habent malitiam, niſi quia ſunt cauſa omiſsionis, vt ſuppono; ergo reducuntur ad peccatũ omiſsionis. Tum quia illud eſt peccatum omiſsionis, quod opponitur præcepto affirmatiuo, Sicut illud eſt peccatum commiſsionis, quod opponitur præcepto negatiuo; omiſsio enim ſacri, exempli gratia, eſt peccatum omiſsionis, quia opponitur præcepto affirmatiuo audiendi ſacrum; & furtum eſt peccatum commiſsionis, quia opponitur præcepto negatiuo prohibenti furtum; ſed actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis, opponuntur præcepto affirmatiuo, quo præcipitur actio, & remotio impedimentorum ad talem actionem; ergo habẽt malitiam peccati omiſsionis. Ita Clauis Regia lo. cit. num. 14. Becanus loc. cit. quæſt. 5. Azorius loc. cit. cap. 3. quæſito 5. Vaſquez. Medina, & alij cõtra Valentiam p. 2. diſp. 5. quæſt. 2. pun. 2. pag. mihi 483. & alios.

Obijcies. Peccatum omiſsionis conſiſtit in priuatione actus debiti, ſed actiones, q̃ ſunt cauſa omiſſionis, non ſunt priuatio actus debiti, ſed potius ſunt actus habentes priuationem bonitatis debitæ; ergo non habent malitiam omiſsionis, ſed potius commiſsionis; cum pec-

peccatū commiſsionis conſiſtat in priuatione bonitatis debitæ actui.

Reſpondeo hinc ſolum inferri actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis, non eſſe propriè omiſsiones materialiter, non verò non eſſe omiſsiones formaliter, & non reduci ad peccata omiſsionis; nam peccatum omiſsionis conſiſtit in priuatione actus debiti ex præcepto affirmatiuo; ſicut peccatum commiſsionis cōſiſtit in priuatione bonitatis debitæ ex precepto negatiuo; Cum ergo bonitas, qua priuantur actiones, quæ ſunt cauſa omiſsionis, ſit debita ex præcepto affirmatiuo, dicendum eſt huiuſmodi actiones habere malitiam peccati omiſsionis. Ita Becanus loc. cit. nu. 6. & alij Doctores citati.

27 Quartò dubium eſt, vtrum in confeſsione aperiendæ ſint actiones, quæ fuerunt cauſa omiſsionis.

Reſpōdeo negatiuè, niſi ſint actiones, quæ malitiam habeant diſtinctā à peccato omiſsionis. Vnde qui operam dedit ſtudijs, aut ſe detinuit ſomno, vel lectione tempore Miſſæ audiendæ, ſatisfaciet in confeſsione, dicendo ſe Miſſam omiſiſſe, quamuis non fateatur ſe illam omiſiſſe dormiendo, vel ludendo, vel propter ſtudium, &c.; nam ſomnus, aut ſtudium, aut ludus non habent malitiā diſtinctam ab omiſſione ſacri, vt ſuppono.

Si verò actiones, quæ fuerunt cauſa omiſsionis, habeant malitiam diſtinctam à peccato omiſſionis, non ſufficit in confeſsione fateri omiſsionem; ſed explicandæ ſunt ipſęmet actiones, quæ fuerunt cauſa omiſsionis. Quamobrem, qui tempore audiendæ Miſſæ operam dedit furtis, vel detractionibus, vel adulterijs, non ſatisfaciet in confeſsione dicendo, ſe Miſſæ ſacrum pṫermiſiſſe; ſed neceſſariò debet explicare furtum, detractionem, vel adulterium, &c. Ratio eſt quia tales actiones habent adnexam malitiam ſpecie diuerſam, quę non explicatur explicato peccato omiſſionis, cuius fuerunt cauſa; omnia autem peccata aperienda ſunt in confeſsione quoad numerum, & quoad ſpecies. Ita Valentia to. 2. diſp. 6. quæſt. 1. pun. 4. dub. 2. Clauis Regia, lib. 2. cap. 6. num. 10. Azorius loc. cit. cap. 3. quæſito 7. Suarez. Reginaldus. & alij, quos retuli de Pęnitentia, dum agerem de circunſtantijs in confeſsione aperiendis.

PVNCTVM V.

Vtrum peccata cordis, oris, & operis ſpecie differant.

1 *Quot modis conſiderentur peccata cordis, oris, & operis.*

2 *Peccata, quæ complentur in corde, differunt ſpecie à peccatis, quæ conſumantur ore, & opere.*

3 *Peccata cordis, & oris, vt ſunt diſpoſitio ad peccatum operis, non differunt ſpecie.*

4 *Voluntas furandi, fornicandi, & c. eſt eiuſdem ſpeciei cum furto, fornicatione, &c.*

5 *Committens peccatum cordis, vel oris per ordinem ad opus externum tenetur opus completum in Confeſſione aperire.*

1 Notandum hæc peccata dupliciter conſiderari poſſe. Primò, quatenus ſingula ſunt ex ſe completa, & perfecta; quo pacto peccata, quæ conſumantur in corde,

de, dicuntur completa, & perfecta, vt eſt odium, hæreſis, inuidia, deſperatio, iudicium temerarium. Item peccata oris, quæ conſumantur in ore, dicuntur completa, vt eſt conuicium, mendacium, periurium, falſum teſtimonium, &c. Et denique peccata operis, quæ conſumantur opere, dicuntur completa, vt eſt furtum, homicidium, fornicatio, &c.

Secundo modo conſiderari poſſunt, quatenus ſunt incompleta, & per ordinem ad aliud, ſeu quatenus ſunt via, principium, origo, diſpoſitio, ſeu præparatio ad peccatum operis; peccatum enim operis aliquando trahit originem à corde, & aliquando ab ore. Quamobrem fur prius cogitat, & meditatur furtum; deinde conuocat ſocios, & alloquitur, verbis mouet, ac deniq; ad iniuſtum opus completè trahit.

His poſitis quærendum eſt, vtrum hæc peccata diſtinguantur ſpecie, ſiuè primo, ſiuè ſecundo modo cõſiderentur.

PRIMA PROPOSITIO.

2 Peccata, quæ complentur in corde, ac voluntate differunt ſpecie à peccatis, quę perficiuntur, & conſumantur in ore, vel opere. Ratio eſt quia huiuſmodi peccata ſunt priuationes perfectionũ ſpecie diuerſarum; cum alia ſit perfectio, qua priuat odium, alia, qua priuat cõuicium, & alia, qua priuat homicidium, &c. Peccata autem diſtinguuntur ſpecie penès priuationes perfectionum ſpecie diuerſarum, vt conſtat ex ſupra dictis. Ita Doctores ſtatim citandi.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Peccata cordis, & oris, ſi cõſiderentur, vt ſunt origo, & principium; ſeu diſpoſitio ad peccatum operis, non differunt ſpecie. Ratio eſt tum quia conſiderantur vt perfectum, & imperfectũ in eadem ſpecie. Tum quia opponuntur eidem virtuti, & priuationem perfectionis, & bonitatis eiuſdem ſpeciei includunt; ergo non differunt ſpecie. Ita Doctores ſtatim citandi.

4 Hinc ſequitur, voluntatem, ſeu propoſitum furandi eſſe eiuſdem ſpeciei cum furto: deſiderium fornicandi eſſe eiuſdem ſpeciei cum opere carnali fornicationis. Ita S. Thomas p. 2. quæſt. 73. art. 7. Caietanus ibidem. Vaſquez, ibidem, nu. 11. Peſantius ibidem. Clauis Regia lib. 2. cap. 6. num. 4. Azorius loc. ſupra citato, cap. 4. quæſito 1. & 2. Reginaldus, lib. 15. cap. 1. num. 7. Valentia p. 2. tom. 2. diſp. 6. quęſt. 2. pun. 2. ſub finem, verſiculo, Hæc autem, & alij communiter.

5 Obſerua tamen, eum, qui peccatum aliquod cordis, vel oris cõmiſit per ordinem ad opus externum, vt ſi turpi ſermone aliquem traxit ad luxurię peccatum, non ſatisfacere in confeſſione dicendo ſe tale peccatum cordis, vel oris commiſiſſę, exempli gratia dicendo ſe turpi ſermone alterum allocutum fuiſſe, ſed teneri opus completum aperire; quia peccatum cũ effectu aperiendum eſt, vt patet ex dictis de Pœnitentia, vbi etiam oſtendimus, an aperiẽda ſit circunſtãtia perſonæ, aut aliæ circunſtantiæ.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM VI.

Vtrum peccet, & qualiter peccet, qui facit aliquid contra conſcientiam.

1 *Conſcientia ſignificat dictamen rationis, quo ratio dictat aliquid fugiendum, vel faciendum.*

2 *Conſcientia multiplex eſt.*

3 *Scrupulus eſt leuis ſuſpicio orta ex leuibus fundamentis putans aliquid eſſe peccatum, quod non eſt.*

4 *Opinio eſt aſſenſus vnius partis cum formidine alterius.*

5 *Dubium contingit, quando quis neque aſſentitur, neque diſſentit in neutram partem inclinans.*

6 *Differētia inter ſcrupulum, dubium, opinionem, & ſuſpicionem.*

7 *Scientia eſt cognitio certa ſaltem moraliter alicuius rei, & alia eſt practica, alia ſpeculatiua.*

8 *Conſcientia erronea obligat ad faciendum quod conſcientia dictat faciendum per modum præcepti, non verò conſilij.*

9 *Conſcientia erronea obligat ad id, quod dictat, etiā contra ius diuinū.*

10 *Conſcientia erronea alia eſt vincibilis, alia inuincibilis.*

11 *Abſtinendum eſt ab eo, quod conſcitetia inuincibilis dictat eſſe malū.*

12 *Peccat qui non facit quod faciendum dictat conſcientia.*

13 *Peccat qui facit aliquid, quod non eſt peccatum, putans ex conſcientia erronea eſſe peccatum.*

14 *Peccat faciens aliquod malum, quod ipſa conſcientia erronea vincibilis faciendum dictat.*

15 *An grauius peccet, qui facit aliquid cōtra conſcientiam erroneam vincibilem quam ſi faciat id, quod ipſa conſcientia dictat.*

16 *Conſcientia erronea habet vim obligandi ex lumine naturæ.*

17 *Conſcientia inuincibiliter errās magis obligat, quam præceptum ſuperioris; ſecùs ſi conſcientia vincibiliter erret.*

18 *Faciens contra conſcientiam erroneā falsò credens eſſe peccatum committit peccatum illius ſpeciei, quā conſcientia apprehendit.*

19 *Qui credit eſſe peccatum ſacrilegij expuere in terram, ſacrilegium committit, ſi in terram expuat.*

20 *Cognoſcens aliquam fœminam carnaliter, quam falsò putat eſſe voto caſtitatis aſtrictam, aut conſanguineam, peccat contra votum, aut peccato inceſtus.*

21 *Putans opus indifferens eſſe peccaminoſum in genere, peccat contra præceptum generale.*

22 *Faciens aliquid falsò putans eſſe peccatum non cognita grauitate, vel leuitate materiæ mortaliter peccat.*

23 *Si conſciētia inuincibiliter erret dictans actum eſſe bonum, cum re vera ſit malus, actus eſt bonus.*

24 *Carcere detentus putans ſe mortaliter peccare non audiendo ſacrum, quod audire nequit, non peccat mortaliter.*

25 *Differentia inter eum, qui carcere detinetur tempore ſacri audiendi, & inter eum, qui domi infirmus iacet, putantes ſe peccare, ſacrum prætermittendo.*

26 *Non peccat qui alterum percutit per vim arrepta ab altero manu, quamuis putet ſe peccare.*

27 *Putans ex conſcientia erronea inuincibili vtramq; contradictionis partem eſſe peccatum, peccat quamcumque partem eligendo.*

28 *Excuſatur à peccato, qui aliàs ex con-*

conſcientia erronea credidit aliquod opus eſſe peccatum, ſed dumillud præſtat, non amplius actu de peccato dubitat.

29 *Faciens aliquid illicitum cum dubio conſcientiæ, ſatisfacit in confeſſione dicendo ſe talem rem illicitam egiſſe.*

30 *Conſcientia temerè, & abſque fundamento concepta liberè, & abſquè vlla ratione deponi poteſt.*

VT ea, quæ in ſequentibus punctis pertractanda ſunt, ritè intelligantur.

1 Præmittendum eſt primò, conſcientiam propriè ſignificare dictamē rationis, quo ratio dictat aliquid faciendum, vel fugiendum eſſe. Propterea conſcientia dicitur dictamen, ſeu iudicium, quo iudicamus aliquid eſſe bonum, vel malum, honeſtū, vel turpè, proſequendum, aut omittendum per modum præcepti, aut per modum conſilij.

2 Præmittendum ſecundò, conſcientiam multiplicem eſſe rectam ſcilicet, erroneam, dubiam, probabilem, & ſcrupuloſam.

Conſciētia recta eſt illa, quæ dictat, & iudicat, quod verum eſt.

Erronea, quæ aliquid aliter dictat, quam ſit, vt ſi dictet bonum eſſe, quod malum eſt, aut malum eſſe, quod bonum eſt; propterea dicitur dictamē falſum rationis; quia contingit cum errore intellectus.

Conſcientia dubia eſt illa, quæ neque aſſentit, neque diſſentit, ſed anceps manet, & in æquilibrio.

Probabilis eſt illa, quæ aſſentitur, & adhęret vni parti, ſed cum timore, & formidine partis oppoſitæ, quia timet partem oppoſitam eſſe veram.

Scrupuloſa eſt illa, quæ vni parti adhęret cum formidine partis cōtrariæ, orta ex leui motiuo, & minus ſufficienti fundamento, & hæc naſcitur ex quadā animi puſillanimitate, timēs vbi non eſt timendū.

Hinc colligi poteſt, quid ſit ſcrupulus, opinio probabilis, dubium, & ſcientia.

3 Scrupulus eſt ſuſpicio quædam leuis orta ex leuibus fundamentis, & rationibus, qua quis putat aliquid eſſe peccatum, quod re ipſa non eſt.

4 Opinio eſt aſſenſus vnius partis cum timore, & formidine alterius, vt ſi quis aſſerat ſuperiorem poſſe à reſeruatis abſoluere, non audita integra confeſsione, mittēdo pœnitentem ad inferiorem prò non reſeruatis, hic dicitur habere opinionem probabilem; quia ſequitur opinionem aliquorū Doctorum cum aliquo timore de veritate oppoſitæ ſententiæ.

5 Dubium, quod eſt verè, & propriè dubium, contingit quādo quis neq; aſſentitur, neq; diſſentit, in neutram partem inclinans. Quanquàm datur etiam aliud dubium, quod propriè dicitur ſuſpicio, & hæc contingit, quando intellectus licet nulli parti aſſenſum prębeat, nihilominus magis in vnam, quam in alteram partem inclinat.

6 Obſerua tamen hanc differentiam eſſe inter ſcrupulum, dubium, opinionem, & ſuſpicionem, quod dubium excludit aſſenſum vtriuſq; partis, ſicut etiā excludit ſuſpicio, quamuis ſuſpicio magis in vnam, quàm in alteram partem inclinet.

Opinio includit aſſenſum vnius partis cum formidine oppoſitæ: vt patet in exemplo allato de abſoluen-

uente à reſeruatis.

Scrupulus non excludit aſſenſum oppoſitæ partis, ſed efficit ſcrupuloſum aliquantulum ambigere, & fluctuare circa partem oppoſitam, ob magnam quandam apprehenſionem, ſeu apparentiam ex leui fundamento ortam in contrarium, vnde qui ex leui fundamento ſuſpicatur eſſe peccatũ ſpuere in Eccleſia, quia ſcilicet ex leui cauſa putat inde irreuerentiam irrogari loco ſacro, dicitur habere ſcrupulũ; quia ſcit non eſſe peccatum ſpuere in Eccleſia, vt ſuppono; ſed ex leui fundamẽto vehementer apprehẽſo cogitur aliquãtulum ambigere, & titubare, an ſit peccatum; & hęc fluctuatio interdum ita creſcit, vt inducat hominem ad agẽdum, vel omittẽdum, quod agere, vel omittere non tenetur. Verum ſi fundamentum non ſit leue, ſed ſatis vrgeat, potius gignetur ſcientia, vel opinio, quam ſcrupulus, vt bene obſeruat Sanchez de matrimonio, libro 2. num. 3. & in ſumma, libro 1. cap. 9. nu. 2.

7 Scientia eſt cognitio certa ſaltem moraliter alicuius rei, & hæc ſubdiuidi poteſt in practicam, & ſpeculatiuam; ſicut etiam opinio, & dubium diuidi poteſt in practicum, & ſpeculatiuum.

Scientia ſpeculatiua eſt illa, qua in genere concluditur aliquid eſſe bonum, vel malum, agendum, vel fugiendum.

Sciẽtia practica eſt illa, qua in caſibus particularibus iudicatur aliquid eſſe bonum, vel malum, agendum, vel fugiendum.

Hæc duo iudicia, practicum videlicet, & ſpeculatiuum ſolent eſſe conformia, per ſe loquendo; nam quod ratio dictat in generali, ſolet etiam dictare in caſibus particularibus, niſi ſpecialis aliqua ratio ad aliter ſentiẽdum in caſibus particularibus inducat, vt conſtabit ex dicendis.

His præmiſsis, in hoc pũcto quęram primò, vtrum conſciẽtia, quãuis erronea, obliget ad faciendum quod ipſa conſcientia dictat. Secũdò, vtrum conſcientia erronea magis obliget, quam præceptum ſuperioris. Tertiò, quodnam peccatum admittat, qui facit contra conſcientiam. Quartò, quomodo conſcientia erronea deponatur.

PRIMA PROPOSITIO.

8 Conſciẽtia licet erronea obligat ad faciendum id, qđ ipſa conſcientia faciendum dictat per modum præcepti, & non tantũ per modum conſilij. Ratio eſt quia qui non facit quod dictat conſciẽtia, cenſetur facere contra rationẽ dictantem illud eſſe faciẽdum; ſed qui facit contra rationem dictantẽ aliquid eſſe faciẽdum per modum pręcepti facit contra aliquam obligationem; regula. n. noſtrarum actionum eſt conſcientia; ergo conſcientia obligat ad faciẽdum, quod ipſa conſcientia dictat. Ita Doctores, quos referã in tertia illatione.

9 Addo hoc verum eſſe, etiamſi quod dictat conſcientia erronea, ſit contra ius diuinũ, vt cõſtabit ex dicendis in ſecunda propoſitione.

Obſerua tamen conſcientiã erroneam in tali euentu nõ dici dictare aliquid cõtra ius diuinum formaliter, ſed tantummodò materialiter; cum non cognoſcat illud eſſe contra ius diuinum.

Obijcies nullus tenetur ad malum; ergo conſcientia erronea non obligat ad faciẽdũ qđ dictat, alioquin ad malũ obligare videretur.

Reſpondeo cum Becano 2. par. tract. 1. cap. 4. quæſt. 7. num. 7. Reginaldo, lib. 13. num. 70. Sanchez, & alijs DD. ſtatim citãdis, nullum teneri ad malum formaliter; ad malum verò materialiter aliquando teneri, & conſcientiam ad malum materialiter aliquando obligare; non verò ad malum formaliter. Quando cõſcientia erronea eſt inuincibilis, & dictat aliquid eſſe faciendum, quod re ipſa malum eſt, dicitur obligare ad malum, & ad peccatũ materialiter, non verò ad peccatum formaliter; cum non cognoſcat illud eſſe malum, & ignorãtia inuincibilis excuſet à peccato. Quando verò conſcientia erronea eſt vincibilis, non obligat quidẽ, vt quis eam poſitiuè ſequatur; nã conſcientia erronea aliquãdo proponit, vt fiat malum, conſtat autem malum eſſe fugiendum, & conſcientiam erroneam vincibilẽ non excuſare à peccato; ſed obligat, ne fiat contra id, quod ipſa conſcientia dictat; hoc autem eueniet ipſam deponendo, cum in noſtra poteſtate ſit conſcientiam vincibilem deponere. Ita Reginaldus lo. cit. num. 73. Clauis Regia, & alij locis ſtatim citandis.

10 Vt hęc clarius intelligãtur aduertendum eſt aliam eſſe conſciẽtiam erroneam vincibilem, & aliã inuincibilem.

Illa dicitur vincibilis, quæ ita imprudenter iudicat, vt poſsit falſum, & imprudens iudiciũ deponere, ſi debitam adhibeat diligentiã.

Inuincibilis verò eſt illa, quæ ita errat, vt poſitis talibus circunſtantijs videatur prudẽter iudicare, nec teneatur ſuum iudicium deponere. Sit exemplũ. Dum ego dubitarem de aliqua lege, ſeu de aliqua excõmunicatione interrogaui hominẽ peritum, & doctum, num talis lex, vel excõmunicatio extaret, & ipſe reſpondit non extare, cum tamen re vera extet; Ego dicor habere cõſcientiam inuincibiliter errantem, conſequẽter non pecco aliquid faciendo contra talem legem, vel excõmunicationem, vt patebit ex dicendis de ignorantia probabili.

Si verò interrogaui hominẽ imperitum, dicor habere conſcientiã vincibiliter erroneã, quam teneor, & poſſum deponere adhibita debita diligentia; conſequenter ſi faciam aliquid contra prædictam legem non excuſor à peccato, vt patebit ex dicendis de ignorãtia vincibili. Ita Sãchez in opere morali, lib. 1. cap. 11. num. 1. & alij locis ſtatim citandis.

11 Ex dictis colligi poteſt primo, abſtinendum eſſe ab eo, quod conſcientia dictat eſſe malum, modò conſcientia non ſit vincibilis, vt patet ex dictis in obiectione.

12 Secundò, eum peccare, qui non facit quod faciendum dictat conſcientia; facit enim contra rationem, & contra obligationem.

13 Tertiò, eum, qui facit aliquid, quod non eſt peccatum, putans ex conſcientia erronea eſſe peccatum, peccare, niſi deponat conſciẽtiam erroneam, & credat illud hic, & nunc, dum illud facit, non eſſe peccatum. In prædictis conſentit Valentia tom. 2. diſp. 2. quæſt. 14. pun. 4. dub. 3. Clauis Regia, lib. 1. cap. 4. nu. 15. Sanchez in opere morali,

rali,lib.1.cap.11.nu.3.Reginaldus, lib.13.num.*69.* Salas,p.2.quæſt.42. tractatu 8.diſp. vnica, ſect.3.num. *16.* Becanus ſecunda parte tractatu primo,cap.4.quæſt.7.num.5.Vaſquez p. 2. diſp.*59*.cap.2.& alij communiter. Ratio cur peccet, qui facit aliquid putans ex conſcientia erronea eſſe peccatum, eſt tum quia credẽs aliquid eſſe peccatum, & adhuc volens illud facere, cenſetur habere ſufficiẽtem affectum, & voluntatem ad peccatum; cum velit illud, quod iudicat eſſe peccatum. Tum quia non ſolum, qui facit, verum etiam qui putat ſe facere aliquid contra voluntatẽ Dei, videtur contemnere voluntatem, & legem Dei. Tum quia ad Roman.14. dicitur, Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt; ideſt omne illud eſt peccatum,quod non eſt ſecundum conſcientiam, vt exponit Diuus Ambroſius, Chriſoſtomus, Origenes, & alij apud præcitatos Doctores.

14 Quæres primo, vtrum ſicut peccat qui facit contra conſcientiam erroneam, ita etiam peccet,qui facit aliquid malum, quod ipſa conſcientia dictat faciendum.

Reſpondeo affirmatiuè, modò conſcientia erronea ſit culpabilis, ſeu vincibilis. Pro intelligentia.

Obſerua conſcientiam erroneã, vt ſuperius prænotauimus aliã eſſe culpabilem, ſeu vincibilem, aliam inculpabilem, ſeu inuincibilem. Qui facit aliquod malum ex conſcientia vincibili non excuſatur à peccato,etiamſi conſcientia dictet illud eſſe faciendum.Ratio eſt quia cum in noſtra poteſtate ſit errorem vincibilem deponere,malũ, quod ſit ex conſcientia erronea dictante illud faciendum eſſe, cẽſetur indirectè voluntarium,nobiſq; imputatur ad culpam. Quapropter qui ignorantia vincibili apprehendit furtum,vt bonum,illudq; facit tanquam bonum,peccat, quia furtum, quod committitur, cenſetur indirectè voluntarium ob ignorãtiam vincibilem,quam poteſt,& tenetur expellere; & licet tũc temporis adſit aliqua perplexitas, nihilominus imputanda eſt peccanti, cum in ipſius poteſtate ſit ignorantiam, & errorem vincibilem ſuperare, & perplexitatem euitare.

Secus dicendum eſt de eo,qui facit aliquod malum ex ignorantia, ſeu errore inuincibili; nam ignorãtia inuincibilis contingit, quando veritas ſciri non poteſt modo morali, & humano; conſequenter malum ex huiuſmodi ignorãtia commiſſum non cenſetur voluntarium; cum ignorantia inuincibilis tollat omnem voluntarij rationem circa malum.Ita Clauis Regia lib.1,cap. 4.num.27. Vaſquez diſp.*60*.cap.2. num.*6*.Azorius lo. cit.cap.8.quæſito 8. Sanchez lo. cit.num.12. Becanus lo. cit.num.*9*.& alij.

15 Quæres ſecundo, vtrũ grauius peccet, qui facit aliquid contra conſcientiam erroneam vincibilẽ, & culpabilem,quam ſi faciat id,qđ ipſa conſcientia dictat. Sit exemplum. Aliquis falsò putat ſe teneri ad mentiendum, vel ad furandum, vt alterum eripiat à morte, quæritur, vtrum grauius peccet non mẽtiẽdo; cum in hoc caſu faciat contra conſcientiam erroneam, quam mentiendo, quod eſt facere quod ipſa conſcientia dictat.

Reſpondeo attendẽdam eſſe rei grauitatem,& iuxta illam ferẽdum

Digitized by Google

eſſe iudicium de grauitate peccati; nam obligatio conſcientiæ dependet ab obligatione rei,& præcepti, quod apprehenditur. Itaq; in exẽplo allato faciens contra conſciẽtiam non mentiendo, grauius peccat,quam mentiendo;nam mentiẽdo peccat ſolum venialiter contra præceptum non mẽtiendi,cum huiuſmodi mẽdacium ſit officioſum, vt ſuppono; non mentiendo verò peccat mortaliter; quia facit contra conſcientiam in materia graui, putans ſe teneri alterum à morte eripere cum mẽdacio. Ita Vaſquez p. 2. diſp.66.cap.3.num.10. Clauis Regia lib.1.cap.4.num.26.Becanus loc.cit. num.14. Azor p.parte lib. 2.cap.8. quæſito 9.Sanchez loc.cit. num. 15. & alij contra Baſſolem, quem refert Sanchez, Clauis Regia, & alij locis citatis.

16 Quæres tertiò, vnde conſcientia erronea vim habeat obligandi.

Reſpondeo vim habere ex lumine naturæ,tum quatenus lumen naturæ dictat malum eſſe fugiendum. Tum quatenus indicat voluntatem ſequi debere intellectum tanquam ducem, & proximam ſuam regulã; cum enim voluntas noſtra ſit cęca, duci debet ab intellectu, illumquè tanquam ducem ſequi. Ita Canus 2.par. tractatu 1.cap.4.quæſt.7.nu. 8.quem ſequitur Sanchez lo.cit.nu. 4.& alij communiter.

SECVNDA PROPOSITIO.

17 SI conſcientia errat inuincibiliter, magis obligat,quam obliget præceptũ ſuperioris.Ratio eſt quia ſi conſcientia inuincibiliter errante adimpleatur id, quod ipſa conſcientia dictat, non committitur peccatum;quia conſciẽtia errat inculpabiliter, & ignorantia inuincibilis tollit omnem voluntarij rationem, nullum autẽ eſt peccatum, niſi voluntarium. Si verò non adimpleatur quod ipſa conſcientia dictat, committitur peccatum,vt oſtendimus in prima propoſitione; ergo conſcientia inuincibilis magis obligat, quã præceptum ſuperioris.

Verum ſi cõſcientia erret vincibiliter,& culpabiliter, magis obligat præceptum ſuperioris,quã conſcientia. Ratio eſt tum quia qui conſcientia vincibiliter errãte facit quod dictat conſcientia contra præceptũ ſuperioris,peccat contra præceptum ſuperioris, cum à præcepto ſuperioris non excuſetur per conſcientiam vincibiliter erroneã; ergo præceptum ſuperioris magis obligare videtur,quam obliget cõſcientia vincibilis, & culpabilis. Tum quia pręceptum ſuperioris videtur obligare & ad ipſum pręceptum adimplendum,& ad deponendum conſciẽtiam erroneam, quam vincibiliter errans poteſt,& debet deponere; cum talis conſcientia ſit vincibilis, vt ſuppono; præceptum enim non ſolum obligat ad finem, verum etiam ad media; ergo præceptum ſuperioris magis obligat, quam conſciẽtia vincibilis, & culpabilis. Videte Vaſquez p.2.diſp. 61. cap.1.Clauem Regiam libro 1. cap. 4. num. 33. cum ſequentibus Sanchez in opere morali, libro 1. cap. 11. num. 16. Peſantium p. 2. quæſt.71. & alios.

TER-

TERTIA PROPOSITIO.

18 QVi facit aliquid contra cõſcientiam erroneam falsò credens eſſe peccatum, committit peccatum illius ſpeciei, quam conſcientia apprehẽdit. Ratio eſt quia cenſetur habere affectum ad peccatum talis ſpeciei; cum voluntas feratur in malum prout apprehenditur. Ita Doctores ſtatim citandi.

19 Hinc ſequitur primò, eum, qui expuit in terram credens committi peccatum irreuerentiæ, & ſacrilegij, committere peccatum ſacrilegij, ſi re ipſa expuat in terram, antequam rationabiliter deponat cõſcientiam erroneam.

20 Secundò, eum, qui carnaliter cognoſcit aliquam fœminam, quam falsò putat habere votum caſtitatis, aut eſſe conſanguineam, non ſolũ peccare peccato fornicationis, verum etiam inceſtus, aut contra votũ; conſequenter teneri hanc circunſtantiam in cõfeſsione aperire, dicendo ſe cum ea peccaſſe, quam credebat conſanguineam, aut voto caſtitatis aſtrictam. Ita Sanchez, num. 5. Clauis Regia, & alij locis ſtatim citandis.

21 Tertio, eum, qui putat aliquod opus indifferens eſſe peccaminoſum, & malum in genere, non deſcendendo ad ſpeciẽ aliquam particularem, peccare contra præceptum generale dictans ſequendum bonum, malum verò fugiẽdum; ſicut peccat, qui proponit in genere peccare. Ita Salas libro 13. num. 7. Valentia p. 2. diſp. 2. quæſt. 14. pun. 4. dub. 2. Clauis Regia lo. cit. nu. 20. Vaſquez p. 2. diſp. 59. cap. 3. Sanchez loc. cit. nu. 4. 5. & 11. Azorius tom. p. lib. 2. cap. 8. quæſito 6; & alij communiter.

22 Sed modò dubium eſt primò, vtrum qui facit aliquid falsò putãs, ſeu apprehendens eſſe peccatum, non cognita grauitate peccati, ſeu materia, aut non diſtinguens, vtrũ ſit mortale, vel veniale, ſed ſolum confusè apprehendens eſſe peccatum, aut ſolum in communi cogitans eſſe malum, quod facit, grauiter peccet, & contra quid peccet.

Reſpondent Nauarrus in ſumma præludio 9. num. 9. Lopez p. parte cap. 3. quibus adhærere videtur Reginaldus loc. ſupra cit. num. 70. ad finem, & Valentia p. 2. to. 2. diſp. 2. quæſt. 14 pun. 4. quæſito 3. ad finem, peccare tantummodò venialiter; quia abſtrahit à peccato mortali, & veniali, & non videtur magis in mortale, quam in veniale conſentire.

Sed mihi probabilior videtur ſententia Vaſquez p. 2. diſp. 59. cap. 3. Clauis Regiæ lo. cit. num. 17. Azorij lo. cit. quæſito 6. Sanchez lo. cit. nu. 6. Rodriquez p. par. cap. 71. concl. 4. & aliorũ, quos in ſimili ſupra retuli de aduertentia, dicentium peccare mortaliter. Ratio eſt tum quia ita videtur affectus, vt, ſi ſciret illud eſſe graue peccatum, adhuc illud committeret; qui autem habet affectum ad graue peccatum, grauiter peccat. Tum quia cum putet illud eſſe malum, tenetur conſiderare, perpendere, & examinare, an ſit malũ mortaliter, an venialiter, alioquin exponit ſe periculo peccandi, non ſolum venialiter, verum etiam mortaliter; exponere autem ſe periculo mortaliter peccandi graue peccatum eſt, vt patet ex ſupra dictis de aduertẽtia. Tum quia

ſicut mortaliter peccat, qui propoſitum habet peccandi in communi, non determinans materiam, circa quam peccare velit; ita mortaliter peccat, qui ex conſcientia erronea aliquid facit, cōfusè apprehendens eſſe peccatum; ſed non diſcernens eſſe mortale, vel veniale, aut apprehendens tantummodò in communi eſſe peccatum.

23 Secundò dubium eſt, vtrum ſicut peccat, qui facit aliquem actũ indifferentem, aut ex ſe bonum, quem ex conſcientia erronea falsò credit eſſe malum, ita bene operari cēſeatur, qui facit aliquod malum, quod ex conſcientia erronea credit eſſe bonũ; ſeu, vtrum actus ſit bonus, quem aliquis facit ex cōſcientia erronea dictante bonum eſſe, cum re vera ſit prohibitus, vt ſi mentiatur ad ſubueniendum alteri, credens bonum eſſe mentiri, ſeu ſe teneri ad mentiēdum, vt ei ſubueniat.

Reſpondeo actum non eſſe bonum, ſi fiat ex ignorantia vincibili. Ratio eſt tum quia ignorantia vincibilis non excuſat à peccato; cum adnexum habeat voluntarium ſufficiens ad peccatum. Tũ quia opus malum non efficitur bonum, quia creditur eſſe bonum per conſcientiam erroneam vincibilem; ergo adhuc eſt malus, ſi fiat ex ignorantia vincibili, ſeu ex conſcientia erronea dictante bonum eſſe.

Si verò conſcientia inuincibiliter erret, dictās actum eſſe bonum, cenſeo actum eſſe bonum, & ad eã virtutem reuocari, ad quam talis actus pertinere creditur. Quamobrem ſi quis inuincibiliter credat ſe teneri ad mentiendum pro ſalute proximi, actus mentiendi eſt bonus, & ſpectat ad virtutẽ miſericordiæ. Ratio eſt tum quia actus, quẽ quis facit ex conſcientia inuincibiliter errante, dictante illum faciendum eſſe, dicitur conformis ſuæ regulæ, cum regula humanorum actuum ſit conſcientia. Tum quia qui facit opus ex præcepto debitum, facit actum bonum; hic autem facit opus debitum ex præcepto apprehenſo à conſcientia proponente, & dictante ita faciendum eſſe. Tum quia actus humanus ſuam bonitatem ſumit ab obiecto, quod menti proponitur, & in quod voluntas fertur; cum igitur obiectum, quod conſcientiæ inuincibiliter erranti proponitur, proponatur vt bonum, vt ſuppono, & in ipſum voluntas tanquam in bonum feratur, ſequitur actum circa tale obiectum bonum eſſe. Ita Clauis Regia loc. cit. num. 27. Salas lo. cit. ſect. 3. num. 20. Valentia lo. cit. pun. 5. Vaſquez p. 2. diſp. 60. cap. 3. Azorius loc. cit. cap. 8. quæſito vltimo. Becanus tractatu 1. cap. 4. quæſt. 7. n. 17. Sanchez lo. cit. & alii.

An verò talis actus ſit meritorius de condigno, alibi explicandum eſt.

24 Tertiò dubiũ eſt, vtrum ille peccet, qui dum carcere detinetur, putat ſe peccare non audiendo Miſſam, quam nequit audire. Alicui fortaſsè dicendum videbitur peccare, quia videtur facere contra dictamen conſcientiæ.

Sed cōtrarium ſuſtinendum eſt. Ratio eſt quia nullum eſt peccatũ, niſi voluntarium, talis autem omiſſio non eſt voluntaria, cum detentus in carcere nequeat Miſſę ſacrũ audire. Ita Sanchez loco cit. num. 3. & alii recentiores.

Ad

Digitized by Google

Ad rationem in contrarium reſpondeo illud, quod fit contra cõſcientiam,imputari ad peccatum, modò ſit in noſtra libertate.

25 Hinc primò colligitur differẽtia inter eum,qui carcere detentus nequit Miſſam audire, putans ſe omiſsione ſacri peccare,& inter eũ, qui domi per infirmitatem detinetur,credens ſe grauiter peccare nõ audiendo ſacrum; primus enim nõ peccat defectu libertatis, & voluntarij; ſecundus verò non videtur excuſandus à peccato, cum abſolute loquendo libertatẽ habeat audiendi Miſſam;quamuis eam audire non poſsit abſque ſanitatis diſpendio.

26 Secundò colligitur, eũ nõ peccare, qui, arrepta per vim ab altero manu,percutit clericum,putans ſe peccare; non enim exercet actionem liberè, ſed violenter, nec in illam conſentit, vt ſuppono. Ita Sanchez loco cit.

27 Quartò dubium eſt,vtrum qui ex conſcientia erronea putat vtrãque contradictionis partẽ eſſe peccatum, peccet alterutram partem ſequendo,vt ſi muliercula, cui cura infirmi incumbit,iudicet ſe peccare non audiendo ſacrum, dum curã infirmi habet, & ſimul etiam credat ſe peccare deſerendo infirmũ, vt ſacrum audiat.

Reſpondeo peccare quamcunq; partem eligat,modò ignorãtia, ſeu conſcientia ſit vincibilis, vt dictũ eſt quæſito primo. Si verò conſciẽtia ſit inuincibilis, peccat niſi eligat id, quod grauius obligat;quia de duobus malis minus eſt eligendum. Si verò diſcernere nequeat quodnam magis obliget,& quodnã ſequi teneatur, Aliqui Doctores putant peccare quamcunque partem eligendo; quia facit contra conſcientiam, dum libertate vtitur; poteſt enim, dum infirmum curat, ſacrum audire,&,dum ſacrum audit, infirmum curare.

Sed mihi dicendum videtur non peccare, quamcunque partem eligat, ſi diſcernere nequeat,quænam pars magis obliget, & quamnam partem ſequi teneatur. Ratio eſt quia talis actus licet in ſe ſit abſolutè liber; tamen moraliter,& humano modo non videtur liber, cũ nõ vitetur culpa electa quauis parte, & homo non debet eſſe perplexus, & neceſſariò peccare. Ita Sanchez loco cit.nu. 14. Becanus tractatu 1.cap. 4. quæſt.8.nume.7. Rodriquez in ſumma parte 2. cap.51. num.6. Reginaldus lib. 13. num.86. verſiculo. Modus autẽ, Suarez lib. 6.cap.8.num.12.verſ. Mihi prior, & alij recentiores.

Amplia hanc doctrinam cum Becano,Sanchez,&alijs,etiamſi ignorantia initio fuerit culpabilis; ſed modo effecta ſit inculpabilis ratione pœnitentiæ; nam ignorantia vincibilis, & culpabilis reddi poteſt inculpabilis ratione pœnitentiæ, vt inferius explicabo in diſp.de Fide, & charitate.

Reſtringe verò hanc doctrinam, ſi ignorantia ſit vincibilis, dum alterutra pars eligitur, vt conſtat ex primo quæſito.

28 Quintò dubium eſt, vtrum qui aliàs ex conſciẽtia erronea credidit aliquod opus eſſe peccatũ, ſed, dum illud opus præſtat,nõ amplius actu iudicat, vel dubitat eſſe peccatum,excuſetur à peccato.

Reſpondeo excuſari; nam ſicut inaduertentia excuſat à peccato,

vbi

vbi alioquin eſſet peccatũ; ita multò magis excuſat inaduertẽtia culpæ, vbi re ipſa non eſt culpa. Ita Salas par. 2. quæſt. 21. tracta. 8. diſput. vnica ſect. 3. nu. 29. Vaſquez par. 2. diſp. 60. cap. 3. Sanchez loc. cit n. 7. Azor lo. cit. quæſito 12. & alij cõtra nonnullos alios.

29 Vltimò dubium eſt, vtrum qui facit aliquid illicitum cum dubio conſcientiæ, ſatisfaciat in confeſſione dicendo ſe talem rem illicitam egiſſe, vel teneatur dicere, an ſcienter, vel cum dubio conſcientiæ fecerit.

Reſpondeo ſatisfacere dicendo ſe talem rem illicitam egiſſe, modò cõfeſſarius ſufficienter cognoſcat peccatum. Ratio eſt quia peccatum factum cum ſciẽtia eſt eiuſdem rationis cum peccato facto cum dubio, vt patet ex tertia propoſitione. Quanquam ille grauius peccat, qui rem malam facit iudicans eſſe malam, quam is, qui actu hoc non dijudicat; habet enim maius voluntarium. Ita Sayrus lib. 1. cap. 4. nu. 22. Valentia tom. 2. diſp. 2. quæſt. 14. pun. 4. dubio 2. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 11. nu. 5. & alij.

Dixi, modò Confeſſarius ſufficienter cognoſcat peccatum, vt aduerterem pœnitentem teneri in cõfeſſione aperire peccatum, quod ipſe pęnitens ex conſcientia erronea credebat eſſe adnexum actui, quem fatetur, vt conſtat ex tertia propoſitione; niſi enim pœnitens hoc aperiat in confeſſione, confeſſarius non ſufficienter cognoſcet peccatum, quia non cognoſcit erroneam conſcientiam pœnitentis, niſi pœnitens eam manifeſtet. Quã obrem qui fecit aliquid credens eſſe peccatum, quod rẽ vera nõ erat, tenetur id, quod fecit in confeſſione detegere eo pacto, quo credebat eſſe peccatum, nam faciens aliquid ex conſcientia erronea credens eſſe peccatum, cõmittit peccatum illius ſpeciei, quam conſciẽtia apprehendit.

QVARTA PROPOSITIO.

30 SI conſcientia fuit temerè, & abſque fundamento concepta, deponi poteſt abſque vlla ratione, iudicando ipſam conceptam fuiſſe ſine ratione, & fundamento. Ratio eſt quia res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur; ſed cõſcientia erronea ſuborta fuit abſque ratione, & fundamento, vt ſuppono; ergo etiã deponi, & diſſolui poteſt abſque ratione, & fundamento.

Si verò cum fundamento cõcepta fuit, requiritur aliqua ratio probabilis, ſeu fundamentũ rationabile ad illam deponendã; alioquin temerè deponeretur; & perinde eſſet, ac facere contra conſcientiã, ſeu ac ſi conſcientia nõ fuiſſet depoſita; nam exponeret ſe periculo peccandi, neſciẽs conſcientiam eſſe erroneam, & aliter dictare, quam re vera ſit. Ita Reginaldus loco ſupra cit. num. 73. Vaſquez p. 2. diſp. 67. cap. primo ad finem. Salas p. 2. quæſt. 21. tract. 8. diſp. vnica ſec. 3. num. 30. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 11. num. 10. & alij contra Clauem Regiam lib. 1. cap. 4. nu. 18. Valentiam lo. cit. pun. 4. quæſito 3. Azorium, & alios apud Sanchez lo. cit. nu. 9. arbitrantes deponi poſſe ad libitum, & ſine vlla ratione.

Digitized by Google

PVNCTVM VII.

Vtrum faciens aliquid cum conſcientia dubia peccet.

1 *Dubium propriè dictum eſt quando intellectus neutri parti aſſentitur.*

2 *Habens dubium ſpeculatiuũ, in praxi debet formare iudicium ſimile ſpeculatiuo, niſi ratio euidenter aliud ſuadeat.*

3 *Peccat peccato eiuſdem ſpeciei, cuius eſt peccatum, qui cum conſcientia practicè dubia aliquid operatur. Secùs ſi aliquid operetur nõ practicè dubitans.*

4 *Percutiens laicum putans eſſe clericum peccat contra reuerentiam eccleſiaſticis perſonis debitam.*

5 *Dubitans de valore matrimonij poſt contractum matrimonium peccat peccato adulterij ad aliam accedendo.*

6 *Peccat ille qui ſpeculatiuè certus eſt licitum eſſe in die feſto docere, ſed, dum docet, dubitat, an hic, & nũc ſibi liceat.*

7 *Dubitans abſolutè licere in die feſto iter facere, peccat, ſi iter faciat adhuc dubitans ſibi licere.*

8 *Peccat qui practicè dubitat in vtrãque partem, niſi adhibita diligentia minus malum eligat.*

9 *Maius malum cenſetur, quod cæteris paribus probabilius imminet.*

10 *Non peccat quis mortaliter ſeruiliter operando in die feſto, ſi credat ſibi licere ob neceſſitatem.*

11 *Dubitans an liceat rem alienam capere, ſed practicè deponens dubium, & ſurripiẽs in extrema neceſſitate, non peccat.*

12 *Quid requiratur, vt conſcientia practicè deponatur, & vincatur dubium ſpeculatiuum.*

13 *Iuſta cauſa deponendi dubium ſpeculatiuum eſt conſilium doctorum virorum, & poſſeſſio.*

14 *Ad cognoſcendum quis poſſideat ſtãdum eſt iudicio fori externi.*

15 *Dubitans an excommunicationẽ contraxerit non tenetur ſe tanquam excommunicatum gerere.*

16 *Dubitans an iuſtè lata ſit excommunicatio, vel à legitimo ſuperiore, & c. excommunicationem incurrit, ſi cõtra legem fecerit.*

17 *Dubitans de lege, aut præcepto lato non tenetur legem, & præceptum ſeruare, ſi præmiſſa diligentia veritatem non aſſequatur.*

18 *Dubitans, an votum, vel iuramentũ emiſerit non tenetur votum, vel iuramentum ſeruare, modò dubium ſit æquale.*

19 *Dubitans, an lex continens cenſurã, vel irregularitatem ſit acceptata, tenetur legem ſeruare.*

20 *Poſſeſſor bonæ fidei, aut qui matrimonium contraxit, ſi poſtea dubitet rẽ ſuam eſſe, vel matrimonium fuiſſe validũ poteſt dubium practicè deponere.*

21 *Dubitans homicidium ſua culpa contigiſſe tenetur ſe tanquam irregularem gerere.*

VT propoſita difficultas, cuius ſolutio ad praxim, & ad mores valdè conducit, intelligatur.

1 Premittendum eſt primo nos in hoc pũcto loqui de dubio proprie accepto, quo intellectus neutri parti aſſentitur, ſed manet in æquilibrio, vel ferè manet in æquilibrio abſque determinato aſſenſu alicuius partis, licet fortè maiorem habeat inclinationem, & propenſio-

nem

nem ad vnam, quam ad alterã partem; duplex autem eſt dubium; Alterum dicitur ſpeculatiuum; alterum practicum, ſeu in particulari.

Dubium ſpeculatiuũ contingit, quando dubitatur in genere aliqd, exempli gratia eſſe licitum, vel illicitum, vt quando quis dubitat aliquem contractum vſurarium eſſe, aut licere in die feſto iter pagere.

Dubium practicum eſt, quando dubitatur hic, & nunc, tempore videlicet operis præſtandi, opus licitum, vel illicitum eſſe, vt ſi ego hic, & nunc dubitem hanc doctrinam, quam modò trado, veram non eſſe aut hunc contractum, quem modo celebro, vſurarium eſſe, aut mihi nunc licere iter peragere. Ita Nauarrus in manuali præludio 9. nu. 9. Caietanus p. 2. q. 59. art. 5. ad 2. Reginaldus lib. 19. cap. 9. num. 79. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 10. Gutierez de Matrimonio cap. 49. num. 25. Martinus Becanus tracta. 1. cap. 4. quæſt. 8. & alij cõmuniter.

Ex quo licet inferre, quænam dicatur conſcientia ſpeculatiuè, aut practicè dubia.

2 Præmittendum eſt ſecundò, eũ, qui dubium habet ſpeculatiuũ, debere in praxi formare iudicium ſimile ſpeculatiuo, niſi ratione ſufficienti moueatur ad variandum dubium, & ad aliter in praxi iudicãdum; abſurdum enim eſt dubitantem abſolutè, an aliquid licitũ ſit, non etiam dubitare, an idem ſibi hic, & nunc liceat, niſi forte rationabilem habeat cauſam, qua moueatur ad credendum ſibi licere; Vnde qui dubitat aliquem cõtractum vſurarium eſſe; dubitabit etiã hic, & nunc, dum talem contractũ celebraturus eſt, vſurarium eſſe, niſi forte ſufficienti ratione inducatur ad variandum dubium, aliterq; in praxi dijudicandum; poteſt enim ſuboriri, & ſuperuenire ratio ſufficiens ad variandum in praxi iudicium, vt patet in eo, qui licet nouerit licitum non eſſe rem alienam ſurripere, nihilominus ſuperueniẽte extrema neceſsitate, poteſt hic, & nunc iudicare licitum eſſe rem alienam capere, quia neceſsitas extrema eſt ratio ſufficiens ad variandum in propoſito caſu iudiciũ; cũ neceſsitas extrema efficiat omnia communia.

Quæ diximus de dubio practico, & ſpeculatiuo poſſunt cum proportione accommodari ſcientiæ, & opinioni, ita vt ſicut aliquando licet depoſito practicè dubio cõtra dubium ſpeculatiuum operari, vt inferius explicabitur, ita etiam liceat operari depoſita practicè ſcientia, vel opinione, quæ ſpeculatiuè oſtendebat aliquid licitè fieri nõ poſſe. Ita Molina tom. 1. de iuſtitia diſp. 113. concluſione 3. Sanchez lib. 2. de Matrimonio. diſp. 41. nu. 8. Gutierez loc. cit. alijq; ſtatim citandi.

His præmiſsis oſtendendum nobis eſt in hoc puncto, vtrũ peccet, & quo peccato peccet, qui cum cõſcientia practicè dubia operatur.

VNICA PROPOSITIO.

3 QVi cum conſcientia practicè dubia aliquid operatur peccat, peccato ſcilicet eiuſdem rationis, & ſpeciei, cuius eſt peccatum, de quo dubitatur. Secus ſi aliquid operetur nõ practicè dubitãs eſſe peccatum.

Hæc propoſitio tres hẽt partes.

Prima

Prima eſt eum peccare, qui facit aliquid practicè dubitans eſſe peccatum. Ratio eſt tum quia qui facit aliquid dubitans eſſe turpe, & malum cenſetur, quantum in ſe eſt, velle malum, vult enim illud ea ratione, qua ipſum apprehendit. Tũ quia operans cum dubio peccandi exponit ſe periculo peccati, de quo dubitat; qui autem exponit ſe periculo peccati peccat, Eccleſiaſtici 3. Qui amat periculum peribit in illo. Ita Doctores ſtatim citandi.

4 Hinc ſequitur primò, eum, qui dubitat, vtrum perſona, quam intẽdit percutere, ſit eccleſiaſtica, illamq; nõdum depoſito dubio percutit, mortaliter peccare, non ſolum contra iuſtitiam, verumetiam contra reuerentiam perſonis eccleſiaſticis debitam; conſequenter teneri hanc circunſtantiam in confeſſione aperire, etiamſi forte is, qui percutitur, eccleſiaſtico priuilegio non gaudeat. Ita Doctores ſtatim citandi.

5 Secundò, eum, qui contracto matrimonio dubitat de valore matrimonij, nondumq; adhibita diligentia in indaganda rei veritate accedit ad aliam, peccare peccato adulterij, etiamſi re ipſa matrimonium ante celebratum, ſit inualidũ: nam operatur cũ cõſcientia practicè dubia, & cum dubio accedit ad aliam ignorans validũ eſſe matrimonium antea celebratum. Ita Doctores ſtatim citandi.

6 Tertiò, eũ qui ſpeculatiuè certus eſt abſolutè licitum eſſe in die feſto docere; ſed dubitat, an hic, & nunc ſibi liceat, peccare docendo; nam docet practicè dubitans id ſibi licere; quamuis ſpeculatiuè non ignoret licere. Ita Doctores ſtatim citandi.

7 Quartò, eum, qui dubitat abſolutè licere in die feſto iter facere, & dum iter facit adhuc dubitat ſibi licere, non excuſari à peccato; quia non ſolum ſpeculatiuè; verum etiam practicè dubitat.

Secunda pars propoſitionis eſt, eum, qui facit aliquid practicè dubitans eſſe peccatum, tale peccatũ committere, quale dubitatur. Ratio patet, tum ex rationibus, & illationibus iam allatis; tùm ex dictis de conſcientia erronea; habet enim affectum ad peccatum eiuſdẽ rationis, ſeq; illius periculo exponit. Propterea qui facit aliquid, dubitãs ſe mortaliter peccare, mortaliter peccat. Qui dubitat, an cõmittat ſacrilegium, ſacrilegium cõmittit &c. Ita Nauarrus cap. Si quis autem de Pœnitentia diſt. 7. nu. 61. Becanus lo. cit. nume. 2. Sanchez in opere morali lib 1. cap. 10. nu. 2 & 6. Reginaldus lib. 13. num. 81. & alij Doctores citati, & ſtatim citandi.

8 Si quæras, vtrum peccet qui practicè dubitat in vtrãque partẽ, quia videlicet timet ſibi peccatum ſiue in agẽdo aliquid, ſiue in omittendo.

Reſpondetur peccare niſi adhibita debita diligentia, eligat minus malum, ſi alterutrum neceſſariò eligendum iudicauerit, vt ſtatim explicabitur. Ratio eſt quia facit, vel omittit aliquid practicè dubitans eſſe peccatum, vt in ſimili docui de eo, qui ex erronea conſcientia facit aliquid putans vtrãque contradictionis partẽ eſſe peccatum. Quamobrem in tali euentu obſeruare debet, vt diligentiam, quàm pro loci, tẽporis, & rei qualitate adhibendam iudicauerit, adhibeat

hibeat ad veritatem aſſequendam, quam ſi præſtita morali diligentia non aſſecutus fuerit, ita vt nequeat dubium rationabiliter deponere, & alterutrum eligendum ſit, poterit eligere, quod minus malum eſſe iudicauerit; perinde enim eſt, ac ſi inter duo mala conſtitutus eſſet, de duobus autem malis minus eligendum eſt. Si verò diſcernere nequeat quodnam maius ſit, & quodnam ꝓbabilius immineat, poterit quodcũque libuerit ſine peccato eligere, ſi alteruttrum eligendum ſit. Ratio eſt quia re ipſa nunquam ſimpliciter datur perplexitas, vt homo neceſſariò peccare debeat. Ita Sãchez in opere morali lib. 1. cap. 10. nu. 19. Reginaldus, Becanus, & alij, quos in ſimili retuli de cõſcientia erronea dubio 4. poſt tertiam propoſitionem.

9 Obſerua tamen cum Reginaldo num. 87. Sanchez, & alijs, illud cenſeri maius malum, quod cæteris paribus probabilius imminet; ſicut enim illud eſt maius bonum, quod cęteris paribus eſt certius, ita maius malum eſt, quod probabilius imminet, ſeu quod certius eſt.

Dixi cæteris paribus; nam ſi vnũ malum ſit longe grauius, ſed minus probabiliter immineat, quam alterum minus, quod probabilius imminet, hoc, quod probabilius imminet, non cenſetur maius, ſed minus, conſequenter hoc potius eligi debet ad vitandum longe grauius; nam recta ratio dictare videtur, vt effugiatur id, quod longe maius damnum afferre poteſt. Quamobrem ſi quis inuincibiliter dubitet ſe teneri ad mentiendum, vt tueatur alicuius vitam, & alioqn putet ſe reum homicidij, niſi mentiatur, tenetur, ſi adhibitã diligẽtia nõ potuit veritatem aſſequi, potius mentiri: quia culpa homicidij longè grauior eſt mẽdacio officioſo. Ita Doctores citati.

Tertia pars propoſitionis eſt, illum non peccare, qui facit aliquid, non practicè dubitans eſſe malum, etiamſi ſpeculatiuè dubitet malum eſſe. Ratio eſt tum quia prudenter operatur, cum ex cauſa iuſta deponat dubium, nec habeat affectum ad peccatum, nec exponat ſe periculo peccandi, niſi materialiter, vt in ſimili dixi de conſcientia erronea inuincibili. Tum quia ſic colligitur, ex cap. Quid culpatur, 23. quęſt. 1. vbi habetur milites, qui bellum de mandato Principis gerunt dubitantes de iuſtitia belli, poſſe bellũ gerere, ſi rationabili de cauſa ſibi perſuadeant licitum eſſe, & hoc eſt practicè non dubitare. Ita Doctores ſtatim citandi.

10 Hinc ſequitur primò, illũ, qui ſcit aut dubitat, vtrum liceat ſeruiliter operari in die feſto; ſed poſtea ſuperueniente graui neceſsitate, à qua non poteſt aliter ſubleuari, niſi ſeruiliter laboret, non peccare mortaliter ſeruiliter operando, ſi credat ſibi licitum eſſe operari ob talem neceſsitatem. Ratio eſt quia practicè non dubitat, ſed practicè vincit, & deponit dubiũ ſpeculatiuum. Ita Sanchez, Gutierez, & alij Doct. ſtatim citandi.

11 Secũdò ſequitur, illum, qui dubitat, vtrum liceat rem alienam capere, ſi hic, & nunc variet dubium, ſeu practicè non dubitet, credens ſibi licitum eſſe rẽ alienam capere ob extremam neceſsitatem, qua laborat, excuſari à peccato furti rem alienam capiendo; quia practicè

ticè non dubitat. Ita Nauar. in Manuali lo.cit. Salon. lo.cit. art.7. Azorius par.1. lib. 2. cap.19. quæſito vlt. Sãchez loc.cit. Clauis Regia lib.1. cap.13. Valentia tom.3. diſp.5. q.6. pun.5. Rodriquez par.1. cap.75. Reginaldus lib.13. cap.9. nu.81. Gutierez lo.cit. nu.26. & alij.

12 Quęres, quid requiratur, vt cõſcientia practicè deponatur, & vincatur dubium ſpeculatiuum.

Reſpondeo duo requiri. Primò requiritur debita diligentia in rei veritate inquirenda, quam ratio poſtulat pro rei, temporis, & loci qualitate, & conditione; nam recta ratio dictat adhibẽdam eſſe debitam diligentiam, ne homo temerè, & imprudenter operetur, ſeque periculo errandi exponat. Ita Becanus lo.cit. nume.9. Sanchez nu.7. Reginaldus, & alij locis citatis. Adhibenda eſt autem ea diligentia, quæ hic, & nunc adhiberi poteſt; non enim ſemper eſt neceſſe in dubijs eam adhibere diligentiã, quæ in ſe ſufficiens eſt ad vincendũ dubium; ſed eam adhibere ſufficit, quam loci, & temporis opportunitas permittit. Quamobrem ſi moralis neceſsitas occurrat faciendi aliquod opus, de quo dubitatur, an liceat ſufficit eam diligentiam adhibere, quæ tunc temporis adhiberi poterit, talique diligentia adhibita opus præſtari poterit, iudicãdo licitum eſſe. Ita Suarez de Cenſuris. diſp.40. ſect.5. num.13. Valentia p.2. diſp.2. quæſt.14. pun.4. quæſtiũcula 4. Sanchez in opere morali lib.1. cap.9. num.25. & cap.10. num. 5. & 8.

Secundò requiritur iuſta aliqua cauſa deponendi practicè dubium ſpeculatiuum. Ratio eſt quia iudicium practicum eſt conforme iudicio ſpeculatiuo, niſi iuſta aliqua ratio, ſeu cauſa moueat ad variandum iudicium, & ad faciendũ cõtra dubium ſpeculatiuum. Ita Reginaldus, num.83.; & alij ſtatim citandi.

13 Iuſta autem cauſa variandi iudicium, ſeu deponendi dubiũ ſpeculatiuum, eſt conſilium bonorũ, & doctorum virorum, vt docet Sãchez loc.cit. Reginaldus num.91. & 115. Becanus num.9. Idem dicendũ cenſeo de ſufficienti ſtudio.

Iuſta etiam cauſa deponẽdi dubium ſpeculatiuum, ſeu faciendi contra dubium ſpeculatiuũ eſt poſſeſsio, quam in tractatu de Reſtitutione diximus eſſe titulum communem nõ ſolum in materia iuſtitiæ, verum etiam cæterarum virtutum, ita vt in dubio iudicandum ſit in fauorem poſsidentis, iuxta tritũ ſermone prouerbium, Melior eſt conditio poſsidentis. Ita Sanchez lib.2. de Matrimonio diſp.41. & in opere morali lib.1. cap.10. nu.11. & alij, quos retuli de Reſtitutione. Quapropter quando ſuboritur dubium, & dubitans adhibita ſufficienti diligentia non poteſt rei veritatem inuenire, iudicandum eſt in fauorem poſsidentis; cum dubitans iuſtam habeat cauſam practicè deponendi dubium, & operandi contra dubium ſpeculatiuum.

Ratio, cur poſſeſsio dicatur iuſta cauſa, & titulus ſufficiens ad iudicandum in fauorem poſsidentis, & conſequenter ad variandum iudicium, & ad deponendum dubiũ ſpeculatiuum, ſeu ad faciendum practicè contra dubium ſpeculatiuum, eſt, quia, quando forum exterius nõ nititur falſa præſumptione,

ne, idem iudicandum eſt in foro conſcientiæ, quod iudicatur in foro externo, vt communiter ſentiūt Doctores apud Sāchez cap. 10. nu. 11. citato; ſed forum exterius in dubijs, regulariter loquendo, iudicare conſueuit in fauorem poſsidentis, iuxta commune axioma, Melior eſt conditio poſsidentis; & iuxta regulam iuris, Quando partium iura ſunt obſcura, fauendum eſt potiùs reo, quam actori; ergo etiam in foro conſcientiæ in dubijs iudicandum eſt in fauorem poſsidētis; cōſequenter qui ſuborto dubio debitam præſtitit diligentiam ad rei veritatem aſſequendam, præſtitaq; diligentia manet adhuc dubius, & anceps poteſt dubium practicè deponere, in fauorem poſsidentis iudicare, & contra dubium ſpeculatiuum operari.

14 Sed modò dubium ſuboritur, vndenā poſsimus cognoſcere, quis poſsideat, ſeu pro quo ſtet poſſeſſio, vt in fauorem ipſius iudicium ferre valeamus in foro conſcientię.

Reſpondeo, quando ſuborto dubio, & debita præmiſſa diligentia veritas non apparet, ſtandum eſſe præſumptioni, & iudicio fori externi; nam quando veritas non apparet, idem eſt iudicium vtriuſq; fori, vt bene oſtendit Sanchez loc. cit. Propterea quando forum exterius præſumit de validitate legati, idem præſumendum eſt in foro cōſcientiæ, niſi rei veritas in contrariū appareat; idem enim eſt vtriuſque fori iudicium, quando forum externum falſa præſumptione non nititur.

Ex traditis in ſolutione præcedētis quęſiti, & dubij colligi poteſt ſolutio plurimorum caſuum.

15 Primò colligitur, illum, qui dubitat, an excommunicationem cōtraxerit, non teneri ſe tanquā excommunicatum gerere, & conſequenter non teneri abſolutionē excōmunicationis impetrare, ſi præſtita debita diligentia non poteſt rei veritatem inuenire, vt cum Sāchez, contra Rebellum. Vaſquez, & alios, docui de Cenſuris diſp. 2. q. 2. pun. 6. §. 2. num. 49. habet enim iuſtam, & ſufficientem cauſam deponendi dubium, cum debitam præmiſerit diligētiam, vt ſuppono, ſuāque poſsideat libertatem.

16 Secundò, quando dubitatur, vtrum excommunicatio lata à Iudice ſit iuſta, vel iniuſta; vel, vtrū lata ſit ex ſufficienti cauſa, aut intentione eam ferendi, aut ſeruato modo procedendi; vel, vtrum excommunicatio ablata ſit per abſolutionem; vel vtrum ſuperior iam exiſtens in poſſeſsione excommunicādi poteſtatem habeat excommunicandi, iudicandum eſſe in fauorem excommunicationis; conſequenter excommunicationē ſeruādam eſſe; nam poſſeſsio ſtat pro lege, & pro excōmunicatione; cum poſſeſsio pro eo ſtet, pro quo ſtat præſumptio.

Secus dicendum eſt, ſi dubitetur, vtrum lata ſit ſententia excommunicationis; vel, vtrum adimpleta ſit talis conditio, ſub qua lata eſt ſentētia excommunicationis; vel, vtrū talia verba contineant excommunicationem latam, vel ferendam; tunc enim præſumendum eſt in fauorem ſubditi, cum ſit dubium iuris, & poſſeſsio non ſtet pro excommunicatione, ſed pro libertate ſubditi, & adhibita ſit debita diligentia in aſſequenda rei veritate,

Digitized by Google

ſtatē; vt ſuppono. Ita Sanchez lo. cit. & alij.

17 Tertiò, quando dubitatur, vtrū impoſita ſit aliqua lex, aut præceptum, aut conſuetudo; vel vtrum impoſita ſit aliqua cenſura, vel irregularitas, iudicandum eſſe in fauorē dubitantis, modò præmiſſa ſit debita diligentia in inquirenda rei veritate. Ratio eſt quia poſſeſsio ſtat pro dubitante poſsidēre ſuam libertatem; conſequenter dubium practicè deponi poteſt, quia dubiū practicè deponi poteſt, quoties adhibita debita diligentia adeſt iuſta cauſa deponendi dubium. Ita Suarez de Cenſuris diſp. 40. ſect. 5. num. 15. Emanuel Sà verbo, Dubium, num. 2. & alij apud Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 10. num. 32. & apud Emanuelem Sà loc. cit. contra Vaſquez p. 2. diſp. 65 cap. 3. & diſp. 66. cap. 1. Azorium lib. 2. cap. 19. quæſito 11. & alios.

18 Quartò, quando dubitatur, vtrū votum, vel iuramentum ſit emiſſum, non teneri dubitantē ad exequendum votum, vel iuramentum, quia poſſeſsio ſtat pro dubitante. Ita Rebellus parte 2. lib. 1. quæſt. 3. ſect. 2. num. 10. Suarez de Cenſuris diſp. 40. ſect. 5. num. 15. Sanchez loc. cit. nu. 36. & alij, quos retuli de voto, & de iuramento, cōtra Vaſquez p. 2. diſp. 165. cap. 3. Clauem Regiā lib. 1. cap. 13. num. 36. Azorium parte 1. lib. 2. cap. 19. quæſito 10. & alios apud Sanchez loc. cit.

Et hoc verum eſt ſaltem, quādo dubium eſt æquale, quando verò dubium eſt inæquale, ita vt dubitans magis propendeat in hanc partem, vt credat ſe votum emiſiſſe; grauior eſt controuerſia inter Doctores, an teneatur votū adimplere, de qua re quid nobis ſentiendum ſit dictum eſt de Reſtitutione diſp. 1. quæſt. 2. pun. 2. nu. 6. vbi etiā oſtendimus iudicandum eſſe in tali euentu in fauorem dubitantis.

19 Quintò, quādo dubitatur, vtrū lex aliqua continens cenſuram, vel irregularitatem ſit acceptata, Aliqui Doctores locis ſtatim citandis putant iudicādum eſſe in fauorem dubitantis. Ita Salas p. 2. quæſt. 21. tract. 8. diſp. vnica ſec. 18. num. 169. Azorius parte 1. lib. 2. cap. 19. quæſito 12. & alij. Ratio eſt tum quia perinde eſt, ac ſi adeſſet dubium iuris; cum leges non ſoleāt obligare ante acceptationem; in dubio autem iuris conditi iudicandum videtur in fauorem ſubditorum. Tum quia poſſeſsio ſtare videtur pro ſubditis, ſuam libertatē poſsidentibus.

Sāchez verò in opere morali lib. 1. cap. 10. num. 33. aſſerit iudicandū eſſe in fauorem legis; quia poſſeſſio, & præſumptio ſtare videtur pro lege, quam conſtat latam eſſe, & dubitatur de illius excuſatione; conſequenter non videtur dubium iuris. Ex quo patet reſponſio ad rationes in contrarium. Idem docet Ricius verbo, Praxis alienationis, deciſione 95. vbi oſtendit legem præſumi receptam, quādo dubitatur an ſit recepta. Verùm quid nobis in hac re ſentiendum ſit conſtat ex dictis de legibus, de acceptatione legis.

20 Sextò, eum, qui rem bona fide accepit, aut bona fide contraxit matrimonium, & poſtea incipit dubitare rem ſuam eſſe, aut matrimonium eſſe validum, poſſe dubium practicè deponere, ſibique rem illam detinere, aut debitum ab vxore petere, ſi adhibita debita dili-

gentia in rei veritate inquirenda dubius adhuc permaneat; nam in his caſibus cõcurrit duplex illa ratio, ob quam practicè deponi poteſt dubium ſpeculatiuum. Prima eſt debita diligentia. Secunda eſt poſſeſsio; in dubio autem poſt adhibitam diligentiam fauendum eſt poſsidenti. Ita Sanchez lib. 2. de matrimonio diſp. 41. nu.47. & alij, quorum opinionem probabilẽ putat Gutierez loc. cit. num.28.

21 Septimò, eum, qui dubitat, an homicidium ſua culpa contigerit, teneri ſe tãquam irregularem gerere, quia pręſumptio in hac re ſtat contra ipſum, & in foro externo iudicabitur irregularis ob peculiares textus, in quibus dubius de homicidio ligatur irregularitate, cap. Ad audientiam; & cap. Significaſti, de homicidio. Ita cõmuniter Doctores, quos retuli de irregularitate pun.4. num.3. quidquid in oppoſitum innuat Coninch' de irregularitate diſp.18. dub.2. num.22.

Idem dicendum eſt de eo, qui dubitat, an ſuo conſilio cõcurrerit ad homicidium, vt conſtat ex dictis de homicidio, & de irregularitate, & bene tradit Sanchez lo. cit. num.44. ad finem.

Vltimò ſequitur veras eſſe quãplures illationes, quas adduximus de Reſtitutione pun.2. citato, & toto paragrapho ſequenti, quas non licet hic per tempus iterum percenſere.

Ex dictis ergo explicata manet noſtra propoſitio, videlicet in moralibus non eſſe licitum aliquid agere cum cõſcientia practicè dubia; licitũ verò eſſe depoſita practicè conſcientia agere contra dubium ſpeculatiuum præmiſſa diligentia, & poſita iuſta cauſa, conſequenter licitum nobis eſſe partẽ nobis maximè fauorabilẽ eligere, quando poſſeſsio ſtat pro nobis, & cõtra nos nõ extat iuris diſpoſitio.

Obijcies. Capite, Ad audientiã; & Cap. Iuuenis, de ſponſalibus, habetur in dubijs eligendam eſſe tutiorem partem; ergo in dubio non poſſumus eligere partẽ nobis magis fauorabilem, ſed tutiorem eligere debemus, nec operari poſſumus contra ſpeculatiuum dubium.

Reſpõdeo primò prædictos textus intelligẽdos eſſe de dubio practico, quando nondum eſt adhibita diligentia ad rei veritatem indagandam, nec adeſt ratio ſufficiens ad deponendum practicè dubium, & ad faciendum contra dubiũ ſpeculatiuum; non verò intelligendos eſſe de dubio ſpeculatiuo; nã oſtendimus in dubio ſpeculatiuo nõ eſſe obligationem eligendi partem tutiorem, ſi adhibita ſufficienti diligentia adeſt iuſta cauſa deponendi practicè dubium, & agendi contra dubium ſpeculatiuum. Ita Syluester verbo, Dubium, quæſito 2. Corduba lib.2. quæſt.3. propoſit.3. Gutierez loc. cit. num.27. Sanchez, & alij locis citatis.

Reſpondeo ſecundò, In præcitatis textibus ſermonem eſſe de caſibus particularibus, vt de irregularitate propter homicidium, quam diximus ab eo incurri, qui dubitat ſe aliquem occidiſſe, vt conſtat ex illatione ſeptima, & ex dictis de irregularitate; conſequenter ex dictis textibus nihil contra nos colligitur, cum etiam nos admittamus iudicandum eſſe contra dubitantem, & conſequenter tutiorem partem eligendam eſſe in caſibus in

iure

Digitized by Google

iure expreſsis, & in caſibus, in quibus præſumptiò ſtat contra dubitantem. Ita Suarez de Cēſuris diſp. 40. ſect.6. Coninchus loco cit. nu. 23.& alii Doctores cit.

Ex quo patet rationem, quam in citatis textibus Pontifex affert, non afferri tanquam rationem vniuerſalem, & tanquam generale axioma (conſtat .n. eligi poſſe partem probabilem, & conſequenter tutã relicta probabiliori, & tutiori) ſed tanquam fundamentum ſui decreti in præſenti materia, vt clarius conſtabit in dicendis pun.9. in reſponſione ad primam obiectionem cũ Sanchez, Reginaldo, & aliis.

PVNCTVM VIII.

Vtrum faciens aliquid cum ſcrupulo peccati peccet.

1 *Scrupuloſus dicitur, qui dubitat ex leuibus fundamentis, ſeu inditijs, & motiuis.*

2 *Vndenam ſcrupuli naſcantur.*

3 *Quibus remedijs curentur ſcrupuli.*

4 *Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius circa ſcrupuloſos ob præteritas confeſſiones.*

5 *Non eſt peccatum facere aliquid depoſito, vel etiam perſeuerante ſcrupulo.*

6 *Probabiliter ſibi perſuadens aliquid eſſe licitum poteſt tuta conſcientia illud agere, non obſtantibus apparentijs in contrariũ occurrentibus.*

1 IN precedētibus diximus ſcrupulum eſſe quãdam ſuſpicionem ortam ex leuibus indiciis; cõſequenter illum dici ſcrupuloſum, qui dubitat ex leuibus fundamentis, ſeu indicijs, & motiuis; conſequenter illum iudicãdum eſſe ſcrupuloſum, qui in aliquibus rebus frequenter dubitat ex leuibus moti uis, vt bene docet Azorius par. 1. lib. 2. cap. 20. q̃ſito 3. Vaſquez p. 2. diſp. 67. cap. 2. num. 8. Sanchez in opere morali lib. 1. c. 9. nu. 2. & alij cõiter.

Verum ſi quis dubitet, an ſit ſcrupuloſ⁹, ſtare debet iudicio viri docti, vt confeſſarij. Ita Sanchez loc. cit. cap. 10. num. 81.

Hoc poſito quærendũ eſt in hoc puncto. Primò, vnde ſcrupuli naſcantur. Secundò, quibus remedijs curentur. Tertiò, vtrũ liceat operari contra ſcrupulos ipſis depoſitis, vel adhuc perſeuerantibus.

PRIMA PROPOSITIO.

2 EX multis cauſis ſcrupuli ſuã trahunt originem.

Primò ex malenconia, per quam homo timidus efficitur, timetquè vbi timendum non eſt.

Secũdò ex ignorãtia, per quã homo diſcernere nequit verũ à falſo.

Tertiò ex Diaboli ſuggeſtione, cuius proprium eſt laqueos, & anguſtias in animam inducere.

Quartò ex nimia maceratione, & afflictione corporis, vt ex ieiunio, & vigilijs, quæ ita cerebrum exſiccant, vt mentem conturbent, ſcrupuloſq; occaſionaliter pariant.

Quintò ex frequẽti conſuetudine, ſeu familiaritate, & conuerſatione cum ſcrupuloſis; Sicut .n. probi, vel improbi mores trahuntur à perſonis, quibuſcum familiaritas habetur; ita ſcrupuli ex ſcrupuloſorum conſuetudine, & familiaritate oriri conſueuerunt.

Sextò ex ſuperbia, quæ ſicut omnis peccati fons meritò nuncupatur;

tur; ita etiam ſcrupulorum, & afflictionis animę cauſa exiſtit. Ita S. Antoninus parte 1. tit. 3. cap. 10. §. 10. Nauarrus in Manuali, cap. 27. nu. 282. Sylueſter verbo, Scrupulus, Reginaldus lib. 13. num. 118. Azorius par. 1. lib. 2. cap. 20. quæſito 5. & alij, quos in ſequẽtibus referam.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 MVlta percenſeri ſolent remedia, quibus curari poteſt ſcrupuloſus, & quibus Confeſſarius vti poteſt erga pœnitentem ſcrupulis agitatum.

Primum remedium eſt, vt quando ſcrupulus oritur ex cauſa naturali, talis cauſa auferatur; nam ſublata cauſa tollitur effectus. Quamobrem ſi ſcrupulus oriatur ex malenconia, vel nimia maceratione, præſtanda eſt opera, vt occurratur malenconiæ, & macerationi. Ita communiter Doctores.

Secundum remedium eſt, vt ad Deum per proprias, & alienas preces cum humilitate; fiducia, & deuotione recurratur, vt ex Diuo Auguſtino obſeruat Reginaldus, lib. 2. num. 109. & alij Doctores citati; nam omne donum optimũ deſurſum eſt à Patre luminum.

Tertium eſt, vt dubia ſcrupuloſi explicentur in meliorem partẽ. Ita Sãchez loco citãdo, n. 84. Azorius lo. cit. quæſito vlt. & alij DD. citati. Cum enim ſcrupulus ex leui fundamẽto naſcatur, par non eſt, vt ſcrupuloſus damnũ ex leui fundamẽto patiatur: & ſicut in dubijs iudiciũ ferendum eſt in fauorem poſſidẽtis ſuam libertatẽ, Argumento textus de reg. iur. in 6. Cum partiũ iura ſunt obſcura, reo potius fauendum eſt, quã actori; ita à fortiori in materia ſcrupulorum, qui leui nituntur fundamento, in fauorem ſcrupuloſi iudicandum eſt.

4 Quartum eſt, vt Confeſſarius conſulat pœnitenti, ne confiteatur peccata, quę dubitat eſſe mortalia, nec permittat ipſum aperire, quæ dubitat in alijs cõfeſsionibus fuiſſe manifeſtata, ſi confeſſarius ſciat pęnitentem mediocrem diligentiã adhibuiſſe ad integrè cõfitendum. Ita Emanuel Sà verbo Confeſsio, num. 42. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 10. nu. 86. & alij ſtatim cit.

Addo confeſſariũ nulla rõne debere pęnitẽti, licèt importuno, permittere, vt fateatur peccata, quæ dubitat in aliis cõfeſsionibus fuiſſe manifeſtata; non. n. debet morẽ gerere importunitati huiuſmodi pęnitentis; cũ credulitas ſcrupuloſi in hac parte æquiualeat certitudini hominis pacatæ conſcientiæ, & ex alio capite timeatur fore, vt ſcrupulorum occaſio minimè amputetur, ſi opportunitati pęnitentis cõſenſerit. Ita Sanchez, num. 85. Henriquez lib. 5. de Pęnitentia, cap. 3. num. 4. Emanuel Sà, & alij.

Addo ẽt hoc verũ eſſe, licèt pœnitens dubitet confeſſarium bene percepiſſe, aut bonũ dediſſe conſiliũ; nam credere debet cõfeſſariũ ſatis percepiſſe, bonumq; cõſilium dediſſe. Ita Becanus lo. cit. n. 5. Reginal. lib. 2. n. 111. Sãch. & alii lo. cit.

Addo deniq; cõfeſſariũ ſępiſsimè nõ debere, non ſolũ in cõfeſsione, verũ neq; extra confeſsionẽ admittere pęnitentẽ ſcrupuloſum ad aperiẽdos ſcrupulos, quos pęnitẽs vellet extra cõfeſsionẽ aperire, gratia conſilii capiẽdi; alioquin ſcrupulis nunquam imponeretur finis. Immò confeſſarius debet aliquãdo pęnitentẽ reprehẽdere, & deterrere, ne ſcru-

ſcrupulos aperiat, vel confiteatur; tenetur enim vti medijs ad reſecādos ſcrupulos opportunis.

5 Quintum remedium eſt, vt Cōfeſſarius pęnitenti, qui ſcrupulis vexatur, præcipiat, ne credat aliquid eſſe mortale, ſeu ſe mortaliter peccaſſe, ſeu ſe conſenſum peccato præbuiſſe; niſi hoc ipſi omninò cōſtet; nam ſcrupuloſus, qui ſe nouit ſcrupuloſum, rationabilem habet cauſam opinandi illos eſſe ſcrupulos; licitum autē eſt ſequi opinionem probabilem. Proptereà ſcrupuloſus, qui dubitat aliquem eſſe ſcrupulum, poteſt illum tanquam ſcrupulū deponere; ſicut enim poteſt ſcrupulos deponere credendo nihil, quod ipſe fecerit, eſſe mortale, niſi omninò ipſi conſtet eſſe mortale; ita poteſt ſcrupulos deponere, quoties dubitat eſſe ſcrupulos; habet enim rationabilem cauſam opinandi ipſos eſſe ſcrupulos; cū nouerit ſe ſcrupuloſum. Ita Emanuel Sà verbo, Dubium, & alij ſtatim citandi.

Neque ſinat ſe terreri mora temporis, vel conatu, & intenſione. Ratio eſt tū quia adhuc procedit allata ratio, quia, cum nouerit ſe ſcrupuloſum, rationabilē hēt cauſā opinandi ſe peccato nō conſenſiſſe. Tum quia vir timoratę conſciētiæ iudicare poteſt in actu non adfuiſſe debitam aduertētiam, & deliberationē, vt cōſtat ex ſupra traditis. Ita Becanus lo. cit. n. 3. & alij.

Addo aliquem poſſe aliquando ita ſcrupulis agitari, vt ei conſulendum ſit, ne credat aliquid eſſe mortale, aut ſe mortaliter peccaſſe, niſi hoc ipſi ita conſtet, vt hoc valeat aſſerere cum iuramēto. Hoc idem remedium applicari poteſt pœnitenti valdè ſcrupuloſo circa præteritas confeſsiones, vt videlicet confeſſarius non permittat huiuſmodi pœnitentem anteactæ vitę peccata confiteri; niſi pœnitens iurare poſsit ſe nunquam talia peccata in confeſsionibus aperuiſſe; nam experientia docet credulitatē ſcrupuloſi æquiualere certitudini pacatæ conſcientiæ. Ita Emanuel Sà verbo, Dubium, num. 5. Clauis Regia lib. 1. cap. 14. nu. 2. Vaſquez par. 2. diſp. 67. cap. 2. ad finem. Azor cap. 20. citato, quæſito 10. Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 10. nu. 82. & 85. Becanus par. 2. tracta. 1. cap. 4. quæſito 10. num. 4. Quibus etiam adhęrere videtur Reginaldus lib. 2. num. 123.

Sextum, vt ſcrupuloſus ſtet dictis confeſſarij, vel ſuperioris, vel alterius probi, & periti hominis, illiquè obediat, vt obſeruant communiter Doctores; dictum enim cōfeſſarij ſufficientem præbet rationem deponendi ſcrupulos.

Addo cum Emanuele Sà, Verbo Dubium, num. quarto, ſcrupulum deponi poſſe non ſolum conſilio confeſſarij, aut alterius viri docti; verum etiam alia probabili ratione, vt patet ex remedijs iam recenſitis.

Septimum eſt, vt ſcrupuloſus ſæpè faciat contra ſcrupulos, vt illis occaſionē eripiat; ſecanda enim eſt via, qua ſcrupulis in animam aditus patet. Quamobrem ſi quis in terram expuendo dubitet peccatū contrahi, debet data opera ſæpiùs expuere, vt ſcrupulos vincat, ſuperet, & contemnat. Ita Becanus lo. cit. num. 3. Sanchez, & alij Doctores citati.

4 Addo confeſſarium debere pęniten-

nitẽtẽ de obligatione, qua tenetur ſpernere ſcrupulos, admonere, quoties videlicet pœnitens graue dãnum ex ſcrupulis, & anxietatibus patitur; tenetur enim conſulere pęnitenti. Ita Clauis Regia lib. 1. cap. 14. Sanchez loc. cita. num. 83. Vaſquez par. 2. diſp. 2. quæſt. 14. pun. 4. quæſtiuncula vlt. Reginaldus lib. 2. num. 112. & alij.

Octauum remedium eſt, vt ſcrupuloſus paruipendat argumenta, quæ naſcuntur ex ſcrupulis, nec ad ſcrupulos, vel eorum rationes attendat; ſed potius obediat confeſſario, aut alteri viro probo, & docto, conſulenti ſcrupulos depoui, eorumq; argumenta contemni.

Neque obſtat primò argumentum quorundã ſcrupuloſorum, hoc pacto argumentantium. Nunc tẽporis faciendum eſt, quod fieret in mortis articulo, ſed in mortis articulo non poſſumus contemnere ſcrupulos, & contra illos hoc modo agere, illorumquè rationes, & argumenta paruipendere; ergo neque poſſumus hoc tempore facere contra ſcrupulos, illoſq; contemnere.

Reſpondetur enim primò negãdo maiorem propoſitionem; non enim hoc tempore facienda ſunt omnia, quæ fieri debent in articulo mortis, in quo proximum eſt ſalutis periculum.

Reſpondeo ſecundò, data maiori propoſitione, negandam eſſe minorem; arbitror enim etiam in articulo mortis faciendum eſſe cõtra ſcrupulos, illoſquè contemnendos, & repellendos eſſe; alioquin hominem inducerent in deſperationem, aut illum de mente deijcerent; Neque poteſt ratio ſufficiens afferri ad oſtendendum viam ſcrupulis aperiendam eſſe. Ita Corduba lib. 3. quæſtio. 5. propoſitione 4. Sanchez loc. cit. nu. 81. Reginaldus lib. 13. nu. 124.

Neque obſtant ſecundò textus, qui ab aliquibus in contrariũ adducuntur, qualis eſt ille, In dubijs tutior pars eſt eligenda.

Reſpondetur enim illos textus explicandos eſſe de dubio propriè dicto, in quo ſeruandæ ſunt regulæ in præcedenti puncto recenſitę; non verò intelligendos eſſe de ſcrupulo propriè accepto.

Sed modò dubiũ ſuboritur, quid faciendum ſit cum illis ſcrupuloſis, qui non videntur omninò timoratæ conſcientiæ; ſed tantummodò ſoliciti ſunt circa præterita peccata, dubitantes, an illa ritè ſint confeſsi, ſed non multum curant peccata in futurum præcauere.

Reſpondetur cũ huiuſmodi ſcrupuloſis cautius agendum eſſe, quã cum alijs, qui ex timore diuinæ offenſæ ſcrupulis vexantur; quia in his non æqualiter militant rationes excuſationis, quas pro ſcrupoloſis timoratæ conſcientiæ adduximus. Quanquam etiam concedo iſtorũ dubia in mitiorem partem explicanda eſſe, & confeſſarium etiam cum huiuſmodi ſcrupuloſis poſſe prædictis remedijs, & regulis vti, prout prudentia, & recta ratio dictauerit; faciendum enim eſt, quod recta ratio dictat. Ita Vaſquez par. 2. diſp. 67. ad finem. Sanchez lo. cit. num. 86. & alij.

TERTIA PROPOSITIO.

5 NOn eſt peccatum facere aliquid depoſito ſcrupulo, aut

aut etiam ipſo permanente, vt docet Sanchez in opere morali libro 1. cap. 10. num. 80. Reginaldus lib. 13. nume. 114. & lib. 2. num. 112. Becanus loc. cit. nume. 4. Emanuel Sà verbo Dubium, ad finem. Nauarrus in Manuali præludio 9. nu. 9. & alij contra Lopez, parte 1. cap. 3. Ratio eſt tum quia Doctores communiter docent faciẽdum eſſe cõtra ſcrupulos, tunc autem maximè facimus contra ſcrupulos, illoſquè paruipendimus, quandò aliquid operamur ipſis etiam permanentibus. Tum quia ſi per quodcunque argumentum, quod facit nos formidare de eo, quod probabiliter iudicamus, abſtinendum eſſet ab opere, de quo probabiliter iudicamus, ardua ſanè eſſet ad Cœlum via; cum humanum ingenium non ita res aſſequatur, vt de contraria falſitate nihil omninò formidet. Tum quia ſi eſt peccatum aliquid facere manente ſcrupulo, maximè quia fit contra dictamẽ conſcientiæ; ſed hæc ratio non obſtat; quia ſcrupulus, cum originem trahat à leui fundamento, non eſt ſufficiens ad auferendum morale iudicium, ita vt qui facit aliquid cum ſcrupulo permanente, dicatur illud contra dictamen conſcientiæ facere; conſcientia enim non dictat illud eſſe illicitum; ſed ſcit, vel firmiter credit eſſe licitum cum aliqua apparentia oppoſiti, vt patet ex natura ſcrupuli, qui conſiſtit in apparentia contra prius iudicium, ideſt contra id, quod ſcitur, vel firmitèr creditur.

Obijcies. Cap. Inquiſitioni, de ſententia excommunicationis, habetur coniugem habentem ſcrupulum circa valorem matrimonij nõ poſſe debitum petere, niſi prius deponat conſcientiam leuem, ideſt ſcrupulum, ergo non licet facere contra ſcrupulos nondum depoſitis ſcrupulis.

Reſpondeo in citato cap. ſermonem eſſe nõ de ſcrupulo propriè dicto, ſed potiùs de dubio, per quod tollitur aſſenſus alterius partis; per ſcrupulum verò propriè acceptum non tollitur aſſenſus alterius partis. Ita Sanchez loc. cit.

6 Hinc ſequitur, eum, qui probabiliter ſibi perſuadet aliquid eſſe licitum, poſſe tutta conſcientia illud peragere non obſtantibus apparẽtijs in contrarium occurrẽtibus, etiamſi tali nitantur argumento, vt illud ipſe nequeat diſſoluere, niſi fortè argumentum tale ſit, vt tollat iudicium, ſeu aſſenſum de eo, quod licitum exiſtimabat; tunc enim non dicitur ſcrupulus, ſed dubium, conſequentèr in tali euentu ſeruandæ ſunt regulę, quas puncto pręcedenti tradidi de dubio, in quo non licet quidquam operari, niſi dubiũ practicè deponatur. Ita Nauarrus cap. Si quis, de Pœnitentia diſt. 7. nume. 78. Reginaldus lib. 13. nume. 112. & 113. Sanchez in opere morali libro 1. cap. 9. nume. 2. & alij.

PVNCTVM IX.

Vtrũ peccet qui ſequitur opinionẽ probabilem relicta tutiore, vel probabiliore.

1 *Opinio probabilis eſt, quæ non leui fundamento nititur.*

2 *Sententia tutior dicitur, in cuius electione nullum poteſt eſſe peccatum.*

Digitized by Google

3 *Datur aliquando opinio tutior, quæ minus probabilis eſt, & è contra.*

4 *Poſſumus abſque peccato ſequi opinionem probabilem relicta probabiliore, & tutiore, quamuis opinio probabilior, & tutior ſit propria opinio.*

5 *Non poſſumus probabilem opinionẽ ſequi relicta probabiliori, ſi immineat aliquod periculum, ad quod vitandum prudentia, iuſtitia, vel charitas dictet.*

6 *Licet confeſſario, aut interrogato reſpondere iuxta opinionem probabilem aliorum relicta propria probabiliori.*

7 *Poſſumus ſequi opinionem probabilẽ non ſolum eximendo petentem ab obligatione, ſed etiam obligationẽ imponendo, niſi petens requirat ſententiam eius, qui dat conſilium.*

8 *Confeſſarius poteſt accommodare, & conformare ſe opinioni pœnitentis probabili.*

9 *An confeſſarius teneatur abſoluere pœnitentem iuxta probabilem ipſius pœnitentis opinionem.*

10 *Poſſunt excuſari, qui plures adeunt Doctores, donec vnum inueniant, qui reſpondeat in ſui fauorem.*

11 *Vir prudens poteſt aliquando ob firmum fundamẽtum à communi opinione recedere.*

12 *Communis opinio eſt illa, quam multi Auctores claſſici ritè perpẽſis vtriuſq. partis rationibus ſequuntur.*

13 *Iudex in ferenda ſententia poteſt quã maluerit opinionem probabilem ſequi, modò opiniones ſint æquè probabiles.*

14 *Quomodo ſe gerere debeat Iudex, quãdo adſunt opiniones probabiles ex parte iuris, vel ex parte facti.*

15 *Iudex etiam in cauſis criminalibus poteſt quam maluerit opinionem æquè probabilem ſequi.*

16 *Aduocatus, vel Cauſidicus poteſt tã in ciuilibus, quam in criminalibus tueri cauſam in fauorem ſui clientis, quamuis putet aduerſariorũ opinionem probabiliorem eſſe, modò tamen ſua opinio ſit probabilis.*

17 *Pœnitens abſens non poteſt abſolui.*

18 *Pars tutior eligẽda eſt in adminiſtratione ſacramentorum, quando periculum imminet inualiditatis ſacramenti.*

19 *In quibus caſibus liceat ſequi opinionẽ probabilem relicta tutiori in ſacramentis adminiſtrandis.*

20 *Non ſemper poteſt Medicus in applicandis remedijs, & medicinis ſequi opinionẽ probabilem relicta tutiore.*

21 *Medicus tenetur infirmo præbere pharmacum, quod certò ſcit profuturum omiſſo eo, de quo dubitatur.*

22 *Medicus quando nullum extat certũ pharmacum tenetur ſequi tutiorẽ ſententiam in eligendo pharmaco.*

23 *Medicus poteſt remedium dubium, ſi certum non extet, applicare, quando nulla eſt ſpes de ſalute infirmi.*

24 *Medicus grauiter peccat tradendo pharmacum, quod probabilius creditur nociturum infirmo, quam profuturum.*

25 *Medicus tradens pharmacum infirmo ad ſumendum de eo experimentum grauiter peccat.*

1 Notandum primò illam dici opinionem probabilem, quę nititur nõ leui fundamento, id eſt, quæ adhæret rationibus firmis, vel auctoritate inſignium Doctorum. Quapropter, vt aliqua opinio dicatur probabilis, attendendum eſt primò, qua ratione nitatur. Secundò, an contineat errorem. Tertiò, an ſit abolita, & antiquata. Quartò,

by Google

Quartò, vtrum habeat auctores in ſui fauorem, & quanta ſit illorum auctorum ſcientia, & prudentia; vtrum ſcilicet ſint valdè periti, & timoratę conſcientię, aut in ſcolis approbati. Quanquam ad efficiendam opinionem probabilem non requiritur multitudo Doctorũ; ſed ſufficit auctoritas vnius Doctoris valdè periti, & bonæ conſcientiæ; cum auctoritas viri docti, & probi fundamentum non leue iudicetur. Propterea ſcolares amplectẽtes opinionem, quam acceperunt à Magiſtro valde docto, & perito in ea materia, dicuntur ſequi opinionem probabilem, modò non conſtet talem opinionem cõtinere errorem, aut abolitam, & antiquatam fuiſſe. Ita Nauarrus, cap. 27. num. 88. Emanuel Sà verbo, Dubium, num. 3. Valentia p. 2. diſput. 2. quæſt. 12. pun. 4. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 9. num. 7. & 10. Emanuel Sà verb. Dubium, num. 3. & alij.

2 Notandum ſecundò, illam dici ſententiam, ſeu partem tutiorem, in cuius electione nullũ poteſt eſse peccatum, vt benè docet Azorius p. parte lib. 2. cap. 18. quæſito 4. & Sãchez in opere morali, lib. 1. cap. 9. num. 5. & cap. 10. num. 16. vnde qui per probabilem aliquorum Doctorum opinionem putat ſe non teneri in certo aliquo caſu ad reſtitutionem, dicitur ſequi opinionem probabilem, & tutam, ſi tali opinioni adhæreat non reſtituendo. Verum ſi amplectatur ſententiam oppoſitam, aſſerentem ipſum teneri, dicitur amplecti opinionem tutiorem, quia reſtituendo nulli facit iniuriam, & peccare non poteſt.

3 Aduertendum tamen aliquandò dari opinionem tutiorem, quæ minus probabilis eſt, & aliquandò dari probabiliorem, quæ minus tuta eſt, vt ſi plures Doctores grauibus adducti rationibus aſſerãt aliquem in certo caſu non teneri ad reſtitutionem; & ex alia parte nõnulli Doctores oppoſitum ſentiãt, freti rationibus non ita firmis, & validis: Qui ſequitur primam opinionẽ dicitur ſequi opinionẽ probabiliorem; ſed minus tutam; qui verò ſequitur ſecundam, illiq; adhęret reſtituendo, dicitur ſequi tutiorem, ſed minus probabilem.

His poſitis quærẽdum eſt in hoc puncto, vtrum teneamur ſequi opinionem probabilem relicta probabiliore, & magis tuta.

VNICA PROPOSITIO.

4 Poſſumus abſque peccato ſequi opinionem probabilem relicta probabiliore. Ratio eſt tum quia *ſi* teneremur probabiliorem, & tutiorem eligere, maximis angeremur ſtimulis in inquirenda, & indaganda opinione probabiliori, aut tutiori; non eſt autem credibile Deũ hominibus tàm graue onus impoſuiſſe. Tum quia ſequens conſilium prudentum hominum ſatis prudenter, & rationabiliter agit; qui autem prudenter, & rationabiliter agit non peccat. Ita Doctores ſtatim citandi.

Hanc propoſitionem extẽde, & amplia, etiamſi opinio probabilior, & tutior, quę relinquitur adhęrendo probabili, *ſi*t propria opinio militant. n. eędem rationes.

5 Limita verò, Modò non immineat aliquod periculum, ad quod vitandum prudentia, vel iuſtitia, vel charitas dictet oppoſitam ſen-

ten-

tentiam eligi debere, & modò opinio, quæ eligitur, adhuc ſit probabilis, & non amiſerit ſuam probabilitatem ob aliquod decretum in contrarium, vel ob aliquam rationem de nouo excogitatam ignotã auctoribus contrariæ ſententiæ, & quam putamus à nobis, vel ab alijs ſolui non poſſe; tunc enim non prudenter, ſed temerè ageretur relinquendo tutiorem, vel probabiliorẽ opinionem. Ita Clauis Regia, lib. 1. cap. 6. Emanuel Sà verbo Dubium num. 6. Becanus tractatu 1. cap. 4. quæſt. 9. num. 13. & 15. Sanchez in ſumma, lib. 1. cap. 9. num. 6. 11. & 14. Vaſquez p. 2. diſp. 62. cap. 4. Azorius loc. cit. cap. 15. Valentia loco ſupra citato pun. 5. Reginaldus, libro 13. num. 90. & 95. & alij communiter.

Obijcies primò, in dubijs tutior pars eſt eligenda cap. Iuuenis, de ſponſalibus. cap. Significaſti, & cap. Audientiam de homicidio; ergo licitum non videtur ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori, vel tutiori, alioquin pars tutior non eligeretur.

Reſpondeo primò, in præcitatis textibus ſermonem eſſe de dubio, quod eſt verè, & propriè dubium; non verò de opinione, quæ non eſt propriè dubium, & quam eligi poſſe, ſi probabilis ſit, relicta probabiliori, & tutiori, conſtat ex rationibus in propoſitione allatis.

Reſpondeo ſecundò, in præcitatis locis ſermonem eſſe de quibuſdam caſibus particularibus, in quibus ex iuris diſpoſitione eligenda eſt pars tutior in materia dubia, vt oſtẽdimus de irregularitate propter homicidium. Immo cenſeo etiam in dubijs non ſemper ex præcepto eligi debere partem tutiorẽ, ſed tantummodò ex conſilio, niſi fortè in aliquo caſu aliud ſuadeat iuſta cauſa, vel præceptum ſuperioris, vel iuris diſpoſitio, vt benè Sãchez loc. cit. num. 14. Reginaldus loc. cit. num. 94. & quamplures alij, quos in ſimili retuli de Reſtitutione.

Reſpondeo tertiò cum Becano tractatu 1. cap. 4. quæſt. 9. num. 4. & alijs, quos in ſimili retuli de conſcientia dubia, In dubijs ſequendã eſſe partem tutiorem, quando quis dubitat non ſolum ſpeculatiuè; verum etiam practicè. Secus ſi dubitet tantummodò ſpeculatiuè, & nõ practicè; ſequẽs autem opinionem probabilem non dubitat practicè; conſequenter non tenetur partem tutiorem eligere.

Obijcies ſecũdò contra ampliationem allatæ propoſitionis. Qui agit contra propriam conſcientiã peccat; qui autem ſequitur aliorum opinionẽ probabilem omiſſa propria probabiliore, & tutiore, agit contra conſcientiam, ergo peccat; ergo non licet ſequi opinionẽ probabilem relicta propria.

Reſpõdeo eum, qui ſequitur opinionẽ probabilem, non agere contra propriam conſcientiam, modò putet alienam opinionem eſſe probabilem. Propterea ſequens opinionem probabilẽ, relicta propria, licèt probabiliori, & tutiori, non peccat, nec exponit ſe periculo peccandi formalitèr, licèt exponat ſe periculo peccãdi materialiter, quatenùs fieri poteſt, vt efficiatur id, quod à parte rei ſit illicitum; hoc tamen illi non imputatur ad culpam; cum prudenter operetur, ſequendo probabilem opinionem, vt in ſimili dixi de conſcientia erronea

nec inuincibili.

Ex dictis colligi poteſt ſolutio plurimorum caſuum.

6 Primò colligitur licitũ eſſe confeſſario, aut alteri interrogato reſpondere iuxta opinionem probabilem aliorum Doctorum, prætermiſſa propria probabiliore, vel tutiore. Ita Salas p.2.queſt.21.tract.8. diſp.vnica ſect.9.num.84. Vaſquez p.2.diſp.62.cap.7. Clauis Regia lo. cit.num.11.Sanchez loc. cit.nu.19. Becanus loc.cit.num.16. Reginaldus loc. cit.num.97. & alij. Ratio eſt quia ipſemet confeſſarius poteſt eã ſequi, & dum eam ſequitur prudenter, & rationabiliter operatur; ergo non eſt dicendum irrationabiliter agere reſpondendo, vel cõſulendo iuxta probabilem aliorum opinionẽ, omiſſa propria probabiliori. Quanquàm melius eſt ſemper conſulere iuxta eandẽ ſententiam, ne inconſtantiæ nota incurratur, vt benè obſeruat Sanchez lib.1.cap.9.num.20.

7 Secundò, licitum eſſe ſequi opinionẽ probabilem relicta propria probabiliore non ſolum eximendo petentem ab obligatione, verum etiam obligationem imponendo; ſicut enim poſſumus, opinionem probabilem ſequendo, eximere ab obligatione; cur etiam non poterimus, opinionem probabilem ſequendo, condemnare, & obligationem imponere? Ita Sanchez lo. cit. num.21.& alij.

Hoc tamen limita, niſi is, qui petit cõſilium, expreſsè petat, quamnam opinionem ipſe teneat, ſeu, an aliqua ratione poſsit ab obligatione excuſari; tunc enim Doctor, qui conſulitur, vel debet abſtinere à conſilio, vel debet propriam, aut alienam opinionem excuſantẽ ab obligatione aperire, iuxta mentem petentis conſilium; alioquin deciperet cum damno petentem conſilium. Ita Salas loc.cit.ſect.10.num. 91. Sanchez loc. cit.num.21. Reginaldus, & alij.

8 Tertiò, Confeſſarium poſſe accommodare, & conformare ſe opinioni pœnitentis probabili, quamuis ipſe cõtrariam opinionem ſuſtineat, aut etiam putet ſententiam pœnitentis eſſe falſam, modò tamẽ ſciat illam tanquam probabilem à peritis Doctoribus admitti; nam hæc opinio eſt verè probabilis, & Confeſſarius ſatis prudenter agit cum pœnitente habente ſufficientem diſpoſitionem, ſequè opinioni probabili accommodãte. Ita Clauis Regia loc. cit.cap.9.nu.13. Azorius prima parte, lib.2.cap.17. quæſito 10. Becanus lo.cit.num.13.& alij apud Sanchez loc.cit. num.28. omiſsis ijs, quos in ſimili retuli de pœnitentia.

9 Vtrum verò Confeſſarius, qui peccata pœnitentis audiuit, teneatur pœnitentẽ abſoluere iuxta probabilem ipſius pœnitentis opinionem, diſſenſio eſt inter Doctores; nam aliqui putant proprium confeſſarium, qui tenetur ex officio adminiſtrare ſacramẽta, peccare mortaliter, denegando abſolutionem, vt ſequatur opinionem propriam relicta pœnitentis opinione, quam confeſſarius ſcit eſſe probabilem; confeſſarium verò, qui non eſt proprius Sacerdos pęnitentis, excuſari putant à peccato mortali, ſi deneget abſolutionem, vt propriam ſequatur opinionem pretermiſſa opinione probabili pœnitentis volentis ſuam ſequi opinionem.

Alij

Digitized by Google

Alij verò aſſerunt quemlibet cõfeſſarium teneri auditis peccatis abſoluere pœnitentem, iuxta probabilem ipſius pœnitentis opinionem, conſequenter peccare mortaliter denegando abſolutionem auditis peccatis, niſi excuſetur ob bonam fidem, vel quia non erit valdè incommodum pęnitenti alium cõfeſſarium adire, & confeſsionem repetere. Ita Vaſquez 1. 2.diſp.*62.* cap.7.Nau. cap.*26*.num.4. Valentia tomo 3.diſp.5.quæſt.7.pun.4.Clauis Regia, lib.1.cap.*9.*

Verum quid nobis in hac re ſentiẽdum ſit, conſtat ex dictis de pœnitentia quęſt.vltima pun.4.§.2.ſub finem, num.27.vbi noſtram opinionem auctoritate multorum Doctorũ, & rationibus comprobauimus, aſſerentes quemlibet confeſſarium teneri auditis peccatis abſoluere pœnitentem, iuxta probabilem ipſius pœnitentis opinionem.

10 Quartò, eos, qui proponunt in aliquo caſu adire plures Doctores, donec aliquem inueniant reſpondentẽ in ſui fauorem, excuſari poſſe, modò rectam habeant intentionem faciendi ſolum quod ſibi licere iudicatum fuerit; non verò inueniendi aliquem, qui ad ſuum libitũ, & abſquè ſufficienti probabilitate reſpondeat. Ratio, cur excuſari poſsint, eſt, quia intendunt opinionem probabilem ſequi; licitum autem eſt ſequi opinionem probabilem. Ita Sanchez loc. cit. num.24. & alij contra Nauarrũ, cap.17.num. 83.& alios.

11 Quintò, virum prudentem eſſe tutum in conſcientia, dum adhibita debita diligentia, & diligenter examinatis rationibꝰ vtriuſq; partis, fretus ſatis firmis, & validis rationibus, aut auctoritate ſcripturæ, aut definitione Eccleſiæ, ſequitur opinionem contrariam communi opinioni; nam videtur prudenter, & non temerè agere probabili ductus opinione. Ita Vaſquez p.2.diſput.*62*.cap.4 in principio Sanchez in opere morali, lib. 1. cap.*9*. nu.*9*. Reginaldus, lib.13.nu.*93*. Azorius tomo 1.libro 2.cap.17. quæſito *6*. & alij contra Syluestrum verbo, Opinio, quæſito 2.& Angelum eodem verbo, num.1. aſſerentes non licere à communi opinione recedere abſquè certa, & conuincente ratione.

Hinc patet licitum eſſe aliquando à communi opinione recedere ob firmum fundamentum.

12 Si quæras, quænam dicatur opinio communis.

Reſpondeo non illam dici, quæ ſimpliciter plures habet auctores, qui, quod à prioribus traditum eſt, ſequuntur, nulla diſcuſsione præmiſſa inſtar auium, & ouium, quæ alias ſequi conſueuerunt, ſed illam cenſeo dici communem opinionẽ, quæ plures habet auctores Claſsicos, qui ritè perpenſis vtriuſquè partis rationibus, eam opinionem ſequuntur. Ita Doctores ſtatim citandi.

Ex quo etiam patet illam dici communiorem opinionem, quæ plures habet Claſsicos Doctores, qui eam adhibita diſcuſsione, & perpenſis vtrinque rationibus ſequuntur. Ita Reginaldus loc.cit.nu. *92*.& 105. Nauar. in Manuali, cap. 27.num.28*9*.Azorius loc.cit quæſito *6*. Emanuel Sà verbo Dubium ſub finẽ Menochius lib.2.pręſumpt. num.3*9*. verſ. Cum verò, vbi refert Alciatum de præſumpt. regula prima præſumpt. 51.num.2. Idem docet

cet

eſt Sanchez loco cit.

13 Sextò. Iudicem in dijudicando partium iure, ſeu in ferenda ſentētia poſſe quam maluerit opinionē probabilem ſequi, ſaltem quando opiniones ſunt vtrinque æquè probabiles ex parte iuris. Ita DD. ſtatim citandi, contra Bannem 2. 2. quæſt. 63. art. 4. dub. 1. exiſtimantē partes componendas eſſe, aut rem diuidendam eſſe inter litigantes, quando opiniones ſunt æquè probabiles.

Addo poſſe modò iuxta vnam, & modò iuxta aliam opinionē iudicare, ſecluſo ſcandalo. Ratio eſt tum quia *ſicut* in collatione beneficiorum datur optio inter duos æquè dignos, ita etiam in ferendis ſententijs. Tum quia Iudex ſatis prudenter agit, dum ſequitur opinionem, quam maluerit, ſciens illam eſſe probabilem. Tum quia vſu receptum eſt, vt arbitraria Iudici concedantur; ergo Iudex poteſt iuxta quam maluerit opinionē iudicare; Intellige præciſo ſcandalo; tenetur enim occurrere ſcandalo, vt patet ex regulis generalibus. Quanquam *ſi* cum ſcandalo iudicet modò iuxta vnam, modò iuxta aliam opinionem, nō eſt obligandus ad reſtitutionem; quia nō dicitur violare ius partium ſequendo opinionem æquè probabilem. Ita Reginaldus, lib. 23. num. 41. cum Soto. Sanchez, lib. 1. cap. 9. nu. 45. & alij ſtatim citandi.

Dixi, ſaltem quando opiniones ſunt æquè probabiles; nam *ſi* duæ ſint opiniones non æquè probabiles, ſed vna ſit probabilior altera, probabile eſt iudicē obligari per ſe loquendo ad probabiliorē opinionem ſequendam. Ratio eſt tum quia alioquin videretur acceptor perſonarum. Tum quia Iudex debet cuiquè ius ſuum tribuere iuxta merita cauſæ; ad hoc enim conſtituitur Iudex à Republica; illa autē pars, pro qua ſtat opinio probabilior, videtur habere maiora cauſæ merita, & ius maius. Ita Vaſquez p. 2. diſp. 64. cap. 2. num. 5. Becanus loc. cit. quęſt. 9. num. 14. Reginaldus loc. cit. num. 99. Azor p. par. lib. 2. cap. 17. quæſito vltimo. Valētia 2. 2. diſp. 5. quæſt. 7. pun. 4. dub. 3. Sāchez loc. cit. num. 47. & alii. Probabiliter tamen etiam exiſtimo cum Claue Regia, lib. 1. cap. 11. num. 8. Arragonio 2. 2. quæſt. 63. art. 4. dub. penultimo. Salonio, ibid. cōtrouerſia 2. concluſ. 4. Salas p. 2. quæſt. 21. tractatu 8. diſp. vnica ſect. 12. nu. 118. & aliis, Iudicem poſſe iudicare iuxta opinionem, etiam minus probabilem. Ratio eſt quia videtur prudenter agere ſequendo probabilē opinionē relicta probabiliore, nec ob id videtur acceptor perſonarū, cū opinio probabilis videatur ipſi facultatem tribuere iudicandi iuxta quam maluerit opinionem. Ex quo patet reſponſio ad rationes in contrarium.

14 Hinc ſequitur quando adſunt opiniones ęquè probabiles ex parte iuris; quia ſcilicet ius, ſeu lex illa, iuxta quam lis definienda eſt, aliter ab aliquibus, & aliter ab alijs explicatur, ita vt Iudex exiſtimet vtramque opinionē eſſe æquè probabilem, liberum eſſe Iudici ſequi opinionem, quam voluerit, vt patet ex rationibus in propoſitione allatis. Idem probabiliter dicendum arbitror, quādo vna opinio eſt probabilior altera cęteris paribus.

Dixi quādo opiniones ſunt æquè pro-

probabiles ex parte iuris; nã quando opiniones ſunt æquè probabiles ex parte facti; probabilius dicendum videtur Iudicem debere rem ęqualiter vtrique adiudicare, componendo partes inter ſe, vel rem diuidendo inter partes, ſi res ſit diuiſibilis, aut diuidendo fructus, aut pretium, ſi res ipſa non ſit diuiſibilis; hoc enim lumen ipſum naturæ dictare videtur; cum partes habere videantur æqualia iura, & merita, nec in hac parte arbitria Iudici cõcedantur, vt ſuppono. Ita Bannes 2. 2. quæſt. 63. art. 4. dub. 1. circa ſolutionem ad ſecũdum Clauis Reg. & alij ſtatim citandi.

Opinio dicitur æquè probabilis ex parte facti, quandò vtraque pars probat cauſam ſuam teſtimonijs æquè idoneis, vel ſcripturis æqualis auctoritatis. Quandò verò opiniones ex parte facti non ſunt æquè probabiles; ſed vna eſt probabilior altera, quia ſcilicet vna pars cauſam ſuam probauit teſtimonijs melioribus, & probabilioribus, Iudex tenetur iudicare iuxta opinionem probabiliorem; quia ex parte illius, pro quo ſtat opinio probabilior, adſunt maiora merita; Iudex autem debet vnicuique ſuum tribuere iuxta merita, ne videatur acceptor perſonarum. Ita Valentia loc. cit. pun. 3. Clauis Regia lo. cit. num. 13. Salonius loc. cit. concluſione 3. Sanchez, Reginaldus, & alij locis cit.

Dices. licitum eſt cõfeſſario, qui Iudicis officium exercet in foro interno, conſulere, & iudicare iuxta opinionem probabilẽ relicta probabiliore, etiamſi agatur de damno alterius, vt de reſtitutione facienda, vel non facienda; ergo etiã Iudici in foro externo licitum eſt iudicare iuxta probabilem opinionem relicta probabiliore etiam in parte facti.

Reſpondeo negando conſequẽtiam cum Sanchez loc. cit. num. 22. nam Iudex conſtituitur à Republica ad iudicandum inter partes iuxta id, quod magis æquum eſt, & iuxta vniuſcuiuſque merita; confeſſarius autem conſtituitur Iudex inter Deum, & hominem, vt homo præſtet debitam Deo ſatisfactionẽ; poteſt autem debitam ſatisfactionem Deo præſtare, etiamſi opinionem probabilem ſequatur relicta probabiliore.

Quod diximus de poteſtate, & obligatione Iudicis ad ferendam ſententiam, dum habet opiniones æquè probabiles, aliqui ſolum extendunt ad cauſas ciuiles, non verò ad criminales; nam ſi quæratur, vtrum in cauſis criminalibus iudicandum ſit in fauorem delinquentis, vel potius in fauorem actoris, dum adſunt opiniones vtrinque æquè probabiles ex parte facti, quatenus ſcilicèt reus æquè probauit factum ſuum, ac probauit actor, Reſpondent ipſi iudicandum eſſe in fauorem rei, iuxta illud, In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſsidentis, & iuxta regulam, Cum ſunt partium iura obſcura, reo potius fauendum eſt, quam actori. Ita Clauis Regia, lib. 1. cap. 11. num. 12. Arragonius loc. cit. art. 4. ad finem, & alij.

15 Ego verò non improbabiliter cenſeo eãdem doctrinam applicari poſſe cauſis ciuilibus, & criminalibus, ita vt in opinione æquè probabili ex parte iuris liberum ſit Iudici ſequi quam maluerit opinio-

nem

nem; vt patet ex rationibus ſuperius allatis; in opinione verò æquè probabili ex parte facti, Iudicem poſſe partem pœnę imponere, niſi aliter ferat conſuetudo, vel decreta, vt patet à ſimili ex dictis, vbi oſtendimus, quādò opiniones ſunt æquè probabiles ex parte facti, Iudicem debere partem inter ſe cōponere, vel rem inter partes diuidere, &c.

Ad illud. In pari delicto, &c. & ad regulam iuris in contrarium citatam, reſpondeo ibi ſermonem eſſe de dubio, non verò de opinione probabili.

16 Septimò colligitur, Aduocatū, vel Cauſidicum poſſe tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus tueri cauſam in fauorē ſui Clientis, etiāſi putet opinionem aduerſarij probabiliorem eſſe, modò tamen opinio, quam ipſe tuetur, ſit verè probabilis. Ratio eſt quia Cliens nō peccat; ſed prudenter agit, dum nititur ꝓbabili opinione in ſuo iure quęrendo, vel tuendo; ergo neq; peccat Cauſidicus, ſuſcipiēdo cauſam Clientis, cum opinione probabili, relicta probabiliore. Ita Vaſquez, Sanchez, Clauis Regia, & alii locis ſtatim citandis, quidquid nonnulli in contrarium ſenſerint.

Caueat tamen Cauſidicus, ſeu Aduocatus, ne certū faciat Clientem de ſententia in ipſius fauorem ferenda, ſeu ne ſcienter dicat Clienti cauſam omninò iuſtam eſſe; nam ſi poſteà Cliens cauſa cadat, Aduocatus, ſeu Cauſidicus tenebitur ad reſarcienda damna, quæ patitur Cliens, ſi Cliens à lite deſtitiſſet cognita incertitudine cauſæ; Cauſidicus enim, ſeu Aduocatus ſub his verbis cenſetur iniuſta cauſa damni; cauſa autem iniuſta damni tenetur ad reſtitutionem, vt patet ex dictis de Reſtitut.

Dixi in ſeptima illatione, modò opinio, quam tuetur, re vera ſit probabilis; nam ſi opinio, quam tuetur adeò parum probabilis ſit, vt raro, aut nunquā Iudices ſoleant iuxta talem opinionem iudicare, Cauſidicus mortalitèr peccat contra conſcientiam, & tenetur ad reſtitutionem parti contrariæ, vt bene docet Salonius 2. 2. quæſt. 63. art. 4. controuerſia 2. Clauis Regia lib. 1. cap. 11. num. 13. Sanchez loc. cit. nu. 54. Salas p. 2. quæſt. 21. tractatu 8. diſp. vnica, ſect. 11. nu. 104. & alij. Ratio eſt quia cenſetur cauſa iniuſta damni.

Ex dictis in hac ſeptima illatione à fortiori patet Aduocatū poſſe ſui Clientis defenſionem ſuſcipere, quando vtraque pars æquè probabilis eſt, ſeu quādo res æquè dubia eſt in iure, vel in facto. Ita Vaſquez p. 2 diſp. 64. cap. 1. num. 3. Clauis Regia loc. cit. num. 17. Bannes 2. 2. quæſt. 71. artic. 4. dub. 6. in prima parte. Sanchez loc. cit. num. 51. Azorius prima parte lib. 2. cap. 17. quæſito vltimo, & alij.

Obijcies primò contra ſeptimā illationem. In dubijs melior eſt cōditio poſſidentis, nulluſque in dubijs condēnandus eſt, ergo ſi pars contraria rem poſſidet, Aduocatus, ſeu Cauſidicus nō poterit cauſam ſuſcipere in fauorē Cliētis cōtra partē, quę in poſſeſsione exiſtit.

Reſpondeo hanc obiectionem procedere, quando eſt tantummodò dubium, quod propriè dubium nuncupatur; non verò quandò eſt probabilis ſententia pro vtraque parte; cum licitum ſit probabilem ſenten-

ſententiam amplecti. Ita Vaſquez diſp.63.ad finem,& Sanchez lo.cit. num.53.

Addo cum Azorio loc.cit.quæſito 12. & Claue Regia loc.cit.num. 21. Aduocatum non priuare partē ſua poſſeſſione,nec illam condemnare; ſed tantummodò rationes, & iura Clientis aperire iudici, vt Iudex ijs cognitis iuſtam ſententiā ferat.Quamobrem ad Iudicē ſpectat priuare poſſeſſione;non verò ad Cauſidicum, & Aduocatum, qui Clientis partes gerit; ſicut autem licitum eſt Clienti ius ſuum coram Iudice petere; ita licitum eſt Aduocato curam Clientis ſuſcipere, & ipſius partes coram Iudice ſuſtinere.

Obijcies ſecundò. Iudex nō poteſt iudicare iuxta ſentētiam probabilem relicta probabiliore; ergo neque Aduocatus, vel Cauſidicus poteſt opinionem probabilem ſequi relicta probabiliore.

Reſponderi poteſt primo negādo antecedens; ſecundo,dato antecedēte iuxta opinionem probabilem,negando conſequentiā. Ratio diſparitatis eſt quia Aduocatus non conſtituitur ad ferendum iudicium inter partes, ſicut conſtituitur Iudex;ſed cōſtituitur ad tuēda, & proponenda iura partis. Ita Sanchez loc. cit. num.53 & alij.

17 Octauò colligitur,pœnitentem abſentem non poſſe à peccatis abſolui,etiamſi quamplures Doctores antiquiores ſenſerint pœnitentem abſentem abſolui poſſe; nam opinio illorum Doctorum antiquata eſt, & abolita, & probabilitatem, ſi quā vnquam habuit, amiſit, præcipuè accedente decreto Summi Pontificis Clemētis VIII. Quapropter in limitatione propoſitionis dixi licitum eſſe opinionem probabilē ſequi, relicta probabiliori, modò talis opinio ſit adhuc probabilis, ſuamquè probabilitatem non amiſerit. alioquin non dicitur opinio probabilis.

18 Nono ſequitur, in adminiſtratione ſacramentorum eligi non poſſe partem probabilē relicta tutiore,quotiès electa probabili opinione periculum imminet inualiditatis ſacramenti. Ob id in limitatione propoſitionis dixi licitum eſſe probabilem opinionem ſequi relicta probabiliori, & tutiori,modò non immineat periculum,ad quod vitandum prudentia, vel alia virtus dictet oppoſitam ſententiam eligi debere.

19 Ex quo patet ſolutio illius difficultatis, qua quæritur, vtrum in adminiſtrandis ſacramentis poſſimus opinioni probabili adhęrere relicta probabiliori, & magis tuta.

Reſpōdetur.n.negatiuè, quoties diuerſæ ſunt opiniones probabiles circa validitatem alicuius ſacramenti, & eſt in poteſtate miniſtri adminiſtrantis opinionem magis tutam,& probabiliorem amplecti. Ratio eſt tum quia eligens opinionem probabilem, relicta probabiliori,& magis tuta, ſubiret periculum faciēdi ſacramentum irritum, quod non eſt conforme dictamini rationis, & prudentiæ. Tum quia exponeret periculo ſuſcipientē Sacramentum, cui poteſt conſulere electa opinione magis tuta, & certa,vel ſaltem ſubiret periculum priuandi ſuſcipientem fructu gratiæ. Tum quia faciens contra communem Eccleſiæ vſum circa valorem Sacramentorum,ſeu circa formam cer-

certam; & materiam conſuetam non eſt excuſandus à peccato, vt docuimus in tractatu de Sacramẽtis; ſed qui in adminiſtratione Sacramentorum ſequitur opinionem probabilem relicta probabiliore, & tutiore circa validitatem Sacramentorum, facit contra communem Eccleſiæ vſum; ergo qui in adminiſtratione ſacramentorum ſequitur opinionem probabilem relicta probabiliore, & tutiore non eſt excuſandus a peccato. Ità Suarez, tom.3. diſp.21. ſect.4. ad finem, & diſp.60. ſect. 1. Becanus par.2. tractatu 1 cap.4. quęſt.9. num.10. Vaſquez p.2. diſp.63. cap.2. Clauis Regia lib.1. cap.7. nec diſſentire videtur Sanchez loc. cit num. 32. Durandus. Sotus, & alij contra Salonium, & Bartholomęum Medinam apud præcitatos Doctores.

Dixi, quando eſt in poteſtate miniſtri ſequi opinionem magis tutã, vt aduerterem licitum eſſe aliquãdo ſequi opinionem probabilem relicta tutiore.

Primo quando tempore neceſsitatis non adeſt materia certa, vt oſtendimus de Sacramẽtis. Ita Reginaldus, lib. 13. num. 89. Sanchez, & alij Doctores citati.

Secundo quando defectus non prouenit ex parte miniſtri, ſed potius ex parte ſuſcipiẽtis. Quamobrem Sacerdos, qui pęnitentem habentem ſolam attritionẽ, abſoluit, excuſatur à peccato, etiãſi extent variæ Doctorum opiniones, quorũ aliqui ad Sacramentũ pœnitentiæ requirunt contritionem, vel attritionẽ putatã attritionẽ; Aliq. verò, quorum opinio ferè certa videtur, ſufficere putãt verã attritionem, vt patet ex dictis de Pœnitentia. Sacerdos igitur abſoluens attritum excuſatur à peccato; quia defectus prouenit ex parte pœnitentis volentis ſibi tantummodò attrito beneficium abſolutionis impendi, & conſequentèr voluntariè exponẽtis ſe periculo non recipiendi fructum Sacramenti. Ita Vaſquez diſp. 63. num.3. Clauis Regia loc. cit. nu. 7. Sanchez loc. cit. num. 34. Reginaldus loc. cit. num. 99.

Hinc ergo patet non licere probabilem opinionem circa Sacramẽtorum adminiſtrationem ſequi relicta probabiliori, niſi alitèr poſtulet neceſsitas, aut niſi defectus proueniat ex parte ſuſcipientis putatam contritionem.

Obijcies. Quando extant opiniones ꝓbabiles circa iuriſdictionem Sacerdotis, Sacerdos poteſt, relicta opinione magis probabili, ſequi minus probabilem, aſſerentẽ ipſum non carere iuriſdictione, & conſequentèr poteſt iuxta talem opinionem minus probabilem abſolutionẽ pęnitenti conferre; ergo in Sacramentis etiam neceſſarijs poſſumus opinionem probabilem ſequi, etiamſi agatur de Sacramẽtorum validitate.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, quia quando adſunt opiniones probabiles de iuriſdictione, nullum, aut ſaltem valdè modicum eſt periculum irritandi Sacramentum; nam iuriſdictio cõfertur, & ſuppletur ab Eccleſia, vt oſtendimus de Pœnitentia, & de matrimonio.

Prætereà ſi loquamur de Sacramento Pœnitentiæ, cum abſoluens ſit ſacerdos, & omnes ſimplices ſacerdotes facultatem habeant abſoluendi à venialibus, ſequitur ſa-

cerdotes abſoluere ſaltē à venialibus, & indirectè à mortalibus; conſequenter pęnitentem nullum ſubire damnationis periculum, ſi à ſacerdote abſoluatur cum opinione probabili circa iuriſdictionem. Ita Sanchez loc. cit. num. 35. Suarez. Leſsius, & alij, quos retuli de Pœnitentia, & in ſimili de matrimonio.

20 Decimò colligitur, medicum non ſemper poſſe in adhibendis, & applicandis remedijs, & medicinis ſequi opinionem probabilē relicta tutiore. Quamobrem in hac re ſeruādas cenſeo ſubſequētes regulas.

21 Prima eſt. Quandò certum eſt aliquod pharmacum, ſeu remediū profuturum, Medicus tenetur illud adhibere omiſſo illo, de quo dubitatur inter Doctores, an ſit profuturum. Ratio eſt quia, niſi Medicus illud adhibeat, imprudenter agit, relinquendo medium certum pro incerto cum periculo proximi; certum enim eſt tenendum, incertum dimittendum, ex regulis iuris. Ita Clauis Regia, lib. 1. cap. 10. Sāchez, & alij locis ſtatim citandis.

22 Secunda eſt. Quandò nullum extat certum pharmacum, ſeu remedium, Medicus tenetur ſequi opinionem probabiliorem, & tutiorem in eligendo remedio, quod applicandum eſt infirmitati relicta opinione minus probabili. Ratio eſt tum quia imprudenter agere videretur in re tanti momenti, ſalutem proximi in diſcrimen adducendo, relicta probabiliori, & tutiori ſententia. Tum quia tenetur ritè fungi proprio officio, quantum poteſt cum minimò proximi damno, & periculo; quis enim ignorat quemlibet teneri ex iuſtitia, aut ſaltem ex charitate curare, ne damnum alteri ex ſua opinione ſequatur.

Neq; obſtat dicere ſalutem proximi adhuc in diſcrimine verſari, etiamſi Medicus tutiorem, & probabiliorem ſententiam eligat.

Reſpondetur enim ſalutem proximi non verſari in tam graui periculo, in quo verſaretur electa opinione minus probabili. Ita Becanus loc. cit. quæſt. 9. num. 14. Suarez tertia parte tom. 4. diſp. 26. ſect. 6. & diſp. 21. ſect. 4. ad finem. Sotus, lib. 3. de iuſtitia, quęſt. 6. art. 5. Ad quartum. Sanchez loc. cit. num. 41. & alij contra Azorium, p. parte lib. 2. cap. 17. quæſito 11. Arragonium 2. 2. quæſt. 63. art. 4. dubio penultimo, & alios.

23 Tertia regula eſt. Quando nulla eſt ſpes de ſalute infirmi, nec aliud remedium adeſt præter remedium, ſeu medicamentum, de quo dubitatur, an ſit profuturum, vel nociturum, Medicus poteſt, & debet illud remedium infirmo prębere. Ratio eſt quia prudentius agit, infirmiquè negotium vtilius gerit tale remedium applicando, quàm illud non præbēdo; nam applicando, fieri poteſt, vt infirmus à morte virtute talis pharmaci liberetur; non applicando verò relinquit infirmum in ſtatu deſperatæ ſalutis, & valetudinis; quod ſi mors ſequatur, non eſt imputanda tali remedio, cum infirmus alias nō haberet ſpem valetudinis. Ita Valentia. 2. 2. diſp. 3. quæſt. 10. pun. 2. Clauis Regia loc. cit. num. 9. Corduba, lib. 3. quæſt. 5. Reginaldus lo. cit. num. 99. ad finem Sanchez loc cit. num. 39. & alij; contra Syluestrū verbo Medicus, quęſito 4. Angelum eodem verbo, num. 2. & alios.

24 Ex traditis regulis à fortiori colli-

colligi poteſt primò, Medicum grauiter peccare tradendo pharmacũ, quod probabilius creditur nociturum, quàm profuturũ infirmo. Propterea peccat concedendo vinum infirmo, quod ei nociturum credit; eligit enim partem minus tutam, & forſan infirmus ab infirmitate liberaretur, ſi tale pharmacum, aut vinum ei denegaretur. Ita Nauarrus, cap. 25. num. 60. Clauis Regia loc. cit. cap 10. & idem ſentire videntur Doctores, quos retuli in cõfirmationẽ ſecũdæ regulæ.

25 Secundò, Medicum, qui pharmacum infirmo tradit ad ſumendum de tali pharmaco experimentum, grauiter peccare contra iuſtitiam, quotiès nõ adeſt opinio probabilis de illo pharmaco, & ex alia parte Medicus habet remedia probabiliter vtilia. Ratio eſt quia iniuſtè vitam infirmi periculo exponit, cũ prætermittat remedia probabilia, vt adhibeat incerta. Ita Clauis Regia loc. cit. num. 6. Azorius, & alii locis ſupra cit.

QVAESTIO V.

De cauſis peccatorum efficientibus.

DVo breuiter quæram in hac quæſtione. Primò, quænam ſint cauſę peccatorum. Secundò, vtrum Deus dici poſsit cauſa peccati.

PVNCTVM I.

Quænam ſint cauſæ peccatorum.

1 *Cauſa peccatorum quænam ſint.*

VNICA PROPOSITIO.

1 PLures aſsignari poſſunt peccatorum cauſæ.

Prima eſt infirmitas ſenſus, qua voluntas ex apprehenſione ſenſus impellitur ad malum, iuxta illud primæ Iacobi 5. Vnuſquiſque tentatur à concupiſcẽtia ſua abſtractus, & illectus. & Danielis 13. Concupiſcentia ſubuertit cor.

Secunda eſt malitia, qua peccata committuntur ex certa ſcientia, ex plena libertate, & cognitione mali nulla alia cauſa impellente iuxta illud Iob 34 Qui quaſi de induſtria receſſerunt à Deo.

Tertia ſunt Dęmonũ ſuggeſtiones, Geneſis 3. Serpẽs decepit me; & Sapiẽtię 1. Inuidia Diaboli mors intrauit in mundum.

Quarta ſunt obiecta ſenſibilia, quæ ad peccatum diſponunt, dum rapiũt ſenſum, & ſenſus ad ſe trahit voluntatem, Geneſis 3. Vidit igitur mulier, quod bonũ eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectu delectabile, & tulit de fructu illius, &c.

Quinta eſt vincibilis ignorantia, à qua peccatum tanquã à cauſa per accidens oritur 1. ad Timotheum 1. Ignorans feci in incredulitate; & 1. Corinthiorum 2. Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.

Sexta eſt vis, aut metus, quo mouetur homo ad peccatum aliàs non peccaturus, vt conſtabit ex dicẽdis de cauſis excuſantibus à peccatis.

Septima ſunt peccata ipſa, quatenus peccator, amiſſa ſemel gratia, vel timore, aut verecundia retrahente à peccato, facilè in aliud prolabitur, iuxta illud Diui Gregorij homilia 11. in Ezechielem, Peccatum, quod per pęnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit; Et hoc maximè verificatur de ſuperbia, quæ appellatur initiũ omnis peccati.

Dicitur autem ſuperbia initium omnis peccati, non ſolum quia primum peccatum Angelorum fuit ſuperbia, aut quia Adam peccauit ex ſuperbia; verum etiam quia ex peccato ſuperbiæ reliqua originẽ trahunt, quatenus ſuperbus non veretur præ ſuperbia in alia peccata incidere; aut etiam quatenus in quolibet peccato intercedit quodammodo peccatum ſuperbię; cum delinquens faciat cõtra præceptum, nolẽs ſaltem tacitè ſubijci, aut parere ſuperiori, quod ſapit quãdam ſuperbiæ notam.

Auaritia etiã dicitur cauſa omnis peccati, quatenus auarus audet quodlibet ſcelus committere ad cõgregandam pecuniam. Quapropter Eccleſiaſtici 10. dicitur, Auaro nihil eſt ſceleſtius.

Extant etiam alia vitia, quę peccatorum cauſæ meritò nuncupari poſſunt, & propterea capitalia iure optimo nuncupantur, deſumpta ſimilitudine à capite, quod eſt totius corporis initium, & pręcipuum mẽbrum. Videte Vaſquez p. 2. diſp. 136 Clauem Regiam, lib. 2. cap. 8. 9. 10. 11. & 12. Becanũ tract. 2. cap. 4. Reginaldum lib. 11. num. 17. de his plura diſputantes. Sed nobis hæc breuiter prænotaſſe ſufficiat.

PVNCTVM II.
Vtrum Deus dici poſſit cauſa peccati.

1 *Deus non eſt cauſa peccati, nec illi peccatum imputari poteſt.*

2 *Deus non prædeterminat, nec impellit ad malum eligendum.*

Ratio dubitandi eſt quia præpotens Deus non minus concurrit ad actũ peccaminoſum, quã concurrat rationalis creatura: Sicut ergo creatura rationalis dicitur cauſa peccati, ita etiam Deus.

VNICA PROPOSITIO.

1 Deus non eſt cauſa peccati, nec illi peccatum imputari põt. Ratio eſt tum quia Deus non põt id velle, quod ipſius naturę aduerſatur; peccatum aũt aduerſatur naturæ diuinę; cum Deus ſit ſummũ bonum, culpa verò ſummum malũ. Tum quia Deus nõ habet odio id, cuius eſt cauſa, Sapientiæ 11. Nihil odiſti eorum, quæ feciſti; ſed Deus odio habet peccatũ Sapientiæ 14. Odio eſt Deo impius, & impietas eius; ergo Deus nõ eſt cauſa peccati. Tum quia ſi Deus dicitur cauſa peccati, illiq; peccatũ imputatur, maximè quia concurrit ad actionẽ peccati; ſed hoc nõ ſufficit, vt Deus ſit cauſa peccati, illiq; peccatum imputetur; nã licet Deus concurrat ad omnes actiones bonas, & malas, vt patet, tũ ex illo loco, Actorũ 13. In Deo viuimus, mouemur, & ſumus; Tũ ex perfecto dominio, quo Deus gaudet ſupra creaturas, & ex

perfecta ſubiectione, & depēdētia creaturarū à Deo, à quo pſectè depēdere nō viderētur, niſi creaturæ in omnibus actionibus ab ipſo dependerent, ipſiquè ſubijcerentur; Nihilominus Deus ad actiones cōcurrit concurſu generali, & ex ſe indifferenti, & dicitur concurrere tanquam cauſa vniuerſalis iuxta exigentiam cauſarum ſecundarum, quæ ſunt ſubiectæ cauſæ primæ, & poſtulant ipſius concurſum, ſine quo nihil valent operari, & quo denegato immutaretur ordo, & bonum vniuerſi. Sicut ergo Deus, vt cauſa prima vniuerſalis concurrit cum cęteris cauſis ſecundis, ſciens illas operari iuxta ſuas vires, & naturam; ita par eſt, vt permittat hominem agere iuxta ſuam libertatem, alioquin aut deberet ſuum concurſum denegare, aut liberum arbitrium impedire. Sequitur igitur Deum non eſſe, nec dici cauſam peccati, nec illi peccatum adſcribi, & imputari, quia tanquam cauſa vniuerſalis cōcurrit ad actiones cauſarum ſecundarum iuxta ipſarum exigentiam, & naturam: Homo verò concurrit ad peccatum concurſu quodam particulari, & determinato, vi cuius ſequitur deformitas in actu humano. Ita Bellarminus, libro ſecundo de ſtatu peccati, cap. 18. Becanus parte ſecunda, tractatu 2. cap. 6. quæſt. 2. numero 8. & alij recentiores.

Hinc patet reſponſio ad rationem dubitandi initio propoſitam.

Obijcies Deus dicitur cauſa bonorum operum, licet ad pia opera concurrat iuxta exigētiam cauſæ ſecundę; ergo etiam dicetur cauſa peccati, licet ad peccatum pręſtet ſuum concurſum iuxta exigentiam cauſæ ſecundæ.

Reſpondeo cum Becano loc. cit. numero 10. & alijs negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt quia Deus ſpecialiori modò concurrit ad bona opera incitando, vocando, & mouendo, quod non accidit in peccatis, quæ diuinæ voluntati aduerſantur, quatenus emanant à libera hominum voluntate.

2 Hinc facilè colligi poteſt ſolutio illius difficultatis, qua quæritur, vtrum Deus prædeterminet, & impellat volūtatem ad malum eligendum.

Reſpōdetur enim negatiuè, tum quia Iacobi primo dicitur, Deus intentator malorum eſt; Et Eccleſiaſtici 15. Non dicas, Deus me implantauit. Tum quia Deus videretur auctor peccati. Dicendum igitur eſt ipſam voluntatem ſe ad malum determinare ſuppoſito generali concurſu cauſæ primæ. Videte Suarez lib. 2. de Auxilijs, Azorium, lib. 4. cap. 22. Vaſquez, & alios recētiores in tractatu de peccatis, & gratia.

Ad auctoritates verò ſcripturæ, quæ contra nos afferri poſſent ad oſtendendum Deum prædeterminare, & impellere voluntatem ad peccatum, qualis eſt illa Pſalmi 114. Conuertiſti cor eorum, vt odirent populum ſuum 2. ad Teſſalonicēſes 2. Mittit illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio. Et Ezechielis 14. Ego Dominus decepi Prophetam illum.

Reſpondetur cum Becano loc. cit. quæſt. 1. & alijs huiuſmodi auctoritates intelligendas eſſe non de prædeterminatione, & motione Phyſica, ſed de permiſsione; nam

nam communis Sanctorum regula eſt, vt quando aliquis hominis, vel Dęmonis defectus, & turpitudo tribuitur Deo, intelligatur de permiſsione nō, de vera cooperatione.

Neque obſtat dicere verba intelligenda eſſe prout ſonant ſecundum propriam ſignificationem; nam, quando ex verbis ſcripturæ intellectis prout ſonant, ſequitur aliquod inconueniens, confugiendum eſt ad explicationem metaphoricam, vt in ſimili docui de Euchariſtia; ex aliquibus autem verbis ſcripturæ in proprio ſenſu intellectis, & explicatis colligeretur Deum eſſe peccati auctorem, quod nefas eſt admittere.

QVAESTIO VI.

De ſubiecto peccati.

PVNCTVM VNIC.

In quonam tanquā in ſubiecto ſit peccatum.

1 *Malitia peccati alia eſt actualis, alia obiectiua, ſeu materialis.*

2 *Dupliciter conſideratur actualis malitia. Primo intrinſecè. Secundo extrinſecè.*

3 *Malitia actualis eſt in voluntate tanquam in ſubiecto, & per denominationem extrinſecam eſt in alijs potentijs actus peccaminoſos elicientibus.*

4 *Malitia obiectiua conuenit actibus illarum potentiarum, à quibus eliciuntur, & in quibus conſumātur.*

5 *Malitia peccati in quonam ſit tanquam in ſubiecto.*

6 *Malitia motuum ſenſualitatis formaliter reperitur in voluntate.*

7 *Actio, quæ primariò probibetur, non eſt primariò, & formaliter mala.*

8 *Peccatum habituale eſt in eo tanquam in ſubiecto, in quo eſt habitualis perfectio, quā priuat.*

1 PRæmittendum eſt primo malitiam peccati duplicem eſſe, actualem, & obiectiuā, ſeu materialem.

Malitia obiectiua, ſeu materialis cōſiſtit in ipſo actu, qui fit, præſcindendo etiam ab actu voluntatis. Vnde actus furti dicitur habere malitiam obiectiuam etiā præſcindēdo ab actu voluntatis; Immò actus voluntatis furandi idcirco eſt malus, malitia videlicet actuali; quia furari eſt malum, malitia videlicet obiectiua, & materiali, conſequenter malitia materialis, & obiectiua conſiſtit in ipſo actu externo præſcindendo etiam ab interno; cum internus malitiam obiectiuam accipiat ab externo.

Malitia verò actualis, ſeu formalis eſt illa, quæ conuenit actui voluntatis; nam furtum, e. g. non eſt malum malitia formali, & actuali, niſi aliquis velit furari, ſciens rem eſſe alienam; ſi quis enim in ebrietate, vel ſomno rem alienā capiat, non contrahit malitiam actualem furti; cum tunc temporis non habeat

beat voluntatem furandi;ergo malitia actualis, ſeu formalis cōpetit actui voluntatis interno, & per extrinſecam denominationem communicatur actui externo, quod vt melius intelligatur.

2 Præmittendum eſt ſecūdo malitiam actualē dupliciter cōſiderari poſſe. Primò formaliter, primariò,& intrinſecè. Secundò extrinſecè, ſeu ſecundariò, & per denominationem extrinſecam.

Malitia actualis formaliter, & primariò conſiderata cōuenit actui voluntatis; cōſiderata verò extrinſecè, & ſecundariò conuenit alijs potentijs,vt intellectui,potētiæ appetitiuæ,&c.Quamobrem propoſitiò hęretica,quæ eſt actus intellectus denominatur mala malitia actuali,& formali per denominationē ſumptā à voluntate, quæ illam eligit, & in illam conſentit. Aſpectus impudicus eſt malus formaliter, ſeu malitia actuali per denominationem ſumptam à voluntate, quæ in illum conſentit, & ſic de cęteris.

Secus dicendum eſt,ſi loquamur de malitia nō actuali,ſed de obiectiua; actus enim aliarum potentiarum nō denominatur malus malitia obiectiua per denominationem ſumptam à volūtate;ſed potius per denominationē ſumptā ab obiecto; nā actus volūtatis eſt malus formaliter,ſeu malitia actuali qa'eligit actum malū malitia obiectiua, vt patet exēplis in primo præmiſſo adductis; ergo actus aliarum potētiarū non denominatur malus malitia obiectiua per denominationē ſumptam à volūtate;ſed potius ab obiecto; cum etiam actus internus malitiam obiectiuā habeat ab actu externo per ordinem ad obiectum; actus .n.ſpecificatur ab obiecto,vt in ſimili docet Becanus tract. 1.cap.4.quęſt.2.loquens de bonitate actuum,& alij recentiores.

His præmiſsis duo breuiter quærenda ſunt in hoc puncto.Primò,in quonam tanquā in ſubiecto ſit malitia actualis. Secundo in quo ſit malitia obiectiua.

PRIMA PROPOSITIO.

3 Malitia actualis,ſeu formalis peccati eſt in voluntate tāquā in ſubiecto; per denominationem verò extrinſecā eſt in alijs potētijs,quæ actus peccaminoſos eliciūt. Ita Scot' in 2.diſt.42.§.Ad qōnem 2,quem citat, & ſequitur Vaſquez p.2.diſp.98.art.7.ad finem nu. 18. S. Thom. p 2. quæſt.74.art.1.ad ſecundum Becanus tract. 2. cap. 5. quæſt.1.nu.2.& 3. & alii cōmuniter. Quamobrem Azorius par. 1. lib.4. cap.21.dicit peccatum, ſi cōſideretur vt voluntariū,eſſe in voluntate; ſi verò conſideretur, vt eſt quidam actus,inueniri etiam in aliis potētijs, quæ talem actum eliciunt.

Ratio, cur malitia formalis, ſeu actualis dicatur eſſe in voluntate, tanquā in ſubiecto,eſt, tum quia in ea potentia primariò eſt malitia actualis,in qua eſt bonitas actualis; contraria.n.apta ſunt inhęrere eidem ſubiecto; ſed bonitas actualis primariò, & intrinſecè eſt in volūtate, vt patet inductione. Si quis enim, e. g. faciat eleemoſynam,nō intendens eleemoſynam facere,nō facit actum meritorium, & bonum bonitate formali; & ſic de cęteris actibus; ergo malitia formalis, ſeu actualis primariò eſt in voluntate. Tum quia ſi quis voluntatem habeat occidēdi alium coinquinat ſe

Digitized by Google

malitia actuali homicidii, etiam poſtea homicidium re ipſa nō exequatur; ergo malitia actualis primariò, & intrinſecè conuenit actibus voluntatis, & eſt in voluntate tanquam in ſubiecto; in aliis verò potentiis reperitur per denominationem extrinſecam ab actu voluntatis. Tum quia nullum eſt peccatum formaliter, niſi liberum, & voluntarium, ſed actus liber, & volūtarius eſt in voluntate, tanquam in ſubiecto, ergo peccatū formaliter eſt in voluntate, ergo malitia per ſe, & formalitèr conuenit actibus voluntatis, extrinſecè verò, per denominationem ſumptam ab actu voluntatis, tribuitur actibus aliarum potentiarum.

Obiicies. Voluntas non fertur in malum, cum nullus intendens malum operetur, inquit Philoſophus; ergo malitia actualis non poteſt primariò tribui voluntati, alioquin voluntas in malum ferri diceretur.

Reſpondeo voluntatem nō ferri in malum ſub ratione mali, ſed ſub aliqua ratione boni; nullus enim intendit, e. g. occidere hominem, aut furari, quatenus homicidium, vel furtum eſt malum; ſed quatenus in homicidio apprehendit aliquā boni rationem; non tamen hinc ſequitur malitiam primariò non reperiri in actu voluntatis; cum actus non ſit peccaminoſus formaliter, niſi ſit voluntarius, & liber.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 MAlitia obiectiua conuenit actibus illarum potentiarum, à quibus eliciuntur, & in quibus conſumantur. Hæc propoſitio patet ex ijs, quæ præmiſimus ſiante primam propoſitionem, & ita docet Diuus Thom. p. 2. quæſt. 73. art. 3. Vaſquez, ibidem. Valentia p. 2. diſp. 5. quæſt. 4. pun. 1. & alij Doctores relati in prima propoſitione.

3 Ex dictis colligi poteſt, in quonam tanquam in ſubiecto ſit malitia peccati. Primò, ſi peccatum conſideretur vt voluntarium, & ſecundum malitiam formalem. Secundò, ſi conſideretur ſecundum malitiam obiectiuam, vel vt quidam actus; conſtat enim peccatum, ſi conſideretur quoad actum realem, & quoad priuationem rectitudinis, non omne ineſſe voluntati, ſed potius eſſe in illis potentijs, à quibus elicitur. Vnde peccatum hæreſis, quod conſiſtit in errore intellectus, ſi conſideretur, vt quidam actus, eſt in ipſo intellectu; Si verò ſpectetur ſecundum rationem voluntatis, ſeu ſecūdum malitiam formalem, & actualem, eſt in voluntate; non enim eſt hęreſis formaliter, niſi voluntaria. Itē Si ſpectetur ſecundū malitiam actualem extrinſecam, dicendum eſt peccatum hæreſis reperiri in actu intellectus, per denominationem ſumptā à volūtate actus enim intellectus, quo quis aſſentitur propoſitioni hæreticæ eſt malus malitia actuali per denominationem extrinſecam ab actu voluntatis.

6 Secundò colligi poteſt, malitiam motuum ſenſualitatis primariò, & formalitèr reperiri in voluntate, non ſolum quando voluntas illos poſitiuè admittit, verum etiā quando voluntas, dum inſurgunt motus ſenſualitatis in appetitu ſenſitiuo, negatiuè ſe habet, aut negligens eſt in motibus reprimēdis;

quam-

Digitized by Google

quamuis enim nullus adſit actus in voluntate; cum voluntas negatiuè ſe habeat; nihilominus malitia formalis illorum motuum imputatur voluntati; quia cum voluntas debeat, & poſsit illos motus comprimere, & impedire, illoſquè nõ cõprimat, nec impediat, cenſetur illos velle: In motibus verò ſenſualitatis eſt malitia non ſolum obiectiua, verum etiam actualis, ſed per denominationem extrinſecam ab actu voluntatis, vt patet ex fundamentis in principio iactis. Ita Vaſquez par.2.diſp.103.cap.3. ad finẽ. Caietanus p. 2. q.74. art.3. Azorius lo.cit. quæſito 8. & alij Doct.citati.

7 Tertiò colligi poteſt reſponſio ad illam obiectionem, quæ ab aliquibus hoc modo proponitur. Illa actio eſt primariò,& formaliter mala, quæ primario prohibetur, ſed primariò prohibetur actus extern⁹, & ſecundariò prohibetur actus voluntatis, vt patet in prohibitione homicidij, qua primariò prohibetur actus externus homicidij, ſecundariò voluntas occidendi; ergo actus externus eſt primariò,& formaliter malus, conſequenter malitia actualis non videtur eſſe in voluntate, tanquam in ſubiecto; ſed primariò in actibus aliarum potẽtiarum, qui primariò prohibeantur.

Reſpondendum enim eſt negando maiorem propoſitionem, vt patet tum ex rationibus in prima propoſitione allatis. Tum quia ſicut bonitas non eſt primariò in actu externo, licet primariò præcipiatur actus externus bonus, vt actus eleemoſynæ, vel auditionis ſacri, ita licet primariò prohibeatur actus externus; tamen malitia nõ eſt primariò in actu externo, aut in potẽtia diſtincta à voluntate, ſed in ipſa voluntate.

8 Quartò colligi poteſt, nos hactenus locutos fuiſſe de ſubiecto peccati actualis; nam ſi loquamur de ſubiecto peccati habitualis, dicẽdum eſt peccatum habituale eſſe in eo tãquam in ſubiecto, in quo eſt habitualis perfectio, qua priuat. Vnde peccatum habituale odij eſt in voluntate; quia in voluntate reperiri debet perfectio amoris, & charitatis, qua priuat peccatum odij. Ita Valentia lo. cit. pun. 1. ad finem.

QVAESTIO VII.

De effectibus peccati.

TRia breuiter explicanda ſunt in hac quæſtione. Primò quinam ſint effectus peccati, Secundò vtrum vnum peccatum poſsit eſſe pœna alterius. Tertiò, vtrum aliquis puniri poſsit pro peccato alterius.

PVNCTVM I.

Quinã ſint effectus peccati.

1 *Quinam ſint effectus peccati.*

VNICA PROPOSITIO.

1 MVlti ſunt effectus peccati. Primus eſt macula, quam infert peccatum actuale, & in qua con-

conſiſtit culpa habitualis, vt patet ex ſupra dictis q.2. pun.2.

Secundus eſt reatus pœnæ, qui duplex eſt, vnus dicitur reatus pœnæ æternæ, reſpondens peccato mortali, nondum remiſſo; Alter eſt reatus pœnæ temporalis reſpondens peccato veniali, aut mortali iam deleto, pro quo nondum ſatisfactum eſt.

Rurſus reatus pœnæ duplex eſt, damni videlicet, & ſenſus, vt patet ex dictis de Indulgentijs, & de Pœnitentia. Propterea non immoror in explicatione horum effectuum; cum ſufficienter explicati fuerint in præcitatis locis.

Tertius effectus peccati eſt diminutio naturalis ĩclinationis ad virtutem, quatenus volũtas, acquiſito per peccatum habitu vitioſo, facilius mouetur in malum, in quod prauus, & vitioſus habitus inclinat, vt patet ex natura habituum. Videte Vaſquez par.2. diſp.137. & 139. Becanum tracta.2. cap 8. Azorium lib.4.cap.24. Valentiam to.2. diſp. 6.quæſt.16.pun.1. Clauem Regiam. lib.2.cap.13. Qui fuſius de his effectibus diſputant.

PVNCTVM II.

Vtrum vnum peccatũ poſſit eſſe pœna alterius peccati.

1 *Peccatum conſideratur primò per ſe, ſecundò ratione eorum, quæ ex peccato conſequuntur.*

2 *Peccatum per ſe, & formaliter conſideratum non poteſt eſſe pœna alterius.*

1 PRæmittendum eſt peccatum dupliciter conſiderari poſſe. Primò per ſe, & formaliter, quatenus dicit culpam. Secundò ratione aliorum, quæ ex peccato cõſequuntur, vt eſt infamia, afflictio, triſtitia, &c.

VNICA PROPOSITIO.

2 PEccatum per ſe, & formaliter conſideratum, quatenus dicit culpam, non poteſt eſſe pœna alterius peccati, ita vt Deus velit hominem ob culpam præcedentem prolabi in aliud peccatum. Ratio eſt tùm quia pœna habet rationem vltionis, & ſupplicij reſpectu ſuperioris, qui talem pœnã infligit; ſed nullus iuſtus Iudex iniuriam ſibi factam, vel tranſgreſsionem præcepti vlciſcitur alia iniuria contra ſe, aut alia tranſgreſsione; ergo neq Deus vlciſcitur peccatum alio peccato in pœnã prioris delicti; alioquin iniuriam ſibi factam vlciſceretur alia iniuria, & tranſgreſsione. Tũ quia pœna intenditur à Iudice; ſed peccatum nõ poteſt à Deo intendi; cum Deus odio habeat impium, & impietatẽ eius, Sapientiæ 14. Ergo vnũ peccatum nõ poteſt eſſe pœna alterius peccati. Tum quia de ratione pœnæ eſt, vt ſit contra voluntatẽ eius, qui eam patitur; ſed peccatum nõ eſt contra voluntatem peccantis; cum de ratione peccati ſit, vt ſit voluntarium; ergo vnum peccatũ non poteſt eſſe pœna alterius peccati formaliter conſiderati. Dico formaliter conſiderati, quia ſi peccatum conſideretur ſecundum alia ipſi accidentalia, vt ratione infamiæ, vel triſtitiæ, vel laboris, vel ſubtractionis gratiæ, &c., vnũ peccatum poteſt eſſe pęna alterius, iuxta

Digitized by Google

ta illud Auguſtini lib. 1. confeſsionum cap. 12. Iuſsiſti Domine, & ſic eſt, vt pœna ſua ſibi ſit omnis inordinatus animus. & Sapientiæ 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Ita Diuus Thomas par. 2. quæſt. 87. art. 2. Vaſquez ibidem diſpu. 140 cap. 3. Becanus 2 par. tracta. 2. c. 7. q. 4. Valentia par. 2. diſp. 6. q. 17. pun. 3. & alij.

PVNCTVM III.

Vtrum aliquis puniri poſſit pro peccato alterius.

1 *Pœna alia eſt propriè pœna, alia medicinalis.*

2 *Homo aliquando conſideratur quatenus eſt quid ſeparatum; aliquando verò quatenus eſt quid coniunctum alteri.*

3 *Nullus homo, ſi ſecundum ſe ſpectetur, poteſt puniri pro peccato alterius.*

4 *Non poteſt ferri ſtatutum, quo vnus pro alio puniatur.*

5 *Filij non poſſunt pro delictis parentũ corporaliter puniri.*

1 PRæmittendum eſt primò, aliã eſſe pœnam propriè dictã, quę quaſi in vindictam aſſumitur; aliam ſatisfactoriam, & medicinalem.

2 Notandum ſecundò, hominem dupliciter conſiderari poſſe. Primò ſecundum ſe, quatenus differt ab alio. Secundò quatenus eſt aliquid alteri aliqua ratione coniunctum, ratione conſanguinitatis, aut iuriſdictionis, ſeu dominij, aut mutuæ charitatis, qua vnus in ſe ſuſcipit alienum debitum. His breuiter pręmiſsis, ſit.

VNICA PROPOSITIO.

3 NVllus homo, ſi ſecundum ſe ſpectetur, poteſt pro peccato alterius puniri pœna propriè dicta, niſi etiam ipſe deliquerit. Ratio eſt tum quia ad Galathas 6. dicitur, Vnuſquiſque onus ſuũ portabit. & Ezechielis 18. Anima, quę peccauerit, ipſa morietur. Tum quia non poteſt vxor pro marito, aut filius pro patre, aut innocens pro alio corporaliter puniri, vt docet Couarruuias 2. variarũ cap. 8. nu. 7. Felinus, & alij apud Salas diſp. 15. de legibus, ſectio. 12. contra Gloſſam cap. Cum homo 23. quæſt. 5. verſiculo, Supple, & contra legem Quiſquis. C. Ad legem Iuliam Maieſtatis; ergo nullus puniri poteſt pro peccato alterius.

4 Ex quo patet primò, non poſſe ferri ſtatutum, quo vnus pro alio puniatur, vt inquiunt pręcitati Doctores.

5 Secundò, filios non poſſe pro delictis parentum corporaliter puniri, etiamſi forte periculum ſit, vt imitentur delicta parentum, niſi puniantur, alioquin poſſet aliquis puniri pro delictis ab ipſo veroſimiliter committendis, quod dici non poteſt, vt bene docet Salas loc. cit. & alij, quos in ſimili retuli de homicidio.

Dixi in propoſitione, ſi homo ſecundum ſe ſpectetur; nam ſi homo conſideretur vt aliqua ratione alteri coniunctus, poteſt pro alio puniri; non enim implicat aliquem puniri pro delicto alterius; modò non conſideretur vt quid ab alio diſtinctum, ſed vt quid illi aliquo titulo coniunctum; quo pacto intelli-

telligi poſſunt aliqua exempla, quæ in obiectionibus afferentur.

Dixi, pœna propriè dicta, vt exciperem pœnam medicinalem, & ſatisfactoriam; poteſt enim aliquis pro alio ſatisfacere, & hæc eſt pœna ſatisfactoria. Prӕterea cõſtat hominem aliquando puniri à Deo pęnis temporalibus in medicinam, & ſalutem aliorum, & hæc dicitur pęna medicinalis, vnde ſi Deus eripiat alicui filios innocentes, ereptio filiorum reſpectu patris eſt pœna, & ſic pater dicitur in filijs puniri, ſed reſpectu filiorum innocentum eſt medicinæ; cum Deus illos eripiat, ne malitia cor ipſorum immutet. Ita Diuus Thomas par. 2. q. 87. art. 8. Vaſquez ibidem in commentario articuli, & diſp. 135. Becanus tract. 2. cap. 8. q. 3. Valentia par. 2. diſput. 6. quæſt. 17. pun. 2. verſiculo, Priori modo, & alij cõiter.

Obijcies primò. Multi perierũt ob peccatũ Dauidis 2. Regum 24. ergo poteſt vnus pro alio puniri.

Reſpondeo primo cum Valẽtia, Becano, & alijs, Dauidem punitũ fuiſſe in ſuo populo, quatenus Dauid conſiderabatur vt aliquid coniunctum cum ſuo populo ratione iuriſdictionis; poteſt enim aliquis puniri pro delicto alterius, ſi conſideretur vt illi aliquo titulo coniũctus, quo pacto dicimus Chriſtum ratione ſummę ſuę charitatis paſſum eſſe multa ſuppliciorum genera pro hominũ ſalute, Eſaiæ cap. 53. Propter ſcelus populi mei percuſsi eum, & ad Romanos 8. Qui proprio filio ſuo non pepercit.

Reſpondeo ſecundo pœnam reſpectu Dauidis fuiſſe propriam pœnam; reſpectu verò eorum, qui non deliquerunt, ſi qui fortè non deliquerunt, fuiſſe medicinam: Sicut quando Pater punitur in filijs, punitio reſpectu Patris eſt pœna propriè dicta; reſpectu verò filiorum eſt pœna ſolum medicinalis, niſi & ipſi deliquerint.

Reſpondeo tertiò ſubditos Dauidis infectos fuiſſe propriis peccatis, conſequenter etiã punitos fuiſſe pro peccatis propriis, occaſione ſumpta à peccatis alterius. Propterea in propoſitione dixi, Niſi & ipſi deliquerint. Non tamen hinc ſequitur aliquem puniri pro alio pęna propriè dicta.

Hinc colligitur quid dicendum ſit de Eli Sacerdote, quem ob peccata filiorum punitum fuiſſe legimus 1. Regum 2.

Prӕterea colligitur, quid dicendum ſit ad illum locum Exodi 20. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatẽ patris in filios in tertiam, & quartam generationem; hic enim locus intelligendus eſt de filiis, qui deliquerunt, imitantes peccata parentũ, vt docet Diuus Auguſtinus in Pſalmum 108. Diuus Hieronymus Ezechielis cap. 18. S. Thomas p. 2. q. 87. art. 8. Valentia lo. cit. verſiculo, Diuus tamen. Becanus loc. cit. nu. 4. & alij, & ita colligitur ex verbis Exodi; nam ibi additur, In tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.

Obiicies ſecundò. Innocens poteſt ſe ipſum obligare ad pœnã corporaliter luendam pro delicto alterius, vt patet exemplo Diui Nicolai Nolenſis, qui ſeipſum vendidit, vt alter libertate donaretur; & ita docet Decius cap. Quæ in eccleſiarum, de conſtitutionibus; quem in hac parte ſequi videtur Salas loc. cit.

Digitized by Google

cit. ergo vnus poteſt pro delicto alterius puniri.

Reſpondeo negando innocentẽ poſſe pro delicto alterius corporaliter puniri, niſi fortè voluntariè, & ex iuſta cauſa cedat iuri ſuo, iuxta dicta de homicidio, vbi exemplũ Diui Nicolai adduxi.

QVAESTIO VIII.

De cauſis excuſantibus à peccatis.

MVltis de cauſis excuſari poſſumus à peccatis.

Prima cauſa eſt diſpenſatio validè obtenta.

Secunda eſt impotentia phyſica, aut moralis.

Tertia, quæ ad ſecundam reuocari poſſet, eſt vis, aut metus, ſeu probabile periculum grauis incommodi, ſeu damni.

Quarta eſt ignorantia inuincibilis.

De his omnibus cauſis agendum eſt in hac quæſtione.

PVNCTVM I.

Vtrum diſpenſatio, & impotentia excuſet à peccato.

1 *Diſpenſatio validè obtenta excuſat à tranſgreſſione legis, cuius obtenta eſt diſpenſatio.*

2 *Impotentia adimplendi præceptũ excuſat à peccato.*

3 *Impotentia eſt duplex; Alia moralis, alia phyſica.*

4 *Qui totum præceptum adimplere nequit tenetur ad partem notabilem, ſi ea ſit à ſuperiore intenta.*

5 *Qui ex lege aliqua, aut voto tenetur Romam adire, ſed non poteſt, non tenetur eam partem itineris, quam poteſt conficere.*

6 *Qui non poteſt toto die ieiunare excuſatur à ieiunio, ſed tenetur à cibis vetitis abſtinere.*

7 *Impotens ad totum officium recitandum tenetur ad eam partem, quam poteſt, modò ſit notabilis.*

8 *Impotens ad totum Miſſæ ſacrum audiendum tenetur ad eam partem, quam poteſt, ſi ea ſit notabilis.*

9 *An excuſetur à peccato voluntariè ſe conijciens in impedimentum, ex quo fiat poſteà impotens ad præceptum adimplendum.*

10 *Peccat qui apponit impedimentum, quod proximè impedit adimpletionẽ præcepti.*

11 *Peccat mortaliter qui triginta diebus nauigatur* proijcit in mare Breuiarium, vt liber ſit ab obligatione officij recitandi.*

12 *Non excuſatur excommunicatus, qui tempore Paſchatis non confitetur, vel non communicat ob negligentiã in procuranda excommunicationis abſolutione.*

13 *Excuſatur à peccato qui in excommunicationem incidit prauidens fore, vt excommunicationis tẽpore Miſſæ ſacrum audire nequeat.*

14 *Domi commorans die feſto tempore ſacri ad infirmi, vel domus cuſtodiã excuſatur.*

15 *Non peccat contra præceptum Miſ-*

ſa.

ſæ, vel ieiunij, qui intemperanter comedens præuidet fore, vt Miſsā, vel ieiunium propter morbum prætermittat.

16 *Non peccat contra ieiunium laborioſæ venationi dans operam præuidēs fore, vt ieiunare non poſſit.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 DIſpenſatio validè obtenta eſt cauſa ſufficiens ad excuſandam tranſgreſsionem legis, cuius obtenta fuit diſpenſatio. Quāobrem ſi Titius, obtenta valida diſpenſatione, faciat aliquid, quod pręciſa diſpenſatione mortale peccatum eſſet, excuſatur à peccato mortali. Ratio eſt quia non facit contra legē; cū per validam diſpenſationem exemptus ſit ab obligatione legis. Secus ſi diſpenſatio ſit inualida; nam homo per diſpenſationem inualidam non eximitur ab obligatione legis; cōſequenter neque à tranſgreſsione, vel peccato. Ita communiter Doctores.

Quis autem, quomodò, & quando validè poſsit diſpenſare, conſtat ex dictis de legibus quæſtio. 2. pun. 1. & 2.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 IMpotentia adimplendi præceptum excuſat à peccato. Ratio eſt quia nullus ad impoſsibile tenetur, & impoſsibiliū nō eſt obligatio L. Impoſsibilium.

3 Aduertendum tamen eſt duplicem eſſe impotentiam, vna dicitur moralis, altera phyſica.

Impotētia phyſica cōtingit, quādo quis nullo pacto poteſt præceptum obſeruare, vt ſi quis ita carcere detineatur, vt nulla ratione inde valeat exire, dicitur habere impotentiam phyſicam ad Miſſę ſacrum audiendum.

Impotentia verò moralis cōtingit quando quis non poteſt pręceptum adimplere ſine graui incōmodo, vt quando quis nō poteſt Miſſam in die feſto audire abſque periculo grauis damni proprij, vel alieni, vt infamiæ, aut morbi, &c.

Vtraq; impotentia eſt ſufficiens cauſa excuſandi à peccato, vt patet, tum ex ratione allata; tum ex dictis de Euchariſtia ad finem; tū ex dicendis puncto ſequenti.

4 Quæres primò, vtrum qui non poteſt totum præceptum, ſed tantummodò partem adimplere, peccet non adimplendo partem, quam poteſt.

Nonnulli recentiores Magiſtri cum Sanchez loco ſtatim citando putant eum, qui poteſt partem adimplere, teneri eam adimplere, ſi pars ſit diuidua, ſecus ſi indiuidua.

Sed mihi reſpondēdum videtur, eum, qui commodè non poteſt totum præceptum adimplere, teneri adimplere partem, quam nouit ſe poſſe adimplere; modò ſit pars notabilis, & cenſeatur intenta à Superiore. Ita Petrus Ledeſma in ſumma to. 2. tracta. 9. cap. 6. difficultate 3. folio 1056. Ratio eſt tum quia qui poteſt partem materię pręceptæ adimplere, non habet ſufficientem cauſam, qua eximatur ab obligatione illius partis adimplendæ, iuxta illud, Qui non poteſt ſoluere totum, quod debet, ſoluat quod poteſt, modò videlicet ſeparabile ſit à reliquis, & ſine incommodo ſolui poſsit. Tum quia ſi promiſsionis vna pars reddat impoſsibilis, aut

illicita,

illicita, non propterea ceſſat obligatio adimplendi aliam partem; cum vtile per inutile non vitietur, de regulis iuris in ſexto; ergo neq; ceſſat obligatio adimplendæ partis præceptæ ob impedimentũ adimplendi reliquam partem; conſequentèr qui non poteſt totum præceptũ, ſed partem adimplere, peccat non adimplendo partem, quã poteſt.

Dixi in reſponſione quæſiti, modò ſit pars notabilis, & cenſeatur intenta à Superiore; nam ſi pars ſit leuis, aut talis, quæ non cenſeatur à legislatore intenta, non eſt obligatio illius partis adimplẽdæ, quia ſubditus non obligatur vltra volũtatem, & intentionẽ legislatoris.

5 Ex dictis colligi poteſt primò; eum, qui lege aliqua, aut voto tenetur Romam adire, ad quam vſque ob impotentiam peruenire nõ poteſt, non teneri ad partem itineris, quam implere poteſt, ſuſcipiendam, & peragendã; quia talis pars non cenſetur intenta à legislatore; cum legislator videatur ſolum voluiſſe obligare ad iter ſuſcipiendũ ratione termini, quem ſupponimus non poſſe ob impotentiam acquiri, licet pars itineris peragi, & confici poſsit. Ita Suarez to. 2. de Religione lib. 4. cap. 27. nu. 25. Azor loco infra citando, & alij.

6 Secundò, eum, qui nõ poteſt toto die ieiunare; ſed ſolum vſq; ad veſperas, excuſari à ieiunio; conſequentèr non peccare, ſi mane ientaculum ſumat; nam hæc pars non cenſetur à Superiore intenta; cum legislator intendat obligare ad ieiunium, quod non conſiſtit in abſtinentia à multiplici refectione vſq; ad veſperas, ſed in abſtinentia à pluribus refectionibus per totum diem. Ita Sanchez in opere morali lib. 1. cap. 19. nume. 5. & alij recentiores.

Concedo tamen eum, qui nõ poteſt toto ieiunij die à plurib⁹ refectionibus abſtinere, teneri ſaltem abſtinere ab eſu carnium, à quo poteſt abſtinere. Ratio eſt tum quia Superior præſumitur hanc abſtinẽtiam intendiſſe; ieiunium enim cõtinet duo præcepta, vnum affirmatiuum de vnica refectione ſumenda in die ieiunij; Alterum negatiuum de non comedendis cibis vetitis; ſed præcepti negatiui hæc eſt natura, vt ſemper, & ad ſemper obliget; ergo præceptum negatiuum de non comedendis cibis vetitis ſemper obligat, conſequenter qui non poteſt toto ieiunij die à pluribus refectionibus abſtinere, tenetur ſaltem abſtinere ab eſu carniũ, à quo poteſt abſtinere. Tum quia ſicut qui diſpenſationem non ieiunandi obtinuit à Superiore, tenetur tempore ieiunij à carnibus abſtinere, vt patet ex dictis de ieiunio, & de diſpenſationibus; ita qui toto ieiunij die à pluribus refectionibus abſtinere non poteſt, tenetur ſaltem ſe à ciborũ vetitorum vſu continere, modò ſe continere valeat. Ita Sanchez, & alij.

7 Tertiò, eum, qui propter infirmitatem, vel ob aliam cauſam totum diuinum officium recitare nõ poteſt, teneri ſaltem ad eam partem, quam commodè perſoluere poteſt, modò ſit pars notabilis, vt patet ex rationibus in reſponſione quæſiti allatis. Ita Petrus Ledeſma in ſumma to. 2. tracta. 9. cap. 4. difficultate 3. folio 1056. Quanquam Nauarrus de oratione diſtin. 1. cap.

11. nu.

11. num.15. Leſsius lib.2. de iuſtitia cap.37. dubio 9. num.54. Azor parte 1. lib.10. cap.13. quæſito 4. & alij aſſerunt eum, qui non poteſt maioré diuini officij partem recitare, non teneri ad minoré, quia maior pars, regulariter loquendo, trahit ad ſe minorem, cap. De ijs, quæ fiunt à minoribus; Horum Doctorum ſententiam non puto improbabilem; noſtram tamen ſententiam cenſeo probabiliorem, & tutioré, & in praxi ſuſtinendã, quoties conſtat, quęnam pars adimpleri poſsit.

8 Quartò, eum, qui non poteſt totum Miſſæ ſacrum audire, teneri ſaltem eam partem audire, ad quã non eſt impotens, modò pars ſit notabilis, eamquè veroſimiliter credat à Superiore præcipi, vt patet ex rationibus in reſponſione quæſiti allatis. Ita Nauarrus Cap. Quando, de conſecratione diſtin. 1. cap. 11. num. 16. Quamuis Sanchez loc. cit. num. 6. Suarez loc. cit. & alij aſſerant eum, qui non poteſt totam Miſſam audire, ſed ſolum vſque ad conſecrationem, non teneri eam vſque ad conſecrationem audire, nam, inquiunt ipſi, Eccleſia præcipit auditionem Miſſæ; auditio autem Miſſæ non conſiſtit principaliter vſque ad conſecrationem; qui verò poteſt, inquiunt ipſi, audire cætera, quæ incipiunt à conſecratione vſque ad ſumptionem, tenetur illa audire, quia in his maximè conſiſtit ſacrificium Miſſæ, & hæc præcipuè intenduntur à Superiore præcipiente auditionem Miſſæ.

Ego verò exiſtimo non ſolum eũ, qui poteſt à conſecratione vſq; ad ſumptionem, Miſſæ ſacro intereſſe; verũ etiam eum, qui poteſt à principio vſque ad cõſecrationem adeſſe, re ipſa teneri adeſſe, & eam partem teneri audire, quam commodè audire poteſt. Ratio eſt tũ quia vtile per inutile non vitiatur. Tum quia pars illa vſque ad conſecrationem cẽſetur à Superiore intenta, alioquin accedens ad ſacrũ lecto iam Euangelio non peccaret mortaliter, quod eſt cõtra communem Doctorum ſentẽtiam, vt patet ex dictis de Euchariſtia. Tum quia qui vouit ſeptem pſalmos, aut Roſarium, tenetur recitare eam partem, quam poteſt; cum hæc præſumatur fuiſſe intentio vouentis in voto emittendo, & qui ſummo manè in die feſto neceſsitatẽ habuit ſeruiliter laborandi, tenetur reliquam diei partem debito cultu celebrare, vt concedit idem Sãchez. Item qui ex neceſsitate, vel obliuione carnes in die ieiunij comedit, tenetur adhuc reliqua diei parte ex præcepto, quo ꝓhibetur eſus ciborum vetitorum in die ieiunij, à carnibus abſtinere. Præterea qui non poteſt toto tempore Quadrageſimæ ieiunare ob infirmitatem, tenetur ſaltem ijs diebus, quibus bona vtitur valętudine, ieiunare, vt ait Nauarrus in ſumma cap.21. num.20. Sanchez lo. cit. num.10. & alij communiter, & qui vouit aliquos dies ieiunare, tenetur ad ieiunium ijs ſaltem diebus, quibus ieiunare poteſt; ergo etiam qui Miſſæ partem audire poteſt, tenetur, meo iudicio, illam audire, modò pars ſit notabilis, & à Superiore intenta præſumatur.

9 Quæres ſecundò, vtrum excuſetur à peccato, qui ſe voluntariè conicit in aliquod impedimentũ, quo poſito non poterit præceptum adimplere.

Re-

Reſpondeo non poſſe generalē regulam aſsignari ad cognoſcendum, quandonam peccet qui volūtariè apponit impedimentū, propter quod non pōt præceptum adimplere. Quamobrem in hac re cenſeo primo inſpiciendam eſſe grauitatem præcepti obligantis ad non apponenda impedimēta. Ratio eſt qa nōnulla præcepta ſtrictius obligant, quam alia; & aliqua ob pauciores cauſas excuſant, quam alia; ergo inſpicienda eſt grauitas præcepti, vt cognoſcamus, an obliget ad non apponenda impedimenta. Secundò inſpiciendum eſſe, an impedimentum ſit immediatè cauſa, cur præceptum non adimpleatur, ſeu an impedimentum concurrat vt cauſa proxima, vel remota, per ſe, vel per accidēs ad omiſsionem præcepti. Ratio eſt quia licet pręcepta obligent ad remouēda proxima impedimenta, nam qui obligatur ad finem, obligatur etiā ad media, non tamen omnia præcepta obligant ſimpliciter ad tollenda omnia impedimēta, vt patebit inductione in illationibus adducendis. Tertiò attendendam eſſe vtilitatem, & neceſsitatem apponendi tale impedimētum. Ratio eſt quia fieri poteſt aliquādo, vt neceſsitas vrgeat non ſolum ad non remouēdum, verum etiam ad apponendū impedimentum, ex quo ſequitur omiſsio præcepti, vt accidit quando quis domi ſe continet, vel à Miſſa recedit ad curā infirmi, ipſius ope grauiter indigentis.

10 Hinc ſequitur primò, eum, qui aliquod impedimentum apponit, quod per ſe, & ꝓximè impedit adimpletionem præcepti, quodq; cōmodè præcaueri poterat, reum eſſe peccati; nam præceptum, quod ad finem obligat videtur etiā obligare ad media, quæ per ſe ordinata ſunt ad talem finem, & commodè poſſunt adhiberi, ſpectata præcepti grauitate. Ita Didacus Nugnus, Sanchez, & alij locis citatis.

11 Secundò, eum, qui triginta diebus nauigaturꝰ eſt, peccare mortaliter, ſi Breuiariū in mare proijciat; nam in cauſa tale impedimentum apponit, quo non poterit ꝓceptum diuini officij recitandi adimplere; Breuiarium enim immediatè concurrit ad præcepti adimpletionē, & ipſius in mare proiectio ꝓximè impedit recitationē diuini officij, nec aliqua vrget neceſsitas Breuiarium in mare proijciendi, vt ſuppono.

12 Tertiò, excommunicatum, qui tēpore Paſchatis non cōmunicat, vel non confitetur ob negligentiā in procuranda excōnis abſolutione, non excuſari à peccato; quia præceptum confeſsionis, & cōmunionis eſt ꝓceptū diuinū, licèt quoad tēporis determinationē ſit humanū, iuxta dicta de Euchariſtia; præceptum autē diuinū afficit excōmunicatum, & ſtrictiùs obligat, quam pręceptum humanum audiēdæ Miſſæ, vt docui de Cenſuris diſpu. 2. q. 2. pun. 3. §. 1.

13 Quartò, eū, qui in excōicationē incidit, præuidens fore, vt excōmunicationis tempore Miſſæ ſacrum audire nequeat, excuſari à peccato contra præceptū Miſſæ audiendæ. Ratio eſt tum quia præceptum Miſſæ audiendæ non adeò ſtrictè obligat ad Miſſam audiendā, vt ēt obliget ad pręcauendam excōica-

Digitized by Google

tionem, vt cum Nauarro, Vgolino, Auila, Sayro, & alijs docui de Cenſuris lo.cit.num.4.contra Nugnum par.3.q.83.art.3 §. Dubium tamen. Sicut enim infirmus, aut carcere detentus non peccat contra præceptum Miſſæ audiendæ, ſi præuideat fore, vt propter ſuperuenientem infirmitatem, vel detentionẽ in carcere Miſſam nequeat audire; ita neq; peccat contra præceptum Miſſæ, qui cõmittit aliquod peccatũ, cui adnexa eſt excõicatio, præuidẽs fore, vt excommunicationis tempore Miſſam audire nõ poſsit. Tum quia excõmunicatus nõ peccat contra præceptum Miſſæ, ſi excommunicationis tempore Miſsã non audiat; nam per excommunicationẽ eximitur ab onere audiendi Miſſam, non per modum priuilegij, ſed per modum oneris in pęnam delicti, & nullus obligatur ad id, quod licitè pręſtare non poteſt; ergo neque peccat contra præceptum Miſſæ dando çauſam excommunicationi pręuidens fore, vt excommunicationis tẽpore nequeat Miſſę ſacrum audire; non enim magis peccaminoſa videtur cauſa omiſsionis, quam ipſamet omiſsio; et hæc ratio, quam Nugnus, alijquè Doctores nondum videntur excogitaſſe, firmiſsima mihi, & efficaciſsima videtur. Tum quia ſicut nõ peccat contra cultũ diei feſti, qui à loco, in quo dies feſtus celebratur, mane recedit, vt opera ſeruilia exerceat in eo loco, in quo dies feſtus nõ colitur, vt aliàs docui cũ Sanchez, & alijs; ità non peccat contra præceptum Miſſæ qui ſe cõicit in excommunicationem præuidens fore, vt excommunicationis tempore licitè non poſsit Miſſę ſacro intereſſe.

Idem dicendũ eſt, de eo qui negligens eſt in abſolutione excommunicationis procuranda; nã eccleſia non obligat excommunicatum ad remouendum excommunicationis impedimentum, vt Miſſæ aſsiſtat; ſed potiùs priuat auditione Miſſæ, vt docui de Cenſuris lo. cit. & ſicut infirmus, aut alius carcere detentus, qui negligens eſt in procuranda valetudine, aut libertate, non peccat contra præceptum Miſſæ, vt concedit etiam Nugnus loc. cit. verſiculo, Ad ſecundum argumentum; ita neque contra præceptum Miſſæ peccare videtur excommunicatus, qui negligẽs eſt in obtinẽda excommunicationis abſolutione, quam facilè poſſet obtinere.

14 Quintò, illum excuſari, qui die feſto domi ſe continet tempore ſacri ob neceſsitatem infirmi curandi, vel cuſtodiendæ domus; nam præceptum cuſtodiendi infirmum ſtrictiùs obligat, quam præceptũ eccleſiaſticum Miſſæ audiẽdæ. Præterea talis vtilitas, & neceſsitas adeſſe videtur in curando infirmo, vel cuſtodienda domo, vt licitum videatur apponere impedimentũ, quod eſt cauſa proxima omiſsionis ſacri, vt tradidi de obligatione Miſſæ audiendæ in tractatu de Sacramentis.

15 Sextò, eum non peccare mortaliter contra præceptum Miſſæ, vel ieiunii, vel diuini officii qui nimium, aut noxium cibum comedit præuidens fore, vt Miſſæ ſacrũ prætermittat ob morbum, aut horas omittat, vel ieiunia, modò nõ comedat intẽtione violandi hæc pręcepta; tunc enim non excuſatur; cũ

ha-

Digitized by Google

habeat affectum ad peccatum, vt benè docet Henriquez de Miſſa, cap.25. nume. 11. in commentario littera O, & P. Azorius 1. parte lib.1 cap.28. quæſito 9. & alii. Ratio verò, cur non peccet contra præceptum Miſſæ, vel ieiunii, vel horarum Canonicarũ; præciſa dicta intentione, eſt, tum quia præceptum Miſſæ, ieiunii, & horarum Canonicarum non videtur obligare ad conſeruãdam ſanitatem pro adimpletione ipſius præcepti; ſed eos obligat, ad Miſſam, ad ieiuniũ, & horas canonicas, qui Miſſam audire, horas perſoluere, & ieiunio vacare poſſunt. Tum quia comeſtio nimis remotè, & per accidens videtur cauſa omiſsionis ſacri, horarum, & ieiunii; nõ quodlibet autẽ præceptum obligat ad tollenda impedimenta remota, & cauſas per accidens.

16 Septimò, illos excuſari poſſe à peccato cõtra præceptum ieiunij, qui laborioſę venationi nauãt operam, præuidentes fore, vt ob nimiam corporis defatigationem ieiunare non poſsint; nam venatio videtur cauſa per accidẽs fractionis ieiunij, nec præceptum ieiunij prohibet venationem; cum venatio non ſit incompoſsibilis cũ ieiunio; conſequenter venator nõ peccat contra ieiunij pręceptum, dando ſe venationi, licèt ob laborem ex venatione conſurgentem ieiunare nequeat.

Idem nonnulli Doctores extendunt ad eos, qui defatigantur in ludis, aut in quærenda meretrice, præuidentes fore, vt poſtea nequeant ieiunare; quod tamen limitandum eſt, modò non fiat in fraudem ieiunij, ſeu modò non fiat intentione violandi pręceptum ieiunij.

Idem à fortiori dicendũ eſt de eo, qui peregrinationem adeò laborioſam ſuſcipit, vt ſimul ieiunare, & peregrinari nequeat. Ratio eſt tum quia Eccleſia præcepto ieiunij non obligat ad abſtinendum à peregrinatione. Tum quia peregrinatio per ſe, & proximè nõ eſt cauſa fractionis ieiunij; ſed per accidens; cum multi peregrinationis tempore ieiunent. Quanquã Azorius lo.cit.quæſito 8. & Leſsius lib. 4.de Iuſtitia cap.2.dub.6. nume.44. excuſant ſolum, quãdo peregrinatio, ſeu iter commodè non poteſt in alium diem transferri.

Ex dictis ergo conſtat ad excuſandos eos, qui aliquod impedimentum apponunt adimpletioni præcepti, ſpectandam eſſe pręcepti grauitatem, cooperationem impedimenti, vtilitatem, & neceſsitatẽ apponendi tale impedimentũ; non enim omnia pręcepta obligant ad tollenda omnia impedimenta, & ad omnia media adhibenda, nec omnia præcepta ęqualiter obligãt, nec omnia impedimenta immediatè impediunt adimpletionem præcepti.

Ex quo patet quomodo intelligẽdum ſit illud axioma. Qui tenetur ad finem tenetur etiam ad media; nam per ſe loquendo intelligendum eſt de medijs commodis, & proximis, niſi grauitas præcepti, vel materiæ præceptæ ſuadeat etiam adhibere media difficilia, & tollerę remota impedimenta.

Digitized by Google

PVNCTVM II.

Vtrum vis abſoluta, aut metus excuſet à peccato.

1 *Vis alia eſt abſoluta; alia eſt ſecundum quid.*
2 *Vis abſoluta excuſat à peccato, dūmodò voluntas, & membra externa reſiſtant.*
3 *Metus, & probabile periculum grauis dāni regulariter excuſat à peccato, & à tranſgreſſione legis.*
4 *Qualis damni periculum præter mortis periculum excuſet à tranſgreſſione legis humanæ.*
5 *Præcepta etiā humana obligāt ſub mortali cum periculo mortis, &c. dum vitandum eſt graue ſcandalū, vel conſeruandum eſt bonum commune Religionis.*
6 *Ex grauitate boni, vel damni communis colligitur, quandonam lex humana obliget cum periculo vitæ.*
7 *Metus mortis poteſt excuſare à trāſgreſſione ieiunij, vel diei feſti, vel alterius legis humanæ, vel diuinæ, modò lex diuina non prohibeat rem intrinſecè malam.*
8 *Excuſatur à peccato, qui metu mortis non ſeruat legē humanam etiā præſcribentem tranſgreſſoribus pœnam capitis.*
9 *Excuſatur a peccato, qui per metum grauē cogitur celebrare ſine veſtib'.*
10 *Parochus excuſatur à peccato, qui ob periculum mortis non defert ad Epiſcopum eos, qui tempore præfixo non ſuſceperunt Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentum.*
11 *Parochus tenetur aſſiſtere infectis peſte, ſi talem legē condat ſuperior.*
12 *Seruanda eſt lex cum periculo mortis, quando quis alteri mortem minatur, niſi legem humanam violet in contemptum legis, vel in odiū Religionis, &c.*
13 *Comedens carnes humanas ex metu excuſatur, ſi eas per modum medicinæ comedat.*
14 *Non eſt licitum occidere quemquā, vt eius carnes quis per modum medicinæ comedat.*
15 *Poteſt quis carnibus humanis veſci ad tuendam vitam, quamuis hoc facere non teneatur.*
16 *Carthuſianus, vel alter, qui vouit abſtinentiam à carnibus, poteſt, & tenetur eas comedere, ſi illi euidēter neceſſariæ ſint ad vitā tuendā.*
17 *Medicus non peccat præbendo carnes Carthuſiano indigenti.*
18 *Licitum eſt in graui vitæ periculo veſci idolotitis.*

1 NOtandum vim duplicē eſſe. Altera dicitur abſoluta, per quā homo omninò inuitus impellitur ad aliquid prohibitū faciendum, nihil ad hoc conferente ipſius voluntate, vt ſi quis omninò inuitus ab vno impulſus alterum impellat, vel ſi quis manu ab altero per vim arrepta clericum percutiat abſque conſenſu, ſeu animo omninò repugnāte. Altera dicitur ſecundum quid, quæ non tollit omninò voluntariū, vt contingit quādo quis metu Titium percutit, aut blaſphemat.

Hoc poſito explicandum eſt primò in hoc puncto, vtrum vis abſoluta excuſet à peccato. Secundò, vtrum excuſet metus, qui dicitur vis ſecundum quid.

PRIMA PROPOSITIO.

2 VIs abſoluta excuſat à peccato. Ratio eſt quia nullū eſt pec-

peccatũ niſi voluntarium; peccatũ aũt non poteſt eſſe voluntariũ, cũ vi abſoluta; cum is, qui per vim abſolutam aliquid facit, non conſentiat. Ita Reginaldus lib. 11. cap. 6. ad finem, num. 62. & alij communiter, quos ſupra retuli de conſenſu ad peccatum requiſito.

Verum ne aliquis erret in hac materia, obſeruare debet ad hoc violentiæ genus, per quod homo excuſatur à peccato, duplicem reſiſtentiam requiri. Primam ex parte voluntatis; ita vt voluntas ipſa, poſita aduertentia, nolit hanc violentiam inferri; nam ſi voluntas velit violentiam inferri, aut negatiuè ſe habeat, ideſt nequè velit, nequè nolit, non dicitur vim abſolutè, ſeu violentiam pati. Quamobrem ſi quis volens, aut neque volens, neq; nolens trahatur ad homicidium, non excuſatur à peccato. Secũdam ex parte facultatum exteriorum, ſeu membrorum, ita vt ille, cui vis infertur, vim propulſet, quantum poteſt, fugiendo, aut clamando, vel quid aliud faciendo, quod ad reſiſtendum opportunum, & accõmodatum ſit. Quapropter ſi quis trahatur ad patrandum homicidium, & vim inferenti nõ reſiſtat, quantum poteſt, aut ipſe per ſe ipſum ignem bombardæ in alterum admoueat, non excuſatur ab homicidio; quia non dicitur violentiam abſolutè pati.

Ex quo patet quid in ſimili dicendum ſit de eo, qui per vim trahitur ad carnale peccatum, & per ſe ipſum aliquid ad peccatum cõducens operatur, vt in 6. Decalogi præcepto docui cum Nauarro, & alijs.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Metus, ſeu probabile periculum grauis damni, regulariter loquendo, excuſat à trãſgreſsione legis humanæ, & conſequentèr à peccato. Ratio eſt quia nõ eſt credibile legẽ humanã obligare, cũ tanto onere, aut ſtrictius obligare, quam obliget lex naturalis, aut diuina; multæ autem leges naturales, aut diuinæ, quæ nõ prohibent rem aliquam intrinſecè malam, non obligant ſub mortali in periculo grauis damni, vt patet inductione. Primò in voto, quod licèt debitum ſit iure diuino naturali; tamen nõ obligat cum periculo grauis incommodi. Secundò in reſtitutione, quæ licèt iure diuino, & naturali facienda ſit; tamen non obligat cum longè maiori proprio detrimento, iuxta dicta de Reſtitutione. Tertiò in Confeſsione, quæ licèt iure diuino præmittenda ſit ante ſumptionem Euchariſtię, vt patet ex dictis de Euchariſtia, & de integritate materiali confeſsionis; tamen non obligat ſimpliciter in omnibus caſibus; ergo metus, aut probabile periculum grauis damni excuſare videtur à tranſgreſsione legis humanæ; & conſequenter à peccato lege humana prohibito. Ita Henriquez lib. 13. cap. 21. nu. 2. Vaſquez p. 2. diſp. 161. cap. 2. Suarez de Cenſuris diſp. 6. ſect. 3. num. 7. & de legibus loco ſtatim citando. Becanus tom. 2. tract. 3. cap. 6. quæſt. 4. Naldus verbo Metus, Arragonius 2. 2. quęſt. 62. art. 3. dub. 1. circa ſolutionem ad quartum. Sanchez in opere Morali, lib. 1. cap. 18. num. 4. Emanuel Sà verbo Præceptum, nu. 2. Azorius 1. parte, lib. 1. cap. 11.

quæſito 1. & lib. 5. cap. 6. quæſito 6. Clauis Regia, lib. 3. cap. 7. ad finem. Salas loco ſtatim citando, & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris.

4 Si quęras, qualis damni periculum ſufficiat ad excuſandũ à transgreſsione legis humanæ, & conſequentèr à peccato, præter periculum mortis.

Reſpondetur hoc non poſſe certò definiri, ſed relinqui iudicio prudentis viri, ſpectata grauitate præcepti, & periculi damni; cum enim vnum præceptum inducat obligationem ſtrictiorem alio, non idem damni periculum iudicandum eſt excuſare à tráſgreſsione cuiuslibet præcepti; ſed maioris damni periculum requiri ad excuſandũ à grauiori, quàm à leuiori præcepto. Ita Sanchez loc. cit. num. 16. Suarez lib. 3. de legibus, cap. 30. num. 9. & alij, quos retuli de impedimento metus in tractatu de matrimonio.

Obijcies primò. Nullus poteſt, non ſolum mortale peccatum, verum neque veniale committere ad tuendam vitam, vel ad totius orbis conſeruationem, vt tradit Diuus Auguſtinus 1. de Ciuitate, cap. 18. & refertur, c. Itanè 32. quæſt. 5. ergo nullus metus, ſeu periculum grauis damni excuſat à tranſgreſsione legis humanæ, & conſequenter à peccato.

Reſpondeo negando conſequẽtiam; quamuis enim nullum peccatum poſsit vnquam licitè cõmitti; tamen nõ dicimus committi peccatum, inſtante graui mortis, vel alterius grauis damni periculo; cum legis obligatio in tali euentu ſuſpendatur, & ipſius omiſsio non efficiatur culpabilis, & peccaminoſa. Ita Sanchez loc. cit. num. 4. Becanus loc. cit. num. 7. Ioannes Salas de legibus diſp. 11. ſect. 1. num. 1. & alij Doctores citati.

Obijcies 2. Capite, Sacris, de his, quæ vi, metuſvè cauſa fiunt, decernitur communicationem cum excommunicato non excuſari ob metum mortis; ergo metus grauis periculi nõ excuſat à tranſgreſsione legis, non ſolum naturalis, vel diuinæ, verum etiam humanæ.

Reſpondeo cum Suarez loc. cit. de Cenſuris, num. 10. & lib. 3. de leg. cap. 30. num. 16. ad finem, Sanchez lo. cit. num. 4. Vaſquez lo. cit. cap. 4. Salas loc. cit. num. 12. & 15. Naldo loc. cit. & alijs in eundem locum, metum mortis non excuſare in quolibet euentu; nam ſi metus incutiatur in contemptum Religionis, vel Eccleſiaſticæ poteſtatis, vel cum periculo ſcandali, & damni communis, non excuſat à peccato, ad diſtinctionem, & differẽtiam vis abſolutę, quam in prima propoſitione diximus à peccatis excuſare. Quamobrem pro intelligentia præcitati capitis.

Obſeruandum eſt Summum Põtificem in eo capite ſolũmodò aſſignare diſcrimen inter vim, & metum, quòd vis abſoluta ſemper excuſat à peccato; cum nullũ ſit peccatum, niſi voluntarium, metus verò non ſemper excuſat; non enim excuſat communicationem cũ excommunicato, ſi metus incutiatur in contemptum Religionis, vel cũ periculo grauis damni communis, & cęt. Quanquàm Summus Pontifex in eo capite non definit, quandonam metus grauis excuſet, ſed Doctoribus diſputãdum relinquit.

5 In propoſitione dixi, metum, ſeu probabile periculũ grauis dãni

ni, regulariter loquendo, excuſare à peccato, vt aduerterem præcepta etiam humana aliquando ſub mortali obligare etiam cum periculo mortis, vel alterius grauis damni; quandò videlicèt legislator præſumitur voluiſſe nõ obſtante tali periculo obligare, vt quandò vitandum eſt graue ſcandalũ, vel conſeruãdũ eſt bonũ cõmune Religionis; nã in Republica adeſt ſufficiẽs poteſtas ad præcauendũ ſcandalũ, & conſeruandũ bonũ cõmune, & lex humana nihil aliud reſpicit, quam bonũ cõmune; ſi ergo bonũ cõmune poſtulet legem humanam cum graui periculo ſeruari, dicendum eſt legem humanam in tali euentu obligare, & ſeruandam eſſe. Ita Vaſquez loc. cit. cap. 2. Syluester excõmunicatio 5. quæſito 14. Azorius, lib. 5. cap. 6. Rodriquez in ſumma cap. 194 cõcluſione 5. Sanchez loc. cit. Becanus loc. cit. num. 4. vbi docet, legem, quãdo agitur de bono communi, non ſolum obligare indirectè, verum etiam per ſe, & directè. Suarez, li. 3. de legibus, cap. 30. num. 4. Salas de legibus, diſp. 11. ſect. 1. & alij contra Valentiã, diſp. 7. quæſt. 5. pun. 6. & alios abſolutè arbitrantes legem humanam non poſſe cum periculo vitæ obligare.

6 Si quæras, quomodo poſſimus cognoſcere quandonam lex humana obliget cum periculo vitæ.

Reſpondeo hoc colligẽdum eſſe ex grauitate boni, vel damni cõmunis; quotiès enim obſeruatio legis vtilior eſt bono communi Reipublicæ, aut Cõmunitatis, aut Religionis, vel poteſtatis publicæ, quã conſeruatio vitæ, dicendum eſt legem obligare; Sicut etiam obligat quando violatio legis plus damni communis infert, quam amiſsio vitæ. Secus ſi ex obſeruatione legis non ſequatur maius bonum commune, quam ſit vita illius, qui legẽ ſeruare debet. Ita Vaſquez loc. cit. cap. 2. Becanus loc. cit. num. 5. Suarez, lib. 3. de legibus, cap. 30. num. 7. & alij Doctores citati.

7 Ex dictis ſequitur primò, metum mortis, ſeu periculum vitę; regularitèr loquendo, excuſare à tranſgreſsione ieiunij, vel diei feſti, vel alterius legis humanæ; nam huiuſmodi metus frequenter etiam excuſat à tranſgreſsione legis diuinæ, & naturalis. Sed obſerua me hic non loqui de lege, ſeu præcepto diuino, & naturali prohibente rem intrinſecè malam; cum enim implicet rem intrinſecè malam eſſe licitam, certum eſt nullum poſſe, ob metum mortis, actionem intrinſecè malam præſtare, niſi fortè mutatis circũſtantijs deſinat eſſe intrinſecè mala, vt accidit in homicidio priuata auctoritate facto ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Ex quo infertur, illum non excuſari à peccato mortali, iuxta probabiliorem Doctorum ſentẽtiam, qui per metum grauem mortis nõ ſolum init matrimonium, verum ẽt conſumat; quamuis enim non peccet contrahendo matrimonium ex graui metu, tamen Eccleſia, præuidens huiuſmodi metum adhuc voluit matrimonium cum metu graui celebratum eſſe inualidum ad vitanda infinita incommoda, quæ in Republica ex matrimonijs per metum grauem celebratis ſequerentur; conſequenter conſumans matrimonium per metum grauem celebratum, cõmittit peccatũm forni-

nicationis, quod eſt intrinſecè malum, & à quo metus grauis non excuſat. Ita Sanchez lib. 7. de matrimonio, diſp. 5. nu. 3. & in opere morali, lib. 1. cap. 18. num. 7. Becanus lo. cit. num. 9. Vaſquez loc. cit. cap. 3. num. 17. Salas loc. cit. num. 9. Suarez loco citato, & alij, quos retuli de matrimonio, vbi hanc eãdem difficultatem explicaui.

Prętereà infertur excommunicatum vitãdum, ſi per metum ad miniſtrandum Pœnitentiæ Sacramentum compellatur, non poſſe illud licitè adminiſtrare; nam exerceret actionem intrinſecè malam, intentans Sacramentum inualidum defectu iuriſdictionis. Ita Sanchez lo. cit. num. 8. Suarez de Cẽſuris, diſp. 6. ſect. 3. num. 3. Naldus verbo, Metus, num. 5. Auila, & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris.

8 Secundò ſequitur, illum excuſari à peccato, qui metu mortis nõ ſeruat legem humanam, etiamſi lex pœnã capitis transgreſſoribus pręſcribat. Ita Benzonius tractatu de fuga lib. 1. diſp. 1. quęſt. 4. concluſ. 6. quem citat, & ſequitur Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 18. num. 9. contra Sotum 1. de Iuſtitia quęſt. 6. art. 4. ad finem corporis. Ratio eſt quia lex humana non obligat cum tanto incommodo; ergo à peccato excuſatur, qui metu mortis legem humanam non ſeruat, etiamſi pęna capitis imponatur violatoribus illius legis.

9 Tertiò, illum excuſari, qui per metum grauem cogitur Miſſam celebrare ſine veſtib⁹, & alijs iure canonico requiſitis; nam lex humana non obligat cum tanto incommodo, niſi aliter poſtulet commune bonum. Ita S. Antoninus 3. parte titulo 13. cap. 6. Salas loc. cit. nu. 8. verſiculo, Secundò adde Vaſquez diſp. 161. cap. 3. Becanus loc. cit. nu. 8. Valentia diſp. 7. quæſt. 5. pun. 8. quæſtiuncula 4.

10 Quartò Parochum excuſari à peccato, ſi probabili mortis metu, tempore Paſchatis non deferat ad Epiſcopum, vel tãquam interdictos non denunciet eos, qui tempore ab Eccleſia præſcripto, Pęnitentiæ, vel Euchariſtiæ Sacramentum non ſuſceperunt.

Hoc idem valet in ijs, qui non deferunt ſancto Inquiſitionis officio, aut legitimo ſupiori eos, quos ex Edictis, vel Monitorijs præcipimur ad ſuperiores ſub excommunicationis pœna deferre, vt patet ex dictis de Cenſuris diſp. 2. quæſt. 6. pun. 1. num. 2. cum Henriquez, Nauarro, Graffio, Suarez, & alijs.

11 Quintò, ſuperiorem obligare, ſi tempore peſtis legẽ ferat, qua præcipiat Parochos aſsiſtere infectis peſte ad miniſtranda Sacramenta; Superior enim poteſt obligare cum periculo vitæ, & poteſt partem exponere periculo vitę propter commune bonum; ſicut etiam Princeps poteſt inſtãre mortis periculo prę-cipere militibus tempore belli, ne à propria ſtatione diſcedant. bonũ enim commune præponderat priuato, vt patet ex dictis in præcedẽti quæſito, & in obiectionibus.

Ex quo infertur milites grauiter peccare, in tali euentu fugiendo, non ſolum contra pactum; verum etiam cõtra præceptum Principis, ſeu Ducis, ſi Dux inſtante periculo exercitus præcipiat, ne à ſtatione diſcedant, vel vt hoſtes inuadant, vel vt pugnent. Ita Suarez loc. cit. num. 3. & 4. Vaſquez loc. cit. cap. 3.

Digitized by Google

cap.3. Salas loc.cit. num.11. Becanus loc.cit.num.10.Sanchez loc.cit. num.2.Leſsius,& alij, quos in ſimili retuli de homicidio.

12 Sextò, ſeruandam eſſe legem, etiam humanam, cum periculo vitæ,quãdo quis alteri minatur mortem, niſi legem humanam violet in contemptum legis, vel in odium Religionis &c.nam lex humana in tali euentu obligat cum tanto periculo ad tuẽdam Religionem,vel auctoritatem legis publicæ, quæ præponderat bono vitæ priuato. Ita Suarez loc. cit. de legibus, cap. 30.num.16. Vaſquez loc. cit. cap.4. Becanus,num.11. Sanchez lo.cit.& alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris.

13 Sed modò dubium eſt primò, vtrum excuſetur à peccato,qui carnes humanas comedit ex metu,ſeu probabili alicuius damni periculo.

Reſpõdeo excuſari,ſi carnes humanas per modum medicinæ comedat;nam comeſtio humanarum carnium per modum medicinæ nõ videtur ita intrinſecè mala,quin ratione neceſsitatis licita videatur, per ſe loquendo.

Addo cum Nauarro, cap.23.nu. 112. Sanchez in opere morali, lib. 1.cap.18.num.12. Emanuele Sà verbo, Comedere, & alijs,cõtra Azorium parte 1. lib.7.cap. 33. Valentiam 2. 2. diſp.9.quæſt.3. pun.1.columna 3. & alios, excuſari à mortali eos, qui in periculo mortis comedunt carnes hominum interfectorum,etiamſi per modum medicinæ eas comedere non videantur; nam carnium humanarum comeſtio non videtur adeò intrinſecè mala, quin licita ſit in tanto vitæ periculo; & ſicut licitum eſt carnes humanas per modum medicinę ſumere; ita etiam licitum erit veſci carnibus humanis ad tuẽdam propriam vitam, ſiue metus mortis ad hunc finem à cauſa extrinſeca incutiatur, ſiue proueniat à cauſa intrinſeca.

14 Obſerua tamen primò non licere aliquem occidere ad hunc finem; cum hoc ſit intrinſecè malũ, & non fiat ad vim propulſandam cum moderamine inculpatæ tutelæ,vt patet ex dictis de homicidio.

15 Obſerua 2. hominẽ poſſe quidem veſci carnibus humanis ad vitam tuẽdam in propoſitis caſibus, ſed non teneri carnes humanas comedere ad vitam conſeruandam. Ratio eſt tum quia ſequi poteſt cõtrariam opinionem aſſerentẽ eſum huiuſmodi carnium eſſe intrinſecè malum. Tum quia poſſumus mortẽ noſtram iuſta de cauſa permittere, qualis cauſa eſt horror, & abominatio ab huiuſmodi cibo. Ita Sanchez loc.cit.num.14. Idem innuit Suarez loco cit. de legibus, num. 10.

16 Secundò dubiũ eſt, vtrum Carthuſianus, aut etiam alius voto,vel lege abſtinẽtiæ à carnibus obſtrictus, poſsit in vitæ periculo carnibus veſci non obſtante voto,vel lege non comedendi carnes, an potiùs teneatur, vel poſsit cum periculo vitæ abſtinere à carnibus.

Reſpondet Victoria de Temperantia,num.8.poſt alios apud Salas de legibus,diſp.11.ſec.2.& apud Becanum loc.cit num.13.poſſe à carnibus abſtinere.

Ego verò cũ Vaſquez, p.2. diſp. 162.Couarruuia 1. variarum, cap. 2.num.10. Azorio to. 1.lib.5.cap.6. quæſito 7. vbi alios refert Salas lo. cit.

cit.num.23.& 27. Becano loc.cit.& alijs aſſero Carthuſianum, aut etiã alium, lege, aut voto abſtinentiæ à carnibus, obſtrictum, non ſolum poſſe, verũ etiam teneri carnibus veſci, ſi non habeat alios cibos, & euidenter conſtet carnes illi neceſſarias eſſe ad tuendam vitam, vt oſtendi de reſtitut. d. 2. quæſt. vlt. ſect. 1. pun. 5. num. 9. & 10. Ratio eſt tum quia non tenetur abſtinere ratione legis; cum lex non obliget cũ tanto incommodo, & ab omni lege neceſsitas extrema ſit exempta, vt ait Nicolaus III. cap. Exijt de verborũ ſignificatione in 6. §. Nec quidquam. Præterea non tenetur ratione voti; cum votum non obliget cum tanto incommodo, & in voto abſtinendi à carnibus ſubintelligatur hæc conditio, niſi carnium eſus fuerit vitæ neceſſarius, vt benè ait Azorius lo. cit. Tum quia nulla ſubeſt iuſta cauſa abſtinendi à carnibus tempore tantæ neceſsitatis, & ex alio capite quilibet tenetur vitæ propriæ conſulere, niſi aliter ex iuſta, & rationabili cauſa permittat. Interueniente verò iuſta, & rationabili cauſa, exempli gratia, cauſa vitandi ſcãdali, quod alioquin aſtantes, aut alij ob id paterentur, poteſt, aut etiam tenetur, niſi ſcandalum ſit phariſaicum, à carnibus abſtinere; quilibet enim poteſt ſui necem permittere ex iuſta, & rationabili cauſa; & quilibet tenetur ſcandalum commune præferre vitæ propriæ. Ita ſentire videtur Azorius loc. cit. Salas loc. cit. num. 24. & 25. Vaſquez loc. cit. Adrianus. Maior, & alij apud Salas num. 21. & apud alios Doctores citatos.

Dixi, niſi ſcandalum ſit phariſaicum; nam ſi aſtantibus conſtet de euidenti Carthuſiani periculo, & de ipſius obligatione ad comedẽdas carnes, Carthuſianus poteſt carnes comedere; quia ſcandalum eſt acceptum, & phariſaicum; non verò actiuum, & datum; cum aſtantes conſcij obligationis, qua Carthuſianus tenetur vitę proprię conſulere, temerè, & irrationabiliter ſcandalizentur; nec dimittenda ſint ea, quæ ſunt de præcepto, vt vitetur ſcandalum paſsiuum, quod naſcitur ex bono opere, cap. Qui ſcandalizauerit, de regulis iuris in ſexto.

17 Hinc patet primò, Medicum, aut alium, qui carnes, alioſvè cibos carne conditos præbet Carthuſiano talibus cibis indigenti, nõ peccare, tum quia lex nõ afficit alios, vt ſuppono, ſed Carthuſianum. Tũ quia licitũ eſt, per ſe loquendo, actioni honeſtæ cooperari. Ita Vaſquez diſp. 162. num. 25. Salas lo. cit. num. 27. & alij.

18 Secundò patet à ſimili licitum eſſe in graui vitę periculo veſci idolotitis, ſeu cibis idolo immolatis, modò aſtantes admoneantur, aut nouerint hoc fieri ad tuendam vitam, & non ad profitendam falſam Deorum Religionem. Ratio colligitur ex dictis. Tum quia hoc non videtur opus intrinſecè malũ, & nos tenemur propriæ vitæ conſulere, niſi iuſta, & rationabilis cauſa ad eam prodigendam compellat. Tum quia ſcandalum, quod inde ſuboritur, eſt temerarium, & paſsiuum. Ita Vaſquez diſp. 162. cap. 5. Salas loco citato, num. 26. & alij cõtra Gerſonem, & alios apud præcitatos Doctores.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM. III.

Vtrum ignorantia inuincibilis excuſet à peccato.

1 *Ignorantia alia eſt iuris, alia facti, & alia pœnæ.*

2 *Ignorantia iuris alia eſt iuris communis, alia particularis.*

3 *Ignorantia alia eſt inuincibilis, & alia vincibilis.*

4 *Ignorantia alia eſt antecedens, alia comitans, & alia ſubſequens.*

5 *Ignorantia vincibilis diuiditur in craſſam, affectatam, & ſupinam.*

6 *In ignorãtia vincibili aliquãdo intercedit grauis negligentia, & aliquãdo leuis in inueſtigãda rei veritate.*

7 *Ignorantiæ diuiſiones accommodari poſſunt inaduertentiæ, & obliuioni.*

8 *Dari poteſt ignorantia inuincibilis legem humanarum, ſeu iuris, tàm particularis, quàm communis.*

9 *Dari poteſt ignorantia iuris diuini, & myſteriorum fidei, etiamſi ignorantia ſit coniuncta cum errore.*

10 *Quænam ſit ignorantia pura, & quænam ſit coniuncta cum errore.*

11 *Dari poteſt ignorantia aliquorum præceptorum naturalium, non tamen omnium.*

12 *Ignorantia inuincibilis tàm iuris, quam facti excuſat à peccato.*

13 *Quomodo poſſit aliquis probare in foro externo ſe ignorantia inuincibili laboraſſe.*

14 *Non ſoluens vectigalia ex ignorantia inuincibili non peccat.*

15 *Poteſt excuſari à peccato, qui habuit aliquam legis cognitionem, vel aduertentiam, &c. ſed adhibita modica diligentia rei veritatem non cognouit.*

16 *Excuſatur Ruſticus, vel vetula faciens aliquid conſulto Parocho aſſerente id eſſe licitum.*

17 *Non tenetur repetere Confeſſionem, qui aliquod peccatum ex ignorantia culpabili, vel etiam ſcienter commiſſum in ea prætermittit, inuincibiliter ignorans ſe teneri illud confiteri.*

18 *Excuſatur, qui per ignorantiam inuincibilem aliquid facit, vel omittit contra proprium officium.*

19 *Quænam diligentia adhibenda ſit ad veritatem aſſequendam, quãdo præcedit aliqua cogitatio.*

20 *Excuſatur à peccato adulterij accedens ad fœminam, quam credebat eſſe ſuam vxorem.*

21 *Peccatum ita poteſt per ignorantiã minui, vt ex mortali fiat veniale.*

22 *Qualibet ignorantia legum humanarum poteſt à mortali excuſare, modò adſit bona fides, & ignorantia non ſit craſſa, vel ſupina.*

23 *Non peccat mortaliter, qui bona fide perfringit ieiunium putans ſe ſufficientem non ieiunandi cauſam habere.*

24 *Laborans ignorãtia inuincibili vnius circunſtantiæ, nõ verò alterius, nõ excuſatur à peccato reſpondente illi circunſtantiæ, quam nouit.*

25 *Sciens furtum eſſe peccatũ, & ignorans furtum imperare eſſe peccatum, non peccat imperando, peccat verò, ſi furtum committat.*

26 *Sciens fornicationem externam eſſe peccatum; non verò deſiderium, nõ peccat deſiderio fornicationis, peccat verò exterius fornicando.*

27 *Non ieiunans aliquo die inuincibiliter ignorans eſſe diem ieiunij excuſatur à peccato contra ieiunium; peccat verò, ſi intemperanter comedat.*

28 *Excuſatur à peccato, qui præceptum*

aliquod

aliquod non adimplet ob inaduertentiam, vel ignorantiam, quæ ipſius culpa contigit.

29 *Peccata commiſſa ex ignorantia culpabili ſunt eiuſdem ſpeciei cum peccatis, cuius ſunt peccata facta cum ſcientia.*

30 *Pœnitens non tenetur in confeſſione explicare num peccauerit ex ignorantia vincibili, vel ſcienter, niſi ignorantia ſit talis, quæ excuſet à mortali.*

31 *Ipſamet ignorantia vincibilis non eſt formaliter peccatum, ſed eſt peccatum ratione negligentiæ.*

32 *Ignorantia vincibilis eſt peccatum oppoſitum præcepto, & virtuti, ex qua homo tenetur aliquid ſcire, vel facere.*

33 *Ignorantia inuincibilis pœnę non excuſat à peccato.*

34 *Ignorantia comitans excuſat actionem externam à peccato.*

35 *Iaciens ſagittam intentione occidendi quodcunque illud ſit, quod ſibi ob oculos extat, committit homicidiũ etiam externum eo ſecuto, quamuis crediderit id eſſe feram, non hominem.*

36 *Excuſatur à Cenſura, qui cum ignorantia comitante facit opus ſub cenſura vetitum.*

37 *Qui ex ignorantia comitante committit homicidium, vel aliud damnum infert excuſatur ab obligatione reſtituendi conſurgente ex iniuſta acceptione.*

ANtequam ad propoſiti Puncti explicationẽ accedamus breui compendio recolenda ſunt ea, quę fuſiùs explicauimus de Cẽſuris diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. à numero 1. vſque ad 6.

1 Præmittẽdum igitur eſt primò, ignorantiam aliam eſſe iuris, aliam facti, & aliam pœnę.

2 Secundò, ignorantiã iuris aliam eſſe iuris communis, & aliam particularis.

3 Præmittendum tertiò, ignorantiam ſubdiuidi in probabilem, ſeu inuincibilem, & inculpabilem, & in vincibilem, quæ culpabilis nuncupatur.

Vincibilis eſt illa, quæ vinci potuit ob præcedentem aliquam de ipſa, & obligatione ſciendi, cogitationem.

Inuincibilis eſt illa, quæ vinci non potuit, & contingit, quando quis nihil vnquam cogitauit, vel dubitauit de lege aliqua, vel nunquam lex in mentẽ venit; quis enim vincere poteſt ignorantiam, de qua nihil vnquam cogitauit, vt patebit ex dicẽdis in prima propoſitione. Ignorantia probabilis contingit, quando quis ignorat ea, quæ ſcire tenetur, ſed adhibita debita diligentia ad ea cognoſcenda, nunquã cognouit, vt benè docet Vaſquez p. 2. diſp. 156. cap. 2. & diſp. 107. cap. 3. & diſp. 123. cap. 2. & de Pęnitentia quæſt. 92. art. 3. dub. 1. num. 7. & 8. & alij. quos infra referam.

4 Quartò, ignorantiã aliam dici antecedentem, quæ etiam inuincibilis appellatur; aliam comitantẽ, & aliam ſubſequentem, quæ etiam dicitur vincibilis, & aliquo modo eſt voluntaria, vt oſtendi de Cenſuris loc. cit.

5 Quintò, ignorantiam vincibilem diuidi in affectatam, craſſam, & ſupinam.

Affectata contingit, quãdo quis eligit neſcire præceptũ, vt liberius peccet. Suarez nõ diſtinguit ignorantiam craſſam, & vincibilem à ſupi-

Digitized by Google

ſupina; Nos verò in tractatu de Cẽſuris cum Sanchez, lib. 9. de matrimonio, diſp. 32. num. 73. & in opere morali, lib. 1. num. 7. diſtinximus ignorantiam craſſam, & vincibilẽ à ſupina, & aſſeruimus omnem ignorantiam craſſam, & ſupinam eſſe quidem vincibilem; ſed non omnẽ vincibilem ignorantiam eſſe craſſam, & ſupinam; nam ignorantia vincibilis, quatenus diſtinguitur à craſſa, & ſupina, contingit quando quis non adhibet mediocrem diligentiam morali, & humano modo ad ſciendum, & cognoſcendum id, quod ſcire, & cognoſcere tenetur.

Ignorantia verò craſſa, & ſupina dicitur illa, quæ procedit ex culpa lata ignorantis, ſeu ex ſumma negligentia, vt accidit quando quis habita iã aliqua cogitatione ignorantiæ, & obligatione ſciendi, nullam, aut valdè modicam adhibuit diligentiam ad cognoſcendum id, quod ſcire tenetur.

6 Sextò, ignorantiam vincibilem aliam eſſe, in qua grauis negligentia intercedit ad cognoſcẽdam rei veritatem; & aliam, in qua reperitur adeò leuis negligentia, vt non ſufficiat ad mortale, ſed tãtummodò ad veniale peccatum.

7 Septimò, prædictas ignorantiæ diuiſiones accommodari poſſe inaduertentiæ & obliuioni, qua quis, licèt habuerit præcepti cognitionem; hic tamen, & nunc ad illud non aduertit, vt cũ Suarez de Cenſuris diſp. 4. ſect. 4. nu. 5. Azorio par. 1. lib. 1. cap. 16. quæſito 3. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 16. nu. 8. docui de Cenſuris loc. cit. vbi hos terminos clarius, & fuſiùs explicaui.

His præmiſsis quærẽdum eſt primò, vtrum detur ignorantia inuincibilis, vel probabilis legum humanarum, diuinarum, & naturalium. Secundò, vtrum à tranſgreſsione legum, & conſequenter à peccatis excuſet ignorantia iuris, vel facti. Tertiò, vtrum excuſet ignorantia pœnę. Quartò, vtrum excuſet ignorantia comitans, ſine qua actus adhuc fieret, vt ſi quis percutiat inimicum, credens eſſe feram, quem nihilominus percuſsiſſet, ſi ſuum inimicum eſſe cognouiſſet.

PRIMA PROPOSITIO.

8 Dari poteſt inuincibilis ignorantia legum humanarum, ſeu iuris non ſolum particularis, verum etiam communis. Ratio eſt quia fieri poteſt, vt quis nihil vnquàm de lege aliqua cogitauerit, vel, ſi cogitauit, debitam adhibuerit diligentiam ad veritatem cognoſcendam, & tamẽ nondum venerit in ipſius cognitionẽ; ſed hęc eſt ignorantia inuincibilis, vel probabilis, vt patet ex ijs, quæ tertiò loco præmiſimus; ergo dari poteſt ignorantia inuincibilis, vel probabilis legum humanarum, ſeu iuris nõ ſolum particularis, verum etiam communis.

9 Addo primò dari poſſe ignorantiam iuris diuini, & myſteriorũ fidei; nam aliqui infideles extitere, ad quos nulla peruenit cognitio myſteriorum fidei; ergo reſpectu illorum datur ignorantia inuincibilis, & inculpabilis iuris diuini, & myſteriorum fidei; quomodo enim potuerunt ignorãtiam vincere, qui de myſterijs fidei nihil audierunt; cum ignorantia non ſit culpabilis, niſi ſit voluntaria; nullum enim eſt pecca-

peccatum, niſi voluntarium; talis autem ignorantia non potuit eſſe voluntaria; cum voluntarium ſupponat aliquam cognitionem, vel ſuſpicionem de re, quæ ſciri debet, ſeu de obligatione illam ſciendi; voluntas enim non fertur in incognitum.

Hanc doctrinam amplia non ſolum in ignorantia pura, & ſimplici, verum etiam in illa, quæ coniuncta eſt cum errore; nam ſi rudis inſtruatur ab hæretico, quem ipſe neſcit hęreticum, ſed putat virum probũ, & doctum, ab eoq; aliquos errores contra fidem ſimul cum aliquibus veritatibus imbibat, dicitur habere ignorantiam inuincibilem coniunctam cum errore, quæ non imputatur ad culpam; cum nullam de veritate habuerit cognitionem. Quamobrem iſte ſi damnaretur, nõ damnaretur ob huiuſmodi errorẽ, vel ignorantiam, ſed ob alia peccata mortalia; modò ignorantia non verſetur circa myſteria fidei neceſſaria neceſsitate medij, vt patebit ex dicendis de fide. Ita Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 16. num. 32. & alij.

10 Vt hæc ampliatio clarius intelligatur, obſeruandum eſt ignorantiam aliam eſſe puram, & ſimplicem, qua aliquid ignoratur, & aliã eſſe coniunctam cum errore contrario, vt ſi Titius ignoret prohibitam eſſe clerici percuſsionem, dicitur habere ignorantiam puram, & ſimplicem; Si verò credat percutiendum eſſe clericum, dicitur habere ignorantiam cum errore.

11 Addo 2. cum communi Doctorum ſententia non ſolum dari poſſe ignorantiam inuincibilem legũ humanarum, aut iuris diuini; verũ etiam aliquorum præceptorum naturalium, vt patet tum ex ratione, quam adduxi ad probandum dari ignorantiam inuincibilem legum humanarum, & iuris diuini. Tum quia nonnulli putant licitum eſſe mendacium ad liberandum innocentem à morte: Aliqui pueri inuincibiliter ignorant pollutionem illicitam eſſe. Quamplures ignorant nonnulla ad proprium officiũ ſpectantia. Et multa diſputantur inter Doctores, vtrum ſint de iure naturæ, circa quæ adeſſe poſſunt opiniones vtrinque probabiles; ergo dari poteſt ignorantia inculpabilis aliquorum præceptorum naturalium.

Dixi, aliquorum, vt aduerterem non omnia præcepta naturalia inculpabiliter ignorari poſſe; extant enim aliqua pręcepta notiſsima, & clariſsima, quæ dicũtur prima principia iuris naturę, vt ſunt illa, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Colẽdus eſt Deus. Honorandi ſunt Parentes. Malum vitandum. Bonum faciendum. Et ſimilia, quæ claro naturæ lumine cognoſcũtur. Ita Valentia p. 2. diſput. 6. quæſt. 6. pun. 1. Corduba, lib. 2. quæſt. 4. Salas de legibus diſp. 5. ſect. 6 num. 28. & diſp. 15. ſect. 9. Clauis Regia, lib. 2. cap. 9. num. 17. Sanchez loc. cit. nu. 33. Coninchus de Pœnitentia diſp. 8. dubio 17. num. 135. pagina mihi 490. Reginaldus, lib. 11. num. 23. Azorius parte 1. lib. 1. cap. 15. quæſito 1. Vaſquez p. 2. diſp. 22. cap. 2. & alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

12 IGnorantia inuincibilis, aut probabilis tàm iuris, quàm facti

facti excuſat à peccato. Ita Doctores citati. Ratio eſt quia nullum eſt peccatum, niſi voluntarium; peccatum autem non poteſt eſſe voluntarium cum ignorantia inuincibili iuris, vel facti; cum voluntariũ ſupponat cognitionem, & vſus libertatis noſtræ nitatur cognitione tanquam radice.

An verò ignorãtia excuſet à pœna, conſtat ex dictis de Cenſuris, quæſito 2. pun. 1.

13 Verũ ſi quæras, quomodò poſſit aliquis probare in foro externo ſe ignorantia inuincibili laboraſſe, ſeu legem ex ignorantia non ſeruaſſe.

Reſpondetur, ſi ſpectatis circunſtantijs dubitetur, an legem ignorauerit, & non ſit plena præſumptio contra ipſum, quod legem ſciuerit, aut illam craſsè ignorauerit, ſufficere videtur ipſius iuramentum; nã in dubio æquitas nõ patitur, vt quis condemnetur; ergo addito iuramento poterit à pœna liberari, ſeq; iuramento excuſare. Vnde ſi quis diſtans à Curia legem Pontificiam in Curia Romana promulgatã intra duos menſes trãſgrediatur, nec aliunde conſtet ab ipſo cognitam fuiſſe legem, poterit ſe tueri iuramento, iurãdo ſe legem ignoraſſe.

Si verò nõ ſit dubia præſumptio; ſed clara contra aliquem, poterit ignorantiam probare aliquibus ſignis, quæ moraliter coniungi non ſolent cum ſcientia illius legis, ſeu cũ negligentia culpabili illius ſciẽdæ, vt quòd eo tempore fuerit deſtitutus vſu rationis, vel quòd abſens fuerit à loco, in quo potuit, & debuit eam ſcire. Ita Nauarrus de conſtitutionibus conſilio 1. quæſt. 2. num. 6. & 7. Panormitanus, cap. Cognoſcentes de conſtitutionibus, nu. 9 Felinus ibidem. Molina tractatu 5. diſp. 71. num. 4. Maſcardus, & alij communiter, quos retuli de leg. quæſt. 1. pun. 4. verſ. Quantum verò temporis.

14 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui nõ ſoluit vectigalia, inuincibiliter ignorans legem obligantem ad vectigalia ſoluenda, excuſari à peccato; cum ignorantiam iuris inuincibilem habeat.

15 Secundò, illum à peccato excuſari, qui cogitationem aliquam, ſeu cognitionem legis, vel aliquam aduertentiam circa malitiam obiecti, ſeu facti habuit; ſed adhibita morali diligentia non cognouit veritatem rei, & ob id nõ abſtinuit ab eo, à quo tenebatur abſtinere, vel non præſtitit, quod præſtare debebat; nam dicitur laborare ignorantia probabili. Quamobrem ſi Titius dubitans hac hebdomada aliquem diem feſtum ex præcepto celebrãdum eſſe, veritatem inquirat ab ijs, qui Miſſæ Parochiali aſtiterunt, in qua dies feſti ex obligatione colendi indici, & publicari cõſueuerunt, & ab illis accepit nullos feſtos dies inter Miſſæ ſolemnia enunciatos, & indictos fuiſſe, non peccat, non colendo feſtum diem, quem re ipſa ex præcepto colere debebat, vt benè docet Azorius parte 1. lib. 1. cap. 12. quæſito 1. Rodriquez in ſumma 1. parte, cap. 23. concluſione 7. Sanchez loc. cit. nu. 37. & alij Doctores ſtatim citandi. excuſatur enim ob probabilem iuris & facti ignorantiam, quæ inuincibilis eſt; nam qui poſita dubitatione, vel cogitatione præcepti, vel malitiæ operis, eam adhibuit diligentiam, quam vir prudens iuxta

facti,

facti, & negotij qualitatem, & circunſtãtias ſufficientẽ iudicabat, nõ peccat, ſi quid poſt diligentiam præſtet, aut ſi quid præter ipſius voluntatem eueniat; non enim eſt illi imputandum ad culpam; cum cenſeatur factum ex inuincibili ignorantia, quam à peccato diximus excuſare. Ita Azorius loc. cit. cap. 16. quæſito 6. Sanchez loc. cit. num. 34. Reginaldus, lib. 11. num. 26. & lib. 15. num. 75. Valentia, Suarez, & alij locis citatis. Ob id in tractatu de Reſtitutione excuſauimus eum ab obligatione reſtituendi, qui pręuidit homicidium ſecuturum, ſed debitam adhibuit diligentiam ad illud præcauendum; nam homicidium ſequi videtur ex ignorantia probabili. Ita præter Doctores ibi citatos docet Sãchez in opere morali, lib. 1. cap. 16. num. 38. cum pluribus alijs Doctoribus, quibus etiã adhæret Reginaldus, lib. 15. nu. 75. Et hoc verum eſt, etiamſi homicida daret operam rei illicitæ, vt docent præcitati Doctores. & nos oſtẽdimus de homicidio cum Leſsio, & alijs.

16 Tertiò, excuſari Ruſticos, aut vetulas, quę aliquid faciunt conſulto Parocho, aſſerente illud licitè præſtari poſſe; nam cenſentur laborare ignorantia probabili, & inuincibili, cũ ſufficientem diligentiam adhibuiſſe cenſeantur, putantes Parochum ritè inſtructum eſſe. Ita Sanchez loc. cit. num. 38.

17 Quartò, illum excuſari ab obligatione repetendæ confeſsionis, qui peccatum aliquod ignorantia vincibili, aut etiam ſcienter cõmiſſum prætermiſit in confeſsione, inuincibiliter, aut probabiliter ignorans ſe teneri ad peccatum illud in confeſsione aperiẽdum; non enim peccauit reticendo peccatum in cõfeſsione, inuincibiliter, aut probabiliter ignorans tale peccatum in confeſsione manifeſtandum eſſe; cum ignorantia inuincibilis, aut probabilis excuſet.

Idem cenſeo dicendum de eo, qui in prima confeſsione culpabiliter pretermiſit aliquod peccatum ex ignorantia vincibili, aut etiam ſcienter, ſed in reliquis confeſsionibus prætermiſit bona fide, eo ꝙ nullam de tali peccato, aut de tali omiſsione cogitationem habuerit facto diligenter examine; aut, eo ꝙ in reliquis confeſsionibus prudenti ratione iudicauerit illud nõ fuiſſe peccatum; hic enim non tenetur repetere cõfeſsiones bona fide factas; cum à peccato excuſetur ratione bonæ fidei, ſeu ratione ignorantiæ inuincibilis, aut probabilis; conſequenter ſatisfaciet repetendo confeſsionem, in qua culpabiliter ex ignorantia vincibili, aut ẽt ſcienter peccatum prætermiſit. Ita Vaſquez de Pœnitentia, quæſt. 92. art. 3. dub. 1. nu. 9. pagina mihi 285. Nauarrus cap. Fratres, de Pœnitentia diſt. 5. num. 80. & in Manuali cap 9. num. 15. vbi refert Syluestrũ, Adrianum, & alios; Ommiſsis illis, quos retuli de Pęnitentia, quæſt. 5. ſect. 2. pun. 2. §. 4 num. 2 & 3. & alibi.

18 Quintò, eum excuſari, qui per ignorantiam inuincibilem aliquid facit, vel omittit contra proprium officium; nam laborat ignorantia inuincibili, vt ſuppono, & dari poteſt ignorantia inuincibilis, non ſolum legum communium, verum etiam particularium ſpectantium ad proprium ſtatum, & officium, quandò nulla præceſsit de huiuſmodi

Digitized by Google

modi legibus cogitatio; nam humana diligentia expelli non poteſt ignorantia, vel inaduertẽtia, cuius nulla prorſus occurrit cogitatio.

Idem cenſeo, ſi præceſsit cogitatio; ſed adhibita debita diligentia ad inquirẽdam veritatem, veritas comperta non fuit, vt benè docet Vaſquez p. 2. diſp. 123. cap. 6. nu. 6. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 16. num. 21. & 27. Idem innuit Reginaldus, lib. 15. num. 75.

19 Qualis autem diligentia adhibenda ſit ad veritatem aſſequendam, ſeu ad ſuperandam ignorantiã, præuia aliqua cogitatione, ſeu cognitione legis, ſeu obligationis ſciendæ, non põt certò definiri; ſed iudicio prudentis relinquẽdum eſt hoc iudicium, habita rõne præcepti, officij, & qualitatis perſonæ, aut etiam circunſtãtiæ temporis, & loci, ita vt tanta diligentia adhibeatur ſtudendo, aut conſulendo peritos, quæ viro prudenti ſufficiens videatur, attenta qualitate loci, & tẽporis. Ita Vaſquez lo. cit. cap. 2. Suarez de Cenſuris diſp. 4. ſect. 8. Sanchez lo. cit. num. 36. & alij, quos retuli in ſecunda illatione.

20 Sextò, eum, qui ad fœminam accedit, credẽs eſſe ſuam vxorem, ſeu inuincibiliter ignorans eſſe alienã, excuſari à peccato adulterij; cum habeat ignorantiã inuincibilẽ facti. Secus ſi laboret ignorantia vincibili; nam cum ignorantia vincibili ſtat voluntariũ ſufficiens ad peccatum, cum præceſſerit aliqua cognitio peccati, ſeu obligationis; quanquã talis ignorantia diminuit peccatum, vt patebit ex dicendis quæſito primo; quia peccatum cum ignorantia vincibili commiſſum eſt minus voluntarium, quam ſit peccatum ſcienter perpetratum.

Hoc tamen limita, modò ignorantia non ſit affectata; nã ignorantia affectata, qua videlicèt quis ignorat præceptum, vt liberius peccet, non ſolum nõ diminuit, ſed auget peccatum; quia peccator cum tali ignorantia maiorem habet affectum ad peccatum. Ita Vaſquez p. 2. diſp. 6. quæſt. 6. pun. 3. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 17. num. 5. & alij, quos in ſimili retuli de Cẽſuris.

21 Quæres primò, vtrum peccatũ, ita poſsit per ignorantiam minui, vt ex mortali fiat veniale.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia peccatum mortale ex ſuo genere poteſt ob imperfectam aduertentiam fieri veniale, vt ſuperius docuimus de aduertentia; ergo etiam per ignorãtiam fieri põt veniale, cum inaduertẽtia comparari poſsit ignorantiæ. Tum quia ſicut totalis ignorantia omninò excuſat à peccato, quod alioquin eſſet mortale ſublata ignorantia; ita ignorãtia culpabilis tantummodò venialiter à mortali excuſabit opꝰ factum cum hac ignorantia, quod alioquin eſſet mortale; Sicut enim ſe habet totalis ignorantia ad totalem excuſationem; ita partialis ad partialem. Tum quia peccatũ cum ignorantia, ſeu negligentia culpabili tantummodò venialiter cõmiſſum, eſt nimis imperfectè voluntarium; voluntarium autem imperfectum excuſare poteſt à mortali. Ita Valentia lo. cit. pun. 3. Suarez de Sacramentis, diſp. 82. ſect. 3. Sãchez in opere morali, lib. 1. cap. 17. num. 17. Reginaldus, lib. 11. nu. 19. & alij.

22 Addo cum Sãchez lo. cit. num. 20. & Reginaldo lo. cit. nu. 30. Caietano

tano V. Præceptum in fine Syluestro verbo Inobedientia Emanuele Sà,& alijs ſtatim citandis. Contra nonnullos alios, quamlibet ignorãtiam legum humanarũ poſſe à peccato mortali excuſationem parere, modò adſit aliqua bona fides, & modò ignorantia nõ ſit craſſa, vel ſupina, quę contingit quando, præcedẽte cogitatione legis, ſeu obligationis ſciẽdi, nulla, aut valdè modica adhibita fuit diligentia. Quãobrem fieri põt, vt ignorantia, quæ reſpectu iuris diuini, vel naturalis diceretur culpabilis mortaliter, ſit tantũmodò venialis reſpectu iuris humani, modò adſit bona fides, & non adſit ignorãtia craſſa, vel ſupina, vel affectata. Rõ deſumitur ex benignitate legum humanarũ, quæ non intendunt adeò ſtrictam obligationem inducere, ſicut exigit, & inducit ius diuinum, & naturale.

23 Ex quo ſequitur, eum non peccare mortaliter, qui bona fide perfringit ieiunium, putans ſe legitimam, & ſufficientem non ieiunandi cauſam habere, modò non ita ſit animo actualiter diſpoſitus, vt ſi cognoſceret talem cauſam non eſſe legitimam, & ſufficientem, adhuc non ieiunaret; tunc enim grauiter peccat ratione actualis affectus ad peccatum. Ita Nauarrus, cap. 21. nu. 20. & cap. 27. num. 141. Azorius par. 1. lib. 7. cap. 7. quæſito 4. Rodriquez par. 1. cap. 24. ad finem, Leſsius, lib. 4. cap. 2. dub. 5. num. 34. Reginaldus lo. cit. & lib. 13. num. 275. Sanchez lo. cit. num. 21. Emanuel Sà verbo Lex, num. 15. Suarez de legibus, lib. 3. cap. 24. ad finem. Salas de legibus diſp. 10. ſect. 10. num. 74. ſub finem Vaſquez 1. 2. diſp. 158. cap. 4. & alij communiter.

24 Quæres ſecundò, vtrum laborã ignorantia inuincibili vnius circũſtantiæ, non verò alterius excuſetur ab omni peccato.

Reſpondeo non excuſari à peccato reſpondente illi circunſtatiæ, quam nouit, ſeu quam culpabiliter ignorat; nam peccatum illi circunſtantiæ reſpondens cenſetur volũtariũ. Ita cõiter DD. teſte Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 16. num. 10. cum San. Thom. p. 2. quæſt. 76. art. 3. & alij, quos retuli de aduertentia.

25 Hinc ſequitur primò, eum, qui ſcit, aut culpabiliter ignorat furtũ eſſe peccatum, imperare verò furtũ inuincibiliter ignorat eſſe peccatum, non peccare imperando furtum, peccare verò furãdo. Ita Leonardus Duardus in expoſitione bullæ lib. 1. cap. 2. quæſt. 5. num. 21. & alij Doctores citati.

26 Secũdò, eum, qui fornicationẽ externam nouit eſſe peccatum; Sed inuincibiliter ignorat deſiderium fornicandi eſſe peccatum, nõ peccare deſiderio fornicationis; peccare verò exterius fornicando. Ita Doctores citati.

27 Tertiò, eũ, qui aliquo die nõ ieiunat; quia nihil de ieiunio audiuit, vel cogitauit, vel dubitauit, excuſari à peccato contra præceptũ ieiunij; quamuis aliũdè fieri poſsit, vt peccet contra Temperantiam, ſi intemperanter comedat, vt patet ex dictis de aduertentia, quæ accommodari, & referri poſſunt ad inuincibilem ignorantiam.

Obijcies. In iure paria ſunt, ſcire, & debere ſcire, ſed q ſcit peccatũ, ſeu legem, nõ excuſatur à peccato; ergo neq; excuſatur, q ſcit peccatũ, aut legem ignorat, quam ſcire te-

ne-

Digitized by Google

netur; conſequenter nec excuſabitur à peccato reſpondente illi circunſtantiæ, quam ignorat.

Reſpōdeo primò, ſcire, & debere ſcire non eſſe paria, quando nulla præceſsit cogitatio: Secus quādo aliqua cogitatio præceſsit; quia poſita aliqua cogitatione legis, vel prohibitionis, in noſtra poteſtate poſitum eſt veritatem inquirere, & ignorantiam expellere. Dum verò nulla præceſsit cogitatio, non habemus proximam poteſtatem expellendæ ignorantiæ; conſequenter nobis non imputantur, quæ per inuincibilem ignorantiam fiunt, vt patet ex dictis de aduertentia.

Reſpondeo ſecundò, ſcire, & debere ſcire paria eſſe in aliquibus caſibus, quoad forum externum, quod fundatur in præſumptione, & præſumit adfuiſſe cognitionem; nō verò quoad forum cōſcientiæ, in quo præſumptioni locus non datur. Ita Vaſquez p.2. diſp. 123. cap.2. num. 5. Azor parte 1. libro primo cap.13. quæſito 3. Sanchez, loc. cit. numero. 26. & alij, quos retuli de aduertentia.

28 Quæres tertiò, vtrum excuſetur à peccato, qui præceptum aliquod non adimplet ob inaduertentiam, vel ignorantiam, quæ ipſius culpa contigit; E. g. Titius culpabiliter omittit ſacrum in die feſto, quo tempore enunciatur edictum de blaſphemis ad Inquiſitores S. Off. ſub pœna excommunicationis deferendis, quæritur, vtrum Titius peccet non denunciādo blaſphemos, quos denunciandos ignorat ob ignorātiā, quæ ipſius culpa contingit prætermittendo ſacrum.

Reſpondeo excuſari à peccato. Ita Vaſquez, p.2. diſp. 120. c.4. Sāch. loc. cit. nu. 31. Azorius lo. cit. quæſito 2. ad finem. Clauis Regia, lib. 1. cap. 9. num. 35. Valentia, p.2. diſp. 6. quæſt. 6. pun. 1. & alij. Ratio eſt quia laborat ignorātia inuincibili; cum nulla præceſſerit cogitatio, vel dubitatio præcepti, aut obligationis denunciandi, aut ſciendi tale præceptum, vt ſuppono. Quamobrem in caſu propoſito in 3. quæſito, licèt Titius peccauerit contra præceptum audiendæ Miſſæ culpabiliter omittendo ſacrum; tamen non peccat contra præceptum deferendi blaſphemos, cuius ignorantiam habet inuincibilem.

29 Quæres quartò, vtrum peccata commiſſa ex ignorantia culpabili ſint eiuſdem ſpeciei, cuius ſunt peccata, quæ fiunt cum ſcientia.

Reſpondeo affirmatiuè; quia opponuntur eidē virtuti, & præcepto, quāuis leuiora ſint ob ignorātiam, quam, ſuperius diximus diminuere voluntarium. Quapropter occidēs hominem, quē culpabiliter ignorat hominem eſſe, incurrit malitiā homicidij eiuſdem ſpeciei, quā incurrit homicida, qui hominē ſibi clarè notum, & perſpectum occidit. Ita Valentia lo. cit. pun. 3. Clauis Regia lib. 1. cap. 9. nu. 38. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 17. nu. 15. Suarez de ſacramentis, diſp. 22. ſect. 4. num. 14. & alij, quos in ſimili ſupra retuli de conſcientia erronea.

30 Ex quo ſequitur, eum, qui peccatum aliquod perpetrauit, non teneri in confeſsione explicare, num peccauerit ex ignorantia vincibili, vel ſcienter: nam peccata cōmiſſa ſcientèr ſunt eiuſdē ſpeciei, cuius ſunt peccata commiſſa cum ignorantia culpabili, & inter ſe differūt tantummodò ſecundū circunſtan-

tias aggrauantes, vel minuentes, quas non neceſſariò explicãdas eſſe in cõfeſsione conſtat ex dictis de Pœnitentia,& à ſimili ex ſupra dictis de conſcientia erronea ad finem.

Hoc tamen limita,modò talis nõ fuerit ignorãtia, vt peccatum mortale efficiat veniale,aut excuſet ab aliqua cenſura,à qua nõ excuſaret peccatum ſcienter commiſſum,aut non eſſet periculũ alterius peccati, vt contingit quando adeſt ignorãtia affectata cũ affectu cõmittendi peccatum,quodcunque illud ſit.Ita Suarez de Pœnitentia diſp. 22.ſect. 4.num.14. Sanchez loc. cit.num.23. Sayrus. Valentia,& alij, quos ſupra retuli de conſcientia erronea, dubio vltimo, quidquid in cõtrarium ſentiat Medina, & alij apud Sanchez loc. cit.num.22.

31 Quæres quintò, vtrum ipſamet ignorãtia vincibilis ſit peccatum.

Reſpõdeo primò ipſãmet ignorantiam non eſſe formaliter peccatum.Ratio eſt tum quia ſequeretur eum,qui culpabiliter ignorat,quod ſcire tenetur ſub mortali,ſemper in ſtatu peccati mortalis exiſtere, etiã eo tempore, quo non põt ſciẽtiam habere,conſequenter eum, qui potuit, E.g. ſcire hunc eſſe diem ieiunij,quo ignorato nõ abſtinet à carnibus, à quibus abſtineret, ſi hunc eſſe ieiunii diẽ cognouiſſet, ſemper eſſe in ſtatu peccati,etiam ſi modò nequeat ſcire hunc eſſe ieiunii diẽ, nullum habens, à quo de hoc præcepto inſtruatur,& edoceatur, hoc autem non eſt admittendum, cum impotentiam à peccato excuſare certum ſit. Tum quia ſi ignorantia eſt in ſe formaliter peccatum, vel eſt peccatũ cõmiſsionis, vel omiſſionis;ſed non eſt peccatum commiſsionis; cum peccatum commiſſionis conſiſtat in actione contra præceptũ negatiuũ;ignorãtia verò nõ ſit actio cõtra ꝑceptũ negatiuũ; ſed priuatio habitus ſcientiæ; Neq; poteſt eſſe peccatum omiſsionis;cũ peccatum omiſsionis conſiſtat in priuatione actus debiti;ignorantia verò propriè non cõſiſtit in priuatione actus debiti: ſed eſt priuatio ſcientiæ per modum habitus. Ita Vaſquez p. 2. diſp.118. cap.2. & 3. Corduba lib.2. quæſt.2. Sanchez in opere morali, lib.1.cap.17. num.7. Reginaldus, libro 11. num. 15. & alij.

Reſpondeo ſecundò ignorantiã vincibilem eſſe peccatum ratione negligentiæ, quam quis commiſit, dum potuit ſcire, quæ ſcire tenebatur:cum enim quilibet teneatur ea noſſe, quæ tenetur facere, ſequitur ipſum peccare, dũ negligit ea noſſe, quæ tenetur facere. Ita Doctores cit.

32 Sed modò dubium eſt, ad quã peccati ſpeciẽ reuocetur ignorãtia vincibilis, & cui virtuti opponatur.

Reſpõdeo eſſe peccatũ oppoſitũ præcepto, & virtuti, ex qua homo tenetur aliquid ſcire, vel facere, nã exponit ſe periculo faciendi cõtra ꝑceptũ talis virtutis nõ curãdo ipſius cognitionẽ,& ſcientiam.Propterea qui culpabiliter ignorat aliquem eſſe diem feſtum, peccat contra præceptum colendi diem feſtũ auditione ſacri, & abſtinẽtia ab operibus ſeruilibus; cum per ignorantiam ſe periculo exponat omittendi ſacrum, & exercendi opera ſeruilia in die feſto. Item qui culpabiliter ignorat myſteria fidei, cõmit-

Digitized by Google

mittit peccatum ſpeciale contra virtutem fidei, ex cuius præcepto tenetur ipſius myſteria ſcire. Ita Sanchez loc. cit. num. 11. Vaſquez diſp. 119. & alij.

TERTIA PROPOSITIO.

33 IGnorantia inuincibilis pœnę non excuſat à peccato. Ratio eſt quia ignorantia inuincibilis pęnę non tollit voluntarium, & aduertentiam ſufficientem ad legem, & prohibitionem, & ad factũ prohibitum, & conſequenter ad peccatum; ſed cum ignorantia inuincibili pœnę reperiri poteſt aduertentia iuris, aut facti prohibiti, & conſequenter peccati; ergo ignorantia pœnę nõ excuſat à peccato. Ita Doctores ſupra citati.

Vtrum verò ignorantia pœnę excuſet ab incurrenda pœna, conſtat ex dictis de Cenſuris diſp. 1. quęſt. 2. pun. 1. num. 13. cum Nauarro, Sanchez, & alijs.

QVARTA PROPOSITIO.

34 IGnorantia comitans excuſat actionem externam à peccato. Vnde ſi quis proijciat ſagittam in proprium inimicum, inuincibiliter putans eſſe feram; ſed ita ſit affectus, & actualiter in mente diſpoſitus, vt ſi noſſet eſſe inimicum, ſagittam adhuc emitteret, & fortè libentiùs eiacularetur, non eſt reus actualis homicidij; cum actus externus emiſsionis ſagittæ non habeat malitiam homicidij, vtpotè factus ex ignorantia comitante, excuſante actum externum à peccato, vt patebit ex rationibus ſtatim afferendis. Ita Vaſquez p. 2. diſp. 125. cap. 2. Suarez de Cenſuris, diſp. 4. ſect. 8. num. 8. Azorius par. 1. lib. 1. cap. 14. quæſito 4. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap. 16. num. 13. Reginaldus, lib. 11. nu. 20. Vaſquez p. 2. diſput. 6. quæſt. 6. pun. 3. & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris, & de Reſtitutione.

Ratio, cur ignorantia comitans excuſet actum externum à peccato, eſt, tum quia actus non eſt malus, niſi ſit voluntarius; actus autem externus, exempli gratia homicidij, factus cum ignorantia comitante, non eſt voluntarius; cum non fuerit præuiſus, & præcognitus; voluntarium enim eſt à principio cognoſcente ſingula, in quibus eſt actio, inquit Ariſtoteles 3. Ethicorũ: cap. 3. Tum quia actio externa, e.g. exploſionis ſagittæ, non fuit cauſata ab affectu, & voluntate occidẽdi inimicum; ſed à voluntate occidẽdi ferã; ergo, licet prauus affectus actualis erga inimicum ſit peccaminoſus, & malus; tamen actio externa homicidij non eſt mala malitia homicidij: cum originem non traxerit à voluntate, & intentione occidendi hominem: ſed ab intentione, & voluntate occidendi feram, quæ intentio, cum non ſit mala, nõ poteſt actioni externę factæ cum inuincibili ignorantia comitante communicare malitiam homicidij. Idem dicendum eſt in conſimilibus exemplis.

35 Verùm ſi quis iaciat ſagittam intentione occidendi quodcunque illud ſit, quod ſibi ob oculos extat, committit homicidium etiam externum, ſecuto homicidio; quamuis id, quod præ oculis habet, non putet eſſe hominem, ſed feram, vt benè Reginaldus, & alij locis citatis: nam ſagittæ proiectio in tali euentu prouenit ab intentione, &

voluntate non ſolum occidendi feram, verum etiam quodcunque illud ſit, cum autem hoc non ſit fera, ſed homo, ſequitur occiſionem externam eſſe ſufficienter voluntariam; conſequenter ad culpam imputari. Quapropter dictum eſt de Cenſuris illum, qui Clericum, putans eſſe laicum, percutit cum actuali affectu, & intentione percutiendi, quamuis ſit Clericus, affici excommunicatione, vt docet Suarez de Cenſuris, diſp.4. ſect.8. num. 10. Sanchez in opere morali, lib. 1. cap.16. nu 14. & alij, quos retuli de Cenſuris loc. cit. num. 21.

36 Ex dictis colligi poteſt primò, illum excuſari à cenſuris, qui cum ignorantia comitãte facit aliquod opus externum vetitum ſub Cenſura; nam opus externum factum cũ ignorantia comitante excuſatur à peccato; conſequenter non eſt ſufficiens ad inducendam Cenſuram, cum cenſura nõ incurratur, niſi poſito peccato, & opere externo peccaminoſo ſub cenſura prohibito.

Idem dicendum eſt de irregularitate ex delicto, vt patet ex dictis de Cenſuris loc. cit. & de Irregularitate.

37 Secundò, eum, qui ex ignorantia comitante cõmiſit homicidiũ, aut aliud damnum intulit, excuſari ab obligatione reſtituendi conſurgente ex actione iniuſta: nam actio externa facta cum ignorantia comitante non imputatur ad peccatum iniuſtitiæ; obligatio autem reſtituendi ex ſecunda radice reſtitutionis, naſcitur ex actione externa iniuſta, nõ ex interno ſolum affectu iniuſto, vt patet ex dictis de Reſtitutione, & de Cenſuris pun. 1. citato, quę conſulenda ſunt, vt manifeſtior, & clarior intelligentia iſtius difficultatis habeatur. Et hęc de Peccatis.

Finis ſecundæ Diſputationis.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO III.

Circa primum Decalogi Præceptum.

ANtequam ad huius præcepti declarationem accedamus.

Præmittendum eſt primò, nomine Decalogi ſignificari illa præcepta, quæ miniſterio Angelorum in duabus tabulis lapideis deſcripta, & tradita fuerunt Moyſi, cap.20. & 31. Exodi, & Deuter. 4. & 10. quorum tria prima circa Deum immediatè verſantur, & primæ Tabulæ mandata vocantur: ſeptem verò poſteriora proximi vtilitatem reſpiciunt, & ſecundæ tabulæ præcepta nuncupantur.

Præmittendum eſt ſecundò violationem horum pręceptorum eſſe peccatum mortale ex ſuo genere contra ius naturæ, dictans quodlibet horum præceptorum ſeruandum eſſe, vt patebit ex infra dicendis; quanquam paruitas materiæ, vel inaduertentia à mortali excuſat, vt patet in regulis generalibus ſuperius traditis diſput.2. de peccatis.

Tertiò non omnia hæc præcepta eſſe prima principia iuris naturæ, nec omnia, quæ ad hæc præcepta pertinent, ex primis naturæ principijs clarè deduci, vt obſeruat Clauis Regia, lib. 4. cap. 2. alioquin nulla eſſet inter DD. diſſenſio in ijs, quæ ex Decalogi præceptis deducuntur.

In explicatione horum præceptorum exordium ſumemus ab ijs, quæ ad Dei cultum & honorem pertinent.

Digitized by Google

QVAESTIO PRIMA; DE ADORATIONE.

Ego ſum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me.

CVM in primo Decalogi Præcepto verus erga Deum honos præſcribatur, omniſquè falſorum Deorum cultus prohibeatur, conſentaneum eſt, vt hic in primis ſermonem inſtituamus de ijs, quæ ad Dei cultum pertinent, ſimulquè ſubijciamus ea, quæ vero ipſius honori aduerſantur, ſiuè per contemptum rerum ſacrarum, ſiuè per blaſphemiam, ſiuè per ſuperſtitionem, ſiuè per infidelitatem, ſiuè per deſperationem, ſiuè per odium, ſiuè per alia peccata: Sed ante omnia diſſerendum nobis eſt de Adoratione Dei, Sanctorum, Imaginum, & Reliquiarum.

PVNCTVM I.
Quid, & Quotuplex ſit Adoratio.

1 *Quid ſit Adoratio.*
2 *Non eſt idem honor, & adoratio.*
3 *Vna perſona Sanctiſſimæ Trinitatis poteſt diſtinctè ab alijs perſonis adorari.*
4 *Adoratio alia eſt interna, alia externa. Item alia Latriæ, alia Hyperduliæ, & alia Duliæ. Deniquè alia eſt abſoluta, & alia reſpectiua.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 ADoratio eſt exhibitio reuerentię propter excellentiam illius, cui exhibetur. Ita S. Thomas 2.2 q.8. art.1. alij verò ſic definiunt. Adoratio eſt actus, quo vnus alteri ſe ſubmittit, ſeu alterum honorat in recognitionem ipſius excellentiæ. Ita Valentia tom.3. diſp.6. q.3. pun.1. Suarez, & alij locis ſtatim citandis.

Ex quo infertur rationem adorandi aliquem, eſſe ipſius excellentiam: verum cum non ſit eadem excellentia in Deo, & in creaturis, ſequitur non eandem, ſed diuerſam eſſe Adorationem Dei, & creaturarum; cum n. excellētia alia ſit creata, quæ competit creaturis, & alia increata, quę conuenit Deo, dicendum eſt, actum Adorationis propter excellentiam increatam eſſe adorationem Dei, quæ dicitur adoratio Latriæ, ſignificans ſupremum cultum proprium Dei; cum enim Deus excellentia ſua increata ſuperet

peret omnes creaturas, neceſſe eſt, vt cultus, & honos, qui Deo tribuitur, maior ſit quocunque honore creaturarum, iuxta illud. Dominum Deum tuum adorabis, eiquè ſoli ſeruies. Lucæ 4.

Actus adorationis propter excellentiam creatam dicitur Dulia, quæ debetur creaturis propter ipſarum excellentiam, ac ſanctitatem; ſed quia vna creatura poteſt eſſe magis excellens, & magis ſancta, quam ſit alia, ſequitur vt vna poſsit adorari maiori adoratione, quam alia, & hæc adoratio dicitur hyperdulia, ideſt maior honor, & hoc adorationis genere colitũ Beatiſsima Virgo Maria. Ita Sanctus Thom. 2.2.q.103.art.3. & 4. Clauis Regia lib.4.c.3.num.4.& 9. Rodriquez prima parte.cap.8.nu.1.& alij mox citandi.

2 Quæres an idem ſit honor, & adoratio.

Reſpondeo negatiuè; nam adoratio eſt actus præſtantior honore, ſeu cultu ciuili, & omnis qui adorat, honorat, non autem omnis, qui honorat adorat; Præterea licet poſsimus honorem æqualibus exhibere, non tamen illos adoramus; cum per adorationẽ recognoſcamus alium tãquam ſuperiorem, illiquè nos ſubmittamus.

3 Quæres vtrum vna perſona ſanctiſsimæ Trinitatis poſsit diſtinctè ab alijs adorari.

Reſpondeo affirmatiuè; nam ſicut vnam, aut aliam poſſumus cõcipere, ita etiam poſſumus adorare, modò alias perſonas explicitè non excludamus; impium enim eſſet, atque nefarium alias perſonas excludere explicitè; quia licèt tres ſint perſonæ Sanctiſsimæ Trinitatis; vna tamen eſt eſſentia, & vnus Deus verè, & realiter; Pater enim eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus Sanctus eſt Deus, non tamen tres Dij, ſed vnus Deus. Ita Clauis Regia lib.4.cap.2.num.6. Azor prima parte.lib.9.c.5.q.7.ad finem, & alij communiter.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 Adoratio multiplex eſt; alia enim eſt externa, alia interna; Interna fit per recognitionem, & ſubmiſsionem animi: externa verò fit per actum externũ, quo teſtamur alterius excellentiã, & noſtram ſubiectionẽ, verbi gratia per genuflexionem, per capitis nudationem; quanquam externa adoratio nõ eſt vera adoratio, ſed fictio, ſi deſit interior actus, ſeu interna adoratio.

Rurſus adoratio alia eſt Latriæ, alia Duliæ, & alia Hyperduliæ; quid autem vnaquæque harum ſit colligi poteſt ex dictis in præcedẽti propoſitione; Latria enim debetur Deo ob increatam excellentiã, Dulia debetur ſanctis ob perfectionem creatam, hyperdulia debetur Beatiſsimæ Virgini, ob excellentiam, qua reliquos ſanctos antecellit.

Denique alia eſt adoratio abſoluta, alia reſpectiua. abſoluta cõuenit rei intellectuali, quæ per ſe honorabilis, & adorabilis eſt. Reſpectiua conuenit rebus ratione carentibus, quæ non propter ſe, ſed propter alium honorantur; honor enim, qui ipſis tribuitur, non perſiſtit in ipſis, ſed refertur ad perſonas, quarum cauſa honor ipſis impenditur, vt patet in adoratione

imaginum, quæ non ſiſtit in imaginibus, ſed refertur ad Prothotipō, & exemplar, ideſt ad eum cuius eſt imago, vt conſtabit ex infradicēdis. Ita S. Th. & Clauis Regia lo. cit. Azor. prima parte lib.9. cap.5. quæſito 4. vbi teſtatur de cōmuni.

PVNCTVM II.

De adoratione Sanctorum, Angelorum, hominum, & Chriſti.

1 *Sancti, & Angeli; Immò etiam viri probi in hac vita adorandi ſunt.*

2 *Sancti adorari poſſunt, etiamſi nondum relati ſint in numerum Sanctorum.*

3 *An laicis deferri poſſit ibus in Eccleſia.*

4 *Chriſtus homo adorandus eſt adoratione latriæ.*

5 *Dum colimus* Chriſtum, *adoramus naturam humanam vt aſſumptā.*

6 *Humanitas Chriſti, præciſa perſona Verbi diuini, adoranda eſt adoratione hyperduliæ.*

7 *Eucbariſtia Sacramentum abſolutè poteſt adorari.*

8 *Caro, aut ſanguis Chriſti miraculoſè apparēs in Euchariſtia adorandus eſt.*

1 SAncti in cœlis degentes, & Angeli. Immò etiam multi homines in terris viuentes digni ſunt honore, & adoratione propter ipſorum ſanctitatem, & excellentiam.

Hęc propoſitio patet, tum ex pluribus Concilijs, vt Niceno 2. art.6. Trid. ſeſs.25. in principio, tū ex ſacra ſcriptura, in qua habetur ſæpè exhibitū eſſe honorem Sanctis, Angelis, hominibus viuētibus, & mortuis propter ipſorum ſanctitatem, & excellentiam, propterea Balaā Numerorum cap. 22. adorauit Angelum 1. Reg. 28. Saul animam Samuelis 3. Regum 18. Abdias Eliā, 4. Regum 2. filij Prophetarum Eliſeum: Tum quia poſſumus eos precibus inuocare, ergo etiam adorare. Tum quia gloria, & honor tribuēdus eſt homini bonum operanti. Ad Rom. 2. cum ergo Sancti bonum ſint operati, par eſt vt honorentur, & adorentur. Vide Clauem Regiam lib.4. cap.3. n.10. Caniſium lib.5. de Beatiſsima Virgine. à cap.14. Vaſquez 3. par. diſpu. 97. cap.2.

2 Quæres vtrum viri Sancti, qui nondum in numerum Sanctorū relati ſunt, coli, & adorari poſsint. Pro ſolutione, præmitto duplicem eſſe cultum, vnus dicitur priuatus, qui non exhibetur tanquam inſtitutus ab Eccleſia, neque nomine Eccleſiæ, ſed ex peculiari deuotione colentis priuatim, aut publicè: Alter dicitur publicus, & ſolēnis, & hic non ideò dicitur talis, quòd corā alijs exhibeatur, ſed quia defertur tāquam inſtitutus ab Eccleſia, & nomine Eccleſiæ, vt ait Bellarm. lib.1. de Sanct. c. 10. Sāchez in ſumma lib.2. cap.43. n.3. & alij.

Hoc poſito Reſpondeo, Sanctos viros, qui nondum in ſanctorum numerum cooptati ſunt, non poſſe publicè adorari. Ita Doct. citati. Ratio eſt quia Cap. fin. de reliq. & venerat. Sanct. prohibemur cultum publicū deferre ſanctis nōdum à Papa relatis in cœtum aliorum Sanctorum: poſſunt tamē huiuſ-

uſmodi ſancti cultu priuato adorari; Ita Sanchez loc.cit.Azor.cap. 8. q. 8. Ratio eſt tum quia in dicto cap.finali, prohibemur ſolū huiuſmodi ſanctos publicè adorare, ergo à cōtrario ſenſu videtur licitū, ſanctos viros, qui nondum in numerum ſanctorum relati ſunt, priuatim colere, & adorare. Tum quia homines iuſti poſſunt in hac vita adorari, & inuocari, licet nobis certo non omninò conſtet ipſos eſſe ſanctos, ergo etiam mortui, quos confidimus ſanctos eſſe, adorari, & inuocari poſſunt actu priuato, ſiue alij audiant, ſiue non. Addo illos vocari poſſe ſanctos, hic enim eſt cultus priuatus; quāuis in concionibus ab huiuſmodi appellatione abſtinendum ſit, ne illos tāquam canonizatos, & in ſanctorum numerum relatos diuulgare videamur, & fieri poſsit vt falſa imaginatione decipiamur. Ita Doctores cit.

Ex dictis colligitur primò, imaginem ſancti nondum canonizati poſſe in domibus noſtris depingi, retineri, & coli; hic enim cultus eſt priuatus; non tamen licet eam in templo, vel in altari inter imagines aliorū SS. reponere, cum hoc pertineat ad cultum publicum, niſi fortè cauſa ornatus in templo cum alijs imaginibus conſtituatur. Ita Doctores cit.

Secundò licere pedes, & manus ſancti nondum relati in numerum ſanctorum oſculari, ipſorum capillos, aut veſtes accipere, ſiuè alij videant, ſiuè non, modò ſcandalum deſit; hic enim cultus priuatus eſt, & ſicut hæc erga viuentes, quos ſanctos exiſtimam', facimus, ita licita videntur, erga mortuos. Ita Sanchez num. 7. Bellarminus Azorius, & alij.

Tertiò, licere in die natali Sancti nondum in ſanctorum numerū ab Eccleſia connumerati, prætermiſsis operibus ſeruilibus, operam dare ſpiritualibus in ipſius memoriam, aut ieiunare, aut ei votum offerre; hic enim cultus priuatus eſt; quamuis alij ſciant. Non tamen licebit inſtituere publicū feſtum diem, aut publicum ieiuniū, vel votum publicum; quia hic cenſetur cultus publicus, Ita Sanchez, & Bellarminus locis citatis.

Addo cū Sanchez, n. 9. & alijs, nō poſſe Epiſcopum diem feſtū inſtituere in honorem ſancti nondum canonizati; quia cultus publicus ſancti nōdum canonizati reſeruatus eſt ſummo Pontifici, Cap. 1. de reliq. & vener. Sanct. Poteſt tamē Epiſcopus feſtum aliorum ſanctorum iam canonizatorum inſtituere. cap. fin. de ferijs, & cap. primo. de Conſecr. diſt. 1. Idem dic de feſto illius, qui per antiquam traditionem, vel vniuerſalem Eccleſiæ conſenſum probatus fuit ſanctus, nam huiuſmodi probatio æquiualet canonizationi, & antiquitus nō requirebatur forma canonizationis, quæ nunc in vſu eſt. Ita Suarez 3. part. diſp. 55. ſec. 2. Sanchez nu. 11. & alij.

Quartò nō licere priuatim, aut publicè in Litanijs, aut diuino officio inuocare Sanctum nondum canonizatum; quia Litaniæ, & Diuinum officium ſunt cultus, qui ſanctis exhibetur, tanquam inſtitutus ab Eccleſia, & nomine totius Eccleſiæ: idem dic de ſacrificio. Ita præcitati Doctores.

Quintò non licere ſancti nondū

cano-

canonizati reliquias publicè venerandas proponere, aut altaria, vel templa ipſi dedicare; quia hoc eſt proprium eorum, qui ab Eccleſia in Sanctorum cætum cooptati ſunt, & videtur cultus publicus. Ita Sanchez num. 7. Bellarminus, & alii locis ſupra cit.

3 Quæres vtrũ laicis deferri poſſit thus in Eccleſia: reſpondeo deferri poſſe iuxta legitimam cõſuetudinem, & præſcriptum Eccleſiæ: iuſtis enim de cauſis potuit hic ritus introduci: Sacerdos tamen veſtibus ſacris indutus nullo pacto incenſum deferre debet; par enim non eſt, vt ſacerdos dum ſacrificiũ Deo facit, & incenſum adolet in teſtimonium ſupremæ excellentiæ, thus homini deferat, & diuinum honorem ad creaturas conuertat. Ex quo patet acriter eos eſſe arguẽdos, qui ſibi deferri volũt incẽſum à Sacerdote. Addo laicis non ſolum non eſſe thus deferendum à Sacerdote, verum neque à Diacono, vel Subdiacono, præciſis priuilegijs, vt ex Miſſali Pij V. colligi teſtatur Rodriquez, prima parte. Cap. 8. concluſione prima, vbi dicitur, nec Diaconum, nec Subdiaconum debere ad chorum cum thure accedere, aut pacis oſculum, quaſi ex officio impingere; immò in virtute ſanctæ obedientiæ, addita excommunicationis pœna, præcipitur, ne ordinarij contrarium audacter intentent. Vide Rodriquez loco citato, & Rubricas Miſſalis Pij V.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 CHriſtus homo idem ſubſiſtens in natura humana, & diuina adorandus eſt adoratione latriæ, qua adoratur ſanctiſsima Trinitas, & ſingulæ perſonæ Sanctiſsimæ Trinitatis. Ratio patet, cũ exemplo Magorum, qui Chriſtum infantem adorauerunt. Tum exẽplo Cæci, & exemplo Thomę Apoſtoli, dum dixit Dominus meus, & Deus meus, &c. Tum quia Chriſtus eſt verus Deus, & æqualis patri; ſed Deo debetur honor latriæ; ergo ẽt homini Chriſto; nam per carnis aſſumptionẽ nõ deſinit eſſe Deus, vel æqualis Patri, cum natura humana vnita ſit, Verbo. Quapropter anima Chriſti, & ipſius corpus dũ in ſepulchro exiſtebat, adorandum erat adoratione latriæ; quia corpus, & anima Chriſti adhuc vnita erãt verbo; quod enim Deus aſſumpſit nunquam dimiſit. Ita S. Thomas 3. parte q. 25. art. 1. Azor prima parte, lib. 9. cap. 5. quęſito 7. ad finem. Clauis Regia loco citato num. 8. Bonauentura, Capreolus, Caietanus, & alij quamplures apud Vaſquez 3. par. diſput. 95. cap. 2. Idẽ eſt dicendũ de ſanguine Chriſti, in triduo mortis ſeparato à corpore Chriſti; ita Azor loco citato quæſito 8. & alij.

5 Sed modò dubium eſt, primò vtrum dum colimus Chriſtum, colamus naturam humanam, an tantummodò Deum.

Reſpondeo nos colere naturam humanam, vt aſſumptam à verbo diuino, eique ineffabili vnionis vinculo annexam: vnde non colimus naturam humanam per ſe; ſed perſonam diuinam in humana natura ſubſiſtente, & per ſe primò adoramus perſonam diuinam, concomitanter humanam naturam perſonę diuinæ vnitam; ſicut dum colitur

ſan-

Digitized by Google

ſanctus homo propter ſanctitatem animæ, inhærentem, coadoratur ſimul ipſius corpus eadem adoratione.

6 Secūdum dubium eſt, qua adoratione adoranda ſit Chriſti humanitas, ſi præciſè, & per ſe conſideretur, præciſa diuini verbi perſona.

Reſpondeo cum Suarez Tomo primo, de Incarnatione, diſpu. 53. Durando, Scoto, Gabriele, & alijs apud Vaſquez 3. parte diſp. 96. cap. 3. ad finē. apud Azorium loco cit. cap. 5. quæſito 7. verſiculo Quæres, adorandam eſſe, non adoratione latriæ, quia per ſe non habet excellentiam increatam; ſed adoratione hyperduliæ propter excellētiam creatam, & propter gratiā, & excellentiam, qua ſanctos ſuperat, & antecellit.

Aduertendum tamen eſt, quod licet ſeparari poſsit humanitas Chriſti à verbo per intellectum, & adorari adoratione Hyperduliæ, nihilominus in praxi Chriſtus adorādus eſt adoratione Latriæ, quæ eſt perfectiſsima adoratio. Ratio eſt quia humanitas Chriſti ſemper eſt coniuncta Verbo Diuino. Tum quia quiſque debet Chriſtum perfectiſſimè adorare propter ſupremā excellentiam: ſicut. n. Rex, qui plures habet dignitates, & gradus, vt gradum Regis, Comitis, & Ducis, nō honoratur honore, qui debetur Duci; ſed illo, qui debetur Regi: Ita Chriſtus, qui præditus eſt excellentia increata, & creata, in praxi adorandus eſt perfectiſsima adoratione, quæ debetur Chriſto ratione increatę excellentię. Ita Vaſquez loc. cit. cap. 4. vbi, allegatis Bonauentura, Catherino, & alijs, hanc rem fuſiſsimè probat.

Obijcies. Illa, quæ Chriſtum tetigerūt, adorantur adoratione Latriæ; ergo multò magis adoratione Latriæ adoranda eſt humanitas Chriſti, quæ verbo Diuino coniuncta eſt.

Reſpondeo hinc benè concludi, Chriſti humanitatē ſemper adorandam eſſe adoratione Latriæ, ſi Chriſti humanitas conſideretur, vt cōiuncta verbo, Sicut, quæ, Chriſtum tetigerunt adorantur adoratione Latriæ, non ſecundum ſe, ſed per ordinem ad Chriſtū, quem repręſentant; ſi verò Chriſti humanitas pręciſè ſumatur abſtrahendo à verbo Diuino, adoranda eſt adoratione Hyperduliæ; ea verò, quæ Chriſtum tetigerunt præciſè, & ſecundum ſe nullam adorationem admittunt. Ita Suarez lo. cit. Azor. loc. cit. cap. 5. quæſito 9. & alij.

Hinc colligi poteſt Euchariſtiæ Sacramentum adorandū eſſe adoratione Latriæ, quia verè, & realiter continet Chriſti corpus. Vide Valentiam tom. 3. diſp. 6. q. 11. pun. 4. vbi de hac re fuſiſsimè diſputat.

7 Rogabis primo an Euchariſtiæ Sacramentum abſolutè adorandū ſit, an ſub cōditione, ſi facta eſt cōſecratio: dicendo videlicet, adoro Sacramentum, ſi panis eſt conſecratus; ſi verò non eſt conſecratus, non adoro.

Reſpondeo abſolutè coli poſſe, quia prudenter credere poſſumus conſecrationem factam fuiſſe; qui autem prudenter operatur nō peccat; ſufficit ergo adorantem, ita affectum eſſe, vt non adoraret, ſi panis non eſſet conſecratus. Ita Gaiet. 2. 2. q. 1. art. 3. Azor. libro 9. cap. 9. quæſito 10. Rodriquez prima

parte,

Digitized by Google

parte, cap.8.num 2. Vaſquez diſp. 108.cap.12. & alij, quos retuli de Sacramentis,& refert Vaſquez diſput.110.cap.15.contra Gabrielem, & alios apud Azorium loco cit.

8 Rogabis ſecundo vtrum adoranda ſit caro, vel ſanguis, qui aliquando miraculosè apparet in auguſtiſsimo Euchariſtiæ Sacramẽto.

Reſpondeo adorandũ eſſe cultu Latriæ. Ratio eſt quia vel eſt caro, vel ſanguis Chriſti, aut illum ſaltem repræſentat. Ita Azor lib.9. cap.6.quæſito 3.& alij, quos retuli de Euchariſtia, diſp. 4. q.3. pun.6. §.3. num.5.pag.216.in j. editione.

PVNCTVM III.

Vtrum licitus ſit vſus, & adoratio Sacrarum Imaginum.

1 *Licitus eſt vſus ſacrarum imaginũ.*
2 *Permittendæ ſunt Imagines Dei, & Angelorum.*
3 *Adorari poteſt ipſamet imago adoratione tantum reſpectiua.*
4 *Imago adoratur eadem adoratione, qua prothotipon.*
5 *Imago, in qua Dæmon apparet, vel homines alloquitur, non eſt abſolutè adoranda.*
6 *Lignum Crucis Chriſti, & alia inſtrumenta Paſſionis Chriſti adorantur adoratione Latriæ.*
7 *An Crux, in qua Chriſtus pependit adoranda ſit eadem adoratione, qua aliæ cruces.*
8 *An inſtrumenta, quæ modò conficiũtur ad repræſentanda illa inſtrumẽta, quæ in Chriſti paſsione adhibita ſunt, adorari poſſint.*
9 *Adoranda ſunt nomina ſacra.*
10 *Poſſunt erigi templa in honorem Dei, & Sanctorum.*

VNICA PROPOSITIO.

1 VSus ſacrarum imaginum licitus eſt, & honeſtus; hæc propoſitio certa eſt de fide, cõſtatquè. Tum ex Concilio Trident.ſeſſ. 25. tum ex vſu Eccleſiæ, tum ex Chriſti exemplo, qui ſui corporis imaginem in ſyndone impreſſam reliquit. Tũ ex maximis,& innumeris miraculis, quæ Deus per ſacras imagines efficere cõſueuit. Ex quo deducitur efficax argumentum ad probandum adorationem ſacrarũ imaginum Deo placere; alioquin Deus nõ efficeret miracula in gratiam adorantis ſacras imagines. Ita communiter DD. Catholici.

2 Quæres primo vtrum admittẽdæ ſint imagines Dei, & Angelorũ, qui non ſunt corporei, ſed puri ſpiritus.

Reſpondeo permittendas eſſe, & vſum ſacrarum imaginum expedire, ſi prudenter fiat, vt hoc clarius intelligatur.

Aduertendum eſt imagines dupliciter adhiberi poſſe. Primò ad repræſentandum Deum, vt in ſe eſt ſecundum propriam ſimilitudinẽ; ſecundo per quandam metaphorã, vel vt alias apparuit. Imagines Dei,& Angelorũ permittendæ ſunt hoc ſecũdo modo, non primo: quia Deus, & Angeli, cum non ſint figuræ corporeæ, non poſſunt figura corporea propriè manifeſtari. Poſſunt tamen manifeſtari per metaphoram. Ratio eſt tum quia ſicut aliquãdo loquimur de Deo ꝑ nomina propria rerum ſenſibilium, ita etiã poſſumus imagines Dei per metapho-

pho-

Digitized by Google

phoram à rebus corporalibus deſumptã adhibere. Tum quia Deus aliquando apparuit ſub forma ſenſibili, Spiritus ſanctus ſub ſpecie columbæ, & Pater ſub ſpecie ſenis; ſed hęc poſſunt per figuras, & imagines ſub quarum ſpecie facta ſunt, reprę-ſentari, ergo &c. Vide Azoriũ prima parte, lib. 9. cap. 7. quæſito 2. & 3. Vaſquez 3. parte q. 25. art. 3. diſp. 103. & Illuſtriſsimum Cardinalem Bellarminum tom. 2. controu. 4. lib. 2. cap. 8. pag. mihi 799.

Neque obſtant auctoritates, quæ in contrarium adduci poſſunt ad probãdum illicitum eſſe ſacrarum imaginum vſum, vt eſt illa, Non facies tibi ſculptile, &c.

Reſpondetur enim prohiberi ſolũ, ne alius, quam verus Deus adoretur, & colatur; non verò prohiberi imagines ipſius Dei, Sanctorum, vel Angelorum, vt probatum eſt. Vide Azorium loc. cit. cap. 6. quæſito 6. Vaſquez 3. parte, q. 25. diſp. 101. cap. 1. & ſequentibus, & Bellarminum loc. cit. cap. 5. & 7.

3 Quæres ſecundo, vtrum in adoratione imaginis adoretur etiam ipſamet imago, an illud tantum, cuius eſt imago.

Reſpõdeo propriè adorari imaginem; nam illud propriè adoratur, quod eſt terminus adorationis, ſeu materia, circa quam verſatur adoratio: ſed terminus adorationis, ſiuè materia, circa quam verſatur adoratio, eſt ipſamet imago; nam coram ipſa caput aperimus, genua flectimus, illã ſalutamus, &c. ergo imagines propriè adorantur. Verum tamen eſt hanc adorationem nõ eſſe abſolutam, ſed reſpectiuam; quia imago, cum ſit res inanimata, & in ſe non habeat excellẽtiam, propter quam coli debeat, colitur propter excellentiam illius, cuius eſt imago. Ita S. Thom. 3. par. quæſt. 25. art. 3. 4. 5. Clauis Reg. lib. 4 cap. 3. num. 11. Valentia tom. 3. diſput. 6. quæſt. 11. quæſito 6. verſ. Dicet fortè aliquis. Azor prima parte lib. 9. cap. 6. quæſito 1. ſub finem, & quæſito 5. verſ. Quæret. Vaſquez 3. par. diſp. 108. capite 3. 4. & 5. vbi refert Capreolum, Sotũ, & quamplures alios.

4 Quæres tertiò vtrum imago, & exemplar adorari poſsint vna, & eadẽ adoratione, qua prothotipũ, e. g. vtrũ Crux Chriſti adorari poſſit adoratione Latriæ, qua Chriſtus ipſe adoratur.

Reſpõdeo affirmatiuè, quia imago cum exemplari, & exemplar in imagine adoratur; nã volens Chriſtum adorare, oſculando v. g. ipſius Crucem, apprehẽdit Chriſtum, ac ſi exiſteret in Cruce, conſequenter apprehendit Crucem, & Chriſtum per modum vnius, & vno adorationis motu per ſe primo tendit in Chriſtum; in imaginem verò, & in Crucem concomitãter, & propter Chriſtum. Ita Bellarminus loco cit. cap. 22. Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 11. quęſito 6. verſiculo Ex quo, vbi hãc veritatem probat auctoritate Cyrilli, Baſilij, & Adriani, quicquid incontrarium alij ſentiant, apud Bellarminum loco cit. cap. 20. & apud Azorium, lib. 9. cap. 6. quæſito 1.

5 Quęres 4. vtrũ imago ſacra, in qua Dęmon apparet, vel homines alloquitur, adorari poſsit abſque peccato idololatriæ; vt ſi dęmon ſub radio luminis, vel ſub ſpecie Crucifixi deliteſcat.

Reſpondeo cum Vaſquez diſp.

110.

110. cap.5.nu.4. adorari poſſe ſine peccato Idololatriæ, modò adſit recta intentio, & affectus. Ratio eſt quia is adoratur, qui apprehenditur, ſed tunc non apprehenditur Dęmon, ſed Deus, ergo Deus adoratur, ergo non committetur idololatria. Cautè tamen agendum eſt ob periculum deceptionis, quia Dęmon intendit ſui adorationem. Ideò Azor lib.9 cap.9. quæſito 11. Rodriquez, cap.8. prima parte, nu. 2. Angelus, Armilla, Syluеſter, & alij apud Azorium loc.cit. negãt adorari poſſe, quoties dubitamus Dęmonem eſſe, qui apparet; nam exponeremus nos periculo adorandi Dęmonem, vel cõſentiendi deceptioni Dęmonis; immò putant etiam non poſſe abſolutè, ſed ſolum ſub conditione expreſſa adorari imaginem, quam non certò ſcimus, ſed ſolum probabiliter credimus eſſe Chriſtum, Beatiſsimam Virginem, vel alium Sanctum. Ratio eſt quia in huiuſmodi extraordinarijs apparitionibus facilè contingere poteſt deceptio; Quapropter S. Bonauentura Sanctum quendam laudauit, qui cum quid ſimile ſibi in modum Crucifixi appareret, reſpõdit, Nolo Chriſtum in hac vita videre. Vide Vaſquez cit. lo.

6 Quæres vtrum lignum Crucis adorandum ſit.

Reſpondeo, de fide adorandum eſſe adoratione Latriæ; ſicut adorantur ſpinę, lancea, claui, Pręſepe, & aliæ reliquiæ, quæ Chriſtum tetigerunt. Et hæc adoratio dicitur reſpectiua; cum adorentur quatenus Chriſtum tetigerunt. Item adorandi eſſent capilli Capitis Chriſti, aut aliqua ſanguinis portio, ſi fortè aliqua extaret, quę non fuiſſet reaſſumpta à Chriſto rediuiuo. Ita S. Thom 2.2.q.84.art.1. Vaſquez ibidem diſp.111. Azor cap.6. quęſito 3. Bellarminus loco cit. cap. 29. & alij communiter.

Obijcies primò, ſi lignum Crucis, ſpongia, claui, &c. adorantur adoratione Latriæ, quia Chriſtum tetigerunt, ſequitur etiam adorandam eſſe manum illam impiam, quę Chriſtum alapa percuſsit: Sed falſum eſt conſequens; ergo & antecedens.

Reſpondeo cum Suarez loc. cit. diſp.56.ſect.1.ad 2. contactũ Chriſti eſſe cauſam ſufficientem adorationis; aliquando tamen non expedire, vel non decere, vt omnia, quæ Chriſtum tetigerunt, adorentur. Propterea aſina, quæ Chriſtum detulit, non eſſet adoranda, ſi viueret, quia non decet vt Chriſtus adoretur in aſina, vt bene docet Azor. lib.9.cap.3. Non eſt item adoranda manus illa impia, ſed potius execranda eſt; cum fuerit membrum iniquiſsimæ perſonæ, coniunctum cum ipſo percutiente: cætera verò inſtrumenta, quæ Chriſtum tetigerunt, quæquè erant ſeparata ab ipſis miniſtris, adoranda ſunt adoratione Latriæ, ratione contactus, & hæc eſt adoratio reſpectiua; quia ipſa inſtrumẽta nõ adorantur propter ſe, ſed propter Chriſtum.

Obijcies ſecundò, Beatiſsima Virgo Maria, quæ Chriſtum in vtero geſtauit, & Apoſtoli, qui Chriſtum tetigerunt, adorari non poſſunt adoratione Latrię; ergo neque cętera, quæ Chriſtũ tetigerunt adorari poſſunt hac adoratione.

Reſpondeo Beatiſsimam Virginem, & Apoſtolos non eſſe adorãdos adoratione Latriæ, tum quia poſ-

poſſunt per ſe adorari, tum quia honos Latriæ, qui ipſis tribueretur propter Chriſti contactum, videretur ipſis tribui propter ipſos; cum tamen ipſi non ſint hac adoratione adorandi. Ita S. Th. 3. par. quæſt. 25. art. 5. Vaſqu. 3. par. d. 100. c. 2. Azor 1. par. lib. 9. cap. 7. quæſito 5. & alij.

7 Quęres 6. vtrũ Crux, in qua Chriſtus pependit, adoranda ſit eadem adoratione, qua aliæ Cruces.

Reſpondeo affirmatiuè; nã vtraque crux adoratur adoratione Latriæ, quanquam Crux, in qua Chriſtus pependit, duplici titulo Latriæ adorari poteſt, primò ratione contactus, ſecundo ratione repręſentationis; aliæ verò Cruces adorandæ ſunt tantum ratione repręſentationis, quatenus repręſentant Chriſtũ Crucifixũ. Ita cõiter DD.

8 Quæres ſeptimò vtrũ ſicut claui, vel ſpongia, aut alia inſtrumenta, quæ in Chriſti paſsione fuerunt adhibita, ſunt adoranda, ita ſint adorandi claui, & alia inſtrumenta, quæ non ſunt adhibita in Chriſti paſsione, ſed nunc de nouo conficiuntur ad illa repręſentanda.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia nullus adeſt titulus, ratione cuius adorari poſsint; nõ enim poſſunt adorari ratione contactus, quia Chriſtum non tetigerunt, neq; poſſunt adorari ratione repræſentationis, quia repræſentant inſtrumẽta in Chriſti paſsione adhibita, quę per ſe non ſunt adoranda; ergo inſtrumenta, quæ de nouo fiunt ad repræſentandos clauos, aut alia inſtrumenta in Chriſti paſsione adhibita non ſunt adoranda, excepta Cruce: hæc enim eſt differentia, inter Crucem, quæ nunc conficitur, & alia inſtrumenta, quod Crux, quę nunc conficitur, cum non ſolum repræſentet Crucem, in qua Chriſtus pependit, verum etiam repræſentet ipſum Chriſtum, adoranda eſt quatenus Chriſtum repræſentat; cętera verò inſtrumenta non adorantur, quia nõ repræſentant Chriſtum; ſed illa inſtrumenta, quæ Chriſti paſſioni inſeruierunt. Ita Sanct. Thom. 3. par. q. 25. art. 4. Azor loc. cit. cap. 6 quæſito 2. & alij, quamuis Suarez diſp. 56. ſect. 2. velit hæc inſtrumenta eſſe digna veneratione, quoties aſſumuntur ad repręſentandã Chriſti paſsionem, ſic enim habent rationem imaginis ſacræ. Quod ego etiam admitto, ſed tunc non adorantur præcisè, quatenus repræſentant inſtrumenta antiqua, ſed quatenus connotãt Chriſti paſsionem, ſeu Chriſtum paſſum.

9 Quæres vltimo vtrum nomina ſacra, vt nomen Ieſus, Mariæ, &c. ſint adoranda ratione illius, quem repræſentant, & ad quẽ diriguntur.

Rñdeo cũ Suar. lo. cit. ſec. 5 Azor lib. 9. cap 8. quæſito 12. Vaſquez 3. parte, quæſt. 25. art. 3. diſp. 108. cap. 11 & diſp. 110. cap. 2. & alijs contra Dominicum Sotum, & Cordubam apud præcitat. DD. adoranda eſſe adoratione reſpectiua, propter eũ, quem repræſentant. Ratio eſt tum quia licet res inanimata non ſit adoranda ſecundum ſe; cum in ſe non habeat excellẽtiam, ob quam adoratur; tamen ſi ſpectetur, vt ſubrogata in locum rei adorandæ, poteſt adorari, ſicut adoratur exemplar cum prototypo. Tum quia ſi quis nominib⁹ ſacris inferat ignominiam, peccat cõtra religionem, ergo ex præcepto religionis nominibus ſacris tribuendus eſt honor; ergo nomina ſacra adoranda ſunt:

An verò nomina Sanctorum chartis inſcripta ad collum deferre liceat, patebit ex dicendis de Superſtitione. Vide Azorium loc. cit. quæſito 12. verſ. Quæres. Nauarr. cap. 11. num. 25. Clau. Reg. & alios citatos à nobis de Superſtitione.

10 Si quæras vtrum Templa erigi poſsint in honorem Dei, & Sanctorum. Reſpondeo affirmatiuè, vt patet ex communi Eccleſiæ vſu, de qua re fuſiſsimè diſputat Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus tom. 2. controuerſia 3. lib. 3. cap. 1. cum ſequentibus.

PVNCTVM IIII.

Vtrum Reliquiæ adorandæ ſint, & qua Adoratione.

1 *Quid nomine reliquiarũ intelligatur.*
2 *Propter quid adoratio exhibeatur.*
3 *Reliquiæ adorandæ ſunt.*
4 *Eadem adoratio tribuitur reliquijs, quæ tribuitur perſonæ.*
5 *Reliquiæ abſolutè adorandæ ſunt, poſtquam fuerunt approbatæ per Papam, vel Epiſcopum.*
6 *An corpora, quæ in vno loco exiſtunt abſolutè adorari poſsint, alijs dicentibus eſſe in alio loco.*
7 *Reliquias ad collum appenſas deferre licet.*
8 *An ſpeciale peccatum committatur ab eo, qui delinquit, dum reliquias ad collum defert.*
9 *Surripiẽs reliqas mortaliter peccat.*
10 *Licitum eſt accendere cereos ad reliquias, vel imagines Sanctorum.*
11 *Adorari poſſunt agni cerei.*
12 *Quo pacto retinendi ſint huiuſmodi agni, & an poſsint vendi.*
13 *An huiuſmodi agni licitè tangi poſſint.*
14 *An veſtes, & alia, quæ vſui ſacro deputata fuerunt, poſſint in profanos vſus conuerti, & è conuerſo, an veſtes profanæ poſſint vſui ſacro deſeruire.*

1 Notãdũ primò nomine Reliquiarũ intelligi corpora, oſſa, cineres, veſtes, pannos & cęt. quæ Sanctorum corpora, vel Reliquias attigerunt, vt benè Azor to. 1. lib. 9. cap. 8. quæſito 1 & alij ſtatim citandi. Vermes verò, in quos conuerſi ſunt cineres, vel carnes Sanctorum, non videntur mihi tanquam Reliquiæ, ſaltem publicè, adorandæ. Ratio eſt tũ quia vermes viderẽtur propter ſe adorari. Tum quia videtur indecẽs adorare ſanctos in vermibus, licet vermes conſtent eadẽ materia prima, quã Sancti habuerunt. Ita Vaſquez 3. parte, diſp. 112. cap. 8. num. 29. Suarez 3. par. tom. 1. diſp. 55. ſect. 1. ad finem. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 43. num. 2. & alij.

2 Notandum ſecundo adorationẽ exhiberi, vel propter perfectionem, & excellentiam ipſius rei, quæ adoratur, vel per ordinem ad aliud. Rurſus adorationem aliquãdo exhiberi abſolutè, aliquando ſub conditione.

PRIMA PROPOSITIO.

3 Reliquiæ adorandę ſunt, & deuotè cuſtodiendæ: hæc propoſitio tãquam de fide definita eſt in Concilijs Carthaginenſi, Moguntino, Braccharenſi, & Tridentino relatis à Doctoribus proximè citandis. Et colligitur ex miraculis, quæ per ſanctorum reliquias efficiũtur à Deo. Vide Suarez tom. 1. in

3. par.

Digitized by Google

3.parte,diſp.55.& Valent.2.2.diſp. 5.quæſt.11.puncto 5.&6.Azor tom. 1.lib.9.cap.8.quęſito 2.Bellarm.lib. 1.de Sanct. cap. 1. & ſequen. Sanchez in ſumma,lib.2.cap.43.num.1.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 EAdem adoratio tribui poteſt Reliquijs, quæ tribuitur perſonæ, cuius ſunt reliquiæ. Ratio eſt quia reliquię poſſunt apprehendi vt coniunctæ illi perſonæ, conſequenter vno, & eodem actu adorari poſſunt. Immò etiam ſi non apprehẽdantur vt coniunctæ, poſſunt adorari adoratione reſpectiua; cũ enim ſint irrationales, non poſſunt ꝓpter ſe adorari, & coli, adoratione verò reſpectiua propter excellentiam, & ſanctitatem illius perſonæ, cuius ſunt reliquiæ adorari poſſunt, etiam ſi non appræhendantur vt coniunctæ illi perſonæ; nam pręciſa operatione intellectus verum eſt illas eſſe veras reliquias dignas veneratione reſpectiua. Ita Auctores citati.

5 Quæres primo vtrum reliquiæ adorandæ ſint abſolutè, an ſub cõditione.

Reſpondeo reliquias, quę publicè exponuntur adorandæ poſtquã Summus Pontifex, aut Epiſcopus debitam adhibuit diligentiam ad inquirẽdum num veræ ſint reliquiæ viri canonizati, illaſque approbauit, poſſe abſolutè, & abſque conditione adorari. Ratio eſt quia huiuſmodi reliquiæ dignæ ſunt adoratione, neque vllum eſt periculum erroris ſaltem formalis in huiuſmodi adoratione, & licę̀t materialiter erretur, ſi poſita præfata diligentia contingat re ipſa non eſſe veras reliquias, nullum tamẽ peccatum incurretur; quia adorans bona fide adorat: nec imprudenter operatur, ſed ſolum materialiter errat. Verum ſi detur caſus, vt reliquijs certis ita immiſceantur incertę, vt diſcerni nequeant, poſſunt certę adorari, modò adoratio dirigatur ad reliquias certas & approbatas, nullum enim peccatum cõmittitur adorando certas & approbatas, reliquias. Ita Sãchez in ſumma, lib.2.cap.43.num.12.nec eadem eſt ratio aquæ conſecratæ, & benedictę, cui ſi miſceatur aqua non cõſecrata, tota remanet conſecrata, & benedicta, cap. Quod in dubiis. De Conſecrat. Eccleſ. iuncta Gloſſ. Ratio diſparitatis eſt quia extrema vtriuſque aquæ connectũtur, & ita coniunguntur, vt ſeparari nequeãt; extrema verò Reliquiarũ non connectuntur cum aliis, vt patet ex principiis philoſophicis. Ita Sanchez loco citato. Dixi in reſponſione, quæ publicè exponuntur, &c. nam ad reliquias priuatim adorãdas non requiritur tãta diligentia, ſed ſufficit teſtimonium hominum fide dignorum, vel alia probabilis coniectura, qua ſufficienter moueamur ad prudenter iudicandum veras eſſe reliquias, hacque probabilitate poſita poſſumus abſolutè, & abſquè conditione adorare; nã adeſt moralis certitudo, quæ ſufficit ad prudenter operandum abſque periculo erroris, ſaltem formalis. Ita Sanchez loco citato, nu.13. Suarez loc. cit. ſect. 2. Azor loc. ſtatim citando, & alii.

Ex quo infertur me poſſe priuatim adorare reliquias, quæ mihi traditæ ſunt à viro probo; nam ipſius teſtimonium eſt fide dignum,

vt ſuppono. Ità Azor prima parte, lib.9.cap.8.Sanchez loc. cit. Emanuel Sà verb. Reliquiæ,& alii.

Dixi poſtquã Summus Pontifex, vel Epiſcopus debitam adhibuit diligẽtiam, &c. vt aduerterem reliquias, quæ publicè proponuntur adorandæ, approbandas eſſe à Summo Pontifice, vel etiam ab Epiſcopo,cũ hac tamen differẽtia, quod tantummodo reliquię Sancti Canonizati,quę antiquitus approbatæ ſunt (quamuis de recenti fuerint inuentæ) approbari poſſunt ab Epiſcopo, iuxta diſpoſitionem Trident. ſeſſ.25. in princ. quam ſeruandam eſſe definiuit Illuſtriſsima Cardinalium Congregatio, cuius definitionẽ refert Auguſtinus Barboſa in remiſsionibus Doct. circa Concilium,num.3.Farinacius,ibidẽ proximè ante ſectionem 25. cap. 1. Petrus Marzilla ſeſſ.25 cap 2.Idem dicẽdum,num.11.putant Sanchez. Suarez loc.cit. & alij de reliquijs, quæ per antiquam Eccleſiæ traditionem, aut vniuerſalem Eccleſiæ conſenſum approbatæ ſunt; nam huiuſmodi approbatio æquipollere videtur Canonizationi; cũ præſens canonizationis forma antiquitus non eſſet in vſu. Aliæ verò reliquiæ ſiuè antiquitus fuerint approbatæ,ſiuè nouę ſint,approbãdæ sũt à Summo Pontifice. cap.fin. de Reliq. & vener.Sanct. Ita Suarez loc. cit.diſp.55. ſect 2.verſic. Sed quæret aliquis. Sanchez in ſum. lib. 2. cap 43. num.10.& 14. Azor prima parte,lib.9.cap.8 quæſito 8.& alij. Idem dicendum arbitror contra Sanchez loc.cit.num.17. de Cruce, quę varijs reliquijs ornata collocatur in altari; cenſeo.n.requiri approbationem Pontificis, vel Epiſcopi,iuxta ſuprà dicta,quoties illę reliquiæ nondum fuerunt approbatæ. quamuis enim illæ reliquiæ tunc temporis non exponantur, vt adorentur, ſed ſolum ad crucis ornatum,tamen ſi à populo inſpiciãtur, & periculum ſit,vt adorentur,arbitror exponi non poſſe, quia perinde eſt, ac ſi propter ſe exponerentur.

Obijcies cum vnum eſt propter aliud,id ſolũ,propter qđ eſt cõſideratur, quod eſt axioma Iuriſperitorum deſumptum ex Iuriſconſulto. in l. Etſi non ſunt 21. §. Perueniamus,ff.de auro,& argento leg. Vbi habetur ſemper cũ quærimus quid cui cedat,illud ſpectamus,quid cuius rei ornandæ cauſa adhibeatur, vt acceſſorium cedat principali,cũ ergo reliqę collocatę ſint in cruce adornatũ ipſius Crucis nõ eſt habẽda rõ ipſarũ reliquiarũ,ſed crucis.

Reſpondeo hoc procedere modò periculum non ſit, vt adorentur publicè ipſæ reliquiæ; nam ſi periculum ſit, vt publicè adorẽtur, re ipſa non dicuntur principaliter propter ornatum, ſed propter ſe, & propter adorationem quamuis in mente, & voluntate exponẽtis ſint propter ornatum crucis, & altaris.

Hinc colligi poteſt quid dicendum ſit de ſacris imaginibus, quibus à Summo Pontifice conceſſum eſt priuilegium indulgentiarum cũ hac conditione,modò publicè non exponantur; arbitror enim publicè exponi non poſſe, dum periculum imminet, vt accedentes ad Eccleſiam,vel ad altare,in quo collocatę ſunt prædictę imagines, intendant frui priuilegio illis imaginibus cõceſſo. Secus ſi ſolum exponantur

ad

ad altaris, vel Eccleſiæ ornatum abſque dicto periculo; tunc enim valet allatum axioma Iuriſperitorum.

Maior difficultas eſt vtrum imaginibus publicè ſemel expoſitis cū præfato periculo, vel intentione, vt accedentes ad Eccleſiam priuilegio indulgentiarum illis imaginibus conceſſo perfruantur, priuilegium non ſuffragetur non ſolū pro tempore, quo publicè exponuntur, verum etiam pro tēpore, quo poſteà priuatim in cubiculo cuſtodiuntur.

Ego arbitror ſolum non ſuffragari pro tempore, quo publicè exponuntur, conſequenter poſſe iterum priuatim adhiberi ad indulgentias priuatim percipiendas. Ratio eſt quia in odioſis, qualis eſt ceſſatio priuilegij, non eſt facienda extenſio vltra propriam verborum ſignificationem, & mentē concedentis; mens autem concedentis hæc videtur eſſe, vt indulgentiæ imaginibus conceſſæ nō ſuffragentur pro tēpore, quo imagines publicè exponuntur, ideò illæ particulæ, *modo publicè non exponantur*, non important conditionem, & ceſſationem priuilegij, ſed limitationem, & modum. Ita mihi viua voce reſpondit Illuſtriſsimus Cardinalis Cobellutius, ſicquè communiter vſu receptum eſt. Quanquam certior regula eſt, vt verba priuilegij ſemper inſpiciātur; cum enim priuilegium indulgentiarum pendeat à voluntate Summi Pontificis concedentis, fieri poteſt, vt illud aliquando concedat ſub conditione amittēdi priuilegij imaginibus publicè ſemel expoſitis.

Ex dictis ergo patet, quando reliquiæ à Summo Pontifice, & quandonam ab Epiſcopo approbandæ ſint.

An autem Epiſcopus non ſolum in Diœceſi, verum etiam extra Diœceſim reliquias approbare poſsit, conſtat ex dictis de Cenſuris, de Sacramentis, & de Legibus, poſſe, quia hæc non eſt iuriſdictio contētioſa, ſed voluntaria; Iuriſdictio autem voluntaria exerceri poteſt extra Diœceſim propriam, etiam ſine facultate Epiſcopi illius loci, in quo exercens Iuriſdictionem, reperitur. Ita Sanchez loc. cit. num. 14. Suarez, & alij, quos retuli de cēſuris, de legibus, & de Sacramentis. Obſerua tamen illas reliquias, quæ Roma allatæ ſunt cum bulla Apoſtolica, aut etiam cum teſtimonio Epiſcopi Diœceſis, à qua in aliam translatæ ſunt, non eſſe neceſſariò approbandas ab Epiſcopo Diœceſis, ad quam transferūtur; iam enim legitimè approbatæ fuerunt proptereà ſufficit, vt Epiſcopus loci, ad quem reliquiæ transferuntur examinet antequam reliquiæ publicè exponantur, an ſint illæ, quæ teſtimonio Summi Pontificis, vel Epiſcopi legitimè fuerunt approbatæ. Nequè contra hoc facit decretum Tridentini; quia nō loquitur de reliquijs iam approbatis, ſed de reliquijs nouiter inuentis approbandis. Ita Sanchez loc. cit. num. 28.

Dixi poſtquā debitam adhibuit diligentiam; vt obſeruarem reliquias non eſſe temerè approbandas, ſed prudenter, adhibita diligenter opera ſufficienti ad rei veritatem inueniendam: Eam autem Epiſcopus diligentiā in hac re adhibere debet, quam Conciliū Tridentinum loco citato præſcribit, vt

videlicet in conſiliũ adhibeat Teologos, alioſque probos viros; quanquam ad Epiſcopum, nõ autem ad eos, quos in conſilium adhibuit, ſpectat deciſio; quia Tridentinum ſolum præſcribit, vt in conſilium adhibeat; conſilium autem non importat deciſionem; ſed quid præuium deciſioni; nec inducit neceſſitatem illud ſequendi, vt in ſimili docui de matrimon. q. 4. puncto 17. num. 25. & fuſius tradit Sanchez, lib. 1. de matrim. diſp. 34. nu. 24. verũ ſi grauis difficultas ſuboriatur, Epiſcopus debet Cõcilium Prouinciale inire, & ab ipſo Concilio difficultas decidenda eſt; Concilium. n. Tridentinum non ſolum requirit Conſiliũ, vt in proximè præcedenti caſu, verum etiam deciſionem, vt benè obſeruat Sanchez in ſumma loc. cit. nu. 16. &, lata deciſione, illi ſententiæ adhærendum erit, quam tulerit maior pars eorum, qui concilio cum iure ſuffragij interfuerũt. Nam ſententia, quam maior pars Concilij tulit, cenſetur à toto Concilio lata, niſi maior numerus ex ſpeciali iuris diſpoſitione in aliquo caſu requirat, L. quod maior, ff. ad municip. & cap. Apoſtolica, diſt. 16.

Addo nõ ſufficere, vt maior pars eorum, qui ad Concilium conuenerunt, ſententiam ſeorſim & extra Concilium ferat, ſed ipſam cõciliariter ferre debet in ipſomet Concilio; Trident. enim præſcribit ſentẽtiam in Concilio Prouinciali expectandam eſſe, vt optimè obſeruat Sanchez loc. cit. num. 16.

Addo ſententiam non cenſeri latam à communitate, vel à Concilio, niſi in loco publico ad hoc deputato, feratur ab habentibus ius ferendi vota, & ſuffragia, alioquin non dicitur ſententia cõmunitatis, vel Concilij, ſed ſingulorũ, L. Aliud §. Refertur. Vide Sãchez loc. cit. quem in hac re ſecutus ſum.

Ex dictis igitur conſtat quando nam reliquiæ publicè ſint adorandæ, & quid requiratur vt reliquiæ abſolutè adorari poſsint.

6 Sed adhuc remanet dubiũ vtrũ illa corpora, quæ dicuntur eſſe in vno loco, aliis perhibentibus eſſe in alio, abſolutè adoranda ſint.

Reſpõdeo abſolutè adorari poſſe, poſita Summi Pontificis, vel Epiſcoporum approbatione, iuxta dicta in præcedenti propoſitione. Ratio eſt quia adorans huiuſmodi corpora non errat in ſubſtantia, quaſi illa corpora non ſint alicuius ſancti, ſed potius errat in cõditione quaten' credit eſſe corpus vnius ſancti, cum ſit alterius. Verũ quoties non conſtat eſſet veras reliquias, nec præceſsit approbatio Summi Pontificis, vel Epiſcopi, abſtinendum eſt ab adoratione, ne periculum incurratur adorãdi falſas reliquias, quanquam non ſunt contemnendæ huiuſmodi reliquiæ, ſed ſeparatim ſeruãdæ in loco decenti, ne fortè veræ reliquiæ irreuerenter tractentur. Ita Sanchez loc. cit. num. 10. & 19. Suarez loc. cit. Armilla verb. Canonizatio, num. 2. & alij.

7 Quæres ſecũdo, vtrum reliquias ad collum appenſas deferre liceat.

Reſpondeo affirmatiuè, cum S. Thom. & Sylueſtro, apud Sanchez, lib. 2. cap. 40. num. 27. Suarez to. 1. de Religione, lib. 2. de ſuperſtitione, cap. 10. nume. 16. Nauarro, cap. 11. num. 35. Claue Regia, lib. 4. cap. 16. nu. 8. Azor prima par. lib. 9. cap. 8.

quæ-

quæſito 6. Vaſquez 3. parte diſput. 112. cap. 8. nu. 30. Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 11. pũcto 6. ad finem. Emanuele Sà Verbo Reliquiæ, & alijs Cõtra Angelũ Verb. Reliquiæ, nu. 4. Ratio eſt tum quia delatio reliquiarum ad collum nullam continet indecentiam, & fit ex deuotione Sanctorum. Tũ quia nullum extat decretum prohibens priuatam reliquiarum delationẽ ex deuotione; quicquid ſit de publica in proceſsionibus delatione, de qua cõſulendi ſunt pręcitati Doct. Tum quia ſic vſu receptũ eſt apud probos, & pios.

8 Rogabis vtrum ſpeciale peccatum in confeſsione neceſſariò fatendum, comittatur ab eo, qui fornicatur, vel furatur, vel detrahit, vel aliud peccatum committit, dũ reliquias habet ad collum appenſas. Reſpondeò negatiuè quia huiuſmodi peccata non repugnant directè cultui reliquiarum, nec reliquiæ dicuntur turpiter attrectari, nec pœnitentes conſueuerunt hanc circunſtantiam fateri, ergò non committitur ſpeciale peccatum neceſſariò explicandum in confeſsione. Ita Azor prima parte lib. 9. cap. 8. quæſito 6. ad finem. Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 28. & alij. Contra Philiarchum to. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. ſub finem.

Ex quo patet à fortiori cõiuges ſe carnaliter cognoſcentes, dũ reliquias ad collum deferunt, nõ teneri hanc circũſtantiã in cõfeſsione aperire; quamuis à nõnullis cõfeſſarijs aliter ſeruari audiuerim.

9 Quæres tertiò vtrũ peccẽt mortaliter peccato ſacrilegij, & furti, qui ſurripiunt, vel extrahunt aliquid de reliquijs alterius.

Reſpondeo affirmatiuè, niſi hoc faciant de licẽtia domini, aut niſi extrahant de manibus infidelium; nam furtum, & ſacrilegium cõmittit, qui rem ſacram inuito domino accipit, vt patet ex dictis de reſtitutione, & patebit ex dicẽdis de ſacrilegio. Ita Syluester verbo Reliquiæ quæſito 2. Tabiena eodẽ verb. num. 3. Philiarchus loco cit. Azor. loc. cit. quæſito 9. Sanchez loc. cit. cap. 43. nu. 23. & alij.

Addo primo in hac re nõ ſemp paruitatẽ materię à peccato mortali excuſare, quando tanta poteſt eſſe dignitas, & æſtimatio reliquiæ furto ſublatæ, vt graue damnum irrogetur, & non leuis irreuerentia cenſeatur. Ita Sanchez lo. cit. Non tamen videtur illicitum reliquias de manibus infidelium extrahere, nam infideles iniuſtè poſſident, nec reliquias debito proſequuntur honore. Ita Sanchez, & Azorius locis citatis.

Addo ſecũdo in noſtris Concil. Prouinc. latã eſſe excommunicationem contra eos, qui ſine facultate Epiſcopi in ſcriptis reliquias exportãt extra Diœceſim, aut cõcedunt, aut donãt reliquias vnius Eccleſiæ alteri Eccleſiæ, quamuis ſit tantum particula; Hac eadem excommunicatione ligantur recipientes. Iure verò communi, excepta Vrbe Romæ, non videtur lata excommunicatio contra fures reliquiarum, quia nullo iure ſufficienter probatur. Ita Sanchez loc. cit. n. 24. Suarez tom. 5. diſp. 22. ſect. 2. nu. 9. & alij communiter.

Dixi excepta Vrbe Romæ, nam contra afferentes reliquias ex Cœmeterijs Romæ, alijſuè ſacris locis, vt aliò transferant abſque licen-

centia Summi Pontificis lata eſt excommunicatio. Iure etiam communi vetitum eſt reliquias perpetuæ ſepulturę traditas aliò transferre abſque licentia Summi Pontificis, vel Epiſcopi, niſi aliud cogat neceſsitas, vrgente verò neceſsitate ſufficit licentia Præſidis Prouinciæ. cap. Corpora. de Conſecra. diſt. 1. vide Syluestrum Verb. Reliquiæ, quæſito 3. & Armillam eod. verb. nu. 3.

10 Quæres quartò vtrũ poſsimus accendere cereos ad reliquias, ad ſanctorum ſepulchra, & ad ipſorũ imagines.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia ita receptum eſt antiquiſsimo Eccleſiæ vſu. Tum quia huiuſmodi lumina adhibentur ad oſtendendum fidei lumen, in quo ſancti deceſſerunt, & ad ſignificãdam gloriæ claritatem, qua perfruuntur, & in ſignum lætitię, quã nos ex ipſorum gloria percipimus; licitum ergo eſt huiuſmodi lumina, adhibere, cum ad honeſtos fines adhibeantur. Ita Azor. prima parte. lib. 9. cap. 8. quæſito 3. & alij communiter.

11 Quæres vtrum Agni Dei, quos in cereis figuris expreſſos cernim⁹, coli, & adorari poſsint.

Reſpondeo affirmatiuè; ſunt. n. benedicti, & ſacri, & ſimul cum Deo apprehendi poſſunt, ſicquè adorari poſſunt cũ Deo, ſicuti imago ipſius. Ita Azor, & alij locis ſtatim citandis. Vaſquez 3. par. diſp. 110. cap. 2. Idẽ dic de alijs rebus, ſiue rationalibus, ſiue irrationalibus.

12 Aduertendum tamen eſt primo huiuſmodi agnos retinẽdos eſſe albos, nec minio, auro, alioue colore pingendos eſſe; nam qui agnos à Summo Põtifice benedictos pingunt, vel depingi, vel minio, auro, alioue colore affici curant, incurrunt excommunicationem Papalem, quam etiam incurrunt vendentes huiuſmodi agnos, aut proponentes, aut tenentes ad vẽdendũ, vt patet ex motu Gregorij XIII. ſtatim citando quanquã, qui eos vendunt ratione materiæ præciſè non videntur affici excõmunicatione, etiamſi eos vendant ad vſus ſacros, & pios. Ratio eſt tum quia calices conſecrati vendi poſſunt abſque peccato ſimoniæ ratione materiæ, ergo etiam agni Dei vendi poſſunt ratione materiæ, & expenſarum, quæ fiunt in ipſis conficiendis. Tũ quia ex motu Gregorij ſtatim citando nõ colligitur prohiberi venditionem, nõ ſimoniacam. Ita Sanchez num. 29. contra Azoriũ quæſito 4. aliter ſentientem, ſi vendantur ad vſus ſacros.

Aduertendum verò eum, qui cõtraxit excommunicationẽ agnos depingendo, non peccare ipſos retinendo, quamuis enim illos nõ liceat venales retinere, aut depingere, non tamen vetitum videtur eos iam depictos retinere, modò non retineantur ad vendendum, vt patet conſiderãti motum propriũ Gregorij XIII. qui incipit. Omni certè ſtudio, quem refert Azor. lib. 4. cap. 9. quæſito 1.

13 Quæres ſextò, vtrum laicis, & cleris in minoribus conſtitutis tãgere liceat huiuſmodi agnos Oleo ſancto, & Chryſmate conſecratos.

Reſpondeo negatiuè quia cap. Sacratas. diſt. 23. vetitum eſt laicis tangere res ſacras; non tamẽ peccant

cant mortaliter, qui eos attingunt ſine contẽptu, ſicut nec mortaliter peccat; q tangit reliquias, quas apud ſe geſtat, vt ſi tangat accommodando illas in cruce, vel vaſe debito, modò abſit contemptus, vel indecentia in tangẽdo, nec facilè poſsint inquinari; ſimplex enim attactus non videtur materia grauis, & ſufficiens ad mortale. Ita Azor prima parte.lib.9.cap.9. quæſito 3.Sanchez in ſumma lib.2. cap.43.nu.26.& 27.Immò Sanchez excuſat ab omni peccato, etiam veniali præciſo contẽptu, aut alia circunſtantia. Idem ſentiunt alij quos in ſimili retuli de Sacramentis loco proxime citando.

Vtrum verò Clericis in minoribus conſtitutis, aut laicis liceat calicem conſecratum, Patenã, purificatorium, aut Corporale tangere ſine licentia (quam licentiam cõcedit Epiſcopus clericis initiatis prima tonſura) patet ex dictis de Sacram.diſp.4.q.vltima, puncto 9.nu.21.vbi docui non licere, quãquam tangens ſine licentia nõ videtur pluſquam venialiter peccare præciſo contemptu, etiamſi fœminæ ipſæ tangant; Ita Sanchez lo.cit.S.Antoninus, Bartholomæus ab Angelo, & alii, quos retuli de Sacram. loc.cit. vide Azoriũ quæſito 6. vbi docet religioſos officio Sacriſtæ deputatos, poſſe vaſa ſacra tangere, præciſa indecentia.

Hinc patet à fortiori non licere laicis tangere ſanctum Chryſma, aut Oleum Sanctum, aut Eucharistiam, quam neque clerici in minoribus conſtituti tangere poſſunt. Ita Azor loc.cit, quæſito 9.& alii, quos retuli de Sacramen. Non nego tamen, quin Clerici, & laici poſsint Euchariſtiam tangere, dũ hoſtia in terra cecidit, nec alius adeſt, qui eam eleuet, Vt patet ex dictis de Euchariſtia. Idem præter auctores ibi citatos docet Azor prima par.lib.9.cap.9.quæſito 12.

14 Vtrum verò veſtes, vaſa, candelabra, panni, & ligna, quæ vſibus ſacris inſeruiunt, poſsint in vſus prophanos conuerti, patet ex alibi dictis, in prophanos vſus conuerti non poſſe.cap.Ligna de Cõſecrat.diſt.1.modo veſtes, vaſa, &c. immediatè dedicata ſint cultui diuino; ſecus ſi immediatè inſeruiãt miniſtris extra miniſterium ſacrũ, quæ ergo fuerunt vſui ſacro dicata, non poſſunt in prophanos vſus conuerti; ſed potius comburenda ſunt, & eorum cineres in Eccleſia reponẽdi, vt patet ex alibi dictis. Sicut etiam ex alibi dictis cõſtat, vtrum ex veſte alicuius matronæ, aut ex aliis pannis profanis confici poſsint veſtes ad vſus Eccleſiaſticos, & ſacros, reſponſum enim eſt affirmatiuè. Cũ Sylueſtro ver. Corporalia quæſito 3. & aliis modò benedicantur iuxta conſuetudinem, & praxim Eccleſiæ. Ratio eſt tum quia ita vſu receptum eſt. Tum quia per benedictionem omnis macula, & prophanitas auferť. Tum quia templa Idolorum in tẽpla Chriſtianorum licitè conuertũtur, ergo etiam prophanæ veſtes in vſus pios conuerti poſſunt. Vide quæ diximus de Euchariſtia diſpu. 4.quæſt.vlt.pun.9. & infra de ſacrilegio, & præterea. Azorium lo. cit. cap.9. quæſito 7. & 8.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO SECVNDA

De Fide.

PRimò loco explicabimus ea, quæ ad virtutem fidei, & ad ipſius contraria pertinent. Deinde quæ ad præceptum Spei, poſtremò quæ ad Charitatem, & ad ipſius obligationem ſpectãt, omiſsis quæſtionibus ad ſpeculationem pertinentibus, quas in ſcholis diſputandas relinquimus.

PVNCTVM I.

Quid ſit fides.

1 *Quid ſit fides.*
2 *Fides eſt in intellectu tanquã in ſubiecto.*
3 *Obiectum materiale ſunt res à Deo reuelatæ.*
4 *Obiectum formale fidei eſt auctoritas diuina.*
5 *Eccleſia dicitur regula proponẽs res fidei credendas.*
6 *Deus non poteſt falſum reuelare.*
7 *In beatis non eſt fides.*
8 *In beatis non eſt ſpes.*
9 *In Dæmonibus, vel damnatis non eſt fides, aut ſpes.*
10 *In hæreticis non eſt fides, aut ſpes.*

VNICA PROPOSITIO.

1 FIdes eſt Virtus ſupernaturalis inclinãs intellectum ad credendas res à Deo reuelatas, propter ipſius auctoritatem. Hæc definitio quoad ſubſtantiam non differt ab ea, quam patres, & Scolaſtici, communiter ex Apoſtolo attulerunt. Fides eſt ſubſtãtia ſperandarum rerum argumẽtum non apparentium.

Dicitur virtus ſupernaturalis, vt ſciamus fidem, de qua loquimur, non eſſe quid naturale, vt eſt fides humana, qua fidẽ præſtamus dictis hominum, ſed eſſe quid ſupernaturale; conſequenter donũ Dei iure optimo in Cõcilijs appellari.

2 Dicitur inclinans intellectum, vt oſtẽdatur in quanam animæ potentia virtus fidei reperiatur; cum enim habitus in ea potẽtia collocari debeat, à qua eliciuntur actus, ſequitur habitum ſeù virtutem fidei collocandam eſſe in intellectu, cum ab intellectu eliciantur actus fidei; actus enim aſſentiendi & credẽdi, qui ſunt actus fidei, eliciuntur ab intellectu. Ita communiter Doct. cũ S. Thoma 2. 2. queſt. 4. articulo 2. Malderus ibidem Valentia, Bannes, & Arragonius ibidem, & alij Theologi communiter.

An verò actus fidei elici poſsit ab

Digitized by Google

ab intellectu damnati, vel beati, patebit ex dicendis

3 Dicitur ad credendas res à Deo reuelatas, vt oſtẽdatur obiectum materiale, circa quod verſatur fides; nam illud eſt obiectum materiale fidei, circa quod fides verſatur; cum autem fides verſetur circa myſteria à Deo reuelata, dicendum eſt res à Deo reuelatas eſſe obiectum materiale fidei. Ita Sanc. Thomas loco cit. quęſt. prima art. 1. Ioannes Malderus ibidem, ſect. 2.

Vtrum verò obiectum fidei poſſit eſſe aliquid viſum, aut ſcitum, & an idem poſsit ſimul credi, & ſciri, aut videri. Videndum relinquo apud Comentatores S. Thomæ 2. 2. quæſt. 1. art. 4. & 5. nos. n. ea hic proſequimur, quæ ad praxim, non quæ ad ſpeculationẽ propriè pertinent.

4 Dicitur propter ipſius auctoritatem, vt oſtendatur obiectum formale, ſeù ratio formalis, qua creduntur res Fidei; Ratio eſt tũ quia actus fidei non nititur auctoritate humana, ſed Diuina; conſequenter ratio, ob quam credimus, eſt auctoritas Diuina; nõ enim alia ratione credimus, E. g. Deum eſſe remuneratorem bonorum operum, niſi propter Diuinam auctoritatẽ, quia ſcilicet Deus reuelauit, ad Hebreos 11. Accedentem ad Deum, inquit Deus per Apoſtolum, opportet credere, quia eſt, & quia remunerator eſt. Tum quia ſicut in humanis ratio credendi eſt teſtimonium hominũ, ita in actu fidei ſupernaturalis ratio aſſentiendi reuelatis eſt Teſtimonium Diuinum, ſeù auctoritas Diuina, ſeu prima veritas reuelans. Ita colligo ex S. Thoma 2. 2. quæſt. 46 art 1. Ioanne Maldero, ibidem ſec. 3. Luiſio Turriano ibid. diſp. 29. dub. 4. Becano, cap. 1. quæſt. 2. & 3. Valentia, & alijs DD. ibidem.

5 Obijces poſſumus credere res fidei, quia Eccleſia illis fidem præſtat, vel credenda proponit, ergo non neceſſariò credimus ob auctoritatem Diuinam, ergo ratio formalis, ob quam credimus res fidei, non eſt auctoritas Diuina. Pro ſolutione huius obiectionis aduertẽdum eſt, in actu fidei poſſe duas rationes conſiderari. Prima eſt ratio formalis, ſeu ratio à priori, & hæc eſt auctoritas. Secunda eſt ratio à poſteriori, & hæc eſt regula proponens res fidei.

Hoc poſito reſpondeo res fidei credi ob Diuinam auctoritatẽ tanquàm ob rationem formalem; ob auctoritatem verò Eccleſię tãquàm ob regulam infallibiliter proponentem res fidei, ſeù tanquàm rationem à poſteriori. Ita Valentia tom. 3. diſp. 1. quęſt. 5. pun. 1. Ioãnes Malderus 2. 2. quæſt. 1. ſect. 3. Becanus de fide, cap. 8. quæſt. 8. num. 4. concl. 2. Luiſius Turrianus 2. 2. diſp. 5. dub. 2.

Hinc colligi poteſt magnam eſſe noſtræ fidei certitudinem; cum Fides infallibili teſtimonio Diuino nitatur.

6 Ex quo patet ſolutio ad illam difficultatem, qua quæritur vtrum Deus falſum reuelare poſsit de potentia ordinaria, vel abſoluta.

Reſpondetur, n, negatiuè. Ratio eſt tum quia ſequeretur fidem noſtram fallibilem, & incertam eſſe. Tum quia ſequeretur Deum mentiri poſſe, quod eſt falſum. mendaciũ enim eſt intrinſecè malum. Et num. 23. dicitur, non eſt Deus, quaſi homo, vt mentiatur. ad Romanos 3. Deus verax eſt; omnis autem homo

mo mendax,& Ioannis 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Quare licet concedam Deum poſſe aliqua ità obſcurè loqui, vt ob ipſorum obſcuritatem aliqui decipiantur, falsò explicātes Diuina colloquia, vt patet in hęreticis ſacram ſcripturā falsò interpretantibus, tamen negandum eſt Deum poſſe falſum reuelare, vt patet ex allatis rationibus. Ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 1. art. 3. Petrus de Lorca ibidem diſp. 7. 8. 9. & 10. Bannes ibidem. Valentia ibidem pun. 3. concluſ. 2. Malderus ibidem dub. 1. Luiſius Turianus 2. 2. diſp. 3. dub. 1. Becan⁹, cap. 1. quęſtione 1. num. 11. Contra Gabrielem,& alios apud præcit. DD.

7 Quæres primò vtrum in Beatis ſit actus, vel habitus Fidei.

Reſpondeo negatiuè. Quòd nō ſit actus fidei probatur, quia quæ cognoſcuntur à Beatis, clarè cognoſcuntur 2. Corinthiorum 5. Videmus nunc per ſpeculum, & in enigmate, tunc autem facie ad faciem,& prima Corinth. 13. nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus;cum autē venerit qđ perfectū eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt, ideſt fides, quæ propter obſcuritatem dicitur cognitio ex parte, excludetur aduentu claræ cognitionis in Cœlis habendæ. Ita S. Thom. de Fide quęſt. 5. art. 2. Malderus ibidem dub. 2. Valentia, ibidē pun. 2. Becanus 2. 2. de fide, cap. 11. quæſt. 1. num. 4. & alij recentiores contra Durandum in 3. diſt. 21. quæſt. 3. & 4.

Quod verò in Beatis non ſit habitus fidei probatur, quia fruſtrà conſeruatur habitus, vbi poſsibilis non eſt actus; habitus enim conſeruatur ob actum; cum autem actus fidei nequeat eſſe in Beatis vt probatum eſt, ſequitur habitum fidei reperiri non poſſe in Beatis.

Obijcies in Beatis reperitur virtus,ſeu habitus ſpei;ergo reperitur etiam habitus fidei.

Reſpondeo negando in Beatis reperiri habitum ſpei, vt patet à ſimili ex dictis de fide; nam fruſtrà cōſeruatur habitus, vbi eſt impoſſibilis actus; ſed in Beatis impoſſibilis eſt actus ſpei; nam per ſpem expectamus æternam beatitudinē; beati autem non expectant gloriā, ſeu beatitudinem,ſed illa inefabiliter perfruuntur, ergo in Beatis nō conſeruatur habitus ſpei. Idem cū proportione dicendum eſt de habitu fidei. Ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 5. art. 2. & Theologi cōmuniter teſte Valentia tom. 2. diſp. 5. quæſt. 7. pun. 4. & tom. 3. diſp. 1. quæſt. 5. pun. 2. verſ. Hactenus.

9 Quæres ſecundo vtrum in Dęmonibus, vel damnatis ſit fides. quoad habitum, vel quoad actum.

Reſpondeo negatiuè. Quòd nō ſit quò ad habitum probatur quia damnati peccant cōtra fidem per actus infidelitatis;ſed per actus infidelitatis fides amittitur; ergo dānati fidem amittunt; ergo in damnatis non remanet habitus fidei. Quod in damnatis nō ſit fides quò ad actum, probatur; quia actus fidei eſt actus bonus,& ſupernaturalis,qui non poteſt elici abſquè ſpeciali Dei auxilio; damnati autem, ſeu Dęmones carent ſpeciali Dei auxilio. Neque obſtat illud Iacobi 2. Dęmones credunt & contremiſcunt,nam ibi ſermo eſt de fide naturali non de ſupernaturali, cum Dęmones non credant fide ſupernaturali,ſed naturali. Ita Malderus

2. 2.

Digitized by Google

2.2.quæſt.5.art.2.& 3.Bannes ibid. Petrus de Lorca ibidem diſp. 30. Becanus,cap.10.quæſt.2. Valentia tom.3.diſp.1.quæſt.5.pun.2. & alij cum S.Thom.2.2. queſt.5.art.2.

Obiicies in damnatis poteſt eſſe ſpes;ergo poteſt etiam eſſe fides.

Reſpondeo negando in damnatis poſſe eſſe ſpem. Ratio eſt tũ quia ſpes ſupponit fidem.tum quia Prouerb.11. dicitur,mortuo impio nulla erit vltra ſpes. Ita Valentia tom.3.d.2.quæſt.1.pun.3.ſub finem. Malderus 2.2.quæſt.18.art.2.& 3. & alij.

Hinc patet differentia inter dãnatos in Inferno exiſtentes,& inter iuſtos in Purgatorio commorãtes, quod illi carent ſpe, & fide; hi verò fidem,& ſpem retinent. Ratio eſt tum quia,quamuis non mereantur, tamen ſperant æternam beatitudinem,ſpes autem ſupponit fidẽ. Tum quia fides ſola viſione Dei in viris iuſtis euacuatur,iuxta illud 1. Corinth. 13. Cum autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt. Ita Ioães Malderus 2. 2.quæſt.5. art.2. ad finem dub.3.

10 Quæres 3. Vtrum in hęreticis ſit fides ſupernaturalis.

Reſpõdeo negatiuè ſiuè loquamur de actu, ſiuè de habitu fidei. Quod non ſit fides, quoad habitũ, patet, tum quia in hæreticis non eſt fides quo ad actum;ergo neque quoad habitum.Tum quia habitus fidei amittitur per infidelitatem ex Trident. ſeſſ.6. cap.15. vbi dicitur gratiam non ſolum amitti per infidelitatem,per quam etiam ipſa fides amittitur, verum etiam per quodcunq; aliud peccatum mortale, cum autem hęretici ſint infideles & infidelitatis peccatum cõmiſſerint, dicendum eſt in ipſis nõ eſſe fidem quoad habitum. Quod verò in hęreticis non ſit fides quo ad actum. Ratio eſt tum quia hęreticus non credit propter diuinã auctoritatem, tãquam propter rationem formalem credendi, tum quia regula infallibilis proponens res fidei eſt Eccleſia; hęreticus autem, cum recedat ab Eccleſia recedit etiam à rebus fidei, quæ ab Eccleſia tanquam à recta regula proponuntur; conſequenter in ipſo non eſt actus fidei ſupernaturalis. Ita S. Thom.2. 2. quæſt.5.art.3. Malderus, ibid. Becanus loco cit. quæſt. 3. Petrus de Lorca ibidem, Valẽtia tom.3. diſp.1.quæſt.5.pun. 3. & alij communiter contra Durandum in 3.d.23.queſito 9.num.8.

Hinc colligi poteſt in hęreticis non reperiri ſpem; ſperamus enim quæ credimus, & ſpes non poteſt eſſe ſine fide, vt bene docet Diuus Auguſtinus in Enchiridio, cap.7. Fides inquit credit, ſpes, & charitas orant, ſed ſine fide eſſe non poſſunt,& cap.8. Neque amor ſine ſpe eſt, nec ſine amore ſpes, neque vtrumq; ſine fide. Idem tradit Valentia tom.3.diſp.2.quæſt.1.pun.3. ad finem.

PVNCTVM II.

De neceſſitate Fidei.

1 *Quot modis aliquid neceſſarium dicatur.*

2 *Fides alia eſt quo ad actum, alia quo ad habitum, alia implicita, & alia explicita.*

3 *Salus alia dicitur prima, alia ſecunda.*

Fide

4 *Fides habitualis neceſſaria eſt ad ſalutem.*

5 *Fides actualis explicita aliquorum articulorum neceſſaria eſt neceſſitate medij.*

6 *Fides actualis explicita Dei remunerationis, Myſterij Trinitatis, & Chriſti neceſſaria eſt neceſſitate medij.*

7 *Fides neceſſaria eſt non ſolum neceſſitate medij, verum etiam præcepti.*

8 *Homo tenetur, poſtquam ad rationis vſum peruenit, actum fidei elicere.*

9 *Item tenetur elicere per accidens, quando debet ſe ad Deum conuertere, quanquam non tenetur omiſſionem huius actus in confeſſione aperire.*

10 *Item tenetur actus fidei elicere, dum fidem exterius confiteri debet.*

11 *Item per accidens tenetur, dum extat periculum incidendi in aliquod peccatum, ſi actus fidei non eliciatur.*

12 *Tenetur in articulo mortis.*

13 *Quoſnam articulos teneamur explicitè credere.*

14 *Vtrum teneamur articulos fidei memoriæ mandare.*

15 *Confeſſarius tenetur aliquando pœnitentem circa fidei articulos interrogare.*

16 *Confeſſarius, qui pœnitentem minus peritum circa fidei articulos reperit, debet illum reicere, vel docere neceſſaria, antequam beneficium abſolutionis impendat.*

17 *Quid nomine articuli, & Symboli intelligatur.*

TRia principaliter explicanda ſunt in hoc pun. Primo vtrũ fides habitualis neceſſaria ſit. Secũdo vtrum fides actualis neceſſaria ſit neceſsitate medij. Tertio Vtrũ ſit neceſſaria neceſsitate pręcepti.

1 Sed prius notandum eſt primo neceſſarium tripliciter dici poſſe, Primò neceſsitate medij. Secundò neceſsitate præcepti. Tertiò vtraquè neceſsitate, medij ſcilicet, & Pręcepti. Illud dicitur neceſſarium neceſsitate medij, quò pretermiſſo ſalus non obtinetur, etiamſi inculpabiliter prætermittatur. Illud dicitur neceſſariũ neceſsitate Pręcepti, quo culpabiliter prætermiſſo ſalus non obtinetur; eo verò inculpabiliter omiſſo ſalus obtineri poteſt, vt patet exemplo reſtitutionis, quę neceſſaria eſt neceſsitate Pręcepti, & nihilominus ſi ex impotentia, vel inculpabili ignorantia prętermittatur, ſalus obtinetur, quia omiſsio nõ eſt culpabilis. Neceſſarium vtraque neceſsitate dicitur quando vtraque neceſsitas interuenit medij ſcilicet, & Præcepti.

2 Notandum 2. Fidem aliquando accipi pro ipſa virtute, ſeu habitu fidei, aliquando pro ipſo actu credendi. Rurſus Fidem aliam eſſe explicitam, aliam implicitam. Fides explicita contingit, quando aliquid creditur in particulari, & in ſe ipſo; vnde qui credit Chriſtũ reſurrexiſſe, dicitur habere fidem explicitam miſterij Reſurrectionis Chriſti. Implicita verò eſt, quando aliquid creditur nõ in particulari, & in ſe ipſo, ſed in aliquo alio. Ideo qui credit quidquid credit Sancta Mater Eccleſia, dicitur habere fidem implicitam miſterij Trinitatis, Incarnationis, &c. quia inter ea, quæ credit Sancta Mater Eccleſia, eſt myſterium Trinitatis, Incarnationis, &c.

No-

Digitized by Google

3 Notandum 3. ſalutem duplicē eſſe primam,& ſecundam, ſeù primam,& vltimam. Prima eſt gratia ſanctificans, per quam homo acquirit ius ad gloriam, ſeu ad viſionem beatificam. Secunda eſt ipſa gloria, ſeu viſio beatifica.

PRIMA PROPOSITIO.

4 Fides habitualis neceſſaria eſt ad ſalutē. Ratio eſt quia ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, ad Hebreos 11.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 Fides accepta pro actu credendi eſt omnibus vſum rationis habentibus neceſſaria neceſsitate medij ad primam, & ſecundam ſalutem,non ſolum implicitè,verum etiam explicitè quò ad aliquos articulos. Ratio eſt tum quia ad Hebr.11 dicitur Accedentem ad Deū oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator eſt, vbi notanda eſt particula oportet credere, quæ ſatis indicat fidei actualis neceſsitatem ad ſalutem. Tum quia in Tridentino ſeſſ. 6. cap. 8. dicitur ſine fide nulli vnquàm contigiſſe iuſtificationem; ergò fides neceſſaria eſt neceſsitate medij ad iuſtificationem; nam illud dicitur neceſſarium neceſsitate medij ad iuſtificationem, ſine quo non contingit iuſtificatio. Addo fidem actualem neceſſariam eſſe ad vltimam ſalutem,quia ſalus vltima non obtinetur ante iuſtificationem, ſeù ante primam ſalutem; nihil enim coinquinatum intrabit in regnum cœlorum, inquit ſcriptura, id eſt nullus obtinebit ſalutem æternam, antequam iuſtificetur per gratiam, per quam non iuſtificatur ſine fide. Ita Becanus cap.12. quæſt.1. num.5. Sanchez in opere morali, lib.2. cap.2. num.3. Reginaldus,libro 17.num.14.& alij DD.ſtatim citandi.

6 Quæres quorum myſteriorū neceſſaria ſit neceſsitate medii fides explicita, ſeu quoſnam articulos homo teneatur explicitè credere neceſsitate medij.

Reſpondeo poſt Chriſti aduentum,& poſt ſufficientem Euangelij promulgationem neceſſarium eſſe ad primam,& vltimam ſalutem,ad gratiam ſcilicet & ad gloriam, credere explicitè.

Primò Deum eſſe, & Remuneratorem eſſe. Ratio eſt tum quia ad Hebreos 11. dicitur Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & inquirētibus ſe remunerator eſt. Tum quia qui tendit in finem debet illum præcognoſcere; ſed finis eſt viſio Dei remuneratoris; ergo debet præcognoſci exiſtentia Dei remuneratoris. ergo debemus credere Deum eſſe, & remuneratorem eſſe; & hæc ratio idem probat ante Chriſti aduentum. Ita Doct. ſtatim citandi.

Secundò myſterium Trinitatis. Ratio eſt tum quia hoc myſterium eſt fundamentū noſtræ ſalutis,iuxta illud Matth.28. Docete omnes gētes baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sācti, cognitio autem fundamenti noſtræ ſalutis maximè neceſſaria eſt. Tū quia ſine cognitione Trinitatis non pōt cognoſci Chriſtus, qui eſt vnigenitus Patris, & conceptus virtute Spiritus Sancti; ſed cognitio explicita Chriſti neceſſaria eſt neceſsitate

me-

medij;ergo eadem neceſsitate neceſſaria eſt cognitio explicita Sanctiſsimę Trinitatis. Ita Doct.ſtatim citandi.

Tertiò myſterium Chriſti. Ratio eſt tum quia Chriſtus eſt fundamẽtum noſtræ ſalutis, cum per ipſum ſaluati, & liberati ſimus. Tum quia nõ eſt credibile Deum velle cognitionem myſterij Chriſti eo ſolum modo haberi, quo ſunt neceſſaria alia, à quibus nõ ita pẽdet ſalus noſtra, & quorũ cognitio neceſſaria eſt tantũmodò neceſsitate ꝓcepti.

Obſeruandum tamen eſt non omnes articulos, qui ad Chriſtum pertinent neceſſariò credendos eſſe neceſsitate medij;ſed eos, qui ſunt fundamentum noſtræ ſalutis; vt Chriſtum eſſe verum Deum, & verum hominem mortuum eſſe, ac reſurrexiſſe pro totius humani generis ſalute; nam rationes allatæ non aliud probant. Ita Bannes 2.2. quęſt. 1. art. 8. dubitatione vltima concluſ. 3. Malderus 2 2. quæſt. 2. art. 5. ſub finem, & art. 7. propoſitione 8. Valentia 2.2.d.1.quæſt.2.pun. 4. Turrianus diſp. 27. dub. 8. Becanus 2.2. cap. 12. quęſt. 2. num. 2 & queſtio. 3. num. 2. Reginaldus libro 17. num. 18. Aragonius, & alij, vbi etiã oſtendunt ante promulgationem Euãgelij neceſſarium quidem fuiſſe credere explicitè Deum eſſe, & remuneratorem eſſe; fidem tamen myſterij Trinitatis, & myſterij Xpi non fuiſſe neceſſariam explicitè, ſed implicitè tantum, vt colligitur tum ex Actorum 10. vbi Cornelius iuſtificatus fuit antequàm à Petro doceretur fidem explicitã Chriſti. Tũ ex illo loco ad Galatas 3. Priuſquam autem veniret Fides ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quę reuelãda erat; itaque lex pedagogus noſter fuit in Chriſto.

TERTIA PROPOSITIO.

7 Fides actualis neceſſaria eſt nõ ſolùm neceſsitate medij, verum etiam neceſsitate Præcepti. Quòd ſit neceſſaria neceſsitate medij, conſtat ex dictis in præcedenti Propoſitione

Quòd verò neceſſaria ſit neceſsitate præcepti. Ratio eſt tum quia Marci vltimo dicitur, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui non crediderit cõdemnabitur. Ex quibus verbis colligitur, fidem actualem neceſſariam eſſe ex præcepto, cum nullus condemnetur, niſi peccauerit, ſeu niſi fecerit contra præceptum. Tum quia, quæ ſunt neceſſaria neceſsitate medij; ſunt etiam neceſſaria neceſsitate præcepti: quilibet enim tenetur aſſumere medium ſibi neceſſarium ad ſalutem.

8 Quæres 1. quandonam teneatur homo ex præcepto elicere actus fidei.

Reſpondeo teneri; primo quandò quis baptizatus eſt in infantia, & poſteà adepto vſu rationis cognoſcit neceſsitatem fidei. hic.n. tenetur directè ex vi præcepti ad eliciendos actus fidei, & ſi eos non eliciat grauiter peccat, niſi per inaduertẽtiam, ſeu inuincibilẽ ignorantiam excuſetur. Ratio eſt quia quilibet tenetur aſſumere medium neceſſarium ad ſalutem, alioquin grauiter peccat, exponendo ſe periculo damnationis, niſi ob inaduertẽtiam, aut inuincibilem ignorantiam excuſetur, ob quam plurimos excuſari arbitror. Ob eandem

ratio,

Digitized by Google

rationem tenentur Infideles actum fidei elicere, dum illis ſufficienter credendi proponũtur articuli fidei; Sufficienter autẽ proponuntur credendi, quando rationibus, aut miraculis, aut ſignis, vel coniecturis ita proponuntur, vt ratio dictet fidem noſtram eſſe verã, & ipſorum ſectam eſſe falſam. Ita Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 7. q. 6. Malderus 2. 2. q. 2. art. 7. ſub finem. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 1. num. 6. Arragon. 2. 2. q. 2. art. 6. Luiſius Turrianus 2. 2. diſp. 35. dub. 2. & alii, non tamẽ peccant Infideles contra hoc præceptum, quando articuli fidei nõdum fuerunt ipſis ſufficienter propoſiti. Ratio eſt quia qui facilè credit leuis eſt corde. Ex quo ſequitur Infidelem, aut hominem baptizatũ, ſed nutritum, & inſtructum inter Infideles, non peccare contra præceptum fidei, nec eſſe hæreticũ diſputando cũ dubio de rebus fidei, quæ nondum ſibi fuerunt ſufficienter propoſitæ. Ita Valentia 2. 2 diſput. 1. queſt 10. pun. 4. Sãchez cap. 6. num. 1. Malderus quæſt. 2. art. 7. ad finem, Bannes ibidem, & alii fieri tamen poteſt, vt peccet contra ius naturæ: vt ſi colat Idolum, aut adulteretur, nam hęc ſunt contra ius naturæ dictãs adulterium vitandũ, & vnum Deum colendum eſſe.

9 Secundò tenetur homo actum fidei elicere, quando tenetur ſe ad Deum cõuertere, & gratiam antea amiſſam recuperare. Ratio eſt qa homo non poteſt gratiam recuperare, niſi ſpem habeat illius recuperandæ, ſeu remiſsionis peccatorum conſequendæ; non poteſt autem hanc ſpem habere abſque actu fidei, quo credat remiſsionẽ peccatorum, & gratiæ recuperationẽ. Aduerte tamen præceptum fidei in hoc caſu non obligare per ſe, & directè, ſed per accidens quatenus ſcilicet homo tenetur ſe ad Deum conuertere, quod facere non poteſt ſine ſpe, conſequenter neque ſine fide; cum ſperemus ea, quæ fide credimus. Ex quo ſequitur hominem, qui dum tenetur conuerti, non conuertitur, & actum fidei nõ elicit, non peccare duplici peccato; ſed vno tantum contra præceptũ conuerſionis. Ratio eſt quia præceptum fide in eo caſu non obligat directè, ſed per accidẽs, quatenus homo tenetur ſe ad Deũ cõuertere, quod facere nõ poteſt ſine fide. Ita Malderus & alij DD. cit.

Hinc colligitur eum, qui actũ fidei in propoſito caſu prætermiſit ſatisfacere in Confeſsione dicẽdo ſe non fuiſſe conuerſum ad Deum, dum tenebatur conuerti. Ita Azor. c 27. quæſito 8 & Sanchez, nume. 3. Exiſtimo tamen hominem, qui ſemel iuſtificatus eſt, & elicuit actus fidei, non teneri explicitè elicere actus fidei, dum poſtea vult iterum iuſtificari per Sacramentum Pœnitentiæ, aut per actum Contritionis, ſed ſufficit Fides implicita, quæ ſimul habetur cum actu cõtritionis, vel ſufficit actus fidei præteritus nõ retractatus, cũ nulla ſufficienti ratione probetur actum explicitũ requiri. Ita Malderus quæſt. 2. art. 7. ſub finem, verſ. Sexto enim, & alij.

10 Tertiò, quando fidem exterius tenetur confiteri, quam non poteſt confiteri abſque actu interno fidei; tunc enim obligatur ad actũ fidei eliciendum propter actum externũ Confeſsionis, quem præſtare non poteſt abſque actu interno fidei. Ita Arragonius loco cit. & alij. Ratio

Digitized by Google

eſt quia qui tenetur ad finem tenetur etiam ad media, ſine quibus finis ſubſiſtere non poteſt; actus autem externus confeſsionis fidei, ſi humano modo fiat, non ſubſiſtit ſine actu interno.

11 Quartò, quando periculum eſt incidēdi in aliquod peccatum, niſi actus fidei eliciatur. Ratio eſt quia quilibet tenetur aſſumere medium neceſſarium ad vitandum peccatum, alioquin exponit ſe periculo peccandi, & peccat eo peccato, cuius periculo ſe exponit, non aſſumendo medium ad illud vitandū. Verum tamen eſt hoc peccatū ſufficienter in confeſsione exprimi, explicito peccato, ad quod vitandum neceſſarius erat actus fidei; nā omiſsio actus fidei nō eſt diſtinctū peccatum ab eo, ad quod vitandū neceſſarius erat actus fidei, cū actus fidei eliciendus eſſet, vt illud peccatum vitaretur; nec præceptū fidei in tali caſu nō obligabat per ſe, & directè, ſed quatenus actus fidei neceſſarius erat ad vitādum illud peccatum.

12 Quintò, in articulo mortis, quatenus homo tenetur tūc ſe ad Deū conuertere per actum cōtritionis, qui in articulo mortis neceſſarius eſt; actus autem cōtritionis habet adiunctum actum fidei, & ſpei implicitum: cum nullus poſsit Deum ſuper omnia diligere, & peccatum deteſtari ſuper omnia, quaten^9 eſt Dei offenſa, niſi in Deum credat, & ſperet. Ita Valentia loco cit. q. 2. pun. 5. nec abſolutè diſſentit Malderus q. 2. art. 7. ſub finem.

13 Quæres ſecundò, quoſnam articulos teneamur ex præcepto explicitè credere.

Reſpondeo primò eos, quibus alios docēdi, eoſquè ab errore auertendi cura incumbit, teneri explicitè noſce, & credere non ſolùm articulos fidei contentos in Symbolo, verum etiam alios, iuxta ſuū gradum, ſeu ſtatum, & officium. Ratio eſt quia cum teneantur fungi munere ſuo, tenentur etiam ea explicitè noſce, quę ſpectant ad ſuū munus, & officium, nā qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad media ad illum conducētia. Idcircò Epiſcopus tenetur plura noſce quā ſimplex ſacerdos, & Concionator debet clarius cognoſcere plures articulos, quàm alij fideles. Ita Sāchez in ſumma lib. 2. c. 3. num. 2. Sanctus Thomas 2. 2. quæſtione 2. artic. 6. Valentia ibidem puncto 6. Malderus ibidē Becanus 2. 2. de fide cap. 12. num. 11. quanquàm dici poteſt hanc obligationem potius oriri ex iuſtitia, quàm ex præcepto fidei.

Reſpōdeo ſecundò, ſingulos homines poſtquam ad rationis vſum peruenerunt, teneri ex præcepto explicitè credere ea quæ continentur in Symbolo Apoſtolorum. Ratio eſt tum quia hæc ſunt præcipua noſtræ Fidei rudimenta. Tū quia Eccleſia omnibus proponit hos articulos, vt credantur; ſicut autem homo, poſtquàm ad rationis vſum peruenit, tenetur ad alia præcepta ſeruanda, quæ ipſi proponuntur, ita videtur teneri ad explicitè credendos hos articulos, quos Eccleſia proponit vt credantur. Prætereà tenentur ex præcepto Diuino explicitè credere præcepta Decalogi. Ratio eſt quia tenentur illa adimplere; ergo tenentur etiam illa explicitè cognoſcere; nullus enim adimplere poteſt id quod ignorat, vel quod cognoſcit ſolum in confuſo.

fuſo. Tenentur tamen eodem præcepto illa cognoſcere, quo tenētur illa adimplere; nam præceptū obligans ad aliquid præſtandum, obligat etiam ad illius medium neceſſarium, quod eſt cognitio. Rurſus tenentur explicitè credere pertinentia ad ſubſtantiam ſacramentorum, quæ tenentur ſuſcipere, aut quæ volunt ſuſcipere, vt patet ex mox allata ratione.

Item tenentur ſcire præcepta Eccleſiæ; Orationem Deo faciendam eſſe pro neceſſitate corporis, & animę, extare obligationem ſubueniendi proximo indigenti, & ſimilia, vt patet ex allata ratione. Non nego tamen quin aliqui poſſint à peccato excuſari ſi ob ignorantiam inuincibilem ignorent articulos neceſſarios neceſſitate pręcepti; nam ignorantia inuincibilis excuſat à peccatis; ideò qui nunquàm habuit ſcrupulum huius obligationis, vel ſi dubium habuit, debitam adhibuit diligentiam ad ſciendum, ſed ſcire non potuit, excuſatur à peccato, quia laborat ignorantia inuincibili, ſeu probabili. Videte Valentiam loc. cit. quæſt. 2. pun. 3. & 4. Arragon. 2. 2. q. 2. & art. 6. Bannem ibidē art. 8. Nauar. cap. 11. num. 11. & 18. Malderū 2. 2. quæſt. 2. art. 7. ſub finem Azorium, cap. 6. quæſito 7. Sanchez, nu. 10. & 20. & Becanum, cap. 12. Reginaldum, lib. 17. num. 18. cum ſequen.

14 Sed modo dubiū ſuboritur primo, vtrum homines teneantur pręd ictos articulos, vel præcepta memoriter tenere. Reſpondeo præciſo aliquo peculiari præcepto non teneri ſub mortali ſcire memoriter, aut eo ordine, vel ijſdem verbis, quibus proponuntur, ſed ſufficere, vt illa ſciant, quò ad ſubſtantiam, & ſignificationem, ità vt ſi de illis interrogentur rectè reſpondeant, & illa debito tempore ſeruent. Ratio eſt tum quia nulla ſufficienti ratione probari poteſt, cur ſub mortali eo modo ſcire teneantur. Tū quia ſcire leges nō eſt verba eorum tenere, ſed vim, ac poteſtatem, L. Scire leges, ff. de leg. Sufficit etiam ſi ea, quæ neceſſaria ſunt ex præcepto, ſciāt quatenus fert ipſorum hominum capacitas: quod dictum ſit ob rudes aliquos, qui ob ingenij tarditatem vix poſſunt aliquid percipere, nullus enim tenetur ad impoſsibile, quanquam iſti rudes non ſunt excuſandi, ſi ea ignorauerint, quę ad ſalutem neceſſaria ſunt neceſsitate medij, nullus enim ſaluari poteſt ſine eo, quod neceſſarium eſt ad ſalutem neceſsitate medij; exiſtimo tamen ſufficere, vt iſti rudes ſemel aſcenſum explicitè prębuerint articulis ad ſalutem neceſſarijs, dum ſibi proponebantur à Confeſſario, vel ab alio; nam dicuntur noſce articulos fidei quantum fert ipſorum captus, illiſquè aſſenſum præbuiſſe. ita Azor lib. 8. cap. 6. quæſt. vltima ad finem Sanchez, cap. 3. num. 18. Valentia loco cit. pun. 4. Malderus 2. 2. quæſt. 2. art. 7. aſſertione vltima in reſponſione ad argum. primæ ſnīę. Becanus, c. 12. num. 14. Reginaldus lib. 17. num. 18.

An verò dari poſsit ignorantia inuincibilis articulorum fidei excuſans à mortali, patet ex ſupra dictis de peccatis. Vide Sāchez, Azorium, & Reginaldum locis citatis.

Obicies contra id, quod dictum eſt in reſponſione. Extant decreta, & conſuetudo recepta eſt addiſcēdi orationem Dominicam, & ſalu-

rationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, & Decalogi pręcepta; cum autem hæc decreta rigidè loquantur, dicendum videtur homines teneri ſub mortali prædictos articulos, & præcepta memoriter, & eo ordine noſce.

Reſpondeo illa decreta quamuis rigidè loquantur, obligare ſolū ſub graui veniali prædicta memoriter, & eo ordine, quo proponuntur addiſcenda, vt docet Nauarr. cap. 11. num. 28. Reginaldus, lib. 1. nu. 17. Azor, Sanchez, & alij lo. cit. Ratio eſt quia conſuetudo ita explicat illam obligationem; conſuetudo enim ſicut habet vim obligādi, & obligationem auferendi, ita etiam vim habet explicandi; nam dicitur legitima legis interpres. Hinc patet quid reſpondendum ſit ad cap. Vos ante omnia de cōſecrat. diſt. 4. in quo, ex Nauarro lo. cit. præcipitur Chriſtiano, vt memoria mandet Symbolum Apoſtolorum, & orationem Dominicam Latino, aut vulgari idiomatè.

15 Ex dictis colligi poteſt Confeſſarios teneri interrogare pœnitentes circa articulos fidei, quoties præſumere poſſunt à pęnitentibus eos articulos ignorari, quos ex pręcepto noſce tenentur; nam cauere debent nè pœnitentię Sacramentum indignis adminiſtrent. Hac de cauſa iure optimo ſancitum eſt ab Archiepiſcopo noſtro, vt Confeſſarij orationem Angelicam, & Dominicam, Symbolum, & pręcepta Decalogi à pęnitentibus recitari curent, dum ad pœnitentiæ Sacramētum, ſuſcipiendum accedunt. An verò confeſſarij grauiter peccent, ſi hæc à pœnitentibus recitari non curēt ſatis cōſtat ex dictis de legib.

16 Rogabis quid faciendum ſit, quando Confeſſarius reperit pęnitentem ea ignorare, quæ ſcire tenetur.

Reſpondeo pęnitentem inſtruēdum eſſe à Confeſſario ante abſolutionem, vel reiciendum, donec didicerit, quæ ſcire tenetur. Non enim debet indignum admittere. Verum ſi Confeſſarius tunc nolit inſtruere pęnitentem, nec expediat illum reicere, poterit, & debebit docere ſaltem ea, quæ ſunt explicitè credenda neceſsitate medij; & poſteà poterit abſolutionem conferre; modò pęnitens prius eliciat dolorem præteritę culpabilis ignorātiæ, cum propoſito diſcendi quāprimū, quę diſcere tenetur, vt patet à ſimili ex dictis de reſtitutione.

Facilis autem, & accommodatus captui rudium modus docendi myſterium Trinitatis, & Incarnationis, eſt ille, quem tradit Graffius prima parte, libro 1. cap. 24. num. 3. Reginaldus. lib. 2. cap. 13. num. 153. & 154. Bellarminus in ſua inſtitutione, & alij, vt videlicet explicentur ſingulæ particulæ, quæ in ſigno Crucis faciendo proferuntur.

17 Secundò dubium eſt quid intelligatur nomine articuli, & nomine Symboli.

Reſpondeo articulum ex S. Tho. 2. 2. quæſt. 1. art. 6. ſignificare coaptationem aliquarum partium diſtinctarū, ſicut enim particulæ quædam corporis ſibi inuicem coaptatæ dicuntur articuli, ita etiam myſteria fidei dicuntur articuli, ad ſimilitudinem partium corporis, & ſicut neceſſe eſt, vt corpus in plures partes ob peculiaria officia diſtinguatur, ita etiam, quæ fide creduntur, debent in tot articulos diſtingui,

Digitized by Google

ſtingui, quot ſunt rationes, ob quas credibilia peculiarem habent difficultatem. Ita Malderus, quæſt. 1. art. 9. & alij.

Symbolum verò duo ſignificat, Primò collationem pluriũ in vnũ. Secundò inditium, & ſignum, quo milites vnius exercitus diſtinguũtur ab alijs, ideò Symbolum Apoſtolorum ſic appellatur, tum quia cõtinet plures articulos. Tum quia per illius Confeſsionem diſtinguũtur fideles ab infidelibus. Triplex autem eſt Symbolum, primum dicitur Apoſtolorum, quod collectũ fuit ab Apoſtolis ituris in varias mundi partes, antequàm diſſociarentur. Secundum eſt Nicenum qđ inchoatum fuit in prima Synodo Nicena, & modo in Miſſa recitatur: Tertium dicitur Athanaſij, quod ab Athanaſio ſcriptum eſſe probat vſus Eccleſiæ, & hoc recitari conſueuit in prima hora Diuini officij.

PVNCTVM III.

An homo teneatur aliquando fidem exterius conſiteri.

1 *Præceptum aliud affirmatiuũ, aliud negatiuum, & quid vtrumque ſit.*

2 *Homo tenetur aliquando ex præcepto affirmatiuo fidem exterius conſiteri.*

3, & 4 *An teneatur fidem exterius confiteri, quando alioquin honos Dei ſubtraheretur, vel proximi vtilitas impediretur, vel quando priuata auctoritate interrogatur.*

5 *An peccet dicendo ſe non eſſe Chriſtianum, dum Chriſtiani nomen non accipitur pro religione.*

6, & 7 *Tenetur confiteri quoties fides alioquin putaretur falſa, vel quãdo publica auctoritate interrogatur.*

8 *Non peccat contra præceptum fidei, qui habitum à Tyrano præceptum non geſtat metu mortis.*

9 *Paſtores peccant contra præceptum fidei fugiendo tempore perſecutionis, alio idoneo non ſubſtituto.*

10 *Clericus non deferens habitum, vel non recitans officium, vel negans ſe feciſſe ſacrum, vel interfuiſſe ſacro, non peccat contra præceptum fidei affirmatiuum.*

11 *Non eſt obligatio confitendi fidem, dum ex ipſius confeſſione ſola perturbatio naſcitur.*

12 *Eſt obligatio confitendi fidem, dum per fidei confeſſionem infidelis inducitur ad fidem.*

13 *Tenemur confiteri, dum fidei confeſſione vitatur cõtemptus imaginum ſacrarum, vel fidei.*

14 *Qui promouẽtur ad officium aliquod literarium tenentur fidem profiteri.*

15 *Item qui ad beneficia curata, vel ad Canonicatꝰ in Eccleſia Cathedrali.*

16 *Abſtinendum eſt à dictis, vel factis, quibus fides negatur.*

17 *Peccat contra præceptum negatiuũ fidei, qui ſe negat Chriſtianum, dum hoc nomen pro religione accipitur.*

18 *Item qui ſe dicit Turcam, vel Hæreticum.*

19 *Item qui vtitur ſignis proteſtatiuis falſæ religionis, etiamſi hoc faciat abſquè animo negandæ fidei.*

20 *Secus ſi vtatur ſignis indifferentibus, vt ſi deferat veſtes, quibus Hæbrei vtuntur, aut in bello vtatur inſignijs infidelium.*

21 *Non peccat contra præceptum fidei negatiuum, qui concionibus Hæreticorum, vel cæremonijs intereſt,*

animo confutandi, aut obſeruandi ſolum ipſorum cæremonias.

22 *Non licet concionibus, vel cæremonijs hæreticorum intereſſe de mandato Principis hoc præcipientis in contemptum fidei, vel ad profitendam Hæreticorum ſectam.*

23 *Non peccat contra præceptum fidei negatiuum, qui feria ſexta, vel Sabbato metu grauis mali veſcitur carnibus.*

24, & 25 *Item non peccat contra præceptum fidei negatiuum qui ioco in comedijs fingit ſe infidelem, aut qui ſe negat Sacerdotem, vel Clericum.*

26 *Quid facere poſſit vir Catholicus in locis infidelium, dum ibi commoratur occultata fide ne occidatur, & vt poſſit Principibus Chriſtianis referre, quæ ibi aguntur.*

27 *Proponitur ſententia auctoris, & probatur.*

28 *Afferuntur argumenta in contrarium, & ſoluuntur.*

1 PRæmittendum eſt præceptũ duplex eſſe, affirmatiuum, & negatiuum. Negatiuum eſt illud, quo prohibetur aliqua actio. Affirmatiuum eſt illud, quo præcipitur aliqua actio facienda. Hoc poſito duo quærenda ſunt in hoc puncto. Primo vtrum homo teneatur aliquando ex præcepto affirmatiuo fidem exterius confiteri. Secundò ad quid teneatur ex præcepto negatiuo.

PRIMA PROPOSITIO.

2 HOmo tenetur aliquãdo ex præcepto affirmatiuo fidẽ exterius confiteri; Hæc propoſitio patet, tum ex Lucæ 9. Qui me erubuerit hunc filius hominis erubeſcet. Tũ ex Mathei 10. Qui me cõfeſſus fuerit confitebor & ego eum, &c. Et qui negauerit coram hominibus negabo eum coram Patre meo. Tum ad Romanos 10. Ore confeſsio fit ad ſalutem: igitur ad ſalutem neceſſaria eſt confeſsio fidei; conſequenter homo tenetur aliquando fidem exterius confiteri; cum teneatur ad ea præſtanda, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Ita S. Thomas 2.2. quæſt. 3. art. 2. Valentia 1. 2. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 2. Sanchez in opere morali, lib. 2. cap. 4. Ioannes Malderus 2. 2. quæſt. 3. art. 2. membro 2. Reginaldus, lib. 17. nu. 20. & alij Doct. ſtatim citandi.

3 Sed modò dubium eſt quando nam teneatur homo fidem exterius confiteri.

Reſpondeo teneri primò, quando eam non confitendo magnus honos Deo debitus ſubtraheretur, aut Deus magna iniuria afficeretur; nam iure naturæ dictante non eſt Deo ſubtrahendus honos, nec Deus iniuria afficiendus eſt, ſed quantum fieri poteſt curandum eſt nè vlla iniuria Deo irrogetur. Ita S. Thomas 2.2. quæſt. 3. art. 2. Malderus ibidem membro 2. verſ. Fatendum tamen, Reginaldus loco cit. Bannes, Arragonius, Valentia, & alij Cõmentatores S. Thomæ ibidem.

Obſerua tamen cum Valentia loco citato dubio primo, hominem non teneri ad fidei confeſsionem, quoties ſimpliciter ſubtrahitur aliquis honos abſtinendo à cõfeſsione fidei; alioquin actus confeſsionis fidei ſemper eſſet debitus ex præcepto; cum actus confeſsionis fidei ſemper in Dei honorem redundet, ſed tenetur quoties alioquin Deus magna iniuria afficeretur,

tur,

Digitized by Google

tur, vel quoties impediretur magnus honos Dei, qui ex fidei confeſsione Deo prouenire potuiſſet.

Rurſus obſerua cū Petro de Lorca 2. 2. q. 3. art. 2. diſp. 24. membro 2. num. 20. tunc eſſe obligationem confitendi fidem ex directa obligatione præcepti fidei. Primò quoties honos Dei periclitatur circa fidei veritatem, quia fides Catholica alioquin putaretur falſa, vel indigna. Secundò quando proximus periculū ſubit circa fidem ob defectum doctrinæ, vel admonitionis.

Secūdò tenetur qn̄ alioquin impediretur magna vtilitas proximi, aut illi graue ſcandalum præberetur circa fidem; nam ipſum naturæ lumen ſufficienter indicat bono proximi conſulendum eſſe & grauem ipſius ruinā pœnitus eſſe præcauendam. Ita Valentia to. 3. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 2. Bannes 2. 2. quæſt. 2. art. 8. Syluester verbo Fides, nu. 8. Toletus, lib. 3. cap. 17. num. 2. Malderus loco cit. & alij communiter.

Hinc colligi poteſt ſolutio plurimorum caſuum.

4 Primò eum, qui priuata auctoritate interrogatur, an ſit Chriſtianus, vel Catholicus, non teneri ex præcepto affirmatiuo fidei reſpondere ſe Chriſtianum, vel Catholicū eſſe; ſed poſſe reticere, etiāſi aſtantes ex reticentia coniciant ipſum non eſſe Chriſtianum. Ratio eſt tū quia interrogatus permittere pōt huiuſmodi deceptionē, & coniecturam adſtantium, cum iniquè, & ſine cauſa interrogetur à Priuato; nam ſicut licitum eſt permittere deceptionem Iudicis non interrogantis legitimè, ſeu interrogantis cōtra iuris ordinem, ita multò magis licet permittere deceptionem priuati, priuata auctoritate interroganti. Tum quia non ſubtrahitur magnus honos Deo, nec proximi vtilitas impeditur, nec graue ſcandalū ſequitur, vt ſuppono; non poterit tamen reſpondere ſe non eſſe Chriſtianum, vt patebit ex dicendis in ſequentibus. Ita Valentia loco cit. Azor prima parte, lib. 8. cap. 17. quęſito 1. Sanchez in ſum. lib. 2. cap. 4. num 6. Becanus cap. 9. quæſt. 4. num. 3. Reginaldus lib. 17. num. 25. & alij communiter.

5 Secundò eum non peccare cōtra præceptum confeſsionis fidei, qui non reſpondet ſe eſſe Chriſtianū, quando nomen Chriſtiani vſurpatur non ad ſignificādam religionem, ſed ad indicandum vitiū alicuius nationis, vel ad ſignificandam nationem, ſeu factionem, vt experientia cernimus apud Indos, apud quos nomen Chriſtianorum vſurpatur ad oſtendendam nationem Hiſpanorum, quàm Indi odio perſequuntur: ideò ſi quis apud Turcas, vel apud Indos interrogetur, an ſit Chriſtianus, non peccat contra præceptum affirmatiuū cōfeſsionis fidei tacendo: hoc enim nihil aliud eſt quàm negare ſe tali vitio affectum eſſe, aut talis factionis virum eſſe, aut eſſe militem de exercitu catholicorum, immò neque peccaret contra præceptū negatiuum dicendo ſe non eſſe Chriſtianum; non enim diceretur negare fidem directè, vel indirectè; cū non interrogetur de fide, ſed tantummodo de natione, ſeu factione. Quamobrem in tali euentu nō peccaret mortaliter mētiendo, ſed tantummodò venialiter, quia non diceretur mentiri in re graui. Ita

Digitized by Google

Aragonius 2.2.quæſt.3.art.2.dub.2. concluſ. 3. Bannes ibidem dubio 1. concluſ. 4. Azorius lib. 8. cap.6. Sanchez in ſumma lib. 2.cap.4.nu.8. Rodriquez in ſumma prima parte, cap. 119. nu.3. Becanus 2. 2. cap.9. quæſito 3. num.4.ad finem. Reginaldus lib.17.nu.23.

6 Tertiò eum, qui de ſua fide interrogatur priuata auctoritate, teneri fidem exterius confiteri, quoties fides alioquin putaretur falſa, vel quoties non confitendo fidem proximus magnum pateretur ſcandalum; quamuis enim homo non teneatur ſemper fidem cõfiteri, dũ priuata auctoritate interrogatur, vt oſtendimus in prima illatione, nihilominus tenetur fidem cõfiteri, quoties non confitendo fidem, magnus honos Deo debitus ſubtraheretur, aut quoties proximus magnum ſcandalum pateretur. Quapropter ſi vir grauis interrogetur de fide coram hæreticis, & catholicis, fidem cõfiteri tenetur ad vitandum graue ſcandalũ ita S.Thomas loco cit. art. 2. in corpore articuli Valentia loco cit.parte 2.verſ. ſecũdo ex huiuſmodi præcepto, & alij Commentatores communiter.

7 Quartò, interrogatum de ſua fide ab eo, qui publica poteſtate fungitur, aut à iudice, teneri ex prę-cepto affirmatiuo fidem confiteri, etiam ſi ex fidei confeſsione mors impendeat ipſi confitenti. Ratio eſt quia magnus honos Deo debitus ſubtraheretur non confitendo fidem, cum in Deum magnus honos redundet ex publica fidei confeſsione facta, dum aliquis publica poteſtate interrogatur de fide. Ita Malderus quæſt.3. art.2. membro 2.aſſertione 2. Valentia, Azor. & alij locis citatis.

8 Quintò eum non peccare contra præceptum affirmatiuum confeſsionis fidei, qui ob periculum mortis, vel ob aliam grauem, & iuſtam cauſam non geſtat ſignum quod geſtare iubetur à Tyrãno ad diſtinguendos catholicos ab aliis, vt Catholicos occidat. Ratio eſt tum quia præceptum Tyranni, vtpote iniquum, & iniuſtum non obligat. Tum quia præcepta humana non obligant cum tanto incommodo. Tum quia fides non contemnitur, nec magnus honos Deo ſubtrahit̃ ab eo, qui huiuſmodi ſignũ, diſtinguẽs fideles ab infidelib⁹, prętermittit. Ita Sanchez loco cit. nu. 29. Ioannes Malderus 2.2. quæſt.3. art.2.membro 3. ꝓpoſit.3. & 4. Becanus 2.2. de fide, cap.9. quæſt.5.nu. 39. Reginaldus lib.17.nu.28. Syluester verbo fides. nu.5. & verbo Infideles.nu.7. Rodriquez loc. cit. nu.5. Bannes 2 2. quæſt.3. art.2. dubio 2. concl.4. Aragonius ibidem dubio vltimo, Valentia loc. cit. pun.2. dubio vltimo, Contra Nauarrũ, cap. 11.num.27 & Caietanum 2.2.quęſt. 3.art. 2. dubio primo aliter exiſtimantes quando huiuſmodi ſignum inſtitutum fuit ad indicandam veræ fidei profeſsionem, ſeu cognitionem, & lex, ſeu conſuetudo recepta eſt, vt ad hunc finem huiuſmodi ſignum adhibeatur.

Obijcies qui publica auctoritate interrogatur de fide catholica, tenetur ſub mortali fidem non negare, aut nõ occultare, ſed ꝑdicta lex Tyranni, præſcribentis ſignum deferri ad diſtinguendos fideles ab infidelibus, vim habet interrogationis factæ publica auctoritate; ergò tenemur fidem non negare,

aut

Digitized by Google

aut non occultare dimiſsione habitus inſtituti ad indicandam fidei cognitionem,& profeſsionem. Reſpondeo negando legem in tali euentu vim interrogantis habere; ſed solùm pręſcribere modum profitendi fidem delatione talis ſigni, conſequenter non peccat, qui iuſta de cauſa ab huiuſmodi ſignis ſeu veſtibus abſtinet ſine ſcandalo; cum huiuſmodi legi parere non teneatur. Ita Sanchez n.29. Reginaldus loco cit.nu.29.& alij Doct. cit. Contra Caiet. loco cit.

9 Sextò, Paſtores tempore perſecutionis fugientes à ſuis Eccleſijs cum periculo, vt exiſtimatio fidei minuatur, aut fides deſeratur à ſubditis, peccare contra præceptũ affirmatiuum confeſsionis fidei, tenentur enim ex officio conſulere ſubditis in neceſſarijs ad fidem. Et adhoc facit illud Ioãnis 10. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis; mercenarius autem videt lupum venientem,& fugit. Vide Malderum quæſt.3 art.2. mẽbro 2. ſub finem. Becanum cap. 9. q.4. num.11. Sanchez loco citato, Bannem 2.2.q.33.art.3.dub.4. Reginaldum lib.17.num.26. Secus ſi fugiant alio idoneo ſubſtituto, aut ſi ipſorum fugam maiori bono communi neceſſariam eſſe recta ratio,& chriſtiana prudentia dictauerit exemplo aliquorum ſanctorum. Vide Bãnem, Reginaldum, & alios locis citatis. Valentiam. & alios, quos referam de Charitate punc.4.nu.5. & pun.6.nu.10.

10 Septimò Clericũ, qui metu mortis omittit habitum Clericalem, vel non recitat Diuinum officium in locis hæreticorum, aut dicit ſe non interfuiſſe ſacro, aut non feciſſe ſacrum, nõ peccare contra præceptum affirmatiuum confeſsionis fidei, etiamſi interrogetur ad cognoſcendum quænam ſit ipſius fides. Ratio eſt tum quia præceptũ recitandi diuinum officium, vel deferendi veſtes clericales non obligat cum tanto periculo. Tũ quia hoc non eſt fidem negare. Tũ quia ommiſsione habitus, ſeu veſtiũ nõ ſubtrahitur magnus honos Deo, qui debeatur ex præcepto affirmatiuo fidei, neq; notabilis proximi vtilitas impeditur. Ita Caietanus. 2.2.quæſt 3.art.2.dubio 1. Sanchez loco cit. num.11.& 12. Azor. prima parte lib.8.cap.27.quæſito 2.

Addo non peccare peccato mendacij non deferendo veſtes, aut negando ſe feciſſe ſacrum, modò debitam reſtrictionem in mente addat: nam Iudici iniuſtè, & iniquè interroganti poſſumus cum æquiuocatione reſpondere, nec dicimur mendacium committere, occultãdo aliquid bonis artibus. Ita Sanchez loco cit. & alij.

11 Octauò, non eſſe obligationẽ confitendi fidem, quando ex ipſius publica confeſsione nõ oritur vtilitas ſed ſola perturbatio infideliũ; immò talem confeſsionem optimè reprehẽdit Toletus lib.4.cap.2. Sylueſter verbo Fides. q. 5. Angelus nu.8. Becanus cap.9. quæſt. 2.num. 2.& alij, quærenda enim eſt vtilitas, non perturbatio.

12 Nonò, eſſe obligationem confitendi fidem, quoties Infidelis ob alterius cõfeſsionem inducetur ad fidem, nec extat aliud mediũ, quo ad eam inducatur. Idem dicendũ eſt. Quando proximus eſt in periculo negãdæ fidei, & huic periculo proſpici poteſt per confeſsionẽ

fidei.

fidei. Ita Valentia loc. cit. pun. 2. dubio 1.

13 Decimò eũ, qui videt imagines conculcari, vel fidem, aut Chriſtũ per iniurias contemni, teneri ad confeſsionem fidei, ſi credat hæc peccata per fidei cõfeſsionem impedienda. Ita Arragonius 2. 2. q. 3. art. 2. dubio 2. poſt ſecundam concluſionem, Sanchez loco cit. nu. 5. Rodriquez loco cit. nu. 2. Valentia, & alij locis citatis. Ratio eſt quia Deus magna afficeretur iniuria dimiſſa fidei confeſsione.

14 Quæres vtrum extet obligatio confitendi fidem extra caſus recẽſitos. Reſpondeo aliquando extare ob peculiaria decreta.

Primò, qui munus ſuſcipiunt docendi aliquam artem literariam, vt Medicinam, Theologiam, Grãmaticam, etiamſi priuatim in domib° doceant, tenentur fidei profeſsionem facere ex decreto Pij Quinti, quod incipit. In ſacroſancta &c. & de verbo ad verbum refertur ab Emanuele Rodriquez to. 2. quæſtio. regul. quæſt. 72. artic. 2. & à Naldo verbo Fidei profeſsio, & hoc præceptum obligare ſub mortali, niſi aliter per conſuetudinem receptũ ſit, conſtat ex regulis generalibus traditis de legibus, conſequenter qui promouentur non facta fidei confeſsione, grauiter peccant; Immò nullitatem gradus, ſeu ꝓmotionis incurrunt, vt conſtat ex eodem decreto. Illi verò, qui has perſonas promouent, nondũ facta fidei profeſsione, ſubiacent excommunicationi, & priuationi dignitatũ, beneficiorum, officiorum, & inhabilitati ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda: abſolutio tamen excõmunicationis poteſt per Epiſcopũ impendi, quia Sũmus Pontifex abſolutionem illius non reſeruauit, vt obſeruat Catecheſis Neapolitana lib. 3. de excommunicat. num. 129. quam citat, & ſequitur Sorbus Capucinus in compendio priuilegiorũ verbo Fidei profeſsio, verſ. Quarto notandum, Sãchez in opere morali in lib. 2. cap. 5. nu. 4.

15 Secundò qui ad beneficia parochialia promouentur, vel de Canonicalibus, aut dignitatibus in Eccleſia Cathedrali prouidentur, tenentur ſub mortali per ſe, aut per procuratorem fidei profeſsionẽ facere corã Epiſcopo, vel ipſius Vicario intra bimeſtre à die captæ poſſeſsionis; De qua re ſatis egimus in tractatu de beneficijs puncto 8. cum Rodriquez in ſumma to. 1. ſecunda parte, cap. 119. n. 7. Azorio ſecunda parte, lib. 7. cap. 2. quæſito 4. & 5. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 5. Reginaldo cap. 30. tract. 3. n. 25. ad ibi dicta vos remitto.

SECVNDA PROPOSITIO.

16 Semper tenemur ex præcepto negatiuo abſtinere à dictis, vel factis, quibus fides negatur. Ratio eſt quia præceptum negatiuum obligat ſemper, & ad ſemper; ſed præceptum de non neganda fide eſt negatiuum; ergò ſemper obligat abſtinere à dictis, vel factis, quibus fides negari videtur. Ita cõmuniter Doct.

17 Hinc colligi poteſt ſolutio multorum caſuum, primo eum peccare contra præceptum fidei negatiuum, qui dicit ſe non eſſe Chriſtianum, dum Chriſtiani nomen accipitur ad ſignificandam Chriſti religionem, hoc pacto peccauit Diuus

Digitized by Google

nus Petrus negando ſe Chriſti diſcipulum eſſe. Ita Doct. ſtatim citandi, & alij iam relati, nu. 5.

18 Secundò eum peccare contra præceptum fidei negatiuū, qui dicit ſe Turcam, vel hæreticum eſſe. Nam Chriſti catholicam fidē negare videtur. Ita Azorius prima parte lib. 8. cap. 27. quæſito primo. Ioānes Malderus 2.2. q. 3. art. 2. memb. 2. Arragonius 2.2. q. 3. art. 2. dub. vltimo. Becanus de fide. cap. 9. q. 3. nu. 3. Reginaldus lib. 17. nu. 23. Caietanus ibidem dubio 1. Sanchez loco cit. nu. 9.

19 Tertiò eum peccare, qui vtitur ſignis, vel factis proteſtatiuis falſæ ſectæ, ſeu contrariam fidei ſectam ſignificantibus, etiamſi hoc non faciat animo negandæ fidei, aut proteſtandi falſam ſectam, ſed animo cœlandi propriam. Ratio eſt quia hoc eſt intrinſecè malum, & contra præceptum negatiuum de fide non neganda; ſicut enim præceptum affirmatiuū fidei obligat non ſolum ad internum aſſenſum, verum etiam ad externam fidei profeſsionem; ita præceptum negatiuum non ſolum obligat ad non negandam fidem interius, verum etiam exterius per ſigna, vel facta indicantia ſectam fidei noſtræ contrariam, vt bene docet Valentia 2.2. diſputat. 1. q. 3. puncto 2. dubio 4. verſ. Nihilominus contraria ſententia, Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 4. nu. 14. Bānes 2.2. q. 3. art. 2. Caietanus ibidem Nauarrus cap. 11. num. 25. Malderus 2.2. q. 3. art. 2. Sylueſter verbo Fides quæſito 5. Angelus verbo Infidelitas, nu. 9. D. Antoninus, Armilla, & alij apud Valentiam loco cit. Contra Adrianum in 4. ſenten. de baptiſ. q. 1. arti. 1. in ſolutione ad quintum, aſſerentem licitum eſſe iuſta de cauſa ſectam contrariā verbis, aut factis ſimulare modò non adſit ſcandalum, aut modò præceptum confeſsionis externæ fidei tunc temporis non obliget.

Dices in alijs materijs licitū eſt vti ſimulatione; ergò ēt in hac materia. Reſpondeo negando conſequentiam quoties adhibētur ſigna indicantia falſam ſectam. Ratio diſparitatis eſt, quia ſigna in alijs materijs poſſunt eſſe indifferentia, & non ſignificant aliquid, quod ſemper ſit falſum; ſigna verò proteſtantia, ſeu indicantia contrariā fidem ſemper ſignificant aliquid falſum, quale ſignum videtur genuflexio ante Idolum, vel ante Mahometum ſeriò facta, niſi fortè obſequij gratia fiat, ſicut facit ſeruus dum brachiū, aut caudam Dominę adorantis Idolum ſuſtentat, ſimulque cum ea genuflectit, vt obſequiū Dominæ præſtet; huiuſmodi enim genuflexio non eſt actio religioſa erga Idolum; ſed eſt obſequium erga Dominam. Ita Reginaldus, lib. 17. num. 33. Azorius, libro 8. cap. 6. Valentia, quæſt. 3. pun. 2. Malderus loco cit. membro 3. Leſsius, & alij communiter.

20 Quartò eum peccare contra pręceptum negatiuum fidei, qui ſacrificat Idolis, aut Imagines falſorum Deorum ad collum appenſas geſtat, aut oſculatur ſepulchrum Mahometi, aliaſq; cęremonias, ſeu actiones religioſas facit falſæ Religionis ex ſua natura proteſtatiuas. Dico proteſtatiuas, falſæ religionis ex ſua natura, quia ſi actiones, & ſigna ſint ex ſua natura indifferentia, non eſt peccatum mor-

tale contra præceptum fidei illis vti citra ſcandalum,& citra animũ ſignificandæ, & proteſtandæ falſæ Religionis. Ex quo ſequitur illos non peccare mortaliter, qui iuſta de cauſa, vt metu mortis geſtant galerum, vel aliud genus veſtium, quo Hębrei abſque peccato vtuntur. Ratio eſt tum quia vti huiuſmodi ſignis non eſt negare fidem, cum hęc ſigna ſint ex ſua natura indifferentia. Tũ quia alioquin Principes, qui compellunt infideles ad huiuſmodi genus veſtium adhibendum, grauiter peccarent, dicerentur enim ad peccatum inducere. Ita Azor loco cit.cap.27.quæſito 4. Malderus, quæſt.3. art.2. ad finem Bãnes 2.2.q.3.art.2.dub.2. Sanchez loco cit.num.19. Becanus de fide, cap.9.quæſt.5.ex parte,num.35. Reginaldus,lib.17.num.28.& 33. Contra Toletum,lib.4.cap.2.Caiet.2.2. quæſt.3.art.2.Nauarrum,Valentiã, & alios apud Sanchez loco cit.

Addo hoc à multis Doct. admitti, non ſolum quando ſigna ſunt ſimpliciter indifferentia, verum etiam quando ſunt inſtituta ad diſcernendos ſectatores falſæ ſectæ; adhuc enim iuſta interueniẽte cauſa licitum eſſe putant vti huiuſmodi ſignis, cũ adhuc ſint ex ſe indifferentia, & adhiberi poſsint non ſolum ad ſignificãdam falſam ſectam; verum etiam ad indicandam nationem: Ex quo patet differentia inter huiuſmodi ſigna,& verba: verba.n.ex ſua inſtitutione ſignificant rem, ad quam ſignificandam ſunt inſtituta.

Prætereà ſequitur excuſari milites aſſumentes inſignia Infidelium, vt Infideles in bello occidant, vel ne ab ipſis capiantur, modò illa ſigna nõ ſint ex ſe proteſtatiuã falſę ſectę, cuiuſmodi ſigna falſæ ſectæ proteſtatiua ſunt vexilla, in quibus Mahometus,vel falſus aliquis Deus expreſſus cõtinetur.Ita Azorius lo. cit.quæſito 6. Reginaldus, num.30. Sanchez loc. cit.num.22.& 23. Becanus loco citato, num.34.

21 Quintò eum, qui concionibus vel cęremonijs hęreticorũ intereſt, animo confutandi, aut notandi ipſorum cęremonias, non facere cõtra præceptum fidei negatiuum. Ratio eſt tum quia hæc non ſunt ſigna, quæ vſurpari tantummodò ſoleant ad indicandam, ſeu proteſtandam falſam religionem,ſed potius ex ſe indifferentia ſunt; ſignis autem indifferentibus licitum eſt, iuſta ex cauſa vti. Tum quia hoc eſt templa, & functiones Hęreticorum materialiter tãtummodò adire; fieri tamen poteſt vt aliundè peccet videlicet ratione periculi ruinæ ſpiritualis propriæ, vel aliorum, aut ratione alterius prohibitionis Eccleſiaſticæ, niſi adſit cauſa ſufficienter excuſans ab obligatione pręcepti Eccleſiaſtici.Ita Valentia loc. cit. dubio 4. ad finem, verſ. Et per hoc. Azorius lib.8.cap. 11. quæſito 4. Sanchez lo.cit.nu.26.

22 Rogabis vtrum licitum ſit metu mortis, aut ꝓſcriptionis bonorũ ingredi templa Hęreticorum, aut ipſorum Conciones audire, dum Princeps hoc fieri præcipit in contemptum, vel odium noſtræ Religionis, aut ad profitendam Hæreticorum ſectam.

Rñdeo nõ licere,etiãſi ingrediens proteſtetur ſe illa facere animo nõ profitendi falſam ſectã,ſed intẽtiõne vitandi proprium damnum. Ita Sanchez in ſumma, libro 2. cap.4. num.

Digitized by Google

num.27. Azorius loco cit. quæſito 5. & quamplures alij Doct. ex Sanchez loco cit. vbi etiam Summum Pont. Paulum Quintum ita ſenſiſſe teſtatur. Ratio eſt tum quia notabilis honos Deo debitus ſubtrahitur ingrediendo tẽpla in tali euentu. Tum quia actu externo cõtemni videtur noſtra Religio, cuius cõſeruatio vitæ propriæ præferenda eſt; bonum enim commune religionis bono priuato pręferri debet.

23 Sexto colligitur eum, qui metu mortis, vel ammiſsionis bonorum, vel carceris inter Hęreticos veſcitur carnib⁹ feria ſexta, vel die Sabbati, non peccare contra præceptum negatiuum fidei. Ratio eſt quia comeſtio carnium non eſt ſignum ex ſua natura proteſtatiuum hæreſeos, vel falſæ ſectæ, alioquin Catholici nunquàm poſſent iuſta interueniente cauſa, vt titulo infirmitatis, carnibus ijs diebus veſci. Ita Azorius, lib.8.cap.27. quæſit.3. Sanchez loco cit.num.25.& alij contra Valentiam 1. 2. d. 7. quæſt.15.pun. 6. quæſtiuncula 4. caſu 4. hoc tamen intellige præciſo ſcandalo, aut caſu, quo præceptum confeſsionis fidei obliget.

24 Septimò eum, qui non ſeriò fingit ſe infidelem in comędijs, aliiſquè conſimilibus actionibus, non peccare contra præceptum fidei; non enim fidem negat, cum non ſeriò repręſentet, nec ita ex animo ſentiat. Ita Valentia loco cit. verſiculo Dixi autem, Sãchez. loco cit. num.15. Becanus, cap.9. quæſt.5. nu. 34. Reginaldus, libro 17.num.23.& alij communiter.

25 Octauò eum non peccare contra præceptũ fidei negatiuũ, qui ſe negat eſſe Sacerdotem, aut clericũ; non enim dicitur negare fidem, cũ etiam laici fideles eſſe poſsint. Ita Sanchez loco cit.num.10. Azor. loco cit. quæſito 2. Becanus, cap.9.q.3. num.4.& alij. Secus dicendum eſt de eo, qui ab Hęretico interrogatus, an ſit Papiſta, negat ſe Papiſtam eſſe; nomen enim Papiſtæ accipitur pro religione Chriſtiana; ſicut autem peccat contra præceptum negatiuum fidei, qui negat ſe Chriſtianum eſſe, ita peccat, qui ſe negat Papiſtã, vt benè tradit Sanchez loco cit. num. 10. Valentia, Azorius, & alij, quos retuli in prima illatione poſt primam propoſitionem.

26 Ex dictis in hoc puncto facilè colligi põt ſolutio ſubſequentis caſus, de quo alias conſultus fui, dum conſultationi Pœnitentiariæ Mediolanenſis cum alijs Doctoribus præeſſem, quærebatur enim, vtrum miſſus apud Infideles in cõmodũ, & vtilitatem Reipublicæ Chriſtianæ; poſsit quandiu apud ipſos infideles commoratur, veſci carnibus tempore ab Eccleſia vetito, habitũ ipſorum induere, moſcheę, & ipſorum functionibus intereſſe, ne Catholicus dignoſcatur, & vt inde poſsit Principibus Chriſtianis in magnũ Reipublicæ Chriſtianæ cõmodum referre, quæ ibi aguntur, & propriam necem euadere.

Pro cuius ſolutione præmiſi primo præceptum fidei aliud eſſe affirmatiuum, quo tenemur aliquando actus fidei elicere, alterum negatiuum, quo tenemur fidem nunquã negare, & abſtinere ab ijs, quibus fides negatur: hæc autem differentia eſt inter præceptum negatiuum, & affirmatiuum, quod affirmatiuum non ſemper obligat, nega-

gati-

Digitized by Google

gatiuum verò ſemper, & ad ſemper.

Præmiſi ſecũdò, ſigna eſſe in duplici differentia, alia ex ſe proteſtatiua falſæ Religionis, vt eſt adoratio Idoli, Oratio ad Idolum &c. Alia non proteſtatiua, ſed Indifferentia, vt comeſtio carnium, delatio veſtium, quæ à Iudæis deferuntur, modò tamẽ in ipſis Mahometus, vel aliquis falſus Deus non exprimatur. His præmiſsis.

27 Reſpondeo iuxta communiorẽ, & probabiliorem Doctorũ opinionem, non licere illis ſignis vti, quæ ſunt falſæ fidei, ſeu falſæ ſectæ ex ſe proteſtatiua, etiamſi hæc ſigna non adhibeantur animo negandi fidem, ſeu proteſtandi falſam Turcarum, vel Hæreticorum ſectam, ſed intentione propriam fidem cælandi ad vitandam mortem, vel ad conſulendũ bono publico Religionis. Ratio eſt primo quia vſus horũ ſignorum eſt intrinſecè malus; metus autem nõ excuſat ab opere intrinſecè malo.

Secundò quia præceptum negatiuum fidei ſemper obligat, & ad ſemper; vſus autem ſignorum ex ſe proteſtatiuorum falſæ ſectæ prohibetur præcepto negatiuo fidei.

Dices hic non negari fidem, nec violari præceptum fidei negatiuũ, quia deeſt animus negandæ fidei. Reſpondeo negari fidem facto, & opere externo, & violari præceptũ fidei negatiuũ; quamuis deſit animus negandæ fidei; ſicut enim præceptum affirmatiuum nõ ſolũ obligat ad internum aſſenſum, verum etiam ad externam fidei profeſsionem, ita præceptum negatiuum nõ ſolum obligat ad non negandam fidem interius, verũ etiam exterius per ſigna falſam fidẽ ſignificantia.

Tertiò, quia huius opinionis ſunt Sanctus Ireneus, Origenes, Sanctus Cyprianus, Tertulianus, & D. Auguſtinus apud Valentiam to. 3. diſp. 1. quęſt. 3. puncto 2. poſt quartum dubium, pag. mihi 336. & 337. eidem ſententiæ adhęret Nauarrus in Manuali, capite 11. num. 25. Bannes 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. Caietanus, ibidem, Syluester verbo Fides quęſito 5. Sanchez in opere morali, lib. 2. cap. 4. num. 14.

Dixi in reſponſione non licere vti ſignis ex ſe ordinatis ad negandam fidem; nam vſus ſignorum ex ſua natura indifferentium non videtur illicitus, modò iuſta ſubſit cauſa, citra ſcandalum, aut animũ ſignificandæ falſæ fidei, hoc enim pacto fides non negatur, cum huiuſmodi ſigna nõ adhibeantur animo negandæ fidei, neque contrariam fidei noſtræ ſectam ex ſe ſignificent.

Hinc ſequitur primo licitum eſſe viro Catholico, de quo ſermo eſt in propoſito caſu, in terris Hębręorũ, vel Turcarum iuſta de cauſa vti ſignis, aut veſtibus, quæ iuxta Regionis conſuetudinem adhiberi conſueuerũt, modò Mahometus, vel aliquis falſus Deus in ipſis non exprimatur. Ratio eſt quia licitum eſt iuſta de cauſa vti ſignis ex ſe indifferentibus; hæc autem ſigna ſunt ex ſe indifferentia.

Secundò licitum eſſe veſci carnibus diebus ab Eccleſia vetitis. Ratio eſt tum quia eius carnium interdictus eſt ab Eccleſia; Eccleſia autem non obligat cum tanto incommodo. Tum quia hoc non eſt ſignum ex ſe proteſtatiuum falſæ Religionis.

Tertiò non licere prædicto viro

Hę-

Digitized by Google

Hebræorum Synagogas, & Moſcheas adire quo tempore Hebrei, ſeu Turcæ ad eas confluunt cauſa orandi, vel adorãdi Mahometum vel aliud Idolum. Ratio eſt quia hoc eſt ſignum ex ſua natura ſignificatiuum falſæ Religionis, & ſectę. Secus dicendum puto, ſi Catholicus, de quo loquimur, adeat Synagogas ad negotium aliquod ciuile peragendum, vt ad inſeruiendum alicui Principi, vel animo inſpiciẽdi, aut inquirendi, quid ibi agatur abſque intentione interius vel exterius colendi Mahometum, vel Idolum.

28 Obijcies primo in alijs materijs licitum eſt vti ſimulatione, ergo etiam in hac materia.

Secundò in Comędijs, & conſimilibus actionibus licitum eſt ficte adorare Mahometum; ergo etiam licitum videtur in propoſito caſu, in quo nõ ex animo, ſed ficte, & per iocum adoratio exhibetur, vt Chatolicus non dignoſcatur, & non occidatur.

Tertiò fictus Deorum cultus non fuit interdictus Naaman 4. Regum 5. Ergo non videtur illicitum falſum Deum ficte colere iuſta interueniente cauſa.

Quartò S. Hieronymus Coment. ſuper ſecundum caput Epiſtolæ ad Galatas, & Adrianus in 4. ſententiarum, quæſt. prima de Baptiſmo in reſponſione ad quintum argumentum, aſſerunt, iuſta concurrente cauſa, licitum eſſe idololatriam, ſeu falſam religionẽ extrinſecus ſimulare, modò non adſit ſcandalum, nec vrgeat præceptum confitendi fidem.

Propter hęc argumenta nonnullis Doctoribus non videtur improbabilis opinio nobis contraria, eamque in caſu rariſsimo admitti, & ſuſtineri poſſe innuit Valẽtia loco cit. verſ. Hæc ſententia, & verſ. Nihilominus, vbi hanc opinionem non putat improbabilem.

Sed noſtra ſentẽtia probabilior eſt, tutior, & ſuſtinenda. Ideo.

Ad primum argumentum contrariæ ſententiæ reſpondeo, negandam eſſe conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt quia ſigna in alijs materijs adhibẽtur ad aliquid verum ſignificandum ex intentione vtentium; in noſtro autem caſu ſigna proteſtatiua falſæ religionis ſemper falſum ſignificant, & ſunt vetita pręcepto negatiuo, quod ſemper obligat, & ad ſemper.

Ad ſecundum neganda eſt conſequentia. Ratio diſparitatis eſt quia conſtat adorationem & ſimilia in comędijs non seriò, ſed ioco præſtari.

Ad tertiũ. Reſpondeo non fuiſſe permiſſum Naamã cultũ falſorũ Deorum, ſed obſequium erga Dominum adorantem Idolum.

Ad quartum. Quamuis concedam pręcitatos Doct. illius opinionis fuiſſe, nihilominus illis opponimus cõmunem Doctorum ſniam.

Ex dictis igitur conſtat præfato exploratori Catholico permittendum eſſe vſum veſtium iuxta Regionis morem, eſum carnium, & alia ſigna indifferentia, non autem orationẽ, vel adorationem Mahometi, aut alterius Idoli non ſolum internam, verum neque externam; quanquam externam in caſu rariſſimo permitti poſſe nonnulli Doctores autumant, modò non adſit ſcandalum, aut non inſtet præceptum confitendi fidem.

PVN-

PVNCTVM IV.

Vtrum liceat de rebus Fidei diſputare.

1 *Licitum eſt clericis, & religioſis de rebus fidei diſputare, modò docti ſint.*

2 *Laicis de rebus fidei diſputare prohibitum eſt ſub pœna Excommunicationis.*

3 *Hac tamen prohibitio intelligitur primo, modò non extet conſuetudo in contrarium. Secundò intelligitur de diſputatione formali, non verò de illa, qua cauſa exercitij ſuſcipitur.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Licitum eſt viris Doctis iuſtā ob cauſam diſputare de rebus fidei, exceptis laicis, aut ijs, quibus diſputatio interdicitur. Ità Valentia tom.3. diſput.1. quæſt.10. pun.4. Arragonius 2. 2. q. 10. art.7. Bannes ibidem Malderus ibidem propoſit.2. Azor. prima parte, lib.8. cap. 26. Sanchez in ſumma, lib.2. cap.6. & alij communiter cum S. Thoma 2.2. quæſt.10. art.7. Ratio eſt quia licet exercere actionem honeſtam ob vtilem, & honeſtum finem; talis autem eſt diſputatio de rebus fidei, quæ ob honeſtam cauſam aſſumitur à Doctis viris.

Dixi in propoſitione viris doctis, quia viris indoctis non licet diſputare ob periculum, cui ſe exponerent multos errores proferendi.

Dixi ob aliquam cauſam, quia ſi diſputatio abſquè iuſta cauſa ſuſcipiatur, erit actio inutilis, & otioſa, vt ſi ex diſputatione nullus ſperetur fructus.

2 Dixi exceptis laicis, vt aduerterem laicis non licere diſputare de rebus Fidei; nam laicis prohibitum eſt ſub pœna excommunicationis ferendæ diſputare publicè, vel occultè de rebus Fidei, cap. Quicunque de Hęreticis in 6. vbi ſermo eſt de laicis, non verò de Clericis aut Religioſis; nam in eo cap. Dicitur inhibemus quoquè, ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè, vel priuatim de Fide Catholica diſputare, qui verò contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

Addo hâc prohibitionem nō ſolum cadere in laicos indoctos, verum etiam in doctos, & adeo benè inſtructos in rebus Fidei, vt de illis valeant diſputare ex Valentia, Arragonio, Azor, & alijs Cōtra Bannē lo. cit. Reginaldum, lib. 17. nu. 22. & alios; nam vbi ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.

3 Aduertendum tamen eſt illud decretum, quo laicis prohibetur diſputare, intelligendum eſſe primo, modò alicubi non ſit per contrariam conſuetudinem abrogatū, vt patet ex dictis de legibus, aut modò non adſit neceſsitas diſputandi. vnde ſi Hæreticus aliquem peruertat, nec adſit vir doctus Eccleſiaſticus, qui peruerſionem impediat, poterit, & tenebitur laicus diſputationē ſuſcipere contra Hæreticum ad impediendam peruerſionem, præceptum enim Eccleſiæ non obligat contra ius naturæ; in tali autem caſu laicus tenetur iure naturæ diſputationem ſuſcipere ad præcauendam alterius ruinam ſpiritualem. Ita Sanchez, lib.2. cap.6. Valentia, Martinus Becanus, Bannes, Reginaldus, & alij locis ſtatim citandis.

Secun-

Digitized by Google

Secundò illud decretum intelligi de diſputatione formali, quæ ſcilicet ſuſcipitur ad perſuadendam veritatem, ſiuè diſputatio ſit inter Catholicos, ſiuè ſit inter Catholicum, & hæreticum. Ita S. Thomas 2. 2. q. 10. art. 7. Valentia ibidem. puncto 4. Malderus ibidem propoſitione 2. Aragon. ibidem Bannes, Reginaldus, & alij communiter.

Hinc ſequitur hoc decretum nō intelligi de diſputatione, quæ non ſuſcipitur ad perſuadendū ſed cauſa exercitij, vt contingit in circulis, & Scholis. Ratio eſt quia hæc non eſt diſputatio formalis; obſerua tamen coram Rudibus non eſſe diſputandum in circulis de fidei dogmatibus habentibus argumenta difficilia ad ſoluendum, modò Rudes, coram quibus habetur diſputatio nondum ſint ab hæreticis ſolicitati. Ratio eſt quia apud Rudes magis hæret argumentum, quam ipſius ſolutio, conſequenter periculum eſt, vt Rudes auditis argumentis in fide dubij ſint. Ita Becanus cap. 15. quæſt. 7. Malderus, & alij Doctores communiter cum S. Thoma 2. 2. q. 10. art. 7.

PVNCTVM V.

Vtrum prohibita ſit communicatio cū infidelibus.

1 *Non licet communicare cum infidelibus cum periculo peruerſionis.*

2 *Specialiter vetitum eſt fidelibus participare cum Iudæis. Primo, cohabitando. Secundo, comedendo Azyma. Tertio aduocando ipſos ad medendum. Quarto, recipiendo medicinas ab ipſis. Quinto, ingrediendo in idem balneum. Sexto, ineundo conuiuium cum ipſis. Septimo, nutriendo filios Iudæorū. Octauo, accedendo ad ipſorum nuptias, aut choreas cum ipſis ducēdo. Nono, admittendo illos ad publica officia, vel ad Miſſæ ſacrificium, vel contrahendo cum ipſis Matrimonium.*

IN hoc puncto principaliter loquimur de communicatione cū Infidelibus non baptizatis; nō verò de communicatione cum Infidelibus baptizatis, qui ſunt hęretici; nam cum hæreticis, poſtquām denuntiati ſunt excommunicati, prohibita eſt cōmunicatio ratione excōmunicationis, vt patet ex dictis de Cenſuris, cum Sanchez, Suarez, & alijs, quibus adhæret Malderus, & Valentia locis ſtatim citandis.

VNICA PROPOSITIO.

NOn licet communicare cum Infidelibus, quoties ex eorum communicatione periculum imminet peruerſionis. Ratio eſt quia quilibet tenetur abſtinere ab ijs, quæ ſibi ruinæ cauſam afferre poſſunt, hac de cauſa fidelibus interdicta eſt aſſidua conuerſatio, & familiaritas cum Iudæis. cap. Ad hęc de Iudæis. Ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 9. Luiſius Turrianus ibidem in comment. Malderus ibidem Becanus cap. 13. quæſt. 3. nu. 2. & 3. & alij commentatores S. Thomæ.

2 Quæres quibus in caſibus ſpecialiter prohibita ſit fidelibus cōmunicatio cum Iudæis.

Reſpondeo in multis caſibus; quos recenſet Silu. verb. Iudæi nu.

2. & 3. Gaiet. in ſumma verb. Iudæorum communicatio. Sãchez in ſumma. lib. 2. c. 31. num. 4. Reginaldus. lib. 17. nu. 37. & 38. Azor, & alij locis citandis.

Primus caſus eſt cohabitatio, & hic caſus extenditur, ēt ad Saracenos, cap. Iudæi 2. de Iudæis. Non eſt tamen prohibitũ Saracenos, vel alios Infideles tanquã ſeruos in eadem domo retinere, vt patet ex recepta conſuetudine, prohibitum verò eſt famulari Iudæis cap. ad hæc de Iudæis. Nomine famulatus intelligo miniſterium erga perſonas Iudæorum præſtitum.

Secundus caſus eſt, ne Chriſtiani comedant azima Iudæorum, ſecluſa tamen neceſsitate; vrgente verò neceſsitate poſſunt comedere; quia comeſtio azimorum non eſt intrinſecè mala, modò non comedantur tanquàm azima, ſed tãquàm panis. Item ob neceſsitatẽ licet veſci cibis, quos Gẽtiles Idolo conſecrarunt, vt patet ex allata ratione, modò non veſcamur illis tanquàm Idolo conſecratis, hæc enim eſt actio intrinſecè mala. Itẽ non licet veſci cibis, quos Iudæi abijciunt, quoties periculum eſt offenſionis, & ſcandali aliorum: vt docui de peccatis cum Sãchez. lo. cit. nu. 7. & alijs.

Tertius caſus eſt aduocatio Iudæorum ad medendum, ſecluſa neceſſitate, intercedente verò neceſſitate poteſt Iudæus aduocari ad medendum. Addo aduocari poſſe, quoties Iudæus eſt lõge peritior quàm ſit Chriſtianus, vel quando ob morbi grauitatem opus eſt multis medicis, & non ſufficiunt Chriſtiani. Ratio eſt quia lex humana non obligat cum tanto periculo.

Quartus eſt receptio medicinarum à Iudæis paratarum; ſi verò ab alijs paratæ ſint; & iam factæ vendantur à Iudæis, licitum eſt eas ab ipſis recipere ex Syluestro loco cit. contra Angel. verbo Iudæus nu. 7. Ratio eſt quia hoc nullo iure vetitũ videtur. Immò Turrecremata putat, nõ eſſe illicitum accipere medicinas à Iudæis præparatas, modò ipſe Iudæus illas ægro non exhibeat.

Quintus eſt ingreſſus in idẽ balneum, ità vt fidelis communicet cũ Iudæo in eadem lotione. Si verò ſimul non cõmunicent, ſed vnuſquiſque ſuæ lotioni intendat, non eſt illicitum ingredi idem balneũ, nam ingreſſus in idem balneum interdictus eſt ad vitandam familiaritatem cum Iudæis; familiaritas autem non intercedit, dum nõ cõmunicant ſimul, vt patet à ſimili ex dictis de excommunicatione.

In his quinque caſibus prohibitum eſt fidelibus laicis communicare cum Iudæis ſub pœna excommunicationis ferendæ; Clericis verò ſub pœna depoſitionis cap. Cõſtituit 17. q. 2.

Sextus caſus eſt conuiuium cum Iudæis, ſaltem quando Iudæi cibos diſcernunt, & aliquos reſpuũt, cap. Omnes 28. q. 1. Ita Azor cap. 22. quæſito 3.

Hoc tamen intelligitur primò, modò Catholicus non ſit miſſus ad curandam conuerſionem Iudæorũ; tunc enim licitum videtur conuiuium cum Iudæis: quia hoc modò facilius eos inducet ad veram fidẽ, cap. Cum ſit de Iudæis. Secundò intelligitur de formali cõuiuio cũ Iudæo quod contingit quãdo vnus alterum inuitat, aut alteri conuiuium

Digitized by Google

nium facit; ſecus dicendum eſt ſi ambo in eadem caupona reperiantur, licet in eadem menſa manducent; tunc enim nullus dicitur alteri conuiuium facere. Sicut neque Iudæus, in cuius diuerſorio reperitur fidelis, & cibos emit, dicitur facere conuiuium Catholico, vel eum inuitare, vt benè tradit Sanchez loc. cit. nu. 15. & patet à ſimili ex dictis de cēſuris, dū loquerer de participantibus cū excōicato.

Septimus caſus eſt, ne chriſtianæ mulieres nutriant filios Iudæorum in domibus ipſorum Iudæorū cap. Ad hæc de Iudæis; extra verò domum Iudæorum non videtur illicitū nutrire ipſorum filios iuxta Cardinalem, & Abbatem in dicto cap. Contra Azor. q. 9. & Sanchez num. 19. Ratio eſt quia in cap. Ad hæc dicitur, tātùm in eorum domibus, non verò extra eorum domos; in verbis autem legis non eſt faciēda extenſio vltra propriam ipſorum ſignificationem.

Octauus eſt, nè Chriſtiani accedant ad nuptias, vel ſolemnitates Iudæorum, nec choreas cum ipſis ducant, nec ipſorum Synagogas inuiſant ijs temporibus, quibus ſuperſtitioſa ab ipſis celebrātur; hoc enim illicitum eſt ob periculū peruerſionis; ſecluſo verò hoc periculo non videtur illicitum ea inuiſere, quia ceſſat cauſa propter quam vetitum eſt ea inuiſere. Item non eſt illicitum ea inuiſere alio tempore cauſa inſpiciendi ornatum, vel ædificium, hæc enim non eſt actio intrinſecè mala, aut vllo iure prohibita.

Nonus caſus eſt, nè Iudæi admittātur ad publica officia inter Chriſtianos. Iſti omnes caſus colliguntur ex cap. Ad hæc citatō, ex cap. Nullus, & ex cap. Omnes 22. q. 1.

Prædictis caſibus addendum eſt infideles non poſſe admitti ad ſacrificium Miſſæ, iuxta id, quod habetur in cap. Epiſcopus de Conſecratione d. 1. poſſunt tamen admitti ad orationem priuatam cum fidelibus, quia de hac nulla extat prohibitio, & cap. 24. conſti. Apoſtol. lib. 4. intelligitur de oratione cum ſacrificio, vt docet Luiſius Turrianus loco cit.

Ex dictis ergo conſtat quibus in caſibus vetitum ſit communicare cum infidelibus nondum baptizatis, & ex oppoſito licet colligere quibus in caſibus licita ſit participatio cum Infidelibus; in ijs enim, in quibus nulla extat prohibitio, dicendum eſt licitam eſſe cum Infidelibus communicationē: propterea nō eſt illicitum, præciſo mercimonio, vel delatione armorum ad ipſos, quæ ſub excōmunicatione interdicta eſt in bulla Cœnæ, inire contractum venditionis, aut emptionis cum Iudæis, aut eis locare res noſtras, vt currus, boues, &c. hæc enim nullo iure prohibentur. Ita Sylueſter Verbo Infidelitas quæſito 4. Valentia 2. 2. diſputat. 1. q. 10. puncto 5. Reginaldus lib. 17. cap. 3. num. 37. Azor. quæſito 4. & 8. Ang. & alij locis cit.

Vtrum verò liceat vendere Idolum Infideli, vel oues Iudęo, quibus abuſurus eſt ad ſacrificium, cōſtat ex dictis de Peccatis, cum Sanchez, & aliis, quibus adhæret Malderus, Reginaldus, & Valentia locis cit. Itē ex dictis de bello in tracta. de reſtitut. conſtat an Chriſtianis Infideles ad bellum conducere liceat.

Digitized by Google

Si quæras an matrimonium infidelis cum fideli teneat. Reſpondetur negatiuè, quia intercedit impedimentũ diſparitatis cultus, cap. Caue. q. 1. vt patet ex dictis ſuo loco de matrimonio.

PVNCTVM VI.

Quot ſint ſpecies Infidelitatis, & vtrum ſpecie differant.

1 *Tres ſunt ſpecies infidelitatis.*

2 *Iſtæ tres ſpecies infidelitatis differũt ſpecie inter ſe.*

3 *Exprimendum eſt genus, ſeu ſpecies infidelitatis in confeſſione.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Species Infidelitatis ſunt tres Paganiſmus, Iudaiſmus, & Hæreſis. Ita S. Thomas 2.2.q.10. artic.5. Valentia 2.2.d.1.q.10. Reginaldus lib.17.nu.35. Arragon. 2.2. quæſt.11. art.1. Malderus ibidem artic.5. Becanus 2.2. cap.13.q.2. & alii. Pagani dicuntur qui quomodocunque peccant contra fidem quam nũq̃ promiſſerunt, quàm tamen tenentur amplecti ex præcepto fidei. Iudæi dicuntur qui promiſsione ſimplici promiſſerunt fidem antequàm Chriſtus adueniret, vel aduenerit, ſecundum falſam ipſorum exiſtimationem, exiſtimantium Chriſtum nondum veniſſe. Hæretici dicuntur qui profeſsione ſolemni promiſſerunt fidẽ in baptiſmo, vel in Catechiſmo antequàm baptizarentur.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Species infidelitatis in prima propoſitione recenſitæ differunt ſpecie. Ratiò eſt quia priuant perfectione ſpecie diuerſa, nã alia eſt perfectio, qua priuat Paganiſmus, alia, qua priuat Iudaiſmus, & alia, qua Hęreſis. Paganiſmus priuat perfectione fidei debita ex pręcepto fidei. Iudaiſmus priuat perfectione debita non ſolùm ex præcepto fidei, verum etiam ex ſimplici promiſsione. Hæreſis verò priuat perfectione fidei debita ex ſolemni profeſsione: hac de cauſa, inquiunt nonnulli Doctores, ille, qui non ſeruat caſtitatem, ad quã ſeruandam tenetur nõ ſolùm ex pręcepto caſtitatis, verùm etiam ex voto ſimplici, aut ex voto ſolemni, committit plura peccata, & non vnum tantum; quia ratio præcepti caſtitatis, ratio voti ſimplicis, & ratio voti ſolemnis ſunt rationes diuerſæ; conſequenter conſtituunt peccata ſpecie diuerſa. Ideo adſtrictus voto ſimplici, & ſolemni tria peccata committit, maculando ſe peccati carnalis labe, vnum contra caſtitatem, alterum contra promiſsionem ſimplicem, tertium contra promiſsionẽ ſolemnem. Sed de his ſatis dictum eſt de matrimonio quæſt. 4. puncto vltimo ad finem, nu. 30. cum Aragonio, Rodriquez, Azorio, & Conincho, Contra Sanchez.

3 Ex dictis infertur Chriſtianum, qui per Apoſtaſiam recedit à fide catholica, & accedit ad ſectã Paganorum, vel Iudæorum committere duplex peccatum neceſſariò explicandum in Confeſsione, committit enim peccatum hæreſis recedendo

dendo à fide, quã ſolemniter profeſſus eſt, & committit peccatum Paganiſmi, vel Iudaiſmi, amplectẽdo ſectam Paganorum, vel Iudæorum: hæc autem peccata ſunt ſpecie diuerſa, quamuis Becanus loco citato nu. 5. oppoſitum ſentire videatur.

Si quæras quid ſit hæreſis, & quibus pœnis afficiatur hæreticus. Reſpondetur huius quæſtionis ſolutionem ſufficienter conſtare ex dictis de cenſuris diſp. 2. q. 5.

PVNCTVM VII.

Vtrũ Infideles cogi poſsint ad fidem ſuſcipiendam.

1 *Infideles baptizati cogi poſſunt ad fidem ſuſcipiendã, vel retinendã.*

2 *Infidelis non baptizatus non poteſt cogi per metum ad fidem ſuſcipiendam.*

3 *Infideles ſubditi cogi poſſunt ad deſerendam Idololatriam, & ad audiendum Euangelium. Secus dicẽdum eſt de Infidelibus non ſubditis, quanquam etiam iſti compelli poſſunt ad vitam mitiorem, ſi more belluarum viuant.*

4 *Ritus infidelium licitè permittuntur iuſta ſubſiſtente cauſa.*

5 *Libri infidelium qui noſtræ fidei non aduerſantur, licitè permitti poſſunt.*

AGendum eſt de Infidelibus tàm baptizatis, quàm non baptizatis.

PRIMA PROPOSITIO.

1 INfideles baptizati, nempè hęretici cogi poſſunt pęna mortis, vel excommunicationis ad fidem ſuſcipiendam, & retinendam. Ratio eſt quia ſunt ſubditi Eccleſiæ; Ergò poſſunt ab Eccleſia cogi, vt deſiſtãt ab iniuria Religioni inferenda per hæreſim, & infidelitatem; ergo poſſunt cogi ad fidem. Ita S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. Malderus ibidem propoſit. 3. Valẽtia ibidem puncto 6. Arragon. & Bannes ibidem.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 INfidelis non baptizatus non poteſt vlla lege cogi per metum ad fidem ſuſcipiendam. Ratio eſt quia fides noſtra exponeretur contemptui, & periculo ſacrilegij. Infidelis enim per metum compulſus fidem inuoluntariè ſuſciperet, illamq; oblata opportunitate abnegaret, & contemneret, vt in ſimili dictum eſt de baptiſmo. Ita Doctor. cit.

Dixi per metum, vt aduerterem Infidelem blanditijs, & muneribus licitè trahi, & allici poſſe ad fidem, nam ex huiuſmodi inductione nullum oritur contemptus, vel ſacrilegij periculum, cum fides voluntariè ſuſcipiatur.

3 Sed modò dubium eſt primo Vtrum Infideles nõ baptizati prohiberi poſsint ab Idololatria. Reſpondeo Infideles ſubditos prohiberi poſſe. Ratio eſt quia compelli poſſunt à ſuis Principibus ad ſeruãdam legem naturalem; lex autẽ naturalis prohibet Idololatriam. Ita Doct. citati.

Addo Infideles ſubditos cogi poſſe ad audiendum Euangelium. Ratio eſt tum quia hoc vergit in ſalutem ipſorum. Tũ quia poſſunt cogi ad audiendum medicum pręſcri-

Digitized by Google

ſcribentem medicinas, ergò etiam cogi poſſunt ad audiendum Euangelium. Tum quia ſic vſu receptũ eſt in Vrbe Roma cum Iudæis. Tũ quia ob id non dicuntur cogi ad fidem, ſed ad externam illam Euãgelij auditionem. Ita Bannes, & Malderus locis cit. Becanus cap. 13. quæſt. 4. nu. 4. & 13. vbi ſaltem docet poſſe indirectè cogi ad audiẽdum Euangelium; quatenus Princeps poteſt illis denegare ius ibi habitandi, niſi Euangeliũ audiãt. Infideles verò nõ ſubditi non poſſunt cogi ad audiendum Euangelium, aut prohiberi ab Idololatria. Ratio eſt tũ quia coactio, ſeu prohibitio ſupponit iuriſdictionem in cogente; cum autem nullus habeat Iuriſdictionem in non ſubditos, ſequitur nullum poſſe cogere Infideles non ſubditos ad audiendum Euangelium, aut ad deſiſtendum ab Idololatria. Tũ quia non licet bellum contra alium ſuſcipere, niſi ad iniuriam vlciſcendam, vel ad res ſuas defendendas, vel recuperandas iuxta dicta de bello in tractatu de reſtitutione, ergo non licet cogere Infideles non ſubditos ad deſiſtendum ab Idololatria; cũ per eam non inferant nobis iniuriam, aut damnum. Ita Valentia loco citato puncto 6. ad finem, & puncto 7. Couarru. Victoria, & alii apud Luiſium Turrianum 2. 2. diſp. 52. dubio 2. Concedo tamen Populum viuentem more belluarum compelli poſſe ad vitam mitiorem ſuſcipiendam. Ratio eſt quia fieri non poteſt, quin, hoc modo viuendo, opprimant multos innocẽtes, licitum aũt eſt ſuſcipere patrocinium Innocentis. Ita Aragon. 2. 2. quæſt. 10. art. 8. Valentia loco citato, verſiculo Nihilominus Couarr. regula peccatum, puncto 2. §. 10. Becanus 2. 2. cap. 13. quæſtione 5. num. 2.

4 Dubium eſt ſecundò, Vtrum licitè permittantur ritus Infideliũ. Reſpondeo cum Valentia puncto 7. S. Thoma loco citato, artic. 11. Maldero ibidem, & alijs iuſta de cauſa permitti poſſe Infidelibus nõ baptizatis. Sicut enim multa mala iuſta de cauſa permittuntur, ita etiam hæc permitti poſſunt. Immò licitum eſſe Principi Catholico permittere hæreticis exercitium, iuxta ipſorum ſectam, modò magna ſubſit cauſa, putant Doctores ſtatim citandi, ducti ratione allata, & auctoritate Concilij Baſiliẽſis ſeſsio. 4. quod conceſsit Bohemis facultatem celebrandi diuina ſuo ritu in ſuis hoſpitijs. Videte Malderum art. 11. Valentiam puncto 7. Becanum 2. 2. de Fide cap. 13. quæſt. 5. Petrum de Lorca 2. 2. quæſt. 10. art. 11. Sed quid nobis in hac re ſentiendum ſit conſtabit ex dicendis in ſequenti §. quatenus huiuſmodi exercitium cõtinet aliquid veræ fidei contrarium.

5 Dubium eſt tertiò. Vtrum libri Infidelium tolerandi ſint ab Eccleſia. Reſpondeo libros, qui noſtræ fidei aduerſantur minime tolerandos eſſe, nam ſunt iniurioſi Chriſtianæ fidei, alij verò, quibus ſacra ſcriptura ſimpliciter exponitur tolerandi ſunt: nõ enim noſtræ fidei aduerſantur, ſed potius eam confirmant. Ita Valentia, & Becanus locis cit.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO TERTIA.

De Spe.

DVo explicanda ſunt in hac quæſtione. Primò an detur, & quid ſit Spes. Secundò, Vtrum extet præceptum Spei, & quando nam obliget. Sed prius præmittendum eſt, Spem accipi pro expectatione alicuius boni futuri, præſertim beatitudinis.

PVNCTVM I.

An detur Spes, & quid ſit.

1 *Datur Spes.*
2 *Quid ſit Spes.*
3 *Quodnam ſit obiectum Spei.*
4 *Spei opponitur præſumptio.*
5 *Præſumptio eſt mortale peccatum.*
6 *Differens pœnitētiam vſque ad mortem: potius peccat contra præceptū pœnitentiæ, quam contra præceptum Spei.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 CErtum eſt dari Spem, qua ſperamus bona ſupernaturalia, præſertim Beatitudinem. Ratio eſt quia ad Roman. 8. dicitur. Quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus, & 1. Petri cap. 1. Regenerauit nos in ſpē viuam per Reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatē incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſsibilem in Cœlis.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 SPes eſt virtus Theologica, & ſupernaturalis, qua ſperamus Beatitudinem, Diuino auxilio obtinendam.

3 Dicitur virtus Theologica quæ verſatur circa Deum tamquàm circa obiectum, ſicut Fides, & Charitas circa eundem verſantur, ità Luiſiꝰ Turrianus 2. 2. diſp. 60. dub. 36. Reginaldus lib. 17. cap. 6. nume. 75. Vaſquez par. 2. diſput. 15. Valentia tom. 2. diſp. 2. quæſt. 1. pun. 1. verſic. Secūdo addidimus, Petrus de Lorca 2. 2. quæſt. 17. art. 4. d. 2. Malderꝰ 2 2. quæſt. 17. artic. 5. ſec. 1. Becanus 2. 2. cap. 17. quæſt. 1. num. 8. Bannes quæſt. 17. artic. 5. & alij recentiores communiter cum S. Thoma 2. 2. quæſt. 17. art. 5.

4 Dicitur qua ſperamus Beatitudinem, ideſt viſionem, & fructionem Dei, quam non poſſumus noſtris viribus aſſequi, ſed cum Diuino adiutorio: ideo ſperans beatitudinem, aut remiſsionem peccatorum, vt viribus naturæ, vel abſque Diuino auxilio obtinendam,

committit peccatum præſumptionis, quod eſt vitium contrarium, & deſtructiuũ habitus ſpei. Immò et eſt deſtructiuum fidei, ſi cum iudicio contra fidei articulos coniungatur; peccatũ enim præſumptionis contingit quando quis ſperat aliquid eo modo quo non fit, aut fieri non poteſt, vt ſi ſperet beatitudinem abſque Dei miſericordia ex ſuis ſolis meritis naturalibus, quæ fuit hæreſis pelagiana, aut ſi velit beatitudinem ex ſola Dei miſericordia, & abſque vlla cooperatione, & abſque bonis operibus, aut pœnitentia; & hic fuit error Lutherij. Videte S. Thomam 2. 2. quæſt. 21. Valentiam loco ſtatim citando diſpu. 2. quæſt. 3. puncto 2. Aragonium 2. 2. quæſt. 21. Becanũ cap. 17. quæſt. 11. & 12. Reginaldũ. lib. 17. num. 80. Bannem, Turrianum, Malderum, & alios commentatores S. Thomæ loco cit. Sanchez loco citato, & alios locis ſtatim citandis.

5 Sed modo dubium eſt primo, vtrũ pſumptio ſit peccatũ mortale.

Reſpondeo eſſe peccatum mortale ex ſuo genere, nec à mortali excuſari ob paruitatem materiæ. Ratio eſt quia grauem continet inordinationem, & iniuriam. Ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 21. artic. 2. Becanus 2. 2. cap. 17. quæſt. 11. Luiſius Turrianus 2. 2. quæſtio. 21. artic. 2. pag. 784. Sanchez in opere morali, lib. 2. cap. 33. nu. 7. Toletus lib. 4. cap. 7. nume. 9. Valentia tom. 3. diſput. 1. quæſt. 1. puncto 1. & diſput. 2. quæſt. 3. puncto 2. Azor. prima par. lib. 9. cap. 2. quęſito 7. Reginaldus lib. 17. nu. 88. & alij.

6 Dubiũ eſt ſecũdo vtrũ differens pęnitentiam vſq; ad ſenectutẽ ſpe veniæ obtinendæ peccet mortaliter contra ſpem.

Reſpondeo peccare potius cõtra præceptum Pœnitentiæ, ſi interim occurrat tempus, quo pœnitentiæ præceptum obligat, quàm contra ſpem. Ratio eſt quia hic non ſperat veniam ex ſola Dei miſericordia, aut ex ſolis viribus propriis, ſed ſpe veniæ conuerſionem differt. Ita Sanchez loco cit. num. 7. ad finem contra Bannem loc. cit. art. 1. ad finem, Azoriũ prima par. lib. 9. cap. 2. quæſito 7. & alios.

Ex dictis colligitur tam deſperationem, quàm præſumptionem eſſe peccatum mortale ex ſuo genere, & huic peccato addi poſſe peccatum hæreſis, ſi error intellectus accedat, vt ſi quis credat gratiam habendam ex ſolis propriis meritis, aut per ſolam Dei miſericordiam. Ita Becanus quęſt. 12. Valentia, Sanchez, Toletus, & alij locis citatis.

PVNCTVM II.

Vtrum extet præceptũ Spei, & quandonam obliget.

1 *Datur præceptum de actu ſpei eliciendo.*

2 *Præceptum ſpei negatiuũ ſemper obligat; affirmatiuũ verò quãdo inſurgunt tentationes contra ſpem.*

3 *Præceptum ſpei obligat aliquando per accidens.*

4 *An is, cui fieret reuelatio damnationis, poſſit, vel debeat adhuc ſperare.*

5 *Actus deſperationis poteſt aliquando ſubſiſtere, ſine peccato hæreſis.*

PRI-

Digitized by Google

PRIMA PROPOSITIO.

1 CErtum eſt de Fide extare præceptum ſpei affirmatiuũ, quo obligamur aliquando actum ſpei elicere, hęc propoſitio conſtat ex Pſal 4. Sperante in Domino, Pſalmo 16. Qui ſaluos facis ſperantes in te Pſal. 33. Beatus vir, qui ſperat in eo, & Pſalmo 52. Sperate in eo omnis conuentus Plebis. certum etiam eſt extare pręceptũ ſpei negatiuum, quo prohibetur deſperatio. Ratio eſt quia non eſt beatus, qui non ſperat: ergo multò minus beatus erit, qui deſperat; nullus enim minus ſperat, quã qui deſperat. Ita communiter Doct. cum S. Thom. quæſt. 20. art. 1.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 PRæceptum negatiuum ſpei obligat ſemper, & ad ſemp. Ratio eſt quia hæc eſt natura præceptorum negatiuorum, vt ſemper & ad ſemper obligent; ergo etiam præceptum negatiuũ ſpei obligat ſemper, & ad ſemper, ideſt ad non deſperandum. Pręceptum verò ſpei affirmatiuum per ſe obligat, quando quis grauiter vexatur tentationibus contra ſpem, & exiſtit in periculo deſperationis, niſi muniat ſe actibus ſpei. Ita Valentia tom. 3. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 1. Reginaldus, lib. 17. num. 78. Sanchez in opere morali, lib. 2. cap. 33. num. 3. Addicionator ad Toletum, lib. 4. cap. 7. & alij contra Bannem 2. 2. quæſt. 22. art. 1. dub. 2. Arragonium ibidẽ dub. 1. Becanum, cap. 17. quæſt. 7. num. 2. Petrum de Lorca 2. 2. quæſt. 22. art. 1. diſp. 17. ad finem, Luiſium Turrianum ibidem. & diſp 65. dub. 1. aſsignãtes alia tempora, quibus exiſtimant præceptum fidei affirmatiuum per ſe obligare.

Ratio mea eſt quia quilibet tenetur ex præcepto ſpei ea media adhibere, quæ neceſſaria ſunt ad non deſperandum, ſed medium neceſſarium ad non deſperandum, dum ingruunt tentationes contra ſpem, eſt actus ſpei; Ergo quilibet tenetur actum ſpei elicere, dum vexatur tentationibus contra ſpem, cum periculo deſperationis.

3 Dixi per ſe; nam per accidens certum eſt aliàs obligari ad eliciẽdos actus ſpei, non ex vi præcepti, ſpei, ſed ratione alterius præcepti vt quãdo quis tenetur ſe ad Deum conuertere, & pęnitentiam ſuorum peccatorum agere; cum enim non poſsit pœnitentiam agere, niſi ſperet veniam peccatorum, fit vt teneatur veniam ſperare, nõ quidem ex vi præcepti ſpei, ſed ex vi ꝑcepti pęnitentiæ: ideo ſi tunc actũ ſpei nõ eliciat, aut non agat pœnitentiam, non peccat contra pręceptum ſpei, ſed contra præceptum pœnitentiæ; conſequenter in confeſsione non tenebitur dicere ſe nõ elicuiſſe actum ſpei; ſed ſatisfaciet dicẽdo ſe pœnitentiam non egiſſe, dũ tenebatur; nam per ſe non peccauit contra ſpem, ſed contra præceptum pęnitentiæ. Idem dicendũ eſt de alijs actibꝰ, qui ſine actu ſpei commodè præſtari non poſſunt, vt patet ex dictis in ſimili de præcepto fidei. Ita Doct. citati.

4 Quæres primo; Vtrum is, cui fieret reuelatio ſuæ damnationis, debeat, aut poſsit adhuc ſperare. Azorius, quem refert Ioannes Malderus 2. 2. quæſt. 20. art. 1. §. Aliud du-

dubium eſt, putat hũc peccare deſperando. Bannes, quem citat, & ſequitur Malderus loco cit. ſentit hũc poſſe negatiuè deſperare, ideſt nõ teneri ſperare; non verò poſſe poſitiuè deſperare. Valentia loco cit. pun. 1. verſ. De quæſt. arbitrantur nec poſſe, nec debere ſperare.

Ego verò non ſolum cenſeo non poſſe, nec debere ſperare, verum etiam poſſe ſine mortali peccato deſperare. Ratio eſt tum quia impoſsibile eſt ſperare id, quod non eſt poſsibile; ſed poſita reuelatione damnationis, aſſecutio beatitudinis, neceſsitate quadam conſequẽte, impoſsibilis eſt illi, cui facta eſt reuelatio dãnationis; ergò impoſſibile eſt, vt ſperet beatitudinem. ergo non tenetur ſperare beatitudinem; nullus enim tenetur ad impoſsibile; tum quia hæc propoſitio eſt vera, ego non ſaluabor, poſita reuelatione meę damnationis, neq; huic propoſitioni videtur aliqua ratio turpitudinis ineſſe; cũ ſit conformis diuinæ reuelationi; ergò nõ videtur mortaliter peccare, qui deſperat poſita reuelatione ſuæ damnationis; cum ſolum huic propoſitioni præbeat aſcenſum, ego non ſaluabor. Ita Becanus, & nonnulli recentiores, quos tacito nomine reffert Petrus de Lorca 2. 2. diſp. 18. quæſt. 21. art. 1. idem docet Luiſius Turrianus loco cit. dub. 2. Bannes loco cit. dub. 3. concluſ. 2.

Hæc tamen intelliguntur modò negatio futuræ beatitudinis nõ reducatur in defectum Omnipotentiæ, vel Miſericordiæ Dei, conſtat enim Deum poſſe quemlibet ad beatitudinis gloriã promouere, & ad claram ſui viſionem aſſumere, nec poſita illa reuelatione tolli, quin Deus poſsit Diuina ſua Omnipotentia beatitudinem cõferre.

Obicies primo S. Petrus nõ minus peccauit negando Chriſtum poſt reuelationem peccati, quam ſi peccati reuelationem non habuiſſet; ergò etiam non minus peccat, qui deſperat poſt reuelationẽ damnationis, quàm qui deſperat abſq; præuia ſuæ damnationis reuelatione. Reſpondetur falſam eſſe conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt quia per reuelationem peccati futuri non aufertur obligatio vitandi peccatum; per reuelationem verò damnationis aufertur obligatio ſperandi; cum obiectum ſpei reddatur impoſsibile neceſsitate quadam conſequente.

Obicies ſecundo deſperatio eſt intrinſecè mala, & prohibetur præcepto negatiuo; quod autem eſt intrinſecè malum, & quod prohibetur præcepto negatiuo ſemper eſt vitandum cum præceptum negatiuum ſemper obliget.

Reſpondeo deſperationem eſſe intrinſecè malam, & prohberi pręcepto negatiuo, quoties non extat reuelatio futurę damnationis. Secus poſita reuelatione, quam abſolutè à Deo fieri poſſe non eſt negandum; cum nihil obſtet, quo minus Deus poſsit alicui reuelare id, quod eſt verum, & quod eſt futurũ, vt benè docet Valentia loco cit. pun. 1. ad finem. Malderus loco cit. art. 1. ad finem Becanus loco cit. quæſito 10.

5 Quæres ſecundo, Vtrum actus deſperationis poſsit eſſe ſine hęreſi.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia poteſt aliquis actum deſperationis elicere, etiam ſi non ſentiat quicquam contra fidem, vt ſi

dicat

Digitized by Google

dicat Deus non me ſaluabit, vel Deus nunquam mihi parcet, vel nūquàm bene agam, vel nunquam me diſponam ad pœnitentiam: In his enim actibus non intercedit hæreſis; cum non iudicetur aliquid contra fidem. Ita S. Thom. 2. 2. quęſt. 20. art. 2. Ioãnes Malderus ibidem, Petrus de Lorca ibidem, Valentia loc. cit. quęſt. 3. pun. 1. Becanus, cap. 17. quæſt. 9. Sanchez loco cit. nu. 6. Reginaldus, lib. 17. num. 89. Toletus, lib. 4, cap. 7. num 9 & alij. Si verò dicat Deus non poteſt mihi parcere, aut ego non poſſum ſaluari, vel gratiam conſequi, aut Deus mihi non ignoſcet, ſi me diſpoſuero, non ſolum peccat peccato deſperationis, verum etiam peccato hęreſis; nàm ſentit aliquid contra fidem; conſequenter ſubiacet pœnis Hęreticorum, ſi mentem ſuam exterius manifeſtet cum pertinatia, ideſt cum plena aduertentia, & conſenſu, vt patet ex dictis de cenſuris, diſp. 2. quęſt. 5.

Hoc loco Doctores communiter cum S. Thoma diſſerunt de timore. Verum quia, quę in hac re portinent ad praxim, facilè colligi poſſunt ex dictis de attritione in tractatu de pœnitentia, omiſſa diſputatione de timore gradum facio ad explicandam obligationem ex pręcepto charitatis prouenientem.

Digitized by Google

QVAESTIO IV.

De Charitate.

CVm Charitas non ſolum verſetur erga Deum immediatè, verum etiam erga Proximum, de illa vtroque modo conſiderata hic nobis agendum eſt in ſequentibus punctis.

PVNCTVM I.

Quid ſit Charitas.

1 *Quid ſit Charitas.*
2 *Tenemur Deum diligere ſuper omnia appretiatiuè, non verò intenſiuè.*
3 *Deus diligendus eſt tanquam finis vltimus.*

VNICA PROPOSITIO.

1 CHaritas eſt virtus ſupernaturalis, omnium virtutum excellẽtiſsima, qua Deus ſuper omnia diligitur. Quòd ſit virtus ſupernaturalis patet à ſimili de Fide, & Spe; eſt enim habitus bonus, qui verſatur circa obiectum bonum ſupernaturale, ideſt circa Deum, & ob id dicitur virtus Theologica. Quod ſit excellentiſsima omnium virtutum, probatur, tum ex Math. 22. vbi ſermo eſt de pręceptò Charitatis. Hoc eſt primum, & maximũ mandatum, &c. tum ad Coloſſ. 3. Super omnia hęc Charitatem habere, quod eſt vinculum perfectionis, & prima ad Timot. 1. Finis pręcepti eſt Charitas. Videte Valentiam 2. 2. quęſt. 1. pun. 3. Ioannem Malderum 2. 2. quęſt. 23. art. 6. Becanum 2. 2. cap. 19. de Charitate Reginaldum, lib. 17. num. 95.

Quod ſit virtus, qua Deus ſuper omnia diligitur, conſtat, quia per actum Charitatis Deum ſuper omnia ęſtimamus, & amamus.

Sed hic notandum eſt Deum dupliciter amari poſſe ſuper omnia. Primò intenſiuè. Secundò appretiatiuè. Tunc Deus dicitur amari ſuper omnia intenſiuè, quando actus amoris Dei eſt intenſior, vehementior, & feruentior omni alio amore. Tunc verò dicitur amari ſuper omnia appretiatiuè, quando Deus magis ęſtimatur, quàm ęſtimentur cętera, ſeu quando pręfertur cęteris, vt contingit quando homo ità eſt affectus erga Deum, vt paratus ſit pati potius omnia mala; vel res omnes perdere, quam Deum offendere, vt patet à ſimili ex dictis de Pœnitentia, cum ageremus de cõtritione. & pręter Doc. ibi citatos idem docet S. Thomas 2. 2. quęſt. 27. art. 3. Azor. prima par. lib. 9. cap. 4. quæſito 1 Becanus loco cit. prima par. Toletus lib. 4. cap. 9. num. 6. Sanchez. in opere morali, lib. 2 cap. 35. num. 2. & alij cõiter.

Hinc

Digitized by Google

2 Hinc dubium ſuboritur vtrum teneamur amare Deum ſuper omnia intenſiuè an ſolum appretiatiuè.

Reſpondeo nos teneri amare Deum ſuper omnia appretiatiuè, non verò intenſiuè. Quod teneamur Deum ſuper omnia appretiatiuè diligere, Ratio eſt tum quia Deus eſt ſummum bonum; ſummũ autem bonum eſt ſuper omnia diligendum. Tum quia propter Deũ cętera diligimus; ergo multò magis diligendus eſt Deus, iuxta illud axioma Philoſoforũ; Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, tum quia Deuteron. 2. & Matth. 22. dicitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Et in Euangelio habetur, Qui diligit patrem, aut matrem pluſquàm me, nõ eſt me dignus; ſignũ ergo eſt, Deũ ſuper omnia appretiatiuè diligendum eſſe.

Quod verò non ſit obligatio diligendi Deum ſuper omnia intenſiuè, Ratio eſt quia cum nobis certò conſtare nõ poſſit, an vnus actus ſit maior, & intẽſior alio, ſequeretur hominẽ maximis vexari ſcrupulis ferè ſemper dubitando, an actus ſit ſufficienter intenſus, & vehemens: hoc autem non eſt conforme diuinæ bonitati, cuius iugũ ſuaue eſt, & onus leue. Ita Suarez de Pęnitentia, diſp. 4. ſect. 4. num. 7. Valentia loc. cit. quæſt. 4. pun. 2. Becanus loco cit. num. 4. Reginaldus lib. 17. num. 97. Sanchez in ſum. lib. 2. cap. 3. & 5. & alij, quos in ſimili retuli de contritione.

3 Hinc colligitur Deum diligendum eſſe, tanquàm finem vltimum omnium rerum; alioquin Deus non diceretur diligi ſuper omnia, ſi dilectio Dei referretur ad aliquid aliud, tanquam ad vltimum finem; ideo licet poſſimus Deum diligere, & alia bona facere ob gloriam æternam, & præmium conſequendũ, iuxta illud Pſalmi 118. Inclinaui cor meum ad faciẽdas iuſtificationes tuas in ęternum pp retributionem, nihilominus retributio, ſeù præmiũ non poteſt eſſe finis vltimus; ſed tãtummodò minus principalis. Ita Sanchez, num. 5. Reginaldus, libro 17. num. 93. Toletus, & alij locis citatis. Ex quo patet à fortiori non licere finem vltimum in hac vita conſtituere; quamuis enim longam nobis vitam exoptare poſſimus, tamen finem vltimum in præſenti vita collocare non poſſumus, quia Deus non diligeretur, tanquã finis vltimus, & vita tẽporalis præferretur æternę fruitioni Dei. Ob id Sanchez loco cit. num. 11. cum Nauarr. cap. 11. num. 20. & alijs, optimè docuit illum grauiter peccare, qui cupit in hac vita ſemper permanere; notabiliter enim rerum ordinem peruertit, præferendo cõmoda præſentis vitæ æternæ fruitioni, & fini omnium rerum vltimo.

PVNCTVM II.

Quando nam præceptum Charitatis erga Deum obliget.

1 *Præceptum Charitatis negatiuum ſemper obligat.*

2 *Præceptum affirmatiuum obligat dum inſurgunt tentationes odij, & periculum adeſt illis conſentiendi, & quando actus cõtritionis ex imperio Charitatis eliciendus eſt.*

VNI-

VNICA PROPOSITIO.

1 PRæceptum negatiuum Charitatis, ſeu dilectionis Dei ſemper obligat, præceptum verò affirmatiuum obligat, dũ inſurgunt tentationes incitãtes ad odiũ Dei, & eſt periculum illis conſentiendi.

Pro intelligentia huius propoſitionis, notandum eſt, duplex eſſe præceptum Charitatis. Vnum dicitur negatiuum, quo tenemur non proſequi Deum odio; alterum eſt affirmatiuũ diligendi Deum. Præceptum negatiuum ſemper obligat, vt in ſimili dictum eſt de præcepto fidei, & ſpei, præceptum verò affirmatiuum Charitatis nonnulli Doctores putant per ſe, & ex vi ſua obligare. Primò, quando puer ſtatim peruenit ad vſum rationis. Secundò, quando ſuſcepturus eſt baptiſmum, vel ſtatim ac ſuſcepit baptiſmum. Tertiò, quãdo tenetur habere actum contritionis, in quo virtualiter includitur actus Charitatis. Quartò in die feſto. Quintò tempore martyrij. Verùm hæc gratis videntur dici, & abſque ſufficienti fundamento, vt patet ex alibi dictis. Alij dicunt obligare ſolùm tempore mortis: & Alij ſemel tantum in vita; ſed hoc mihi non probatur, quia non eſt credibile præceptum tanti momenti, quòd ita exactè à Deo præſcribitur tàm raro obligare.

Alij putant obligare, dum actus amoris Dei neceſſarius eſt ad defendendum honorem Dei periclitantem. Ego verò in eo euentu, cenſeo potius virtutem religionis obligare, quàm virtutem Charitatis. Ratio eſt tum quia religio directè reſpicit cultum, & honorem Dei. Tum quia non eſt neceſſe, vt quis honorem Dei tueatur, dum eſt in gratia, quæ coniungitur cum Charitate.

2 Dicendum ergo eſt per ſe obligare, primò dum inſurgunt tentationes odij Dei, & eſt periculum illis conſentiendi, vt patet à ſimili ex dictis de præcepto ſpei. Ita Sanchez in ſumma, lib. 2. cap. 35. num. 9 ad finem. Ratio eſt quia quilibet tenetur ex præcepto Charitatis ea media ſumere, quæ conducunt ad non habendum odio Deum; mediũ autem ad non habendum odio Deum, dum inſurgunt tentationes incitantes ad odium Dei, eſt dilectio, & amor Dei.

Secundò obligat, dum eliciẽdus eſt actus contritionis ex directa obligatione ipſius, contritio enim eſt actus Charitatis: quãdo autem obliget præceptum cõtritionis patet ex dictis de pœnitentia, diſp. 5. quæſt. 5. puncto 2. Quibus addi poteſt præceptum cõtritionis ex vinculo Charitatis, qua quis tenetur ſe ipſum diligere, obligare in articulo mortis; nam qui morti proximus eſt in magno exiſtit vitæ ſpiritualis, & ſalutis periculo, & neceſſitate: præceptum autem Charitatis obligat in magna neceſsitate. Ita DD. relati loco citato de pœnitentia. Vide Bannem 2. 2. quæſt. 44. art. 1. Azorium prima parte, lib. 9. cap. 4. Nauar. cap. 11. num. 7. Valentiam tom. 3. diſp. 19. pun. 1. Toletum in ſumma, lib. 4. cap. 9. num. 9. & ſequentib. Reginaldum, lib. 17. num. 98. Sanchez loco cit. num. 9. vbi de hac re fuſius diſputant.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM III.

Vtrum teneamur ex Charitate Proximum diligere.

1 *Tenemur proximum diligere.*
2 *Inimici diligendi ſunt.*
3 *Non tenemur, per ſe loquendo, inimicum nobis obuium ſalutare.*
4 *An inimicum nos ſalutantem teneamur reſalutare.*
5 *An veniam inimico petenti concedere teneamur.*
6 *Quiſnam teneatur prius veniam, & reconciliationis gratiam petere.*
7 *An inimicus poſſit à beneficijs, quæ alijs conferuntur excludi.*

PRæmittendum eſt nomine proximi intelligi homines capaces beatitudinis, vt docet Reginaldus, lib.17.num.99.ad finem Azòr 2 par. lib.12.cap.5.quæſito 5. *ſ*iuè ſint iuſti, ſiuè iniuſti, ſiuè ſint fideles,ſiuè infideles,ſiuè ſint amici,ſiuè inimici, vt tradit Reginaldus locis ſtatim citandis, & loco iam præallegato.

VNICA PROPOSITIO.

1 CErtum eſt de fide proximũ diligendum eſſe, Deuter.6. Diliges proximũ tuũ,ſicut teipſum, & Ioannis 12. Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos. Ita communiter Doct. cum S. Thoma 2.2.quæſt.25. art. 1.Nõ nego tamẽ,quin aliquis poſſit odio haberi, quòd peccator ſit; nam hoc nihil aliud eſt, quã odio habere peccatum in ipſo,iuxta illud Pſalmi 18. Iniquos odio habui, & alibi, In Matutinis interficiebã omnes peccatores terræ.Immò potius videmur peccatores diligere eo ipſo,quo peccatum in ipſis oderimus; nam ex amore proximi prouenit odium illius, quod ei malum eſt. Ità S.Thom.2.2.quæſt.25.art.6. Malderus ibidem, Bannes ibidem art.9. Reginaldus, lib.4. num.295. & lib.17. num. 114. Syluester verbo Charitas quæſito 4.& alij communiter.

2 Hinc ſequitur primo non ſolũ homines iuſtos, verum etiam impios diligendos eſſe,vt patet ex allatis rationibus, & ex afferendis in ſequẽti illatione. Ita Becanus,cap. 21.num.20. Reginaldus,& alij cõmuniter.

Sequitur ſecundò non ſolũ amicos, verum etiam inimicos diligẽdos eſſe. Ratio eſt tum quia ſunt noſter proximus, cum ſint capaces beatitudinis. Tum quia ius naturale dictat alijs faciendum eſſe, quod nobis ipſis fieri cupimus. Quæcũque vultis, vt faciant vobis homines, eadẽ vos facite illis; vnusquiſque autem cupit diligi, ſibiq; ſubueniri in neceſsitate. Tum quia Matth.5.dicitur. Diligite inimicos veſtros,& benefacite ijs, qui oderunt vos, & ad Roman.12. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potum da illi, & in hoc imitamur Patrem noſtrum, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos,& malos,& pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Ita S. Thomas 2.2.quæſt.25.art.9.& commentatores communiter ibidem.

Tertiò damnatos non eſſe diligendos ex Charitate, iſti enim non ſunt noſter proximus, neque recta ratio ſuadet, vt illis velimus beatitudinem, aut per ordinem ad beatitudinem eos diligamus,qui ab ea irre-

irreuocabiliter excluſi ſunt. Ita Reginaldus, & alij.

3 Quęres ſecundo; vtrum ſalutare teneamur inimicum, dum nobis occurrit.

Reſpondeo negatiuè per ſe loquendo. Ita colligitur ex S.Thoma loco citato.idem docet Bannes 2. 2.quęſt.5.d.1.in commentario, Beia par. 2. fol. 199. caſu 1.& alij cōmuniter Contra Toletum, lib.4.cap.10. num.9. Ratio eſt quia nón tenemur ſpecialia beneuolentiæ ſigna inimicis exhibere, quæ non tenemur erga alios; ſed ſalutare eſt ſpeciale ſignum beneuolentiæ, quod non tenemur erga alios exhibere; ergo non tenemur inimicos ſalutare: inimicus enim ob diſſolutam amicitiam, & propter offenſam nobis factam non efficitur melioris conditionis, quam ſit ille, qui nullã nobis intulit iniuriam.

Dixi per ſe loquendo; nam aliũde fieri poteſt, vt teneamur inimicum ſalutare, aut alloqui, aut familiariter cum ipſo verſari, vt quãdo ſic poſtulat ratio vitandi ſcandali, aut quando ſperatur, vt inimicus reconcilietur, & odium per ſalutationem deponat, cuilibet enim mandatum eſt de proximo ſuo, & quilibet tenetur ſcandalũ, & proximi ruinã euitare, quoties poteſt abſque graui ſuò detrimento. Ita Sylueſter verbo Charitas, quęſt.6. Nauar. cap.14. num. 25. Caiet. 2. 2. quæſt. 25. art.9. Toletus, lib.4.cap. 10.num.9. Bannes 2.2.quæſt.25. art. 9. Reginaldus, lib.17.nu.124. & alij.

Ex dictis colligi poteſt quomodò poſsint confeſſarij ſe gerere erga pœnitentes, nolentes alloqui, vel ſalutare inimicum; poſſunt enim ipſis beneficium abſolutionis impendere, modò non adſit odium, aut ſcandalum, aut periculum, vt inimicus odium, & rancorem ob denegatam ſibi ſalutationem concipiat.

Quanquam arbitror conſulendum eſſe pœnitenti, vt ſalutet inimicum, ipſumque alloquatur quoties nullum imminet periculum ſalutanti, & alloquenti; nam denegãs huiuſmodi ſigna, vt plurimũ eſt prauè affectus erga inimicum, illumq; odio proſequitur, vel ſaltẽ aliquam pręberе ſolet ſcandali occaſionem.

4 Quæres tertiò; vtrum reſalutare teneamur inimicum nos ſalutantẽ. Reſpōdet affirmatiuè Reginaldus, n.123. Ego verò rñdeo diſtinguẽdo. Aut qui ſalutatur ab inimico eſt lōgè ſuperioris conditionis, vt Pręlatus, vel Pater, vel vir nobilis reſpectu plebei; Aut non eſt lōgè ſuperioris conditionis. Si eſt longè ſuperioris conditionis, non videtur peccare mortaliter non reſalutando. Ratio eſt tum quia denegatio ſalutationis reſpectu iſtius non adſcribitur contemptui, nec indè ſcãdalum oriri videtur. Tum quia, ſicut ante inimicitiam non tenebatur reſalutare, ita neq; tenetur poſt inimicitiam, cum inimicus melioris conditionis non ſit effectus ob inimicitiam. Si verò non eſt longè ſuperioris conditionis, videtur per ſe loquendo grauiter peccare, non reſalutando. Ratio eſt quia regulariter ſequi ſolet ſcandalum, & magna contriſtatio in eo, qui ſibi ſalutanti cognouit cautionem denegari. Videte Azor 3.par.lib.12 cap.13.quæſito 5. Reginaldum, Toletum locis cit. & alios DD. ſtatim citandos.

Hinc ſequitur eum, qui inimicum

cum ſalutantē non reſalutat, mortaliter peccare, quoties inde ſequitur ſcandalum, aut quoties notabilis cōtēptus exiſtimatur, ſpectata circumſtantia temporis, loci, perſonarum, & conſuetudine Patriæ. Ita Malderus 2.2.q.25.art.9.ad finē. Toletus Reginal. & Azor lo. citatis Valentia, & alij, locis ſtatim citandis.

5 Quæres quartò an teneamur veniam inimico petenti concedere, ſigna recōciliationis exhibere, & ſatisfactionem condonare.

Reſpondeo nos debere primò deponere odium, quia non licet odio alterum proſequi, aut malum alteri exoptare abſq; honeſto motiuo, & fine. Ita communiter Doct.

Secundò. Debemus ſigna reconciliationis, & beneuolentiæ exhibere, iuxta occaſionem, & conditionem, perſonæ, iuxta dicta in primo, & ſecundo quæſito. Ita Bānes loc. cit. dub.4. Azor. lo. ci. quæſito 2. Syluest. verbo Charitas quæſito 6. Valentia tom.3. diſp.3. pun. 3. Nauar. cap.14. nūm.25. Reginal. lib.17. n.124. & alij. Non tamē tenemur ita remittere iniuriam, quin poſsimus exigere ſatisfactionē iniuriæ, aut damnorum, non enim tenemur iuri noſtro cedere. Immò poſſumus contra inimicum in iudicio agere, vt ſecundum iura puniatur; ſicut enim Magiſtratus poteſt illum punire, & ab eo pœnam repetere; ita pars læſa petere, & curare poteſt, vt puniatur. Ita Valētia, & Bannes locis cit. Cauendum tamen eſt, ne hoc ex odio, & animo vindictæ fiat; ſicut enim non licet vindictam priuata auctoritate ſumere; ita neque licet aliquid ex odio, & animo vindictæ facere.

Ex quo ſequitur læſum, inimico veniam humiliter petēti, aut offerenti ſufficiētem ſatisfactionē pro iniuria illata, non teneri actionem coram Iudice ommittere. Ratio eſt quia non tenetur magis hāc ſatisfactionem, quàm aliam acceptare, & ſicut Iudex poteſt iuridicè pœnam, & compenſationem præſcribere, ita læſus petere poteſt à Iudice, vt ſibi compenſatio iuridicè fiat, depoſito tamen odio, vt ſupra dictum eſt, & præciſo graui lædentis damno, quod læſus teneatur ex charitate impedire; Ita Valentia loco cit. Reginaldus lib.17. cap.12. nu. 116. Gloſſa cap. Si quis contriſtatus, contra Beiam prima parte caſu 10. folio mihi 30. ex antiquis, Azorium quæſito 7. Syluestrū loco citato. Malderum loco citat. art.9. ad finem, & alios arbitrantes læſum teneri actionē iniuriarū coram Iudice intermittere, reo veniā petente, aut debitam ſatisfactionē offerente niſi neceſſaria ſit Iudicis actio ad conſulendum honori, vel damno illius qui læſus fuit. Arbitror tamen in praxi regulariter loquendo ſuadendam Beiæ, Azorij, & aliorū ſnīam. Ratio eſt tum quia pauci actionem iniuriarum proſequuntur, depoſito omni odio, & vindictæ affectu. Tùm quia hoc eſt conforme conſilio Chriſti. Si quis percuſſerit te in maxillam, præbe ei & alteram.

Hinc colligi poteſt vtrum confeſſarij denegare teneantur abſolutionem pœnitenti nolenti deſiſtere ab actione iniuriarum, & lite in iudicio proſequenda. Vide Reginaldum loco cit. num.117. & alios Doct. citatos.

6 Quæres quintò, quiſnam teneatur

tur prius veniam, & recōciliationē petere, quando duo iniuriam ſibi inuicem intulerūt.

Rňdeo per ſe loquēdo, & cęteris paribus, eū prius teneri, qui prius offendit. Ratio eſt tū qa ſic æquitas, & iuſtitia poſtulare vidētur. Tū qa is, qui prius lęſus fuit acquiſiuit ius petendæ ſatisfactionis, qui autem prior eſt tempore potior eſt iure. Dixi per ſe loquendo, nam per accidens fieri poteſt, vt non teneatur; vt ſi titulo compenſationis iniuriam alteri illatam reſarcire nolit; præuidens fore, quod petita venia, & data ſatisfactione, alter nolit eam ſibi rependere, vt patet ex dictis de cōpenſatione, in tracta. de reſtit.

Dixi cæteris paribus, nam ſi cætera non ſint paria non eadem via incedendum eſt, ideo ſi quis prius leuem intulit iniuriam alteri, qui longè grauiorem poſtea irrogauit, aut qui lōgè inferioris eſt cōditionis, non tenetur per ſe loquendo prius veniam, & reconciliationem petere. Quia non ſunt cætera paria. Ita Azor loco cit. quæſito 10. Reginaldus lib. 17. nu. 125.

7 Quæres ſextò, an volens aliquibus cōferre beneficia poſsit ab illis excludere inimicum. Reſpondeo affirmatiuè, per ſe loquendo. modò illa conferat ex propria voluntate. Ratio eſt quia inimicus ob inimicitiam nō eſt effectus melioris conditionis; ſicut ergò volens conferre beneficia non teneretur, præciſa inimicitia, huic beneficia conferre, ita neque tenetur poſita inimicitia.

Dixi per ſe loquendo, nā per accidens, vt ratione vitandi ſcandali, fieri poteſt, vt inimicum excludere non poſsit; vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis. Ita Valentia, Bannes, & Toletus locis cit. Abulenſis in cap. 5. S. Matthæi quęſt. 348. quem citat, & ſequitur Reginaldus lib. 17. nu. 121.

Dixi modò illa conferat ex propria voluntate, nam ſi bona ſint communia, aut conferenda ex alterius voluntate, certum eſt inimicum excludi non poſſe, ſi ad illa bona ius habeat ex proprijs meritis, aut ex voluntate illius, cuius bona diſtribuenda ſunt; non enim datur acceptio perſonarum, nec ius alterius violari poteſt abſque violatione iuſtitiæ, vt patet ex dictis de reſtit. in principio. Vide S. Thomā 2. 2. q. 25. art. 8. & ipſius commentatores, ibidem.

PVNCTVM IV.

Vtrū teneamur ex charitate neceſſitati proximi ſubuenire cum periculo propriæ vitæ, aut facultatum.

1 *Quotuplex ſit neceſſitas ſpiritualis.*

2 *Charitas obligat ad ſubueniendum extremæ neceſſitati ſpirituali cum periculo vitæ, aut facultatum.*

3 *Poſſumus inuaſorem vitæ occidere, ſeruato tamen moderamine inculpatæ tutelæ.*

4 *Non tenemur cum periculo vitæ, aut cum notabili damno ſubuenire proximo extra extremam proximi neceſſitatem.*

5 *Superius dicta intelligūtur cum duplici limitatione.*

6 *Poſſumus, ſed nō tenemur vitam noſtram periculo exponere pro vita temporali amicorū, modò alijs dānum indè non ſequatur.*

Præ-

1 PRæmittendum eſt neceſsitatem ſpiritualem duplicẽ eſſe, prima dicitur extrema, & hæc contingit, quando quis non poteſt ſibi aliundè moraliter prouidere; ideo Infans baptizandus exiſtens in mortis periculo, dicitur eſſe in extrema neceſsitate baptiſmi. Altera dicitur neceſsitas non extrema, & hæc contingit, quando quis neceſsitate laborans poteſt ſibi aliunde prouidere.

PRIMA PROPOSITIO.

2 CHaritas obligat ad ſubueniendum extremæ neceſsitati ſpirituali proximi cum vitæ, aut facultatũ periculo. Ita S.Tho. 2.2. quæſt.26.art 5.Malderus ibid. Valentia 2.2. diſp.3. quæſt.4. pun. 3. aſſertione 5.Bannes 2.2.q.26.artic.5. Aragon.ibidem,Reginaldus lib.4.cap.25, nume.359. Ratio eſt quia prima Ioãnis 3.dicitur,Et nos debemus pro fratribus animas ponere, ideſt, ſicut Chriſtus vitã pro nobis poſuit, ita & nos debemus illam ponere pro ſalute proximi, ſaltem dum extrema laborat neceſsitate: propterea ſi infans morti proximus indigeat baptiſmo, illiquè baptiſmum cõferre non poſſimus abſque mortis periculo, tenemur baptiſmum cum mortis periculo conferre.Ita Valentia loco cit. ad finem, Malderus loco cita. Nauar. loco ſtatim citando,& alii. Item ſi quis in articulo mortis exiſtens habeat conſcientiam peccati mortalis,nec valeat actum contritionis elicere, tenemur cum vitæ periculo abſolutionem ſacramẽtalem conferre,ſi petat, modò adſit ſpes conuerſionis, & modò hoc abſque animæ noſtræ periculo facere poſsimus,charitas enim ordinata eſt. Prætereà ſi hæreticus populum hæreſibus peruertat, tenemur cum vitæ periculo huic incõmodo occurrere, ſi nõ adſit alius, qui hoc faciat. Ita S.Thomas 2.2. quæſt.26 art.5.Nauar. cap.24.num. 12.Valentia,& Malderus locis cit. Reginald.nu.357.& alij Docto.cit. alio verò hoc faciente non tenemur; quia proximus non extremè indiget noſtro auxilio:ideo vt aliquis in extrema neceſsitate ſpirituali exiſtere dicatur, ad quã ſubleuandam cum vitę periculo teneamur, duo moraliter conſtare debent, primum eſt, vt proximus in æternum damnandus ſit, niſi auxilium ei præbeatur. Secundò, vt non habeat, à quo ſubleuetur, Ità Nauar. cap. 24. num. 9. Valentia poſt quintam aſſertionem, verſ. Sed eſt, Malderus,& alij.Addit Malderus.2.2.quæſt.26 art.5. aſſertione 1. verſ. dico, tertio requiri etiam vt nobis moraliter conſtet ipſum nõ eſſe propria contritione, aut alia diuinæ gratiæ operatione conuertendum ſine noſtro auxilio. Verũ hoc reuocari poteſt ad id, quod nos primo loco recenſuimus.

Ex dictis ſequitur nos non teneri ad Indos pergere, vt ipſos ad veram fidem inducamus, & conuertamus: nam adſunt alij, qui hoc faciunt,& tenentur facere.

3 Rogabis an dũ aliquis nos iniuſtè inuadit, poſsimus illum occidere ad tuendam vitam propriã; quamuis ſciamus illum conſciẽtia peccati mortalis laborare.

Reſpondeo poſſe, nam qui nos inuadit non dicitur laborare extrema neceſsitate; cum ex ſua ma

litia ſe conijciat in hoc periculum, vt probaui de homicidio, & de irregularitate, vbi hoc intelligendũ eſſe dixi modò ſeruetur moderamẽ inculpatæ tutelæ.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 EXtra neceſsitatem extremã ſpiritualem proximi non tenemur ex charitate proximo ſubuenire cum periculo vitæ, aut cum notabili damno famæ, aut facultatum. Ratio eſt quia magnum nobis ius a natura tributum eſt, ad ſeruandam vitam propriam, & facultates; conſequenter non eſt credibile homines obligari cum tanto grauamine, dum proximus extrema neceſsitate non laborat, & ſperare poſſumus proximum aliter ſaluãdum. Quocirca non tenemur adulterum ab adulterio cũ vitæ periculo retrahere, quia adulter non laborat extrema neceſsitate. Ita Malderus 2.2.q.26.art.5.aſſertione 2. Valẽtia loco cit. Nauar. cap.24. num. 12.

5 Hæc propoſitio intelligẽda eſt primò de neceſsitate non extrema particularium perſonarum: nã ſi loquamur de neceſsitate Cõmunitatis, dicendum eſt illi ſubueniẽdum eſſe cum periculo vitæ, non ſolum quãdo laborat extrema verum etiam quando in graui neceſſitate non extrema exiſtit. Ratio eſt quia bonum ſpirituale Communitatis pręponderat bono priuato; conſequenter illi ſubueniendũ eſt cum periculo vitæ, modò neceſsitas ſit grauis, ita vt illa Communitas non poſsit ſibi aliunde prouidere abſque magna difficultate, hac de cauſa concionator tenetur cum periculo vitæ reprehendere, & corrigere peccata publica, quoties Communitas ruinæ periculum ſubit, vt contingit quando peccata ex ſua natura inficiunt alios; Si verò neceſsitas Communitatis nõ eſt grauis, ſed leuis tantum, nõ tenemur illi cum tanto periculo ſubuenire, quia cuilibet competit ius tuendi vitam, & propria bona, nec recta ratio dictat illa cum graui dãno prodigenda eſſe, dum Communitas leui ſolum neceſsitate laborat: dicitur autẽ leuis neceſsitas, quando Communitas abſque magna difficultate ſibi prouidere poteſt. Secundò intelligenda eſt pręciſa alia obligatione; non enim oẽs æqualiter obligantur ad procurandam proximi ſalutem, vt patet in illis, quibus ex officio incũbit onus procurandæ ſalutis proximi; hos enim obligari ad procurandam proximi ſalutem cum vitæ periculo, non ſolum in extrema proximi neceſsitate, verum etiam in graui, probatur, tum quia ſtrictius obligantur, quam alij; ſed alii obligantur cum vitæ periculo ad ſubueniendum proximo exiſtẽti in extrema neceſsitate, ergò iſti obligantur etiam ad ſubueniendum in graui. Tum quia Ioannis 10. dicitur Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Ita Malderus loc. cit. Valentia loco cit. poſt aſſertionem quintã, verſ. Dico quarto. Reginaldus lib.4 cap 25. num. 336. 348. & 357. & alij ſtatim citandi.

Addo iſtos ratione tanti vinculi, ſeu officij, non ſolũ teneri ſubuenire neceſsitati ſubditorũ ſe offerenti, verùm etiam teneri inquirere, an laborent neceſsitate ſpirituali

ritualı, illisq; neceſsitate laborantibus ſubuenire. Ratio eſt quia habenti maius vinculum, & obligationem incumbit onus maioris diligentiæ adhibendæ. Ita S. Thomas 2.2.quæſt.31. artic.1. Valentia loco cit. verſ.Ex quo ſequitur, & alij,quos in ſimili referam infra de obligatione eleemoſinæ faciendæ, num. 10. Reliqui verò non tenentur ad neceſsitatem inquirendam; cum non habeant tantũ onus, nec vlla ſufficienti ratione probetur ad hoc teneri.

Hinc colligitur Paſtores non poſſe à ſuis ſubditis recedere tempore peſtis, ſed teneri illis ſacramenta miniſtrare cum periculo vitæ, niſi alios miniſtros ſufficientes, & idoneos ſubſtituerint. Ita Malderus loco citato. Valentia loco cita. Tabiena verbo Epiſcopus quæſito 5. Reginaldus locis cita. & nu.246. & num. 360 Valentia loco cit. art.3.Bannes loco cit.quæſtio. 33.artic.3. dub.4. concluſ.4. & alij. Ratio eſt tum quia tenentur ex officio inquirere,& proſpicere neceſſitati ſubditorum ſpirituali. Tum quia bonus paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis.

6 Quæres vtrũ teneamur,aut poſſimus vitam noſtram exponere periculo pro vita tẽporali amicorũ.

Reſpondeo nos non teneri, ſed poſſe vitã exponere ſi velimus pro vita temporali amicorum, modò damnum alijs inde nõ proueniat. Ratio eſt tum quia hic eſt actus honeſtus, & rectæ rationi conformis. Tum quia Ioannis quinto dicitur, Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Hinc ſequitur licitum eſſe cum periculo vitæ inſeruire ijs, qui ſunt infecti peſte. Item licere tabulam mihi neceſſariam in naufragio cedere amico, vt patet, tum ex allatis rationibus,tum ex dictis de homicidio diſp.2. quæſt. vltima puncto 8. nu.9.

Dixi modo damnum alijs inde non proueniat; nam ſi detur caſus, vt alij damnum patiantur, nõ poſſumus vitam noſtrã prodigere pro vita alterius. idcirco ſi ego habeã familiam,quę ſine me nequeat educari, aut ſi ego magis vtilis ſim Reipublicæ quàm amicus, nõ poſſum vitam meam pro amico exponere, quia nequeo iuri alterius cedere, aut damnum alteri afferre. Vide Bannem quæſt.26. ad finem, art.4. Valentiam d. 3. quæſt. 4. pun. 3. & Azor. cap. 4. Malderum loco cit. Leſsium, & alios, quos in ſimili retuli de homicidio lo. cit.

PVNCTVM V.

Vtrum vnum proximũ magis, quàm alium diligere teneamur.

1 *Vnus proximus magis diligendus eſt quam alius.*

3 *Pater magis diligẽdus eſt quàm mater, vel vxor, & quàm filij, cæteris tamen paribus.*

3 *Pater magis diligendus eſt quàm vir beneficus, & quàm creditor.*

4 *Spiritualiter coniunctus in ſpiritualibus præferendus eſt ijs, qui non ſunt nobis coniuncti ſecundum ſpiritum.*

PRæmittendum eſt nos hic non loqui de dilectione intenſiua, qua

qua vnus actu magis intenſo diligitur, ſed de dilectione appretiatiua, qua vnus alteri præfertur.

VNICA PROPOSITIO.

1 VNus proximus magis diligendus eſt, quam alius in caſu neceſsitatis, non ſolùm quo ad actum internum, verùm etiam quò ad externum. Ratio eſt tum quia odium quarundam perſonarũ eſt grauius peccatum, quàm aliarum, vt eſt odium patris, vel matris iuxtà illud Leuit. 20. Qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur, ergo magis tenemur vnũ proximum diligere quam alium; alioquin odiũ non eſſet grauius. Tũ q2 natura dictat magis diligẽdos eſſe coniunctos, quàm extraneos, & ex coniunctis magis diligendos eſſe nobis propinquiores, ergo. Ita S. Thomas 2.2. quæſt. 26. art. 6. Bannes, & Malderus ibidem. Valentia tom. 3. diſput. 3. quæſt. 4. pun. 4. Reginaldus lib. 4. nu. 303. & alij communiter.

2 Quæres vtrum pater magis diligendus ſit, quam mater, vel quam vxor, vel filij, ſeu quinam ordo ſeruandus ſit in dilectione proximi.

Reſpondeo cæteris paribus magis diligendum eſſe patrem illiquè potius ſubueniẽdum eſſe in neceſſitate corporali quàm alijs. Ita cõmuniter Docto. cum S. Thom. loco citato arti. 10. Ratio eſt quia ſicut Deus magis appretiatiuè diligendus eſt ſuper omnia; cum ipſe ſit ſummum bonum, & ab ipſo, quicquid habemus, acceperimus, ita magis diligendus eſt pater, quàm cæteri; cum ipſe ſit præcipuum noſtri eſſe naturalis principium, ipſiq; præcipua cura incumbit alendi, & inſtituendi filium. Diligendus eſt igitur. Primo loco pater. Secundo loco mater ob conſimilem rationem. Tertiò loco vxor, quia reputatur vna caro cũ marito. Quarto filij, nam ipſi ſunt cæteris coniunctiores, & de ſubſtantia patris proceſſerunt. Quanquam huius ordinis peruerſio non videtur ſufficiens ad mortale peccatum propter exiguam inter has perſonas diſtantiam, vt docent communiter Theologi teſte Maldero art. 9. propoſitione 3. Quinto loco diligendi ſunt cæteri conſanguinei, itaut cõiunctiores præferantur alijs; nam recta ratio dictat diligendos eſſe coniunctiores. Sexto loco cæteri non conſanguinei, & cæteris paribus præferendus eſt vir iuſtus peccatori, cum probitas, & iuſtitia hominum mentes in ſui amorem peculiariter trahat, & alliciat. Ita Aragon. 2.2. quæſt. 26. artic. 9. Reginaldus lib. 4. num. 305. cum ſequent. & alij communiter.

Dixi cæteris paribus, nam aliundè fieri poteſt, vt hic ordo peruerti poſsit, vnde ſi mater ſit valdè benefica erga filiũ in temporalibus, & ſpiritualibus, pater verò ſit valdè crudelis, & negligens circa filii curam, filius poterit magis diligere matrem; illamquè præferre patri, dum vterque neceſsitate laborat; quia non adſunt omnia paria. Ita S. Thomas 2. 2. quæſtio. 26. artic. 10. Arragonius, & Malderus ibidem, Reginaldus lib. 4. nu. 311. & alii Commentatores S. Thomæ loco citato.

3 Item aliqui Doctores putãt mihi licitum eſſe præferre patri, aut matri eum, qui me à periculo vitæ eri-

eripuit. Ego verò exiſtimo hoc beneficium non eſſe tanti momenti, vt ille præferendus ſit patri, à quo filius, eſſe, & multa bona accepit. Ita S. Thomas 2.2.quæſt.31.ar.3.ad tertium, Reginaldus lib.4. nu.307. & alij, qui hoc idẽ aſſerunt de creditore reſpectu vxoris, & filiorum, ſed de hac re infra.

Rurſus aliqui DD. arbitrãtur, creditorẽ in extrema neceſſitate exiſtentem, poſſe præferri patri, vel alijs conſanguineis. Ego verò contrariũ exiſtimo, modò debitor iuſtè retineat rem, ex qua debet neceſſitati ſubuenire. Ratio eſt q.i non viget tunc temporis obligatio reſtituendi creditori; cum neceſſitas extrema faciat omnia communia, viget verò obligatio, qua tenemur patrem cæteris præferre. Ita Luiſius Turrianus diſp.82.dub.9.ad finem, & alij, quos infra referam. Poſſumus tamen, ſed non tenemur peccatorem in extrema neceſſitate temporali exiſtentem præferre homini iuſto, vt illi pœnitentiæ tempus vacet; non enim videntur cætera paria propter periculũ ſalutis æternæ, cui peccator in neceſſitate derelictus exponeretur.

4 Ex dictis patet quid dicendum ſit de ijs, qui ſunt nobis ſpiritualiter coniuncti; dicendum enim eſt patrem ſpiritualem, in neceſſitate ſpiritualium exiſtentem, præferendum eſſe filio ſpirituali, & filiũ ſpiritualem præferendum eſſe cæteris, qui nõ ſunt nobis ità ſpiritualiter coniuncti; ſicut enim ordo ſeruandus eſt erga corporaliter propinquos, ita etiam recta ratio dictat ſeruandum eſſe erga ſpiritualiter coniunctos.

Addo probabiliter ſuſtineri poſſe patrẽ ſpiritualem in neceſſitate ſpirituali, præferẽdũ eſſe patri carnali; & naturali; ſicut.n.in neceſſitate temporali pater præfertur cæteris, qui ſunt nobis coniuncti ſecundum naturam ex S.Thom.2.2.q.26. Reginald.num.314.& Commentatoribus S.Thomæ loco cit. ita in neceſſitate ſpirituali præferẽdi ſunt, cæteris paribus, illi, qui nobis ſunt magis coniuncti ſecundum ſpiritũ. Ita Abulenſis in cap. Matthæi quæſtio.66. Reginaldus nu. 317. & alij Doct. ſtatim citandi, Contra Malderum loco cit. arr.8.ad finem.

Dixi cæteris paribus; nam ſi aliquis non ſit nobis proximè coniũctus ſecundũ ſpiritum, fieri poteſt, vt præferendus ſit pater carnalis. Ratio eſt tum quia non ſunt cætera paria, Tum quia magna eſt erga Patrem obligatio. Ita S.Thom. loco cit. art.8. Valentia loco citato puncto 6. verſi. Tertio ſequitur Malderus loco cit.

Hactenus locuti ſumus de ordine charitatis ſeruando inter priuatas perſonas; Verum ſi quæratur, vtrum perſona publica magis diligi debeat, quam quælibet priuata.

Reſpondendum erit affirmatiuè, quia perinde eſt, ac diligere Communitatem; cum ipſius Communitatis vices ſuſtineat, & ſicut tenemur perſonam, ex qua magnum Communitati bonum ſequitur, nobis ipſis præferre, ita etiam alijs priuatis præferre tenemur. Ità Valentia tomo 3.diſp.3. quæſtio.4. puncto 5. & alij, quos in ſimili referam puncto ſequenti, ommiſſis ijs, quos retuli de homicidio in ſimili.

PVNCTVM VI.

Vtrum teneamur ex charitate proximum noſtrum in ægeſtate cõſtitutum ſubleuare per eleemoſynam.

1 *Quid nomine eleemoſynæ intelligatur, & quot ſint opera Miſericordiæ.*

2 *Ex præcepto diuino, & naturali tenemur eleemoſynam facere.*

3 *Eleemoſyna facienda eſt, dum proximus in extrema neceſſitate exiſtit.*

4 *Neceſſitas alia dicitur extrema, alia grauis, & alia communis.*

5 *An ex ſuperfluis vitæ, & ſtatui facienda ſit eleemoſyna in graui, vel communi neceſſitate.*

6 *Ponitur ſententia negans.*

7 *Ponitur ſententia media.*

8 *Ponitur ſententia auctoris affirmãs, & reſpondetur ad argumenta in contrarium.*

9 *Aduocatus, & Medicus peccant non ſubueniendo indigenti ipſorum opera.*

10 *An teneamur pauperes inquirere.*

11 *Habens ſuperflua vitæ, ſed non ſtatui, non tenetur in graui, vel communi neceſſitate eleemoſynam facere, ſecus in extrema, vel quaſi extrema, modò non ſit probabile periculum, vt nos etiam in eandem incidamus.*

12 *Si multi diuites norunt alicuius indigentiam, ſinguli tenentur ſubuenire, quanquam vno faciente eleemoſynam, cæteri manent exẽpti.*

13 *An denegans modicam eleemoſynã pluribus peccet mortaliter.*

14 *An debitor teneatur reſtituere creditori poſito in ſimili neceſſitate.*

15 *Qui tradit aliquid contractu mutui, aut commodati, non ſatisfacit præcepto eleemoſynæ, quo tenetur eleemoſynam facere ſimpliciter indigenti.*

16 *An qui aliquid accepit, illudquè cõſumpſit in neceſſitate, teneatur trãſacta neceſſitate reſtituere.*

17 *An poſſimus, vel teneamur cibum illi præbere, qui damnatus eſt, vt fame pereat.*

18 *An omnibus indigentibus facienda ſit eleemoſyna.*

19 *Poſſunt excuſari excludentes peregrinos à Ciuitatibus, ſi hoc faciãt iuſta de cauſa.*

20 *Tenemur inimicis in neceſſitate conſtitutis ſubuenire, hoc tamen intelligitur cum diſtinctione.*

21 *Eleemoſyna facienda eſt ex proprijs bonis regulariter loquendo.*

22 *Eleemoſyna fieri non poteſt de iniuſtè acquiſitis, quorum quis non eſt effectus dominus.*

23 *Habens bona fiſco addicta, poteſt ante ſententiam pauperibus eleemoſynam conferre.*

24 *An vxor, filiusfamilias, Religioſus, & beneficiarius teneantur, aut poſſint eleemoſynam facere, reſpondetur remiſſiuè.*

25 *Beneficiarius, & Commendatarius quam partem fructuum beneficij teneantur expẽdere in eleemoſynã.*

26 *Tutores, & Curatores eleemoſynam facere poſſunt.*

27 *Qui eleemoſynam accepit in pauperes diſtribuendam poteſt eã ſibi applicare, modò indigeat, nec aliter conſtet de mente domini.*

28 *Quo ordine facienda ſit eleemoſyna.*

29 *Qui pauperi indigẽti denegauit eleemoſynam, nõ tenetur tranſacta neceſſitate reſtituere.*

Præ-

1 PRæmittendum eſt nomine eleemoſynę intelligi actum, quo aliquid alteri ex compaſsione damus ad ipſius ſubleuandam neceſsitatem propter amorē, ſeu bonitatem Dei, & hic dicitur actus miſericordię corporalis imperatus à charitate, ſi ob amorem Dei fiat. Opera miſericordiæ ſunt quatuordecim ſeptem corporalia, & ſeptē ſpiritualia, de quibus agit S.Thom. 2.2.quæſt.32.art.2. Bellarmin.libro 3. de bonis operibus, cap.2. Reginaldus. & alij DD. ſtatim cit. corporalia cōpręhēdūtur hoccarmine

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Ideſt viſitare infirmū, potare ſitientē, paſcere eſurientē, redimere captiuum, veſtire nudū, colligere hoſpitem, ſepelire mortuos. Ex quo patet ſepelire mortuos eſſe opus miſericordiæ, tum quia apud nos magna cenſetur miſeria carere ſepultura, tum quia ſepultura Eccleſiaſtica licet per ſe directè non proſit animabus in Purgatorio exiſtētibus, iuuat tamen per accidens, quatenus ſepulcra mortuorum excitant memoriam fidelium ad orādum pro defunctis. Hinc collige cum Banne 2. 2. quæſt. 32. artic. 2. concluſ. 2. Turriano ibidem diſp. 81. dub. 1. ad finem, eum peccare mortaliter, qui nō ſepelit mortuos, dum ſine ſuo graui incommodo ſepelire poteſt, nec adeſt alius, qui hoc faciat: nam prætermittit graue opus miſericordiæ. Septem opera miſericordiæ ſpiritualia compręhenduntur hoc verſu.

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

Ideſt docere ignorātem, corrigere peccantem, conſolari triſtem, remittere offendenti, portare oneroſos, & orare pro omnibus.

His poſitis ſex principaliter quęrenda ſunt. Primò vtrum teneamur proximo ſuccurrere per eleemoſynam; Secundò quandonam teneamur. Tertiò quibus. Quartò ex quibus bonis. Quintò quo ordine. Sextò vtrum, qui pauperibus in neceſsitate cōſtitutis non fecit eleemoſynam, teneatur tranſacta neceſsitate aliquid reſtituere.

PRIMA PROPOSITIO.

2 NOn ſolum ex præcepto Diuino, verum etiam naturali tenemur per eleemoſynam ſuccurrere proximo. Quod teneamur ex præcepto Diuino conſtat, tum ex prima ad Thim. vlt. Diuitibus huius ſeculi præcipe facilè tribuere, tum ex Matth.25. vbi multi ob omiſſam eleemoſynam damnantur, Eſuriui & non dediſti &c. Nemo autem damnatur ob violationem conſilij; ſed ob mortalē tranſgreſsionē. Quod verò teneamur ex pręcepto naturali, patet ex principio legis naturæ. Quod tibi vis fieri alteri feceris, & ex pręcepto diligēdi proximum. Vide Valentiam to. 3 diſp. 3. quæſt 9. pun.4. Medinam Codice de Eleemoſyna par. 3. Reginaldum, lib. 4. cap. 20. num. 240.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 TEnemur eleemoſynam facere, & ſubuenire proximo, dum extrema neceſsitate laborat. ita communitęr DD. cum S.Thom. 2. 2. quæſt.32. art.5. Ratio eſt quia naturalis rō hoc ſatis dictat, & pręceptum diligendi proximum apertè indicat. Obſerua tamen cum

Mal-

Maldero 2.2.quęſt.32.art.6.& alijs, aſſerēti ſe extrema neceſsitate laborare non facilè credendum eſſe; cum hoc aſſerat in propria cauſa. quamobrem, vt aliquis dicatur exiſtere in extrema neceſsitate, quam teneamur ex præcepto ſubleuare, non ſufficit aſſertio ipſius indigentis, vel etiam Parochi, vel Confeſſarij teſtantis de illius neceſsitate; quia fieri poteſt, vt etiam ipſi decipiantur, niſi teſtentur de viſu, ſed requiritur, vt moraliter conſtet de illius indigentia; moraliter autem cōſtare poteſt per aſſertionem alicuius teſtantis de viſu, poſito tamē dubio de neceſsitate alicuius extrema adhibenda eſt diligentia ad rei veritatem indagandam, ne nos periculo exponamus faciendi contra præceptum eleemoſynæ, vt docet idem Malderus loco cit. dub.2. verſ. Dico primo, & patet ex regulis generalibus traditis de peccatis: quanquam non eſt facilè credendum eos extremè indigere, qui in publicis vijs expoſiti eleemoſynā petunt, etiamſi extremę neceſsitatis clara ſigna præbere videantur. Tum quia teſtes in propria cauſa ſuſpitionis nota nō carent. Tū q̃a his ſignis exagerationis, aut ſimulationis gratia vtuntur, vt eleemoſynam extorqueant. Ita Malderus loco cit. dub. 2. ad finem, Nauar. cap.24.num.9. Reginaldus libro 4. cap.20. num.225.

4 Quæres primo, Vtrum teneamur eleemoſynā facere, etiam extra neceſsitatem proximi extremā. Solutio iſtius difficultatis facilè colligetur ex dicendis; ſed prius.

Pręmittendum eſt primo neceſſitatem triplicem eſſe; Prima dicitur cōmunis, & eſt illa, quæ paſsim occurrit, vt eſt illa pauperum hoſtiatim ſtipem quærentium, vel eorum, qui in hoſpitali domo cauſa pietatis aluntur, ſecunda dicitur grauis, & eſt illa, quam incurrunt, qui non habent neceſſaria ad ſuū, & ſuorum ſtatum, & conditionem, tertia dicitur extrema, vel quaſi extrema, & eſt illa, quam quis patitur cum probabili mortis periculo: ideò ſi periculum ſit, vt Titius fame pereat, niſi ego dem ipſi cibum, aut ſi latro minetur Titio mortem, niſi det ſibi decem nummos aureos, quos non habet, Titius dicitur eſſe in extrema neceſsitate, quia hęc neceſsitas ipſum conſtituit in probabili vitæ periculo; ſi verò Titius velit ſe ipſum interficere, niſi ego dem ipſi mille aureos, non dicitur eſſe in extrema neceſsitate; hæc enim eſt malitioſa neceſsitas, quā Titius voluntariè patitur, & à ſe poteſt amouere. idem dic de auaro, qui non vult quidquam ſui inſumere, quo ſuę neceſsitati conſulat. Vide S. Thomam, quæſt.32.art.6. Petrum de Lorca ibidem, art.9.diſp. 37.num.11. Azorium, cap.9. quæſito 5. & 7. Malderum, quæſt.32.art.6.

5 Præmittendum ſecundo ea, ex quibus facienda eſt eleemoſyna, aut eſſe ſuperflua vitę, & naturę proprię, ſed nō ſtatui, aut eſſe ſuperflua non ſolum vitę, verumetiam ſtatui, vt benè docet S. Thomas 2. 2. q. 32. art.5. Vaſquez. in opuſculis moralibus trac. de eleemoſyna, cap.1. dub.5. Nauar. in Manuali, cap.24. num.6. Reginaldus, libro 4. cap.20. num.249. & alij Cōmentatores S. Thomæ. Bona dicuntur ſuperflua vitæ propriæ, ſed non ſtatui, quando poteſt quidem ſine illis ſuſtentari vita, non vero decens perſonæ ſta-

ſtatus; tunc verò dicũtur ſuperflua vitæ,& ſtatui,quando ſine illis ſuſtentari poteſt vita,& decens perſonæ ſtatus.

His poſitis, Reſpondeo nos teneri de ſuperfluis vitæ, & ſtatui facere eleemoſynam proximo,etiam extra neceſsitatem ipſius extremã, vel quaſi extremam,ſeu in communi,aut graui pauperum neceſsitate. In hac concluſione nõ conueniunt omnes Doctores, ſed in varias ſententias abierunt.

6 Prima ſententia eſt negatiua, quam ſequitur Gerſon , Turrecremata , S. Antoninus , & alij apud Valentiam tom. 3. quæſt.9. pun. 4. fol. mihi 633. §. Quæ ſint controuerſa, apud Azor. 2.par.lib.12.quęſito 2.cap.7. apud Turrianum dub. 4. & apud Vaſquez in opuſculis de eleemoſyna, cap.1.dub.3. & cap.3. dub.4.nu.14. Ratio eſt primo quia , qui non procurat ea, quæ non ſunt ſibi neceſſaria ad ſuſtentandam vitam , non peccat mortaliter; ergo neque peccat mortaliter,qui alteri non ſuppeditat ea , quæ non ſunt neceſſaria ad illius vitæ ſuſtentationem;ergo non tenemur eleemoſynam facere proximo exiſtenti in cõmuni , vel graui neceſsitate, ſed tantum exiſtenti in extrema , vel quaſi extrema . Secundò quia ſequeretur plurimos diuites,eorumq; Cõfeſſarios de lethali culpa damnandos eſſe; cum non ſoleant communibus pauperum neceſsitatibus ſuccurrere, aut ad ſuccurrendum inducere.

7 Secunda ſententia docet in extrema,aut etiam in graui , non verò in communi pauperum neceſsitate faciendam eſſe eleemoſynam ex præcepto obligante ſub mortali . Ita Couarruuias 3. var. cap. 14. Petrus Nauar. lib.3. cap.1.nu.358. Malderus loco cit. dub. 4. propoſitione prima,& ſecunda,& alij; hæc ſententia quoad primam partem probari poteſt argumentis in tertia ſententia adducendis ; quoad ſecundam verò partem probatur rationibus allatis pro prima ſententia.

8 Tertia ſententia affirmat de ſuperfluis faciendam eſſe eleemoſynam etiam in ordinarijs pauperũ neceſsitatibus , prout quiſq; iudicauerit eleemoſynam faciendam eſſe pro loco,& tempore,& abſque ſuo notabili incõmodo. Ita S. Thomas, Caiet., Nauar. & alij apud Valentiam , & Azorium locis cit. apud Bannem, quæſt.32.art.6.dub. 2.apud Malderum 2.2.quæſt.32.artic.6.dub.4. verſ. Aliorum ſententia , & apud Luiſium Turrianum 2. 2. diſp 81.dub.2. quibus adde Bellarmin. tom.3. de bonis operibus, lib.3. cap.7. Becanum 2.2.cap. 21. num.8. Reginaldum, lib.4 cap.20. num. 252. & 257. Petrum de Lorca,diſp.39.num.14.& 22. Ratio eſt quia Luc. 11.dicitur Quod ſupereſt date in eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis , quo in loco cum ſermo ſit abſolutè de ſuperfluis , dicendum eſt de ſuperfluis faciendam eſſe eleemoſynam,non ſolum in extrema,aut graui,verum etiam in ordinaria , & communi pauperum neceſsitate . Et ſecunda ad Timoth.vlt. Diuitibus huius ſeculi præcipe facilè tribuere ; facilè autē tribuitur collata pauperibus eleemoſyna in ordinarijs ipſorum neceſsitatibus . Alias rationes videte apud Valentiam,& apud DD. cit. quorum ſentẽtiam valdè piam

& ſa-

& ſatis probabilem exiſtimo.

Ad primum argumentum primę ſententiæ, quæ probabilis eſt ob Doctorum auctoritatem.

Reſpondeo negando conſequētiam; quamuis enim aliquis poſsit ſtudio perfectionis negligere ea, quæ non ſunt ſibi ad vitam neceſſaria; non tamen hinc ſequitur diuitem non teneri eleemoſynā pauperi tradere, ſi pauper eam velit acceptare, vt patet à ſimili de creditore, qui licet non teneatur ſolutionem ſibi debitam procurare, nihilominus debitor tenetur eam præſtare.

Ad ſecundum. Reſpondeo multos diuites excuſari poſſe, tū propter contrarias ſententias, quæ probabiles ſunt, tum quia confeſſarij non ſemper arbitrantur eleemoſynam ex præcepto faciendam eſſe.

9 Ex dictis colligi pōt primo à ſimili cū Azorio c. 8. quæſito 5. Vaſquez in opuſculis, cap. 1. de eleemoſyna dub. 4. num. 33. Corduba, & alij, Contra Caiet. 2. 2. quæſt. 71. art. 1. Aduocatum peccare mortaliter non ſuſcipiendo patrocinium pauperis, & Medicum, vel Chyrurgum non præſtando operam ſuam indigenti; ſicut enim tenemur de ſuperfluis vitæ, & ſtatui ſubuenire communi, vel graui pauperum neceſsitati, ita Medicus, aduocatus, vel Chyrurgus tenetur à fortiori operam ſuam præſtare, quæ ſibi neceſſaria non eſt; & ſicut diues, qui eſcas non habet, ſed duas tunicas, tenetur tunicam vendere ad ſubueniendum pauperi eſcis indigenti, iuxta Malderū lo. cit. dub. 2. ita, &c.

Secundo diuites, qui de ſuperfluis non faciunt eleemoſynam, extra extremam, vel quaſi extremā neceſsitatē grauiter peccare, quāuis habeant intentionē conſtruendi templa, aut omnia pauperibus relinquendi poſt mortem; nam hęc intentio non tollit obligationem, nec facienda ſunt mala, vt eueniāt bona. ita Azor. cap. 9. quæſito 4. & alij communiter.

10 Sed modo dubium eſt primo; vtrum habentes ſuperflua vitæ, & ſtatui pauperes inquirere teneātur.

Reſpondeo negatiuè, ſed ſufficit, vt animo parati ſint ad eorum neceſsitates ſubleuandas, dum occurrerint; nam præceptum charitatis non adeò ſtrictè obligat. Secus dicendum eſt de Epiſcopis; iſti enim tenentur ex officio neceſsitatibus occurere, nā patres pauperum nuncupantur; conſequenter ſpeciali onere tenentur pauperes inquirere, vt ipſorum ſubleuent indigentiam. Ita S. Thomas 2. 2. quæſt. 21. art. 1. Malderus quęſt. 32. art. 6. dub. 2. in principio. Vaſquez in opuſculis, cap. 4. de eleemoſyna, num. 14. Corduba, lib. 2. quæſtionū, quæſt. 14.

11 Secundò dubium eſt, vtrum habentes ſuperflua vitæ, ſed non ſuo ſtatui, & ſuorum, teneantur eleemoſynam pauperibus facere.

Reſpondeo non teneri in cōmuni, aut graui priuatorum neceſsitate eleemoſynam facere de ſuperfluis vitæ, ſed non ſtatui; teneri verò in extrema, vel quaſi extrema neceſsitate, modò non ſit periculum, vt ipſi in ſimilem neceſsitatē incidant, quod non teneātur in cōmuni, vel graui priuatorum neceſſitate patet, tum ex rationibus in prima ſentētia ſuperius allatis. Tū quia recta ratio non dictat nos teneri neceſſaria noſtro ſtatui contēnere ad ſubueniendum communi,

aut

aut graui priuatorum neceſsitati. Caietanus verb. Eleemoſyna Petr. Nauar. de reſtitut. lib. 3. cap. 1. num. 358. Reginald. lib. 4. cap. 20. num. 256. & Alij, Contra Valentiam, & Bannem locis cit. Turrianum, dub. 4. circa medium, & alios. Quod verò teneamur de ſuperfluis vitæ, ſed non ſtatui eleemoſynā facere pauperibus in extrema, vel quaſi extrema neceſsitate exiſtentibus, cōſtat, quia ratio naturalis dictat vitam proximi præferendam eſſe decenti noſtro ſtatui; eam autem nōn præfert, qui de ſuperfluis vitæ non ſubuenit proximo laboranti extrema, vel quaſi extrema neceſſitate. Ita DD. ſtatim citandi; quāuis nonnulli oppoſitum ſentiant.

Hoc tamē limita, modò quis nō timeat fore, vt etiam ipſe paulò poſt in ſimilem indigentiam incidat. Ratio eſt quia quod parum diſtat nihil diſtare videtur: ſicut autem exiſtens in extrema, vel quaſi extrema neceſsitate non tenetur alteri ſubuenire cum tanto periculo, ita neq; tenetur ſubuenire per eleemoſynam, ſi timeat ſe paulo poſt in ſimilem indigentiam lapſurū. Ita Reginaldus, lib. 4. cap. 20. num. 229. Vaſquez loco cit. num. 29. Valētia pun. 4. cit. verſ. Secūdò certum, Medina de eleemoſyna quæſito 3. dub. 1. Becanus loco cit. num. 5. Azor. cap. 7. quæſito 5. Malderus dub. 2. cit. & dub. 5. ad finem.

In reſponſione ſecundi dubij dixi habentes ſuperflua vitæ, ſed non ſtatui non teneri eleemoſynā facere in communi, aut graui priuatorum neceſsitate; Nam ſi loquamur de neceſsitate communitatis, ſeu publicæ perſonæ cenſeo non ſolum habentes ſuperflua vitę, aut ſtatui; verum etiam eos, qui nō habēt ſuperflua, nec vitæ, nec ſtatui, teneri ex ſibi neceſſarijs ad vitam ſubuenire Principi, vel alteri perſonæ publicæ valdè neceſſariæ reipublicæ, non ſolum dum extrema, verùm etiam dum graui neceſsitate laborat. Ratio eſt quia bonum publicum præferēdum eſt priuato, vt dictum eſt pun. 4. propoſitione 2. Ita Caietan. de eleemoſyna, c. 5. Aragon. loc. cit. artic. 6. Valentia tom. 3. diſp. 3. quæſt. 4. pun. 5. ad finem, Becanus, num. 7. & Alij contra Sylueſtrum, quæſito 4. Ricardum in 4. diſt. 15. art. 2. quæſt. 5. Malderum art. 6. dub. 1.

12 Quæres ſecundo; vtrum quando multi diuites norūt alicuius indigentiam, teneantur ſinguli ad eam ſubleuandam.

Reſpondeo ſingulos per ſe teneri, etiamſi non æqualiter diuitijs affluant. Ratio eſt tum quia præceptum charitatis afficit ſingulos, & vnicuiq; mandatum eſt de proximo ſuo. Tum quia non eſt maior ratio, cur vnus teneatur, & nō alij, quamquam vno ſubueniente alij remanent exempti ab obligatione ſubueniendi, quia proximus neceſſitate non amplius laborat; cum alter ipſius neceſsitatem ſubleuarit. Ita Vaſquez, cap. 2. dub. 3. Azor. cap. 8. quęſito 5. Malderus art. 6. cit. Reginald. num. 247. & alij communiter, teſte Valentia loco cit. pun. 4. verſ. Tertiæ deniq; circumſtantię, & Petro de Lorca diſp. 39. n. 50. Immò illum ab obligatione faciēdæ eleemoſynæ poſſumus eximere, cui certò, aut probabiliter conſtat pauperis neceſsitatem ab alio ſubleuandam eſſe; Nam perindè videtur, ac ſi pauper ab alio fuiſſet

adiu-

adiutus, cum paratum habeat ſubſidium, quo ipſius neceſsitas ſublenetur. Ita Becanus 2.2.cap.21.num. 5. Reginaldus lib.4.num.247.& 251. Vaſquez in opuſculis, cap. 1. de eleemoſyna dub.3.num.28. Malderus, & alij loc. cit.

13 Quæres tertio; vtrum peccet mortaliter, qui leuem eleemoſynā denegat pluribus pauperibus, quibus ſingulis tenebatur ſolum ſub veniali modicam illam eleemoſynam tradere.

Reſpondendū videtur affirmatiuè. Ratio eſt quia leues illæ eleemoſynæ videntur vnam materiam notabilem conſtituere ſufficiētem ad mortale peccatum, vt patet à ſimili de eo, qui modicam à pluribus pecuniæ quantitatem accipit, quæ ſimul ſumpta grauem, & notabilem materiam conſtituit, vt cum Vaſquez 1. 2. diſp.146. cap.1. & alijs, docui de reſtitutione, diſp.2.quęſt. 8.pun.2. & idem in terminis tradidit Luiſius Turrianus 2. 2. diſp.82. dub.2.ad finem. Quamquam multos à mortali excuſandos arbitror ob inaduertentiam, vt patet ex regulis generalibus traditis de Peccatis.

14 Quæres quartò; vtrum debitor extremā patiēs neceſsitatē, teneatur reſtituere rem acceptā, ſeu ſoluere debitum creditori ſimili neceſsitate laboranti.

Rn̄dendū eſt negatiuè per ſe loquēdo, ſiuè rē acceperit medio cōtractu, ſiuè ſine præuio cōtractu. Rō eſt quia melior eſt conditio poſsidentis, qui nō dicitur rem alienam retinere, cum ob extremam neceſſitatem omnia ſint communia. Ita Sot.4. de iuſt. quæſt.7. art.4. Caiet. quæſt.262. art.5. ad 4. Azor.lib.12. Luiſius Turrianus ex parte diſputa. 82.dub.9. Toletus, lib. de 7. peccatis, cap. 39. Reginaldus, lib.4 num. 316. qui etiam docent in tali euentu vxorem, auum, parentes, filios, immò etiam fratres præferri poſſe creditori; nam maius eſt debitum naturale, quod debetur illis, quam debitum morale, quo tenemur erga creditorem.

Contrarium docet Vaſquez in opuſc. cap. 1. de eleemoſyna dub. 9. Nauar.cap 17.num.60. Petrus de Lorca 2. 2. d.38. num.10. & alij arbitrātes debitorem teneri tūc reſtituere domino, quæ ſunt obnoxia reſtitutioni in ſpecie; ſecùs quæ nō ſunt in ſpecie, ſeu potius numero, vt loquuntur Theologi, reſtituēda. Et hoc valere putant non ſolum, quādo debitor ipſe laborat extrema neceſſitate; verùm etiam dum in eadem exiſtit vxor, parentes, aut filij; ſecus ſi fratres; cum non teneamur tanto charitatis onere ſubuenire fratribus, ac parentibus, vxori, & filijs. Sed probabilior eſt noſtra ſententia; quæ tamen limitanda eſt, modò debita non acceperit iniuſtè, dum verus rei dominus eadē neceſſitate laborabat; tunc enim rem adhuc extantem tenetur reſtituere domino eandem neceſſitatē patienti, Ratio eſt quia ſicut non potuit illam auferre à domino eadem neceſsitate laborante, & rem ſuam tunc temporis poſsidenti, ita nec poteſt ea vti dum extat rei dominus, qui ſimilem patitur neceſſitatem, & eſt potioris conditionis ratione dominij, & poſſeſsionis. Ita Turrianus loc. cit. & alij, quos retuli de reſtitutione. Secus dicendū eſt de eo, qui accepit ante neceſsitatem, & termino conſtituto non

ſoluit;

Digitized by Google

ſoluit; non enim tenetur aduenié-te neceſsitate reſtituere; quia ob iniuſtam ſolutionis faciendæ dilationem non amiſit ius ſeruandę vitæ ſuæ, & ſuorum, nec contraxit obligationem præferendi creditorem incidentem in parem neceſsitatem. Ita Aragon. 2.2. quęſt. 31. art. 3. Reginaldus, lib. 4. num. 316. Vaſquez loco cit. num. 72. & alij.

Ex quo patet primo differẽntia inter debitorem, qui rem alienam retinet in extrema neceſsitate, & inter eum, qui rem alienam retinet in graui; Nam qui retinet in extrema neceſsitate, nõ tenetur eam reſtituere creditori ſimilem neceſsitatem patienti: niſi eam acceperit, dum creditor eſſet in pari neceſsitate; qui verò rem alienam retinet in graui neceſsitate, tenetur eam reſtituere domino ſimili neceſsitate laboranti; quia creditor non amiſit dominium rei. Hoc tamen intellige, modò debitor non acceperit medio aliquo contractu trãſferente dominium; tunc enim conſulendum eſt, an lapſus ſit terminus ad ſoluendum, & ſeruandæ ſunt regulę traditæ de reſtitutione, diſp. 1. quæſt. vlt. pun. 1. propoſitione 2.

Secundò patet eum, qui rem alterius commodatam, vel locatam, vel pignori datam retinet pro tempore, quo vterq; laborat extrema neceſsitate, non teneri domino reſtituere, quia melior eſt conditio poſsidentis, & neceſsitas extrema facit omnia cõmunia. Ita Vaſquez loco cit. num. 73.

Tertiò patet quandonàm debitor nõ ſoluens creditori teneatur ad reſtitutionem damnorum, quæ paſſus eſt creditor, vt ſi creditor moriatur, vel aliud damnum patiatur ob denegatam ſibi reſtitutionẽ tempore neceſsitatis extremæ, qua vterq; laborabat; cenſeo enim debitorẽ nõ teneri ad reſtitutionem, niſi rem acceperit à domino conſtituto tunc temporis in neceſsitate; tunc enim peccauit contra iuſtitiam, nec ius habebat ſeruandæ vitæ cum iniuria alterius, cuius melior erat conditio ob dominium, & iuſtam poſſeſsionem. Ità ſentire videtur Vaſquez loco cit. nu. 73., & Clauis Regia, quam retuli de reſtitutione loco cit. num. 31.

15 Quæres quinto; vtrum ſatisfaciat præcepto faciendæ eleemoſynæ, qui laboranti extrema neceſsitate dat aliquid non in eleemoſynam, & gratis, ſed titulo contractus, vel mutui, vel alterius contractus.

Reſpondeo non ſatisfacere, niſi gratis, & in eleemoſynam tradat. Ratio eſt quia præceptum obligat ad actum virtutis eleemoſynæ; non verò ad alium actum; ergo, qui titulo mutui, vel alterius contractus dat alteri id, quo indiget, non ſatisfacit præcepto; cum non faciat actum præcepti. Ita Sotus lib. 4. de iuſt. & iure quæſt. 7. art. 1 ad 4. Bannes quæſt. 32. art. 6. dub. 3. Becanus loc. cit. num. 9. Azor. cap. 9. quæſito 9 Medina C. de eleemoſyna, quęſt. 6. Luiſius Turrianus diſp. 82. dub. 5. verſ. Sexto abſolutè, & dub. 7. Valentia tom. 3. diſp. 3. quæſt. 9. pun. 4. verſ. Septimò certiſsimum pagina mihi 631. Petrus Nauar. lib. 3. cap. 1. num. 365. Reginaldus, lib. 4. cap. 20. num. 260. Petrus de Lorca, diſp. 39. num. 52. membro 4. Corduba, & alij contra Nauar. cap. 17. num. 61. & cap. 24. num. 5. Leſsium cap. 16. num. 8. dub. 1. Toletum, libro 5. cap.

24. Vaſquez, dub. 7. num. 54. & ſequentibus, & alios.

Concedo tamen mutuantem ſatisfacere mutuando ei, qui licet in vno loco extremè egeat, nihilominus alibi habet bona ad ſoluendũ; Nam hic non indiget ſimpliciter, vt ſibi res gratis detur, ſed vt ſibi mutuo detur; conſequenter mutuãs ſatisfacit mutuãdo; cum faciat actum præceptum; ſicut etiam ſatiſfacit præcepto, qui indigenti veſte, equo, vel lecto commodat veſtem, lectum, aut equum pro tempore indigentiæ, vt patet ex allata ratione. Itã Valentia loc. cit. Sot. Medina, Malderus, Reginaldus, Vaſquez, Becanus, Turrianus, Bannes, & alij locis citatis. Concedo etiam cum Banne, Vaſquez, Turriano, Medina, Reginaldo, & alijs, diuitem non teneri dare eleemoſynam illi, qui ſuo labore victum ſibi comparat, etiamſi nihil aliũdè habeat; Nam iſte non cenſetur in neceſsitate, conſequenter volens aliquid illi tradere, poteſt hac conditione tradere, vt reſtituat, & ſoluat; Nos verò locuti ſumus de exiſtentibus in neceſsitate Videte Turrianum; diſp. 82. dub. 6 & 7. Valentiam, Bannem, Becanum locis cit. Reginaldũ loco cit. cap. 23. num. 296. Toletum lib 4. cap. 31. & Vaſquez in opuſculis, cap. 1. de eleemoſyna dub. 6.

16 Sed modò dubium eſt vtrum, qui aliquid accepit, illudque conſumpſit in extrema neceſsitate, teneatur tranſacta neceſsitate reſtituere.

Reſpondeo cum Azor. libro 12. cap. 7. Sylueſtro v. Furtum quæſito 5. Angelo eodem v. num. 10. & alijs quampluribus apud Petrũ de Lorca, diſp. 38. num. 14. teneri reſtituere, ſi illud iniuſtè, aut etiam licitè medio aliquo cõtractu accepit ante neceſsitatem extremam. Ratio eſt quia contraxit obligationem reſtituendi, quę ob ſuperuenientem neceſsitatem non fuit extincta, ſed tantummodò ſuſpenſa. Si verò aliquid accepit in extrema neceſsitate, illudque in eadem neceſsitate conſumpſit, non tenetur tranſacta neceſsitate ad illius reſtitutionem; quia neceſsitas extrema facit omnia communia, l. 2. ff. de iactu.

Hoc tamen intellige cum duplici limitatione. Prima eſt modò nihil rei acceptę ſuperſit tranſacta neceſsitate, vt patet ex dictis de reſtitutione; nam extrema neceſsitas facit omnia communia ſolum, quatenus opus eſt ad ſubleuandam neceſsitatem; quod autem ſupereſt tranſacta neceſsitate, non dicitur neceſſarium ad ſubleuãdam neceſſitatem. ita communiter Theologi teſte Valentia loco cit. pun. 4. verſ. quocirca ſententia. Secunda eſt modò non acceperit mediãte aliquo contractu, ſine iniuſtitia celebrato, & transferente dominium in accipientem, vt cõtractu mutui, vel emptionis. Ratio eſt quia poſito hoc contractu nõ dicitur conſumpſiſſe rem communem, ſed propriam, & ex alia parte mediante contractu ſine iniuſtitia celebrato, contraxit obligationem ex cõtractu conſurgentem, quæ ob ſuperuenientem neceſsitatem non fuit extincta, ſed tantummodò ſuſpenſa; cum impotentia ſoluendi, aut reſtituendi temporalis non abſolutè tollat, ſed tantummodò ſuſpendat obligationem ſoluendi, aut reſtituendi, vt patet ex dictis de reſtitutione. Obſeruat tamen Vaſquez

loco

loco citato dub.6.num.57. eum, qui pecuniam accepit contractu mutui cum pacto ſoluendi lucrum domino ceſſans, vel damnum emergens, non teneri tranſacta neceſsitate ſoluere lucrum ceſſans, vel damnũ emergens. Ratio eſt tum quia pauperes nimio præmerentur onere. Tum quia dominus non cenſetur vllum damnum pati; cum non poſſet pecuniam in alios vſus inſumere, ſed eam in eleemoſynam cõferre teneretur.

Sed mihi probibilius dicẽdum videtur oppoſitum, tum quia licet fortè peccauerit contra præceptũ charitatis deducendo hoc in pactum, non tamen peccauit contra iuſtitiam, cum nõ teneretur ex iuſtitia gratis dare, vel mutuare ſine pacto. Tum quia hinc ſequeretur pauperem nõ teneri tranſacta neceſsitate ſortem principalem mutuo acceptam reſtituere; poſſet.n. conqueri ſe nimio onere grauatũ fuiſſe. Hinc patet reſponſio ad rationes in contrarium.

Dixi in ſecunda limitatione mediante aliquo contractu transferẽte dominium, quia ſi res fuit accepta per contractum non transferentem dominium in accipientem, vt ſi accepta fuit contractu depoſiti, vel commodati, accipiens non tenetur ad reſtitutionem rei cõſumptæ in extrema neceſsitate. Ita Petrus Nauar. lib.4. cap.4. nu.26. & alii apud Azor. lib.12. cap.8 quęſito 7. & apud Luiſium Turrianũ 2.2. diſp. 82. dub.7 ad finem, quorum ſentẽtiam probabilẽ putat Leſsius loc. cit. contra Syluestrum ver. Furtum quæſito 5. & alios apud præcit. DD. Ratio eſt tùm quia conſumpſit rẽ, quæ erat communis, ratione extremæ neceſsitatis; qui autem rem cõſumit, non tenetur ad reſtitutionẽ. Tum quia ex nulla radice tenetur; nõ enim tenetur ratione rei acceptæ, cum illa iam ſit conſumpta; neque tenetur ratione iniuſtæ acceptionis, ſeu damnificationis cum nõ peccauerit conſumando rem, quæ tunc temporis erat cõmunis. Hoc tamen intellige, modò alter a quo accepta fuit, non eſſet inæquali neceſsitate; ſic enim peccaſſet accipiendo cũ tanto detrimento poſſidẽtis, qui ratione poſſeſsionis ius habebat, vt cæteris præferretur, vt benè Turrianus diſp. 82. dub.9. Azor. loco cit & alij. Neque tenetur ratione contractus; quia contractus depoſiti, vel cõmodati tũc ſolùm obligat ad reſtitutionem, quando res perijt propria culpa; in hoc autem caſu non perijt propria culpa; cum ius haberet ad illam conſumendam, ratione extremæ neceſsitatis, quæ facit omnia communia.

Hinc facilè colligitur eum, qui ex bonis alienis obnoxijs reſtitutioni fecit eleemoſynam extremè indigenti, liberum manere ab obobligatione reſtituendi. Ita Turrian⁹ diſp.83. dub.2. & alij DD. cit.

17 Quæres ſextò, Vtrũ poſsimus, vel teneamur dare cibum illi, qui damnatus eſt, vt fame moriatur.

Reſpondeo poſſe, ſed non teneri, quod poſsimus. Ratio eſt quia damnatus, vt fame pereat, poteſt illi cibum dare, modò hoc non ſit à Iudice ſpecialiter interdictũ, aut modò non ſit miniſter iuſtitiæ; hic enim faceret contra proprium officium, & impediret executionẽ iuſtitiæ; cõſequenter mortaliter peccaret, cum faciens contra propriũ offi-

officium in re graui mortaliter peccet. Ita Bannes quæſtio.32. dub.3. Toletus lib.4. cap. 31. Reginaldus lib.4.cap.23.nume.296. Sotus 5. de iuſtitia quæſt.5.art.vltimo,nec diſſentit Petrus de Lorca diſp.37. nu. 16. & alij: Quod verò non teneatur. Ratio eſt tùm quia damnatus poteſt non comedere iuxta Sotum de iuſtitia.lib.5.quæſt.6.art.4. contra Bannem loc.cit.& alios; ergò neque alter tenetur illi dare, cũ non magis obligetur ad dandum illi cibum, quàm reus ipſe teneatur ad ſumendum. Tum quia licitum eſt velle, vt iuſta ſententia mandetur executioni; ergò etiam licitum eſt non ſubuenire reo, vt iuſta ſententia ſuum ſortiatur finem.

TERTIA PROPOSITIO.

28 ELeemoſyna facienda eſt indigentibus, ſiue iuſti ſint, ſiue iniuſti, ſiue infideles, ſiue fideles, ſiue ſint amici ſiue inimici.

Hæc propoſitio ſufficienter probatur ex dictis pũcto 3. Ex quo patet licitũ eſſe eleemoſynã religioſis indigentibus tradere. Ita Vaſquez de eleemoſyna cap.3. dub.1. num.4.& alij Doct.ſtatim citandi.

19 Sed modò dubium eſt primo. Vtrum, qui peregrinos à ſuis Ciuitatibus excludunt, excuſandi ſint.

Reſpondeo excuſari poſſe, modò hoc ex iuſta, & rationabili cauſa faciant, vt ſi hoc faciant, ne otio torpeant, ne morbos, vel corruptelas, aut proditiones afferant, vel vt pauperes domeſticos præferant exteris; nam ordo charitatis ſeruari poteſt, nec principes tenẽtur exteros pauperes admittere cũ periculo boni communis. Ita Becanus 2. 2. cap. 2. ad finem, Medinã C. de eleemoſyna quæſt.7. Luiſius Turrianus diſput. 85.lib.1. Toletus lib.4.cap.31. Reginald. lib.4. cap. 23.n.296. & 297.Sotus,& alij apud Turrianum, & apud Vaſquez cap. 3. dub.1. & 28. Contra Petrum de Lorca diſp.37.ſect.3.nu.19.

Dixi modò ex iuſta,& rationabili cauſa hoc faciant; nã præciſa iuſta cauſa certum eſt excludi non poſſe abſque peccato non ſolũ cõtra charitatem, verum etiam contra iuſtitiam, nã fit iniuria pauperibus habentibus ius comparandi ſibi neceſſaria per eleemoſynam. Vide Vaſquez, Medinã, & Sotum locis cit.

20 Dubium eſt ſecundò, Vtrũ teneamur ſubuenire inimicis in neceſsitate conſtitutis.

Reſpondeo nos teneri ſubuenire inimicis priuatis in neceſsitate conſtitutis. Ratio eſt tũ quia Chriſtus dixit diligite inimicos veſtros, & bene facite,&c.tùm quia ipſi ſunt noſter proximus.

Hoc tamen limita, modò nobis non timeamus graue damnum ab ipſis inferẽdum, ſubueniendo; charitas enim non obligat cum tanto incommodo. Ita Bannes loco cit. dub.2. Abulenſis in cap.6. Matthæi quæſt. 62 & 64. Reginaldus lib. 4. cap.23. num. 295. Petrus de Lorca diſp.37.nu.20.

Dixi inimicis priuatis, quia inimico Reipublicæ, quamuis exiſtat in extrema neceſsitate, non tenemur ſubuenire, quoties periculum eſt, vt inimicus noceat Reipublicæ. Ratio eſt, quia non teneor inimico ſubuenire, dũ timeo mihi graue damnũ ab inimico inferendũ, ergò neque teneor dum timeo dã-

num

Digitized by Google

num Reipublicæ. Immò teneor nō ſubuenire, quia bonum commune præferendum eſt priuato. Si verò non ſit periculum, vt inimicus noceat Reipublicæ, vt contingere poteſt tempore indutiarum, teneor ſubuenire. Ratio eſt quia charitas poſtulat vt inimici diligantur. Diligite inimicos veſtros, & benefacite ijs, qui oderunt vos. Ita Bannes loco cit. Arragonius, & alij.

QVARTA PROPOSITIO.

21 ELeemoſyna regulariter loquēdo facienda eſt ex proprijs bonis. Hæc propoſitio cōſtabit ex dicendis in ſequētibus quæſitis. Ratio præcipua eſt, quia actus tradendæ eleemoſynæ eſt actus dominij; nullus autem poteſt actum dominij in rebus alienis exercere, domino non conſentiente tacitè, vel expreſsè. Ita S. Thomas 2. 2. q. 32. ar. 7. Valentia, & Malderus ibidem, Becanus loco cit. nu. 15. Turrianus diſput. 82. dub. 1. Reginald. lib. 4. cap. 22. nume. 286. Petrus de Lorca diſp. 36. ſect. 3. nu. 2. & diſpu. 38. nume. 6. Vaſquez loc. cit. cap. 2. dub. 1. num. quinto, & dub. vltimo nu. 13.

Hinc colligi poteſt primo, eum, qui habet bona propria, & aliena non poſſe regulariter loquendo ex bonis alienis, ſed teneri ex proprijs eleemoſynam facere; nam dominus rei cenſetur rationabiliter inuitus, & actus tradendæ eleemoſynæ eſt actus dominij, quo quis poteſt rei dominium in alterum tráſferre auctoritate propria, vel aliena; Ita Medina quæſt. 5. de eleemoſyna, Turrianus diſp. 82. dub. 2. Lorca diſp. 39. nume. 51. Azor 2. parte lib. 12. cap. 12. Vaſquez in opuſculis de eleemoſyna cap. 2. & alij Doct. cit.

Secundò, eum, qui ex bonis alienis obnoxijs reſtitutioni fecit eleemoſynam pauperi, grauiter quidē, ſed non extremè indigenti, nō manere liberum ab obligatione reſtituendi, ſiue, dum fecit eleemoſynam, haberet ſolùm bona propria, ſiue etiam haberet aliena. Ita Turrianus loco cit. & alij, contra nonnullos alios arbitrantes liberū manere ab obligatione reſtituendi, etiāſi ex bonis alienis fecerit eleemoſynam in graui ſolùm neceſsitate, dum ipſe non haberet propria bona.

Tertiò, de bonis, quæ in communi ita poſsidentur, vt ſingulis ſua portio debeatur, non poſſe fieri eleemoſynam abſque conſenſu expreſſo, aut rationabiliter præſumpto ſingulorum, ad quos illa bona pertinent. Ratio eſt, quia eleemoſyna faciēda eſt ex bonis proprijs, non verò ex alienis, alioquin fieret iniuria domino rationabiliter inuito; tum quia regula 29. iuris in 6. dicitur, quod ad omnes pertinet, ab omnibus approbari debet. Ita Medina C. de eleemoſyna q. 4. Petrus de Lorca diſp. 36. ſect. 3. nu. 12. Reginaldus lib. 4. cap. 22. num. 285. & alij.

Hinc patet ſolutio difficultatis explicatæ in tractatu de contract. d. 3. q. 6. pun. 4. num. 4. dum quærerē, an ſocius poſsit ex bonis communibus ſocietatis moderatas eleemoſynas facere, vbi reſpondi affirmatiuè cum Petro Nauar. Mantica, & aliis; nam adeſt præſumptus ſociorum conſenſus.

Quartò eum, qui non habet vn-

de poſsit ex proprijs neceſsitatem pauperis ſubleuare, poſſe aliena capere ad ſubleuãdam pauperis neceſsitatem, quoties pauper tantã patitur neceſsitatem, vt poſsit ſibi alienum capere. Ratio eſt tùm qa dominus non cenſetur rationabiliter inuitus. Tum quia ſicut pauper poteſt rem alienam capere, vt ſibi ſubueniat, ita alter poteſt accipere, vt alteri ſuccurrat. Ita Vaſquez cap. primo de eleemoſ. dub. 7.nu.62.& cap.2. dub.2.n.6. & alij.

Addo eum, qui ſic accepit non teneri ad reſtitutionem, poſtquàm venerit ad pinguiorem fortunam, ſicut enim pauper accipiendo non teneretur;ita neq; tenetur, qui accepit,vt pauperi traderet; hoc tamen intelligendum eſt, modò non acceperit medio aliquo contractu, vt patet ex ſupradictis. Ita Sotus,Gabriel,& alij, contra Vaſquez cap.2.dub.4.

22 Quæres primo. Vtrum de iniuſtè acquiſitis, ex. gr. de acquiſitis per vſurã, fieri poſsit eleemoſyna.

Reſpondeo extra neceſsitatem extremam nõ poſſe fieri eleemoſynam de iniuſtè acquiſitis, quotiès iniuſtè acquiſita eadẽ numero reſtituenda ſunt dominis. Ratio eſt quia domini ſunt rationabiliter inuiti; vt infra conſtabit. Si verò iniuſtè acquiſita non ſunt eadem numero reſtituenda, ſed loco ipſorum poſſunt alia cõſimilia reſtitui, arbitror fieri poſſe eleemoſynam de iniuſtè acquiſitis, non ſolùm in extrema, verumetiam extra neceſſitatem proximi extremam; nã qui ea tradit in eleemoſynam, nulli facit iniuriam;cum ſit illorum dominus, vt ſuppono, nec ob eleemoſynam reddatur impotens ad ſatisfaciendum, vt etiam ſuppono. Hæc fuſiùs explicata ſunt in trac.de reſtitutione, & ita ſentit Diuus Thomas 2.2.quæſt.32. art.7. Malderus, & Luiſius Turrianus ibidẽ, & dub. 1.Caiet. & Arragonius ibidem Ioannes Medina de eleemoſyna q. 5. Valentia puncto 4. cit.ſub finem, Azorius 2.par.lib.12.cap.12. quæſito 6. Becanus loco cit.nu.17. Reginaldus lib.4.cap.22.num.287.Petrus de Lorca 2.2. diſp.38. nume.6. Azor.lib.12.cap. 12. & alii communiter.

Hinc ſequitur à fortiori acquiſita per act⁹ meretricios tradi poſſe in eleemoſynam; nam meretrix, licet non poſsit ante copulam recipere pretium pro copula futura, cum pretium participet malitiam finis, ad quem dirigitur; poteſt tamen peracta copula retinere, & tradere pauperibus; cum illius pretii dominium acquiſierit; vt patet ex dictis de reſtitutione. Ita Doct. citati.

Dixi in reſponſione extra neceſſitatem extremam, vt aduerterem licere in extrema neceſsitate eleemoſynam facere de iniuſtè acquiſitis. Ratio eſt tum quia neceſsitas extrema facit bona communia cum indigentibus. L.2.ff.ad legem Rhodiam, de iactu. Tum quia ſicut indigentes poſſunt in extrema neceſsitate bona capere; ita etiã alter poteſt ea præbere; ita Docto. citati.

23 Quæres ſecundò. Vtrum ille, cuius bona ſunt ipſo facto addicta fiſco ob aliquod crimen, poſsit extra neceſsitatem proximi extremã bona ſua dare pauperibus in eleemoſynam.

Reſponderi poteſt affirmatiuè, modò

modò hoc non faciat in fraudem fiſci, ſed quantum fert neceſsitas pauperis ſubleuandi. Ita ſentire videtur Sanchez in ſum.lib.2.cap.22. num. 3. Medina loco cit. quæſt.4. Reginaldus, num. 270. Petrus de Lorca, diſp.36.num.13.& alij, quos retuli de contractibus.d.3.quæſt.8. pun.vlt.§.3. Contra Becanum loco cit.num.16. Azorium 2. parte, lib. 12.cap.12.quæſito 4.& alios. Ratio eſt tum quia non eſt priuatus abſolutè dominio bonorum ſuorum, vt docui de contractibus loco cit.nec tenetur illa fiſco reſtituere ante ſententiam iudicis. Tum quia, ſicut poteſt illa ad ſui, & familiæ ſuſtentationem inſumere, ità etiam pauperibus in eleemoſynam conferre poteſt, modò hoc non faciat in fraudem fiſci. Videte, quæ diximus de contractibus loco cit.

24 Quæres tertiò, an filiusfamilias, vxor, famulus, & religioſus poſsit eleemoſynam facere ex bonis patris, mariti, heri, &c.

Reſpondeo huius quęſiti ſolutionem conſtare ex dictis de reſtitutione, diſp.2.quæſt.10. pun.1.2.3 & 4. Vide Reginaldum, lib.4 cap.21. S. Thomam 2. 2. quæſt.32. artic.8. Malderum ibidem, Petrum de Lorca diſp. 36. ſect.3. Turrianum loco cit. diſp.84. Vaſquez in opuſculis de eleemoſyna, cap.3.dub.4.Azorium 2.parte lib.12.cap.10.Bannē, quæſt.32. art.8. Valentiam, diſp.3. quæſt.9. pun.6. & alios, quos retuli de reſtitutione locis cit.

25 Si quæras vtrum beneficiarius expendere teneatur fructus beneficij in eleemoſynam.

Reſpondetur ſolutionē conſtare ex dictis de beneficijs ad finem. quibus addendum eſt commendatarios, qui beneficium receperun in commendam, teneri ex iuſtitia quartā partē fructuum tradere pauperibus in eleemoſynam; nam receperunt beneficium ſub hac conditione, & cum hoc onere. Addit etiam Bannes, Epiſcopos religioſos teneri ex iuſtitia pauperib⁹ dare ſibi ſuperflua; nam habent votū paupertatis, nec in eo diſpēſantur, dum ad Epiſcopatum admittūtur. Alij verò ſentiunt Papam cum ipſis diſpenſare, & hoc colligunt ex praxi nonnullorum Prælatorum Religioſorum timoratæ conſcientiæ. Verùm quid nobis ſentiendum ſit conſtabit ex dicendis de voto ſub finem. Videte Petrum de Lorca 2. 2.diſp.40.membro 1. cum ſequentibus, Azorium 2. par.lib.12. cap.11. Turrianum 2. 2. diſput.82. dub. 10. Vaſquez loc.cit.dub.4.& alios DD. cit.de voto, & de beneficijs ad finē

26 Quæres quarto; vtrum tutores, curatores, & alij, quibus alienorū bonorum cura demandata eſt, poſſint eleemoſynam facere ex bonis eorum, quorum curam habent.

Reſpondeo affirmatiuè cū Azorio loco cit. cap. 10. quæſito 5. Medina, C. de eleemoſyna, quæſito 4. Reginaldo loco cit. num. 270. Petro de Lorca loco cit. num.11. & alijs communiter, teſte Lorca loco cit. Ratio eſt tum quia licet ipſi non ſint domini, tamen ſunt adminiſtratores bonorum; ritè autē aliena bona adminiſtrant, dum moderatas faciūt eleemoſynas, iuxta rationabilem dominorum voluntatem. Tum quia eleemoſyna cedit in vtilitatem eorum, quorum curam habent, ſicque vtiliter gerunt ipſorum negotium, cum interpretatiuo ipſorum conſenſu.

Digitized by Google

27 Quæres quinto; vtrum, qui eleemoſynam accepit diſtribuendam, poſsit eam ſibi applicare.

Reſpondeo affirmatiuè, modò indigeat eleemoſyna; non enim eſt deterioris conditionis alijs; ſed alij poſſunt eleemoſynam accipere; ergo etiam diſtributor poteſt eã ſibi titulo eleemoſynæ applicare; hoc tamen intellige primò, modò non acceperit diſtribuendam particularibus perſonis; ſic enim violaret ius eorum, quibus facienda eſt eleemoſyna, vt patet ex dictis de reſtitutione in principio.

Secundò, modò aliter non conſtet de voluntate domini; nõ enim poteſt aliter res alienas diſtrahere, quàm poſtulet domini voluntas. Ità S. Thomas 2. 2. quæſt. 32. art. 9. ad tertium, Reginaldus lo. cit. num. 304. Nauar. cap. 25. nu. 122. Petrus de Lorca, diſp. 37. num. 28.

QVINTA PROPOSITIO.

28 Eleemoſyna hoc ordine facienda eſt, dum omnibus fieri non poteſt, vt exiſtentes in extrema neceſsitate præferãtur alijs. Ex ijs, qui exiſtunt in extrema neceſsitate, præferantur coniunctiores, & ſic deinceps, ſeruato Charitatis ordine, quem ſupra aſsignauimus. quanquam Becanus loco cit. num. 22. arbitratur, præciſa neceſsitate, quemlibet poſſe pauperem præferre, quem prudenter præferendum iudicauerit, ſiuè hoc faciat ratione coniunctionis; ſiuè modeſtiæ, ſiuè pietatis, ſiuè alterius rationabilis cauſæ. Vide Becanum loco citato, Valentiam tom. 3 diſput. 3. quæſt 9. pun. 4. Reginaldum, lib. 4. cap. 20. num. 251. 303. & 305. Abulenſem in cap. 6. Matthęi quæſt. 69. Vaſquez. loco cit. num. 29. Petrum de Lorca, diſp. 37. num. 21. Vaſquez. in opuſcul. de eleemoſyna, cap. 3. dub. 3. num. 10. Azorium 2. parte, lib. 12. cap. 13. Emanuelem Sà v. Charitas ad finem.

SEXTA PROPOSITIO.

29 QVi denegauit eleemoſynã pauperi indigẽti, cui tenebatur ſubuenire, non tenetur, tranſacta neceſsitate, aliquid illi reſtituere, nec obligatur ad extinguendum debitum, quod pauper cõtraxit cum alijs, dum exiſteret in neceſsitate. Ratio eſt tum quia obligatio reſtituendi oritur ex violatione iuſtitiæ, non ex violatione charitatis, vt docui de reſtitutione in principio pun. 1. num. 10. ſed qui denegauit eleemoſynam, non violauit iuſtitiam; ſed charitatem, ex communiori ſententia, contra Arragonium 2. 2. quæſt. 32. art. 6. Petrũ Nauar. lib. 3. cap. 1. nu. 343. & alios, ergò non tenetur ad reſtitutionem. Tum quia charitas obligat ad ſubleuandam indigẽtis neceſsitatem; neceſsitas autem tranſacta eſt, vt ſupponimus. Ita Becanus loco cit. num. 14. Valentia loco cit. Nauar. cap. 24. num. 7. Petrus de Lorca diſput. 39. nu. 46. Malderus 2. 2. quęſt. 32. art. 6. dub. 3. Vaſquez loco cit. num. 37. Ludouicus Molina tract. 2. diſp. 144. Sotus lib. 5. de iuſt. quęſt. 3. art. 4. Luiſius Turrianus diſp. 82. dub. 3. Medina. C. de reſtit. quæſt. 3. cauſa prima verſ. Eſt alia quæſtio. Reginaldus num. 264. & alij communiter ex eodem Turriano.

Obijcies primo impediens pauperem, ne in extrema neceſsitate capiat

Digitized by Google

capiat bona, quibus indiget, peccat mortaliter contra iuſtitiam; ergò etiam, qui non facit eleemoſynam in neceſsitate, peccat contra iuſtitiam: conſequenter tranſacta neceſsitate tenetur ad reſtitutionem.

Reſpondeo cum eodem Turriano loco cit. & Reginaldo, nu. 266. contra nonnullos alios recentiores, negando eum, qui ſine vi impedit pauperem, ne bona ſua ab ipſo capiantur, peccare cõtra iuſtitiã; ſicut enim nolens bona ſua dare in eleemoſynam non peccat contra iuſtitiam; ita neq; contra iuſtitiam peccat occultans ſua bona, ac proindè impediens ſine vi ne bona ſua capiantur.

Obijcies ſecũdo diues cogi poteſt per iudicem ad tradendã eleemoſynam pauperi indigenti; ergo ſignum eſt, diuitem teneri ex iuſtitia pauperibus eleemoſynam tradere.

Reſpondeo cum Vaſquez, num. 42. Turriano, Azorio, & alijs locis cit. negando conſequentiam; Nàm diues cogi poteſt per iudicem ad tradendam eleemoſynam, nõ quia teneatur ex iuſtitia, ſed quia ſic poſtulat charitas, & commune bonũ. Nec obſtat Sanct. Thomas 2. 2. quæſt. 118. art. 4. ad ſecundum, dum ait, diuitem teneri eleemoſynam facere ex debito legali, non enim intelligitur de debito iuſtitiæ, ſed de debito morali, vel dic intelligi de debito iuſtitiæ legalis, non verò commutatiuę, vt innui de contractibus in principio, vbi docui obligationem reſtituendi oriri non ex violatione iuſtitiæ legalis, ſed commutatiuæ. Ita Vaſquez, num. 44. & Turrianus loc. cit.

Obijcies tertio in extrema neceſsitate omnia bona ſunt cõmunia; qui aũt impedit ne bona communia capiantur, peccat cõtra iuſtitiã, vt contingit, quando quis impedit volentem piſcari, aut venari in locis communibus.

Reſpondeo illum peccare contra iuſtitiam, qui impedit, ne capiantur bona, quæ nullum peculiarem habent dominum, vt accidit in locis communibus; in noſtro autem caſu bona non ità ſunt communia, quin extet aliquis peculiare ius habens, qui non tenetur illa tradere ex iuſtitia. Vide Vaſquez loco cit. dub. 5. nu. 40. Turrianum, & alios locis cit.

Ex dictis ſequitur, eum, qui denegauit eleemoſynam pauperi, nõ teneri tranſacta neceſsitate rem, quam denegauit, reſtituere, aut reſarcire damna, quæ pauper paſſus eſt ob denegatam ſibi eleemoſynã; hic enim non peccauit contra iuſtitiam, ſed contra charitatem. Ita Reginaldus loco cit. numero 266. & alij Doctores cit.

PVNCTVM VII.

Vtrum teneamur ex pręcepto charitatis ſubuenire proximo per correctionem.

1 *Tenemur ex præcepto naturali diuino proximum indigentem corrigere.*

2 *Omnes etiam peccatores, aut infideles tenentur ad correctionem.*

3 *Tenemur ſub mortali corripere mortalia, venialia verò tenemur corripere, quoties diſponũt ad mortale, aut ex eis graue damnũ ſequitur.*

4 *Corripiendus eſt proximus, vt à peccato reſipiſcat, etiamſi nunc non habeat affectum ad peccatum.*

5 *Tenemur corrigere non ſolum inferiores, aut æquales, verum etiam ſuperiores, & Prælatos, modò ſpes emendationis adſit.*

6 *Non ſemper tenemur proximũ corrigere, ſed dum adeſt cognitio certa peccati, ſpes emendationis, nec adeſt aliquis, qui hoc munus obeat.*

7 *Correctio facienda eſt dum ſolum dubitatur profutura ſecus ſi probabiliter timeatur obfutura.*

8 *Correctio leuioris peccati prætermitti poteſt, vt delinquens reſipiſcat à maiori.*

9 *Correctio differri poteſt in tempus, quo ſperatur fructus.*

10 *An teneamur admonere peccantem ex ignorantia.*

11 *An præceptum correctionis obliget cũ periculo vitæ, vel magni dãni.*

12 *Quo ordine facienda ſit fraterna correctio.*

13 *Cur teſtes adhibeantur.*

14 *An qui teſtes adhibuit teneatur adhuc alios adhibere, ſi adhibitione ipſorum ſperet reſipiſcentiam.*

15 *An poſſimus delinquentem, qui nondũ reſipuit ſtatim deferre Prælato.*

16 *An delinquens poſſit adhuc deferri Prælato poſt reſipiſcentiam.*

17 *An Prælatus poſſit iudicialiter procedere contra delinquentem non emendatum.*

NOmine correctionis intelligitur actus, quo quis conatur alterum emendare, ſiuè emendatio ſequatur, ſiuè non. Hoc poſito duo principaliter quærẽda ſunt in hoc pũcto. Primo; vtrum teneamur proximum corrigere. Secundo quando teneamur.

PRIMA PROPOSITIO.

1 TEnemur ex præcepto naturali, & diuino corrigere proximum indigentem correctione.

Quod teneamur ex ꝓcepto naturali probatur, tum ex illo naturæ principio. Quod tibi fieri vis alteri feceris. Tum quia tenemur per eleemoſynam proximo ſubuenire in neceſsitate corporali: ergo multò magis in ſpirituali tenemur per correctionem; cum neceſsitas ſpiritualis præponderet corporali.

Quod teneamur ex præcepto diuino probatur Lucæ 10. Si peccauerit in te frater tuus increpa illũ, ſi pœnitentiam egerit dimitte illũ, & Mathęi 18. Si peccauerit in te frater tuus, ideſt coram te, vel te ſciente, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Vide Valentiã tomo 3. diſp. 3. quæſt. 10. pun. 2. Becanum 2. 2. cap. 21. num. 25. & Malderum 2. 2. quæſt. 33. art. 2. dub. 1.

2 Hinc colligi poteſt primò non ſolum chriſtianos, verum etiam Infideles, & peccatores teneri proximum corrigere, & peccare mortaliter ommittendo correctionem, niſi ob inculpabilem ignorantiam, vel inaduertentiam excuſentur. Ratio eſt quia præcepta iuris naturę ſeruare tenentur. Strictius tamẽ obligantur Prælati, quibus aliorum cura commiſſa eſt; nam iſtis præter obligationem generalem charitatis, qua ſinguli tenentur proximum corrigere, incumbit peculiaris obligatio ex officio. Ita S. Tho. 2. 2. quæſt. 33. art. 3. Malderus ibidẽ, Nauar. in Manuali, cap. 24. num. 12. Azor 1. 2. lib. 12. cap. 15. quæſito 7. Becanus loco cit. num. 27. Bannes

2. 2.

2. 2. quæſt. 32. art. 3. dub. 1. & 3. Valentia loco cit. Reginaldus, lib. 4. cap. 25. num. 336. 348. & 357. & alij communiter.

An verò Paſtor ſpiritualis teneatur peccata ſubditorum inquirere ad corrigendum, conſtat à ſimili ex dictis puncto præcedente teneri. Ita præter Doct. ibi cit. docet Bannes 2. 2. quęſt. 33. art. 3. dub. 2. & Reginaldus loco cit. num. 336.

3 Secundò colligi poteſt homines teneri ex pręcepto correctionis ad corrigēda omnia peccata mortalia; nam quodlibet peccatũ mortale eſt materia neceſſaria correctionis, cum per quodlibet peccatũ mortale ſalus proximi periculo exponatur. Peccatum verò veniale non eſt materia neceſſaria correctionis, quia per ipſum non amittitur gratia, nec proximus in proximo ſalutis periculo exiſtit.

Ideo nō tenemur non ſolum ſub mortali, verum neque ſub veniali ad correctionem venialium, niſi fortè talia ſint, vt proximè diſponant ad mortale, aut magnum alijs afferant detrimentum; tunc enim ſalus proximi in diſcrimine verſatur. Ita Graffius prima parte deciſionum, lib. 2. cap. 60. Becanus, nu. 26. Azorius, lib. 12. cap. 4. quæſito 4. Reginaldus, lib. 4. cap. 25. num. 333. Sylueſter verbo Correctio, num. 1. Bannes loc. cit. art. 2. dubio 2. Malderus ibidē dub. 3. Nauar. cap. 24. num. 12. 13. & alij contra Valentiam loc. cit. ad finem, Caietanum, & alios apud præcit. Doct.

4 Tertiò corrigendum eſſe proximũ, vt reſipiſcat à peccato, quãuis nunc non habeat affectum ad peccatum. Ratio eſt tum quia proximus cenſetur eſſe in neceſsitate, magnaq; ſpirituali miſeria laborat. Tum quia eadē charitate tenemur ſubleuare proximũ iã lapſum, qua tenemur cauere, ne incidat; Sicut ergò tenemur per correctionē cauere, nè incidat, ità tenemur lapſũ ſubleuare, eumque à ſtatu peccati per correctionem eruere. Ita Bannes loco cit. dub. 1. ad 4. Contra Reginaldum loco cit. num. 332. & Abulenſem in cap. 8. Mathęi quæſt. 83. exiſtimantem non eſſe obligationem corrigēdi proximum poſtquam deliquit; ſicut enim proximus non tenetur ſtatim pęnitentiã peccatorum peragere, ità neq; ego teneor illum ad Pœnitentiam inducere per correctionem. Verum ad hanc rationem neganda eſt conſequentia, vt patet à ſimili ex ſupra dictis de eleemoſyna facienda in graui, vel communi proximi neceſſitate.

5 Quartò non ſolum corrigēdos eſſe ſubditos, vel æquales, verum etiam ſuperiores, modò adſit ſpes emendationis; ſicut enim tenemur ſubuenire Prælatis in neceſsitate corporali conſtitutis, ita multò magis tenemur in ſpirituali. Non tamē publicè reprehendenda ſunt peccata Prælatorum occulta, Mathęi 18. corripe inter te, & ipſum ſolum. quanquam Publica publicè reprehendenda ſunt, quoties ità poſtulat bonum aliorum, ſeu quoties periculum eſt, vt ſubditi trahantur ad peccata, nã debita media adhibenda ſunt ad impediendũ proximi damnum: hoc tamen intellige, modò ſperetur fore, vt ſubditi ad peccata non trahantur, vel vt Prælatus emendetur facta publicè correctione; nullus enim obligatur ad opus inutile. Ita S. Thom. loco cit.

cit. art.4. Malderus ibidem Valentia pun.4. Graffius, num. 40. Arragonius 2.2.quęſt.33. art.4. Reginaldus, lib.4. cap.25. num.130.

SECVNDA PROPOSITIO.

6 NOn ſemper tenemur proximum corrigere. Ratio eſt quia pręceptum correctionis eſt affirmatiuum, quo præcipitur aliqua actio facienda; ſed præcepta affirmatiua non obligant ſemper, & ad ſemper; ſed pro aliquo tempore: ergo præceptum correctionis non ſemper obligat: ergo non ſemper tenemur proximum corrigere. Ita communiter Doctores.

Quæres primò quandonam præceptum correctionis obliget.

Reſpondeo cum communi Doctorũ ſententia tunc obligare, quãdo concurrunt iſtæ conditiones.

Prima eſt vt adſit cognitio certa peccati, alioquin corrigens fratrẽ de peccato, quod certò neſcit ab ipſo commiſſum, exponeret ipſum periculo iracundiæ; cum multi ęgrè ferant ſibi delictum non patratum obici. Fieri tamen poteſt, vt aliquãdo teneamur proximum corrigere, etiamſi certã de peccato ipſius cognitionem non habeamus, vt ſi ruinæ proximi periculum immineat; tantum enim ruinæ proximi periculum adeſſe poteſt, vt præferendũ ſit contriſtationi fratris, quæ in tali caſu non intenditur à corrigente; ſed permittitur ad præcauendum grauius incommodum. Caueat tamen corrigens, ne tunc objiciat crimen tanquam certum; quia mendacium eſt intrinſecè malum, nec ſunt facienda mala, vt eueniant bona.

Secunda eſt, vt non adſit alius magis idoneus ad corrigendum; nam alio magis idoneo corrigente ego non teneor corrigere, quia proximi neceſsitas ſubleuatur abſq; mea correctione. Verum ſi alius magis idoneus, aut cui ex officio incumbit onus correctionis, nolit hoc munus obire, ego teneor corrigere, q̃a proximus mea indiget opera, & neceſsitate ſpirituali laborat. Ita Reginaldus, num 343. & alij commu.

Tertia eſt, vt adſit ſpes emendationis; quoties enim correctio non ſperatur profutura, non tenemur corrigere; cum ad opus inutile non teneamur. Ex quo patet à fortiori proximum non eſſe corrigendum, quando correctio creditur futura pernicioſa: propterea non eſt corrigendus frater, dum ira feruet; ſed expectandum eſt, donec iram depoſuerit; nam correctio adhibetur tanquàm medium ad emendationem fratris conſequendam; non eſt autem obligatio aſſumẽdi mediũ; dum ſpes obtinẽdi finẽ non adeſt. Item Confeſſarius non tenetur corrigere pęnitentem, à quo nouit matrimonium inualidè contractũ fuiſſe cum ignorantia inuincibili; Sed nullum ex correctione fructum ſperat. Idem cenſeo dicendum de eo, qui contractum inijt vſurarium, inuincibiliter neſciens vſurarium eſſe, aut qui inualidè confeſſus eſt, aut qui iniuſtè poſsidet primogenituram, vt dictũ eſt de matrimonio, quæſt.3. pun. vltimo. Poterit autem Confeſſarius cognoſcere pœnitentem laborare ignorantia inuincibili, ita ut non teneatur illum admonere, ſi bono modo curet intelligere, an pœnitens credat ſe in bono ſtatu conſtitutum eſſe, vel an du-

dubiam habeat conſcientiam. q̄q̄. Confeſſarius in hac re cautè ſe debet gerere, ne dubium malæ fidei ingerat pœnitenti, dum non ſperat fructum correctionis, vt patet ex dictis de matrimonio loco cit. cum Sanchez. & alijs, alioquin damnum potius, quàm commodum pœnitẽti afferret. idem tenet Malderus loco cit. art. 7. ſub finem.

7 Sed modo dubium eſt primo, vtrum facienda ſit correctio, dum dubitatur, an ſit profutura.

Reſpondeo cum Banne, quæſt. 33. dub. 4. art. 3. Reginaldo, libro 4. cap. 25. num. 337. Valentia tom. 3. diſp. 3. quæſt. 10. pun. 2. verſus finẽ, Maldero ex parte loc. cit. art. 6. verſ. Nihilominus., & alijs, diſtinguendo hoc modo, vel ſolum dubitatur correctionem eſſe profuturam, vel dubitatur non ſolum profuturam, verum etiam obfuturam, ſeu allaturam damnum ſpirituale. Si probabiliter dubitatur correctionem non ſolum profuturam, verum etiã obfuturam, ſeu allaturam damnum ſpirituale, non tenemur correctionem facere, vt ſi rationabiliter dubitetur, & veroſimiliter credatur peccatorem prolapſurum eſſe in aliquam blaſphemiam, vel cõmiſſurum aliud peccatum. Ratio eſt quia correctio dirigitur ad emendationem, & vtilitatem, nõ ad deſtructionem, & ruinam. ergo nõ eſt obligatio corrigendi, dum probabiliter timetur damnum, & ruina ſpiritualis proximi.

Amplia hæc procedere, non ſolum quando adeſt probabilis opinio, verum etiam dum æquale dubium eſt, vtrũ mea correctio profutura ſit, vel obfutura. probabiliter enim ſuſtineri poteſt, correctionem tunc temporis adhibendam non eſſe quia fieri poteſt, vt mea correctio ſit cauſa ſcandali; cum fieri poſsit, vt delinquens, audita mea correctione, prolabatur in aliud peccatum, afficiendo me iniurijs, aut aliud peccatum perpetrando. Ideo ſi extraneum, aliũ vẽ mihi ignotum, videam, aut audiam peccantem, non teneor corripere; cum enim ipſius ingenium ignorẽ, fieri poteſt, vt irę ſtimulis agitatus verba proferat contumelioſa, vel aliud peccatum cõmittat. Ita Caietanus in ſumma verbo correctio fraterna, quem citat, & ſequitur Dominicus Bannes 2. 2. quæſt. 33. art. 2. dub. 4. concluſ. 3. Reginaldus, lib. 4. cap. 25. num. 342.

Prædicta tñ limita primo, modò corripiendus in extrema ſalutis ſpiritualis neceſsitate nõ exiſtat. ideo ſi peccator aliquis in ſtatu peccati mortalis migraturus ſit ex hac vita, & dubium ſit, an, correctione adhibita, emendandus ſit, vel in nouũ peccatum lapſurus, correctio adhibenda eſt. ſicut enim medicus, qui non habet aliud remedium ad curandum, ęgrum, præter Pharmacum, de quo æqualiter dubitat, an profuturum, vel nociturum ſit, tenetur ægro, quem alias certò nouit, denegato Pharmaco, moriturum, præbere Pharmacũ, vt præter Doc. cit. docet Sanchez, & quamplures alij, quos retuli in tractatu de peccatis de opinione ꝓbabili. ita, &c.

Secũdo limita modò peccatum delinquentis non vergat in damnũ commune, vel in detrimentum innocentis; tunc enim admonendus eſt innocens, vel Reſpublica, vt ſibi conſulat, & proſpiciat; quamuis ex tali admonitione ruina delinquentis

tis

tis timeatur;nam Reſpublica,& Innocens ius habent,ne ſibi damnum inferatur,& ruina delinquentis malitiæ ipſius adſcribenda,& imputãda eſt,nec delinquens debet Innocenti ob propriam culpam præferri. Quamobrem Cõcionator,aut publicus Doctor debet veritatem fateri,quamuis nonnullorum ruina inde timeatur; nam huiuſmodi admonitio dirigitur ad bonum publicum, à quo non debet Concionator abſtinere ob priuatum nonnullorum damnum, vt dictum eſt de matrimonio. Si verò conſtet correctionem non eſſe allaturam damnum ſpirituale,ſed tantum dubitetur, an ſit profutura, tenemur ex præcepto corrigere pœnitentem delinquentem. Ratio eſt tum quia adeſt materia neceſſariã correctionis,& fieri poteſt, vt finis correctionis per emendationem delinquentis obtineatur; ergò facienda eſt correctio. Tum quia ſicut medicus pharmacum infirmo prębere tenetur,quoties nouit illud non eſſe nociturum, & ſperat profuturum, vt cum communi Doctorum ſententia docui de peccatis: ita etiã nos tenemur correctionis medicinam adhibere, quoties ſolum dubitamus, an ſit profutura. Ita Adrianus in 4. quæſt. vnica de correctione, Reginaldus, num.339. & ſequent. Bannes loco cit. art.6. & alij, quos in ſimili retuli de cenſuris, diſp.2. quæſt.6.pun.1.num.16.

8 Secundò Dubium eſt; vtrum correctio leuioris peccati prætermitti poſsit, vt delinquens reſipiſcat à maiori.

Reſpondeo affirmatiuè,quoties emendatio à grauiori peccato ſperatur, omiſſa correctione leuioris. Ita Arragonius, & alij locis citatis. Ratio eſt tum quia ſicut ex duobus malis minus eſt eligendum, ità ex duobus bonis melius amplectendũ eſt. Tum quia vtiliter geritur negotium delinquentis.

Tertiò dubium eſt vtrũ correctio ſtatim facienda ſit, vel diferri poſsit in aliud tempus.

Reſpõdeo differri poſſe in aliud tempus, ſi tunc temporis fructus nõ ſperatur. Ratio eſt quia finis correctionis eſt emendatio,& præceptum correctionis obligat, dum ex ea fructus ſperatur: ergo ſi tunc tẽporis fructus non ſperatur,in aliud tempus opportunũ, in quo fructus ſperatur, differri poteſt correctio. Ita Nauar.cap.24.num.12. in tertia conditione,& num.13.Reginaldus loco cit. num.346.

Quartò dubium eſt vtrum teneamur corrigere proximum peccantẽ ex ignorantia.

Reſpondeo diſtinguendo. Vel peccat ex ignorantia inuincibili, vel ex vincibili. Si peccat ex ignorantia vincibili, tenemur corrigere,dum adeſt ſpes emendationis. Ratio eſt quia ipſius ſalus eſt in periculo,& adeſt ſpes emendationis, vt ſuppono: ergò tenemur corrigere. Ex quo patet à fortiori pœnitẽtem, qui cum vincibili ignorantiã impedimenti dirimentis contraxit matrimonium, admonẽdum eſſe à Confeſſario de inualiditate matrimonij. Ratio eſt quia Cõfeſſarius, vel eſt Paſtor proprius pęnitentis, vel ſaltem vicem gerit proprij Paſtoris; Paſtor autem tenetur admonere ſubditos ignorantes. Si verò proximus peccat ex ignorantia inuincibili, adhuc diſtinguẽdum eſt, vel tenemur ex officio admonere,

vel

vel non tenemur ex officio. Si tenemur ex officio admonere, debemus corrigere proximum; quamuis peccet ex ignorantia inuincibili; nã ex charitatis, & ex iuſtitiæ vinculo tenemur ritè fungi munere noſtro.

Hoc tamen intellige modò adſit ſpes fructus, & emendationis. Ratio eſt tum quia præceptum correctionis nõ obligat, niſi adſit ſpes fructus, vt dictum eſt in tertia conditione. Tum quia nulli debemus laqueum inijcere. C. de iudicijs; laqueum autem inijceremus, ſi proximum ignorantia inuincibili laborantem corrigeremus, dum nullus ſperatur fructus, niſi fortè breui ſperetur; tunc enim adhuc viget obligatio correctionis faciendæ; cum adſit materia correctionis, & ipſius finis breui ſperetur obtinendus; vt bene docent Doctores ſtatim citandi. Si verò non incumbit nobis cura admonendi ex officio, nõ tenemur admonere proximum peccantẽ ex ignorantia inuincibili; quia proximus faciens aliquid ex ignorantia iuris, vel facti non peccat; conſequenter ſalus ipſius non exponitur periculo; conſequẽter præceptum correctionis non obligat. Hac de cauſa non tenemur ſub mortali corrigere proximum ex ignorantia inuincibili iuris, vel facti comedentem carnes in die ieiunij, quia ſcilicet inuincibiliter ignorat illum eſſe diem ieiunij, aut quia neſcit vetitum eſſe carnes in die ieiunij comedere. Hoc tamen limita, modò ex illa ignorantia non oriatur damnum tertij, vel ipſius ignorãtis, aut ſcandalum, vel irreuerentia Dei, aut religionis. tunc enim proximus indiget admonitione, vt vitetur detrimentum tertij, vel ipſius ignorantis: ideo qui ex ignorantia inuincibili rem alienam retinet, admonendus eſt, vt vitetur damnum innocentis; ſicut etiã admonendus eſt, qui ignorat ea, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria. Ita colligo ex Sanchez, quem retuli de matrimonio loco citato Azor. cap. 5. quæſito 4. & Graffio prima parte deciſ. lib. 2. cap. 68. & 69. Banne loco cit. art. 2. concluſione prima Maldero loco cit. art. 6 ad finem, Reginaldo lib. 4. cap. 25. num. 334. Nauar. cap. 24. num. 12. verſ. 2. docendum.

11 Quintò dubium eſt vtrum præceptum correctionis obliget cum periculo vitæ, vel magni dãni proprij, vel alieni.

Rñdet Henriquez. lib. 3. cap. 27. num. 4. littera I. in cõment. Nauarrus, cap. 24. num. 12. & alij non obligare. Sed mihi diſtinguendum videtur, vel proximus peccat ex ignorantia inuincibili, vel ex ignorantia vincibili, vel ex malitia. Si peccat ex ignorantia inuincibili, non tenemur corrigere; quia ſalus proximi nõ eſt in periculo. item ſi peccat ex malitia, non tenemur corrigere cum tanto incommodo. Ratio eſt tum quia nõ eſt ſpes fructus. Tum quia peccatum imputatur ipſius malitiæ, nec proximus cenſetur eſſe in extrema ſalutis neceſsitate. Secus dicendũ eſt, ſi adſit ſpes fructus, & alioquin proximus moriturus ſit in peccato mortali, niſi admoneatur; tunc enim cenſetur eſſe in extrema neceſsitate. Si verò peccat ex ignorantia culpabili tenemur ex vinculo charitatis corrigere. Ratio eſt quia proximus videtur eſſe in extrema, vel quaſi extre-

ma neceſsitate ſpirituali: ex præcepto autem charitatis tenemur vitam ſpiritualem proximi in extrema neceſsitate exiſtentis præferre noſtræ ſaluti temporali. Hoc tamen intellige, modò adſit ſpes valde probabilis fructus, & emendationis; non enim veroſimile eſt, nos teneri cum tanto noſtro incómodo correctionem adhibere ſine ſpe valde probabili emendationis, etiamſi proximus extrema neceſsitate laboret; extra neceſsitatem verò extremam non tenemur cum periculo vitæ, aut grauis dãni proximum corrigere; quia charitatis præceptum non obligat cum tanto incommodo, niſi ei alia obligatio addatur, vt contingit quando alicui onus incumbit corrigendi, hic enim ratione officij ſtrictius obligatur; conſequenter tenetur proximum corrigere, non ſolum dum in extrema, verum etiam dum in graui neceſsitate exiſtit. Ita Arragonius 2. 2. quæſt. 33. art. 2. Valentia loc. cit. pun. 3. ad finem, Reginaldus, num. 357. & 358. Bannes quæſt. 33. art. 3. dub. 4. Malderus ibidem, art. 3. ſub finem, Azor cap. 1. quęſito 3. nec diſſentit Nauar. loco cit. & alij. Vide quę ſupra diximus pun. 4.

Hactenus locuti ſumus de damno temporali, nam ſi de damno ſpirituali loquamur, certum eſt nos non ſolum non teneri, verum etiam non poſſe ſaluti ſpirituali proximi conſulere cum damno proprio ſpirituali culpabili, etiamſi alioquin de bono totius cõmunitatis agatur. Ratio eſt tum quia non licet malum facere, vt eueniat bonum. Tũ quia ad hoc facit illud Mathęi 16. Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. Ex quo ſequitur non licere, ne minimũ quidem peccatum veniale committere, vt graue proximi peccatum euitetur. Ita communiter Doct. teſte Valentia 2. 2. diſp. 3. quæſt. 4. pun. 2. Reginaldo loco cit. num. 350. Banne loco cit. art. 4. Maldero loc. cit. ommiſsis ijs, quos in ſimili retuli de peccatis.

12 Quęres ſecundo, quo ordine facienda ſit fraterna correctio.

Reſpondeo eo faciendã ordine, quem Chriſtus Dominus in Euangelio præſcripſit: hic autem ordo à Chriſto præſcriptus fuit; primò, vt delinquẽs ſecreto moneatur: Corripe eum inter te, & ipſum ſolum, inquit Chriſtus Matthęi 18. Hoc tamen intellige, modò delictum ſit occultum, vt patebit ex infra dicendis: Secundò vt coram teſtibus corrigatur, ſi priuata, & ſecreta monitio non profuit. Si te non audierit adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Tertiò vt Prælato denuntietur, quoties correctio obſeruatis primis duobus modis non profuit. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ, inquit Chriſtus. Poſtremò ſi neque Eccleſiã audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus.

Obſerua tamen in correctione per teſtes facienda, curandum eſſe, vt delinquentis fama, quam minimũ fieri poteſt, lędatur. propterea ſi frater vno teſte adhibito ad emendationem trahitur, vnus tantummodo teſtis adhibendus eſt, vt obſeruat Diuus Hieronymus in eũ locum, quem citat, & ſequitur Malderus loco ſtatim citando.

Dices Chriſtus dixit in ore duorum,

rum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum: Ergò ſaltem duo teſtes ex præcepto Euangelij, & ex mandato Chriſti adhibendi ſunt.

Reſpondetur primo illa Chriſti verba ita eſſe intelligenda, vt duo, aut tres adhibeantur, ſi opus fuerit; non verò ſi neceſſe non fuerit; nam iure naturæ dictante famę proximi conſulendum eſt, quātum commodè fieri poteſt.

Reſpondeo ſecundò altero teſte adhibito cenſeri adhibitos duos teſtes, cum etiam corripiens dicatur teſtis. Ideò dicitur adhibe tecū adhuc vnum.

13 Sed modò dubium eſt primo cur teſtes adhibeātur. Reſpondeo pluribus de cauſis adhiberi. Primò, vt fateantur illud eſſe peccatum, de quo delinquens arguitur. Secundo, vt teſtentur coram Prælato delinquentem eſſe reum talis criminis, & corripientē munere ſuo perfunctum eſſe, & Euangelij ordinem obſeruaſſe. Tertiò, vt etiam ipſi correctionis munere fungantur, & terrorē, aut pudorem iniciant delinquenti, vt à peccato retrahatur. Ita Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 4. nu. 264. Malderus 2. 2. quæſt. 33. artic. 8. dub. 3. Maldonatus & S. Hieronymus apud præcit. Doct.

14 Secundò dubium eſt, vtrum qui corripuit, adhibitis teſtibus, teneatur adhuc gradatim alios teſtes adhibere, vel poſsit ſtatim Prælato denuntiare, ſi repetitione teſtium ſperet fore, vt delinquēs ad meliorem trahatur frugem.

Reſpōdeo poſſe alios teſtes gradatim adhibere, ſed non teneri. Quod poſsit. Ratio eſt quia nulla ſufficienti ratione probatur non poſſe; cum hac ratione ſperet reſipiſcentiam, & famæ delinquentis proſpiciat. Quod verò nō teneatur. Ratio eſt tū quia ſufficienter charitatis ordinem ſeruauit iuxta pręſcriptum Euangelij. Tum quia nō tenetur tantum incommodum ſubire cum frequenter magis oneroſum ſit teſtes ſępius adhibere, quā delinquentem Prælato vnica vice denuntiare. Ita Malderus loco cit. in reſponſione ad quartum argumentum verſ. Ad poſteriorem ſequelam.

15 Tertiò Dubium eſt, vtrum poſſimus aliquando delinquētem, qui à peccato nondum reſipuit priuata monitione, deferre Prælato tanquam priuatæ perſonæ, & tanquā teſti, nullis antea teſtibus adhibitis.

Reſpondeo negatiuè, per ſe loquendo. Ratio eſt tum quia ſine cauſa non eſt recedendum ab ordine præſcripto in Euangelio. Tum quia delinquens magis ægrè ferre conſueuit ſuum crimen aperiri ſuperiori, quàm alijs hominibus inferioris conditionis. Ita Nauar. cap. 24 num. 14. ad finem, Bannes, & Valentia locis ſupra cit. Becanus 2. 2. cap. 21. num. 30. & alij contra Sotum, Sylueſtrum, Graffium, & alios, quos citat, & ſequitur Malderus 2. 2. quæſt. 33. art. 8. dubit. 2.

Dixi per ſe loquendo, vt aduerterem aliquando fieri poſſe, vt denūtietur Prælato; nullis antea teſtibus adhibitis, vt ſi delictum ſit publicum, aut ita poſtulet bonum aliorum, quibus imminet damnū, niſi Prælatus ſtatim admoneatur, aut ſi præuideatur delinquentem non emendandum, ſi coram teſtibus corripiatur, emendandum verò ſi Prælato denuntietur. Ratio

eſt

eſt tum quia ſic colligi videtur ex D. Auguſtino Epiſtola 109. in regula religioſarum fœminarum, vbi in hæc verba loquitur. Sed antequam alijs demonſtretur, per quas conuincẽda eſt, ſi negauerit, prius prępoſitæ debet oſtendi. Tum quia vtiliter geritur negotiũ delinquentis, cuius famæ conſulitur, facta Prælato denuntiatione antequam alij in teſtes accerſantur. Tum quia nullus obligatur ad opus inutile; ſed teſtium aduocatio eſſet inutilis, vt ſupponimus, ergo non ſunt aduocandi teſtes. Ergo prius Prælato fieri poteſt denuntiatio. Ita Becanus, num. 33. & alijs locis cit.

16 Quartò dubium eſt, vtrum frater adhuc poſsit denuntiari Prælato, ſi poſt priuatam monitionem, vel etiam ſine monitione ſpontè reſipuit.

Reſpondeo non eſſe denuntiandum Prælato, etiamſi ordinarium immineat periculum relabendi. Ratio eſt tum quia proximus corrigendus eſt ob neceſsitatem ſpiritualem, qua laborat: hic autẽ non dicitur laborare neceſsitate; cum non ſit in ſtatu peccati, nec probabile periculũ imineat incidendi in peccatũ. Tum quia non licet proximi famam prodigere, niſi aliter poſtulet probabile periculum grauioris mali, à quo aliter proximus nequeat liberari: hic autem, non eſt probabile periculum grauioris mali, quod aliter nequeat euitari, vt ſuppono. Tum quia ſufficienter adimpletum eſt pręceptum Euangelij. Si te audierit lucratus es fratrem tuum. Ita Sotus de ratione tegendi ſecretũ, membro 6. quæſt. 2. Nauar. loco cit. num. 14. ad finem, Malderus loco cit. dubio 4. Contra Ricardum in 4. diſt. 19. art. 8. quæſt. prima.

Hoc tamen limitandum eſt, modò frater non exiſtat in probabili periculo relabendi, vt ſi notabiliter negligens ſit in præcauendis eiuſdem peccati occaſionibus; tũc enim poteſt iterum corripi, ſeruato correctionis ordine, vel ſi aliter fructus non ſperetur, poterit Prælato ſtatim denũtiari, vt patet ex iã traditis. hic enim dicitur neceſsitate ſpirituali laborare, cum exiſtens in proxima peccandi occaſione dicatur in ſtatu peccati exiſtere, vt patet ex dictis de matrimonio, quæſt. 4. pun. 14. num. 11.

17 Quintò dubium eſt vtrum contra delinquentem, per correctionẽ non emendatum, poſsit prælatus iudicialiter procedere, vt ipſum hac via trahat ad reſipiſcentiam. Reſpondeo poſſe iudicialiter procedere, modò prius ſeruatus fuerit ordo correctionis, & delinquens emendari neglexerit. Ratio eſt tum quia vtiliter geritur negotium delinquentis, ad quem à peccato retrahendum Eccleſia omnem conatum adhibet. Tum quia poteſt à cõſortio fidelium per excommunicationem ſeparari, iuxta illud Euangelij. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tãquam Ethnicus, & Publicanus; ſed non poteſt excõmunicari, niſi iudicialis proceſſus cõtra ipſum inſtituatur. ergo &c. Ita Malderus, Sotus, & alij locis cit.

Hac occaſione aliqui aduertũt, in hoc iudiciali negotio, eũ, qui denuntiat, habere locũ teſtis, iuxta illud Euangelij adhibe adhuc vnũ, vel alterum. hic. n. ex teſte Euangelico fit teſtis iudicialis, quod non implicat. Verum de hac re agemus in octauo Decalogi præcepto.

PVN-

PVNCTVM VLT.

De charitate, in quo agitur de odio, alijſquè vitijs charitati contrarijs.

CVm multa peccata charitati opponantur directè, vel indirectè, & conſecutiuè, explicandum eſt in hoc puncto, quæ peccata charitati aliqua ratione aduerſentur; cum autem inter hæc primum locum teneat odium, quod charitati è diametro repugnat, ab ipſo exordium ſumam.

§. I.

De odio in Deum, & proximum.

1 *Odium eſt peccatum grauiſſimum charitati contrarium.*
2 *Multa peccata Charitati opponũtur.*
3 *Paruitas materiæ non excuſat à mortali in peccato odij.*
4 *Deus quatenus infeſtus poteſt odio haberi.*
5 *Odium generale reperitur in omni peccato non verò ſpeciale.*
6 *Odium proximi eſt peccatum contra charitatem.*
7 *Inferuntur corrolaria ex præcedenti doctrina.*
8 *An ſit idem ira, odiũ, & indignatio.*
9 *An peccet peccato odij, qui rebus alienis malum exoptat.*
10 *In confeſſione aperiendum eſt, an odium fuerit in Deum, an in proximum.*
11 *Ex bono motiuo licitum eſt ſibi malum optare, non verò inferre.*

PRIMA PROPOSITIO.

ODium Dei eſt peccatum grauiſsimum charitati contrarium; Quod odium Dei ſit peccatum charitati contrariũ per ſe patet, nam actu charitatis Deũ amamus, illiq; bonum optamus; actu verò odij Deum odimus, illiq; malum imprecamur. Quod verò odiũ Dei ſit peccatum omnium grauiſſimum ratio eſt quia charitas eſt virtus omnium excellentiſsima, & actus charitatis eſt omnium aliorũ actuum pręſtãtiſsimus, vt ſuperius oſtenſum eſt; ergo actus odij Dei eſt omnium grauiſsimus; nam grauitas peccati deſumitur ex priuatione perfectionis, qua priuat; cum autem actus odij Dei priuet perfectione actus charitatis, qui eſt omnium præſtantiſsimus, ſequitur odium Dei eſſe peccatum omniũ grauiſsimum. Ita S. Th. 2. 2. quæſt. 34. art. 2. Valentia ibidem puncto 2. Malderus ibidem. Turrianus ibidem dub. 2. Tolet. lib. 4. cap. 9. num. 1. & alij DD. ſtatim citandi.

2 Vt hæc clarius intelligãtur aduertendum eſt primo multa peccata charitati directè opponi; primũ eſt quando actus dilectionis Dei non elicitur eo tempore, quo eum ex pręcepto charitatis elicere tenemur; Secundum eſt quando Deus nec ſuper omnia, nec tanquàm finis vltimus diligitur, ſed alia Deo pręferuntur. De his peccatis ſuperius ſufficienter egimus; tertium peccatum contingit, cum quis odio Deum habet, illiq; malum concupiſcit, eſtq; hoc grauiſsimum mortale peccatum.

3 Sed modò dubium ſuboritur,

Vtrum peccatum odij in Deũ poſſit eſſe veniale ob paruitatem materiæ. Ratio dubitandi eſt quia odium proximi poteſt ratione paruitatis materiæ eſſe peccatum veniale, ergò etiam odium Dei, cum eidem virtuti vtrumque opponatur.

His non obſtantibus, Respondendum videtur odium in Deum non poſſe ob paruitatem materiæ fieri peccatum veniale. Ratio eſt tũ quia quodlibet odiũ Dei maximè repugnat ſummę bonitati Dei, qui ſummè bonus eſt, nec in ipſum vlla ratio mali cadere poteſt. Tum quia ſicut mortaliter peccat, qui Dei fidem non præſtat in quolibet fidei articulo etiam minimo, ita ẽt, qui vult aliquod malum Deo, mortaliter peccare videtur. Ex oppoſito ſicut mortaliter non peccat, qui fidem homini in minimis non præſtat, ita non peccat mortaliter, qui vult proximo leue malum. Ità Turrianus 2. 2. diſp. 91. dub. 1. verſ. Sed quærere poteſt.

Hinc patet reſponſio ad rationem dubitandi.

4 Aduertendum ſecundò Deum dupliciter conſiderari poſſe; primò vt eſt ſummum bonum, & ſic à nullo poteſt odio haberi: nam vbi nulla eſt mali ratio, ibi nullus poteſt eſſe odij actus, in Deo autem ſpectato ſecundum ſe, vt eſt ſummũ bonum nulla põt eſſe ratio, & ſpecies mali. Secundò quatenus eſt infeſtus, ſeu quatenus aliquam pęnam infligit, & ſic odio haberi poteſt, quia odium eſt actus, quo aliquem tamquam infeſtum, & odioſum deteſtamur. quamquam hic odij actus erga Deũ eſt graue peccatum. Ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 34. art. 1. Bannes ibidem Sanchez loco cit. num. 10. Tolet. loco cit. num. 1. Malderus loco cit. art. 1. Azor. prima parte, lib. 9. cap. 4. quæſito 6. Reginald. lib. 17. cap. 10. num. 101. Becanus 2. 2. cap. 24. num. 5. Petrus de Lorca 2. 2. quæſt. 34. parte prima, num. 3. Gregorius de Valentia, tom. 3. diſp. 3. quęſt. 11. & 9. puncto primo Turrianus 2. 2. quæſt. 34. art. 1. ad finem.

Hinc patet primo, quo pacto Dęmones odio Deum proſequantur; nàm ob plagas ſibi à Deo illatas Deum deteſtantur. Ita Malderus loco cit. Valentia, & alij locis cit. Secundò patet eũ grauiſsimè peccare, qui Deum tamquàm ſibi infeſtum, & odioſum cõcipit, ipſumque odio habet, aut optat ipſum non eſſe; quamuis enim electio voluntatis non poſsit abſolutè ferri in impoſsibile; nihilominus actus ſimplex voluntatis ferri poteſt, vt docet Ariſtot. 3. Ethic. cap. 2. Sanchez loco citato, & alij, quos in ſimili retuli de pœnitentia de contritione circa omnia peccata venialia in futurum præcauenda.

5 Aduertẽdum tertio cum Petro de Lorca, num. 5. & alijs odium generale reperiri in omni peccato, non verò odium ſpeciale; nam odiũ generale conſiſtit in auuerſione à Deo, quatenus peccator electione actus peccaminoſi conuertit ſe ad creaturam, & Deo virtualiter vult malum, ideſt peccatũ, & offenſam, & hæc eſt circunſtantia omnium peccatorum; odium verò ſpeciale conſiſtit in actu diſplicẽtię, vel deſiderij mali in Deum.

Digitized by Google

SECVNDA PROPOSITIO.

6 ODium proximi eſt peccatũ mortale charitati oppoſitum. Ratio eſt quia ſicut virtute charitatis Deum, & proximum diligimus, ita actibus charitati oppoſitis homo Deum, & proximum deteſtatur. Ita S. Thom. loco cit. art. 3. Malderus ibidem Turrianus 2.2. quæſt. 91. dub. 1. Valent. loco cit. pun. 2. ad finem.

Addo hoc peccatũ eſſe mortale ex ſuo genere; nam directè aduerſatur charitati, eamque tollere poteſt; peccatum autem, quod charitatem per ſe deſtruit, eſt mortale ex ſuo genere, quamquam fieri poteſt veniale ob imperfectum animi conſenſum, vel ob materiæ paruitatem, vt ſi quis leue malum alicui optet, vel ſi leuem erga proximum diſplicentiam, aut modicam quandam auerſionẽ habeat; hic enim non peccat mortaliter, ſicut neq; mortaliter peccat, qui faſtidiũ, indignationem, & quandam auerſionem concipit in eos, qui ſpiritualia cõſulũt, vt in cõcionatores, aut alios ex Tolet. libro de ſeptem peccatis, cap. 70. ex Reginaldo, nu. 109. Emanuele Sà v. Indignatio, Turriano diſp. 91. dub. 1.

7 Ex dictis ſequitur primo eum grauiter peccare contra charitatem, qui alicui malum exoptat ex diſplicentia perſonę, ſeu ob malum ipſius perſonę, & non ob bonum ipſius, vel alterius. Idem dicendum eſt de eo, cui perſona alterius tanquam infeſta, & odioſa ſibi diſplicet, aut eam non eſſe, aut aliud ipſius malum abſque ſuo commodo, & emolumento concupiſcit, idem dic de eo, qui gaudet de malo proximi ob malum ipſius. Secus ſi gaudeat de malo, vel triſtetur de bono ex bono motiuo; actus enim inefficax ſpecificatur à motiuo, ab eoque bonitatem, & malitiam ſumit, vt patet ex dictis de matrimonio: ob id à mortali excuſatur, qui de ſanitate alicuius triſtatur, aut gaudet de illius infirmitate, eo q͛d ille ex recta corporis valetudine peccandi occaſionem arripiat. Idem dicendum eſt de eo, qui triſtatur dignitates indignis conferri, aut qui mortem hęreſiarchis concupiſcit, ne reliquos execranda hęreſis peſte inficiant. Ita Tolet. lib. de 7. peccatis mort. cap. 66. & 67. Reginaldus, lib. 17. num. 116. Azor. prima parte lib. 3. cap. 12. Nauar. cap. 15. num. 10. Emanuel Sà verbo Charitas, num. 8. Idem dicendum videtur de matre, quæ mortem filiarum optat, eo quod ob deformitatem, aut inopiam nequeat eas iuxta animi ſui deſiderium nuptui tradere. Ita Azor. prima parte, lib. 3. cap. 12. quæſt. 2. Ratio eſt quia hoc non eſt odium perſonę, ſed rei, ideſt deformitatis, aut inopiæ, ob quam ex amore filiarum optat illis mortem. Idem dicendum videtur de matre, quę mortẽ filiabus exoptat, quia occaſione ipſarũ male ſecum agitur à marito, aut iniurijs afficitur; non enim propriè deteſtatur filias ex diſplicentia ipſarũ, ſed in deteſtationem proprij mali.

Secũdò eos grauiter peccare cõtra charitatem, qui actiones iniuriarum in iudicio proſequuntur cõtra ſuos inimicos ex prauo affectu, & non ex honeſto fine; quamuis enim licitum ſit petere à Iudice, vt pœnam delinquenti infligat, quam

ex iuris diſpoſitione iuſtè poteſt infligere; nihilominus non licet eam petere, aut de ea gaudere ex diſplicētia perſonæ, ſeu quatenùs eſt malum ipſius. Ità Reginaldus loco cit. Emanuel Sà v. Charitas, num. 8. & alij communiter. Idem dicendum eſt de iudice, qui pœnam infert delinquenti, aut de ea gaudet, non ex honeſto fine, ſed ex diſplicentia perſonæ, ſeu vt malũ ipſius eſt, perſiſtendo in eo, quod ipſi malum ſit, quamuis enim Iudex poſsit ex zelo iuſtitiæ pœnam alicui inferre; non tamen poteſt malum alicui velle ex diſplicentia perſonę, ſeu ex motiuo odij, quia hic eſt actus odij contra charitatem. Ita Turrianus diſp. 91. dub. 1. ſub finem, & alij DD. cit.

Tertiò eũ grauiter peccare contra charitatem, qui abſolutè vult alteri carentiam beatitudinis, vel pœnas inferni, vel quid ſimile; nã ex charitate tenemur proximum diligere præſertim in ordine ad beatitudinem; ergo qui abſolutè proximo vult id, quod eſt beatitudini contrarium, peccat contra charitatem. ſecus ſi non velit abſolutè, ſed ex bono motiuo, vt ſi præuideat fore delinquentem non eſſe conuertendum, ſed additurũ peccata peccatis, alijſq; damnum allaturum, niſi quãprimùm ad inferos rapiatur; actus enim deſiderij ſpecificatur à fine. Ita Reginaldus, num. 118. & alij communiter.

An verò odiũ ꝓximi ſit grauius peccatum alijs, quę in proximũ cõmittuntur, Reſponderi poteſt eſſe grauius ſi conſideretur per ordinẽ ad charitatem, cuius perfectione priuat, vt dictum eſt de odio Dei; ſi verò ſpectetur in ratione nocumenti dicendum eſt alia peccata eſſe grauiora, vt homicidium, & furtum; nam illud peccatum eſt maius per ordinem ad damnum proximi, quod maius damnum infert; alia autem peccata inferunt maius damnum. Vide Petrum de Lorca, quæſt. 34. art. 4. Bannem 2. 2. quæſt. 34. art. 4. Valentiam loco cit. puncto 2. verſ. Dico 2. & alios cõmentatores S. Thomæ loc. cit. art. 4.

Quartò eos non peccare, qui alicui volunt mortem, eamq; à Deo petunt, ne peruertatur non enim cupiunt malum ex diſplicẽtia perſonæ; ſed potiùs bonum ex affectu erga eum, cui malum volunt in ordine ad bonum finem.

Obijcies nõ licet malum alicui priuata auctoritate inferre, etiam ex bono, & honeſto fine; ergo neq; licet concupiſcere, vel à Deo petere. Reſpondeo negando conſequẽtiam; ſicut enim non valet hoc modo argumentari, licitum eſt velle malum alicui ex bono fine; ergo etiam licitum eſt malum ex bono motiuo inferre; ità neque valet dicere, non licet malum inferre; ergo neque licet concupiſcere. Ratio diſparitatis eſt quia cum actus internus inefficax ſumat bonitatẽ, & malitiam à fine, vt docui de matrimonio, actus verò efficax bonitatem, & malitiam ſumat ab actu externo, & ab obiecto, fit vt actus deſiderij bonus ſit, ſi ex bono motiuo eliciatur; actus verò efficax internus, vel externus malus ſit, etiam ſi bonus ei finis addatur; quia bonitas finis non aufert iniuſtitiam, aliamvè malitiam, quam actus ex natura coniunctam habet. Ità Reginaldus, num. 120. & alij, quos in ſimili retuli de matrim. quæſt. 4. de delectatione.

8 Sed modò dubium eſt primo, vtrum ſit idem, ira, odium, & indignatio. Reſpondeo negatiuè cũ Azorio prima parte, lib.3.cap.12. quæſito 2. & capite 17. quæſito 2. Nam odium contingit, dum quis alterum odio proſequitur, eo quod ſibi diſpliceat, ſeu dum quis alteri malum cupit ex diſplicentia perſonæ, etiam ſi nullam ab ea iniuriã paſſus ſit, peccatum verò iræ contingere videtur, dum quis vult alteri malum, eo quòd alter iniuriã ſibi, aut læſionem aliquam intulerit, quam cupit vindicare, & eſt peccatum mortale ex ſuo genere; quamquam imperfectus animi cõſenſus, & paruitas materiæ à mortali excuſent. Indignatio verò cõmittitur, dum quis dolet, quod videat bona indignis conferri, & hęc videtur tãtummodò peccatum veniale, pręciſa alia circunſtantia; non enim elicitur ex diſplicentia perſonæ, vel ex prauo fine mortaliter peccaminoſo, vt ſuppono: immò ſi ex aliquo fine honeſto eliciatur, non videtur peccaminoſa, vt patet à ſimili de ira, iuxtà illud Pſalmi 4. Iraſcimini, & nolite peccare. Ità Tolet.lib. de ſeptem peccatis, cap.65.num.6. Azor. & alij.

9 Secũdò dubium eſt; vtrum peccet peccato odij, qui malum rebus alienis concupiſcit, vt ſi quis mortem equo Titij imprecetur.

Rñdeo diſtinguendo, vel optat malũ reb⁹ alienis ex indignatione, ſeu ex prauo affectu in ipſas, vel ex diſplicẽtia perſonæ, ad quã pertinent; Si primum non peccat peccato odij. Ratio eſt quia odium eſt peccatum contra charitatem, qua tenemur proximum diligere; animalia autem, & res alienæ per ſe ſpectatę non ſunt noſter proximus; conſequenter qui malũ rebus alienis primo modo conſideratis exoptat, non peccat peccato odij. Si ſecundum peccat peccato odij, quia proximo ſuo vult malum ex diſplicentia perſonę, vult enim malum animalibus per ordinẽ ad perſonam, quam odio proſequitur. Ita DD. quos retuli de blaſphemia dum loquerer de eo, qui creaturis maledicit.

10 Tertiò dubium eſt; an pœnitens, qui peccatum odij commiſit ſatisfaciat in cõfeſsione dicẽdo, ſe tot odij peccata cõmiſiſſe, vel teneatur etiã aperire, an odium fuerit in Deum, vel in proximum.

Reſpondeo teneri exprimere, an odium fuerit in Deum, vel in proximum. Ratio eſt quia peccata, licet remotè, & mediatè ſpecificentur penès virtutes ſpetie diuerſas, immediatè tamẽ ſpecificantur penès perfectiones immediatas, quibus priuant; cũ autem alia ſit perfectio, qua priuat odium, vt eſt cõtra Deum, alia qua priuat odium proximi, vt contra proximũ, ſicut alius eſt amor Dei, vt eſt in Deum, & alius amor proximi, ſi immediatè ſpectetur, vt eſt in proximum, ſequitur odium Dei ſpecie proximè differre ab odio proximi; conſequenter in confeſsione aperiendũ eſſe, an odium fuerit in Deum, vel in proximum. Ita Valentia loco cit. pun.2. verſ. Dico quarto Caietan. 2. 2. quæſt.34.art.6. Bannes ibidem dub. 2. concluſ. 3. Luiſius Turrianus 2.2.diſp.91.dub.1. ad finem.

Obſerua tamen cũ Turriano nõ opus eſſe in cõfeſsione aperire mala ipſa, quę quis proximo concupiuit, ſed ſatisfacere, dicendo ſe toties

ties graui odio proſecutum fuiſſe proximum, optando illi graue malum; nam diuerſitas malorũ in actu odij materialiter ſe hẽt, & in actu odij comprehenduntur ſub eadem ratione formali, ideſt vt ſunt malũ proximi; idem docent Caiet. & Valentia locis citatis. Nec eadem videtur ratio odij, & aliorum peccatorum, quorum obiectum materiale in tractatu de pœnitentia diximus explicandum eſſe in confeſſione; nã odium in ſuo eſſe non ſolum ſpecifico, verum etiam indiuiduali conſtituitur potiùs ex motiuo, quam ex obiecto materiali, cum idcircò velimus alicui graue malum, quia nobis diſplicet.

11 Quarto dubiũ eſt; an quis poſſit ſibi aliqua ratione optare malũ. Ratio dubitandi eſt quia nullus poteſt velle proximo malum, ergo neque ſibi ipſi, cum homo teneatur ex charitate magis ſe ipſum diligere, quàm alium. Reſpondeo aliquem poſſe ſibi malum optare ex bono motiuo, & ex honeſto fine, licet non poſsit ex prauo fine.

Ratio eſt tùm quia hoc non eſt velle ſibi malum, ſed nolle aliquid ex affectu alicuius boni honeſti, ſeu velle honeſtum permiſſo malo, & ſicut non eſt peccatum velle alteri malum ex honeſto fine, aut gaudere de malo alterius, exempli gratia de morte ob bonũ indè ſecutũ, ità neq; videt peccatũ optare ſibi malũ. Tùm quia actus deſiderij eſt actus inefficax: actus autem inefficax bonitatem, & malitiã ſumit à motiuo, cuius intuitu elicitur. Ita Vaſq. 1. par. diſp. 8. cap. 3. & diſp. 234. cap. 2. nu. 13. Luiſius Turrianus 2. 2. diſp. 91. dub. 3. Nauar. cap. 15. num. 10. Emanuel Sà v. Charitas, num. 3. & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio, quæſt. 4. de delectatione moroſa; Non tamen licitum eſt ſibi malum contra vitam inferre, aut mortẽ procurare, hic enim eſt actus efficax, qui non ſumit ſpecificationem à motiuo, ſed ab actu, & obiecto interno, vt alibi docui.

§. II.
De Inuidia.

1 *Quid ſit Inuidia.*
2 *Quanam ſit differentia inter inuidiam, & reliqua peccata.*
3 *Inuidia eſt peccatum mortale contrarium charitati.*
4 *Inuidia poteſt eſſe peccatum veniale ob imperfectionem actus.*
5 *Inuidia inter peccata capitalia connumerari debet.*

IN hoc § quærendum eſt primo, quid ſit inuidia, ſecundo quale peccatum, & cui virtuti opponatur.

PRIMA PROPOSITIO.

INuidia eſt inordinata triſtitia, qua quis dolet de bono alicuius, non quatenùs eſt bonum illius, ſed quatenùs videtur diminuere propriam excellentiam. Ideò is dicitur peccare peccato inuidiæ, qui dolet de gradu ab altero adepto, aut de illius doctrina, vel de alio bono, quatenùs putat inde ſuam doctrinam, vel dignitatẽ, vel aliud bonũ diminui. Ità cõmuniter DD. cum S. Thoma 2. 2. quæſt. 36. art. 1.

Dixi inordinata triſtitia; nàm ſi triſtitia ordinata ſit, nõ imputatur ad culpam; eſt autẽ ordinata quotiès elicitur ex bono fine. Ex quo patet eum nõ peccare peccato inuidiæ

uidiæ, qui occaſione boni alicuius, quo alterum affectum videt, triſtitiam capit, non quatenùs alter eſt affectus eo bono, ſed quia videt ſe eo deſtitutum; hæc enim non eſt triſtitia inordinata pertinens ad inuidiam cū proximus non doleat de bono alterius quatenùs eſt diminutiuum proprię excellentiæ; ſed quia ipſe eo caret illud ſibi cupiēs, & nō intendens alterius iniuriam, aut damnum, quapropter pauperes non habentes ea, quæ ſibi neceſſaria ſunt, excuſantur à peccato, ſi dum alios cernunt diuitijs affluentes, triſtentur ſe bonis carere ad commodum ſui, & familiæ ſuſtentationem; hæc enim non eſt triſtitia inordinata, ſed ordinata; cum non capiatur dolor de bono alterius, vt eſt in altero, aut quaten⁹ eſt diminutiuum proprij boni; ſed quatenus ipſe eo caret illud ſibi optando ad bonum finem. Item, qui videt alium aliqua virtute excultū, & triſtatur, non quia alter probus ſit, ſed quia ipſe ea virtute, & probitate careat, excuſatur à peccato, quia hæc non eſt triſtitia inordinata, ſed ordinata, & ſancta emulatio nūcupatur, iuxtà illud 1. ad Corint. 12. Emulamini chariſmata meliora, & c. 14. Sectamini charitatem, emulamini ſpiritualia. Ità Valentia punc. 2. & alij DD. ſtatim citādi.

2 Dixi quatenùs videtur diminuere propriam excellentiam, vt indicarem differentiam inuidiæ ab alijs peccatis, quibus quis dolet de bono alterius; varijs enim modis contingere poteſt, vt quis de bono alterius triſtetur, ſi triſtetur de bono Dei, vt bonum Dei eſt, dicitur actus odij Dei, ſi triſtetur de bono Titij ex diſplicentia ipſius eſt peccatum odij proximi, ſi triſtetur de bono alicuius, quia illius conſecutione timet ſibi ademptā eſſe adulterandi occaſionem eſt peccatum adulterij; actus enim inefficax ſpecificatur à fine; ſi verò doleat de bono alterius, quatenùs eſt diminutiuum proprij boni eſt peccatū inuidiæ de quo nobis ſermo eſt, & per hoc diſtinguitur inuidia à cæteris peccatis, quod inuidus triſtatur de bono alterius putans inde propriam excellentiam diminui. Ità Luyſius Turrianus 2.2. q.36. ad finem dubio vnico, Tolet. lib. de ſeptem peccatis cap. 63. Malderus 2.2.q.35. aſſert. 2. Valentia 2.2. diſp. 3. quæſt. 13. pun. 1.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 INuidia eſt peccatum mortale ex ſuo genere contrarium charitati. Ratio eſt quia charitas gaudet de bono proximi; inuidia verò triſtatur de bono proximi; obiectum enim materiale charitatis eſt bonum. Ità S. Thomas loco cit. art. 3. Luyſius Turrianus loco cit. ad finem Valentia loco cit. pun. 2. Nauarrus cap. 23. num. 118. Reginaldus lib. 17. nu. 129. Bannes 2.2.q.36. in commentario art. 3. Becanus 2. 2. cap. 24. nu. 7. & alij DD. cōmuniter teſte Toleto lib. de ſeptem peccatis cap. 66. num. 1. contra Petrum de Lorca 2.2.q.36. in additione ad tertium articulum, vbi docet inuidiam ex ſuo genere, & ex ſua ratione formali nō eſſe grauius peccatum, quam ſit inanis gloria, & conſequenter non eſſe mortale peccatum, modò inuidus ex vehementia affectus non moueatur ad iniuſtè remouendum proximi bo-

num, vt patet à ſimili, inquit Lorca, de auaritia, quæ, cum ſit ſolùm inordinatus amor diuitiarum, non eſt peccatum mortale, niſi ei addatur alia mortalis circumſtantia, vt ſi auarus ad pecuniam congregandam non vereatur aliquam iniuſtitiæ culpam committere. Verùm falſa mihi videtur huius auctoris ſententia; inuidus enim non ſibi ſimpliciter concupiſcit honorem, diuitias &c. vt contingit in auaro, aut alio inanis gloriæ cupido; ſed triſtatur de bono proximi, quod eſt vitium charitati contrarium, & vt plurimùm reperitur tantumodò inter æquales, aut ferè inter æquales, quia inuidus nollet æqualem ſibi effici maiorem. Ità DD. cit. innixi teſtimonio Ariſtotelis 2. Rhætoricorum cap. 10.

4 In propoſitione dixi, ex ſuo genere, vt aduerterem inuidiam fieri poſſe peccatum veniale, tùm ob imperfectionem conſenſus, & non plenam aduertentiam, tùm ob materiæ paruitatem, vt pueris contingere cōſueuit, qui de leuibus aliorum puerorum bonis triſtitiam capere ſolēt. Ità S. Thomas, Bannes, Toletus, & Reginaldus locis citat. Caietanus v. Inuidia, Valentia [illegible]mo 3. d. 3. q. 13. pun. 2. propoſit. 3.

5 Quæres, Vtrùm inuidia debeat inter vitia capitalia connumerari. Rñdetur affirmatiuè, quia ex ipſa tamquā ex capite multa alia peccata originem ducunt, vt odium proximi, ſuſurratio, detractio, gaudium in aduerſis proximi, & triſtitia in proſperis eiuſdem. Ità S. Thomas loco cit. art. 4. Bannes, Petrus de Lorca, & Turrianus ibidē, Reginaldus loco cit. nu. 130. Valentia loco cit. pun. 2. propoſitione 2.

§. III.

De Acedia.

1 *Quid ſit Acedia.*
2 *Acedia eſt mortale peccatum ex ſuo genere.*
3 *Acedia poteſt eſſe peccatum veniale ex leuitate materiæ.*
4 *Acedia opponitur charitati.*
5 *Acedia eſt vitium capitale.*

DVo breuiter explicanda ſunt. Primo quid ſit acedia. Secundo quale peccatum, & cui virtuti opponatur.

PRIMA PROPOSITIO.

1 ACedia eſt triſtitia, ſeu tędiū rerum ſpiritualium, quatenus ad ipſum hominem pertinent, vt ſi quem tædeat pœnitentiā agere ex quadam pœnitentiæ nauſea, aut ſi nollet concionem haberi, aut ieiuniū eſſe &c. Ità S. Thomas 2. 2. quæſt. 36. art. 1. Malderus, & Bannes ibidem. Reginaldus lib. 17. nu. 107. Valentia 2. 2. diſp. 3. q. 12. pun. 1. Toletus lib. de ſeptem peccatis cap. 68. Caietan. 2. 2. quæſt. 35. art. 2. vbi acediam ſic deſcribit Acedia eſt triſtitia voluntatis, ſeu appetitus de bono aliqualiter diuino, & noſtro exiſtimato vt malo proprio propter adiunctam difficultatem illud obtinendi, adferens proindè incuriam, & negligentiam actionū piarum, & ſalutarium.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 ACedia eſt peccatum mortale ex ſuo genere, charitati oppoſitum, & vitium capitale nuncupa-

Digitized by Google

cupatur. Ratio eſt tùm quia 2. ad Corint. cap. 7. dicitur triſtitia ſeculi mortem operatur; id autē quod mortem operatur eſt peccatū mortale. Tum quia acedia opponitur charitati; quod autē charitati opponitur eſt peccatū mortale ex ſuo genere. Ità S. Thom. loco cit. art. 3. Petrus de Lorca ibidem Bannes ibidem, Reginaldus, Toletus, Becanus, & alij loc. cit. contra Luyſiū Turrianum 2. 2. q. 35. art. 4. ſub finē.

3 Dixi ex ſuo genere, quia poſita grauitate materiæ cum ſufficienti deliberatione ſemper eſt mortale, etiam non mutata ſpecie. Ob paruitatem verò materiæ, aut ob indeliberationem certum eſt fieri poſſe peccatum veniale. Propterea Reginaldus nu. 108. & Tolet. loco cit. eum à mortali excuſant, qui de re ſpirituali triſtatur non abſolutè, & ſecundum ſe, ſed potius ob aliquam circumſtātiam temporis, aut loci, vt ſi triſtetur tali die ieiunandum eſſe, aut tali hora habendam eſſe concionem; hic enim nō vult abſolutè ieiunium, aut cōcionem non eſſe; ſed nollet eam eſſe ſecundum circumſtantiam temporis, quæ in hac re videtur materia leuis. Ita Reginald. nu. 108. & Toler. cap 69. tractatu de ſeptem peccatis. Addo eſſe tātummodò peccatum veniale, quando quis triſtatur de bono diuino, quod debet obtineri non per actiones præceptas ſub mortali, ſed ſolùm ſub veniali; tunc enim charitas non videtur grauiter lædi. Ità Caiet. in ſumma v. Acedia, Turrianus, Valentia loc. cit. & alij.

4 Dixi oppoſitum charitati, quia charitatis proprium eſt gaudere in exercitio dilectionis; accediæ verò proprium eſt in huiuſmodi exercitio triſtitiam capere. Ità S. Thomas, Valentia, Toletus, & Reginaldus v. Acedia locis cit. Exiſtimo tamē nō omnē accediam aduerſari directè charitati; nàm ſi aliquis triſtetur de ieiunio ex affectu gulæ, videtur directè peccare contra tēperantiam. Si triſtetur de bono ſpirituali, quatenus à Deo eſt, quaſi nolens in eo Deum laudari, facit aliquid pertinens ad odium Dei. Si triſtetur de bono ſpirituali proximi quaſi nolens ipſi tale bonum, committit inuidentiam fraternæ gratiæ, & ſic de cæteris: peccata enim dicuntur illi virtuti opponi, cuius perfectione priuant.

5 Dixi & vitium capitale nuncupatur; nàm ex hoc peccato oritur malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor, & euagatio mentis, de quibus diſſerit S. Thomas 2. 2. q. 35. art. 5. Valentia, Toletus, & Reginaldus locis citatis.

§. IV.

De Diſcordia, & contentione.

1 *Quid ſit diſcordia.*
2 *Quale peccatum ſit diſcordia, & cui virtuti opponatur.*
3 *Vtrum diſcordia ſemper opponatur Charitati.*
4 *Quid ſit Contentio.*
5 *Contentio eſt peccatum mortale ex ſuo genere.*

IN hoc §. explicandum eſt primo quid ſit diſcordia, ſecundo quale peccatum ſit, & cui virtuti aduerſetur, tertio Vtrùm differat à contentione.

PRI-

PRIMA PROPOSITIO.

1 DIſcordia eſt inordinata diſſenſio voluntatis à voluntate alterius, cui conſentire deberet, vt ſi proximus velit aliquod bonũ, tu verò ſine rationabili cauſa cupias ipſum eius boni cõſecutionem non obtinere, aut ſi ſuperior tibi aliquid præcipiat, tu verò debitam ipſius mandato renuas obedientiam præſtare. Ità Reginaldus loco cit. num. 131. Becanus loco cit. num. 8.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 DIſcordia eſt peccatum mortale ex ſuo genere, quoties quis diſcordat à voluntate illius, cum quo tenetur ex vinculo charitatis concordare, vt ſi pauperem volentem ſibi neceſſaria prouidere ſine iuſta cauſa cupias non obtinere. Ratio eſt quia huiuſmodi peccatũ opponitur charitati; peccatum autem oppoſitum charitati eſt mortale ex ſuo genere, quia poteſt charitatẽ deſtruere, quæ nõ tollitur niſi ob mortale peccatum.

Non nego tamẽ, quin diſcordia poſsit eſſe veniale peccatũ ratione indeliberationis, & inaduertentiæ, aut ratione paruitatis materiæ, vt ſi quis ab alio diſſentiat in ijs, quæ proximo graue detrimentum non afferunt; ſicut enim in ſententia multorum Doctorũ non teneor extra grauem proximi neceſsitatẽ eleemoſynam facere, ità neq; teneor voluntati proximi cõſentire, dum proximus inde grauem neceſſitatẽ non patitur. Hinc colligitur diſcordiã eſſe peccatũ mortale ex ſuo genere charitati oppoſitum.

3 Quæres vtrum diſcordia ſit vitium ſemper oppoſitum charitati. Reſpõdetur negatiue, ſed alijs virtutibus opponi iuxtà obligationẽ, qua tenemur ab alterius voluntate nõ diſſentire: ideò ſi ſubditus ſuperiori aliquid præcipiẽti extra obligationem charitatis nolit obedire, non peccat contra charitatem, ſed contra virtutem, in qua conſtituitur materia præcepta à ſuperiore; Nàm peccata ſpecificantur penès perfectiones, & virtutes, quibus opponuntur. Ità Reginaldus loco cit. num. 131. Quæ diximus de diſcordia cum eadem proportione dici poſsũt de rixa, quę eſt quędam pugna priuatarum perſonarũ concitata ex mutua excandeſcentia, & ira, qualis eſſe ſolet pugna inter canes. Vide Valentiam 2. 2. diſp. 3. q. 17. pun. 1. & alios Commentatores, S. Thomæ 2. 2. q. 41. & 42. idem cum proportione dici poteſt de ſeditione, quę eſt diſsẽſio inter ciues. de qua vide Valentiam loco citat. punct. 2. S. Thomam q. 42. & Commentatores ibidem.

TERTIA PROPOSITIO.

4 COntentio non eſt idẽ quod diſcordia, ſed differt veluti effectus à cauſa; Nã contentio originem trahit à diſcordia, ſeu diſſenſione voluntatis: eſt autem cõtentio altercatio verborum cũ aliquo contra veritatem ad ipſam veritatem oppugnandam, vt ſi quis cũ aliquo verbis contẽdat animo cõtradicendi ijs, quæ de fide credẽda ſunt. Ità S. Thõ. 2. 2. q. 38. art. 1. Becanus nu. 9. Reginaldus nu. 133.

Hinc ſequitur primo cũ non peccare peccato cõtentionis, qui verbis

bis cum alio contendit, intentione defendendæ veritatis cõtra falſam alterius aſſertionem; caueat tamẽ ne adſit alia circunſtantia, quæ peccaminoſam efficiat huiuſmodi cõtentionem, iuxta tradita in regulis generalibus de peccatis.

Secundo eum non peccare peccato contentionis, qui diſputationis gratia cum aliquo altercatur; Nàm huiuſmodi diſputatio communiter vſu recepta eſt in ſcholis nec ſuſcipitur ad oppugnandam veritatem. Ità DD. cit.

5 Sed modo dubium eſt, vtrum contentio ſit peccatum mortale, ſicut eſt diſcordia, & cui virtuti opponatur. Reſpondendum mihi videtur eſſe peccatum mortale ex ſuo genere; nàm eſt vitium charitati oppoſitum, quoties ex charitate vitanda eſt, vt quando quis cũ aliquo contendit, vt ipſi contradicat; quamquam poteſt etiam alijs virtutibus opponi, vt in ſimili de diſcordia dictum eſt. Ideò qui cũ aliquo contendit animo contradicendi rebus fidei, peccat contra fidem, & ſic de cæteris. Dixi ex ſuo genere: Non enim negandum eſt, quin contentio poſsit ob inaduertentiam, & defectum pleni conſenſus eſſe peccatũ veniale, vt patet ex regulis generalibus, aut etiã ob materiæ paruitatem, modò de ea re ſuſcipiatur, in qua datur paruitas materiæ. Nàm ſi quis exempli gratia verbis contendat ad impugnandum aliquem fidei articulum, quicũq; ille ſit, mortaliter peccat; quia in hac re non datur paruitas materiæ, vt cum Sanchez, & alijs docui in tractatu de peccatis; qui verò abſque notabili proximi detrimento cõtendit, vt alteri cõtradicat, non uidetur reus mortalis culpæ, præciſa alia circunſtantia; quia proximi charitatem grauiter lædere non videtur. Ità Reginaldus loco cit. num. 133. Luiſius Turrianus q. 38. art. 1. ad finem loco citato.

Hic nobis agendũ eſſet de bello, & de ſcandalo; verùm de bello ſufficienter egimus in tractatu de contractibus diſp. 2. q. vltima, ſect. 1. punct. vltimo: de ſcandalo verò ſufficienter diſputatum fuiſſe videtur in tractatu de peccatis, dùm ageremus, quandonam aliquis ſuo dicto, vel facto cẽſeatur cauſa peccati alterius, qua de re pręter Doctores ibi citatos videri poteſt, Vaſquez in opuſculis moralibus in q. 43. S. Thom. 2. 2. Becanus in tractatu de fide, ſpe, & charitate ad finem, Valentia tom. 3. diſp. 3. q. 18. Luiſius Turrianus 2. 2. q. 43. Malderus, & Petrus de Lorca ibidem.

Hinc transeamus ad explicandum ſchiſmatis vitium.

§. V.

De Schiſmate.

1 *Quid ſit Schiſma.*
2 *Multa corrolaria inferuntur ex dictis in definitione ſchiſmatis.*
3 *Schiſma eſt peccatum mortale ex ſuo genere.*
4 *Schiſma non poteſt fieri peccatum veniale ex paruitate materiæ.*
5 *Vtrum ſchiſma vnam tantummodò malitiam habeat.*
6 *Quis poſſit ſchiſmaticum abſoluere.*
7 *Quibus pœnis ſchiſmaticus afficiatur.*
8 *An ſchiſmatici ſtatim priuentur iuriſdictione.*

9 *Schiſ-*

9 *Schiſmaticus ligatur excommunicatione, & quando.*
10 *Schiſmaticus incurrit pœnam inhabilitatis ad beneficia.*
11 *Schiſmaticus non incurrit ipſo facto priuationem beneficiorum prius adeptorum, præciſo alio delicto.*
12 *Schiſmaticus non incurrit irregularitatem quamdiù delictum non ſit notorium.*
13 *Quam pœnam incurrat ſuſcipiens ordines, vel beneficia à ſchiſmatico.*

CVm propriũ Charitatis ſit vnire, & animos alias diuerſos conciliare, proprium verò ſchiſmatis diuidere, & ſeparare, dicendum eſt ſchiſma eſſe vitium charitati contrarium, vt bene docent communiter DD. cum S. Thoma 2.2.q. 39. art. 1. conſequenter de eo hic nobis agendum eſt, & tria breuiter quęremus, primo quid ſit ſchiſma, ſecundo quale peccatum, tertio quibus pœnis puniatur.

PRIMA PROPOSITIO.

1 SChriſma eſt volũtaria, & pertinax ſubtractio, & ſeparatio ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, vel Summi Põtificis, qui principem in Eccleſia locum tenet. Ità communiter DD. cum S. Thoma loco citato.

2 Hinc ſequitur primo religioſum, qui ſe ſubtrahit ab obedientia ſui Prælati, & ciuem, qui Principẽ ſuum denegat non eſſe ſchiſmaticum, quia non ſe ſubtrahit ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, vel Summi Pontificis. Ità Reginaldus lib.17.num. 112. Sanchez in ſumm. lib.2.cap.36.num.6. & alij.

Secundò eũ, qui recedit ab obedientia Epi, vel particularis Eccleſię, ſeu Diœceſis, non eſſe propriè ſchiſmaticũ, qa ſchiſma eſt rebellis diuiſio, & ſeparatio ab Eccleſia vniuerſali, vel ab ipſius capite. Ità Vgolin. de cenſuris Papæ reſeruatis 2.part. cap. 1. num. 3. Reginaldus loco cit. Azor. 1. part. lib.8.c. 20. quæſito 4. Sanchez loco cit.nu. 6. Duardus in bullam Cœnæ lib. 2. quæſt.56.num.5. Contra Valentiam 2.2.diſp.3 q.15. pun. 1. poſt 3. propoſitionem, Petrum de Lorca 2. 2. q.39.art.4. diſp.48.num.11.

Tertiò, Eũ qui per peccatũ mortale ſeparatur ab vnione charitatis, qua chriſtifideles vinculo charitatis inter ſe cũ Deo connectuntur, non mereri notam ſchiſmatici; quia hæc eſt impropria ſeparatio, & ſubductio ab Eccleſia, ſeu ab ipſius capite, vt caput eſt. Ità Reginaldus lib.9.num.258.

Quartò, Eum non cenſeri propriè ſchiſmaticum, qui per excommunicationem arcetur à communi fidelium cœtu: Hic enim non intendit ſe ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, vel Summi Pontificis ſubtrahere; ſed in pœnam delicti repellitur ab hominum conſortio. Ità Reginald. lib.9. nu. 258. & alij communiter.

Quintò, Eum non cenſeri ſchiſmaticum, qui ob offenſam, quam à Summo Pontifice paſſus eſt, non vult ipſius præceptis morẽ gerere. Nàm hic non dicitur rebellis Summo Põtifici, vt Pontifex eſt, ſed animo vindictæ, vel ex prauo in perſonam Summi Pontificis affectu, retrahit ſe ab ipſius ſubiectione; quãuis recognoſcat ipſum tamquam Chriſti Vicarium, & Principẽ vniuerſalis Eccleſiæ, vt ſuppono. Ità

Regi-

Digitized by Google

Reginaldus loco citato num. 259. & alij.

Sextò, eum non appellari Schiſmaticum, qui rem à Summo Pontifice præſcriptam non vult adimplere, quia ſibi grauis, vel incommoda eſt; hic enim non recedit ab obedientia Summi Pontificis, vt Summus Pontifex eſt, vel vt caput Eccleſiæ, cum ipſum adhuc recognoſcat tamquam ſuperiorem. Ita S. Thomas loco cit. Reginald. lib. 9. num. 26. Caiet. 2. 2. quæſt. 39. art. 1. dub. 2. Bãnes ibidem ad finem, Sãchez nu. 3. Valentia loco cit. propoſitione 3. Azor, & Vgolinus loc. cit. & Leonardus Duardus loc. cit. Hoc tamen limitandum eſt, modò non præſtet aliquod opus, quo indirectè oſtendat ſe à Summo Pontifice ſubtrahere, hic enim eſt ſchiſmaticus.

Septimò, Subditum iuriſdictioni temporali Summi Pontificis nõ cẽſeri propriè ſchiſmaticum, ſi nolit ipſi ſubijci tãquam illius loci domino, ſed alteri Principi ſubiectionem, & obedientiam præſtare intẽdat; hic enim non eſt rebellis à Sũmo Pontifice, vt eſt caput Eccleſiæ; ſed vt eſt illius loci princeps; ſchiſma autem eſt rebellio formaliter in Papã, vt Papa eſt, ſeu quatenus eſt ſupremus Chriſti Vicarius. Ita Vgolin. loco cit. nume. 4. Sanchez nu. 4. Azor. quæſt. 4. & alij DD. cit.

Octauò, Illum non eſſe ſchiſmaticum, qui ſubtrahit ſe ab obediẽtia illius, quem probabiliter putat non eſſe legitimum Papã; hic enim non recedit ab obedientia Summi Pontificis, ſed huius perſonæ, quam putat ad ſedem pontificiam non fuiſſe legitime electam. Ita Valentia loco cit. propoſ. 5. Sanchez nu. 3. Azor, Vgolin. & alij locis cit.

Secus dicendum eſt ſi ab obedientia, & ſubiectione Pontificis canonicè electi ſe ſubtrahat, & adhæreat alteri non canonicè electo, aut ſi recedat ab vtroque, dùm duo fuerunt electi, & non conſtat quiſnam legitimè Põtificatum teneat; quãuis enim in dubio nequeat alteri eorum tamquã certo Pontifici adhærere, (dubium enim pro certo non eſt habendum) debet tamen vtrumque tamquam dubium Chriſti Vicariũ in terris habere, donec decernatur quiſnam illorum legitimus, & verus ſit Petri ſucceſſor, & Pontifex; In dubio autem, quando nõ conſtat de legitima alterius electione, recurrendum eſt ad Concilium generale, vt ab ipſo diudicetur, & definiatur quiſnam ſit verus Pontifex; nullus enim cõgruentior modus aſsignari poteſt ad hãc Antipapatus litem dirimendam, quã Concilij generalis iudicium, cuius definitioni qui ſtare noluerit, ſchiſmaticus habendus erit, & ſchiſmaticorum pœnis ſubijciendus, cap. Licet de electio. Vide Caiet. verb. ſchiſma Sayrũ lib. 3. cap. 5. ad finẽ, Reginaldum lib. 9. num. 260. Duardum in bulla Cœnæ nu. 10. & alios DD. cit.

Nono, Illum eſſe ſchiſmaticum qui recedit à Summo Põtifice, aut auocat alios à ſubiectione Summi Pontificis, vt Summus Põtifex eſt, aut qui non vult cum aliquibus cõmunicare hac ſolùm de cauſa, quia ſunt ſubditi Papæ, vt Papa eſt; nam hic facit aliquid intentione ſubtrahendi ſe à ſede Apoſtolica, & facto ipſo eſt reus ſchiſmatis. Ita Reginal. lib. 9. nu. 259. & alij.

De-

Decimò, illum eſſe ſchiſmaticū, qui contempto Summo Pontifice, facit, aut facere intendit Synodos generales; hic enim facto ſubtrahit ſe à ſubiectione Summi Pontificis; ſicut enim reus eſt damni, qui damni cauſam dat, aut qui facit opus, ex quo damnum facile ſequi poteſt, ita reus eſt ſchiſmatis, qui facit aliquid, ex quo ſequitur diuiſio, & ſeparatio ab vniuerſali Eccleſia, vel à capite. Ita Caiet. V. Schiſma, Valentia loco cita. Sanchez num. 5. Bannes num. 22. q. 39. art. 1. dub. 1. ad tertium argumentum. Duardus loco cit. num. 7. Reginaldus lib. 9. num. 259. Vgolinus loco cit. §. 1. num. 1. Suarez de Cenſur. diſp. 21. ſec. 2. nu. 13.

Vndecimò, Illum eſſe ſchiſmaticum, qui ſpirituales actiones facit, vt ieiunium, eleemoſynā, orationem, intendens illas facere, nō vt eſt pars Eccleſiæ Catholicæ, ſed vt ſeiunctus ab Eccleſia, ac ſi ipſe quoddam totum ab Eccleſia ſegregatum conſtitueretur; hic enim recedit ab vniuerſali Eccleſia, conſequenter etiam à capite, cum membra, & caput ſint inter ſe connexa. Ita Valentia loco cit. poſt primam propoſitionem, Sanchez loco cita. nu. 2. & alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Schiſma eſt peccatū mortale grauiſſimū ex ſuo genere. Ratio eſt tum quia aduerſatur charitati, cuius proprium eſt vnire, & conciliare. Tum quia grauiſſimis pœnis punitur, vt patebit ex dicendis in ſequēti propoſitione. Ita Valentia 2. 2. diſput. 3. q. 15. puncto 1. propoſitione 2. & puncto 2. in prin. Sanchez loco cita. Reginaldus lib. 17. nu. 113. & alij communiter.

Dixi ex ſuo genere, vt innuerem ob indeliberationem, & imperfectam aduertentiā fieri poſſe veniale, vt patet ex regulis generalibus traditis in tract. de peccatis.

Vtrum verò ſchiſma ſit peccatū grauius hæreſi videri poteſt apud S. Thomā 2. 2. q. 39. art. 2. apud Valentiam puncto 2. & apud alios cōmentatores S. Thomæ.

4 Sed modò dubium eſt primo. Vtrum ſchiſma poſsit fieri peccatum veniale ex paruitate materiæ. Reſpondeo negatiuè, vt patet à ſimili in hæreſi, aut blaſphemia, nā ſchiſma conſiſtit formaliter in diuiſione, & rebellione ab vnitate vniuerſalis Eccleſię, aut capitis; rebellio autem, & diuiſio ab huiuſmodi vnitate in quauis materia reperiatur, grauiſsimam continet inordinationem. Ita Valentia loc. cita. puncto 2. in principio, & Sāchez loc. cita. Caietan. & alij apud Valentiam.

5 Dubium eſt ſecūdo. Vtrū ſchiſma vnam tantummodo malitiam habeat. Reſpondeo per ſe, & ex ſuo genere continere malitiam cōtra charitatem, ſi preciſe ſpectetur ſchiſma, quatenus dicit ſeparationem à capite, vel ab vniuerſali Eccleſia, ſine errore intellectus, aut ſine contemptu ſpeciali, nam addito ſpeciali cōtemptu, aut errore intellectus contineret malitiā ſpecialis inobedientiæ, aut hæreſis; fieri tamen pōt, vt aliquis renuat ſubijci Summo Pontifici, aut Eccleſiæ quamuis credat Summum Pontificem eſſe verum Chriſti Vicarium in terris, & fidem interiùs præſtet omnibus fidei articulis, qui ab eccleſia

cleſia credendi proponuntur; conſequenter fieri poteſt vt ſchiſma reperiatur ſine hæreſi; quamuis hæreſis eſſe nequeat ſine ſchiſmate; oĩs .n. hæreticus recedit ab vniuerſali Eccleſia, quatenus renuit omnibus, & vniuerſis fidei articulis ab ea propoſitis aſcẽſum præbere. Ita Reginaldus lib. 17. num. 111. & lib. 9. num. 258. Sayrus loco cit. num. 2. Turrianus 2. 2. quæſt. 39. art. 2. dub. vnico, Petrus de Lorca 2. 2. quæſt. 89. art. 4. diſput. 48. num. 7. Duardus lib. 2. q. 56. num. 4. & alij communiter teſte Sanchez loco cit. nu. 8. cũ S. Thoma 2. 2. q. 39. art. 1. ad tertiũ.

6 Hinc colligitur habentes facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ poſſe ſchiſmaticos abſoluere. Tum quia hoc proprium eſt excõmunicationis contractæ ob hæreſim, vt auferri nequeat abſque ſpeciali expreſsione, iuxta Suarez, & alios quos retuli de cenſuris diſput. 2. q. 8. puncto primo ſub finem quibus adhæret Sanchez loco ibi allegato, & in Decalogo lib. 2. cap. 36. num. 17. tum quia facultas generalis generaliter explicanda eſt.

TERTIA PROPOSITIO.

7 Schiſmaticus multis pęnis afficitur. Prima eſt pœna priuationis Eccleſiaſticæ poteſtatis cap. Didicimus ſtatim citando. Vt hoc clariùs intelligatur, aduertendum eſt duplicem eſſe poteſtatem, vnam ordinis, alterã iuriſdictionis. Poteſtas ordinis fundatᷣ in charactere, quem in anima indebiliter, & inſeparabiliter imprimi conſtat ex dictis de pœnitentia, & de ſacramento ordinis; conſequenter dicendum eſt ſchiſmaticum non priuari poteſtate ordinis, etiamſi denuntiatus ſit excommunicatus. Ita S. Thomas 2. 2. q. 39. art. 3. Bannes ibidem, Duardus num. 14. Suarez de Cenſuris diſp. 23. ſect. 3. nu. 4. Azor. prima par. lib. 8. cap. 20. puncto 9. & alij quamplures, quos citat, & ſequitur Valentia tom. 3. diſput. 3. quæſt. 15 puncto 3. initio, omiſsis ijs, quos in ſimili retuli de Sacramentis locis citatis, & de Cenſuris diſp. 2. quęſt. 2. pun. 2. §. 4. nu. 5. poteſtas verò iuriſdictionis, qualis eſt facultas abſoluendi, excommunicandi, indulgentias concedendi, beneficia conferendi, &c. confertur ab eccleſia, & hac poteſtate carent ſchiſmatici in pœnam tãti delicti, cap. didicimus 24. quæſt. 1. vbi dicitur, Didicimus omnes hæreticos, & ſchiſmaticos nil habere poteſtatis, & iuris. Ratio eſt quia cum ſchiſmatici voluntariè ſe retrahant ab Eccleſia, & ab ipſius capite, par non eſt, vt fruantur fructu iuriſdictionis, qui ab Eccleſia, & ab ipſius capite in Eccleſiæ membra deriuat.

Ex quo ſequitur inualidam eſſe ſacramentalem abſolutionem collatam à ſchiſmatico ſaltẽ poſtquã nominatim denũtiatus fuerit ſchiſmaticus; nã abſolutio collata ſine iuriſdictione non ſubſiſtit.

8 Dixi ſaltem poſtquã nominatim denuntiatus fuerit ſchiſmaticus; Nam diſſenſio eſt inter doct. an ſchiſmaticus careat iuriſdictione antequam nominatim denuntiatus fuerit ſchiſmaticus; Azor enim loco cit. quæſito 9. ad finẽ, cui adhærere videntur Valentia loco cit. verſ. Tertia ſententia, & alij, putat ſchiſmaticos, quatenus tales ſunt, iuriſdictione carere, quamuis nundum

dum denuntiati fuerint; nam ſunt extra Eccleſiam, vt potè rebelles Eccleſiæ, nolẽtes ſe ipſos Eccleſiæ, aut ipſius capiti ſubijcere. Alij verò probabilius putant non carere iuriſdictione; niſi poſtquam denuntiati fuerint. nã ex Cõcilio Conſtantienſi, cuius Conſtitutionem refert Toletus lib. 1. cap. 13. nu. 2. & Sot. in 4. d. 12. quęſt. 1. art. 4. colligi videtur nullum eſſe vitandum ex vi prohibitionis Eccleſiaſticę, niſi notori⁹ ſit clerici percuſſor, aut niſi nominatim denuntiatus ſit reus perpetrati delicti, cui eſt adiuncta communionis priuatio. Ita Duardus in comment. Bullæ lib. 2. cap. 56. nu. 13. ad finem, & alij, quos tacito nomine refert Azor loco cit. idẽ ſentire videtur quamplures DD. apud Valentiam loco cit. verſ. Hanc primam ſententiam. Vide quæ in ſimili diximus de Cenſuris diſp. 2. q. 5. puncto 2. ſub finem.

An verò valida ſit abſolutio, aut alius actus pertinẽs ad iuriſdictionẽ factus ab eo, quem populus cõmuni errore, aut titulo colorato ſchiſmaticum eſſe ignorabat, patet ex dictis de Cenſuris, d. 2. q. 2. puncto 2. §. 4. & ex dictis de matrimonio q. 2. puncto 8. & præter doct. ibi citatos idem nobiſcum tradit Valentia loco citato puncto 3. verſic. Et videtur.

9 Secunda eſt pœna excommunicationis, quam ſchiſmaticus ipſo facto incurrit, vt patet ex Bulla Cęnæ excommunicatione prima ſub finem, quãuis aliàs in dubium verteretur, an omnes ſchiſmatici excommunicationis pœnæ ipſo facto ſubijcerentur.

Ex quo ſequitur eos, qui nolunt ſubijci Eccleſiæ, aut recedunt ab obedientia Papæ, vt Papa eſt, ligari vinculo excommunicationis; Nam in Bulla Cœnæ excommunicatione prima ad finem dicitur, excommunicamus, & anathematizamus ſchiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & à Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

Obſerua tamen primo eum, qui non obtemperat pręcepto Papę eò quod illius præcepti obſeruantia ſibi cõmoda non ſit, aut quia perſona Summi Põtificis prauo animi affectu proſequitur, non ſubiacere excommunicationi, modò non intendat ſe ab illius obedientia ſubtrahere, vt Papa eſt; hic enim non eſt propriè ſchiſmaticus, nec dicitur formaliter recedere ab obediẽtia Papæ. Ita Vgolin. loco cit. nu. 9. Toletus lib. 4. cap. 11. ad finem, Azor. loco cit. quæſito 5. Sanchez loco cit. num. 12. Suarez tom. 5. de Cenſur. diſput. 2. ſectio. 2. nume. 12. Turrianus tomo de hæreſi quæſt. 184. num. 39. Duardus num. 16. vbi etiam agunt an ſchiſmatici priuentur priuilegio fori.

Dices Summus Pontifex in Bulla Cœnæ non ſolum excommunicat ſchiſmaticos, verum etiam eos, qui recedunt ab obedientia Sũmi Pontificis, ergò ne dicamus Summum Pontificem ſuperfluè locutum fuiſſe (cum recedentes ab obedientia Papæ, vt Papa eſt nomine ſchiſmaticorum compræhendantur) dicendum eſt non ſolùm recedentes formaliter ab obedientia Papæ ligari excommunicatione; verum etiam alios quoſcunque, qui præceptis renuunt quouis prætextu obedire; alioquin fruſtra adderentur illa verba, & eos qui ſe à noſtra, vel Summi

mi Pontificis pro tẽpore exiſtentis obediẽtia pertinaciter ſubtrahunt.

Reſpondetur illa verba non ſuperfluè apponi, ſed maioris perſpicuitatis gratia, & ad maiorem terrorem incutiendum, vt homines retrahantur à peccato ſchiſmatis, quod vt plurimum contingit per receſsum ab obedientia Papæ. Ita Vgolinus, & Sanchez locis citatis. Alterius in explicatione Bullæ cap. 9. verſic. Dubium occurrit, Leonardus Duard⁹ in expoſitione Bullæ lib. 2. q. 56. nu. 16.

Obſerua ſecundo eum, qui ſolũ recedit ab obediẽtia alicuius particularis Epiſcopi, non ſubiacere huic excommunicationi, vt patet ex dictis in præcedentibus; ex quibus etiam patet, quid ſentiendum ſit in nonnullis alijs caſibus.

Obſerua tertio ſchiſmaticũ, qui ſolo animo intendit ſe ſubtrahere ab obedientia Papæ non affici hac excommunicatione; nam ad incurrendam excommunicationem non ſufficit actus internus; ſecus dicendum eſt de eo, qui ſchiſma factis, aut verbis, aut alio ſigno externo manifeſtat. Ita Sayrus lib. 3. cap. 5. num. 21. ad finem, Sanchez loco cit. nume. 15. Toletus lib. 1. cap. 20. ſub finem, Duardus n. 17. Schiſma enim ſatis cõſumatur in externo opere. Ideo ligatur hac cenſura qui facto exteriori indicat ſe recedere ab obedientia Papæ, quamuis in mente non intendat recedere. Nam delictum ſchiſmatis conſiſtit in ſubtractione ab obedientia Papæ, ſubtractio autem contingere poteſt non ſolùm cum actu interno ſe ſubtrahendi, verum etiam cum ſolo externo opere, vt cõſtat ex illationibus ſuperius allatis.

Hinc patet primo eos ligari hac cẽſura, qui in Anglia externæ obedientiæ ſigna exhibent erga Regẽ, quibus indicare præſumũtur ipſum eſſe Chriſti Vicarium in ſpiritualibus, qualem ipſe ſe iactat, etiamſi interius in mẽte ſentiant ipſum nõ eſſe Chriſti Vicarium, nam facto, & opere externo, ſeu indirectè recedunt à vero Eccleſiæ capite. Ita Sãchez loco cit. nu. 14. Duardus loco cit. n. 8. Suarez de Cenſuris diſp. 21. ſect. 2. nu. 13. & alij.

Secundò patet differentia inter excommunicationem, quæ ob hæreſim contrahitur, & inter excõmunicationem, quæ ob delictum ſchiſmatis incurritur; Nam excommunicatio ob hæreſim non cõtrahitur, niſi adſit error in mente; nullus enim eſt hæreticus, niſi aliquid in mente ſentiat contra fidem; Excõmunicatio verò ob ſchiſma contrahitur ſolo exteriori opere; ſchiſma enim ſufficienter in ſua ſpecie completur per exteriorem actum, etiamſi non adſit intentio ſubtrahẽdi ſe ab obedientia Papæ, & ſchiſma ſufficienter committitur nõ ſolum directa intentione ſubtrahendi ſe ab obedientia Papæ; verum etiam indirecta, qua quis opere externo ita ſe gerit, ac ſi Papæ ſubiectus non eſſet. Ita Sanchez, Suarez, Duardus, & alij locis cit.

Obſerua quarto hac cenſura nõ ligari fautores, receptatores, aut defenſores ſchiſmaticorum. Nam in odioſis non eſt facienda extenſio vltra verborum proprietatem, & ſignificationẽ; in bulla aũt Cœnæ non ſignificatur hac cenſura ligari fautores, & receptatores, ſicut exprimũtur fautores, & receptatores hæreticorum. Ita Suarez

loco cit.nu.24.Sanchez loco cit.nu. 16.Alter.in expoſitione Bullæ cap. 9.Duardus loco cit.nume. 8. & alij quos in ſimili retuli de Cenſuris;ligantur tamen excommunicatione contẽta in conſtitutione Pauli IV. Quæ incipit, Cum ex Apoſtolatus officio, vbi etiam habentur aliæ pœnæ; hæc tamen excommunicatio Pauli IV. iure communi non eſt reſeruata, conſequẽter auferri poteſt, à quolibet approbato confeſſario, niſi alicubi extet peculiaris prohibitio,qualem hic Mediolani extare docui de Cenſuris diſput.1. quæſt.3.

10 Tertia pœna eſt inhabilitas ad beneficia in futurum cõſequenda, cap. Quia diligẽtia de electione; & hoc procedit etiamſi ſchiſmaticus pœnitentiã delicti egerit; pœnitẽtia enim non tollit inhabilitatem, cap. Quia diligentia citat. eam tamen tollit diſpenſatio Summi Pontificis; ſicut enim Summi Pontificis auctoritate inducitur,ita etiam eiuſdem facultate aufertur.

Addo eam poſſe per Epiſcopum auferri quamdiù delictum eſt occultum, iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem ſeſsio.24. cap.6.vbi decernitur Epiſcopum poſſe in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Papæ reſeruatis, abſoluere quoſcũque delinquentes. Ita Sanchez loco cit. nu. 18. idem innuit Henriq. lib.13.cap.56.n.1. in gloſ. lit.F. dum aſſerit quamlibet inhabilitatẽ ad beneficia in delicto occulto prouenientem, poſſe per Epiſcopum auferri. Videnda ſunt, quæ in ſimili diximus de abſolutione cẽſurarũ, & diſpenſatione irregularitatis.

11 Sed modo dubiũ eſt Primò, vtrũ ob ſchiſma non ſolum incurratur inhabilitas ad beneficia in futurũ conſequẽda, verum etiam inducatur ipſo facto priuatio beneficiorũ, quæ ſchiſmaticus ante ſchiſma poſſidebat. Reſpondetur negatiuè ſi loquamur de ſolo ſchiſmate nõ habente adnexum hæreſis crimen. Ratio eſt quia non eſt imponenda pœna, niſi in iure habeatur. Nec obſtat cap. quia diligentia,cum nõ loquatur de beneficijs adeptis, ſed de adipiſcendis. Ita Sanchez loco cit.nu.19. Contra Rebuffum in praxi beneficiorum tit. de modis ammittendi beneficia.nu.29. & alios.

Dixi ſi loquamur de ſolo ſchiſmate non habente adnexum hæreſis crimen; nam quid ſentiendũ ſit de crimine hæreſis, ſatis cõſtat ex dictis de beneficijs, & ex dictis de Legibus, diſp.1.q.1.pun.7.§.2.quæſito primo, vbi etiam oſtendi an qui priuationem beneficij contraxit, teneatur ſe propria ſponte beneficio abdicare, non expectata ſententia criminis declaratoria.

Obſerua tamen,quod licet ſchiſma reperiri poſsit ſine hæreſi,vt plurimum tamen adiunctam habet hæreſim, propterea ſchiſmatici incurrunt ſuſpicionem hæreſis, cõſequẽter debent abiurare ſchiſma, vt docet Pegna,& alij,quos citat, & ſequitur Duardus lib.2.q.56.nu.12.in expoſitione Bullæ Cœnæ.

12 Secundo dubium eſt; Vtrum ſchiſmaticus non ſolũ incurrat inhabilitatem ad beneficia, verum etiam irregularitatem.

Reſpondetur negatiuè, modò crimen nõ ſit notorium. Ratio eſt quia non eſt ponẽda irregularitas, niſi in iure expreſſa habeatur. In iure autem nulla habetur irregularitas contra ſchiſmaticos. Ita Sua-

rez

Digitized by Google

rez tom.5.de Cenſuris diſp.43. ſect. 2.num.7. Sanchez loco cit. nu. 20. Sayrus de Cēſuris lib.7. cap.12.nu. 16. Contra Maiolum de irregularitate lib.5. cap.46. num.4. Azorium loco cit. quæſito 8. Duardum lib. 2. q.56.num.11.& alios apud præcitatos Doct.

Dixi modò delictum non ſit notorium, Nam commune eſt omnibus criminibus notorijs depoſitione dignis, vt irregularitatem pariant, donec infamia per pœnitentiam aboleatur, vt docui de irregularitate diſp.7.quæſt.3. pun. primo cum Nauarro, & alijs, quibus adhæret Sanchez loco cit. nu.20.

13 Tertiò dubium eſt quam pœnā incurrant, qui ordines, vel beneficia à Schiſmaticis ſuſcipiunt.

Reſpondeo primo ſuſcipientem ordines incurrere ſuſpēſionem ab vſu ordinum à ſchiſmaticis ſuſceptorum. cap.1. de ſchiſmat. vbi irritantur collationes ordinum, non quia collatio ordinū quoad ſubſtātiā non teneat, ſed irritantur quoad vſum, quatenus ſcienter recipiens ordinem à ſchiſmatico impeditur ne illos exerceat. Ita Duardus nu.14. Lorca loc.cit. nume.16. Suarez de Cenſuris diſp. 23. ſect.3. nu.4. Sanchez loc.cit. nu.20. & alij.

Reſpondeo ſecundo ſuſcipientē beneficium, vel dignitatem à ſchiſmatico priuandum eſſe beneficio, vel dignitate eccleſiaſtica cap. 1. de ſchiſmaticis. Vide Suarez, & Sāchez locis cit. An vero hęc procedant quandiu ſchiſmaticus non eſt denunciatus, patet ex dictis. num.8.

Digitized by Google

QVAESTIO V.

De Superſtitione.

PVNCTVM I.

1 *Quid eſt quotuplex ſit ſuperſtitio.*

2, & 4. *Cultus alius ſuperfluus, alius falſus.*

3 *Cantans in diuino officio voce, aut organo turpia, & vana, ſi hęc admiſceat tanquam diuini officij partem, peccat cultu falſo, & ſuperfluo.*

VNICA PROPOSITIO.

1 SVperſtitio eſt falſa Religio, ideſt cultus vitioſus, quo vel colitur creatura cultu Diuino, vel Deus modo indebito.

Ex quo licet inferre duplicē eſſe ſuperſtitionem.

Prima dicitur ſuperſtitio ratione rei cultæ, quatenus creatura colitur cultu Dei, & hæc ſub ſe continet tres ſpecies, Idololatriam, Diuinationem, & ſuperſtitioſam obſeruationem, ad quam reduci poteſt magia.

Secunda dicitur ſuperſtitio modi indebiti colendi Deum, quatenus Deus colitur modo indebito, & hęc ſuperſtitio adhuc eſt duplex.

2 Prima dicitur cultus falſus, vt accidit quādo quis vult Deum colere cæremonijs Iudæorum, quibus ſignificatur Chriſtus venturus; aut quando quis diuino officio admiſcet turpia tanquam Diuini officij partem; aut quando fidem noſtrā falſis miraculis contēdit confirmare; aut quando falſa miracula prędicat; aut formam, vel materiam ſacramentorum mutat; aut falſas reliquias proponit adorandas. Et hic cultus eſt mortale peccatū ex ſuo genere, quia grauem infert irreuerentiam in Deum, vt bene ait Leſsius lib. 2. cap. 43. nu. 4 Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 37. n. 5. & 7. Nauarrus in Manuali cap. 12. nu. 87. Valentia 2.2. diſp. 6. quæſ. 9. pun. vnico, & quæſ. 10. puncto 2. Suarez tomo 2. de Religione libro 4. cap. 13. num. 16. & lib. 2. de ſuperſtitione cap. 2. num. 18. verſiculo Atq; hinc ſequitur, & alij.

3 Hinc colligi poteſt ſolutio illius difficultatis qua quæritur vtrū grauiter peccet, qui in diuino officio cantat voce, aut organo turpia, aut vana.

Reſpondetur enim primò grauiter peccare cultu falſo, & ſuperfluo, ſi hæc admiſceat tanquam diuini officij partem, exempli gratia loco hymni, aut antiphonæ. Ratio eſt tum quia intendit Deum eo cultu colere, quem Eccleſia reprobat, & condemnat; Tum quia finis Diuini cultus eſt mentes ad Deum tollere, & excitare. Hic autem canen-

di

gitized by Google

dimodus mentes ad terrena rapit, & profana.

Secundò ſi admiſceat turpia, & obſcæna præter peccatum ſcandali, ſeu prouocationis ad malũ peccare contra Diuinum cultum, etiã ſi non intendat illa admiſcere tanquam partẽ Diuini officij: grauem enim facit iniuriam cultui diuino admiſcendo turpia, & obſcæna. Si verò non admiſceat turpia, & obſcæna, aut vana non proferat tanquam diuini partem officij: ſed ſolum vtatur ſono, aut voce profana, & ſeculari abſq; impura delectatione non videtur grauiter peccare prçciſa circunſtantia ſcandali lethalis, vel alterius mortalis peccati. Ratio eſt Tum quia ſonus organi, aut etiam vocis videtur ex ſe indifferens, ergo non fiet mortalis niſi ratione praui finis, aut circunſtantiæ mortalis; tum quia etiã ſi admittamus hic, & nunc non eſſe indifferentem, tamen vt plurimum videtur excuſandus ratione paruitatis materiæ, vel ratione bonæ fidei, modò turpis ſignificatio non intendatur. Ita Doctores citati.

4 Secunda dicitur cultus ſuperfluus, & hæc contingit quando præter Eccleſiæ vſum ponitur religio in ijs rebus, aut circunſtantijs, in quibus non eſt ponenda, vt in numero, colore, ſitu, &c. Vnde qui putat tot candelas adhibendas eſſe, & non plures; aut debere potius eſſe albi, quàm flaui coloris, aut debere potius in hac parte poni, quàm in alia committit peccatum ſuperflui cultus. Idem dicendum eſt quandò variãtur cæremoniæ ab Eccleſia prçſcriprç, vt ſi quis variet cæremonias in Miſſa relictis ijs, quas Eccleſia inſtituit, vt ſi dicat bis Halleluiah vbi ſemel tãtum dicendum eſt, aut ſi dicat Gloria, vel Credo, vbi hæc non ſunt dicenda, aut ſi faciat ſignum crucis, vbi faciendum non eſt. Hæc tamen variatio, vt plurimũ non eſt pluſquàm veniale peccatum; Ratio eſt tùm quia fit ex bono animo, & intentione, tùm quia non videtur includere grauem irreuerentiam. Secus ſi magna ſit inuerſio in cæremonijs magni momenti ex præcepto, vel conſuetudine debitis, vt ſi magna in cæremonijs Miſſæ peruerſio contingat. Tunc enim materia videtur grauis, & Deo valdè iniurioſa, niſi adſit aliqua circunſtantia excuſans. Ita Leſsius loco cit. dub. 1. num. 5. Nauar. cap. 11. nu. 24. Sanchez lib. 2 cap. 37. nu. 4. & 10. Suarez lib. 2. de ſuperſtitione cap. 2. num. 21. & alij.

PVNCTVM II.

Quid ſit Idololatria, & quale peccatum.

1 *Idololatria dicitur ab Idolo.*
2 *Idololatria alia dicitur impropria, alia propria.*
3 *Idololatria quid ſit.*
4 *Idololatria eſt grauiſſimum peccatũ ex ſuo genere, quamuis cõmitatur metu mortis.*
5 *Ficto animo colens Idolũ metu mortis peccat, & committit idololatriã externam.*

1 NOtandum primo Idololatriam dici ab Idolo, quod eſt effigies alicuius falſi numinis ad differẽtiam imaginis Dei, Sanctorum, & Angelorum, quæ nunquã appellatur Idolum ab Eccleſiaſti-

cis ſcriptoribus. Ita Azor pri. parte lib.9.cap.11. quæſito 2.

2 Notãdum ſecundo Idololatriã dupliciter accipi. Primò impropriè pro quolibet peccato, cui homo adhæret; quo pacto D. Paulus ad Epheſios 5. vocat auaritiam Idololatriam. Dicitur autem peccatum Idololatria, quia peccator in eo finem ſuum interpretatiuè ponit recedendo a Deo, & conuertendo ſe ad creaturam, & ad peccatum. Secundò propriè, pro cultu, quo quis alicui creaturæ tribuit honorem Dei.

Ad actum Idololatriæ propriæ duo actus concurrere ſolent. Primus eſt vt colens talem habeat de creatura, quam colit, opinionem, quæ ſoli Deo conueniat, ſiue hanc opinionem habeat expreſsè, ſiue tacitè, qualem habet is, qui ſciens falſitatem Idololatriæ nihilominus vult facere, quod cæteri Idololatrę faciunt. Secundus eſt actus externus ordinatus ad ſignificandã opinionem, quam habet is, qui falſum numen colit. Ita Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſ. 11. puncto 3. Sanchez in opere morali lib.2.cap.37.n.21. Reginaldus lib.17.num.147.

His poſitis duo breuiter quærã. Primò quid ſit Idololatria. Secundò quale peccatum.

PRIMA PROPOSITIO.

3 IDololatria eſt peccatum, quo honos, ſeu cultus Dei tribuitur creaturæ. Ita cõmuniter Doctores cum S.Tho. 2.2.q. 94. art.1.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 IDololatria grauiſsimũ peccatũ eſt ex ſuo genere. Ita Sanchez loco cit. num. 21. & alij communiter. Ratio eſt quia quantum in ſe eſt tollit honorẽ Deo, illumq; transfert ad creaturam, ac ſi illa eſſet Deus.

Addo ab hoc peccato non excuſare metum mortis, quia tribuere cultum Dei rei creatæ, & vanæ, eſt per ſe, & intrinſecè malum; Immo neque ignorantia ab hoc peccato excuſat, quia recta ratio euidenter dictat non eſſe colendam creaturam loco Dei.

5 Quæres vtrum mortaliter peccet, qui ficto animo colit Idolum, vt mortis periculum euadat.

Reſpondeo cum Sanchez lib. 2. cap.37.nu.21. Azorio loco citato, Verſiculo Quæres, & alijs, mortaliter peccare, quia licet non committat Iodololatriam internam, committit tamen externam, quæ intrinſecè mala eſt, & opere externo impẽdit honorem diuinum rei creatæ. Non tamen incurrit excõmunicationem in bulla Cœnæ latã contra hæreticos; quia illa excommunicatio fertur contra hæreticos credentes, non verò contra Idololatras ſolum externos; quamquam in foro exteriori præſumetur excõmunicatus, quia forum externum præſumit ex animo coluiſſe. Ita Clauis Regia lib.3. cap.5. & lib. 4. cap.4.num. 11. Valentia 2.2. diſp. 6.quæſ.11.pun.2. Leſsius lib. 2.cap. 43. dubitatione 2. Suarez tomo 1. de religione.lib.2. de ſuperſtitione cap.6.nu.20.21.& 22.& alij. Vtrum verò præſtare liceat operam paganis ad conſtruendas ipſorum ſinagogas, vel illis vendere oues, aut alia, quibus abutẽtur ad ſacrificiũ, conſtat ex dictis de peccatis. Videri poteſt Azor loco citato quæſito 3. & 4.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM III.

De Diuinatione.

1 *Diuinatio quid ſit.*
2 *Dæmones quam ſcientiam habeant rerum futurarum.*
3 *Quomodo diuinatores à Dæmone doceantur, quæ prænunciant.*
4 *Diuinatio fit tam per expreſſam, quam per tacitam Dæmonis inuocationem.*
5 *Diuinatio cum expreſſa Dæmonis inuocatione quot modis contingat.*
6 *Somnia proficiſcuntur a pluribus cauſis.*
7 *Somnia qua ratione poſſimus cognoſcere a Deo, vel à Dæmone.*
8 *Non eſt præſtanda fides ſomnijs à Dæmone immiſſis.*
9 *Diuinatio contingit cum tacita Dæmonis inuocatione, quoties ad diuinandum ea adhibentur, quæ talem virtutem non habent.*
10 *Superius dicta intelliguntur cum limitatione.*
11 *Aſtrologia iudiciaria ſuperſtitioſa eſt, quoties certius prædicit tales effectus, quam ex aſtris cognoſci poſſint.*
12 *Diuinatio per ſortes alia eſt diuiſoria, alia conſultoria, & alia diuinatoria.*
13 *Electio ad officia Eccleſiaſtica facta per ſortes regulariter non eſt ipſo facto irrita.*
14 *Sors conſultoria eſt tantummodo licita quando fit ex neceſſitate, circa debitam materiam, cum debita reuerentia, & modo debito.*
15 *Sors diuinatoria eſt omnino illicita.*
16 *Diuinatio ſiuè fiat cum tacita, ſiuè cum expreſſa Dæmonis inuocatione, eſt mortale peccatum ex ſuo genere.*
17 *Excuſatur à mortali qui loci cauſa oſtendit velle futura diuinare.*
18 *Diuinatio per ſomnia, per ſortes &c. eſt peccatum mortale, niſi ex ſimplicitate fidem quis illis præſtet, vel niſi putet ea eſſe à Deo.*
19 *Diuinatio cum tacita dæmonis inuocatione habet malitiã eiuſdem ſpeciei, quam habet facta cum expreſſa inuocatione.*
20 *Diuinatio ſiuè fiat per aerem, ſiuè per aquam, ſiue ignẽ &c. & eiuſdem ſpeciei in genere moris, licet diuerſæ in genere naturæ.*
21 *Non eſt neceſſe in confeſſione exprimere rem, per quam facta eſt diuinatio.*
22 *Diuinatores, aruſpices, inuocantes Dæmonem &c. an ſint ipſo facto excommunicati.*

TRia principaliter explicabo in hoc puncto. Primo quid ſit Diuinatio. Secundo quibus modis fiat. Tertio quale peccatum ſit.

PRIMA PROPOSITIO.

1 DIuinatio eſt prædictio, ſeu prænunciatio rerum occultarum, quæ humano modo cognoſci non poſſunt, facta ope dæmonis. Pro intelligẽtia huius ꝓpoſitionis.

2 Aduertendum eſt, Dæmones quamuis certò non cognoſcant futura contingentia, quæ non habent cauſam determinatã, ſed à noſtro pendent arbitrio, longè tamen plura de rebus futuris, alijſque ocultis cognoſcere poſſunt, quã homines; primò enim cognoſcũt noſtras affectiones, & inclinationes. Secundò cauſas naturales, & virtutes earum, vt Solis, Lunæ, Cælorum, Elementorum &c. Tertiò longam ha-

bent rerum experientiam. Quartò ſcripturas melius intelligunt quàm homines. Quintò ſciunt quid ipſi, & alij Dęmones malorum fabricatores ſint facturi, ſi Deus permiſerit. Hac poſita in ipſis cognitione fit vt diuinatores arte Dæmonis aliqua poſsint prænunciare, & diuinare, vt quod Titius craſtina die occidet Caium, &c. Ita Martinus Delrius lib.4. Magicarum diſquiſitionum cap.2.q.2. Sanchez in opere morali lib.2.cap.38. num.7. Valentia 2.2.diſp.6.q.12.puncto 3. Reginaldus lib.17.num.163.& ſequentibus,& alij.

3 Sed modò dubium eſt quomodo diuinatores à Dæmone doceãtur ea, quæ diuinant, & pręnunciãt.

Reſpõdeo doceri, aut quia Dæmon aſſumpta viſibili forma illos alloquitur, aut quia format in aere vocem, aut quia tradit ſcripturam in qua continetur res prænuncianda, aut quia in ſomnijs, aut etiam in vigilia diſponit ipſorum phantaſmata ad diuinandũ iuxta phantaſmatum diſpoſitionem. Ita Pererius cap.5.num.35.Sanchez loco citato num.8.& alij, qui bene obſeruant magnam eſſe Dæmonis fallaciam; cum habeat varios nocendi,& decipiendi modos, variasque induat formas,& figuras, vt incautos decipiat homines, ideo conſueuit aliquãdo effingere ſe in animam alicuius defuncti, & hortari ad opus bonum, vt inde occaſionẽ arripiat trahendi homines in errorem.

Ex quo fit dignos eſſe reprehenſione, qui pactum inter ſe ineunt, vt qui prior morietur poſteriorem de ſuo ſtatu admoneat, fieri enim poteſt,vt Dęmon occaſionem inde arripiat decipiendi, vt bene docet Martinus Delrius diſquiſitionum magicarum lib.2. quæſt. 26. ſect. 7. Sanchez num.25.& alij. Non nego tamẽ, quin anima defuncti poſſit mortalibus apparere Deo ita permittente. Ita Martinus Delrius lib.2.quæſt. 26. Sanchez lib. 2. cap. 38. num.23.& alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 Diuinatio duobus modis fieri ſolet. Primò per expreſſam Dæmonis inuocationẽ,& hæc contingit, quando diuinator intendit inuocare Dæmonem, & cũ eo pactum inire; aut quando diuinator ſciens dæmonem per aliquod ſignũ manifeſtare latentia, vtitur tali ſigno, vt ſibi latentia manifeſtẽtur. Secũdò per tacitam ſolum dæmonis inuocationem, & hæc contingit,quando quis medijs vanis,quibus ſe immiſcet dæmon, procurat cognitionem rerum latẽtium, quæ vim humanam ſuperant. Ita Reginaldus num.165.Azor prima parte lib.9.cap.13. Leſsius lib. 2. c. 43. dubitatione 5. Sanchez in ſumma lib.2.cap.38.num.13. Suarez de religione tomo 1.lib. 2. de ſuperſtitione. Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 12. puncto 2.& 4. Clauis Regia lib. 4. cap. 5. S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 3.& alij communiter. Diuinatio cum tacita Dæmonis inuocatione contingit, etiamſi ille, qui vanis ſignis vtitur, non intendat expreſsè Dæmonem inuocare; nam volens res aliquas diuinare per media vana, quibus ſeſe Dęmon libenter ſolet immiſcere, tacitè intendit Dęmonem inuocare; & quamuis vtẽs his medijs vanis dicat exterius ſe

nolle

Digitized by Google

nolle Dæmonem inuocare, & expreſsè in mente ſua intendat non inuocare; nihilominus dicitur tacitè inuocare, dum ſeriò media inutilia, & vana vſurpat, quibus non poteſt alio pacto res latentes cognoſcere, quam ope Dæmonis; cum hæc media non ſint ex ſe ſufficientia ad inducẽdam talem cognitionem, nec eam inducere valeant niſi cum aliquo Dæmonis auxilio, & conſequenter cum tacita Dæmonis inuocatione, vt bene docet Leſsius dubitat. 8. nu. 52. & Sanchez nu. 4.

Addo tacitam Dæmonis inuocationem contingere in adhibendis medijs inutilibus ad diuinandũ, etiamſi Dæmon nullum antea pactum cum aliquo inierit concurrendi cũ eo, qui huiuſmodi ſignis vſus fuerit; cum enim hæc media inutilia ſint ad diuinandum, is, qui ſeriò huiuſmodi ſignis vtitur, Dæmonem tacitè inuocare videtur, quem cõſtat ſeſe libenter immiſcere huiuſmodi vanis, & inutilibus ſignis. Et hoc valet etiamſi ex talibus ſignis, & medijs vanis rem per lõgam experientiam, & conſuetudinem ita ſucceſsiſſe conſtet. Ita Valentia loco citato, Suarez de ſuperſtitione cap 9. nu. 17. Sanchez cap. 38. num. 11. & alij.

Hinc patet modum diuinandi theſaurum, vel inueniendi furtum occultũ, aut virginitatẽ per aſtrologiam eſſe ſuperſtitioſum; cum ſine Dæmonis ope cognoſci nõ poſſit. Hac de cauſa non poſſunt conſuli Magi, aut Aſtrologi ad cognoſcendum vbi lateat theſaurus; cum hoc ſine Dæmonis ope cognoſci non poſsit, nec ipſi hoc ſcire poſſint niſi conſulto Dæmone. Ita Sanchez in ſumma lib. 2. c. 38. n. 36. Nauar. in Manuali cap. 11. num. 30. Sotus 8. de iuſtitia quæſt. 3. artic. 2. Martinus Delrius lib. 4. diſquiſitionum Magicarum cap. 2. q. 7. ſect. 4.

5 Quæres primò quot modis contingat diuinatio cum expreſſa Dæmonis inuocatione.

Reſpondeo multis modis contingere. Primò per apparitionem fictam in figuris, vel aſſumptis corporibus. Secundò per ſigna apparentia in corporibus terreſtribus, vt in ligno, ferro, lapide, &c. Tertiò per Negromantiam, quæ fit excitando aliquem mortuum, qui reſpondeat. Quartò per exta animalium. Quintò per aera. Sextò per ignem. Septimò per aquam. Octauò per ſomnia, quatenus homo per ſomnia à Dæmone immiſſa diuinare intendit, vt hoc melius intelligatur.

6 Obſeruandum eſt à pluribus cauſis ſomnia proficiſci, vt cõmuniter Doctores tradunt cum S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 6. Aliquando proficiſcuntur ab internis humoribus motum aliquem in phantaſia cauſantibus, ex quo ſomnia illis humoribus cõformia cõſurgunt: propterea qui conſtat frigidis humoribus ſolet ea ſomniare, quæ in aqua, vel niue ſolent euenire, & ſimilia; ideo Medici ſolent ab infirmo ſomnia inquirere, vt humorem prædominantem explorent. Aliquando ſomnia proficiſcuntur à corpore circunſtante, à quo imaginatio excitatur. Aliquando ab aere, aut à Cęlo taliter imprimente; Aliquando à cogitatione præcedente, aliquando ab Angelo bono, aliquando à malo. Cum igitur multæ ſint ſomniorum cauſæ maximè cauendum eſt, ne ſomnijs à Dæmone immiſsis,

miſsis, aut etiam prouenientibus a præuia cogitatione certa fides adhibeatur; quia Dæmon aliquando per ſomnia decipere, & illaqueare ſolet. Fidem verò adhibere ſomnijs, quæ ſunt a Deo, vel a cauſa naturali, non videtur illicitum, cum nihil ſuperſtitionis contineant.

7 Sed modo dubium eſt, quâ ratione poſsimus cognoſcere ſomnia eſſe a Deo, & Angelo lucis, aut a Dæmone.

Reſpõdeo duas regulas aſsignari poſſe cum Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 12. puncto 3. ad finem. Suarez lib. 2. de ſuperſtitione cap. 13. Leſſio lib. 2. cap. 43. dubitatione 8. nu. 52. verſic. Dico ſecundo. Sanchez loco citato num. 52. Claue Regia, Reginaldo lib. 17. num. 173.

Prima eſt quando ſomnium impellit ad malũ, vel ad aliquod indiſcretum, ſignum eſt ſomnium eſſe a Dæmone; Quandò verò ad bonũ inuitat credi poteſt eſſe a Deo, quãuis illud bonum, ad quod ſomnium inuitat, ſit cum humilitate, & timore præſtandum; quia Dæmon Angelum lucis aliquando induit, vt facilius homines decipiat.

Secunda eſt, quando homo poſt ſomnium remanet turbato animo minus prõpto, & diſpoſito ad opus bonum, ſignum eſt ſomnium eſſe a Dæmone; quandò verò lætiori, & aptiori exiſtit animo in Deum, & in bonum, credibile eſt eſſe a Deo.

Quando autem dubitatur, an ſit a Deo, vel a Dæmone, præſumi poteſt eſſe a Dæmone, vt docet Martinus Delrius lib 4. cap. 3. q. 6. ex illo Eccleſiaſtici 34. Niſi ab Altiſsimo fuerit miſſa viſitatio, ne des in ſomnis cor tuum.

8 Ex dictis ſequitur non licere fidem præſtare ſomnijs a Dæmone immiſsis; licere verò fidem adhibere ſomnijs, quæ a Deo proficiſcuntur, aut etiam ſomnijs, quæ a cauſa naturali proueniunt, poſſe aliquam fidem præberi quò ad ea, quæ per ipſa cognoſci poſſunt, non quò ad alia, ad quæ naturaliter nõ ſe extendunt. Quapropter licet ex ſomnijs poſsit aliqua ſuſpitio de futuris contingentibus deſumi, nõ tamen certa cognitio haberi poteſt; cum multæ ſint ſomniorũ cauſæ, & homo vtatur libero arbitrio, quod non tollitur per aliquas corporis qualitates, ex quibus ſomnia proficiſci poſſunt. Ita Sanchez nu. 53. Valentia, Suarez, & alij locis citatis. Ex quo patet eos eſſe acriter reprehẽdẽdos, qui dedita opera ita ſe componũt ad ſomnum, vt ſibi per ſomnium occulta reuelentur. Ita Leſsius lib. 2. cap. 43. dub. 8. num. 54. Suarez loco citato nu. 14. & Sanchez num. 53. Nam voluntariè cupiunt a Dæmone edoceri.

9 Quæres ſecundò quandonàm diuinatio contingat cum tacita ſolum Dæmonis inuocatione.

Reſpondeo, contingere quoties ad diuinandum adhibẽtur ea, quæ talem virtutem nõ habent, vt contingit primò, quando quis vult diuinare per taxillos, aut chartas, aut per id, quod primo loco occurrerit aperienti librum. Secundò quando quis vult diuinare ex inſpectione diſpoſitionis quarundam rerũ, aut numeri, aut ex obſeruatione vocis, vel cantus, aut ex manuum lineis, ex fronte, coloribus, figuris, garritu auium, ex voce animalium, ex ſternutatione, ex occurſu funeris, ex fractione corrigię calcei, &c.

10 Hoc

10 Hoc tamen intelligendum eſt modò diuinatio fiat per ea, quibus cognitio naturaliter haberi non poteſt. Secus ſi fiat per id, quo talis cognitio naturaliter haberi poteſt. Datur enim diuinatio naturalis & licita, quæ habetur per ea media, ex quibus talis cognitio ſufficienter haberi poteſt, vt patet in animalibus, quæ cum propter Cęlorum influxũ aliqua ratione moueantur, effectum naturalem prædemonſtrant; Hac de cauſa excuſatur.

Primò Aſtrologia naturalis, per quam ex intuitu, & contemplatione aſtrorum conijcimus effectus naturales, in quos cęlum influit; excuſatur etiam aſtrologia, qua ex intuitu cælorum diuinamus inclinationes hominis, quamuis hæc aſtrologia ſit valdè incerta. Nam aſtrologi difficile ſcire poſsũt pũctum cęli, in quo natiuitas alicuius contigit.

Addo multas ob cauſas inclinationes hominis impediri poſſe, cõſequenter Aſtrologos nõ poſſe hęc tanquam certa enuntiare; præſertim ſi damni periculũ interueniat. Ita Suarez cap. 11. Sanchez nu. 29. Reginaldus lib. 17. num. 172, & alij Doctores citati.

11 Hactenus locutus sũ de Aſtrologia naturali, nam ſi loquamur de Aſtrologia iudiciaria, per quam ex aſpectu cęlorum conijcimus euentus fortuitos pendẽtes a libero hominis arbitrio, exempli gratia Matrimonium ineũdum eſſe cum perſona talis conditionis, aut tali tempore euenturam infirmitatem, bella, &c., certũ eſt huiuſmodi aſtrologiã omninò ſuperſtitioſam eſſe, quoties certius, & cum maiori firmitate prædicit tales effectus, quã ex aſtris cognoſci poſsint; cum .n. tales effectus pendeãt a libero hominis arbitrio, non poſſunt ex aſpectu cęlorum cognoſci, alioquin liberum hominis arbitrium tolleretur. Videte Suarez loco cit. c. 11. Sanchez num. 33. Valentiam 2. 2. diſp. 6. q. 12. puncto 4. Leſsium c. 43. dubit. 6. Martinum Delrium lib. 4. cap. 2. Azorium, Reginaldum, Clauem Regiam, & alios præcitatos Doctores.

Secundò excuſari poteſt aliqua coniectura deſumpta ex motibus, aut vocibus, aut garritu animaliũ; ſicut enim hæc in ipſis fiũt propter Cęlorum influxum; ita fieri poteſt, vt idem influxus in complexione hominis producatur, conſequenter inde colligatur aliqua coniectura alicuius effectus, vt rixæ, belli, &c. quamquam hæc coniectura non eſt firma ſed valdè leuis, & tenuis; cum homo vtatur libero arbitrio. Ita Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 12. puncto 3. Sanchez lib. 2. cap. 38. num. 39. Leſſius loco citato dub. 7. nu. 45.

Tertiò excuſari poteſt aliqualis coniectura deſumpta ex phyſionomia naturali, ideſt partium corporis diſpoſitione exempli gratia ex lineis manuum, &c.; ex qua diſpoſitione aliqualem ſumimus cognitionem ingenij, inclinationem animi, & bonæ, vel prauæ valetudinis; nõ tamen inde colligere poſſumus hominem futurũ diuitem, aut pauperem, aut futurum in gratia Dei, quia hæc aliunde pendent. Ita Leſſius dub. 7. num. 45. Sanchez nu. 44. & 46. Azor c. 16. Delrius lib. 4. cap. 3. quæſt. 4.

Ex quo patet, petentẽ ab Egyptijs bonam, vel ſiniſtram fortunam pecca-

peccare, quia hoc naturaliter ſciri non poteſt, nec vllus dat, quod non habet. Hoc tamen peccatum videtur ſolũ veniale, ſi fiat cauſa curioſitatis, vel riſus, vt communiter fieri conſueuit. Secus, ſi fiat animo credendi, aut cum ſcandalo, vt per ſe patet. Ita Nauar. & Lopez, quos citat, & ſequitur Sanchez loco citato num. 48.

12 Quæres tertiò, quotuplex ſit diuinatio per ſortes.

Reſpondeo triplicem eſſe, prima eſt diuiſoria, qua emittũtur ſortes ad cognoſcendum, quid cuique tribuendum ſit in electionibus, cõtrouerſijs &c. Secunda eſt conſultoria, qua emittuntur ſortes ad indagandam diuinam voluntatem, vt ſciatur quid prȩſtandum, quiduè cauendum ſit. Tertia eſt ſors diuinatoria, qua aliqui vtuntur ad cognoſcendas res occultas. Ita communiter Doctores cum S. Tho. 2. 2. quæſt. 95. art. 8.

Sors diuiſoria licita eſt modò adſint debitæ conditiones. Ratio eſt quia ſors diuiſoria nil eſt aliud quam contractus fortunæ, in quo partes ȩqualem ſubeunt conditionem acquirendi, aut perdendi.

Prima autem conditio, quæ requiritur ad ſortem diuiſoriam eſt, vt fiat in ijs caſibus, in quibus non prohibetur, ic eo fieri poteſt ad ſedandas lites maximè ſeculares, vt inter hæredes, legatarios, &c. quia hoc nullo iure prohibetur. Immo Leſsius dub. 9. num. 58. & alij hoc extendunt etiam ad litem beneficiariam, quando lis alia ratione commodius dirimi non poteſt; hoc enim nullo iure vetitum videtur; ſicut vetitum eſt in electionibus ad beneficia Capite Eccleſia de ſortilegijs. Præterea quando lis tempore peſtis, aut perſecutionis aliter dirimi nõ poteſt, poſſunt mitti ſortes inter Religioſos, vel Medicos quinam infirmorum, vel animarum curam habere debeat.

Item in tempeſtate maris periculoſa licitum eſt mittere ſortes, vt ſciatur, quinam in mare proijciendus ſit, ne omnes pereant. Ita Suarez cap. 12. num. 17. Sanchez loco citato num. 59. & 62. & alij.

Rurſus quando Princeps, vt rem gratam alicui faciat, non vult omnes reos mortis plectere, ſed aliquos tantum, curat mitti ſortes, nõ enim vlli facit iniuriam, cum omnes ſint rei mortis, & par ſit omniũ conditio, vt ſuppono, nec Princeps teneatur omnes a morte liberare. Item quando milites non conueniunt inter ſe quinam præcedere debeãt in incurſione cõtra hoſtes, ſortes mittere poſſunt. Ita Leſsius num. 15. Suarez loco citato cap. 12. Sanchez loco citato. Denique non videntur peccare, qui in ludis mittunt ſortes, ſi hoc faciant cauſa recreationis honeſtæ, aut ex alia honeſta cauſa. Secus ſi hoc faciãt auxilio, & ope Dæmonis, tunc enim committitur peccatũ ſuperſtitionis, & acquiſitum hoc modo reſtituendum eſt, vtpotè comparatum per fraudem colludenti ignotam, cuius inȩqualis eſt conditio. Ita Sanchez num. 66.

Secunda conditio eſt, vt nõ violetur iuſtitia, ſed illæſum ſeruetur ius partium; ideo non licet mittere ſortes inter dignum, & indignũ, quia fieri poteſt, vt ſors cadat in fauorem indigni, & violetur ius digni. Itẽ, quando aliqui habent ius circa rem aliquam nõ poſſunt mittere

tere

Digitized by Google

tere ſortes excluſis alijs habẽtibus aliquod ius; fieret enim ipſis iniuria, & damnum. Ita Clauis Regia lib.4. cap. 5. num. 20. Leſſius num. 58. ad finem, Reginaldus lib. 17. num. 174. & alij communiter.

Tertia eſt, vt non fiat cum irreuerentia rerum ſacrarum, ideo non licet adhibere librum Euangeliorum in mittendis ſortibus, quia fieret irreuerentia rei ſacræ, quam tamen non exiſtimo peccaminoſam mortaliter, niſi adſit magna irreuerentia; nã paruitas materiæ excuſat a mortali culpa. Ita Suarez cap.12.nu.16.Sanchez nu.69.& alij.

Quarta, vt non expectemus ab aſtris, aut ex ope Dæmonis ſortem feliciter euenturam.

Quinta, vt non fiat in electionibus Eccleſiaſticis, exempli gratia ad beneficium, vel ad alia miniſteria Eccleſiaſtica. cap. Eccleſia de ſortilegijs. Ita Azor. lib.9.cap.12. Sanchez num. 71. Suarez cap. 12. Leſſius, Clauis Regia, & alij locis citatis. Ratio eſt quia electio ad dignitates Eccleſiſticas fieri debet inſpiratione Spiritus ſancti, & concordia electorum, non verò per ſortes. Immo neque officia ſecularia per ſortes diſtribuenda ſunt, alioquin fieri poſſet, vt aliquando cõferrentur indignis, & minus idoneis; conſequenter violaretur iuſtitia.

Obſeruat tamẽ Leſſius loco cit. & alij apud Sanchez num. 74. poſſe plures idoneos nominari, & vnum eorum per ſortes ad officium eligi, modò hoc fiat abſque damno boni communis, & iniuria proximi; nullum enim ius, aut præceptum violatur.

Sed contrarium probabilius aſſeritur a Suarez cap.12.num.7.Sanchez loco cit. & alijs, quia electio per ſortes videtur vniuerſaliter ꝓhiberi in rebus Eccleſiaſticis cap. Eccleſia cit. Non videtur tamen negandum quin liceat litem etiam inter Clericos ſortibus componere, quia hoc non eſt vetitum, cum in cap. Finali ſermo ſit tantum de electionibus. Ita Suarez num. 12. Leſſius num. 58. & Sanchez nu. 79. & alij contra Hoſtienſem, & alios apud Sanchez.

Obijcies non eſt maior ratio cur potius aliquandò liceat ſortes adhibere in officijs ſecularibus, quã in Eccleſiaſticis: ergo vel in vtriſque, vel in neutris licitum eſt ſortes adhibere.

Reſpondeo negando antecedẽs. Ratio diſparitatis eſt tum quia Iure Canonico prohibetur adhibere ſortes in Eccleſijs. Cap. Eccleſijs citato. Tum quia in Eccleſijs tractatur de re diuina, & hereditate æterna, quã non expedit tractare per ſortes; in ſeculari verò dignitate agitur de rebus caducis, ad quas ſortes ordinari poſſunt. Ita Clauis Regia lib.4.cap.5. num. 20. Azor. prima parte lib.9. c.21. Suarez tomo 1.lib.2.tit.12.Reginaldus lib.17.nu.174.Sanchez lib. 2. cap. 38.num. 58. Leſſius lib. 2. cap. 43. dub.9. num. 58.

13 Sed modò dubium eſt, vtrum electio ad officia eccleſiaſtica facta per ſortes ſit ipſo facto irrita.

Reſpondetur nõ eſſe irritam exceptis aliquibus caſibus, quos videre poteſtis apud Sanchez loco ſtatim citando; nullo enim iure probatur irritam eſſe, & aliud eſt irritare, & aliud prohibere. Ita Sanchez loco cit. num.83. Suarez loco cit.

cit. cap. 12. num. 10. Panormit. cap. finali de ſortilegijs num. 5. & alij.

14 Sors cõſultoria per ſe loquendo illicita eſt, quia Deus non vult per ſortes voluntatem ſuam indagari; cum habeamus viros peritos, a quibus conſiliũ petere poſſumus.

Dixi per ſe loquendo, vt aduerterem ſortem conſultoriam licitã eſſe concurrentibus iſtis conditionibus.

Prima eſt neceſsitas, qua deficiente volens vti ſorte conſultoria videretur tentare Deum, nam ille tentat Deum, qui ſibi prouidere poteſt humana induſtria, ſed ea prętermiſſa recurrit ad Dei auxilium.

Secunda eſt, vt fiat circa debitã materiam, ne videlicet fiat in electionibus Eccleſiaſticis, cũ hoc ſpecialiter vetitum ſit ab Eccleſia cap. finali de ſortilegijs.

Tertia eſt, vt cum debita reuerentia mittantur ſortes ad Deum; quamquam deficiente hac conditione ordinariè committi ſolet culpa ſolum venialis, cum non adſit grauis irreuerentia.

Quarta eſt, vt fiat debito modo, ne Diuina conſilia conuertantur ad res vanas, & ad terrena negotia, & ad ſecularia lucra, quæ humana induſtria pertractari poſſunt. Ita Sanchez loc. cit. num. 85. Clauis Regia loc. cit. Reginald. loco cit. Azor prima parte lib. 9. cap. 21. ad finem, vbi refert S. Thomã, Suarez tomo 1. de religione lib. 2. de ſuperſtitione cap. 12. & alij.

15 Sors diuinatoria eſt omninò illicita. Ratio eſt quia ſortiũ moderatio, & directio, vel expectatur a Deo, vel a caſu, vel a Dæmone. Si a Dæmone certum eſt hoc eſſe ſuperſtitioſum, & cõtinere Dæmonis inuocationem; Si a caſu perſpicuum eſt caſum non poſſe in ſortes influere, & per eas aliquid demõſtrare, cum nihil influere poſsit in futurum euentum, nullamque cum eo connexionem habeat; Si verò ſortium moderatio expectatur a Deo, non cõſtat Deum illas directurum, & moderaturum ad manifeſtanda occulta; cum Deus hoc non promiſerit, & euentus aliter ſæpiſsimè oſtendit, quàm per ſortes contingat. Ita communiter DD. teſte Sanchez loc. cit. num. 88. cum S. Tho. 2. 2. quæſt. 95. ar. 8.

TERTIA PROPOSITIO.

16 Diuinatio ex cõmuni Doctorum ſentẽtia eſt peccatum mortale ex ſuo genere, ſiue fiat cum expreſſa, ſiue cum tacita Dæmonis inuocatione; Ita communiter DD. Ratio eſt quia per diuinationem initur conſortium, & ſocietas cum Dæmone perpetuo Dei hoſte; nam homo per diuinationẽ ſubijcit ſe diſciplinæ Diaboli, vt ab ipſo occulta doceatur, ipſumque tacitè honorat fidem ipſius documentis præbendo, eique futurorum prænotionem, quæ Deo conuenit, tribuendo.

Ob id exiſtimo non dari paruitatem materiæ a mortali excuſantem, ſi diuinatio ſeriò fiat. Ita Valentia loco ſupra cit. Reginal. lib. 17. num. 170. Sanchez num. 18.

An verò diuinatio poſsit aliquãdo a mortali excuſari ob inuincibilem ignorantiam, vel ob aliam cauſam conſtat ex regulis generalibus traditis de peccatis. Quamquam reſpectu fidelium vix puto dari poſſe ignorantiam inuincibilem

lem in diuinatione facta cum expreſſa Dæmonis inuocatione; quis enim ignorat non licere commercium, & ſocietatem cum Dæmone habere? Ita Valētia loco cit. puncto 4. Sanchez num. 17. Reginaldus, & alij.

Quæ in hac propoſitione diximus de diuinatione accommodari poſſunt vanæ obſeruationi; quamuis ſint aliquæ vanæ obſeruationes ad praxim pertinentes, quæ facilius excuſari poſſunt; quia in his non intenditur prædictio, ſed cautio alicuius mali, aut proſper euentus, ad quæ credenda facilè homo inducitur amore commodi, vt patebit ex dicendis.

17 Rogabis vtrum excuſari poſſit qui ioci cauſa oſtendit velle futura diuinare.

Reſpondeo affirmatiuè quia nō ſeriò quæritur cognitio, nec adeſt animus ſuperſtitioſus indagādi latentia, ſed iocosè, & vanè fit ſine affectatione cognitionis Dei propriæ, & eſt potius quædam vanitas, quàm ſuperſtitio. Ita Suarez cap. 9. nu. 11. Valentia loco cit. puncto 3. Clauis Regia lib. 4. cap. 5. ad finem, Reginal. lib. 17. num. 170. Sanchez loco cit. num. 10. & 20. Martinus Delrius lib. 4. cap. 2. q. 3. & alij.

18 Ex dictis colligi poteſt, diuinationem per ſomnia, per ſortes, & alia eſſe peccatum mortale, ex ſuo genere, quamquam fieri poteſt aliquando vt a mortali excuſetur, vt contingit in diuinatione per ſomnia.

Primò quandò quis ex ſimplicitate fidē illis pręſtat, vt ſi homo rudis facilè putet ſomnia eſſe a Deo, vel tenuiter credat, ideſt non præſtat illis fidem tanquàm certis; ſed ſolum timorem quendam concipiat, tunc enim nō habet perfectam rationem ſuperſtitionis, & imperfectio actus excuſare poteſt aliquando a mortali. Ita DD. ſtatim citandi. Idem dicendū putat Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 15. quando quis non certò credit aliquem diē ſibi infauſtū eſſe, ſed ex ſolo timore illum timet ſibi infauſtum, & ob id non audet eo die opus incipere.

Secundò, quando quis credens ſomnium fortè eſſe a Deo propter metum, vel ſpem aliquid facit, vel omittit, ſeù cautius ſe gerit, dummodò aliud peccatum non intercedat: hęc enim non eſt perfecta ſuperſtitio. Ita Sanchez loc. cit. nu. 21. & Suarez cap. 10. nu. 6. Leſsius loc. cit. n. 53. Nauarrus cap. 11. n. 37. Clauis Regia lib. 4. cap. 7. nu. 5. Reginal. lib. 17. num. 173.

19 Quæres primò, vtrum diuinatio cum tacita Dæmonis inuocatione malitiam habeat eiuſdē ſpeciei, quam habet diuinatio facta cum expreſſa inuocatione.

Reſpondeo affirmatiuè, nam taciti, & expreſsi eadem eſt ratio, & differunt tantum inter ſe ſicut cōpletum, & incompletum, perfectū, & imperfectum intra eandem ſpeciem. In confeſsione tamen cenſeo explicandū an ſuperſtitio fuerit cum tacita, vel cū expreſſa Dæmonis inuocatione, vt benè ait Suarez tomo 1. lib. 2. cap. 9. & cap. 10. num. 2. de religione, Reginald. lib. 17. num. 170. Sanchez lib. 2. cap. 38. num. 14. & 26. Leſsius cap. 43. dubitatione 5. Ratio eſt quia diuinatio cum expreſſa Dęmonis inuocatione coniunctam habet aliquando hæreſim, aut adorationem Dæmonis, aut alia peccata, quæ

omnia

omnia explicanda ſunt in confeſſione.

20 Querès ſecundò vtrũ diuinatio ſit eiuſdem ſpeciei, ſiue fiat per aerem, ſiue per aquam, ſiue per ignem, ſiue per aſtra, ſiue per ſomnia, &c.

Reſpondeo eſſe eiuſdem ſpeciei in genere moris, licet ſit diuerſæ in genere naturæ. Ratio eſt tũ quia quouis modo fiat continet priuationem eiuſdem perfectionis, eandemquè habet cum recta ratione oppoſitionem. Tum quia ſicut furta, auri, argenti, fructuum, librorum, veſtium, aliarumq; rerum pretio æſtimabilium non ſunt diuerſæ ſpeciei in genere moris; ita neque diuinationes, ſiue fiant per aerem, ſiue per aquã, ſiue per ſomnia, &c. Ita Suarez tomo 1. de religione lib. 2. de ſuperſtitione cap. 9. & 10. Azor. prima par. lib. 9. cap. 12. quæſito 3. Reginal. lib. 17. num. 165. & 169. Sanchez lib. 2. cap. 38. num. 14. Rodriquez in ſum. cap. 53. num. 5. & alij, quos in ſimili retuli de pœnitentia, & de Matrimonio cum agerem de vitio beſtialitatis.

21 Ex quo ſequitur non opus eſſe in confeſſione exprimere rem per quam facta eſt diuinatio; nã diuerſitas rei non mutat iudicium Confeſſarij, nec diuerſam ſpeciem cõſtituit, & accidẽtarium eſt diuinationi, quod potius in yna, quàm in alia re fiat.

22 Quæres tertiò vtrum diuinatores, aruſpices, alligantes Dæmonem, aut eum inuocantes ſint ipſo facto excommunicati.

Reſpondeo negatiuè ex hoc capite preciſè. Ita Azorius prima parte lib. 9. cap. 26. quæſito 3. Leſsius lib. 2. cap. 43. dubitatione 5. nu. 29. Suarez tomo 1. de religione lib. 2. de ſuperſtitione cap. 19. nu. 6. Sanchez num. 91. & alij cõtra Reginal. nu. 167. & alios. Probat primò Sãchez quia ſi ſunt excõmunicati maximè in cap. 1. 26. quæſt. 5. Sed dubitatur; an in eo capite ſermo ſit de excommunicatione lata, vel de ferenda; nam illa particula anathema ſit, ſeu excommunicatus ſit iuxta Nauarrum cap. 27. num. 12. Sanchez lib. 2. cap. 38. num. 91. & alios importat excommunicationem ferendam, quia verbum, ſit, eſt futuri temporis, vel ſaltem dubitatur an ſit futuri temporis modi optatiui; in dubijs autem mitior pars amplectenda eſt.

Sed nos contrarium docuimus de Cenſuris cũ communi DD. ſententia, nam ille modus loquendi iuxta receptum morem importat potius præceptiuum, quàm optatiuum ſenſum. Secundò quia caput primum citatum videtur intelligẽdum iuxta antiquiora iura hoc delictum prohibentia, cap. Non oportet 26. quæſt. 5. alia autem iura loquuntur de pœna excommunicationis ferendæ, non verò de excõmunicatione lata.

Verum ad hanc rationem optimè reſpondet Suarez loco cit. nu. 5. in præcitato cap. addi potuiſſe pœnam ipſo facto, quæ antea ſolũ erat comminatoria. Ratio igitur meo iudicio hæc eſſe videtur; quia nõ incurritur excommunicatio ipſo facto niſi ſit recepta, & conſuetudine non abrogata; conſuetudo autẽ in hoc caſu inualuiſſe videtur, vt excommunicatio ipſo facto non incurratur, vel ſaltem cum ſit legitima legis interpres interpretata eſt illum textum, vt perinde

de ſit dicere anathema ſit, ac dicere fiat anathema, ſeu anathematizetur, ſeu feriatur anathemate. Ita Suarez loc. cit. num. 5.

PVNCTVM IV.

De vana obſeruatione.

1 *Vana obſeruatio contingit quando ex conſideratione alicuius euentus caſualis conijcitur aliquid proſperi, vel aduerſi.*
2 *Nomine vanæ obſeruationis venit Magia, Veneficium, Maleficiũ &c.*
3 *Vana obſeruatio quid ſit.*
4 *Vana obſeruatio alia dicitur ars notoria, alia obſeruatio ſanitatum, & alia obſeruantia euentuum.*
5 *Ars notoria quid ſit.*
6 *Licitum eſt vti ea ſcientia, quæ ſemel acquiſita fuit ope dæmonis, modò conſeruatio illius non pendeat à Dæmone.*
7 *Quid ſit obſeruatio ſanitatum.*
8 *Superſtitioſus eſt effectus, ad quem aliqua vana circunſtantia adhibetur vt neceſſaria.*
9 *Superſtitioſus eſt effectus, primo quando is ſuperat actiuitatem cauſæ naturalis applicatæ. Secundo ſi fiat ſine motu locali. Tertio quando effectus ſtatim euaneſcit.*
10 *Superſtitionem committit adhibens imagines, vel characteres ſacris verbis inſcriptos, aut ſigno crucis, vt effugiat inimicorum manus, vel morbum euitet &c.*
11 *Caueri poteſt ſuperſtitio in huiuſmodi ſcripturis adhibendis, & ad collum portandis. Primo ſi nihil falſi, vel contra Eccleſiam contineãt. Secundo ſi in his nihil reperiatur, quo Dæmon inuocetur. Tertio ſi nõ inſcribantur nomina ignota, &c. Quarto ſi non ponatur ſpes in modo ſcribendi. Quinto ſi in ipſis non adnotentur verba indicantia talis morbi &c. euitationem.*
12 *Conſuetudines colligẽdi herbas in tali die feſto, venam aperiendi animalibus, recidendi vngues, & ſimiles, an ſint tanquam ſuperſtitioſæ damnandæ.*
13 *Committitur ſuperſtitio, dum in publicis ſupplicationibus imago alicuius Sancti proijcitur in flumen, vt pluuat.*
14 *Non videtur ſuperſtitioſa ars inueniendi aquã latentem adhibita virga talis, vel talis generis.*
15 *Non eſt ſuperſtitioſum ſi, dum colliguntur aliquæ herbæ &c. recitantur aliquæ orationes, modò hæ nihil vani contineant.*
16 *Nõ eſt damnãdus tanq̃ ſuperſtitioſus vſus triginta Miſſarũ S. Gregorij.*
17 *Superſtitioſus eſt medendi vſus applicando remediũ vitiis, gladio &c.*
18 *Agentia naturalia agunt per contactum formalem, & habent determinatam ſphæram ſuæ actiuitatis, & quænam ſint regulæ cognoſcendi aliquẽ effectũ eſſe ſuperſtitioſum.*
19 *An vtens hoc medẽdi genere denunciãdus ſit ſancto Inquiſitionis officio.*
20 *Poſſunt excuſari hoĩes, qui certis quibuſdã morbis medendis dant operã.*
21 *Obſeruantia euentuum quid ſit.*
22 *Hic modus ſuperſtitionis differt à diuinatione.*
23 *Obſeruatio huiuſmodi eſt mortale peccatum ex ſuo genere.*

DVo præcipuè quæremus in hoc puncto. Primò quid ſit vana obſeruatio. Secundò quot ſint vanæ obſeruationis ſpecies.

1 Sed prius præmittẽdum eſt primò vanam obſeruationem contingere,

gere, quando ex cõſideratione alicuius euentus caſualis conijcitur aliquid proſperi, vel aduerſi, & hoc modo obſeruatio videtur coincidere cum diuinatione, de qua dictum eſt puncto præcedẽte: Per hoc tamen differt à diuinatione, quod obſeruatio refertur ad opus obſeruantis; diuinatio verò potius ad ſpeculationem, & cognitionem, vt infra explicabo.

2 Secundò nomine vanæ obſeruationis venire etiam Magiam, veneficium, maleficium, &c.

PRIMA PROPOSITIO.

3 VAna obſeruatio ex S. Thom. 2.2. q. 96. art. 1. & 2. & alijs communiter teſte Sanchez lib. 2. c. 40. nu. 1. eſt ſuperſtitio, qua media inutilia adhibentur ad præſtandũ, vel omittendum aliquid, ad quod illa media, nec à Deo, nec à natura virtutem vllam habent, vt contingit, quando quis medijs inutilibus cõtendit acquirere bona temporalia, vt ſanitatem, ſcientiã, &c. aut quando aliquibus verbis intendit alligare Dæmonem, illumq; includere in anulum, in vas, &c. vt optimè docet Valentia 2.2. diſp. 6. quæſt. 13. puncto 2. Azor. pri. parte lib. 9. cap. 76. quæſito 2. Sanchez lib. 2. cap. 42. nu. 11. Toletus lib. 4. c. 14. num. 7 & alij, aut quando quis mittit chyrographum animalibus noxijs, vel cum ipſis litem mouet, vt illa expellat. Ita Valentia loc. cit. Sanchez loc. cit. num. 39. Martinus Delrius lib. 3. parte 2. q. 4. ſect. 8. & alij; aut quãdo quis profert aliqua verba vt habentia vim ad aliquem effectum, exempli gratia ad mouẽdum anulum, vt quota ſit diei hora cognoſcatur, etiãſi hoc fiat præmiſſa proteſtatione hoc nõ faciendi ex pacto cum Dæmone; cum enim conſtet hoc eſſe ſuperſtitioſum proteſtatio dicitur contraria facto. Ita Sanchez cap. 40. num. 25. cum Phyliarco tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 11. concluſ. 4. Valentia loc. cit. puncto 2. Clauis Regia num. 6. aut quando luſores ad euitandam malam fortunam mutant loca, aut ſurgunt: quamquàm Sanchez nu. 21. excuſat iſtos à mortali peccato, quia nõ videtur peccatum perfectum ſuperſtitionis, cum luſores nõ certò credant ob id ſe abiecturos malam fortunam.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 TRes ſunt ſpecies obſeruationis. Ars notoria. Obſeruatio ſanitatum. Obſeruantia euentuum; & ad has ſpecies cęteræ poſſunt reuocari, ſiue fiant cum expreſſa, ſiue cum tacita Dæmonis inuocatione; ſicut enim diuinatio alia eſt cum tacita, & alia cum expreſſa Dæmonis inuocatione, ita etiã vana obſeruatio. Ita Valentia 2.2. diſp. 6. q 13. puncto 1. Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 11. & alij.

5 Quæres primò quid ſit ars notoria.

Reſpondeo eſſe ſuperſtitionem, qua quis credit ſe conſecuturum ſcientiam abſque labore per quædam ieiunia, orationes, inſpectiones figurarum, prolationes verborum ignotorum, & alia ſimilia vana, & inefficacia, & hæc ſuperſtitio eſt peccatum mortale ex ſuo genere, quià continet tacitam cum Dæmone ſocietatem, cui tribuitur id, quod eſt proprium Dei; proprium enim

Digitized by Google

enim Dei eſt, & non Dæmonis infundere ſcientiam. Videte Delriũ lib.3.q.4.ſect.2.Reginaldum lib.17. num.188. Sanchez nu.12.& Valentiam loco cit.

6 Sed modò dubium eſt, vtrum acquiſita ſemel ſcientia ope Dæmonis, licitum ſit ea vti.

Reſpondeo affirmatiuè, modò conſeruatio, aut vſus illius ſcientię non pendeat à Dæmone. Ratio eſt quia cognitio, ſeu ſciẽtia ex ſe bona eſt, & peccatum, quo parta, & acquiſita eſt pertranſijt. Ita Suarez lib. 2. de ſuperſtitione cap. 17. num. 1. & 2. Sanchez in opere morali lib.2.cap.41.nu. 1. & 22. & cap. 42.num.20.Valentia 2. 2. diſp.6. q. 13.puncto 2. & alij.

7 Quæres ſecundò quid ſit obſeruatio ſanitatum.

Reſpondeo eſſe ſuperſtitionem, qua adhibentur aliqua inania, & inutilia ad ſanandos morbos hominum, vel animalium; vt contingit quando ad curandos morbos adhibẽtur verba, ſigna, cęremoniæ, vel etiam res naturales, quibus aliqua vana media adiunguntur tanquam neceſſaria; cum enim hæc nõ ſint veræ cauſæ horum effectuum, & ad hos producendos nõ habeãt virtutem, ſignũ eſt continere pactum initum cum Dæmone, & ſapere ſuperſtitionis peccatum.

8 Ex dictis colligi poteſt primò ſuperſtitioſos eſſe effectus, ad quos aliqua circunſtantia vana, & inutilis adhibetur tanquam neceſſaria, exempli gratia cum certo numero crucium, vel in tali corporis poſitione, vel tali hora, &c.

9 Secundò ſuperſtitioſos eſſe illos effectus, qui fiunt his concurrentibus conditionibus.

Prima eſt, quando effectus ſuperat actiuitatem cauſæ naturalis applicatæ; vt conſtabit exemplo curandi infirmos vulneratos in loco diſtanti.

Secunda, quando effectus fit ſine motu locali; vt ſi quis faciat menſã, aut flumẽ ſtatim apparere.

Tertia, quando effectus ſtatim euaneſcit, & non permanet. Ita Martinus Delrius lib.2.q.5.Sãchez cap.40.num.43.& alij.

Verum quando dubitatur an effectus ſit à cauſa naturali, an ſcilicet excedat vires cauſæ naturalis, pręſumendum eſt prouenire à cauſa naturali, quia dubium explicandum eſt in mitiorem partem. Secus dicendum eſt, quando conſtat effectum excedere vires cauſæ naturalis, qualis effectus eſt noſce ſecreta cordium, aut hominem ſtatim ſanari; cum enim conſtet hunc effectum viribus naturæ non produci, præſumendum eſt eſſe ſuperſtitioſum, niſi talia ſint inditia, quibus iudicetur eſſe à Deo, vel à bono Angelo. Ita Leſsius lib.2.c.43. dub.10.Suarez loco ſupra cit.c.15. Clauis Regia lib.4 cap.6.Sanchez lib.2.cap.40.nu.44. & alij.

10 Tertiò colligitur, ſuperſtitionẽ committi adhibẽdo imagines, aut characteres inſcriptos ſacris verbis, aut ſigno Crucis certa cũ fiducia euadendi ab hoſte, aut expellendi morbos, aut non moriendi ſine præmiſſa confeſsione, nam adhibentur ad eos effectus, ad quos vim non habent. Ita Syluester quęſito 10.& Nauar.cap.11.num.34.

11 Sed modo dubiũ eſt quo pacto caueri poſsit ſuperſtitio in imaginibus, vel ſcripturis ſacris adhibendis, vel ad collum portandis.

Reſpondetur cũ Claue Reg. lib. 4.cap.6.nu.6. Sancto Thoma 2.2. q. 96.art.4.& alijs, euitari poſſe. Primò ſi nihil falſi contineant contra ſacram ſcripturã, vel cõtra Eccleſiæ auctoritatem. Secundò ſi in ijs nihil reperiatur ſpectãs ad Dęmonis inuocationem. Tertiò ſi non inſcribantur nomina ignota, vel alij characteres pręter ſignum Crucis. Quartò ſi non ponatur ſpes in modo ſcribendi; ideo ſuperſtitionem committit, qui dicit Euangelium, quod ad collum portatur debere in carta virginea, vel tali tempore ſcribi. Quinto ſi in ipſis hęc nõ adnotẽtur, Qui apud ſe tulerit, vel has preces recitauerit tale malum euitabit, exempli gratia non morietur in bello, vel in peccato, vel conſequetur ſanitatem, aut puellæ fauorẽ obtinebit; hæc enim ſuperſtitionem redolent; quia Deus nullis verbis temporalem effectum infallibilem pollicitus eſt; & cum bona temporalia nobis ſint aliquãdo pernicioſa, meritò Deus illa nobis denegat; conſequẽter ſuperſtitioſum eſt, certã in huiuſmodi verbis, aut orõnibus, aut etiã reliquijs ſpẽ ponere. Ita Nauar. n.35. Sylue. loco cit. Clauis Reg. lib.4.cap.6.n.8.& Suar. lib. 2. de religione cap.15. nu.11. de ſuperſtitione; Sanchez cap.40.nu.20. Leſsius lib.2.cap.43.dub.10.nu.63. & alij.

12 Quartò colligitur, vtrum damnandæ, vel excuſandæ ſint aliquæ conſuetudines, quibus nonnulli aliquid facere, vel ommittere ſolẽt talibus feſtis diebus, & non alijs, vt ſi qs ommitteret ſciſsionẽ vnguiũ in die feſto, aut in die veneris, aut ſi herbas medicinales colligeret, aut venã iumentis aperiret in die S. Ioannis Baptiſtæ, aut alterius Sancti; diſtinguẽdũ enim eſt hoc pacto, ſi hæc faciãt iſti, vt ſe magis excitent ad precandum propter diem Sancto dedicatum, vel propter affectũ, quẽ ſpecialiter habẽt erga Sanctũ, a quo opem, & auxilium ſperant, nõ committunt ſuperſtitionis peccatũ, quamuis hæc conſuetudo extirpanda ſit, ſi commodè poteſt; cum proximè accedat ad ſuperſtitionem, & excedat modum eccleſiæ conſuetũ honorandi Deũ, vel Sanctos. Si verò iſta faciant credentes tali die, aut cum tali circumſtantia maiorẽ virtutẽ herbis collectis ineſſe, aut periculum eſſe damni ſcindendo vngues tali die, committent ſuperſtitionis crimen; quid enim talis dies in hos effectus influit? Ita Sanchez cap.40.nu. 15. & 31. Nauarrus cap. 11.nu.38.& 36. Clauis Regia nu. 7. Valẽtia loc. cit. puncto 2. & alij. Non eſt tamen ſuperſtitioſum notare tempora, quibus maior, vel minor cęlorum influxus reperitur, ſeu quæ aptiora ſunt ad ſcindenda ligna, vel ad euitandam rerum corruptionem, &c.

13 Quintò ſuperſtitionem committi dum in publicis ſupplicationibus imago alicuius Sancti proijcitur in flumen, vt pluuat, aut dum putatur tot orationes prodeſſe, & non pauciores, aut candelã debere eſſe tantæ longitudinis, & non minoris, aut miſſam non prodeſſe niſi tot candelæ, vel talis coloris adhibeantur. Videte Martinum Delriũ lib.4.quęſ.7.& 8. Sanchez nu.34.37. & 40 & alios Doctores citatos.

14 Sextò non videri damnandam de ſuperſtitione artem inueniendi aquas in terra latẽtes, & defluentes adhibita virga ſalicea, vel amigdalina

lina

Digitized by Google

ſina, vel ſanguinola. Ratio eſt tum quia hic effectus viribus naturę fieri poteſt in debita diſtãtia ob qualitates ab aqua in virgam, vel a virga in manu hominis humidi exiſtẽtẽ in aquã tranſmiſſas, vel ob ſympathiam virgę in manu hominis taſem complexionẽ habentis exiſtẽte: tum quia nihil mali apparet, ex quo hanc artem redarguere, & reprobare debeamus: conſequenter dicendum videtur hanc artem non eſſe ſuperſtitioſam; ſed niti viribus naturæ, vel exerceri Deo gratis cõcedente.

15 Septimò ſuperſtitionem non cõmitti dum in curationibus morborum, aut in herbis colligẽdis adhibentur aliquæ orationes; modò aliqua vana, & inutilia, non admiſceãtur, & modò nõ ponatur ſpes in re vana, vt in literis, vel in ſyllabis; ſed in Deum. Ita Azor. prima parte lib. 9 cap. 26. quæſito 7. S Tho. 2. 2. quæſ. 95. ar. 4. Sanchez cap. 40. n. 33.

16 Octauò non eſſe damnandum vſum triginta Miſſarum S. Gregorij in memoriam facti S. Gregorij, qui triginta diebus curauit orari pro defunctis: Hoc tamen limita modò aliquæ circũſtantiæ, vel cæremonię vanę nõ miſceantur. Ita Clauis Reg. lib. 4. cap. 6. n. 7. Caietanus 2. 2. quęſ. 96. ar. 4. Sanchez in ſumma lib. 2. c. 40. num. 41. vbi alios DD. refert.

17 Nonò damnandum eſſe modũ curandi infirmos vulneratos exiſtẽtes in loco diſtãti applicato remedio vittis, aut gladio, aut lignis ſanguine infectis, vt patebit ex dicendis in ſolutione proximæ ſubſequẽtis difficultatis, de qua ſæpius conſultus fui, dum conſultoris officium in Pęnitentiaria Mediolanenſi ſuſtinerem.

Difficultas igitur eſt primò vtrum ſuperſtitioſus ſit curãdi modus, quo Titius vulnera hominum, aut animalium lethalia breui tẽporis ſpatio curat, applicato quodã vnguenti genere, aut puluere vittis, ſiue petijs lineis ſanguine vulneratorum madefactis. Pro ſolutione.

18 Suppono primò agentia naturalia agere per contactum formalem, & quantitatiuum, quo extrema agentium cõiunguntur cum extremis ſubiectorum, in quæ agunt, vel per contactum virtualem alterando medium, & prius producendo actionem ſuã in partem viciniorem quàm in remotam, vt teſtãtur ferè communiter Doctores in phyſicis.

Suppono ſecundò agentia naturalia habere determinatam ſphęrã ſuæ actiuitatis, vt oẽs Philoſophi cõcedunt, quę duobus modis poteſt impediri, primò ſupernaturaliter, vt ſi Deus miraculosè interponeret vacuum. Secundò naturaliter, vt ſi interponatur corpus denſum inter agens, & alterum extremũ, in quod agitur, vt accidit quãdo inter ſtuppam, & ignem medius paries interponitur impediendo, ne ignis comburat ſtuppam.

Suppono tertiò ad cognoſcendũ effectum ſuperſtitioſum tres ſaltem regulas aſsignari poſſe, Prima eſt quando media inutilia adhibentur tanquam neceſſaria ad illum effectũ, vt ſi tot cruces adhibeantur tanquam neceſſariæ &c. Secunda colligitur ex modo operandi, præſertim ex diſtantia loci, vt quãdo quis applicat remediũ in loco tam diſtanti, vt ex principijs philoſophiæ concludatur illum effectũ nõ poſſę naturaliter a cauſa tam diſtãti prouenire. Tertia quando effectus ſuperat

Digitized by Google

perat exigentiam, & actiuitatẽ cauſarum naturalium, ſeu quãdo conſtat effectum illum nõ poſſe aliunde prouenire, quàm a ſolo bono, vel malo ſpiritu. Ita Valentia tomo 3. diſp. 6. quæſ. 13. puncto 2. colum. 6. Martinus Delrius lib 2. diſquiſ. cap. 5. & 6. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 40. num. 43. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſtitione cap. 15. num. præſertim 14. Idem ſentire videtur Leſsius lib. 2. cap. 43. dub. 10. nu. 62. Clauis Regia lib. 4. cap. 6. Tolet. lib. 4. cap. 14. & alij communiter. His ita poſitis.

Dicẽdum eſt prædictum medendi modum ſuperſtitioſum eſſe. Probatur primò ab aliquibus Doctoribus, quia ſi hoc remedium applicetur immediatè vulneri, tantum abeſt, vt proſit ad ſanitatem, vt potius necem inducat, & afferat interitum, ergo multò minus huiuſmodi genus vnguẽti applicatum panno lineo in loco tam diſtanti videtur poſſe naturaliter prodeſſe ad vulnera curanda.

Verum hæc ratio mihi non probatur cum maiorem habeat oſtentationem, & apparentiam, quàm efficaciam; nam agens naturale aliquãdo producit vnum effectum in certa diſtantia, quem non producit poſita nimia propinquitate; ſicut patet in ſenſibili, quod poſitũ ſupra ſenſum, non facit ſenſationẽ, & conſtat ex alijs exemplis naturalibus; hoc tamen argumentum optimè probaret, ſi huiuſmodi remedium applicatum panno lineo in minori, & debita diſtantia nõ produceret eundem effectum, ſed illũ produceret in maiori diſtantia, vt bene aſſerit Valẽtia, & Delrius locis cit., quod nõ accidit in noſtro caſu, cum huiuſmodi remedium nõ minus proſit applicatum petijs in minori diſtantia, quàm in maiori, vt ab aliquibus certior factus ſum.

Probari poteſt ſecũdò quia agentia naturalia agunt per contactum formalem, & quãtitatiuum, vel ſaltem per virtualem; in propoſito autem caſu non intercedit contactus quantitatiuus, cum extrema remedij non ſint ſimul cum extremis infirmi, neque intercedit contactus virtualis, cum huiuſmodi remediũ non videatur poſſe agere in tanta diſtantia per alterationem medij producendo prius certam qualitatem in aere, quàm producat in infirmo.

Hæc ratio, quæ ſatis firma eſt, poſſet ab aliquibus reijci, & reprobari hoc pacto. Tum quia aliqui Doctores, vt Scotus, & alij negant agentia naturalia agere per cõtactum. Tum quia dici poſſet intercedere contactum virtualem, & alterationem medij, quamuis huiuſmodi cõtactus, vel alteratio à nobis non percipiatur. Verum reprobatio huius ſecundæ rationis diſſoluetur, & diluetur, tum ex noſtra tertia ratione, tum ex communi Doctorum opinione, cui repugnat doctrina Scoti.

Probatur igitur tertiò, interrupta ſphæra actiuitatis non poteſt agẽs naturale producere ſuum effectũ, vt ſi inter magnetem, & ferrum interponatur paries non poteſt amplius magnes attrahere ferrum, vel ſi inter ſolem, & hæc inferiora ponantur aliqua corpora denſa, ſol non amplius poterit eoſdem effectus producere, quos modo producit; ergo etiam in noſtro caſu, ſi daremus ſphærã actiuitatis huius remedij

medij

medij applicati pãno lineo ſe protendere vſque ad infirmum diſtantem, nihilominus fatendum eſt huiuſmodi ſphęram, & cõtactum virtualẽ interrumpi per multa obiecta interpoſita, vt per multos parietes, in quibus clauſi detinẽtur panni linei, quibus remedium applicatur, conſequẽter dicendum eſt huiuſmodi effectum viribus naturæ fieri non poſſe.

Probatur quartò quia omnis effectus, vel eſt à cauſis naturalibus, vel à Deo, vel à malo ſpiritu, ſed hic effectus ſanitatis non eſt à cauſa naturali, vt probatum eſt, cum nulla virtus naturalis agat in diſtans, ſed per contactum; neq; poteſt dici eſſe à Deo; quià quando non conſtat ex ſcriptura, vel ex Eccleſiæ traditione aliquem effectum eſſe à Deo non debemus illum Deo attribuere, vt ait Delrius lib. 3. q. 4. ſect. 1. & Sanchez loco cit. nu. 44.

Addo nõ eſſe veroſimile Deum, vel bonos Angelos hęc paſsim pręſtare per quoſcunque homines. Dicendum igitur eſt huiuſmodi effectum eſſe à malo ſpiritu ex pacto tacito cum ipſo.

Probatur quintò quia ſi hoc remedium applicatum panno lineo, vel enſi, vel ligno intincto ſanguine naturaliter prodeſſet ad ſananda vulnera in tanta diſtantia, ſequeretur etiam venenum, vel quid ſimile noxium, & lethiferum applicatum eidem panno lineo nocere vulneri; cum par videatur vtriuſq; ratio, ſed conſequens eſt falſum, ergo & antecedens.

Probatur ſextò quia ſi huiuſmodi effectus naturaliter producitur ab hoc remedio, maximè quia eſt aliqua ſympathia, & conformitas inter remedium, & effectũ; ſed hoc dici non poteſt, quià effectus ſanitatis data quauis ſympathia eſt effectus realis; ergo neceſſariò fieri debet per aliquam actionem; actio autem non poteſt dari naturaliter in tanta diſtantia, cum non intercedat cõtactus, & impediatur ſphęra actiuitatis.

Obijcies Maximilianus Imperator ſimili remedio vtebatur ad ſanãdos vulneratos, etiam abſentes, vt refert Ioannes Baptiſta Porta in ſua Magia lib. 8. cap. 14. ad finem folio 162. quod remedium appellabatur vnguentum armarium, eo quod applicaretur enſi, quo infirmus ſauciatus, & vulneratus fuerat; ergo videtur hoc remedium naturale, & permittendum.

Reſpondeo primò Maximilianũ Imperatorẽ fortaſsè non vſum fuiſſe illo remedio in ea diſtantia, in qua adhibetur id, de quo nos quærimus.

Reſpõdeo ſecundò illud exemplum pati eaſdẽ difficultates, quas patitur caſus à nobis propoſitus; præſertim cũ auctor illius vnguenti armarij fuerit Paracelſus, qui fuit auctor damnatus: afferre autem inconueniens non eſt ſoluere difficultatem.

Addo illud remedium non approbari à Porta etiam quatenus ab ipſo cætera cõſueuerunt approbari, quod indicio eſt alicuius ſuperſtitionis.

19 Secunda difficultas eſt vtrum vtens hoc medendi genere denuntiandus ſit Sancto Inquiſitionis officio.

Reſpondeo cum Syluestro verbo Correctio quęſito 10. Auila 2. parte, cap. 5. diſp. 5. dubio 3. Henriquez,

Digitized by Google

Paludano, Antonino, & alijs à nobis relatis in tractatu de cẽſuris diſ. 2. q.6. puncto primò folio 222.n.15. & 16. in prima editione, diſtinguẽdo hoc pacto, vel facta denunciatione dubitatur, vtrũ Inquiſitores adhibituri ſint remedium, vel certè conſtat eos non adhibituros remedium, vel ſcitur abhibituros remedium; Si primum facienda eſt denunciatio, quia in dubijs fauendũ eſt ſuperioribus, illiſq; obediẽdum eſt; Si ſecundum non eſt obligatio denunciandi. Tum quia ceſſat finis denunciationis. Tum quia nõ obligamur ad opus inutile, & ſicut fruſtra expectatur euentus, cuius nullus eſt effectus, ita fruſtra fit denunciatio, cuius nullus expectatur fructus. Si tertium facienda eſt denũciatio, quia ſancitum fuit ab Illuſtriſsimo noſtro Cardinali, & ab Inquiſitoribus Sãcti Officij deferri, qui ſuperſtitioſis vtuntur diuinationibus, vel ſimilibus medendi artibus: Præmittenda tamẽ eſt fraterna correctio, & attendendę ſunt alię regulę, quas Doctores ſeruandas aſsignant in hac materia, & quas videre licet apud Pet. Nauar. lib. 2. cap. 4. parte prima nu. 215. Auilam 2. par. cap. 5. diſp. 4. & diſp. 5. Sanchez lib. 3. de matrimonio diſp. 13. Henriquez lib. 13. de excommunicatione cap. 18. Clauem Regiam lib. 12. cap. 14 nu. 22. & apud alios, quos nos retulimus in tractatu de Cẽſuris loco citato, & de fraterna correctione.

20 Tertia difficultas eſt, vtrum a ſuperſtitione excuſari poſsint familiæ, ſeu homines, qui dant operam medendis quibuſdam morbis, vt rabido morſui canis, &c.

Reſpondeo non eſſe ſimpliciter damnandos. Ratio eſt tũ quia nõnulli permittuntur ab Eccleſia. Tũ quia fieri poteſt, vt hanc gratiam gratis datam acceperint a Deo. Tũ quia nulla ſufficienti ratione probari poteſt horum officium eſſe ſuperſtitioſum; niſi ex circumſtantijs appareat eſſe ſuperſtitioſum, quanquam tales perſonæ ab ordinarijs diligenter examinandæ ſunt, antequam hoc munus exercere permittantur. Videndum enim eſt, an hoc faciant remedijs naturalibus, vel ex gratia gratis data, vel ex pacto cum Dęmone; nam in his facilè contingere poteſt Dęmonis deceptio. Ita Azor. prima parte lib. 8. cap. 25. quęſito 2. Nauar. in manuali cap. 11. n. 36. Martinus Delrius lib. 4. cap. 3. q. 4. Suarez loc. cit. cap. 15. nu. 25. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 40. nu. 47. vbi etiam copiosè diſputat, an munus ſalutatorum curãtium infirmos morſu canis læſos, permittendũ ſit. Addo cum Sanchez n. 44. & Suarez nu. 26. Confeſſarios debere magnã adhibere circumſpectionẽ, & cautionem in abſoluendis ijs, qui ad ſanandos morbos remedijs externis vtuntur, virtutem naturalem nõ habentibus ad eos curandos; quamuis publicè tolerentur, & permittãtur; nam multa iuſtis de cauſis permittuntur, quæ licitè fieri non poſſunt.

21 Quęres tertiò quid ſit obſeruantia euentuum.

Reſpondeo eſſe genus ſuperſtitionis, quo ex cõſideratione alicuius euentus conijcitur, quid futurũ ſit: vt ſi quis ex eo, quod aliquid caſu euenit, aliquid ſibi proſperi, vel aduerſi promittat, indeq; actiones ſuas moderetur, obſeruãs loca, verba audita, tẽpora, vel occurſus hominum, aut animalium, vt ſi domo egredienti occurrat vulpes, aut canis,

Digitized by Google

nis, aut cadauer, &c. indeq; occaſionem ſumat credendi negotium, aut diem ſibi futurum infauſtum, & infortunatum.

22 Sed modò dubium eſt primo, vtrũ hic modus ſuperſtitionis differat a Diuinatione.

Reſpõdeo, dupliciter differre, primo quia in diuinatione quæruntur ſigna ad diuinãdum; hic autem caſu occurrũt. Secundò in diuinatione quæritur notitia; in obſeruatione verò euentuum intenditur potius directio operationum ad aliquid obtinendum, aut vitandũ. Ita Sanchez cap. 40. nu. 1. & 14. Leſsius loco cit. Clauis Regia lib. 4. cap. 6. nu. 1. Valentia quęſ. 13. puncto 2.

23 Secundò dubium eſt, vtrum obſeruatio ſit peccatum.

Reſpõdetur eſſe peccatum mortale ex ſuo genere, vt patet ex ſupradictis; quamuis ſæpius a mortali excuſetur ratione ignorantiæ, aut ratione bonæ fidei; quia nihil mali in his cõtinetur, quod ab hominib' apprehendatur. Ita Leſsius lib. 2. cap. 44. dubitatione 4. Valẽtia loco cit. puncto 3. Nauar. cap. 11. nu. 24. Sanchez cap. 40. nu. 13.

An verò paruitas materię excuſet patet ex dictis de diuinatione, vbi diximus nõ excuſare, quamuis Valentia q. 13. pun. 3. putet dari poſſe paruitatem materiæ, quoties non interuenit pactum expreſſum cum Dæmone, vt ſi quis ſemel anulum mouere faciat ſuper filium; quod etiam admittit Sanchez. n. 25. & 13. ſi hoc ſemel faciat ioco, & ad experiendum effectum cauſa curioſitatis.

PVNCTVM V.

De Maleficio.

1 *Maleficium quid ſit.*
2 *Diabolus per peccatum non amiſit ſcientiam naturalem.*
3 *Quot ſint genera maleficij.*
4 *Magia naturalis non eſt ſuperſtitioſa, nec malefica.*
5 *Nunquam licitum eſt maleficos etiã aliàs paratos adhibere ad maleficiũ faciendum, pro re graui, & bono publico &c.*
6 *Afferuntur argumenta in contrariũ, & ſoluuntur.*
7 *Non licet petere diſſolutionem maleficij per aliud maleficium.*
8 *Si maleficus ſciat modum licitum tollendi maleficium, licet maleficum rogare, vt illud tollat.*
9 *Soluuntur argumenta huic doctrinæ contraria.*
10 *Quænam remedia poſſint adhiberi contra maleficia.*
11 *Confeſſarius quid teneatur inquirere à malefico.*
12 *Quomodo poſſit cognoſci maleficus.*

SEptẽ præcipuè quæremus in hoc puncto. Primò quid ſit maleficiũ. Secundò quot ſint eius genera. Tertiò an ſit licitũ maleficos aliàs paratos adhibere ad maleficiũ faciẽdum pro re graui. Quartò an liceat petere, vt maleficus vnum maleficiũ alio maleficio diſſoluat. Quintò an aliqua remedia poſsint adhiberi cõtra maleficia. Sextò quomodo cõfeſſarius gerere ſe debeat erga maleficos. Septimò quomodo Cognoſci poſsit maleficus.

PRIMA PROPOSITIO.

1 MAleficium eſt ars nocendi alijs ope,& poteſtate Dæmonis. Ita Toletus lib.4.c.16.Valentia 2.2.diſp.6.quęſt.13.puncto 4. Clauis Regia lib.4.c.6.num.23.Reginaldus lib. 17. num. 175. & alij communiter.

2 Pro intelligentia huius propoſitionis ſciēdum eſt Diabolum per peccatum non amiſiſſe ſcientiam naturalem, ſed adhuc maxima pollere ſcientia, & cognitione, quam comitatur potentia; adeo enim potentes ſunt Dæmones, vt ſaluo naturæ ordine, corpora terreſtria cū maxima celeritate mouere, & portare poſsint: Portant autem,& mouent,quatenus intelligūt, & ita volunt; nam ipſorum voluntati corpora obtemperant quoad motum localem; non tamen mouere poſſunt totam terram, aut totum aliquod elementum ; alioquin ordo naturæ confunderetur. Hinc patet Dæmonem poſſe, Deo permittente, hominem in longinqua transferre, vt patet in trāſlatione lamiarū,inducere pluuias, ventos, grandines, &c. formare corpora aerea, apparere in forma viri, nec non multa inducere applicando actiua naturalia paſsiuis, & per maleficiū hominibus nocere. Hinc explicata manet definitio maleficij,quam diximus eſſe artem nocendi arte Dæmonis. Videte Valentiam 2.2. diſp.6.quæſt.13.puncto 2. Leſsium lib.2.cap.44.dub.3. Azorium lib.9. c. 25. Martinum Delrium lib. 2. q. 16.Clauem Regiam lib 4.c.6. n.13. & 15. Sanchez lib.2.c.40.nu.4.& 6. Suarium 2. de ſuperſtitione c.16.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 MAleficiorum quinque ſunt genera. Primum genus eſt eorum, quæ fiunt ad inueſtiganda quæ latent,& quæ procul abſunt, vt ſecreta hominum longè diſtātium. Secundum eſt eorum, quæ fiunt ad morbos inferēdos, & ad alia quæuis mala in bonis fortunæ inducēda, & huic ſecundo generi propriè conuenit definitio maleficij allata in prima propoſitione. Tertium eſt eorum, quæ fiunt ad ſanitatem procurandam. Quartum eſt corū, quæ fiunt ad alios effectus communi omnium iudicio impoſsibiles. Quintum eorum, quæ fiunt ad magicas, & ſuperſtitioſas operationes. Ita Clauis Regia,& alij.

4 Quæres an magia ſit ſpecies maleficij,& ſuperſtionis; pro ſolutione.

Notandum magiam duplicem eſſe, vnam naturalem, aut Mathematicam,alteram diabolicam. Naturalis eſt illa, qua viribus rerum naturalium occultis mira quędam fiunt, quæ vera ſunt, & viribus naturæ producuntur. Ideo hac arte formari poſſunt ſtatuæ mouentes ſe, ſibilantes, ſaltitantes &c. quæ magiam naturalem aliquando nō excedunt. Magia Mathematica eſt illa, qua quis ſola mathematicarū ſcientiarum diſciplina præditus, mira quædam præſtat, non adhibitis alijs rebus naturalibus, qua ratione homines diuinare poſſunt quædam occulta adiunctis numeris,aut detractis,ac ſæpius ſubductis. Magia diabolica eſt illa, qua magus mira quædam præſtat ope Dæmonis,his prænotatis.

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondeo magiam naturalem non eſſe ſuperſtitioſam, nec maleficam; Diabolicam vero ſuperſtitioſam, & illicitam eſſe, quia fit ope Dæmonis. Ita Azor ſupra cit. & alij communiter.

Qualiter autem Dæmon cõcurrat ad effectus Magorum mira quędam præſtando celeriter aliquid aſportando, ſenſus noſtros deludendo, corpora alterando &c. videri poteſt apud Valẽtiam diſp. 6. quæſt. 12. puncto 2. Delrium lib. 2. quæſt. 8. Leſsium cap. 44. dub. 3. Sanchez c. 40. num. 4. Suarez lib. 2 de ſuperſtitione c. 6. Azor lib. 9. c. 25.

Obſerua tamen Dęmonẽ nõ poſſe vera miracula efficere, quia quæ fiunt à Dæmone non ſuperant virtutem cauſarum naturalium, & fiũt applicando actiua naturalia paſsiuis. Ita Delrius loco cit. q. 7. Sanchez loc. cit. num. 5. cum Victoria, & Salmerone.

De pęnis autem contra Magos, ſeu ſuperſtitioſos homines iure canonico, aut ciuili impoſitis videri poteſt apud Reginal. lib. 17. n. 191. & ſequentibus, & Suarez tom. 1. de Religione lib. 2. cap. 19.

TERTIA PROPOSITIO.

5 NOn eſt licitũ maleficos etiã alias paratos adhibere ad maleficium faciẽdum pro re graui, & bono publico, aut cauſa curioſitatis, &c. Ita Suarez lib. 2. cap. 18. n. 3. de ſuperſtitione. Sanchez lib. 2. cap. 41. nu. 5. Leſsius lib. 2. cap. 44. dub. 6. nu. 35. Nauar. cap. 11. nu. 29. Toletus lib. 4. cap. 16. Clauis Regia lib. 4. cap. 6. nu. 26. & alij communiter cõtra Angelum verbo Superſtitio nu. 13. Ratio eſt quia maleficiũ eſt intrinſecè malũ, nec licitè pręſtari poteſt, quod autem ita malum eſt, vt licitè præſtari non poſsit, nõ poteſt peti, alioquin peteretur malum, quod inſeparabile eſt ab eo, quod petitur, & petens cenſeretur cauſa moralis illius operis mali, quod petit.

6 Obijcies primò licet mihi petere mutuum ab vſurario quamuis ſciam ipſum vſuram commiſſurum.

Secundò licet ab infideli extorquere iuramentum ex iuſta cauſa quamuis ſciam ipſum iuraturũ per falſos Deos; Ergo licet etiam adhibere maleficos aliàs paratos ad maleficium faciendũ pro re graui.

Ad primum Reſpondent aliqui Doctores negãdo conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt primò, quia petens mutuum vtitur iure ſuo, cum habeat ius petendi mutui, vt ſibi conſulat. Secundò quia mutuũ non eſt intrinſecè malum, ſed licitum, conſequenter petens mutuum petit rem licitam, licet vſurarius ſua malitia velit vſuram committere.

Verum hæc reſponſio benè procedit de eo, qui ſimpliciter petit mutuum, non verò de eo qui petit mutuum ſub vſuris, vt docui de cõtractibus diſp. 3. quæſ. 3. puncto 12. nu. 1. ſicut ergo nõ licet petere mutuum ſub vſuris, ita neque licitũ eſt petere maleficium.

Ad ſecundũ negatur conſequentia. Ratio diſparitatis eſt quia petens iuramentum ab eo, quem ſcit iuraturum per falſos Deos petit rẽ, quæ licitè fieri poteſt: Petens verò maleficiũ petit rem intrinſecè malam. Immo ſicut nõ licet petere iuramentũ per falſos Deos, ita neque licet petere maleficiũ. Videte quæ in ſimili dixi de vſuris loco citato.

QVAR-

Digitized by Google

QVARTA PROPOSITIO.

7 NOn eſt licitũ petere, vt maleficus, aut alius vno maleficio diſſoluat aliud. Hæc propoſitio patet ex ratione allata in præcedenti propoſitione. Concedo tamen rogari poſſe maleficum, vt diſſoluat maleficium modo licito, faciendo ea, quæ pręſtari poſſunt ſine ope Dęmonis; exempli gratia diſſoluendo ligaturas, aut eas remouẽdo a ſepulcro, ſi eas ibi ſepultas detinet, &c. hoc enim non eſt intrinſecè malum. Immò hoc non ſolum eſt licitum malefico; verum etiam alij cuicunque; quilibet enim habet ius tollẽdi ligaturas, nodos, & alia ſigna malefica eo fine, vt Diabolus nocere deſinat; etiam ſi ablatione ſigni maleficij aliquod damnũ malefico, aut alteri ſequatur, eo quod Dęmon ita pactum inierit cum ipſo malefico. Ratio eſt quia ex parte tollentis hęc ſigna nulla intercedit Dęmonis inuocatio, vel cooperatio ad damnum malefici. Ita Sanchez num. 21. & alij.

8 Addo quando maleficium tolli poteſt modo licito, & illicito, maleficum rogari poſſe, vt illud tollat, nam iuſta de cauſa petitur res, quæ licitè fieri poteſt, vt patet ex dictis de mutuo, & de iuramẽto. Ita Sanchez num. 12. & Suarez loco ſupra cit. num. 8. contra Martinum Delrium lib. 6. quæſt. 2. dicto 4. & alios.

Hoc tamen limitandum eſt modò maleficus ſciat modum licitum diſſoluẽdi maleficium: nam ſi modus licitus ignoretur à malefico nõ poteſt ab eo peti diſſolutio maleficij, quia perinde eſſet, ac petere diſſolutionem maleficij per aliud maleficium; cum non petatur, vt diſſoluat maleficium modo incognito. Ita Suarez lib. 3. de iuramento cap. 13. num. 5. tom. 2. de religione. Sanchez in ſumma lib. 2. c. 41. num. 6.

Addit Sanchez nu. 7. Suarez de ſuperſtitione lib. 2. cap. 18. Leſsius lib. 2. cap. 44. dubitatione 6. num. 46. & alij, quãdo dubitatur, an maleficus ſciat modum licitum diſſoluendi maleficium præſumi ſcire ſolum modum ſuperſtitioſum, conſequenter ab eo peti non poſſe diſſolutionem maleficij, ſed prius interrogandum eſſe, an norit modũ licitum diſſoluendi maleficij; cum enim dubium ſit an norit modum licitum petens diſſolutionem maleficij exponit ſe periculo petendi rem illicitam; non eſt autem licitũ operari cum dubio rei illicitæ, vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis.

9 Obijcies primò homines communiter petunt maleficij diſſolutionem à malefico nulla alia præuia interrogatione, & minis cogũt vt diſſoluat.

Secundò iuſta de cauſa licitum eſt petere iuramentum ab infideli, quem nouimus iuraturum per falſos Deos nulla alia præmiſſa interrogatione: ergo etiam licitum eſt petere maleficij diſſolutionem nõ interrogato malefico, an norit ſicitum diſſoluẽdi maleficij modum; præſumitur enim noſſe modum licitum, niſi aliud conſtet: alioquin Dæmon non egrè ferret diſſolutionem maleficij.

Tertiò licitum eſt petere, vt ceſſet nocere, & damnum inferre, ergo etiam licitum videtur petere, vt maleficium diſſoluat.

Ad

Ad primum reſpondeo petentes maleficij diſſolutionem peccare ſi neſciant an maleficus norit modū licitum, niſi forte excuſentur ob bonam fidem.

Ad ſecundū reſpondeo illud argumentum retorqueri poſſe contra aduerſarium; ſicut enim non licet petere iuramentum, ab eo, de quo dubitatur, an ſciat modo licito iurare, ita nequè licèt petere diſſolutionem maleficij ab eo, de quo dubitatur, an norit licitum maleficij diſſoluendi modum.

Ad tertium negatur conſequentia, nam ſicut maleficus tenetur nō nocere, & abſtinere à damno inferendo, ita etiam poteſt alter petere, vt non noceat, & abſtineat à dāno inferendo.

QVINTA PROPOSITIO.

10 MVlta remedia contra maleficia poſſunt adhiberi. Primum eſt magna fides in diuina protectione. Secundū eſt ſuſceptio baptiſmi. Tertium confeſsio peccatorum. Quartum ſumptio ineffabilis Sacramenti Euchariſtiæ. Quintum exorcyſmi Eccleſiæ. Sextum aqua benedicta. Septimum reliquiæ Sanctorum. Octauum ſignum Crucis. Nonum inuocatio nominis Ieſus, Beatę Virginis Mariæ, Angeli cuſtodis, & aliorum Sanctorum. Decimum oratio coniūcta cum ieiunio. Vltimum diſſolutio eorum, quę pertinent ad pactum cū Dæmone. Ita Leſsius loco cit. Suarez cap. 17. Sanchez cap. 41. nu. 25. Clauis Regia lib. 4 cap. 6. num. 27. ad finem, Reginal. nu. 183.

SEXTA PROPOSITIO.

11 COnfeſſarius quatuor inquirere debet à malefico.

Primò an pactum inierit cum Dęmone, & promiſerit ſe derelicturū Chriſtū, & ab eius fide diſceſſurum; nam Confeſſarius curare debet, vt maleficus diſſoluat pactum cum Dæmone initum; pactum autem videtur diſſolui peragēdo pœnitentiam patrati criminis, non tamen eſt neceſſe, vt maleficus curet ſibi chyrographū à Dæmone reſtitui, quia per pęnitentiam ſufficienter recedit à pacto. Verùm ſi ipſe maleficus apud ſe habeat chyrographum, vel eius exemplar debet illud perfringere, tum in deteſtationem criminis, tum ad vitandū ſcādalum, cuius eſſet cauſa, ſi chyrographum ab alijs inueniretur. Ita Sanchez cap. 40. nu. 53. Suarez lib. 2. de ſuperſtitione cap. 17. num. 4.

Præterea Confeſſarius inquirere debet à malefico, an exhibuerit honorem Satanæ, aliauè ſacrilega commiſerit contra auguſtiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum.

Secundò an in pacto cum Dæmone inito interceſſerit hæreſis, exempli gratia, an crediderit noſtram fidem non eſſe veram, aut Sacramenta nihil prodeſſe, &c.

Tertiò quomodo cōfecerit maleficiū, an ſcilicet confecerit ex rebus ſacris, & crediderit illis talem virtutē ineſſe ad tales effectus; tunc enim non ſolum ſacrilegij; verum etiam hæreſis reus eſſet.

Quartò an damnum intulerit, nā ſi damnū intulit præter cætera peccata peccauit contra iuſtitiam, cōſequenter tenetur ad reſtitutionem omnium

omnium damnorum. Ita Sanchez num. 23. Suarez lib. 7. de ſuperſtitione cap.14.nu.12. & c. 17. nu. 13. Ratio eſt quia cauſa efficax damni tenetur ad reſtitutionem.

Addo maleficum teneri ad reſtitutionem pecuniæ ſibi à Dæmone traditæ, ſi conſtet eam alicui ſurreptam eſſe à Dæmone; nam res domino reſtituenda eſt. Si verò non conſtet ſurreptam fuiſſe non tenetur; quià fieri poteſt vt Dæmō eam tranſtulerit ex fundo maris, aut ex theſauro ſub nullius dominio, & poteſtate poſito. Caueant tamen qui tales pecunias habent, ne eas expendant antequam conſtet pecuniam veram eſſe, & non adulterinam: Dæmon enim ſolet deludere, & tradere apparentes, ac fictas pecunias, quæ poſtea euaneſcunt, aut in carbones cōuertuntur. Ita Sanchez lib.2.cap.41.num.2. & Suarez tomo primo de religione. lib.2.de ſuperſtitione c. 17. nu.4.

SEPTIMA PROPOSITIO

12 Maleficus multis modis cognoſci poteſt. Primò ex confeſsione ipſius propria. Secundò ex aliorum atteſtatione, qui delicti participes fuerunt. Tertiò ſi apud aliquem cōperiatur ſcriptura, qua ſe dæmoni volens dedicauit, aut ſi impreſſum gerat ſignum, aut ſtigma, quo maleficæ ſolēt inſigniri. Quartò ſi apud aliquē inueniantur hoſtiæ, vel imagines ceræ acubus infixæ. Quintò ex minis, quibus quis alicui malum promittit, & is poſtea faſcinatione infectus inuenitur. Sextò ex aſſertione, qua quis teſtatur ſe vidiſſe aliquem vngentem, aut venena prębentē animalibus, aut alijs, qui poſtea interierūt.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO VI.

De Sacrilegio.

CVm ſacrilegium opponatur Religioni, & cultui Diuino, iure optimo de eo nobis diſputandum eſt in hac Quæſtione; Nobis enim in hoc primo Decalogi præcepto agendum eſt non ſolùm de ijs, quæ ad cultum Diuinum pertinent, verùm etiam de ijs, quæ cultui Diuino aduerſantur.

PVNCTVM VNICVM.

Quid ſit ſacrilegium, & quale peccatum.

1 *Sacrilegium eſt violatio rei ſacræ.*

2 *Tria ſunt genera rerum ſacrarum, nempè perſona, locus, & alia res Deo dicata.*

3 *Nomine perſonæ in propoſito intelliguntur Clerici, & Religioſi etiam non profeſſi.*

4 *Nomine rerum ſacrarum hoc loco veniunt Sacramenta, vaſa ſacra, veſtes ſacræ, & ea quæ ſignificant res ſacras.*

5 *Committit ſacrilegium, qui abutitur verbis, & ſententijs ſacræ ſcripturæ.*

6 *Tangens Imagines ex contemptu, vel eas indecorè pingens, vel irreuerenter tractans, committit ſacrilegium.*

7 *Committit ſacrilegium qui abutitur vaſis, & veſtibus ſacris.*

8 *Qui abutitur, vel infert iniuriã Sacramentis committit Sacrilegium.*

9 *Quænam dicantur loca ſacra, quorum violatione committitur ſacrilegium.*

10 & 11. *Effringentes, & ſpoliantes loca ſacra committunt ſacrilegium, & excommunicationem ipſo facto incurrunt.*

12 *Ad incurrendam dictam excommunicationem requiritur, vt eodem tẽpore concurrat effractio, & ſpoliatio loci ſacri.*

13 *Hæc excommunicatio non incurritur ab eo, qui effringit Sacriſtiã diſiunctam ab Eccleſia.*

14 *Huiuſmodi excõmunicatio eſt reſeruata Papæ tantum poſt denunciationem.*

15 *Committitur ſacrilegium per effuſionem ſeminis, vel ſanguinis.*

16 *Sacrilegium committitur per extractionem perſonæ è loco ſacro, exceptis caſibus in iure permiſſis.*

17 *Per quodcumque furtum in Eccleſia commiſſum ſiuè res ſit ſacra ſiuè nõ, ſiuè quocunq; modo cuſtodita, &c. committitur ſacrilegium. Secus ſi furtum fiat extra Eccleſiam, modò res non ſit Eccleſiæ.*

18 *Exiſtens in Eccleſia cum animo furãdi, fornicandi, occidendi, &c. non committit ſacrilegium, modò non intendat hæc facere in eadem Eccleſia.*

19 *Sacrilegium eſt peccatum mortale, niſi ex inaduertentia fiat, vel niſi paruitas materiæ excuſet.*

20 *Sacrilegium, & materia, circa quã illud commiſſum eſt, ſunt neceſſariò explicanda in confeſſione.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 SAcrilegium eſt violatio rei ſacræ. Res autem ſacra dicitur illa, quæ cultui Diuino dicata eſt; vt templum, Sacerdos, calix. Ità communiter DD.

2 Quæres, quot ſint generà rerum ſacrarum, quarum violatione committitur ſacrilegium.

Reſpondeo, tria eſſe, nempè perſonam, locum, & alias res Deo dicatas, quatenus res cõtradiſtinguitur à perſona, & loco. Ità S. Thomas 2.2. quæſt. 99. art. 3. Caietanus ibidem, dub. 4. Azorius prima parte, lib. 9. cap. 27. quæſito 2. & alij communiter.

3 Sed modò dubium eſt primò, quænàm dicantur perſonæ, quarum lęſione committitur ſacrilegium.

Reſpondeo, nomine Perſonarum ſacrarum venire Clericos, & Religioſos, ſiuè ſint profeſsi, ſiuè non. Ideò percuſsio Clerici, vel Religioſi ſacrilega eſt; quia læditur perſona Eccleſiaſtica. Item fornicatio cum Clerico ſacris initiato, vel cum habente votum caſtitatis, continet ſacrilegium; quia læditur perſona ſacra ratione voti. Rurſus exactio vectigalium à Perſonis Eccleſiaſticis, & pertractio ipſarũ ad tribunal ſeculare malitiam habet ſacrilegij, quia Eccleſia voluit Eccleſiaſticos immunes eſſe à vectigalibus, & à laica poteſtate in honorem ſtatus Eccleſiaſtici.

4 Secundò dubium eſt, quænàm veniant nomine rerũ, quarum violatione committitur ſacrilegium.

Reſpondeo, venire Sacramenta, vaſa ſacra, veſtes ſacras, & alia, quę ſignificant res ſacras. Ideò committitur ſacrilegium, violando ea, quæ vel ſignificant ſacra, vt ſunt verba ſacra; vel repręſentant ſacra, vt ſunt imagines Chriſti, & Sanctorum; vel adhibentur tanquàm inſtrumenta in ſacris adminiſtrãdis, vt ſunt Calices; vel efficiunt Sanctitatem, vt ſunt Sacramenta.

5 Hinc ſequitur primò, committi ſacrilegium, dum homo abutitur verbis, & ſententijs Sacrę Scripturæ, exempli gratia ad ſuperſtitiones, vel ad ridicula, vel ad hæreſes confirmandas, aut dum rebus Diuinis miſcet laſciuam muſicam, & ſonum; aut dum in ſacris cęremonijs irreuerenter ſe gerit; vt infrà explicabo de ſuperſtitione. Ità Reginaldus lib. 19. n. 57. & alij DD. citati.

6 Secundò, ſacrilegium committi ab eo, qui tangit imagines ſacras ex contemptu; aut pingit imaginẽ ſacram indecorè; vt ſi pingat Beatiſsimam Virginem ad modum fœminæ vanæ, aut qui Sanctorum Reliquias indecorè, & irreuerenter tractat.

7 Tertiò, ſacrilegium committi ab eo, qui abutitur vaſis, & veſtibus ſacris, vt ſi vaſis ſacris vtatur ad bibendum, & veſtibus ſacris ad conficiendas ſibi veſtes. Ità Reginaldus lib. 19. nu. 57. & alij DD. citati.

8 Quartò, ſacrilegium committi ab eo, qui Sacramentis infert iniuriam, illiſq; abutitur, vt ſi Sacramẽta in peccato mortali adminiſtret, aut ſi illis vtatur ad vana, & ſuperſtitioſa.

9 Ter-

Digitized by Google

9 Tertiò dubium eſt, quænàm dicantur loca ſacra, quorum violatione committitur ſacrilegium.

Reſpondeo non ſolùm dici templum auctoritate Epiſcopi conſecratum; verùm etiam Monaſteria, hoſpitalia, & alia loca per Epiſcopum cōſecrata, Argum. c. Ad hęc de religioſis domibus, vbi hęc loca cōparātur Eccleſijs, quatenus in mūdanos vſus conuerti non debent. Ità Panormitanus, quem citat, & ſequitur Nauarrus in manuali cap. 27. nu. 98. Suarez tom. 5. de cēſuris diſp. 22. ſect. 2. nu. 13. Reginaldus lib. 19. nu. 60. verſic. Aduerte tertiò, & alij.

10 Ex quo ſequitur primò, ſacrilegium committi, frangendo, ſpoliādo, incendend[illegible], vel deſtruendo loca ſacra.

11 Addo contrà effrigentes, & ſpoliātes Eccleſias, ſeù loca ſacra, cōſtitutam eſſe pœnam excommunicationis ipſo facto; iuxtà Azoriū prima parte lib. 9. cap. 27. quæſito 12. Graffium prima parte lib. 2. cap. 28. nu. 12. Sayrum lib. 3. cap. 29. nu. 14. Reginaldum nu. 60. Suarez n. 11. & alios communiter, teſte Suarez; Contrà Nauarrum, Caietanum, & Syluest. apud pręcitatos DD. Hāc autem excommunicationem præcitati DD. optimè colligūt ex cap. Cōqueſti de ſent. excom. vbi dicitur, excommunicatos denuntietis; ex qua loquendi formula ſufficienter colligitur excōmunicatio latæ ſententiæ; cum nullus debeat tanquàm excommunicatus denuntiari, niſi excommunicationem anteà cōtraxerit; ſenſus igitur eſt excommunicatos denuntietis quia ego ex nunc excommunico. Et quamuis illud verbū, denūtietis, indicet actionem per hominem faciendam: tamē iuxtà propriam ſuam ſignificationem indicat actionem, quæ certò ſupponit excommunicationem; nō poteſt autem certò ſupponere excommunicationem, niſi excommunicatio lata ſit ipſo iure.

12 Verùm circà intelligentiā iſtius excōmunicationis obſeruandū eſt, eam non incurri per alteram ſolùm actionem, ſed per vtramque, nempe per fractionem, & ſpoliationem; quia Textus coniunctiuè loquitur; & in materia pœnali non eſt facienda extenſio.

Ex quo ſequitur, eum, qui ſpoliat Eccleſiam abſq; fractione Eccleſię, non affici hac excommunicatione; vt ſi inueniat Eccleſiam effractā, aut alia via apertā, aut ſi claue domino, aut alteri ſurrepta aperiat; aut ſi vtatur claue adulterina; nàm ad incurrendam hanc cenſurā requiritur ſpoliatio, & fractio; fractio autem violētam actionem indicat, quæ non fit aperiendo claue, aut ingrediendo poſt effractionem anteà factā ab alijs. Item, ſi quis frangat locum ſacrum, ſed non ſpoliet, non incurrit in hāc cenſuram; quia deſideratur altera actio; nomen autem ſpoliationis non accipitur pro ablatione omniū bonorum; ſed pro furto, vel rapina in materia graui ſufficienti ad mortalem culpam; & nomine fractionis intelligitur violenta apertio, quę fit rumpēdo valuas, ſeù parietē, ſiuè feneſtrā vitreā, ſiuè tectum, ſiuè cardines, quibus valuę ſuſtinentur.

13 Rurſus obſeruandum eſt cum Azorio loc. cit. quæſito 13. Suarez, Reginaldo, & alijs locis citatis, excommunicationem non incurri ab eo, qui calices, veſtes, aliaque ſimilia furatur, aut ab eo, qui ſpoliat,

Digitized by Google

& effringit Sacriſtiā diſiunctam ab Eccleſia, aut arcam, in qua continentur res Eccleſiæ; quia hæc non veniunt nomine Eccleſiæ. Secus ſi Sacriſtia coniuncta ſit Eccleſiæ; hęc enim venit nomine Eccleſiæ; cùm principale trahat acceſſoriū ſibi coniunctum, Argum. Textus Si ciuitas de ſent. excom. in 6. vbi habetur, nomine Eccleſiæ venire Capellam, & Cęmeterium contiguum; conſequenter, interdicta Eccleſia, cenſeri etiam interdictam Capellam, & Cœmeterium. Ità Nauar. Suarez, & Reginal. locis citatis. Idē dicendum eſt de incendiarijs Eccleſiæ; iuxta Suarez loco citato, num. 15. Azoriū quæſito 11. & alios ex cap. Tua nos, de ſent. excomm. quãuis multi DD. oppoſitum ſentiant.

14 Deniquè obſeruandum eſt, hãc excõmunicationem iure communi non eſſe reſeruatam Summo Pontifici ante dēnuntiationem, ſed ſolum poſt denuntiationem. Ratio eſt tum quia ſic colligitur ex cap. Cõqueſti citato, vbi dicitur excõmunicatos nuntietis, & vitari faciatis, donec ſe præſentent, &c. Tū quia verſamur in materia pœnali, & odioſa, in qua benignior pars accipienda eſt. Idem dic de incendiarijs. Ità Caietanus verbo Excommunicatio cap. 21. Nauarrus loco citato, Reginaldus nu. 60. ad finem, Sayrus, & Suarez locis citatis. Contrà Panormitanum apud Suarez loco citato, num. 14. verſ. Suppoſita ergo, ſicquè vſu in Diœceſi Mediolanenſi receptum eſſe colligitur ex libello caſuum reſeruatorum, §. Cēſurę, & caſus, qui aliquandò Summo Pontifici, aliquandò Epiſcopis reſeruati ſunt.

15 Secundò, committi ſacrilegiū per effuſionem ſeminis, aut ſanguinis iniurioſam; vt patet ex dictis de matrimonio.

16 Tertiò, per extractionem perſonæ à loco ſacro, exceptis caſibus in iure permiſsis, vt homicidio proditoriè facto, latrocinio publico, & alijs caſibus, quos in ſequētibus §. percenſebo; cum eos hic nequeam vnica illatione explicare.

17 Quartò ſacrilegium committitur furando in Eccleſia, ſiuè res ſit ſacra, ſiuè non; ſiuè ibi poſita ſit ſub cuſtodia, ſiuè non. Ità Nauar. cap. 6. nu. 4. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 15. pun. 1. quæſito 1. & tom. 4. diſp. 7. q. 11. pun. 2. columna 7. verſ. Atq; vt, Vaſquez in opuſculis cap. 5. §. 1. dubio 2. n. 5. Nugnus in addit. ad tertiam partem, quæſt. 91. art. 2. folio 323. Suarez tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 5. nu. 7. & alij. Ratio deſumitur ex iuris diſpoſitione in c. Quiſquis inuētus 17. q. 4. in quo dicitur, ſacrilegium committitur, auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de nõ ſacro. Vbi notanda eſt illa clauſula, non ſacrum de ſacro, quæ cùm abſolutè loquat, & ſinè diſtinctione, nõ eſt cur à nobis diſtinguatur, & intelligatur ſolùm de re ſacra, vel de re poſita ſub cuſtodia in loco ſacro. Addo, quod nos dicimus vergere in fauorē immunitatis Eccleſiæ, quæ fauorabilis eſt, & conſequenter extendenda, licèt latronibus ſit odioſa.

Non deſunt tamen DD. aſſerentes, non committi ſacrilegium, accipiendo rem non ſacram de loco ſacro; modò res non ſit tradita Eccleſiæ in cuſtodiam, vel pignus, vel alio modo. Ità Leſsius lib. 2. c. 45. num.

num.14. Coninchus de pœnit. diſp. 7. dub.4. num.22. Henriquez lib.5. cap.6. num.5. Victoria, & alij, quorum ſententiam probabilem putat Azorius prima parte lib.9. cap. 27. quæſito 6. Sed horum DD. ſententia nullo ſolido nititur fundamento, illiquè aduerſatur cap. Quiſquis citatum.

Hinc colligitur, latronem occultè furãtem crumenam in Eccleſia, committere ſacrilegium; cum accipiat non ſacrum de ſacro; conſequenter teneri hanc circũſtantiam in Confeſsione fateri; modò materia notabilis ſit, & ſufficiens ad mortale peccatum. Itã Suarez loco citato, num.9. & alij.

Ex quo patet à fortiori, ſacrilegium ab eo committi, qui res ſacras, exempli gratia reliquias ſurripit; quãuis eas ſurripiat cauſa deuotionis. Vide Azoriũ prima parte lib.9. cap.27. quæſito 6. & Graſſium prima parte deciſ. lib.2. c. 48.

Ex oppoſito colligitur, ſacrilegium nõ committi ab eo, qui extrà Eccleſiam ſurripit Parocho gladiũ, vel quid aliud, quod Parochus non poſsidet nomine Eccleſiæ; vt ſunt oblationes factæ Eccleſiæ. Ità Reginaldus lib.19. num.56.

18 Rogabis, an exiſtẽs in Eccleſia cum animo furandi, fornicandi, vel occidendi, committat ſacrilegium.

Reſpondeo negatiuè, niſi intendat hæc facere in Eccleſia; vt patet ex dictis de matrimonio quæſt. 4. ad finem, puncto vltimo. Ratio eſt quia loci ſanctitas internis actibus voluntatis non violatur. Ità Azorius loco citato, quæſito 7. Idẽ dicẽdum eſt de eo, qui dum in Eccleſia exiſtit, delectatur de homicidio, furto, vel fornicatione; vt patet ex allata ratione; modò non delectetur de huiuſmodi peccatis, vt commiſsis in Eccleſia; nàm delectatio ſpeciem capit à motiuo. Ità Azorius loco citato, Valentia tom.3. diſp.6. q.15. punct. 1.; contrà nonnullos alios. Secus dicendum eſt de actu externo furti, fornicationis, vel homicidij; nàm his actibus loci ſacri ſanctitatem violari docui de matrimonio loco citato; conſequenter habent malitiam ſacrilegij; cætera verò peccata, quæ non habent ſpecialem repugnantiam cum loci ſanctitate, non ſunt propriè ſacrilegia; vt confabulari in Eccleſia, detrahere, ridere, contractum ſecularem inire, &c. modò per hæc cultus Diuinus non impediatur. Videte quę diximus de matrimonio loco citato, vbi plura de ſacrilegio diſſerui.

SECVNDA PROPOSITIO.

19 Sacrilegium eſt peccatũ mortale ex ſuo genere. Ratio eſt quia per ſacrilegiũ fieri ſolet grauis iniuria Deo, aut rebus ſacris.

Ex quo patet, vt malè conficiens Sacramenta, aut malè abſoluens, vel adminiſtrans Sacramenta in peccato mortali, vel cum aliqua cenſura, mortaliter peccet. Ità cõmuniter DD.

Dixi ex ſuo genere, quia ratione inaduertentiæ, vel ratione paruitatis materiæ poteſt eſſe peccatũ veniale; vt ſi quis leuiter percutiat Clericum, vel rem paruam furetur in Eccleſia; quidquid dubitet Valentia 2.2. diſp.6. quæſt.25. punct.2. Prætereà peccatum, quod habet ſolùm generalem repugnantiam

cum rei ſanctitate, non eſt mortale in ratione ſacrilegij, vt eſt peccatũ detractionis, vel ebrietatis cõmiſſum in Eccleſia; quamuis enim detractio, vel ebrietas ſit peccatum mortale: nihilominus circunſtantia loci ſacri non ſuperaddit illi culpam mortalem ſacrilegij; cùm huiuſmodi peccatum non ſit propriè ſacrilegium, habeatq; ſolummodò generalem repugnantiam cum loco ſacro. Ità Reginaldus lib. 19. num. 58. & alij DD. citati.

20 Hinc patet, quandonàm ſacrilegium neceſſariò explicandum ſit in Confeſsione; cum enim peccata mortalia neceſſariò explicãda ſint in Cõfeſsione, ſequitur, ſacrilegiũ neceſſariò explicandũ eſſe quoties cõſtituit mortale peccatũ.

Addo, pœnitentem non ſatisfacere, dicendo, ſe toties ſacrilegium cõmiſiſſe; verùm etiam teneri materiam; circà quam commiſit ſacrilegium, aperire. Ratio eſt tùm quia non oĩa ſacrilegia ſunt eiuſdem ſpeciei; vt docet Reginaldus num. 58. & alij communiter; nàm Sacramẽta aliter ſunt ſacra, quàm calices, aut veſtes, quibus adminiſtrantur Sacramenta. Tùm quia materia ſacrilegij non eſt circunſtantia, ſed obiectum conſtituẽs actum ſacrilegum in ſuo eſſe indiuiduali; vt oſtendi de Sacramento Pœnitentiæ; peccatum autem explicãdum eſt ſecundùm ſuum eſſe indiuiduale.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO VII.

De Immunitate Eccleſiarum.

CVM in præcedentibus innuerim, ſacrilegium commit-ti, extrahendo confugientes ad loca ſacra, hocq; paucis verbis non potuerim explicare: operæpretium duxi, nonnulla ad immunitatem ſpectantia, ſcitu neceſſaria in ſequentibus §. pertractare, quærendo.

Primò, an Eccleſijs conceſſa ſit immunitas.

Secundò, quibus Eccleſijs competat ius immunitatis.

Tertiò, quinàm gaudeant immunitate Eccleſiæ.

Quartò, in quibus caſibus immunitas ſuffragetur.

Quintò, quos effectus pariat immunitas.

Sextò, quam culpam, aut pœnam incurrant violantes immunitatem.

Septimò, vtrũ recipiens ſe in Eccleſiam tradendus ſit Curiæ ſeculari.

Verùm, antequàm ad horum explicationem accedamus, ponendam hic cenſeo conſtitutionem Gregorij XIV. in qua Summus Pontifex, quid circa confugientes ad loca ſacra ſeruandum ſit, diſertè proponit.

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

CVm alias, nonnulli prędeceſſores noſtri, & præſertim fel. record. Sixtus Papa Quintus, necnon Pius etiã Quintus, ſancto zelo ducti, diuerſas facultates & indulta extrahendi, etiã in caſibus quibuſdã à iure non permiſsis, ex Eccleſijs criminoſos & delinquentes, compluribus ſecularibus Principibus, eorumq; Curijs, & Magiſtratibus, ſub varijs modis & formis conceſſerint, prout in illis plenius continetur. Experientia poſtmodũ docuit, tũ ob diuerſitatẽ & differentiam huiuſmodi indultorum, tum quia plerique eorundem Principum Miniſtri, ex hoc ipſo illa diuerſimode, etiam latius quã par erat, & ad ſuum libitum interpretandi occaſionẽ arripuerunt, illisq; abuti cœperunt, ſubortam eſſe non mediocrem in aliquibus locis, libertatis & immunitatis Eccleſiaſticæ perturbationem & cõfuſionẽ, alibi vero ne ipſos quidẽ laicos indultis huiuſmodi vti voluiſſe, aut potuiſſe, quod Populis, inueterata erga Eccleſias reuerentia, deuotis, & aſſuetis, ſcãdali potius quã quietis occaſionem præberẽt. Illud etiã abſurdum ſępenumero ſecutum eſt, vt infimę interdũ conditionis laici, non modo iuris, ſed etiam literarũ peni-

penitus ignari, & imperiti, dũ, quaſi poteſtates, aut Miniſtri Curiæ ſecularis in aliquo Caſtro, aut Oppidulo iuriſdictionem exercebant, facultatum, & indultorũ huiuſmodi limites longe exceſſerint, eaq. ſuo arbitratu in ſenſus minus rectos, & ab intentione cõcedentis omnino alienos, detorſerint, & illorum prætextu quicquid ſibi in mẽtem venit attentare præſumpſerint, in graue iuriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ præiudicium; locorum, & perſonarum diuino cultui dicatarum contemptum, ipſius diuinæ maieſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum. Quare pro commiſſo nobis à Domino Paſtoralis officij munere prædictis abſurdis & ſcandalis obuiare, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere, omnemq. dubitãdi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & ne Eccleſiaſtica iura plane conculcentur & negligãtur, opportune prouidere decreuimus, prout etiam dictus Sixtus prædeceſſor noſter ijſdem de cauſis motus ſtatuere decreuerat, licet morte præuentus hoc adimplere nequiuerit. ita tamen, vt quando præſens temporum calamitas, & nimia, quæ iam inualuit peruerſorum hominum malitia id expoſcit, aliquid, etiam ad terrorem delinquẽtium, & ad coercenda illorum facinora, vltra id quod priſca illa maiorum noſtrorum diſciplina, & vetus ſacrorum canonum norma præſcripſerat in quibuſdam caſibus, congrua moderatione adhibita, permittamus. Hac itaq; noſtra perpetuò valitura cõſtitutione, omnia & quæcunque priuilegia, indulta, & gratias, tam per prædictũ Sixtum, ac Pium Quintum, quã alios quoſcunque noſtros prædeceſſores, aut noſmetipſos, Sedemq. Apoſtolicam eiusve Legatos, ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſijs, Monaſterijs, Sacellis, domibus regularibus & ſecularibus, locisve ſacris aut Religioſis, aliasque in caſibus à iure permiſsis, hominibus certorũ tunc expreſſorum vel non expreſſorum criminum reis, aut fraudulẽtis decoctoribus, etiam in odiũ certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſsimis ac neceſſarijs & æquipollentibus caſibus in iure expreſſis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extenſis, perpetuò vel ad certũ nondũ elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitũ, ſeu alias quomodolibet conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, & innouata, ac vſu recepta, literaſque Apoſtolicas ſub plũbo, aut in forma Breuis ſeu alias quomodocunque deſuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expreſsis, ac ad verbum inſertis, ſublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur. Vt laicis, ad Eccleſias, locaq. ſacra, & religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſidẽt, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorũ, quive homicidia, & mutilationes membrorũ in ipſis Eccleſijs earũuè Cæmeterijs committere nõ verentur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſsinij vel

hære-

hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiusmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur. Sed vniuerſis,& ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cęterisq. Eccleſiarum,& Monaſteriorum Prælatis, tam ſecularibus quam cuiuſuis Ordinis Regularibus, diſtricte præcipiẽdo mãdamus, & præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquentes, ad eorum Eccleſias, Monaſteria, domos,& alia loca ſupradicta ſacra, ſeu Religioſa reſpectiuè confugiẽtes, & in eis ſe recipientes atq. morantes, qui prædicta delicta, eorũve aliquod, iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando à Curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, Miniſtris, & Officialibus Curiæ ſecularis abſque irregularitatis nota, aut alicuius cẽſuræ Eccleſiaſticæ incurſu, tradi,& conſignari curent,& faciant,& quilibet eorum curet & faciat. Ne autem Curia ſecularis prædicta Miniſtri facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, vt præfertur, attributa, & per præſentes reuocata, abutantur, Volumus, dictaq. auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſecularis eiuſque Iudices & Officiales, ab Eccleſijs, Monaſterijs, lociſq. ſacris prædictis, laicũ aliquem vt pręfertur, delinquentem in nullo ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius Officialis,& cum interuentu perſonę Eccleſiaſticę ab eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos,& nõ alios, Epiſcopis inferiores, etiamſi alij Ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis, aut Cõſeruatores ab hac Sede ſpecialiter vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi, facultas pertineat. Occurrente autem caſu in loco exẽpto, & nullius diœceſis, tunc ab Epiſcopũ viciniorem deuoluatur hæc cognitio,& non ad alios; capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus, & dictę perſonę Eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut capturę & carcerationi interuenire,& aſsiſtere recuſauerint, tuncque reuerentiæ Eccleſiæ, & locis ſacris debitæ memores, prædictos delinquẽtes, minori quo id fieri poterit cum ſcandalo & tumultu, extrahere curent. Quodque delinquentes laici prædicti, poſtquam, vt pręfertur ab Eccleſijs, lociſue ſacris extracti & capti fuerint, ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere ac opportuna cuſtodia, data illis, ſi opus, fuerit, per Curiam ſecularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque ſeculari prædictæ conſignari nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſſerint. tuncque demum de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſeculari, quacumque appellatione poſtpoſita, conſignẽtur. De crimine verò hęreſis, cognitio ad forum Eccleſiaſticum tota pertineat, neque in ea Curia ſecularis ſe quoquomodo intromittat. Sicuti etiam prohibemus, ne contrà Eccleſiaſticas perſonas, ſeculares aut cuiuſuis Ordinis, vel militiæ etiam Sancti Ioãnis Hieroſolymitani regulares quoquomodo etiam vigore prædictorum priuilegiorum, indultorum,

aut conceſsionum, quæ omnia ad terminos iuris per pręſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant, illaſve ab Eccleſijs, Monaſterijs, Domibus, lociſque ſacris, aut religioſis, etiam in caſibus in hac conſtitutione expreſsis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forũ Eccleſiaſticum pertinentibus, aliàs quàm de iure, & per priuilegia eiſdem Ordinibus, aut militijs conceſſa permittitur, quomodolibet præſumãt. Quod ſi quis quacumque dignitate, & auctoritate pręditus, præmiſſorum, aut alio quouis prætextu, quicquam præter aut cõtra huius noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto, cenſuras & pœnas eaſdem incurrere, quæ, contra libertatis, iuris, & immunitatis Eccleſiaſticę violatores per ſacros Canones, & Conciliorũ generalium, noſtrorumque prædeceſſorum conſtitutiones ſunt promulgatæ. Sicque per quoſcumque Iudices, ordinarios & delegatos etiã cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis cauſa, & inſtantia, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his, per quoſcumque quauis auctoritate, ſciẽter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſsis, tam Sixti, & Pij V. quam aliorum quorumcumq; prædeceſſorum noſtrorũ litteris Apoſtolicis, priuilegijs, indultis, & facultatibus, quibuſuis perſonis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quauis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuſpublicis, Dominijs, Regnis, prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis, eorumue Curijs, Parlamentis, Senatibus, Conſilijs, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegijs, aut Præſidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicarijs, Poteſtatibus, alijsque Magiſtratibus, Officialibus, Miniſtris, aut Cõſiliarijs, ex prędictis, vel alijs etiam grauioribus, & vrgẽtioribus cauſis; tam illorum intuitu & contemplatione, ſiue ad eorum preces, & inſtantiam, quàm etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, dequè Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ac per modum ſtatuti & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, & fratrum noſtrorum conſilio, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & cum quibuſuis pręſeruatiuis, reſtitutiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijſque validiſsimis, efficaciſsimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiãſi inibi caueatur expreſsè, quòd illis, niſi ſub certis modis, & formis, & niſi de expreſſo eorum conſenſu ad quorum fauorem conceſſæ fuerint, derogari poſsit, & aliter factę derogationes nulli⁹ ſint roboris vel momenti, & alias quomodolibet conceſsis etiam ſæpius approbatis, & innouatis. Quæ omniã, & ſingula, ac illorum tenores pro expreſsis habentes, quatenus præmiſsis in aliquo aduertentur, aut plures quàm ſuperius expreſſos caſus contineãt, auctoritate & tenore pręmiſsis omninò, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præſentis Conſtitutionis, quo ad ſuperius deſcripta dumtaxat, reducimus, & nolumus cuiquam de cætero ſuffragari, &

ri,& qualibet alia dictę ſedis indulgentia generali vel ſpeciali, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus earũ quomodolibet valeat impediri. Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deducãtur, mandamus illas in Valuis Sãcti Ioannis Lateranen.& Principis Apoſtolorum, Baſilicarum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi,& publicari: earum etiã exemplis inibi affixis & dimiſsis, ac poſt publicationem huiuſmodi volumus, & decernimus, vt omnes & ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurũ, perinde arctent, & afficiant, ac ſi eorũ cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent. Earundem verò præſentium tranſumptis, etiã impreſsis; Notarij publici manu ſubſcriptis, eandem fidem in iudicio, & extra illud vbique gentium & locorũ haberi volumus, quę eiſdẽ originalibus litteris haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę moderationis, pręcepti, mandatorum decretorum, reductionum, declarationum, prohibitionis, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romę in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dñicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, nono Calend. Iunij, Pontificatus noſtri Anno primo.

L. Dat.

M. Veſtrius Barbianus.

Regiſtrata apud Marcellum Secret.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingẽteſimo nonageſimo primo indictione quarta, die verò vigeſimo octauo menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij diuina Prouidentia Papæ XIV. anno primo. Retroſcripta literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateranen. necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & Aciei Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Catharinum Menandri, & Nicolaum Drouyn. Curſ.

Pompeius Guerra Mag. Curſ.

§. I.

An Eccleſijs, alijsuè locis ſacris conceſſa ſit immunitas, & quo iure.

1 *Eccleſiis Chriſtianorum conceſſa eſt immunitas.*

2 *Immunitas eccleſiaſtica eſt inducta tantum iure eccleſiaſtico.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Eccleſijs Chriſtianorum conceſſa eſt immunitas, itaut delinquentes ad illas confugientes per vim extrahi non poſsint. Hæc propoſitio patet ex cap. Miror, cap. Definiuit, cap. Nullus 17.q.4.& cap. Inter alia de immunitate Eccleſiæ, & ex conſtitutione Gregorii XIV. quæ incipit Cum aliàs nonnulli.

SE-

Digitized by Google

SECVNDA PROPOSITIO.

2 IMmunitas Eccleſiaſtica introducta eſt iure Eccleſiaſtico; nō verò Naturali, vel Diuino.

Quòd introducta ſit iure Eccleſiaſtico, patet ex iuribus citatis.

Quòd nō ſit introducta iure Naturæ, perſpicuum eſt, quia non eſt intrinſecè malum extrahere delinquentem ab Eccleſiis; nec fit irreuerentia loco ſacro, extrahendo; cum actio extrahendi per ſe iuſta ſit, nec fiat in contemptum loci ſacri, vt ſuppono; alioquin nullo in caſu liceret extrahere delinquētes, etiam Summo Pontifice permittēte; cùm Summus Pontifex diſpenſare nequeat in iure Naturali, vel Diuino.

Quòd verò non ſit introducta Iure Diuino, propriè loquendo, cōſtat, quia vel ſpectamus ius antiquum, vel nouum. Si ſpectemus ius nouum, nullus ſcripturæ locus afferri poteſt ad oſtendendam hanc immunitatem. Si ſpectemus ius Diuinum antiquum, dicendum eſt, inde non colligi immunitatem noſtrarum Eccleſiarum. Ratio eſt tum quia dato quòd priuilegiū immunitatis iure antiquo cōceſſum eſſet templo: tamen illud priuilegiū non extenditur ad noſtras Eccleſias; cū priuilegiū vni conceſſum nō transferatur ad alia, & noſtræ Eccleſiæ longè differant à templis antiquæ legis. Tùm quia ius antiquum pertinebat ad cęremonialia veteris legis, quæ per Chriſti mortem ceſſarunt; vt docui de Sacramentis. Ità Decianus in tract. crim. lib. 6. c. 25. Abulenſis in cap. 20. Ioſue, quæſt. 7. Suarez tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 9. Alexander Ambroſinus de immunit. cap. 1. nu. 3. & alii.

§. II.

Quibus Eccleſijs competat immunitas, ita ut delinquens ex illis per vim extrahi non poſſit.

1 *Eccleſia auctoritate Epiſcopi fundata, quamuis ſit tantum benedicta, & in ea nondum celebrata fuerint officia diuina, gaudet eccleſiaſtica immunitate.*

2 *Priuilegium immunitatis competit etiam Eccleſiæ auctoritate Epiſcopi fundatæ, quamuis nondum ſit benedicta, aut in ea nondum celebrentur diuina officia.*

3 *Prædictæ Eccleſiæ quamuis pollutæ, vel interdictæ hoc priuilegio gaudent.*

4 *Eccleſiæ quamuis dirutę gaudent priuilegio immunitatis.*

5 *Nomine Eccleſiæ in præſenti materia quænam pars intelligatur.*

6 *Domus Eccleſiaſticorum exiſtentes propè Eccleſias gaudent immunitate, quamuis eas inhabitent laici.*

7 *Monaſteria, et domus tam regulares, quā ſeculares gaudent immunitate.*

8 *Palatium, ſeu domus Epiſcopi gaudet immunitate, modò conſtructa ſit intra quadraginta paſſus Eccleſiæ ſuæ.*

9 *Oratorium auctoritate Epiſcopi conſtructum, & perpetuò dicatū cultui diuino gaudet immunitatis priuilegio.*

10 *Multa inferūtur corrolaria ex dictis.*

11 *Reus amplexans ſacerdotem deferentem Euchariſtiam, non poteſt capi à ſatellitibus ob reuerentiam*

Sa-

Digitized by Google

Sacramenti, licet in hoc caſu non violetur immunitas Eccleſiaſtica, nec reus reſtituendus videatur. Hoc tamen non videtur extendendum ad locum, in quo actu eſt corpus Chriſti, quamuis in tranſitu, præciſa tamen conſuetudine in cõtrarium obtenta.

VNICA PROPOSITIO.

1 IMmunitas Eccleſiaſtica competit primò Eccleſiæ auctoritate Epiſcopi fundatæ, & cõſecratæ, aut etiam ſolummodò benedictæ; Etiamſi nondũ in ea celebrata fuerint Diuina officia. Ratio eſt tum quia hæc propriè loquendo, dicitur Eccleſia, & eſt locus ſacer, Deo perpetuò dicatus. Tùm quia verſamur in materia immunitatis Eccleſiæ, quæ fauorabilis eſt, & cõſequenter extendenda.

2 Addo hoc priuilegium competere Eccleſiæ auctoritate Epiſcopi fundatæ, & Diuinis obſequijs dedicatæ; etiamſi nondum benedicta ſit, aut nõdum in ea celebrata fuerint Diuina officia. Ratio eſt tùm quia hæc materia fauorabilis eſt, conſequenter extendenda. Tùm quia huiuſmodi Eccleſia verè dicitur Eccleſia. Tùm quia Oratoria auctoritate Epiſcopi cõſtructa gaudẽt hac immunitate, Iuxtà Panormitanum in c. Eccleſiæ de immunit. & cap. vlt. de cenſibus, & alios, quos infrà referam; ergò etiã gaudent Eccleſię auctoritate Epiſcopi fundatæ; quamuis nondum benedictæ ſint, nec in eis celebrata fuerint Diuina officia; modò adſint ea, quæ præſcribuntur in dicto cap. Eccleſiæ. Tùm quia in huiuſmodi Eccleſia militat ratio capitis Eccleſiæ cit. vbi dicitur, Eccleſiã Diuinis obſequijs dicatam nullis temerarijs vſibus profanãdam eſſe; ſed poteſt dari Eccleſia Diuinis obſequijs dicata, quæ nequeat ad profanos vſus conuerti; etiãſi nondum benedicta ſit, vt conſtat in Eccleſia, in qua Epiſcopus primum lapidem poſuit; ergo huiuſmodi Eccleſia gaudebit priuilegio immunitatis; nàm vbi militat eadem ratio; ibidem etiam militare videtur eadem iuris diſpoſitio. Tùm quia, ſi huiuſmodi Eccleſia polluatur effuſione ſanguinis, vel ſeminis, purificanda eſt, cap. vlt. de conſecrat. Eccl.; ergò ſignum eſt, huiuſmodi Eccleſiam cenſeri locum ſacrum, & conſequenter gaudere immunitate; cum enim ſint multa loca ſacra, quæ gaudẽt immunitate, & tamen non polluantur effuſione ſanguinis, aut ſeminis, ſequitur à fortiori, Eccleſiam, quæ polluitur, eſſe locum ſacrum, & priuilegium immunitatis habere. Ità Syluester, & Angelus verbo Eccleſiæ, Suarez loco cit. cap. 9. nu. 2. & alij; Contrà Decianum in tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 24. Ambroſinum loco cit. cap. 10. nu. 2. & alios aliter ſentientes, quoties in Eccleſia non conſecrata nondum celebrata ſunt Diuina officia.

3 Rurſus addo cum cõmuni DD. ſententia, teſte Suarez num. 6. prædictas Eccleſias gaudere hoc priuilegio, etiamſi pollutæ ſint, aut interdictæ; quia pollutio, aut interdictum nõ tollit immunitatem Eccleſiæ; cum non plus operetur, quã ab Eccleſia præſcriptum ſit; vt patet ex dictis de interdicto.

4 Denique addo, Eccleſiam gaudere hoc priuilegio, etiamſi diruta

ta ſit; non enim deſinit eſſe locus ſacer, nec ob id amittit ſua priuilegia; vt docui de indulgentijs q. 1. pun.8. num. 4. de matrimonio q. 4. pun.vlt.& ſuprà de priuilegijs. Hoc tamen limita, modò non ſit diruta auctoritate Epiſcopi ſine ſpe reædificandi; nam Eccleſia diruta auctoritate Epiſcopi ſine ſpe reędificandi ſicut amittit Indulgentias, ità etiam amittit immunitatem; priuilegiũ enim eſt veluti accidens morale; accidens autem deſtruitur, deſtructo ſubiecto. Ità Decianus loco cit. num. 22. Ambroſinus cap. 10. num. 3. Farinatius de carcer. & carcerat. q.28. num.70. & alij, omiſſis ijs, quos retuli de Indulgentijs, de matrimonio, & de priuilegijs.

5 Obſeruãdum tamen eſt, nomine Eccleſiæ in præſenti materia nõ ſolùm venire interius Eccleſię corpus, verùm etiam totam Eccleſiæ fabricam, vt tectum, partes parietũ exteriores, Campanile, Sacriſtiam Eccleſiæ coniunctam, & ſimilia. Ratio eſt tũ quia verſamur in materia fauorabili, conſequenter extendenda. Tùm quia l. Quæ religioſis. ff. de rei vindicatione habetur, quæ religioſis adhærent, religioſa cenſentur; ergo quæ adhærẽt loco ſacro, cenſentur ſacra; conſequenter gaudent immunitate loci ſacri. Tùm quia c. Si quis in atrio, & cap. Id conſtituimus 17. q. 4. decernitur, atrium Eccleſiæ, aut porticus gaudere immunitate Eccleſiæ; ergo etiam eodem priuilegio gaudet tectum, parietes, & alia ad Eccleſiæ fabricam pertinentia. Idẽ dicendum eſt de Cœmeterio; nam principale trahit acceſſorium. Ità Farinacius de carceribus, & carceratis, q.28. num. 14. Suarez loco cit. num. 7. vbi teſtatur de communi; Ambroſinus loco citato, nu. 5. & 6. Decianus cap. 25. & alij quamplures apud Farinaciũ. Immo hæc immunitas iure communi extenditur ad fines, ſeù confinia Eccleſiæ vſq; ad quadraginta paſſus, ſi Eccleſia fuerit maior, ſeù Baſilica, ideſt matrix, ſeu Metropolitana; ſi verò fuerit Eccleſia minor, protẽditur vſq; ad triginta paſſus, cap. Sicut antiquitus 17. q. 4. præciſa tamen conſuetudine in contrarium, & exceptis Eccleſijs in Ciuitate cõſtructis, in quibus ob locorum anguſtiã hoc ſeruari non poteſt, ex Suarez loco cit. cap. 8. num. 3. & cap. 9. num. 8. Farinacio, Ambroſino, & alijs locis citatis.

6 Hinc factum eſſe arbitror, vt domus Parochorum, Canonicorũ, aliorumq; Eccleſiaſticorum, exiſtentes propè Eccleſias intrà præcitata cõfinia, gaudeant Eccleſiaſtica immunitate, quamuis eas inhabitent laici; nàm priuilegium immunitatis directè conceſſum eſt locis, & non perſonis. Ità Decianus cap.25. num. 16. Ambroſinus loco citato, cap.10. num. 8. & alij.

7 Secundò gaudent hoc priuilegio Monaſteria, domus regulares, & ſeculares, lociuè ſacri, aut religioſi; vt dicitur in conſtitutione Gregorij XIV. Ideò hęc immunitas extenditur ad totum clauſtrum, ſeu habitationem Religioſorum, etiam ad viridarium, quia totus ille locus eſt ſacer, & religioſus. Præterea extendit ad hoſpitale fundatum auctoritate Epiſcopi; quia in iure cenſetur locus ſacer, cap. Ad hęc de religioſis domibus. Ità Couarruuias 2. var. cap. 20. num. 4. Sayrus lib. 3. de cenſuris, cap. 29. n. 18.

Inno-

Innocentius, Panormitanus, & alij in cap. Eccleſiæ ſuperius cit., quibus adhæret Suarez loco cit. cap. 9. nume. 9. Idem dicendum eſt de ſeminario; quia ſeminarium eſt locus pius, & religioſus. Ità Praxis Neapolitana c. 17. num. 10.

8 Tertiò gaudet palatium, ſeu domus Epiſcopi, cap. Id conſtituimus 17. quęſt. 4. Hoc tamen limitandum videtur cum Deciano cap. 25. n. 14. quem ſequi videtur Farinacius loco cit. quæſt. 28. nu. 38. in 2. impreſſione; Contrà Suarez loco cit. nu. 9. Panormitanum in c. Eccleſiæ, nu. 9. Hoſtienſem, & alios, quos ſequitur Farinacius loco citato, & Zerola in ſua praxi, verbo Immunitas, verſ. Secundò palatium; modò palatiū Epiſcopi cōſtructum ſit intrà quadraginta paſſus Eccleſiæ ſuę. Ratio Deciani eſt quia domus Epi non debet ab Eccleſia diſtare, c. Epiſcopus de conſecrat. diſt. 3. & cap. Epiſcopus vilem 41. diſt. ſi ergò vltrà quadraginta paſſus diſtet non debet priuilegio immunitatis gaudere. Sed hæc ratio non conuincit; quia non quidquid fit contrà ius, tollit immunitatem à iure conceſſam. Vrgentior ratio eſt, tùm quia ſic vſu, & forenſi conſuetudine receptum videtur, ex Deciano loco citato, & Couarru. loco citato, nume. 5. Tùm quia immunitas conceditur palatio Epiſcopi ratione loci ſacri; non eſt autem locus ſacer, ſi ab Eccleſia diſtet vltrà quadraginta paſſus; Niſi fortè in palatio Epiſcopi conſtructum ſit Oratoriū, in quo Diuina celebrentur; tunc enim cenſetur locus ſacer, & immunitate gaudet; vt concedit Decianus, & Farinacius locis citatis, Ambroſinus c. 10. n. 7. & alij.

Obijcies. In cap. Id conſtituimus cit. priuilegium immunitatis abſolutè, & ſine diſtinctione conceditur palatio Epiſcopi; ergò palatium Epiſcopi gaudet hoc priuilegio; etiāſi diſtet vltrà quadraginta paſſus, nec in eo conſtructum ſit ſacellum; nàm vbi ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.

Reſpondeo in dicto capite priuilegium immunitatis palatio Epiſcopi concedi, nō ſecundùm ſe, ſed ratione loci ſacri; cum autem non ſit locus ſacer, ſi diſtet vltrà quadraginta paſſus, aut in eo non ſit conſtructum Oratorium, dicendū videtur, carere priuilegio immunitatis; conſequenter nos habere ius diſtinguendi, tùm ob allatam rationem, tùm ob forenſem conſuetudinem.

9 Quartò gaudet Oratoriū auctoritate Epiſcopi conſtructum, & perpetuò dicatum cultui Diuino; hoc enim cenſetur locus ſacer, & religioſus, nec in vſus profanos transferri poteſt. Secus dicendum eſt, ſi Oratorium priuata auctoritate conſtructum ſit; hoc enim nō eſt locus ſacer, & religioſus, nec immutabiliter dicatus cultui Diuino. Ità Panormit. cap. vlt. de cenſibus, num. 4. Iulius Clarus lib. 5. q. 30. n. 7. Suarez cap. 9. nu. 10. Armilla verbo Immunitas num. 19. Syluester eodē verbo, & alij, quorum aliqui benè addunt, Oratorium priuata auctoritate fundatum non gaudere priuilegio immunitatis; etiamſi Epiſcopus facultatem dederit in eo celebrandi; quia non ob id cenſetur perpetuò, & immutabiliter dicatū cultui Diuino. An autem in dubio præſumatur auctoritate Epiſcopi dicatum, conſtat ex dictis de matri-

Digitized by Google

trimonio pun.vlt. num.9.

10 Ex dictis in hac propoſitione colligitur primò, committi ſacrilegium cõtrà loci ſacri reuerentiam, & immunitatem, dum à ſatellitibus fori ſecularis capitur delinquens, qui, fracto carcere, recipit ſe intrà Eccleſiã, vel Oratorium, vel Hoſpitale auctoritate Epiſcopi cõſtructum, vel in Monaſterium religioſorum, vel in palatium Epiſcopi, vel in domum Parochi, aut Canonicorum, aliorumuè Eccleſiaſticorũ non diſtantem triginta paſsibus ab Eccleſia. Itá communiter DD. Idem dicendum eſt, ſi ad hęc loca confugit, poſtquam ſe ipſum è manibus ſatellitum exemit, etiamſi tunc ad mortis ſupplicium duceretur; nàm dum in loco ſacro exiſtit, gaudet priuilegio loci ſacri. Ità Decianus loco citato, num. 29. Ambroſinus num. 13. Suarez loco citato, cap. 11. nu. 18. Graffius prima parte, lib. 2. c.48.nu.7. & alij communiter.

Secũdò colligitur à fortiori, hoc priuilegium illi ſuffragari, qui ſe in locum ſacrum recepit, dum ſatellites ipſum inſequerẽtur ad capiendum. Ità communiter DD. ſicque quotidiana praxi receptum eſſe teſtatur Boſsius de captura, nu.22. Idẽ dicendum cenſeo de eo, qui cum iuramento promiſit ſe ad carceres rediturum; quandiù enim manet in loco ſacro, ad quem liber confugit, gaudet priuilegio immunitatis, & libertatis ab Eccleſia conceſſa. Ita Syluеſter verbo immunitas quæſt. 3. Panormit. cap. inter alia, Ambroſinus cap. 10. nu. 12. Suarez cap. 11. n. 20 Decianus cap. 28. nu. 33. Couarruuias loco citato, nu. 3 & alij communiter, qui tamen obſeruant, Paſtorem Eccleſiæ, ſi obtenta cautione de impunitate pęnæ corporalis, moraliter ſciat, reum non eſſe corporali pœna puniendum, poſſe facultatem dare ad capiendum huiuſmodi delinquentem, qui cum iuramento promiſit, ſe ad carceres, quibus iuſtè detinebatur, redituru. Idem docet Syluеſter verbo immunitas 3. quæſito 4. Suarez loco citato, & cap. 13. nu. 3. cum alijs; ſicut enim reus tenetur redire: ità etiam Epiſcopus poteſt facultatem dare ad eum capiendum, ſi redire nolit. Secus dicendum eſt, ſi reus iniuſtè detinebatur; ſicut enim delinquẽs, obtenta iuramenti relaxatione, nõ tenetur redire: ità nequè Paſtor Eccleſiæ poteſt illius capiendi facultatem dare.

Ego verò in neutro caſu, per ſe loquendo, arbitror, Epiſcopũ poſſe facultatẽ illius capiendi dare. Ratio eſt tum quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Tùm quia reus gaudet priuilegio immunitatis, exceptis caſibus in Iure expreſſis. Tùm quia Gregorius XIV. in ſua conſtitutione prohibet extractionẽ fieri ꝓ quauis pace, & cauſa.

Tertiò colligitur, non poſſe capi reum, qui clauſas Eccleſiæ ianuas, vel ſerram, vel quid ſimile apprehẽdit. Ratio eſt quia hic exiſtit in loco ſacro, & intrà ſitum Eccleſię, vel ſaltem intrà confinia Eccleſiæ, vbi vſu receptum eſt, vt triginta paſſus quaſi pro cœmeterio concedantur. Ità Couar. loco cit. n. 18. Suarez c. 9. nu. 8. & alij. Idem ſentiendum eſt de eo, qui ſuprà tectum, ſeù tegulas Eccleſiæ exiſtit. Ratio eſt tum quia dicitur eſſe in loco ſacro; cum in eo loco quis dicatur eſſe, in quo habet pedes. Tùm quia ſic vſu receptũ eſt. Tùm quia fauores ampliandi ſunt.

Tùm

Tùm quia hic non minus dicitur eſſe in Eccleſia, quàm qui exiſtit in ſuperiori cubiculo; ſed exiſtens in ſuperiori cubiculo gaudet hoc priuilegio; ergo eodem gaudet exiſtẽs ſuprà tectũ. Ita Suarez loc. cit. n. 8.

Ex quo patet, ſatellites capientes reum ſuper tecto exiſtentẽ, aut adherentẽ valuis, aut ſerræ Eccleſiæ, peccare contrà immunitatem; nàm reus exiſtit in loco immuni. Amplia, etiamſi delinquens capiatur per eam pallij partem, quę extrà tectum, vel valuas, aut extrà alium locum immunẽ prominet; hic enim à loco immuni extrahi diceretur. Ità Azorius loc. cit. quæſito 5. Suarez cap. 12. nu. 4. Couar. lib. 2. var. cap. 20. nu. 16. & alij. Idem dicendum arbitror, ſi extrahatur per aliquam corporis partem, quam delinquens extrà locum ſacrum habebat; vt ſi extrahatur brachio, vel pede extrà locum ſacrum extenſo, reliquis præcipuis partibus corporis intrà locum ſacrum exiſtẽtibus; hic enim diceretur extrahi è loco ſacro. Ita Suarez loco citato.

Quartò, non cõmitti ſacrilegiũ, nec violari immunitatem Eccleſiæ, dum reus extrà locum ſacrum comprehenſus deducitur ad carceres per cœmeterium, aut Eccleſiam; etiamſi per vim extrahatur, & indè recuſet exire; hic enim non dicitur capi in loco ſacro; cum liber ad Eccleſiam, vel cœmeterium non confugerit; Eccleſia autem tuetur eos, qui ad Eccleſiam confugiunt. Ita Farinacius loco citato, nu. 69. Decianus loco cit. nu. 30. Ambroſinus loco cit. nu. 20. Couarr. loco citato, nu. 13. Graſſius loco citato, & alij ferè communiter; Contrà Clarum loco citato, verſic. Scias tamen, & nõnullos alios apud pręcitatos DD.

Quintò, non committi ſacrilegium, nec violari loci ſacri immunitatem, dum capitur reus ſe ipſum voluntariè offerens, nolensque loci ſacri immunitate frui. Ratio eſt, tũ quia nõ dicitur violenter extrahi. Tùm quia ſcienti, & volenti non fit iniuria; licet enim priuilegium immunitatis immediatè cõceſſum ſit loco ſacro: tamen mediatè redundat in fauorem hominum; quilibet autẽ cedere poteſt iuri ſuo. Ita Graſſius lib. 1. cap. 1. nu. 47. Suarez cap. 13. num. 2. Nauar. cap. 15. num. 21. & alij.

Sextò, non committi ſacrilegium contrà loci ſacri immunitatem, dum reus blanditijs, aut deceptione, aut promiſsionibus ſinẽ coactione extractus à loco ſacro, capitur extrà locum ſacrum; hic enim non dicitur capi in loco ſacro, nec fit violentia reo, qui capitur; immunitas autem violatur per violentam extractionem; cap. Inter alia. Ità Suar. Nauar. & alij locis citatis.

Addit Suarez, non lædi Eccleſiæ immunitatem, dum Iudex, ſeu ſatellites aliquem extrà locum ſacrum inuentum capiunt, qui per vim extrà locum ſacrum tractus fuerat à priuato homine abſque Iudicis, vel ſatellitum cooperatione; nam exercent ſuam poteſtatem extra locum ſacrum. Ita Suarez loco cit. lib. 3. cap. 13. nu. 19. ad finem.

Sed mihi dicendum videtur cũ Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 15. punc. 1. in reſponſ. ad ſecundum, Praxi Neapolitana cap. 17. nu. 6. lædi Eccleſiaſticam immunitatẽ, & reũ ea ratione captum reſtituendũ eſſe Eccleſiæ. Ratio eſt tùm quia extractio nulla eſt iuridicè. Tum quia

quã

qui ad Eccleſiam confugit, non poteſt inuitus ab vllo priuatę, vel publicæ auctoritatis homine extrahi à loco ſacro; Iura enim generaliter loquuntur; conſequēter generaliter intelligenda ſunt; l. 1. §. generaliter, ff. de legatis præſtandis.

11 Queres, vtrùm Sacerdos deferens Euchariſtiam gaudeat priuilegio immunitatis, ita ut reus amplexans huiuſmodi Sacerdotem capi nequeat.

Reſpondeo, capi nō poſſe ob reuerētiam Iure Diuino debitā Corpori Chriſti. quamquā, ſi capiatur, in rigore loquendo, non violatur immunitas Eccleſiaſtica, nec reus tunc captus videtur reſtituendus. Ratio eſt quia priuilegia non debent ad aliud trahi per conſequentiam; quamuis enim multa priuilegia concedantur locis ſacris intuitu Euchariſtiæ: nullibi tamen priuilegium immunitatis conceſſum reperitur Euchariſtię extrà Eccleſias. Ita ſentire videtur Gloſſa celebris in cap. quæſitum 13. q. 2. Couar. 2. var. cap. 20. num. 6. Contrà Suarez cap. 9. nu. 10. ad finem, Farinacium loco cit. nu. 11. Clarum loco cit. nu. 24. Ambroſinū cap. 10. n. 9. & alios plures apud præcitatos DD.

Idem ad locum, in quo actu eſt Corpus Chriſti, quamuis in trāſitu, extendi poſſe putat Suarez loc. cit.

Sed hoc non approbo, cùm nullo iure ſufficienter probetur. Hæc tamen intelligēda ſunt, præciſa cōſuetudine in contrarium; hæc enim eſt legitima legū interpres. Immò alicubi cōſuetudine receptum eſſe audiui, vt amplexans Sacerdotem, quicumque ille ſit, etiamſi Euchariſtiam non deferat, tutus ſit, nec in carcerem conijci poſsit.

§. III.

Quinàm gaudeant immunitate Eccleſiæ.

1 *Omnes fideles baptizati gaudent immunitate, exceptis caſibus in iure expreſſis.*

2 *& 3. Hæretici tam ob hæreſim, quàm ob alia delicta, non gaudent immunitate.*

4 *Probabile eſt blaſphemos gaudere immunitate Eccleſiæ.*

5 *Infideles nondū baptizati an gaudeant priuilegio immunitatis.*

6 *Clericus gaudet immunitate in ijs caſibus, in quibus poteſt capi à laica poteſtate.*

7 *Clericus an poſſit à miniſtris Eccleſiæ extrahi à loco ſacro in caſibus, in quibus laicus extrahi non poteſt.*

8 *Interdictus gaudet immunitate Eccleſiæ.*

9 *Excommunicatus gaudet immunitate Eccleſiæ.*

VNICA PROPOSITIO.

1 OMnes fideles baptizati gaudent immunitate, exceptis caſibus in Iure expreſsis. Ratio eſt quia Iura abſolutè, & ſinè diſtinctione loquuntur; vbi autem ius non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus; & propoſitio indiſtinctè prolata æquiualet vniuerſali. Ita communiter DD.

2 Dixi omnes fideles, vt exciperē hæreticos, quos in delicto hęreſis non gaudere immunitate Eccleſię, communis eſt DD. opinio. Ratio eſt tùm quia ob criminis attrocitatem indigni ſunt immunitate; ſicut enim proditores hominum nō ſunt digni hoc fauore: ità neque digni ſunt

ſunt hæretici, qui proditores Dei, & Eccleſię iure optimo nũcupati poſſunt: Tùm quia ab eo non debet quis fructum capere, quod nixus eſt impugnare; cap. Non debet ex eo, de reg. iur. in 6. Tùm quia immunitas Eccleſiæ non conceditur cõtrà Eccleſiam, ſeù contrà poteſtatẽ Eccleſiæ, ſeù contrà Eccleſiaſticum Iudicem; crimen autem hęreſis pertinet ad poteſtàtem Eccleſiaſticã. Tùm quia crimen hæreſis expreſsè excipitur in conſtitutione Gregorij XIV. Ita Couar. 2. var. reſolut. cap. 20. nu. 11. in fine verſ. 14. Suarez tomo 1. de relig. tract. 2. cap. 10. nu. 13. Decianus lib. 5. cap. 42. nu. 7. Syluester verbo Immunitas 3. quæſito 3. Ambroſinus cap. 8. nu. 1. & alij communiter.

3 Addunt multi DD. hæreticũ non ſolùm ob hęreſim, verùm neque ob alia delicta diſtincta ab hæreſi nõ gaudere immunitate Eccleſiæ. Ratio eſt tùm quia hæretici nullo Eccleſiæ fauore digni ſunt, eoſque Eccleſia, tanquàm pertinaces aduerſarios omninò reijci, & repelli curat in deteſtationem hęreſis.

Tùm quia in conſtitutione Gregorij XIV. rei hæreſis excipiũtur à priuilegio immunitatis. Ita Couar. loco cit. nu. 11. Farinacius loco cit. nu. 68. Ambroſinus cap. 8. nu. 9. Decianus lib. 6. cap. 28. nu. 4. & alij.

Sed cõtrarium mihi probabilius videtur cum Syluestro, & Suarez vt patebit ex infrà dicendis.

Addo, hęreticos, qui ab hæreſi receſſerunt, gaudere immunitate, quia per pœnitentiam reconciliati ſunt Eccleſiæ, conſequenter digni ſunt, qui ab Eccleſia per immunitatem protegantur.

4 An verò blaſphemi tuti ſint in Eccleſia, & ipſius immunitate gaudere poſsint, communis DD. ſentẽtia eſt, non gaudere, dum ob crimẽ blaſphemiæ ab Eccleſia extrahuntur, præſertim ſi blaſphemia ſit hæreticalis. Ita Decianus cap. 28. nũ. 6. Ambroſinus cap. 8. n. 10 Farinacius loco citato, nu. 67. & alij, qui hoc probant, quia par non eſt, vt q deliquit in Eccleſiam, aut in Caput Eccleſiæ, ab Eccleſia defendatur.

Verùm hæc ratio nõ multũ conuincit, alioquin dicendum eſſet, immunitatem Eccleſiæ nulli vnquã prodeſſe; cum omnia peccata ſint contrà Deum. Quamobrem, ſaluo meliori iudicio, & præciſa conſuetudine in contrarium, arbitror, blaſphemos ab Eccleſia extrahi nõ poſſe à laica poteſtate. Ratio eſt tùm quia Iura indefinitè loquuntur, nec in iure excipiuntur blaſphemi. Tùm quia immunitas Eccleſiæ fauorabilis eſt; conſequenter non eſt reſtringenda.

5 Dixi omnes fideles baptizatos; Nàm vtrùm infideles nõdum baptizati gaudeant priuilegio immunitatis, diſsẽſio eſt inter DD. Nàm Gloſſa cap. Inter alia de immunitate Eccleſiæ, verbo Extrahendus, Hoſtienſis, & Io. Andreas ibidem, Felinus in cap. Iudæi primo de Iudæis, Syluester verbo Immunitas 3. nu. 2. & alij apud Couar. loco cit. n. 11. apud Suarez cap. 10. n. 9. & apud Clarum §. fin. quæſt. 30. n. 17. putant, Infideles gaudere. Ratio eſt tùm quia fauores Eccleſiæ ampliãdi ſunt. Tùm quia Iura indiſtinctè, & indefinitè loquuntur.

Alij verò ferè cõmuniter, quos ſequitur Couar. loco cit. nu. 11. Io. Franc. in theſauro fori Eccleſiaſtici, cap. 13. nu. 13. Ambroſinus loco

citato, num. 8. negant. Ratio eſt quia par nō eſt, vt ab Eccleſia protegatur, qui ſe ipſum Eccleſiæ gremio renuit committere.

Sed mihi diſtinguendum videtur cum Baiardo in addit. ad Iuliũ Clarum quæſt. 30. num. 23. Suarez cap. 10. cit. num. 11. & alijs. Vel infideles fieri volunt Chriſtiani, vel non. Si fieri volunt Chriſtiani, protegendi ſunt immunitate Eccleſiæ. Rō eſt tum quia par eſt, vt Eccleſia eum defendat, qui ſeipſum gremio Eccleſiæ committere non recuſat. Tùm quia leges ciuiles ſeruandæ ſunt, quoties Iuri Canonico non repugnant; Iure autem Ciuili l. 1. C. de his, qui ad Eccleſiã confugiunt, decernitur, Iudæos ad Eccleſiam confugientes non eſſe defendendos, ſi fingant velle Chriſtianæ legi coniungi; ergò à contrario ſenſu, ſi non fingant ſe velle Chriſtianos fieri, ſed ex animo petant Baptiſmum, protegendi ſunt. Si verò fictè petant Baptiſmum, ſeù ſimulent ſe velle Chriſtianæ legi coniungi, non ſunt protegendi immunitate Eccleſię, vt patet, tùm ex l. 1. cit. Tũ ex verbis Apoſtoli, De his, qui foris ſunt nihil ad nos.

Ex quo patet, eũ, qui petijt Baptiſmum, antequam confugeret ad Eccleſiam, gaudere priuilegio immunitatis; hic enim non præſumitur ſimulaſſe conuerſionem, vt gauderet immunitate. Si verò petijt Baptiſmum ſolùm dum ad Eccleſiã confugit, poteſt Eccleſia illũ apud ſe cuſtodire, donec examinauerit, an Infidelis ſimulauerit conuerſionem: quãquàm ſi Eccleſia nequeat cognoſcere an ſimulauerit cõuerſionem, in dubio iudicandum eſt ſimulaſſe; quia præſumitur Baptiſmũ petijſſe ſolum ne caperetur; vt benè Decianus cap. 28. num. 2. Suarez loco cit. nu. 12. & alij apud Alexandrum Ambroſinum cap. 8. num. 8.

6 Ex dictis in hoc §. colligi poteſt primò, Clericum in ijs caſibus, in quibus alias capi poteſt à laica poteſtate, gaudere immunitate, dum in loco ſacro exiſtit. Vndè Clericus, qui beneficium non habet, nec habitum, & tonſuram defert, quamuis iuxtà Tridentini decretum ſeſſ. 23. cap. 6. à Iudice laico extrà Eccleſiam capi poſsit, ſi delictum committat: tamẽ in Eccleſia capi non poteſt à Iudice laico; nàm licèt tunc habeatur tanquam laicus: tamen non debet eſſe deterioris conditionis laico; laicus autem fidelis Baptizatus gaudet immunitate. Ità Nauar. in man. c. 25. num. 22. Suarez cap. 10. nu. 7. & alij.

7 An verò Clericus poſsit à miniſtris Eccleſiæ extrahi à loco ſacro in illis caſibus, in quibus laicus extrahi nō poteſt; controuerſia eſt inter DD.; Aliqui enim negant extrahi poſſe. Ratio eſt tùm quia Clerici non ſunt deterioris conditionis, quàm laici, & Iura abſolutè, & indiſtinctè loquuntur; conſequenter intelligenda ſunt de quibuſcunque fidelibus baptizatis. Tùm quia legiſlator tenetur ſuam legem ſeruare, cap. Cum omnes de conſtit. Patere legem, quam tu ipſe tuleris Tùm quia cap. Nullus Clericorum. 17. q. 4. dicitur, Nullus Clericorum ſeruum, aut diſcipulũ ſuum fugientem ad Eccleſiã extrahere audeat, vel flagellare præſumat; ergò multò minus Clericus ab Eccleſia extrahi poterit. Ità Innocentius cap. Inter alia de immunit. Cardinalis ibidem, quæſt. 6. Decianus loco cit.

cap.

Digitized by Google

cap.26.num.1.Ambroſinus cap.12. nu.3. Farinacius loco citato, nu.7. Zerola in ſua praxi,verbo Immunitas,verſ.8. & alij apud Suarez loco cit. num. 5. & apud Couar. cap.20. Ambroſinum, & Decianũ locis cit.

Alij verò, vt Couar. loco cit. nu. 16. Syluester verbo Immunitas 3. quæſito 3. Panormit.cap.Inter alia, nu. 13. Clarus, & Farinacius locis citatis,Praxis Neapolitana c. 17. num.11. Suarez loco citato,num.5. Nauar. cap.25.num.22. & alij,quibus ego adhæreo,putant,Prælatum Eccleſiaſticum poſſe Clericos à loco ſacro extrahere,etiam in illis caſibus, in quibus laici extrahi non poſſunt à Iudice ſeculari. Ratio eſt tum quia immunitas Eccleſiæ non præiudicat poteſtati Eccleſię.Tùm quia maior eſt immunitas perſonalis conceſſa Clericis ob ſtatum Eccleſiaſticum, quàm conceſſa fidelibus ratione loci ſacri; ſed immunitas perſonalis nõ obſtat,quominus Clericus delinquens capi poſſit ab Eccleſiaſtica poteſtate; ergò neque obſtat immunitas, quæ fidelibus conceſſa eſt ratione loci ſacri. Tùm quia ſequeretur, Religioſos rarò capi poſſe, cum ferè ſemper degant in Monaſterijs. Tũ quia ſic vſu receptũ eſt. Tùm quia in Iure nulla fit mẽtio Clericorum, ſed tãtummodò laicorum; vt prę ſertim patet ex conſtitutione Gregorij XIV.

Ad rationes, & fundamenta Innocentij, & aliorum Reſpondeo, Iura non indiſtinctè loqui; vt pateſt ex cõſtitutione Gregorij XIV. in qua fit ſolùm mentio laicorum illis verbis, *Ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Eccleſias, locaquè ſacra, & religioſa prædicta confugientibus &c.*

8 Secundò colligi poteſt, interdictũ gaudere immunitate Eccleſię. Ratio eſt tùm quia eſt fidelis baptizatus. Tùm quia Eccleſia nõ obligat interdictum cum tanto incommodò,quin ad Eccleſiam confugere poſsit; nec vllibi reperitur hic effectus, vt interdictus careat immunitate Eccleſiæ. Tùm quia Eccleſia interdicta non caret priuilegio immunitatis ob interdictum locale; ergò neq; interdictus priuatur fauore immunitatis ob interdictum perſonale. Et hoc valet, etiamſi interdictus ſit ab ingreſſu Eccleſiæ; nàm cenſura interdicti non priuat ingreſſu materiali, ſed formali ad audienda, vel celebrãda Diuina officia; vt patet ex dictis de cenſuris. Ità Suarez loco citato,c.3. & 4. & alij ſtatim citandi.

9 Tertiò, excommunicatum gaudere immunitate. Tùm quia eſt fidelis baptizatus. Tùm quia immunitas indefinitè conceſſa eſt locis ſacris abſq; exceptione excommunicati. Tùm quia nullo Iure conſtat excommunicatum priuari immunitate; neque hæc pœna inter effectus excommunicationis reperitur; cum excõmunicatus non arceatur à materiali ingreſſu Eccleſiæ; vt patet ex dictis de excommunicatione. Ità Iulius Clarus lib. 5.§.final.queſt.30. num.18. Couarr. loco citato,num.11.Suarez cap.10. num.3. Ambroſinus cap. 10. ad finem, & quamplures alij apud præcitatos DD.

Digitized by Google

§. IV.

In quibus caſibus immunitas ſuffragetur.

1 *Immunitas ſuffragatur in omnibus caſibus tàm ciuilibus, quàm criminalibus, exceptis caſibus in iure expreſſis.*

2 *Debitores in loco ſacro exiſtẽtes gaudent Eccleſiæ immunitate, quamuis ſuſpecti ſint de fuga, vel ſint obſtricti debito publico, vel decoxerint cum magno Reipublicæ detrimento.*

3 *Blaſphemi gaudent priuilegio immunitatis.*

4 *Adulter exiſtens in Eccleſia non poteſt capi à Iudice ſeculari.*

5 *Publici latrones non ſunt tuti in Eccleſia.*

6 *Depopulatores agrorum priuantur hoc priuilegio.*

7 *Committentes homicidia, vel mutilationes in Eccleſijs, vel earum Cœmeterijs priuãtur immunitatis priuilegio.*

8 *Huiuſmodi perſonæ non amittunt hoc priuilegium, ſi, dũ ſunt in Eccleſia, occidant, vel mutilent exiſtentem extra illam.*

9 *Hanc pœnam incurrit, qui lethaliter vulnerauit in Eccleſia, ſed vulneratus extra Eccleſiã mortuus eſt.*

10 *Ad hanc pœnam incurrendam ſufficit occiſio, vel etiam tantùm mutilatio.*

11 *Non videtur carere Eccleſiæ immunitate, qui mandat homicidium, vel mutilationem.*

12 *Comittentes alia delicta in Eccleſia præter hæc duo gaudent immunitate.*

13 *Delinquens prope Eccleſiam ſpe cõfugiendi ad eã ſtatim patrato delicto gaudet immunitate.*

14 *Proditores non gaudent hoc priuilegio.*

15 *Proditoriè occidens infidelem nõ priuatur priuilegio immunitatis.*

16 *Attentans aliquem proditoriè occidere non incurrit hãc pœnam propter ſolam proditoriam vulnerationem effectu homicidij non ſecuto.*

17 *Aſſaſſini Eccleſiaſtica immunitate priuantur.*

18 *Nomen aſſaſſini quotupliciter accipiatur.*

19 *Aſſaſſinium videtur committi tam occidendo infidelem, quàm Chriſtianum.*

20 *Aſſaſſinium committitur ſolum dum datur mandatum ad occidendũ etiã non accedente pretio, vel eius promiſſione.*

21 *Rei hæreſis priuantur Eccleſiaſtica immunitate.*

22 *Reus criminis læſæ Maieſtatis priuatur Eccleſiæ immunitate, quando offendit ipſam perſonam principis, modò offendens Principem ſit ipſius ſubditus.*

23 *Delinquens qui ob aliqua delicta priuatus eſt iure immunitatis, non videtur poſſe capi in Eccleſia ob alia delicta, quibus non eſſet adiuncta talis pœna.*

VNICA PROPOSITIO.

1 IMmunitas ſuffragatur, & prodeſt in omnibus caſibus, ſeù cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus, exceptis caſibus in iure expreſſis. Ratio eſt tùm quia iura indiſtinctè, & indefinitè loquuntur, & ſolùm excipiuntur aliqui caſus, quos ſtatim referam; exceptio autem firmat regulam in caſibus non excep-

exceptis l. Nam quod liquidi, §. fin. ff. de pec. & l. Quotieſcunquè, §. deniquè; ergò immunitas ſuffragatur in omnibus cauſis, & caſibus, exceptis ijs, qui ſunt in iure expreſsi. Ità communiter DD.

Hinc colligi poteſt ſolutio multorum caſuum.

2 Primò, debitores in loco ſacro exiſtentes gaudere priuilegio immunitatis. Ratio eſt tùm quia Eccleſia tuetur delinquentes ad ipſam confugientes in cauſis criminalibus; ergò à fortiori tueri debet debitorem ex cauſa ciuili Tùm quia hic caſus nõ eſt in iure exceptus; vt patet legenti conſtitutionẽ Gregorij XIV. Ità Farinacius de carcer. & carcerat. q. 28. num. 32. Decianus cap. 28. n. 34. Suarez c. 11. nu. 3. Couar. lib. 2. var. cap. 20. nu. 14. Ambroſinus cap. 13. nu. 1. & ſeq. Panormit. cap. Inter alia, nu. 22. & alij communiter; Cõtrà Iaſonem l. Vinum. ff. ſi certum petatur, num. 5.

Amplia, etiamſi debitores obſtricti ſint debito publico, aut ſuſpecti ſint de fuga, aut decoxerint cum magno Reipublicæ detrimento; adhuc enim gaudent immunitate ob rationes allatas. Ità Suarez, Ambroſinus, & alij locis citatis; quidquid in oppoſitum ſentiat Iaſon, & alij in debitore de fuga ſuſpecto, & Decianus, Couar. & Farinacius de eo, qui negotiationem exercens, & operam vſuris nauans decoxit lautè viuendo.

Obijcies. Iura non intendunt derogare iuri alterius; derogarent autem iuri creditoris, ſi debitor tutus eſſet in loco ſacro.

Rurſus Eccleſia confugiẽtem ad ſe intendit ſolùm tueri à pœna corporali cap. Inter alia de immunitate Eccleſiæ, cap. Id conſtituimus, & cap. Definiuit, 17. q. 4. non tamen impedit, quominus debitor in Eccleſia capiatur.

Pręterea immunitas cõceditur, ne Rei extrahãtur à loco ſacro, c. Id conſtituimus; debitores autem non ſunt rei.

Deniquè in cõſtitutione Gregorij citata ſolùm fit mentio de reis; ergò intentio Summi Pontificis eſt, vt immunitas ſuffragetur ſolũ reis, non verò debitoribus.

Ad primum reſpondeo, Iura directè nõ derogare iuri alterius; ſed ſolùm indirectè, quatenus in reuerentiam loci ſacri tollunt facultatẽ extrahendi homines à loco ſacro, in quo vtuntur iure ſuo.

Ad ſecundum reſpondeo, negando, Eccleſiam tueri tantummodò vitam à pœna corporali; ſed ſimpliciter concedere immunitatem, ne vlla ratione quiſpiam per violẽtiam extrahatur à loco ſacro præter caſus in iure expreſſos.

Ad tertium reſpondeo, negando immunitatem concedi ſolummodò reis propriè acceptis, qui rei criminum appellantur; ſed concedi etiam alijs, qui lato nomine rei in iudicio nuncupantur. Vndè reus dr̃, qui in iudiciũ vocatur ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter; vt benè obſeruat Suarez cap. 11. n. 3. Praxis Neapolitana loco ſtatim citando. Et hoc pacto intelligendum eſt caput Id conſtituimus 17. queſ. 4. cita.

Ex quo patet etiam reſponſio ad Id, quod dicitur ex conſtitutione Gregorij XIV. quam nõ ſolum extendendam eſſe ad reos propriè acceptos, verum etiam ad alios. Ratio eſt tùm quia abſolutè loquitur, & ita per conſuetudinem, quæ

legitima eſt legis interpres, recepta eſt: tùm quia in Lege Quamuis pęnali faciẽda eſt extenſio vltra proprietatẽ verborum, quoties ex verbis in propria ſignificatione acceptis aliqđ abſurdum nõ ſequeretur; abſurdum autem eſſet extrahi poſſe innocentes, nocentes verò, & delinquentes non poſſe. Ita Praxis Neapolitana cap. 17. nu. 2.

3 Secũdò colligitur blaſphemos gaudere immunitate Eccleſiæ ita vt capi nequeãt à laica poteſtate, iſti enim in iure non ſunt excepti, & regula firmat contrarium in caſibus non exceptis. Contrarium docet Farinacius de carceribus quæſ. 28. nu. 67. cum Deciano, & alijs.

4 Tertiò adulterum in loco ſacro exiſtentem capi non poſſe à Iudice ſeculari; quia in iure non priuatur immunitate, & quamuis adulteriũ grauius ſit latrocinio ſecundum ſe ſpectato, tamen in hac materia nõ eſt faciẽda extenſio ab vno ad aliũ caſum ob parem, vel maiorem rationem, vt patet tùm ex regulis generalibus traditis de legibus. Tùm quia Gregorius XIV. dum in ſua conſtitutione excipit ab immunitate nõnullos caſus, dicit ſe velle omnes ad vnam tantum formam reuocare, & moderari: particula autem, tantum, cum ſit taxatiua nõ admittit extenſionem ad alios caſus vltra expreſſos, vt bene tradit Suarez loco cit. nu. 5. Proſper Farinacius cõſilio 76. nu. 13. & alij apud Alexandrum Ambroſinũ de immunit. cap. 3. nu. 14. Tùm quia capite Inter alia de immunitate conceditur immunitas reis, quamuis grauiſsima delicta cõmiſſerint. Tùm quia in conſtitutione Gregorij præcit. aufertur facultas aliter iudicandi, & interpretandi, quæ loquẽdi forma tollit omnem extenſionem ad caſus non expreſſos, vt benè obſeruat Franc. Lion. in theſ. fori Eccleſ. cap. 13. num. 27. Ambroſinus cap. 1. ad finem, & alij.

5 Quartò publicos latrones non eſſe tutos in Eccleſia, vt habet cap. Inter alia de immunitate, & in cõſtitutione Gregorij XIV. edita anno 1591. quæ incipit Cum alias nonnulli. Latro appellatur is, qui violenter aggreditur, & deprædatur. Publicus verò latro dicitur is, qui in vijs publicis deprædatur, & ob frequentata latrocinia pro latrone communiter habetur, ſeu qui publicè, & palam furatur, ſeu qui publicè tranſeuntes in vijs inuadit, & ſpoliat, vt ait Panorm. loco ſtatim citando. Videte Farinatium tomo 2. quæſ. 28. nu. 5. Panormitanum cap. Inter alia num. 5. Decianum tract. crimin. lib. 6. cap. 28. n. 2. & Ambroſinum de immunitate Eccleſię cap. 2. nume. 4. & ſequentibus. Eadem immunitate priuãtur viarum graſſatores, cum iſti nomine latronum comprehendantur, quamquã à latronibus in hoc differunt, quod latro dicitur, qui vias extra vrbem obſidet, graſſator verò in vrbe. Lege Capitalium, §. graſſatores. ff. de pęnis. Ita Decianus, & Ambroſinus locis cit. graſſator igitur dicitur, qui vias in vrbe obſidet, & ſæpius hoc crimen commiſit. Graſſator publicus nuncupatur, qui ob frequentata in vijs publicis delictorum crimina fama publica talis exiſtimatur.

Ex quo ſequitur fures occultos, ſeu furantes in vijs priuatis non priuari immunitate, quia non dicũtur obſediſſe vias frequentatas iux-

ta Legem primam C. Quando liceat vni ſine Iud. ſibi ius dicere, & iuxta conſtitutionem Gregorij Decimi quarti, vbi explicans, qui ſint graſſatores in hæc verba loquitur, viarumque graſſatores, qui itinera frequẽtata, vel publicas ſtratas obſident; quamuis contrarium ſentiat Couarru. loco ſupra cit. nu. 14. cui adhæret Suarez cap. 11. nu. 4. putãs contrarium conſuetudine recep-tum eſſe;

6 Quintò colligitur depopulatores agrorum non gaudere priuilegio immunitatis per cap. Inter alia de immunitate, & per conſtitutionem Gregorij ſæpius citatam, in qua facta eſt extenſio: nam in cap. Inter alia mentio ſolum fiebat depopulatoris nocturni; in conſtitutione verò Gregorij ſermo eſt de quolibet agrorum depopulatore nõ facta reſtrictione ad nocturnum. Nomine depopulatoris agrorũ intelligitur ille, qui diripit alienos agros, ideſt qui ſegetes, ſeu fructus ſurripit, & agros, ſeu vineas vaſtat Lege prima C. Quando liceat ſine Iud. ſibi ius dicere. Vide Ambroſinum cap. 4. & Decianũ loc. cit. n. 3.

7 Sextò cõmittentes homicidia, ſeu mutilationes in Eccleſijs, aut earum cęmeterijs carere immunitate cap. Finali de immunitate Eccleſiæ, cui inhærere videtur Gregorius XIV. in conſtitutione citata. Ratio iſtius diſpoſitionis eſt quia par non eſt, vt immunitate Eccleſię fruatur, q in Eccleſia delinquit, iuxta cap. Fruſtra de vſuris vbi dicitur fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem delinquit, & cap. Finali citato dicitur, In eo, in quo quis delinquit puniri debet; cum ergo cõmittentes homicidia, vel mutilationes in Eccleſijs dicantur delinquere in Eccleſijs, puniri debent in Eccleſia pęna priuationis immunitatis. Ita Proſper Farinacius cõſilio 76. nu. 7. verſiculo ad tertiam dubitationem.

Amplia primò etiam ſi delictum in alia Eccleſia commiſerint; nam qui delictum in vna Eccleſia commiſit, & ad ſui ſecuritatem ad aliã confugit, non eſt tutus. Ratio eſt quia adhuc verum eſt hunc perpetraſſe delictum in Eccleſia iuxta iura citata. Ita Couar. loco cit. nu. 15. Farinacius de carcer. loco. cit. nu. 59. Ambroſinus cap. 5. nu. 3. Decianus loc. cit. nu. 28. & alij cõmuniter.

Amplia ſecundò ſiue hęc delicta ſine ſpe immunitatis, ſiue cum ſpe immunitatis in Eccleſia commiſſa fuerint, nam Summus Pontifex indiſtinctè loquitur, nec reſpexit animum delinquentis, ſed delicti qualitatem, & periculum patrandi homicidia; nam omnes ferè homicidę perpetrarẽt homicidia in Eccleſia ſpe immunitatis Eccleſiaſticæ. Ita Suarez cap. 11. nu. 6.

Ex dictis in hac ſexta illatione ſequitur, eum, qui dum extra Eccleſiam exiſtit ſagitta, aut plũbea pila per ſclopum emiſſa, aut baculo, aut ſaxo, aut alio inſtrumento mutilat, vel occidit exiſtentem in Eccleſia priuari immunitate; nam dicitur in Eccleſia delictum mutilationis, vel occiſionis committere. Ita Couarr. loc. cit. nu. 15. Suarez loco cit. nu. 7. Farinacius loco cit. nu. 61. Ambroſinus cap. 5. nu. 9. Decianus n. 6. & 7. & alij, quos in ſimili retuli de cenſuris loco ſtatim citando.

8 Maior difficultas eſt primò vtrum exiſtens in Eccleſia priuetur immunitate, ſi exiſtentẽ extra Ec-

cleſiam mutilet, vel occidat.

Mihi dicendum videtur contra DD. ſtatim citandos præciſa conſuetudine in contrarium, quæ dicitur optima legis interpres non priuari immunitate. Ratio eſt tùm quia hic dici poteſt veritus committere homicidiũ in Eccleſia iuxta conſtitutionẽ Gregorij cum non percuſſerit exiſtentem in Eccleſia. Tùm quia priuatio immunitatis nõ incurritur niſi in caſibus in iure expreſsis; in iure autẽ non eſt expreſſum priuationẽ immunitatis incurri ob actionem homicidij, vel mutilationis membrorum inchoatã ſolum in Eccleſia, vel ob quodlibet ſacrilegiũ in Eccleſia commiſſum, ſed ob homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſijs, vt dicitur cap. vltimo de immunitate, & in conſtitutione Gregorij citata, quæ connotant actum completũ, & perfectum in Eccleſia. Tùm quia cum verſemur in materia pęnali, & odioſa, vtpote libertati delinquentium, & immunitati Eccleſiaſticæ contraria, non videtur facienda extenſio ad actum homicidij, vel mutilationis inchoatum in Eccleſia; vt in ſimili docui de cenſuris quæſ. prima puncto 11. n. 11. alioquin etiam dicendum videretur eum priuari immunitate, qui ſuborta in Eccleſia contentione, aut euaginato enſe in in Eccleſia inſecut' eſt aduerſariũ, eumque extra Eccleſiam interemit. Contrariũ docuit Couarruuias lib. 2. variarum cap. 20. nu. 15. Suarez loco cit. nu. 6. Panormitanus cap. Finali de immunitate nu. 11. Alexander Ambroſinus cap. 5. nu. 7. & alij. Concedo tamẽ hunc capi poſſe ab Eccleſiaſticis miniſtris ob ſacrilegam vulnerationem in Eccleſia inchoatam, quamuis à laica poteſtate capi nequeat.

Addo hanc pœnam in rigore loquendo non incurri ob quamlibet vulnerationem in Eccleſia factam, quia iura priuant immunitate occidentes, aut mutilantes: quælibet autem vulneratio non dicitur homicidium, vel mutilatio membri, vt patet ex dictis de irregularitate puncto 8. nu. 6. & ſequentibus, quæ per lectorem videnda ſunt.

9 Secundò difficultas eſt an hanc pęnam incurrat, qui lethaliter vulnerauit in Eccleſia, ſed vulneratus extra Eccleſiam mortuus eſt.

Reſpondetur ſolutionem conſtare ex dictis de cenſuris diſp. prima, quæſt. 1. puncto 11. num. 11. & de legibus, vbi docui incurrere, quia delictum homicidij cenſetur commiſſum in Eccleſia. Ex ibidẽ dictis colligi poteſt, vtrũ occidens, vèl mutilans extra Eccleſiam priuetur immunitate, ſi vulneratus recipiat ſe in Eccleſiã ibiq; moriatur.

10 Tertiò difficultas eſt an ad hãc pœnam incurrẽdã ſufficiat mutilatio, vel requiratur etiam occiſio.

Reſpondetur alterutram actionem ſufficere. Ratio eſt tùm quia ſequeretur nullos ferè homicidas priuari immunitate. Tùm quia quamuis Gregorius XIV. in ſua cõſtitutione loquatur per particulam coniunctiuam, quinè homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſijs, earumuè cęmeterijs committere non verentur, tamen intelligendus videtur iuxta cap. vltimum de immunitate, in quo occidentes, vel mutilantes priuabantur Eccleſiaſtica immunitate: nec abſurdum eſt legem poſteriorem explicari per antecedentem, vt patet

Digitized by Google

ex dictis de legibus.

11 Quartò difficultas eſt an mãdãs homicidiũ, vel mutilationẽ in Eccleſia careat Eccleſiæ immunitate.

Reſpondendum mihi videtur nõ carere; ſiue exiſtens in Eccleſia mandet committi homicidium extra Eccleſiam, vt docuit Decianus num. 7. Ambroſin. cap. 5. num. 9. & alij contra Suarez num. 7. & alios; ſiue exiſtens extra Eccleſiam mandet homicidium, vel mutilationẽ fieri in Eccleſia. Ratio eſt quia hic propriè loquendo non dicitur occidere, vel mutilare, ſed mandare homicidium, vel mutilationem; ſicut autem cenſura lata contra facientes aliquid non ligat mandantes, vel conſulentes, niſi in ſententia cenſuræ exprimantur: ita pęna priuationis immunitatis lata contra homicidas, vel mutilatores membrorum non afficit mandantes, vel conſulentes. Contrarium ſuſtinet Suarez loco cit. Syluester, & alij loquentes de mandante.

Obijcies qui per alium facit per ſeipſum facere cenſetur Reg. 72. de regulis iuris in ſexto, ſed occidens, vel mutilans incurrit hãc pęnam, ergo etiã incurrit mandans homicidiũ, vel mutilationẽ; neq; hæc videtẽ extẽſio legis pęnalis, ſed interpretatio iuxta legis diſpoſitionem.

Reſpondeo facientem aliquid per alium cenſeri per ſeipſum facere non realiter, ſed fictione iuris; pœna autem priuationis immunitatis impoſita eſt ob mutilationẽ realem, ſeu realem occiſionem, nõ verò ob eam, quæ fictione iuris talis reputatur; Summus enim Pontifex loquitur de homicidijs, & mutilationibus, & tollit facultatem interpretandi, & extendendi ad alios caſus.

12 Quintò difficultas eſt, vtrũ cõmittẽtes alia delicta in Eccleſia pter homicidia, vel mutilationes incurrãt priuationem immunitatis.

Nauarrus c. 25. n. 20. Couar. loco cit. n. 15. Suarez c. 11. n. 6. Decianus n. 7. Panormit. c. vlt. de immunitate n. 9. & alij cõmuniter, qui ſua ſcripta ante cõſtitutionẽ Gregorij XIV. typis ediderunt, exiſtimarunt incurrere. Ratio eſt tùm quia indigni ſunt, qui defendãtur ab Eccleſia. Tùm quia iura mentionem homicidij, vel mutilationis facere videntur ſolum gratia exempli. Tùm quia in eo quis puniri debet, in quo deliquit cap. finali de immunitate; ſed iſti deliquerunt in Eccleſia, vt ſupponitur, ergo puniri debent in Eccleſia, ita vt priuentur immunitate eccleſiaſtica, & in Eccleſia capi poſſint à laica poteſtate.

Sed mihi dicendum eſt non incurrere. Ratio eſt quia priuatio immunitatis non eſt trahenda ad caſus in bulla non expreſſos, vt ſuperius diximus, & optime tradit Farinacius in deciſionibus conſil. 76. nu. 7. & 9.

13 Sextò difficultas eſt, an delinquens propè Eccleſiam ſpe confugiendi ad Eccleſiam gaudeat immunitate.

Reſpõdeo gaudere, etiãſi poſtea patrato delicto ſtatim ſe cum armis in Eccleſiam recipiat. Ratio eſt tum quia, qui tempore Iubilæi ſpe abſolutionis virtute Iubilæi obtinendæ patrat delicta reſeruata, vel adnexam excommunicationẽ habentia poteſt abſolui, quandiu priuilegium abſoluendi perſeuerat, ergo, &c. Tùm quia, qui propè Eccleſiã ſine ſpe immunitatis patrat

delicta

Digitized by Google

delicta gaudet immunitate, ſi ad Eccleſiam confugiat; ergo eadem gaudere poteſt, etiamſi patret delicta ſpe immunitatis, cum Summus Pontifex reſpexerit ad delicti qualitatem, & ad iniuriam Eccleſiæ, nō vero ad ſpem. Tùm quia, in eo loco quis puniri debet, in quo deliquit; ſed hic non deliquit in Eccleſia, ſed extra, ergo puniri debet extra; ergo non debet priuari immunitate Eccleſiæ. Tùm quia non eſt facienda extenſio ad caſus in bulla non expreſſos; in bulla autē exprimuntur ſolum patrantes homicidia, vel mutilationes mēbrorum in Eccleſijs, vel earum Cœmeterijs. Ita Suarez loco cit. cap. 11. num. 9. Decianus lib. 6. cap. 28. n. 5. & alij contra Couarr. lib. 2. variar. cap. 20. num. 15. Menochium lib. 5. præſumpt. 10. & alios apud Ambroſinum cap. 5. nu. 4. & apud Farinacium de carcer. quæſt. 28. num. 56. in deciſ. crimin. conſil. 76. in quarta dubitatione.

14 Septimò ex propoſitione ſuperius allata colligitur, proditores deſtitutos eſſe priuilegio immunitatis, quia in cōſtitutione Gregorij citata excipiūtur ibi, *aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint*. Ille dicitur proditor, ſeu proditoriè aliquem occidere, qui amicitiam ſimulabat cum eo, quem occidit, ſeu qui doloſè aliquem ſeducit, vt occidat, ſeu qui hominem interfecit nihil tale præuidentem. Ex quo fit, vt ille dicatur proditor, qui alterum, cui ſe tanquam ſocium, & amicum in via adiunxerat nulla rixæ cauſa interueniente, occidit; qui verò occidit inimicum, non dicitur proditor in rigore loquēdo, quamuis illum occidat à tergo, aut dormientem, aut per inſidias & fineſtra ſclopo petat ad necem: Nam hic necem præuidere poterat, & præcauere. Ita Farinacius conſilio 76. num. 7. Antonius Gomez variarum reſolutionum. §. de homicidio cap. 3. nu. 5. Ambroſinus cap. 6. nu. 3. & ſequentibus Suarez loc. cit. cap. 11. nu. 12. & alij communiter teſte Farinacio loco citato num. 7. verſiculo ad tertiam dubitationem.

15 Sed modo dubium eſt primò, vtrum doloſè, ſeu proditoriè occidens infidelem nihil tale præuidētem priuetur immunitate.

Reſponderi poteſt negatiuè. Ratio eſt tùm quia vt quis priuetur immunitate per crimen aſſaſsinij, ꝓbabile eſt requiri, vt occiſus baptiſmi Sacramentum ſuſceperit; ergo etiam, vt quis per homicidium proditoriè factum priuetur immunitate, requiritur, vt occiderit hominem ſacro baptiſmatis lauacro initiatum. Tùm quia infidelis, non videtur noſter proximus, cum nobiſcum non communicet in fide, in Sacramentis, & in Eccleſia; priuatio autem immunitatis imponitur occidenti ſuum proximum, vt patet ex verbis conſtitutionis Gregorij XIV. Ita Ambroſinus cap. 7. nu. 12.

16 Secundo dubium eſt, vtrum attentās aliquem proditoriè occidere priuetur immunitate ob ſolam proditoriā vulnerationem effectu homicidij non ſecuto.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia lex præſertim in materia pœnali, & odioſa explicanda eſt iuxta propriam verborum ſignificationem: verba autem conſtitutionis Gregorij XIV. iuxta propriam ſignificationem non important ſolā vulne-

Digitized by Google

vulnerationem, ſed mortem; cum in ea dicatur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderit. Ita Rebuffus de immunitate art. 1. quæſ. 5. quem citat, & ſequitur Suarez loco cit. cap. 11. nu. 14. contra Ioannem Igneũ in Lege 1. §. ſi dominus ff. Ad Syllanianum nu. 7. & 20.

17 Octauò ex propoſitione ſuperius allata colligitur reos aſſaſsinij Eccleſiaſtica immunitate priuatos eſſe. Ratio eſt quia in conſtitutione Gregorij XIV. excipiũtur. Vt hoc intelligatur.

18 Aduertendum eſt nomen aſſaſsini tripliciter accipi; Primò pro quodam infidelium Saracenorum genere, qui hoc proprio, & cõmuni vocabulo vocabantur, & quorum opera nonnulli Chriſtiani vtebantur ad alios Chriſtianos proditoriè occidendos; & de his aſſaſsinis non eſt nobis ſermo in pręſenti materia. Tùm quia ſunt infideles, quos iuxta noſtram ſententiam priuilegio immunitatis non gaudere ſuperius cum diſtinctione oſtẽdimus. Tùm quia huiuſmodi hominum genus non amplius reperitur. Ita Suarez cap. 11. num. 15. Secundò pro illis, qui homines in vijs publicis obſident, & deprędãtur, & hos immunitate Eccleſiaſtica priuari patet ex ſupra dictis. Tertiò pro illis, qui pecunia, aut alio pretio accepto, vel promiſſo conducti præuio mãdato occidunt homines incautos, ſeu nihil tale ab eis præcogitantes. Ita Probus, Ancaranus, & Immola in cap. 1. de homicidio in 6. Suarez loco cit. cap. 11. num. 15. Menochius de arbitrarijs lib. 2. cẽturia 4. caſu 360 num. 42. Iulius Clarus. §. Aſſaſsinum in principio, Ambroſinus cap. 7. nu. 3. Decianus lib. 6. cap. 28. nu. 18. Maſcardus tom. 1. concluſ. 138. num. 1. Couarr. 2. var. cap. 20. num. 9. & alij. Hæc enim eſt vulgaris intelligentia, & interpretatio huius vocis aſſaſsini: Vulgi autem interpretatio maximè attendenda eſt, vt patet ex dictis de legibus, & ita præter DD. ibi citatos tradit Ambroſinus capit. 7. num. 3. cum Capicio deciſion. 155. num. 12.

Ex quo patet, illum non dici aſſaſsinum, qui ſine pretio, aut ſine præuia pretij promiſsione aliquem occidit, vt alteri rem gratã faciat; hic enim non dicitur aliquem incautum occidere accepto, vel promiſſo pretio. Ita Maſchardus de probationibus tom. 1. concluſ. 138. num. 2. Antonius Gabriel com. op. tit. de maleſ. concluſ. 1. num. 34. & alij, quos citat, & ſequitur Menochius loco citat. & Alexander Ambroſinus cap. 7. num. 8. Item is non cenſetur aſſaſsinus, qui alterum occidit præuijs ſolum verbis vrbanitatis, ſeu præuia ſolum promiſsione vaga, & iactatoria, vt ſi mãdans homicidiũ dicat mandatario, ſe nunquam defuturum in ipſius neceſsitatibus. Ita Burſatus lib. 1. conſil. 20. nume. 4. & Vulpel. conſil. 143. apud Ambroſinum loco citato n. 9. Item nõ dicitur aſſaſsinus, qui nullo accepto, vel promiſſo pretio alterum necat ſpe alicuius pręmij à mandatore obtinendi. Ita Baldus, & alij apud Ambroſinum num. 9. cõtra Ioannem Andream cap. penult. de Clerico non reſidente, & alios. Item miles non venit nomine aſſaſsini. Tùm quia non accipit mandatum ad occidẽdum aduerſarium cum quo bellum geritur. Tùm quia non dicitur occidere incautum

Digitized by Google

cautum occidendo aduerſarios. Ita Alciatus apud Ambroſinũ n. 7. Item qui aduerſarium cum quo inimicitias gerebat, occidit ſocijs pecunia conductis, non videtur appellandus aſſaſsinus; quia non occidit incautum. Ita Ambroſinus num. 10. & alij. Item qui aliquem occidit ſpe ſuccedendi in bona occiſi non dicitur aſſaſsinus, quia occidit abſque præuia pecunia, vel promiſsione, vel abſque alterius mandato. Ita Ambroſin. num. 10. & alij. Item qui pecuniam accipit pro expenſis in itinere faciendis nõ videtur appellandus aſſaſsinus, quia non dicitur accipere pretium pro homicidio. Ita Vulpellus apud Ambroſinum num. 9. Hinc ergo patet quis appelletur aſſaſsinus quem iura Eccleſiaſtica immunitate priuant.

Addo non ſolum eos, qui pecunia cõducti occidunt incautos priuari immunitate, verum etiam eos, qui tradita pecunia mandant aliquem per aſſaſsinos occidi. Ratio eſt quia iſti dicuntur rei aſſaſsinij, in conſtitutione autem Gregoriana rei aſſaſsinij priuantur immunitate. Ita Ambroſinus cap. 7. nu. 5.

19 Sed modò dubium eſt primo vtrum aſſaſsinium committatur tã occidẽdo infidelem, quam Chriſtianum.

Reſpondendum mihi videtur, ſi rei natura ſpectetur, aſſaſsinium committi poſſe nõ ſolum occidendo Chriſtianum; verum etiam occidendo infidelem. Ratio eſt quia de ratione aſſaſsinij eſt, vt homicida incautũ occidat accepto pretio, vel præuia pretij promiſsione; poteſt autem aliquis occidere infidelem accepto pretio, vel præuia pretij promiſsione.

Dixi ſi natura rei ſpectetur, nam ſi Doctorum opinionem attendamus, dicendum erit, ad aſſaſsinium requiri, vt occidatur Chriſtianus. Ita Iulius Clarus. §. aſſaſsinium in principio, Baiardus in addition. ad Iulium Clarum, §. aſſaſsinium, n. 13. Maſcar. tom. 1. concluſ. 138. num. 13. Boſsius, Corneus, Viccius, & alij apud Maſcardum loco cit. & apud Ambroſinum, qui teſtãtur de communi, & de recepta conſuetudine, quam ego in hac re inſpiciendam puto, & iuxta illam iudicium ferendum eſſe.

Sed data opinione aſſerente ad aſſaſsinium requiri, vt occidatur Chriſtianus, dubium emergit; an in dubio pręſumendũ ſit occiſum fuiſſe Chriſtianum, vel infidelem nondum baptizatum.

Reſpondeo præſumi Chriſtianũ, ſi in terris Chriſtianorũ fuerit occiſus. Ratio eſt quia fortiſsima præſumptio deſumitur ex communiter accidẽtibus lege Certi, §. Quoniã, ff. ſi certum petatur. Rarò autem accidit, vt infideles in terris Chriſtianorum degant, exceptis illis regionibus, in quibus Iudæi permittuntur. Ita Iulius Clarus loco cit. contra Ioannem Andream, Alexandrum, Iaſonem, Antonium Gabrielem, & alios, quos citat, & ſequi videtur Ambroſinus cap. 7. num. 13. & Maſcardus loco cit. num. 13.

20 Secundò dubium eſt vtrum aſſaſsinium committatur non ſolum ex mandato ad occidendum, verùm etiam ex mandato ad vulnerandum accedente pretio, vel promiſsione pretij.

Reſpondeo aſſaſsinium propriè committi ſolum dum mandatũ datur

tur ad occidēdum cap. Pro humani de homicidio in 6. Ita Antonius Gabriel opinionum communium concluſ. 1. de delictis nu. 30. Decianus lib. 9. cap. 30. nu. 41. & alij apud Maſcardum loco citato nu. 2.

Ex quo patet priuationē immumunitatis non incurri ob mandatū ad vulnerandum. Ita Ambroſinus nu. 11. & alij, quos in ſimili refert Maſcardus loco citato nu. 4.

21 Nonò ex propoſitione ſuperius allata colligitur, reos hęreſis priuari immunitate Eccleſiaſtica, vt patet ex conſtitutione Gregorij ſepius citata: cenſeo autem reos hæreſis dici non ſolum eos, qui cum pertinacia ſentiunt contra fidem, verùm etiam eos, qui auxilium, aut refugium præbent hæreticis iuxta dicta de cenſuris diſp. 2. quæſt. 5. puncto 3.

22 Decimò reos criminis lęſę maieſtatis in perſonam Principis non gaudere priuilegio immunitatis, vt patet ex conſtitutione Gregorij Decimi quarti.

Obſerua tamen primò hanc pęnam non incurri ob quodlibet crimen læſæ maieſtatis, ſed ob crimen quo ipſamet perſona principis offenditur ideo occidens Fiſcalē Regis, aut Conſiliarium Principis non afficitur hac pęna; quāuis enim hic dicatur reus criminis lęſę maieſtatis, non tamen eſt reus criminis in perſonam ipſiuſmet Principis.

Secundò ad incurrendū hoc crimen lęſę maieſtatis requiri, vt Princeps lædatur à ſuo ſubdito Clemēt. paſtoralis de re iudicata: ideo ſi extraneus Principem occidat non videtur reus iſtius criminis. Ita Clarus. §. Læſæ maieſtatis nu. 6. & alij apud Ambroſinum cap. 9. vbi teſtātur de communi.

23 Circa præcedentes illationes ſuboritur difficultas, vtrum delinquens, qui propter aliqua delicta priuatus eſt iure immunitatis poſsit in Eccleſia capi non ſolum propter illa delicta; verum etiā propter ea, quibus non eſt adiuncta priuatio immunitatis; exempli gratia, vtrū qui delictum homicidij, vel mutilationis commiſit in Eccleſia, aut qui conſpirauit in perſonam Principis capi poſsit in Eccleſia non ſolum pro homicidio, vel mutilatione, vel conſpiratione, verùm etiā pro furto, vel ſacrilegio, vel pro alio delicto, cui non eſt impoſita priuatio immunitatis Eccleſiaſticæ.

Ommiſsis aliorum ſententijs mihi reſpondēdum videtur negatiuè, niſi iudex intendat illum capere ob delicta priuationem immunitatis inducentia. Ratio eſt quia Gregorius XIV. in ſua conſtitutione omninò vetuit extrahi delinquentes exceptis caſibus in ea conſtitutione expreſsis ſublata facultate aliter interpretandi. Tum quia reliqua crimina non efficiunt delinquentem indignum immunitate; ergo propter illa nō poterit extrahi à loco ſacro, & in carcerē detrudi. Ita ſentire vidētur Syluester, & Suarez, quos in ſimili ſupra retuli de hæretico Farinacius de carceribus quęſt. 28. nu. 67. in ſimili loquens de blaſphemo contra Iulium Clarum in practica. §. finali quæſt. 30. verſiculo Sed quid, Ambroſinum cap. 5. nu. 10. Decianum lib. 6. cap. 28. nu. 10. & alios, quorum ſententiam ſatis rationabilem appellat Farinacius de carceribus, & carcerat. quæſt. 28. nu. 60.

§. V.

§. V.

De effectibus Immunitatis.

1 *Immunitas multos parit effectus Primus eſt vt Reus capi nequeat in Eccleſia. Secundus vt non impediatur, ne is habeat alimenta, & alia ad vitam humanam neceſſaria. Tertius eſt vt exiſtenti in Eccleſia nulla vis, aut iniuria inferatur. Quartus vt quamdiù in Eccleſia exiſtit non poſſit damnari ad mortem, vel aliã corporalem pœnam. Quintus vt per vim ab Eccleſia extractus, eidem reſtituatur.*

2 *Actus facti à laico Iudice erga delinquentem per vim extractum ab Eccleſia, irriti ſunt.*

3 *Satisfit iniuria, ſi extractus violenter reſtituatur eidem, vel alteri Eccleſia, in qua æquè tutus, ac liber eſſe poſſit, vel certè Satisfiet reſtituendo extractum Epiſcopo.*

VNICA PROPOSITIO.

1 MVltos effectus parit immunitas, quos in ſequentibus explicabo.

Primus effect⁹ eſt, vt capi nequeat in Eccleſia, vt patet ex iurib⁹ ſuperius cit. immo iudici ſeculari volẽti reum à loco ſacro extrahere poteſt Eccleſia medijs licitis reſiſtere, vt deterrẽdo cẽſuris, vel claudẽdo ianuas: nam licitum eſt medijs licitis, & honeſtis vim vi repellere, & Eccleſiaſticam immunitatẽ defendere; per ſe tamen loquendo licitũ non videtur clericis arma capere ad impediendum iudicem, ne reum extrahat. Ratio eſt tùm quia inde poſſent grauiora ſcandala ſuboriri, quæ non videntur permittenda ob vnius Eccleſiæ violationem. Tùm quia Clericis maioribus Ordinibus inſignitis, aut beneficium Eccleſiaſticum habentibus non eſt licitum ſine Summi Pontificis diſpẽſatione arma capere, vt docui de contractibus diſp. 2. quæſt. vlt. puncto vlt. §. 4. paſtores tamẽ Eccleſiæ poſſunt aliquando laicorum auxilium implorare, vel etiam vti opera Clericorum ſacris ordinibus nondũ initiatorum ad tuendam Eccleſiam, ſi grauis neceſsitas id eis perſuadeat, nec inde magna ſcandala impendeant, licitum enim eſt vim vi repellere, & auxiliũ petere ad vim repellendã ſeruato moderamine, & regulis prudentiæ. Ita Couarruuias loco cit. cap. 20. n. 18. & Suarez cap. 13. num. 5.

Secundus effectus eſt, vt non apponatur impedimentum, quo exiſtenti in loco ſacro non deferantur alimenta, veſtitus, aut alia, quæ ad vitã neceſſaria ſunt. Lege Præſenti C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, vbi habetur nullum in Eccleſijs ita detineri, aut conſtringi poſſe, vt ei aliquid victualium rerum, aut veſtis negetur, aut requies. Ita Couar. loco cit. nu. 16. Suarez cap. 13. nu. 2. & 4. Farinacius de carceribus, & carceratis cap. 28. nu. 9. Ambroſinus cap. 11. nu. 7. Clarus loco citato quæſt. 30. n. 21. Decianus cap. 27. nu. 6. Panormitanus cap. Inter alia. Ratio eſt tùm quia ſi delinquẽs in Eccleſia exiſtens poſſet hoc modo impediri, vel obſideri, poſſet ẽt extrahi. Tum quia delinquens cogeretur ſeipſum ſeculari poteſtati tradere, aut morti ſuccumbere, cõſequenter vanum, & inutile redderetur immunitatis priuilegium.

Ex quo aliqui inferunt delinquẽtem

Digitized by Google

tem impediri non poſſe, quin Eccleſia exeat ad corpus exonerandum, modo ſtatim reuertatur.

Addit tamen Ambroſinus cum Deciano, & Farinacio delinquentẽ in Eccleſia exiſtentem à laica poteſtate cuſtodiri poſſe ad eum finẽ, vt Eccleſiaſticæ poteſtati tradatur, donec ab Epiſcopo declaretur, an Eccleſiaſtica immunitate gaudere debeat.

Sed hoc ego nõ admiſerim pręſertim attenta Sũmi Pontificis Gregorij conſtitutione, in qua decernitur, ne aliquis è loco ſacro extrahatur ſine expreſſa Epiſcopi, vel eius officialis licentia cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis.

Negandum tamen non videtur, quin liceat iudici ſeculari extra locum ſacrum obſidere delinquentẽ in Eccleſia exiſtentem, vt illum capiat, dum ſe receperit extra locum ſacrum. Ratio eſt quia non violatur immunitas loci ſacri, cum iudex nõ obſeruet locum ſacrum; ſed profanum, vt reum, ſi in profanum locum ſe trãſtulerit, capiat, in quo ius capiendi habet cum locus profanus immunitate deſtitutus ſit. Ita Couarr. & Suarez locis cit.

Tertius effectus eſt vt exiſtenti in loco ſacro nulla uis, aut damnum inferatur. vt colligitur ex cap. Definiuit 17. quæſt. 4. & ex Concilio Toletano 12. cap. 19. vbi cauetur, vt nullus audeat confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni inferre, aut impedire, vt extra Eccleſiam per triginta paſſus ſecurè exire nõ poſsit. Ex quo patet exiſtentem in loco ſacro non poſſe ligari, aut bonis, quæ iuſtè poſsidet, priuari. Ita Suarez, & Couarruuias locis citatis.

Quartus effectus eſt, vt dum reus in Eccleſia exiſtit dãnari nequeat ad mortem, vel ad pęnam ſaltem ad corporalem cap. Inter alia de immunitate Eccleſiæ, vbi dicitur, nequè damnari debet ad mortem, vel pęnam, quem locum Gloſſa intelligit de omni pęnarum genere, & opinio Gloſſæ cõtra Panormit. cap. Inter alia, & contra Suarez cap. 12. nu. 5. confirmatur ex cap. Id conſtituimus 17. quæſt. 4. vbi habetur de morte, debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri.

Ex quo patet, reum dum in Eccleſia exiſtit, non poſſe damnari ad exiliũ, vel ad triremes, vel ad perpetuam ſeruitutem: nam iſtæ computantur inter pœnas corporales; reus autem dum in Eccleſia exiſtit non poteſt à laica poteſtate ad pęnam ſaltem ad corporalem damnari.

Quintus effectus eſt, vt delinquẽs per vim extractus ab Eccleſia reſtituatur Eccleſiæ. Ratio eſt tùm quia iudex tenetur iniuriam Eccleſiæ illatam reſarcire, eam autem non reſarcit, niſi iniquè extractũ reſtituat. Tum quia ſequeretur iudicẽ ex ſua iniquitate commodum reportare, ſi delinquentem per vim ab Eccleſia extractum retinere poſſet. Tum quia ſic habetur c. Sicut antiquitus 17. quæſt. 4. & cap. Miror eadem q. vbi habetur extrahentem compellendum eſſe per excommunicationem ad reſtitutionem. Tum quia actus quo delinquens à ſeculari iudice per vim extrahitur à loco ſacro iuridicè nullus eſt cum factus ſit ab eo, qui non habet iuriſdictionẽ extrahendi, & delinquenti competat

tat ius, ne à loco ſacro inuitus extrahatur. Ita Sylueſter ver. Immunitas 3.quęſt.7.Panormit.cap.Inter alia de immunitate,Angelus verbo Immunitas n.20. verſic. Vtrum violenter. Suarez tomo 1. de religione tractatu 2.lib.3. cap.13. nu.6. à quibus citatur Bartolus in Lege pręſenti C. de his, qui ad Eccleſiam, & Oldradus conſilio 53. & expreſsè colligitur ex verbis conſtitutionis Gregorij XIV. ibi, *nec non irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcunquè quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari*.

2 Ex quo ſequitur, actus factos à laico iudice erga delinquētem per vim extractum à loco ſacro irritos eſſe, vtpote factos ſine iuriſdictione. Ita Suarez cōtra nōnullos alios, quos innuit Valētia, & Suarez locis ſtatim cit.Ratio noſtra eſt quia iſti actus fundātur in captura, & retentione rei; cum autem hæc iuridicè nulla ſint,ſequitur etiam actus iudicis laici factos in delinquentē per vim extractum iuridicè nullos eſſe, quia non ſubſiſtente fundamēto, nequè ſubſiſtit id, quod in eo fundatur; Ideo nō poteſt iudex huiuſmodi delinquētem torquere, vel punire,immo nequè poteſt iuridicè interrogare,conſequenter reus non tenetur interroganti reſpondere. Ratio eſt tum quia iudex non habet iuriſdictionem in reum eo modo captum,& reo competit, actio, & ius eximēdi ſe ab ipſius poteſtate,& curandi, vt in loco immuni liber conſtituatur. Tùm quia ſicut reus dum in Eccleſia exiſtit, nō tenetur Iudici ſeculari interroganti reſpōdere, cum ſit extra ipſius territorium, & extra territorium ius dicenti, impunè non pareatur Lege vltima,ff.de iuriſdictione omniū Iudicum,& cap.2.de conſtitutione in 6.; ergo nequè tenetur reſpondere poſtquam per vim extractus fuerit,cum idem ius poſt extractionem retinere videatur, quod illi cōpetebat ante extractionem. Ita Suarez loco cit.num.14. contra nōnullos alios,quos tacitè refert Valentia loco ſtatim citando.

3 Sed modo dubium eſt, cui facienda ſit reſtitutio violenter extracti ab Eccleſia.

Reſpondet Praxis Neapolitana cap.17.num.8. faciendam eſſe eidē Eccleſiæ,vel Epiſcopo.

Ego verò arbitror primò ſufficere, vt extractus reſtituatur eidem, vel alteri Eccleſiæ, in qua ęquè tutus, & liber eſſe poſsit. Ratio eſt tū quia qui homicidij, aut mutilationis delictum in vna Eccleſia patrauit,poteſt in alia per laicæ poteſtatis miniſtros capi, & in vincula detrudi; ergo etiā captus in vna Eccleſia poteſt alteri reſtitui, in qua ęquè tutus,& liber eſſe valeat. Tū quia abſtractus nullum damnū patitur,ſed ęquale commodum ſentit quauis in Eccleſia conſtituatur, vt ſuppono, nec Eccleſia, ex qua fuit abſtractus vllum detrimentū ſubit facta alteri Eccleſiæ reſtitutione; Ergo nulli fit iniuria quauis in Eccleſia conſtituatur; ergo poteſt alteri Eccleſiæ reſtitui. Tùm quia immunitas Eccleſiæ non magis reſpicit hanc, quàm alteram Eccleſiam, cum omnibus Eccleſijs in vniuerſum conceſſa ſit.

Secundò arbitror probabiliter ſuſtineri poſſe, violantem immunitatem per extractionem hominis à loco ſacro ſatisfacere reſtituendo extrac-

extractum Epiſcopo. Ratio eſt tùm quia offenſa facta Epiſcopo dicitur facta Eccleſiæ Clementina prima de foro competenti; ergo etiam ſatisfactio, & reſtitutio facta Epiſcopo dici poteſt facta Eccleſiæ. Tùm quia pęna pecuniaria impoſita violantibus immunitatem per extractionem ſoluenda eſt Epiſcopo cap. Si quis contumax 17. quæſt. 4. & cap. Quamquam de cenſibus in 6. ergo eidẽ fieri poteſt reſtitutio extracti. Tùm quia Epiſcopus repræſentat Eccleſiam. cap. Scire debes 7. quæſt. 1. eique cura incumbit ſeruandæ immunitatis Eccleſiaſticæ: ergo Eccleſia non violatur, ſi violẽter extractus Epiſcopo reſtituatur. Ita Praxis Neapolitana loc. cit.

Hoc tamen limitandum eſt modò hac reſtitutione facta abſtractus ſit æque tutus, ac ſi reſtitutio facta fuiſſet Eccleſiæ; cum enim immunitas cõceſſa ſit locis religioſis, vt ad ipſa confugientes tuti ſint, cumquè extractus per vim paſſus ſit iniuriam, & habeat ius petendi, vt ſuæ libertati reſtituatur, par eſt, vt in loco ęquè tuto conſtituatur.

§. VI.

De culpa, & pœnis extrahentium delinquentes è loco Sacro.

1 *Extrahens delinquentem è loco ſacro grauiter peccat peccato Sacrilegij, & Iniuſtitię.*

2 *Extrahens per vim delinquentem è loco ſacro, tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum, quæ indè paſſus eſt delinquens.*

3 *An per conſuetudinem tolli poſſit priuilegium immunitatis.*

4 *Conſtitutio Gregorij XIV. an obliget vbi non eſt recepta.*

5 *Violator Eccleſiaſticæ immunitatis quas pœnas incurrat.*

6 *Excommunicationem incurrunt mandantes extrahi reum à loco ſacro.*

7 *Hac excommunicatione non afficitur Iudex, qui reum nec extraxit, nec mandauit extrahi, ſed illum Eccleſiæ reſtituere non vult.*

8 *Nullus confeſſarius poteſt ab hac excommunicatione abſoluere, niſi expreſſam facultatem ad hoc habeat.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Extrahens delinquentem è loco ſacro grauiter peccat.

Primò peccat peccato ſacrilegij. Ratio eſt tũ quia, grauẽ iniuriã facit loco ſacro in cuius reuerentiam conceſſum eſt immunitatis priuilegium: faciens autem grauem iniuriam rei ſacræ reus eſt mortalis ſacrilegij; cum ſacrilegiũ ex ſuo genere ſit peccatum mortale. Tùm quia ſtrictiſsimè prohibetur extractio à loco ſacro adiectis grauiſsimis pęnis, ſtricta autem prohibitio, & grauis pœnæ impoſitio indicat obligationem ſub mortali, vt patet ex regulis generalibus traditis de legibus. Ita D. Tho. 2. 2. quęſt. 92. art. 2. ad 3. Suarez tom. 1. de relig. trac. 2. lib. 3. cap. 13. nu. 4. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 15. puncto 1. & 2. & alij communiter.

Secundò grauiter peccat peccato iniuſtitiæ. Ratio eſt tùm quia, delinquens dum in loco ſacro exiſtit poteſt iudici per vim extrahentĩ reſiſtere, ne extrahatur; ergo ſignũ eſt extrahẽtem non habere ius extrahendi, ſed facere iniuriam delinquẽti habenti ius reſiſtẽdi, alio-

quin daretur bellum ex vtraq; parte formaliter iuſtum. Tùm quia laicus iudex nō ſolum peccat peccato ſacrilegij, verum etiam peccato iniuſtitiæ capiēdo Clericum; cum in ipſum iuriſdictionem non habeat ratione priuilegij, quo Eccleſiaſtici à laica poteſtate exemti ſunt; ergo etiam peccat peccato non ſolum ſacrilegij, verum etiā iniuſtitiæ capiendo Clericum in loco exempto; cùm in ipſum iuriſdictionem nō habeat ob priuilegium immunitatis, quod licet immediatè conceſſum ſit loco ſacro, tamen redundat in homines ad ipſum cōfugientes, & cenſetur conceſſum loco, vt tuti ſint in eo exiſtentes. Ita Suarez loco cit. num. 9. & ſequentibus, Valentia loco cit. puncto primo quæſito 2. verſiculo Nihilominus contraria ſententia, vbi refert Turrecrematam, & Victoriam contra nōnullos alios, quorum ſententia non videtur improbabilis, cum eam ſuſtinuiſſe videatur S. Tho. loco ſtatim citando.

2 Hinc ſequitur eum, qui per vim extraxit delinquentem à loco ſacro, teneri ad reſtitutionem omniū damnorum, quę inde paſſus eſt delinquens. Ratio eſt quia ex peccato contra ius alterius conſurgit obligatio reſtituendi. Ita Ambroſinus cap. 15. num. 7. Valentia, Suarez, & alij locis citatis contra Decianum lib. 6. cap. 28. nu. 6. & alios apud Ambroſinum loco cit. num. 8.

Obijcies primò ex S. Thoma 2. 2. quæſt. 99. art. 2. ad 3. extrahens à loco ſacro committit ſolum deformitatem ſacrilegij, quia rem ſacrā violat; ſed committens ſolum ſacrilegium non tenetur ad reſtitutionem; cum obligatio reſtituendi cōſurgat ex violatione iuſtitiæ cōmutatiuæ: ergo extrahens delinquentem è loco ſacro non tenetur ad reſtitutionem.

Reſponderi poteſt primò, S. Thomam contrariæ opinionis fuiſſe. Secundò extrahentem committere principaliter ſacrilegium, quatenus facit contra reuerentiam locis ſacris debitam ob immunitatem; conſecutiuè verò facere cōtra iuſtitiam, quatenus conceſſa immunitate cōperit ius hominibus ad loca ſacra confugientibus, ne per vim ab ipſis extrahi poſsint.

Obijcies ſecūdò talis reſtitutio non videtur vſu recepta, & durum videtur obligari iudices ad hanc reſtitutionem.

Reſpondeo vſu recipiēdam eſſe, ſi non eſt recepta, & obligationem reſtituendi imponendam eſſe iudicibus non obſtante cōtraria cōſuetudine; nam huiuſmodi conſuetudo eſt contra ius naturale, quamdiu perſeuerat priuilegium immunitatis locis ſacris conceſſum; non poteſt autem conſuetudo induci cōtra ius naturale. Ita Suarez n. 15. & Valentia loco citato, verſiculo ad primum argumentum.

3 Sed modo dubiū eſt vtrum per conſuetudinem tolli poſsit priuilegium immunitatis, ſeu an Iudices laici poſsint per conſuetudinem acquirere facultatem extrahendi delinquentes à locis ſacris.

Reſpondeo ſolutionē huius difficultatis ſufficienter colligi ex ſupra dictis de conſuetudine, & ex dictis de priuilegijs ſub finem.

Hic ſolum obiter aduertendum cenſeo cōſtitutionē Gregorij XIV. nondum potuiſſe cōtraria conſuetudine abrogari in ſententia eorū,

qui

Digitized by Google

qui ad abrogandam legem Eccleſiaſticam per conſuetudinem ſpatium quadraginta annorum requirunt; nondũ enim elapſi ſunt quadraginta anni, cum hæc conſtitutio edita fuerit anno 1591.

4 An verò iſta conſtitutio obliget, vbi non eſt recepta, patet ex regulis generalibus traditis de legibus; ſicut etiam ex ibidem dictis conſtat, an ad abrogandam conſuetudinem facienda ſit ipſius mentio in lege conſuetudini contraria. Vnde nonnulli DD. laicalis fori exiſtimantes conſuetudinem non abrogari per legem poſteriorem, niſi ipſius mentio fiat in lege poſteriori, arbitrantur, Iudices laicos in ijs locis, in quibus ante conſtitutionem Gregorij XIV. extabat cõſuetudo extrahendi laicos à loco ſacro, non ſeruata forma in hac conſtitutione præſcripta, poſſe etiam nunc extrahere, cum in hac conſtitutione non reuocetur conſuetudo contraria, ſed tantummodò priuilegia. Ita Clarus, & alij apud Farinacium de carceribus quæſt. 28. num. 71. folio mihi 22. & apud Ambroſinum loco ſtatim citando.

Verum contra horum Doctorum ſententiã obſtat primò, quod Summus Pontifex expreſsè nõ reuocat conſuetudinem, quia optimè nouerat nullam in terris Chriſtanorum extare conſuetudinem, qua liberè liceret a locis ſacris laicos abſtrahere, poſitis decretis iure ciuili, & canonico ſeuerè prohibẽtibus abſtractionem.

Secundò licet Summus Pontifex expreſsè non reuocet, tacitè tamen reuocat, quatenus modũ extrahendi è loco ſacro intendit ad vnicam formã reducere, & aliter definiendi, & iudicandi quamlibet facultatem auferre, & irritum reddere aliter factũ, vt patet ex verbis bullę ibi, *ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate in quauis cauſa et inſtantia iudicari debere, necnon irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

Tertiò, quia alleganti conſuetudinem incumbit onus probandi, conſuetudo enim eſt quid facti, vt bene docet Surdus lib. 3. cõſ. 354. num. 24. & Menochius tom. 1. conſilio 37. num. 92. leg. In bello. §. factæ de capt. & poſtlimin. reuerſ. & cum mutabilis ſit, variaſque conditiones requirat difficulter probari poteſt. Maſcardus volum. 1. concluſ. 423. num. 1. cum Bartolo, Burſato, Aretio, & alijs.

Quartò, quia huiuſmodi conſuetudo ſufficiẽter reprobata videtur in Tridentino ſeſſ. 25. c. 20. quatenus concilium innouat, & exactè ab omnibus præcipit obſeruari ſacros Canones, & omnia Concilia generalia; nec non Apoſtolicas ſanctiones in fauorem libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ ſancitas, & ab eo tempore, quo editum fuerat Cõcilium Tridentinum vſq; ad tempus, quo facta fuit conſtitutio Gregorij, nec dum elapſum erat tempus ſufficiens ad legitimã conſuetudinem introducẽdam ſaltem in ſententia eorum, qui ad præſcribendum contra ius Eccleſiæ requirũt tempus immemorabile, aut ſpatium quadraginta annorum cũ titulo. Videri poteſt Ambroſinus de immunitate cap. 14. vbi latè de hoc caſu differit, quamuis ipſius diſcurſus aliquas exceptiones patiatur

Digitized by Google

tur in enumerandis conditionibus ad conſuetudinem legitimè introducendam requiſitis.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 VIolator immunitatis Eccleſiaſticæ varias pęnas incurrit. Nam de iure ciuili incidit in crimen læſæ Maieſtatis. Lege 2. C. de his,qui ad Eccleſiam confugiũt, & iuxta leg. Præſenti,C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, puniendus eſſet pœna capitali, & vltimi ſupplicij; quamquam hæc pœna nõ videtur amplius in vſu,vt videri poteſt apud Decianum lib.6. cap. 28. num. 4. apud Clarum in practica.§. finali quæſt. 30. & apud Suarez cap. 13. num.6. De iure verò Canonico cap. Quiſquis, 17.q.4. contra reos ſacrilegij imponitur pœna triginta librarum examinati argenti puriſſimi, & in cap. Si quis contumax, 17.q.4. contra violantem immunitatem Eccleſiarum iniungitur pœna nonaginta ſolidorum,præter pęnitentiam publicã iudicio Epiſcopi iniungendam; & quamuis Clarus aſſerat hanc pœnam per conſuetudinem contrariam fuiſſe abrogatam. Nobis tamen contrariũ ſuſtinendum eſt propter decretum Tridentini ſeſſ.25.cap.20.de reformatione, & propter conſtitutionẽ Gregorij,in quibus Canones ad Eccleſiaſticam immunitatem pertinentes innouantur. Præter ſupra dictas pœnas ex iure Canonico recenſitas; impoſita eſt etiam pœna excommunicationis cap.Definiuit. c. Frater. c.Miror. c. Quiſquis. c. Si quis cõtumax 17.q.4. in quibus textibus non videtur impoſita excommunicatio ipſo facto, ſed comminatoriè, & ſub conditione; ſi violator immunitatis Eccleſiæ non ſatisfaciat,& reum reſtituat,vt notat Suarez loco cit. cap.13.num.7. Zerola in praxi verb. Immunitas, verſiculo 14. idemque ſentire videtur Sylueſter verbo Immunitas 3.quæſito 8. aſſerens extrahentem debere excommunicari.

Verùm in cõſtitutione Gregorij extat excommunicatio ipſo facto ijs verbis, *Qui contra noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pœnas,&c.*

6 Quæres primò, vtrum in hanc excommunicationẽ incurrãt mandantes extrahi reum à loco ſacro.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia Gregorius XIV. in ſua conſtitutione excõmunicat omnes attentantes aliquid præter, vel cõtra formam ipſius bullæ, ſed mandans extrahi reum è loco ſacro,non ſeruata conſtitutionis forma dicitur attentare aliquid præter, vel contra formam ipſius bullæ; ergo excommunicatur. Ita Praxis Neapolit. cap.17.num.7.

7 Quæres ſecundò vtrũ hac excommunicatione afficiatur Iudex, qui nec mandauit extrahi, nec extraxit; ſed extractũ Eccleſiæ reſtituere noluit, aut morti adiudicauit.

Reſpõdeo affici. Ratio eſt quia excommunicantur attentantes,ſeu facientes aliquid contra,vel pręter formam bullæ, hic autem attentat, ſeu facit aliquid contra formam bullæ,dum non reſtituit extractum, cum extractio iuridicè nulla ſit, & extractus reſtituendus ſit Eccleſiæ, vt gaudeat immunitate. Ita Praxis Neapolit. loco citato.

8 Quæres tertiò, vtrum quilibet

Con-

Digitized by Google

Confeſſarius poſsit ab iſta excommunicatione abſoluere.

Reſpondeo nullum Confeſſariũ poſſe abſolutionem virtute alicuius priuilegij conferre, niſi facultatem ad hunc effectum obtinuerit poſt decretum Clementis Octaui. Ratio eſt quia in decreto, quod incipit Sacra Congregatio, edito ſub Clemente VIII. anno 1601. & 1602. cautum eſt, ne vllus virtute priuilegiorum poſsit abſoluere ab excommunicatione contracta ob violationem immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis conſtitutionis fęlicis recordationis Gregorij XIV. quæ incipit Cum alias nonnulli.

Puto tamen Epiſcopum poſſe ab hac cenſura abſolutionem conferre facta reſtitutione, & ſatisfactione ab eo, qui in excommunicationem inciderat, modò eam exhibere poſsit iuxta regulas de cenſuris traditas. Ratio eſt quia nullibi reperitur hic caſus Summo Pontifici reſeruatus; ergo Epiſcopus, vel alius Confeſſarius ad hoc ab Epiſcopo deputatus poteſt abſoluere iuxta cap. Nuper de ſententia excõmunicationis. Ita Praxis Neapolit. num. 4 & 12.

Dices hunc caſum cenſeri Summo Pontifici reſeruatum, primò in pręcitato decreto Clementis VIII.

Secundò cenſeri reſeruatum in bulla Cœnæ Domini in qua reſeruatur abſolutio excommunicationis latæ contra violantes libertatẽ Eccleſiaſticam.

Ad primum reſpondeo in pręcit. decreto non adimi facultatem Ordinariorũ, qualis eſt facultas Epiſcoporum; immo in illo decreto reſeruatur, & corroboratur poteſtas ordinariorum, quod ex ſe facile licet conijcere, primo quia Summus Pontifex non vult quemquam virtute priuilegij Apoſtolici poſſe à caſibus ab Ordinarijs locorum reſeruatis abſoluere. Secundò, quia in illo decreto adimitur alijs Confeſſarijs facultas abſoluendi ab excommunicatione cõtracta ob violentam manuũ inectionem in Clericos, & tamen Epiſcopos habere facultatem abſoluendi ab excommunicatione ob leuem percuſsionẽ peſpicuum eſt. Ita Praxis Neapol. loco citato.

Ad ſecundũ reſpondeo negando hunc caſum reſeruari in bulla Cœnæ, cum in ea ſolum excommunicari videantur ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam; nõ vero omnes facientes contra Eccleſiaſticam libertatẽ, & immunitatẽ.

Ex quo patet à fortiori Epiſcopum, aliumq; Confeſſarium ab eo ſpecialiter deputatum, poſſe ab hac excõmunicatione abſoluere, quando delictum eſt occultũ iuxta decretum Tridentini ſeſſ. 24. cap. 6. vt in ſimili docui de cenſuris cum multis DD. ibi citatis.

§. VII.

Vtrum delinquens, qui ſe in Eccleſiam, aliumuè locum immunem recepit, tradendus ſit curiæ ſeculari.

1 *Prælati locorum gaudentium immunitate tenẽtur delinquentes cõſignare Curiæ ſeculari eos requirenti, ſi ob eorum delicta immunitatis priuilegium amiſerunt.*

2 *Antequam huiuſmodi delinquentes ex*

Digitized by Google

Eccleſia extrahatur, obtinenda eſt licentia ab Epiſcopo, vel ab eius officiali, & debet aſſiſtere aliqua perſona Eccleſiaſtica ad hoc deputata, dum extrahitur.

3 *Epiſcopus non tenetur ſtare proceſſui a laica poteſtate facto, quo oſtenditur reum priuandum eſſe immunitate, ſed debet ipſe nouas probationes recipere.*

4 *Epiſcopo debet certò conſtare de delicto rei, antequam tradatur Curiæ ſeculari.*

5 *Epiſcopus non tenetur, antequam delinquentem tradat poteſtati ſeculari, exigere cautionem, qua Iudex promittat eum pœna ſanguinis non eſſe puniendum.*

EXplicandum eſt Primò vtrum Prælati locorum immunium teneantur delinquentem curiæ ſeculari tradere. Secundò quid ſeruandum ſit antequam eum tradant.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PRælati locorum gaudentium immunitate tenentur delinquentes ad locum immunem confugientes conſignare curiæ ſeculari illum requirenti, ſi cognouerint aliquod delictum ab eis commiſſum fuiſſe, propter quod immunitatis priuilegium amiſerunt. Hęc propoſitio euidenter conſtat ex conſtitutione Summi Pontificis Gregorij XIV. nam vbi habemus Pontificiã conſtitutionem, non eſt cur vlterius inueſtigemus rationem. Ita Baldus in L. Gallus. §. Si eius ff. de liberis & poſthum. Corneus lib. 4. cõſil. 99. n. 2. & conſil. 121. n. 5. Pariſius lib. 2. conſil. 23. nu. 12. & alij apud Ambroſin. cap. 11. nu. 1. ad finem. Verba conſtitutionis Gregorij ſunt hæc: *Vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Cæteriſq; Eccleſiarum, & monaſteriorum prælatis tam ſecularibus quàm cuiuſuis ordinis regularibus diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquẽtes ad eorum Eccleſias, monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu religioſa reſpectiuè confugiẽtes, & in eis ſe recipientes, atq; morantes, qui prædicta delicta eorumuè aliquod iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando à curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, miniſtris, & Officialibus curiæ ſecularis abſq; irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu, tradi, & cõſignari curẽt, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.*

SECVNDA PROPOSITIO.

2 ANtequam delinqũẽs qui ad locum ſacrũ confugerat curię ſeculari tradatur, obtinenda eſt primò ab Epiſcopo, vel ab eius officiali facultas expreſſa capiendi, & extrahendi delinquẽtem, vt expreſſè cauetur in dicta conſtitutione.

Nomine officialis Epiſcopi intelligitur Vicarius Generalis, vt ex Clement. ſecũda de reſcriptis iuncta Gloſſa ver. Officialis, benè docet Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 27. num. 29.

Nomine verò Epiſcopi intelligitur verus Epiſcopus, & non alius Epiſcopo inferior, etiam ſi ordinarius ſit, aut nullius diœceſis. Immo ſi caſus accidat, vt delinquẽs ſe recipiat in locum exemptũ, & nullius diœceſis facultas obtinenda eſt ab Epiſcopo viciniori, vt patet ex pręcit.

Digitized by Google

cit. Gregorij bulla.

Secundò intereſſe debet perſona Eccleſiaſtica facultatem habens ab Epiſcopo, vel ab ipſius Vicario, dũ aliquis à loco ſacro extrahitur.

Ex quo patet non amplius liberum eſſe Iudicibus propria auctoritate delinquentes extrahere à loco ſacro; ſed neceſſariam eſſe Epiſcopi, vel eius Vicarij licentiam cũ aſsiſtẽtia perſonę Eccleſiaſticę auctoritatem ab eo habentis. Hoc tamen limitandum eſt, modò Epiſcopus, & prædictæ perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ reos delictorum in conſtitutione Gregorij expreſſorum tradere, aut capturæ interuenire non recuſauarint, vt in prędicta bulla cauetur. Ideo Epiſcopo recuſante poſſunt delinquentẽ à loco ſacro abſtrahere, & abſtractũ Epiſcopo conſignare, vt cognoſcat, an commiſerit delictum priuans immunitate, vt obſeruat Praxis Neapolitana cap. 17.

Tertiò, vt delinquens non ſtatim, atque captus eſt tradatur laicæ poteſtati; ſed in carcerẽ nomine Epiſcopi conijciatur, & detineatur donec ab Epiſcopo, vel ab eius deputato cognitum fuerit, an reus ſit delicti, cui priuatio immunitatis impoſita eſt.

3 Sed modò dubium eſt primò vtrum Epiſcopus poſsit ſtare proceſſui facto à laica poteſtate, ita vt ſi ei per proceſſum à laico iudice factum conſtet delinquentem reũ eſſe criminis priuantis immunitate debeat delinquentem curiæ ſeculari tradere.

Reſpondeo negatiuè, ſed Epum debere nouas probationes recipere. Ratio eſt tũ quia proceſſus laicæ poteſtatis aliquã redolet ſuſpicionẽ cũ exhibeatur in propria cauſa ipſius iudicis ſecularis de ſua iuriſdictione contendentis. Tum quia iudex Eccleſiaſticus regulariter loquendo non tenetur ſtare proceſſui facto à iudice ſeculari, vt cum Iulio Claro .§. finali quæſt. 30. verſic. vltimo quæro, & Grãmat. conſi. 46. tradit Proſper Farinacius in diciſion. crimin. conſil. 76. in principio verſ. & quidem aſſumendo. Tum quia Summus Pontifex dicit *cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatũ an ipſi crimina ſuperius expreſſa commiſſerint*; ſed cui datur facultas cognoſcendi de aliqua cauſa, cenſetur etiam data poteſtas recipiendi probationes circa illam cauſam, vt probat Farinacius in deciſion. criminalib. cõſil. 76. ex L. Vbi, cum Gloſſa, in ver. Relationes, & Ambroſinus cap. 11. nũ. 3.; ergo Epiſcopus, vel eius deputatus debet recipere probationes.

4 Secundò, dubium eſt vtrũ Epiſcopo, antequã delinquẽtem tradat curiæ ſeculari debeat de delicto certò, & plenè conſtare, an ſufficiat, vt illud per coniecturas, & præſumptiones cognouerit.

Reſpondeo debere certò, & euidenter conſtare. Ratio eſt tùm quia Summus Pontifex requirit, vt verè conſtet; quod autẽ cognoſcitur per coniecturas, & pręſumptiones non dicitur verè cognoſci, ſed præſumi, & putari. Illa verò dicuntur ſciri, aut vera eſſe, quæ proprijs oculis inſpicimus, vel alias indubitanter noſcimus cap. Cũ cauſam de iuram. calum. Tùm quia præſumptio ſtat in fauorem delinquentis: nam pro eo ſtat pręſumptio, pro quo ſtat poſſeſſio, & qui pro ſe habet regulam dicitur etiam pro ſe habere iuris præ-

Digitized by Google

ſumptionem l. Ab ea parte ff. de probat. Tū quia lex requirens probationem intelligitur de plena, & vera non verò de prę ſumptiua; nam quando ſolas prę ſumptiones, & cōiecturas requirit, hoc exprimit, vt patet ex cap. Pro humani de homicidio in 6. & l. Non omnes §. à barbaris ff. de re milit. Ita Farinacius conſil. 76. nu. 3. verſ. ad ſecundam dubitationem, & Ambroſinus cap. 21. nu. 4.

5 Tertiò dubium eſt, vtrum Epiſcopus, antequam delinquentem, qui priuilegium immunitatis amiſit ob aliquod delictum, tradat curię ſeculari, debeat exigere cautionem, qua iudex ſecularis promittat, delinquentem pœna ſanguinis non eſſe puniendum.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia Summus Pontifex hanc cautionem in ſua conſtitutione nō requirit, ſed præcipit delinquentem tradi abſque nota irregularitatis, aut vinculo cenſuræ. Ita Farinacius de carcer. & carcerat. quæſt. 28. nu. 77. Baiard. in addit. ad Iuliū Clarū quæſt. 30. n. 25. Ambroſinus loco cit. nu. 5. vbi alios DD. refert aſſerentes hanc cautionem fore ſuperfluam, quia Iudices eam non ſeruarent ob criminis attrocitatem.

QVAE-

QVAESTIO VIII.

De Blaſphemia.

PVNCTVM PRIMVM.

Quid, & quotuplex ſit Blaſphemia.

1 *Blaſphemia eſt verbum contumelioſum, ſeu conuitium, quod iacitur in Deum, vel in Sanctos.*

2 *Blaſphemia alia eſt cordis, & alia oris: alia ſimplex, & alia hæreticalis.*

3 *Renegans aliquem Sanctum non committit Blaſphemiam hęreticalem.*

4 *Vnde dignoſcatur diſtinctio blaſphemiæ hęreticalis à ſimplici.*

5 *Blaſphemia hæreticalis cognoſcẽda eſt ab Inquiſitoribus fidei: non hęreticalis verò eſt mixti fori.*

6 *In Diœceſi Mediolanenſi conſtituta eſt pœna Excommunicationis latæ ſentẽtiæ ijs, qui nõ deferunt blaſphemos Inquiſitoribus, vel Epiſcopis, modò tamẽ pręmiſerint correctionẽ, & per eã plaſphemi non reſcipuerint.*

PRIMA PROPOSITIO.

BLaſphemia eſt conuitium, ſeu verbum contumelioſum, quod iacitur in Deũ, aut in Sanctos. Ita S. Tho. 2.2. quæſt. 13. D. Ambroſius lib. 1. de Paradiſo, D. Auguſt. lib. 2. de moribus Manicheorum cap. 11. & alij communiter.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Blaſphemia alia eſt cordis, & alia oris, non enim ore ſolũ, aut verbis committitur blaſphemia, verum etiam corde, ſeu mente: immo aliqui DD. volunt blaſphemiam committi etiam factis, aut ſignis, vt accidit quando quis conculcat imagines Sanctorũ. Ego autem cum Suarez tom. 2. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4. Leſsio lib. 2. cap. 45. dub. 5. & alijs cenſeo blaſphemiam non cõſiſtere propriè in factis, q̃a blaſphemia opponitur laudi Dei, quę ſolis verbis, mente, vel ore, vel ſcripto exhibetur.

Rurſus blaſphemia alia eſt ſimplex, & alia hæreticalis.

Hæreticalis eſt illa, quæ articulis fidei directè opponitur, ſeu qua aliquid aſſeritur fidei contrarium, qualis eſt hæc Abnego Deum, aut fidẽ, aut Crucẽ Chriſti, aut Chriſma, quod fronte percepi, aut puritatem Beatæ Virginis, aut Deus eſt iniuſtus, ignarus, vel quid ſimile fidei cõtrarium. Ita Sanch. lib. 2. c. 32. nu. 11. & 36. & alij DD. ſtatim cit.

Addo in his caſibus non ſolũ cõmitti blaſphemiã, verũ ẽt hæreſim, modò adſit aſſenſus intellectus cũ pertinacia, vt patet ex dictis de hęreſi in tractatu de Cenſuris diſp. 2. quæſt. 5. punc. 1. nam hæreſis conſiſ-

tit in errore intellectus cum pertinacia contra aliquã fidei veritatẽ.

3 Ex quo ſequitur non committi blaſphemiam hæreticalem ab eo, qui renegat aliquem Sanctum, vt ſi dicat, Renego D. Frãciſcum, nihil enim dicit, quod ſit directè fidei contrarium: Cõmittit tamen blaſphemiam ſimplicem, quia profert verbum contumelioſum in Sãctum Franciſcum. Ita Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 32. nu. 37.

4 Blaſphemia ſimplex dicitur illa, quæ non opponitur directè articulis fidei, ſeu quæ non continet directè falſitatem cõtra veritatem fidei, quales blaſphemiæ ſunt illæ, quæ per modos optandi, imperandi, aut imprecandi proferuntur, vt ſi quis dicat, Maledictus ſit Deus, Diſpliceat Deo, &c. Talis etiam eſt blaſphemia, qua id, qđ in Deo reperitur attribuitur ipſi Deo per modum contumeliæ, & irriſionis, vt ſi quis nominet Chriſti membra pudenda; hæc enim blaſphemia nõ eſt hæreticalis, ſed ſimplex, quia per ſe conſiderata nõ continet falſitatẽ cõtra fidem. Ita Emmeritius in directorio Inquiſit. 2. par. q. 41. Pegna ibidem in directorio Inquiſitorum cõmento 66. Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 5. num. 8. Sanchez in ſumma lib. 2. c. 32. n. 36. & Lazarius de blaſphemia quæſt. 7. num. 8. & 13.

Hęc diſtinctio blaſphemię in ſimplicem, & hæreticalem, diligenter obſeruãda eſt, vt quiſq; ſciat quando teneatur blaſphemum deferre Inquiſitoribus, aut Epiſcopis præcipiẽtibus per edicta, blaſphemos denunciari, aut reſeruantes ſibi abſolutionem blaſphemię; nam edicta loquuntur de blaſphemijs hæreticalibus, quamquam ſi edicta eſſent generalia, generaliter intelligenda eſſent de qualibet blaſphemia non ſolum hæreticali, verum etiam ſimplici, vt patet ex regulis generalibus traditis de legibus.

5 Sed modo dubiũ eſt primò ad quẽ pertineat cognoſcere de blaſphemijs.

Reſpondeo blaſphemiam hæreticalem pertinere ad Inquiſitores fidei; non hæreticalem verò eſſe mixti fori, daturq; locus præuentioni, vt ex cap. 2. de maledicis oſtendit Panormitanus n. 9. Sanchez loco cit. num. 37. & Lazarius in compendio Nauarri verb. Blaſphemia, Azor. pri. parte, lib. 9. c. 28. quæſito 5. Couar. de pactis 1. par. §. 7. nu. 12. verſ. Crimen autem.

Addo omnes fideles debere corrigere blaſphemos, dum ſpem habent emendationis. Quamquã pœnæ ciuiles, & canonicę contentæ in iure ſub Leone X. & in Cõſtitutione Pij V. contra non corrigentes blaſphemos, quæ pœnę olim fuerũt grauiſsimę capitis, & exilij, nõ ſunt amplius in vſu. Videte Suarez de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 1. c. 7. Azoriũ loco cit. Reginal. lib. 18. n. 202. Clauem Regiam lib. 6. c. 13. nu. 21. Pegnam, & alios DD. citatos.

6 Secundò dubium eſt vtrum ſit aliqua pœna conſtituta ijs, qui non deferunt blaſphemos Inquiſitoribus, vel Epiſcopis.

Reſpõdeo in noſtra Diœceſi cõſtitutam eſſe pœnam excommunicationis latæ ſententiæ contra non denunciantes blaſphemos habentes blaſphemandi conſuetudinem, vt patet ex Edicto Illuſtriſsimi D. N. Cardinalis Archiepiſcopi; quod tamen intelligendũ eſt modò blaſ-

phemi

phemi non reſcipuerint per correctionem; nam Edictum intelligendum eſt ſeruato ordine Euangelico: ordo autem Euangelicus poſtulat, ut ante denunciationem pręmittatur correctio, quoties per correctionem fructus ſperatur.

Vtrum verò antequam hęreticus denuncietur præmittenda ſit correctio, patet ex dictis de Cenſuris diſp.2 q.6. punct.1.nu.20.

PVNCTVM II.

Quibus modis committatur blaſphemia.

1 *Blaſphemia committitur primo tribuendo aliquid Deo per contumeliam, quod non habet: ſecundo auferendo aliquid, quod habet.*

2 *Blaſphemia committitur deteſtando diuina, vt maledicendo Deum, illiq; mala imprecando.*

3 *Blaſphemia committitur exprobrando ea, quæ Deus habet, ſeu tribuendo Deo quæ habet, ſed irreuerenter, modò hoc fiat ex indignatione, vel ira cōtra Deum.*

4 *Non committit blaſphemiam qui iurat cōtra hoīem per corpus, & ſanguinē Dei: ſecus ſi iuret per pudendas partes Chriſti, vel Sanctorū.*

5 *Committitur blaſphemia maledicendo creaturis, vt creaturæ Dei ſunt, vel blaſphemando res ſacras.*

6 *Spernens Sanctos committit blaſphemiam: Secus ſi quis aliquid de iis referat, quod eis euenit ante ſanctitatem, & non ad minuendam ipſorum ſanctitatem.*

7 *Committitur blaſphemia, dum ea, quæ ſunt Dei propria creaturis cōmunicantur.*

8 & 9. *Non committitur blaſphemia dicendo Poſar Dio, vel al conſpetto di Dio, modò hæc verba non dicantur animo proferendi conuitium in Deum, vel detrahēdi ipſius potētia.*

10 *Committit blaſphemiam qui turpibus verbis Deum: laudat intendens eum laudare.*

11 *Eſt blaſphemus qui dicit Al diſpetto di Di, vel rinego Di, tacita vltima vocali, o,*

12 *Non præſumitur blaſphemia dicendo, Al diſpetto di quel becco, che mi ſoſtien al mondo.*

13 *Non committitur blaſphemia dicendo. Hoc ita eſt verum ſicut eſt verum Euangelium, vel ſicut Chriſtus natus eſt ex Maria Virgine &c.*

VNICA PROPOSITIO.

1 DVobus pręcipuè modis blaſphemiæ peccatum committitur. Primò tribuēdo aliquid Deo per contumeliam, quod non habet, eiuſquè diuinæ bonitati repugnat, vt appellādo Deum iniuſtum, crudelem &c. Secundò auferendo aliquid, quod habet vt dicendo, Non poſſe facere, quod poteſt facere, non habere rerum prouidentiā &c. Ita Valentia 2.2.diſp.1.q.13.pun.1. Suarez loco cit. cap.4. Reginaldus nu.195.& 196.& alij.

2 Hinc ſequitur primò blaſphemiam committi deteſtando diuina, vt maledicendo Deum, illiquè aliqua mala imprecando, nam tribuitur aliquid Deo, quod non habet. Item blaſphemus eſt qui dicit, Maledictus ſit Deus, aut qui iurat per vitam, vel caput Dei, vel Sanctorum. Ratio eſt quia per huiuſmodi iuramentum vtpotè imprecatoriū aliquid tribuitur Deo, qđ ei non cōuenit, aut aliquid aufertur,

quod

quod illi conuenit, ſenſus enim eſt Deus, vel Sancti amittant vitam, ſi res non ita eſt, & tamen conſtat in Deum non cadere vllũ mali genus, aut vitæ priuationem. Ita Azor. pri. parte lib. 11. c. 3. quæſito 2. Suarez loco citato c. 5. nu. 8. Sanchez loco cit. n. 25. Rodriq. in ſumma pri. parte c. 34. & alij apud Sanch. loc. cit.

3 Secundò blaſphemiam cõmitti exprobrãdo ea, quæ Deus habet, ſeu tribuendo Deo quæ habet, ſed irreuerenter, vt iurãdo per corpus aut ſanguinem Dei ex indignatione, vel ira contra Deum. Ratio eſt quia tribuitur aliquid Deo per cõtumeliam.

Dico ex indignatione, vel ira contra Deum, nam ſecluſa ira, vel indignatione cõtra Deum non cõmittitur blaſphemia iurando per corpus, aut ſanguinẽ Dei, ſed potius eſt iuramentum. Ratio eſt quia hæc propoſitio, per corpus, vel ſanguinem Dei nullum continet errorem poſt aſſumptam à Chriſto humanitatem; verificatur enim de Chriſto, qui eſt Deus. Hoc tamen intelligitur modò non dicatur ex indignatione cõtra Deum, aut per modum vituperij, ſeu contemptus, vt per ſe patet, aut modò non dicatur de Deo, vt Deus eſt; ſic enim contineret errorem, cum Deus, vt Deus careat corpore, & ſanguine. Ita Nauar. cap. 12. nu. 8. & alij, quos citat, & ſequitur Clauis Regia lib. 6. c. 13. nu. 3. ad finem.

4 Ex quo patet blaſphemiam nõ committi ab eo, qui contra hominem iurat per corpus, vel ſanguinẽ Dei, quia hoc nõ dicit per modum conuitij, vel irreuerentiæ contra Deũ, ſed potius per modũ iuramẽti. Ita Nauar. c. 12. n. 28. & alij, quos referã de iuramẽto. Ex oppoſito blaſphemiam committit, qui iuramentum emittit per pudẽdas partes Chriſti, vel Sanctorum vocãdo eas proprijs nominibus tanquam aliquid contemptibile: Chriſtus.n. & Sancti habuerunt corporis membra tanquam partes naturales, non tãquam aliquid ignominioſum, & vituperabile. Ita Rodriquez loco cit. nu. 2. Suarez lib. 1. cap. 4. num. 9. Graffius loco cit. q. 2. & alij.

Ex quo patet à fortiori blaſphemiam committi ab eo, qui Chriſto tribuit pudendas partes fœminarum, quas Chriſtus non habuit.

5 Tertiò committi blaſphemiam maledicendo creaturis, vt creaturæ Dei ſunt, aut blaſphemando res ſacras, nam per huiuſmodi maledictionẽ tribuitur aliquid Deo per contumeliam, quod non habet, aut aliquid auffertur, quod habet, cum huiuſmodi blaſphemia redundet in Deum auctorem illarum rerum, & creaturarum; ſicut enim Deus per creaturas honoratur, ita etiam inhonorari poteſt per blaſphemiã rerum ſacrarũ, aut per maledictionem creaturarum, vt creaturæ Dei ſunt.

6 Ex quo patet blaſphemiam cõmitti ſpernendo Sanctos, ſicut enim in Sanctis laudatur Deus, ita etiam in illis blaſphemari, & contumeliæ affici poteſt. Ita Suarez num. 22. Corduba lib. 1. q. 17. nu. 15. Reginal. lib. 18. nu. 195. Clauis Regia num. 3. Ideò grauis blaſphemia committitur ab eo, qui dicit Putana Vergine, vel Al diſpetto della Vergine, ò della noſtra donna. Ratio eſt quia hæc verba ex communi modo loquendi intelliguntur de Beata Virgine cũ ipſa per Anthonomaſiã

dicatur

Digitized by Google

dicatur Virgo, & Domina noſtra, & verba non ſolum in fauorabilibus, verum etiam in odioſis ſemper accipi ſoleant in nobiliori, & potentiori ſignificatione, vt bene oſtendit Lazarius de blaſphemia quæſt. 3. nu. 39. In potentiori autem, & nobiliori ſignificatione accipiuntur de Beatiſsima Virgine. Idem dicẽdum eſt de conſimilibus blaſphemijs in Sanctos prolatis.

Monuerim tamen non committi blaſphemiam referendo de Sanctis ea, quæ ipſis euenerunt antequã in Sãctorum numerum cooptarentur, modò non dicantur ad minuendam ipſorũ Sanctitatem, ſeu modò non referantur de Sanctis vt Sancti ſunt, ſed vt quidam homines fuerunt, vt ſi dicatur D. Petrum infimæ conditionis extitiſſe, vel artẽ infimam piſcatoris exercuiſſe. Ita Valentia tom. 3. diſp. 1. quæſt. 13. punc. 2. Lazarius quæſt. 1. num. 30. Sanchez nu. 42. Regiualdus lib. 18. nu. 198. Arragonius 2. 2. quæſt. 13. art, 2. Bannes ibidem, & alij.

7 Quartò committi blaſphemiã, dum ea, quæ ſunt Dei propria communicantur creaturis, quaſi non ſit ipſe ſolus Deus, quia videtur Deo auferri, quod habet: hoc ſcelere ſolent ſe obſtringere molles fœminarum amatores, quas, dum ardenti amore proſequuntur, nominibus Dei proprijs audent appellare. In idem ſcelus incidunt iurantes per falſos Deos, cum tribuant falſis Dijs in fallibilem veritatem, quæ ſolius Dei propria eſt, illiquè ſoli conuenit, & hoc valet ſiuè Iuramẽtum ſit verum, ſiuè falſum, modò ſerio fiat: ſi verò non fiat ſeriò, ſed ioco non committitur blaſphemia, quia infallibilis veritas non tribuitur falſo Deo, ideò excuſari poſſunt iurantes per Iouem, aut Bacchum, quos nihil eſſe cognoſcunt, deeſt enim animus iurandi, aut ipſis tribuendi infallibilem veritatem. Ita colligo ex Suarez tom. 1. de relig. lib. 1. cap. 6. nu. 13. Sanchez lib. 2. cap. 32. n. 9. Lazario de blaſphemia quæſt. 3. nu. 48. Leſsio de Iuramento, & ex alijs.

8 Quintò non committi blaſphemiam dicendo, Al cõſpetto di Dio, modò proferens non habeat aĩum proferendi conuitiũ in Deũ. Ratio eſt quia hæc verba iuxta cõmunem loquendi modum nullam cõtinent iniuriam in Deum, nihilq́; Deo tribuunt per contumeliã, nec aliquid auferunt, quod Deus habeat, nam perindè eſt ac dicere coram Deo.

9 Sextò non committi per ſe loquendo blaſphemiam dicendo, Poſar Dio, aut Poſſanza di Dio, nã hæc verba ex communi omniũ vſu important ſolum quoddam admirationis ſignum contra rem, quę inſperatò accidit: eſſet tñ blaſphemia ſi hæc verba dicerentur animo detrahendi potentię Dei, vt ſi quis ea proferat animo ſignificandi ſe velle aliquid facere, etiamſi Deus nollet exẽpli gratia ſi dicat, Hoc ſum facturus velit, nolitq; Deus, ſeu ad diſpectum Dei, nam hic modus dicendi hunc ſenſum facit, Hoc volo facere etiamſi Deus nolit, conſequenter diuinam potentiam diminuit, quaſi Deus impedire nequeat. Ita Azor prima parte lib. 11. cap. 3. quæſito 2. Suarez loc. cit. cap. 5. n. 8. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 32. n. 15. & 18. Toletus lib. 4. cap. 13. nu 6. & alij, contra Baldũ, & alios apud Couar. de pactis q. 1. §. 7. nu. 6. Qui verò dicit, volo hoc facere, quãuis

ſit peccatum, vel offenſa Dei, non videtur blaſphemiã proferre, quia indicat ſolum voluntatem peccandi, & non cenſetur Deum conuitijs afficere. Ita Sanchez loc.cit. nu.18.

10 Septimò blaſphemiam committi ab eo, qui Deũ turpibus verbis laudat intendens Deum laudare, nam huiuſmodi verba contemptum potius, & irreuerentiam continent, quã laudẽ, & proferens oſtendit in actu exercito Deum his gaudere, cõſequenter videtur Deo tribuere, quod ei non conuenit: Si verò huiuſmodi verba non referantur ad Dei laudem, ſed alijs verbis in Dei laudem prolatis admiſceantur, non eſt blaſphemia, ſed potius ſacrilegium contra reuerentiam rerum ſacrarum: ſicut ſacrilegium, & non blaſphemia committitur vtendo verbis ſcripturæ ad profanos libellos, & ad res ludicras, niſi fortè tantus ſit abuſus, vt auctoritati, & veritati illorum verborũ derogari videatur; tunc enim eſſet blaſphemia, quia contumelia tranſiret in auctoritatem eorum verborum.

11 Octauò illum eſſe blaſphemum qui dicit, Al diſpetto di Di, vel rinego Di, tacita vltima vocali, o, nã blaſphemans tribuit Deo, quod ei non conuenit, vel aufert quod Deus habet. Neque obſtat vltimã ſyllabam non fuiſſe prolatam, quia blaſphemans veram habuit intentionẽ blaſphemãdi, & re vera protulit blaſphemiam, quamuis ſe cõtinuerit à prolatione vltimæ vocalis, o, Ita Lazarius q.3.nu.36.& 37.

12 Nonò non præſumi blaſphemiam, dicendo Al diſpetto di quel Becco, che mi tiene, ò ſostiene al mondo, niſi ex circumſtãtijs conſtet proferentẽ hæc proferre in cõtemptum, & iniuriam Dei. Ratio eſt tum quia huiuſmodi verba non magis videntur in Deum cadere, quàm in homines, cùm non ſolum Deus videatur ſuſtinere, verum etiã alij, qui alimenta præbent. Tum quia quoties aliquid generaliter dicitur, quod accipi poteſt pro blaſphemia, & non blaſphemia, non eſt accipiendum pro blaſphemia, quia verba in dubio ita ſunt accipienda, vt non ſonent in delictum, vel ſaltem, vt non ſonent in maius delictum. Ita Corneus, Alexand. & alij apud Lazar. loco citato num. 15. & 16.

13 Decimò non committi blaſphemiam dicendo, hoc ità verum eſt, ſicut Deum eſſe verum eſt, vel ſicut eſt verum Euangelium, vel ſicut Deus eſt veritas, vel ſicut Deus ex B. Virgine natus eſt, vel hoc eſt Euangelium, vel credi poteſt tanquam Euangeliũ, vel in hac re ſum innocens, ſicut D. Petrus. Ratio eſt quia nihil Deo tribuitur per contumeliam, nec aliquid aufertur. Hoc tamen intelligitur, modo proferens non intendat veritatem humanam coæquare Diuinæ veritati, ſed tantummodo indicare ſimilitudinem quandam, videlicet illud ita ſuo modo verum eſſe, ſicuti verum eſt, Deum eſſe &c. Ita Azor. prima parte lib.11. cap.3. quæſito 2. Med. in ſum.lib.1.cap.14. contra Suar. tom. 1. de Religione lib. 1. de Irreligioſitate cap. 5. & Lazarium quæſt. 3. num. 45. Sot. & alios.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM III.

Cui virtuti Blaſphemia opponatur, & quale peccatum ſit.

1 *Blaſphemia opponitur virtuti Religionis, & illi poteſt adiungi alia malitia, vt hæreſis odij Dei, &c.*

2 *Blaſphemia eſt peccatum mortale ex ſuo genere.*

3 *Blaſphemãs ex habitu peccat mortaliter quoties aduertit ad prauum habitum, & non curat illum extirpare, & dum blaſphemat cum ſufficienti aduertentia.*

4 *Maledicens proximo non cõmittit peccatum blaſphemiæ propriè acceptæ, niſi maledicat per ordinem ad Deũ, peccabit tamen ſemper mortaliter, ſi maledixerit illi cum deſiderio notabilis damni.*

5 *Maledicens creaturis irrationalibus ſecundum ſe, & propter ipſas, non peccat mortaliter.*

6 *Qui imprecatur mortem filijs, ne in futurum delinquant, non peccat mortaliter.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Blaſphemia opponitur virtuti religionis. Ita Nauar. in manuali cap. 12. nu. 82. Sanchez loco citato Valẽtia, Clauis Regia, Azorius, & alij. Ratio eſt quia blaſphemia opponitur illi virtuti, ad quam ſpectat tueri honorem, & laudem Dei; blaſphemia enim contraria eſt honori, & laudi Dei: ad Religionem autem ſpectat tueri honorem, & laudem Dei.

Non nego tamen quin blaſphemiæ adiungi poſsit alia malitia, vt hæreſis, aut odij Dei, &c. vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis, tamen blaſphemia vt ſic opponitur Religioni, vt patet ex ratione allata. Ita Leſsius lib. 2. cap. 45. dub. 5. n. 33. Sanchez Clauis Regia, & alij communiter.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Blaſphemia eſt peccatũ mortale ex ſuo genere. Ita S. Tho. 2. 2. quæſt. 13. art. 2. Azor, & Clauis Regia locis cit. Suarez tract. 3. de Religione lib. 1. cap. 6. Lazarius quæſt. 1. nu. 19. Valentia loc. cit. Nauar. cap. 12. nu. 84. Reginaldus lib. 18. nu. 197. Syluester, & alij apud præcit. DD. Ratio eſt quia blaſphemia ex ſua natura grauem infert Deo iniuriã, poteſt tamen fieri peccatum veniale ex indeliberatione, & inaduertẽtia, vt patet ex dictis de peccatis: ratione verò paruitatis materiæ non videtur fieri poſſe peccatum veniale, quia non datur paruitas materiæ in blaſphemia, cum omnis blaſphemia grauẽ videatur Deo inferre iniuriam, niſi ita iocò proferatur, vt non reputetur Deo irreuerentiam afferre. Ita Suarez loc. cit. nu. 2. Sanchez nu. 40. Lazar. loc. cit. Valentia 2. 2. diſp. 1. quæſt. 13. punc. 1. notab. 3. Arrag. 2. 2. quæſt. 13. art. 2. Bannes ibidem Leſſius lib. 2. cap. 45. nu. 32. Reginald. lib. 18. nu. 198.

3 Quæres primo vtrum qui blaſphemat ex habitu non ſufficienter aduertens ad blaſphemiam peccet mortaliter.

Reſpondeo blaſphemantem ex habitu peccare mortalieer, primò quoties aduertit ad prauum habitum, ſeu conſuetudinem, illamquè

non conatur euellere, & extirpare. Ratio eſt quia voluntariè perſiſtit in morali periculo, & occaſione ꝓxima blaſphemãdi, cũ talis habitus inclinet ad blaſphemias proferendas; qui autẽ voluntariè perſiſtit in morali periculo, & occaſione proxima cõmittẽdi mortale peccatum, peccat mortaliter, & dicitur eſſe in ſtatu peccati. Secundò dum blaſphemat cum ſufficienti aduertentia, tunc enim blaſphemia eſt in ſe voluntaria: dum verò blaſphemat abſque aduertentia ſufficiente ad peccatum mortale non committit nouum peccatum, ſed ſolum peccauit in cauſa, quatenus non abſtulit prauam conſuetudinem, ad quam aduertit. Ratio eſt quia vt aliquid ſit in ſe peccatum debet eſſe in ſe volũtarium, ſed blaſphemia prolata abſque aduertentia non eſt in ſe voluntaria, ergò nõ eſt in ſe nouum peccatum, vt patet à ſimili in peccatis ebriorũ ante ebrietatem præuiſis, quę dum fiunt non habent nouam malitiã formalẽ, ſed tota malitia eſt in cauſa. Ita Suarez lib. 1. cap. 6. num. 2. Nauar. cap. 12. nu. 84. & Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 5. loquens de iuramentis, & hoc videtur verum etiamſi blaſphemãs inaduertẽter ita ſit habitualiter diſpoſitus vt ſi aduerteret adhuc blaſphemaret; nam ad peccatum non ſufficit habitualis diſpoſitio, & procliuitas ad peccatum, ſed requiritur actualis diſpoſitio. Ratio eſt tum quia Deus inquit S. Auguſt. non imputat nobis quod faceremus ſi hoc, vel illud occurreret, ſed quod actu facimus, alioquin homines dediti luxuriæ, vel auaritiæ, qui oblata opportunitate conſenſum præbent his peccatis, ſemper actualiter peccarent. Tũ quia peccatũ eſt dictũ, factum, vel concupitum, ſeu eſt actus, vel omiſsio actus, vt docui de peccatis; procliuitas autem ſeu cõſuetudo peccandi non eſt dictum, factum, vel concupitum. Ita Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 7. pun. 3. ad finẽ Sanchez loc. cit. nu. 23. Rodriquez in ſumma 1. parte c. 191. ad finem. Suarez lib. 3. de iuramento c. 7. n. 5. & alij, contra Nauar. loc. cit. Clauẽ Regiam lib. 5. cap 4. nu. 7. & alios.

Hinc patet quid dicendum ſit de periurijs inaduertenter prolatis ex habitu; & vtrum neceſſe ſit illa exprimere in confeſsione; cum enim non ſint voluntaria in ſe, ſed ſolũ in cauſa, non videtur neceſſe illa exprimere, ſed ſufficit vt exprimatur cauſa, in qua ſunt volita. Ita Suarez tomo 2. de religione lib. 3. de Iuramento. Sanchez in ſumma lib. 3. c. 5. num. 33. Vaſquez 1. 2. diſp. 64. num. 16. & alij, quos in ſimili retuli de peccatis.

4 Quæres ſecũdò vtrum qui blaſphemat proximum, ideſt proximo maledicit, mortaliter peccet peccato blaſphemiæ.

Reſpondeo non peccare peccato blaſphemiæ propriè acceptæ, niſi maledicat proximo per ordinẽ ad Deum, vt patet ex definitione blaſphemię: ſi verò maledicat creaturæ in ordine ad Deum; quatenus eſt res Dei, cõmittit blaſphemiam, quia videtur imprecari malũ Deo in rebus ab eo factis. Ita Leſsius lib. 2. cap. 45. dub. 5. num. 29. & alij DD. ſtatim citandi.

Addo eum, qui maledicit proximo ſine ordine ad Deum, licet non committat blaſphemiam propriẽ acceptam, peccare mortaliter, ſi maledicat cum deſiderio notabilis damni. Ratio eſt quia facit contra charitatem, qua debemus proximũ dili-

Digitized by Google

diligere, illiquè bonum, & non malum concupiſcere: Qui verò ſolum ex paſsionis impetu imprecatur alicui graue malum, quod tamen re vera nollet ipſi euenire, non peccat mortaliter, quia nõ dicitur grauiter lædere charitatem. Ita Toletus lib. 4. cap. 13. Clauis Regia lib. 6. c. 13. nu. 3. & 7. Nauar. Caiet. Reginaldus, & alij locis ſtatim citandis.

Hinc ſequitur parentes à mortali ſæpius excuſari maledicta in filios conijciendo, nam ſæpius conijciunt ex ſubito iracundiæ motu abſque deſiderio notabilis damni.

5 Quæres tertiò vtrum maledicẽs creaturis irrationalib⁹ peccet mortaliter. Reſpondeo negatiuè ſi maledicat illis ſecundum ſe, & pp ipſas. Ratio eſt tum quia creaturæ irrationales nõ ſũt noſter proximus, ad quem diligendũ charitatis præceptũ obligat. Tum quia poſſumus creaturas irrationales occidere abſque peccato; ergo etiam poſſumus illis ſine peccato mortali maledicere: Si verò creaturæ irrationales conſiderẽtur non ſecundum ſe, ſed per ordinem ad creaturam rationalem, ſeu vt ſunt bona hominis, committitur mortale peccatum maledicendo creaturis irrationalibus; ſicut enim committitur mortale peccatum maledicendo creaturis rationalibus. Ita etiam maledicendo irrationalibus per ordinẽ ad creaturas rationales, cũ perindè ſit ac maledicere ipſiſmet creaturis irrationalibus. Hoc tñ limitandũ eſt modò maledictio nõ conijciatur ex motiuo licito, vt patet ex dictis de Matrimonio q. 4. punct. 8.

7 Ex quo ſequitur eũ à mortali excuſari, qui filijs mortem imprecatur, ne in futurum delinquant, vel quid turpe faciant. Ita Nauar. cap. 12. nu. 86. Leſsius lib. 2. cap. 45. dub. 5. nu. 30. Reginaldus lib. 18. nu. 203. Caietanus 2. 2. quæſt. 13. articulo 1. & alij communiter.

PVNCTVM IV.

Vtrum Blaſphemia contra Deũ differat ſpecie à blaſphemia in Sanctos, & vtrũ qualitas Blaſphemiæ aperienda ſit in confeſsione.

1 *Blaſphemia in Deum vt ſic, non differt ſpecie à blaſphemia in Sanctos.*

2 *Qualitas blaſphemiæ explicanda eſt in confeſsione, et an fuerit in Deum, vel in Sanctos.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Blaſphemia in Deum ſi conſideretur vt blaſphemia non differt ſpecie à blaſphemia in Sãctos, ſed eſt eiuſdem ſpeciei grauior, aut leuior pro grauitate, aut leuitate materiæ. Ratio eſt tum quia ita ſe habet blaſphemia Dei, & Sanctorũ ſicut ſe habet iuramẽtum per Deũ, & per Sanctos: iuramentum autem per Deum non differt ſpecie à iuramento per Sanctos. Tum quia blaſphemia quæcunque ſit repugnat religioni, qua tribuitur Deo cultus: ſed religio, qua tribuit cultus Deo, & Sanctis propter Deum, eſt vnius ſpeciei; ergo blaſphemia quęcunque ſit eſt eiuſdem ſpeciei. Ita Valentia 2. 2. diſp. 1. quæſt. 13. puncto 1. Azor lib. 9. cap. 28. quæſito 10. Arragonius 2. 2. quæſt. 13. art. 1. Bannes ibidẽ, Sanchez nu. 38. Lazarius quæſt. 3. n. 51. Caiet. & alij Cõtra Leſsiũ lib. 2. cap. 45. dub. 5. nu. 33. ad finem.

Dixi ſi conſideretur vt blaſphe-

mia, vt aduerterē blaſphemiæ addi poſſe aliā ſpecie malitiam pro ratione variarum circumſtantiarum, vt patet in blaſphemia ex odio Dei prolata, cui circunſtantia odij Dei peculiarem communicat malitiā; aut in blaſphemia errorem continente circa fidem, nam ſi blaſphemus huic præbeat aſſenſum cū pertinacia, reus eſt non ſolum blaſphemiæ, verum etiam hæreſis, & excōmunicationis. Ita Suarez tomo 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 6. Sanchez, & alij DD. citati.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 QValitas blaſphemiæ explicanda eſt in confeſsione. In hac propoſitione non conueniunt omnes DD. nam in ſententia eorum, qui dicunt circūſtantias aggrauantes non eſſe neceſſariò explicandas, blaſphemiæ qualitas, ſeu diuerſitas non eſt neceſſariò explicanda, nam blaſphemię non diſtinguuntur ſpecie inter ſe, ſiuè fiant tribuendo Deo, quod ei non conuenit, ſiuè remouendo ab eo, quod ei conuenit; hoc enim pacto differunt ſolum ſecundum affirmationem, & negationem, quæ non mutāt ſpeciem in ratione iniuriæ, & contumeliæ, ex S. Thoma 2.2. quæſt. 13. art. 1. Leſsio nu. 27. & alijs. Quare in confeſsione ſufficiet ſi dicatur, tot blaſphemias hæreticales protuli, & tot non hæreticales, hęreticalis enim malitiam ſpecie diuerſam ſuperaddit nō hæreticali. Item ſufficiet ſi dicatur tot blaſphemias in Deum protuli hęreticales, & tot non hæreticales, tot in B. Virginē, & tot in Sanctos. Ita Caiêtanus 2.2. quæſt. 13. art. 2. cuius ſententiā probabilem putat Leſsius lib. 2. ca. 45. dub. 5. nu. 32. Immò in ſententia eorum, qui putant in confeſsione ſolum aperiendas eſſe circunſtantias mutantes ſpeciem, non videtur neceſſe dicere blaſphemiam in Deū, vel in Sanctos commiſſam fuiſſe, cū in ſententia Caietani loc. cit. & Azorij 1. par. lib. 9. c. 28. quæſito 10. blaſphemia in Deum non videatur ſpecie differre à blaſphemia in Sanctos. Ratio eſt quia blaſphemia opponitur religioni, ſed vna eſt religio, qua Deo debitus cult' tribuitur, & Sanctis propter ipſum Deū; ergo eſt vnum ſpecie peccatum.

Sed nobis dicēdū eſt explicandā eſſe blaſphemiæ qualitatē, ſicut explicāda eſt quantitas dāni, & furti. Ratio eſt qa hęc nō ſolū eſt circunſtantia peccati, ſed aliquid ſpectās ad obiectum, & ad conſtitutionem actus in ſuo eſſe indiuiduali, vt latius dictum eſt de Pœnitentia.

Ex quo patet à fortiori explicādū eſſe an blaſphemia fuerit in Deum, vel in Sāctos, in Beatiſs. Virginē Mariā, an in alios Sanctos. Ratio eſt tū qa hęc nō eſt circunſtantia ſolū aggrauās. Tū qa blaſphemia in Sāctos pręter ppriā blaſphemię malitiā habet etiā malitiā cōtra Duliā, quę eſt honor ſpecialis debitus Sāctis, vt patet ex dictis de adoratione. Ita Suar. c. 6. cit. ad finē, Sanch. loc. cit. n. 39. Lazar. q. 3. n. 60. Regin. n. 201. Clau. Reg. lib. 6. c. 13. n. 4. & alij. In blaſphemia tñ cōtra Sāctos nō eſt neceſſe exprimere Sāctū, in quē prolata fuit. Rō eſt qa blaſphemię in Sāctos sūt eiuſdē ſpeciei, & diuerſitas pſonę, regulariter loquendo nō ita aggrauat peccatū, vt mutet iudiciū, & cogat pęnitētē fateri hāc circūſtātiā, vt patet à ſimili in peccato detractionis. Ita Sāc. lo. cit. Leſ. & alij.

QVAES-

Digitized by Google

QVAESTIO IX.

De Tentatione Dei.

PVNCTVM VNICVM.

Quid, quotuplex, & quale peccatum ſit Tentatio Dei.

1 *Tentatio Dei quid ſit.*
2 *Tentatio Dei opponitur Religioni, & ſecundum aliquos etiam ſpei.*
3 *Tentatio Dei alia eſt expreſſa, & alia interpretatiua.*
4 *Tentatio Dei ſi fiat abſq; iuſta cauſa regulariter eſt peccatum mortale.*
5 *In quibus caſibus committatur peccatum mortale tentationis Dei.*
6 *In quibus caſibus tentatio Dei ſit tantũmodò veniale peccatum.*
7 *Ex iuſta cauſa licet capere experimẽtum de aliqua perfectione Dei.*
8 *Tentatio Dei manifeſtanda eſt in confeſſione.*
9 *Exprimendum item eſt in confeſſione an huiuſmodi tentatio fuerit tacita, vel expreſſa.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 TEntatio Dei eſt actus cõtra religionem, quo quis abſque iuſta cauſa aliquid dicit, vel facit ad capiendum experimentum de diuina perfectione exempli gratia de potentia, de ſapiẽtia, de Iuſtitia, Miſericordia, volũtate, alijſq; attributis Dei, vt ſi imperitus velit abſque iuſta cauſa concionari nulla præuia meditatione, ſeu præparatione, ſperans ſibi à Deo ſuggerendos conceptus. Ita S. Tho. 2. 2. q. 97. art. 1. Clauis Regia lib. 4. cap. 7. nu. 12. Nauar. cap. 11. nu. 40. Sanchez lib. 2. cap. 34. nu. 16. Reginaldus lib. 17. num. 225.

2 Quæres cui virtuti opponatur Tentatio Dei.

Reſpondeo Tentationẽ Dei eſſe peccatum contra Religionem. Ratio eſt tum quia in definitione dicitur eſſe actus contra Religionem. Tùm quia eſt quædam irreuerentia contra Deum velle de ipſius perfectione experimentũ ſumere abſq; iuſta cauſa relictis medijs à Deo inſtitutis. Ita Sanchez lib. 2. c. 34. Nauar. in opere morali lib. 4. S. Th. loco cit. art. 3. Suarez tomo 1. de relig. tract. 3. lib. 1. c. 2. nu. 4.

Aliqui DD. putant etiam opponi ſpei, quatenus tentans Deum aliquid à Deo ſperat modo indebito. Ita Azor prima parte lib. 9. cap. 2. quæſito 7. Sanchez lib. 2. c. 34. nu. 4. Reginaldus loco cit. n. 225.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 TEntatio Dei alia eſt expreſſa, alia interpretatiua.

Expreſſa contingit, dum aliquid

Digitized by Google

fit ea intentione, vt experimentum capiatur de aliqua Dei perfectione, vt ſi quis petat miraculum, vel ſe precipitem conijciat in puteum, vt experiatur an Deus ſe lædi permittat.

Interpretatiua contingit quādo aliquid fit abſque intentione expreſſa capiendi experimentum de diuina perfectione, illud tamen, qđ fit per ſe, & ſuaptè natura ad nihil aliud referri poſſe videtur, quam ad ſumendum experimentum de aliqua Dei perfectione, vt ſi quis velit ſe à cibo continere ad Chriſti imitationem toto Quadrageſimali tēpore, aut ſi omiſſa ſcala è turri per aera deſcendat, aut alteri periculo ſe exponat, à quo non niſi extraordinario modo à Deo liberari queat ſperās ſe à Deo incolumem ſeruandum, aut periculo liberandum, hic enim dicitur interpretatiuè tētare Deum, cùm abſque iuſto fine à ſolo Deo liberationem, & effectum expectet relictis modis à diuina prouidentia conſtitutis. Ita S. Tho. loco cit. art. 1. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 14. pun. 1. Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 34. num. 1. Suarez tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. cap. 3. Toletus lib. 4. cap. 19. num. 6. Clauis Regia loco ſtatim citando. Reginaldus lib. 17. nu. 226. Leſsius lib. 2. cap. 45. dub. 1 nu. 3.

Obſerua tamen cum Leſsio loco cit. nu. 2. Suarez loco cit. cap. 3. nu. 4. verſ In hoc punct. & alijs, ad tentationem Dei interpretatiuam requiri, vt effectus expectetur, vel petatur à Deo alioquin ſi opus fiat abſque reſpectu ad Deum non dicitur tentatio Dei, ideò qui ſe in ignem conijcit, vt ſeipſum occidat non intendens à Deo liberari non dicitur tentare Deum, ſed ſolum cenſetur ſeipſum occidere.

TERTIA PROPOSITIO.

4 Tentatio Dei ſi fiat abſq; iuſta cauſa regulariter loquendo eſt peccatum mortale, nam eſt quidam contemptus Dei, cōtemptus autem Dei eſt peccatum mortale ex ſuo genere. Ita Clauis Reg. lib. 4. cap. 7. nu. 12. & 14. S. Tho. Valentia, Sanchez locis citat. Leſsius num. 4. Suarez tom. 1. de religione tract. 3. lib. 1. cap. 2. num. 16. vbi refert Toletum, & Caietanum.

5 Hinc colligitur peccatum mortale tentationis Dei committi in ſubſequentibus caſibus.

Primò quādo experimentū coniunctum eſt cū aperto grauis dāni periculo, vt quando quis graui laborans infirmitate reſpuit abſq; iuſta cauſa medicinas ſperās à Deo ſanitatem. Ita Nauar. in ſumma cap. 11. num. 41. Leſsius nu. 4. Clauis Regia loco citato, Sanchez loco citato num. 14. & alij, aut quando quis duellū acceptat ad oſtendendam ſuam innocentiam putans fore, vt Deus ipſum incolumē ſeruet in ſignū innocentiæ, ſicut alias in vſu erat Duellum. Ita Clauis Regia lib. 4. cap. 7. num. vlt. Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 14. pun. 1. Sanchez nu. 12. Leſsius lib. 2. cap. 45. dub. 1. nu. 3. ad finem, Suarez loco citato nu. 8. Reginaldus loco citato n. 226. Aut quando quis curat ſumi Euchariſtiam ad cognoſcendū alicuius delictum, vel innocentiam, vt ex Concilio Normacienſi, quod habetur in cap. Sanè 2. quęſt. 5. in quo Abbas præcipiebatur quādo aliquod furtum in Monaſterio fiebat peracto

ſacro

ſacro Euchariſtiam præbere dicendo *Corpus Domini noſtri ſit tibi hodie ad probationem*, hæc enim erat quædam tentatio, qua ſumens Euchariſtiam cogebatur eam ſumere cum peccato, ſi reus erat delicti, vel ab ea abſtinere cum periculo infamiæ. Ita Clauis Regia loc. cit. n. 13. Valentia, & alij locis citatis.

Secundò quando periculum eſt ſcandali, videlicet quando quis publicè abſque neceſsitate petit miraculum ad confirmandam fidem, modò petens non habeat donum miraculorum, aut hoc non faciat ex peculiari Dei inſpiratione, ſicut alias viri Sancti faciebant.

Tertiò quando fit intentione videndi opus aliquod ſupernaturale, vt quando petitur miraculū ex curioſitate, vt res mira cernatur, nam petens agit cum Deo tanquam curioſorum fautore; conſequenter illi magnam infert iniuriā. Ita Leſsius lib. 2. de Iuſtitia cap. 45. dubitat. 1. nu. 4. Sanchez loc. cit. nu. 5. & Suarez tomo 1. de Religione tract. 3. lib. 1. cap. 2. nu. 16. Reginaldus lib. 17. num. 227. Toletus. lib. 4. cap. 16.

6 Dixi in propoſitione regulariter loquendo, vt aduerterem tentationem Dei aliquando eſſe peccatū veniale, vt primo ratione inconſiderationis, aut ignorantiæ inuincibilis, aut indeliberationis, vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis. Secundò ratione paruitatis materiæ, vt quādo quis leui morbo affectus vanè ſperat ſanitatem à Deo relictis medijs ordinarijs, &c. Ita Clauis Regia lib. 4. cap. 7. nu. 14. Valentia loc. cit. puncto 2. Leſsius nu. 4. Sanchez loc. cit. nu. 5. Suarez loc. cit. nu. 16.

7 Dixi abſque iuſta cauſa, nam licitum eſt iuſta cauſa interueniente experimentum capere de aliqua Dei perfectione, vt ſi quis prætermiſsis medijs naturalibus ſola oratione contendat à Deo bona temporalia obtinere, ità exigente gloria Dei in caſu aliquo particulari. Ita S. Tho. loc. cit. art. 1. ad 3. Sanchez loc. cit. nu. 7. Leſsius nu. 5. Valentia punct. 1. corrolario 2. Clauis Regia, Reginaldus, & alij locis citatis, Aut ſi quis à Deo petat diuinæ voluntatis manifeſtationem, vt ea cognita non recedat ab eo, quod Deum velle cognouerit. Ita Azor. prima parte lib. 9. cap. 2. punct. 7. Sanchez n 9. Caietanus Verb. Tentatio, & alij locis citatis, aut ſi quis petat miraculum ad conuerſionē infidelium dum indè ſperatur ipſorum conuerſio, ad eſt enim vtilitas, aut neceſsitas, vt ſuppono, quæ eſt iuſta cauſa petendi miraculum. Ita Leſsius nu. 5. Sanchez nu. 10. Valentia, Clauis Regia, & alij DD. citati, aut ſi tempore infirmitatis renuat medicinas, vt Chriſtum patiendo imitetur, vel vt carnis inſurgentes motus comprimat. Ita Nauar. cap. 11. nu. 41. Clauis Regia lib. 4. cap. 7. nu. 12. & alij DD. citati.

8 Quæres vtrum tentatio Dei manifeſtanda ſit in confeſsione.

Reſpōdeo affirmatiuè. Ratio eſt quia tentatio Dei eſt peccatū mortale ex ſuo genere: peccata autem mortalia aperienda ſunt in confeſsione, vt patet ex dictis de Pœnitentia.

9 Maius dubium eſt vtrum exprimendum ſit in confeſsione an tentatio Dei fuerit tacita, vel expreſſa.

Reſpōdeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia in confeſsione manifeſtāda eſt intentio, qua præſtitum eſt

opus ad tentandum Deum: hæc autem intentio non manifeſtatur, niſi exprimatur an tentatio eſſet tacita, vel expreſſa. Tum quia tentatio expreſſa procedere ſolet ex dubio alicuius perfectionis, & attributi diuini; huiuſmodi autem dubium continet malitiam ſpecie diſtinctam contra fidem. Ita Suarez tom. 1. de Religione tract. 3. lib. 1. cap. 3. num. 6. Sanchez loc. cit. num. 11. qui etiam ſibi perſuadent tentationem expreſſam differre ſpecie ab interpretatiua, quia procedere ſolet ex principijs, & cauſis moralibus longè diuerſis, & diuerſimodè diuinæ reuerentiæ aduerſatur. Idem innuit Reginaldus loco citato nu. 227. Leſsius num. 4. & alij DD. citati.

Finis Tertiæ Diſputationis.

DISPVTATIO IV.

Circa ſecundum Præceptum.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

SICVT in primo Decalogi Præcepto pręcipimur vni, & vero Deo Diuinum honorem exibere, & non alteri. Ita in hoc ſecundo diuinũ ipſius nomen debito honore proſequi iubemur, ſimulquè illud in vanum quouis modo aſſumere prohibemur. Cùm autem ille in vanum Dei nomen aſſumat, qui falsò, temerè, ac fruſtrà iurat, aut malè vouet, vt inquiunt communiter Doctores, teſte Clau. Reg. lib. 5. cap. 1. Ideò in hoc ſecundo Decalogi Præcepto diſſerendum eſt de Iuramento, & voto, vt quo pacto iuramentum, & votum licitè emittantur ediſcamus, ſimulq; cognoſcamus quandò nomen Dei in vanum aſſumi dicatur.

Digitized by Google

QVAESTIO PRIMA.

De Iuramento.

PVNCTVM I.

Quid ſit Iuramentum.

1 *Iuramentum eſt inuocatio diuini nominis in teſtimonium.*

2 *Multa inferuntur corrolaria ex propoſitione.*

3 *Ad Iuramentum ſufficit tacita Dei inuocatio.*

4 *Cenſetur ſemper iuramentum, dum adducitur creatura in teſtem expreſſo etiam nomine Dei in obliquo, & quoties in creatura ſpecialiter Deus relucet.*

5 *Quotupliciter creatura adduci poſſit in teſtem.*

6 *Adhibens verba, quæ quis falsò putat importare iuramentum, tenetur vi iuramenti.*

7 *Non ſemper cenſetur emitti verum iuramentum, quoties adhibetur verbum, iuro.*

VNICA PROPOSITIO.

1 IVramentum, quod à iure dicitur, eò qđ loco iuris, & legis habendum ſit, definiri poteſt hoc modo, Iuramentum eſt inuocatio Diuini nominis in teſtimonium, vel hoc modo, eſt actus, quo Diuinum nomen fidei faciendæ cauſa adhibemus. Hinc colligitur ſolutio multarum difficultatum.

2 Primò, Iuramentum differre ab Oratione; quia in oratione non inuocatur nomen Dei in teſtimoniũ, ſeu cauſa faciendæ fidei, ſed gratia petendi auxilij.

Secundò, Concionatores adducentes teſtimonia ſacræ ſcripturæ in confirmationem illius, quod dicunt, non iurare, quia non dicuntur nomen Dei in teſtimonium aduocare, ſed aſſerta, & dicta Dei referre.

Tertiò, eum non emittere Iuramentum, qui petenti reſpondet, eſt, aut non eſt, aut non feci, aut non dixi, vel dixi, aut ità eſt, certè, profectò, in veritate, in rei veritate, per fidem meam, in fide mea, fide boni viri, vel fide boni Chriſtiani, vel Sacerdotis, vel in bona fide, vel ꝑ bonã fidẽ, vel vt Chriſtianus, vel religioſus, vel per meã conſcientiã, vel iuro per meam conſcientiam, in conſcientia &c. Ratio eſt quia nullo ex his modis adducitur Deꝰ in teſtem, ſi verba proferantur, vt ordinariè accipi conſueuerunt; nã huiuſmodi loquendi modi non adhibentur ad iurandum; ſed ad ſignificãdum ſe loqui ex veracitate, & fidelitate, qua vir bonus, Chriſtianus, Sacerdos, & Religioſus vti debet in dictis, & promiſsis, & ità

iſtæ

Digitized by Google

iſtę loquendi formulę videntur explicandę, quando dubitatur an iurans per huiuſmodi verba intenderit iurare: nam verba explicanda ſunt iuxta communem loquendi modum. Ita Nauarrus c.12.nu.2. Sanchez in ſumma lib.3. c.2. nu. 16. 30.& 32. Leſsius lib.2. de iuſt. c.42. dub.2.n.4. Clauis Regia lib.5. c.1. num.13. Azor. tom.1. lib.11. cap. 3. Suarez lib.1. de iuramento cap.13. num.19.

Quartò, eum non emittere Iuramentum, qui enunciatiuè profert hæc verba, corã Deo loquor, Deus ſcit, Deus videt meam conſcientiã.

Pro intelligentia aduertendum eſt, hęc verba dupliciter accipi poſſe, vno modo Inuocatiuè, Alio modo enunciatiuè. Inuocatiuè accipiuntur, dum quis per illa verba intẽdit Deum inducere in teſtẽ eius, quod dicit, & hac ratione ea verba continent Iuramentum. Enunciatiuè verò accipiuntur, quãdo proferuntur per modum narrationis, narrando Deum id ſcire, & videre abſque intentione inuocandi Deũ, aut confirmandi ſua dicta, & hoc modo non ſunt iuramenta, quia nõ inuocatur Deus in teſtem, ſed tantummodo enunciatur Deum hæc ſcire, & videre. Ita Suarez lib. 1. de iuramento cap.13.nu.7. Clauis Regia lib.5.c.1.nu.5. Leſsius loco cit. num.8. Caietanus 2. 2 q. 89. art.1. Valentia 2.2. diſp.5.q. 7. punct. 2. Sanchez loco cit. num. 20. & alij.

Aduertendũ tamen eſt hęc verba, dum proferuntur à viris ſolitis iurare, præſumi iuramenta, niſi aliter conſtet de animo iurãtis; nam actus præſumitur factus iuxta conſuetudinem; ſi verò proferantur in iudicio, aut in cauſa damnum tertij reſpiciente intelligẽda ſunt iuxta communem audiẽtium ſenſum; nàm ita tenebatur illis vti, ne audiẽtes deciperet, vel damnificaret. Ita Clauis Reg. Sanchez, & alij locis citatis.

Quintò eum nõ emittere verum Iuramentum, qui dicit per fidem; nihil aliud addendo, niſi forte ex intentione dirigat verba ad fidem catholicam. Ratio cur non ſit verum iuramentum eſt quia verbũ, fides, abſolutè prolatum abſtrahit à Diuina, & humana, conſequenter non eſt ratio cur dicamus potius adduci fidem Diuinam, quàm humanam, niſi intentio dirigatur ad Diuinam. Ita Leſsius n.4. Reginal. lib.18. nu.6. & 7. Clauis Regia nu. 13. Suarez nu.19 Emmanuel Sà verbo iuramentum nu.1. Sanchez loc. cit.nu.32. & alij communiter.

Sextò, non eſſe verum iuramentũ iurare per falſos Deos, quia non adducitur Deus in teſtimonium. Vtrũ vero iurans per falſum Deũ, vt per Iouem, Bacchum &c. credẽs ex cõſcientia erronea eſſe Deum, teneatur ad ſeruãdum iuramentum, peccetquè illud non ſeruando. Reſpondetur teneri ad ſeruandum iuramentum, & peccare non ſeruando, non ex vi iuramenti, ſed propter affectum, quem habet, vt patet ex dictis de conſcientia erronea. Ita Suarez.cap.5. nu.7. Sanchez cap.2. nu.5. Leſsius nu.5. Clauis Regia lib. 5. cap. 3 nu. 21. & alij apud pręcitatos DD.

Addo eũ, qui aliquid alteri promiſit, addito iuramento per falſos Deos, licet non teneatur, ſecluſa conſcientia erronea, ſtare iuramẽto, cum non dicatur Deum in teſtẽ adduxiſſe, teneri tamen ſtare promiſsioni,

miſsioni, quia vtile per inutile non vitiatur, regula Vtile de regul. iuris in 6. Ita Azor. prima parte, lib. 11. cap.11. quæſito 11. Suarez loco cit. Sanchez, & alij.

Si vero quæras an iurare per falſum Deum, vt per Iouem, vel Bacchum &c. ſit peccatum. Reſpõdetur eſſe peccatum mortale blaſphemiæ, ſi iuramentum ſeriò fiat; ſecus ſi iocò, vel abſque intentione iurãdi, vt dictum eſt de blaſphemia. Hinc etiam patet eſſe peccatũ mortale iurare per Dæmonem, ſiue iuramentum ſit conteſtatorium, ſiuè execratorium, nam honor Dei videtur tribui Diabolo, & Diabolus videtur magni fieri etiam per iuramentum execratorium, quia per huiuſmodi iuramentum adducuntur ea, quæ magni fiunt. Ita Suarez cap.5.nu.9. Reginaldus lib. 18.nu. 19. & alij.

Septimò non eſſe verum iuramẽtum, quando aliquis ex ira dicit, per Deum, vel corpus Dei, non intendens Deum inuocare in teſtem, nec aliquid confirmare; nam hic potius intendit malum imprecari, vel iram, aut tædium patefacere, quàm iurare. Itá Sanchez loco cit. Reginal. lib. 18 n. 9. Leſsius loc. cit. Angelus verbo Periurium in principio, & alij. Vtrum verò ſit blaſphemia dicere per corpus Dei patet ex dictis de blaſphemia.

3 Quæres primò vtrùm ad iuramentum ſufficiat tacita Dei inuocatio.

Reſpõdeo affirmatiuè, quia Deus per tacitam inuocationem adducitur in teſtem.

Pro intelligẽtia iſtius difficultatis aduertendum eſt, inuocationẽ Dei aliam eſſe tacitam, & aliam expreſſam. Expreſſa inuocatio contingit quandò quis dicit, Iuro per Deum, Inuoco Deum, Inuoco Chriſtum, Sanctiſsimam Trinitatem, aut per Chriſtum &c.

Tacita contingit primò, quando quis rogatus vt iuret, manu tangit Crucem, vel librum Euangeliorum, vel aliud ſignum facit, quo ſe iurare oſtẽdit, vt ſi ſubſcribat aliquam ſcripturam, in qua iuramentum cõtinetur, verba enim nõ ſunt neceſſaria ad iuramentum, vt ait Suarez lib. 1. de iuramento cap. 1. Clauis Regia lib.5. c. 1. Sanchez loco cit. nu.12. Rodriquez pri. parte, c. 191. num.2. Armilla, Syluester, Tabiena, Sotus & alij, apud cit. DD.

Secundò tacita Dei inuocatio contingit, quando iuramentum fit per creaturas, in quibus ſpecialiter relucet bonitas Dei, vt quando iuramentum fit per Sanctos, per animam rationalem &c. dum enim hoc modo iuramus non volumus creaturas nobis eſſe teſtes, ſed Deũ, qui in ipſis ſingulari modo reſidet, accipitur enim continens pro contento, creatura pro Creatore, & ſignum pro ſignato. Ita Clauis Regia, & alij, qui addunt iuramentum eſſe maius, quò præſtantius eſt id, in quo Deus relucet; maius enim iuramentum eſt iurare per Beatiſs. Virginẽ, quam per Sanctos, & per Sanctos, quam per elementa &c.

4 Sed modo dubium eſt vtrum ſemper cenſeatur iuramẽtum quoties creatura in teſtem adducitur.

Reſpondeo cenſeri iuramẽtum primò dum adducitur creatura in teſtem, ſimul expreſſo nomine Dei in obliquo, vt ſi dicatur, per aerem Dei, per ignem Dei &c. Ita Clauis Regia lib. 5.c.1.nu.14. Suarez lib.1. de

de iuramento, c. 13. nu. 23. Rodriq. loco cit. nu. 1. & Sanchez c. 2. n. 10. Ratio eſt quia tunc adducitur in teſtē creatura, vt refertur ad Deū.

Secundò quādò in teſtem adducitur creatura tantæ dignitatis, vt in ea ſpecialiter reluceat bonitas Dei, exciterquè in nobis eius memoriam, vt quādo iuratur per animam rationalem, vel per Sanctos, vel etiam per Cælum; tunc enim illa creatura cenſetur in teſtem adduci per ordinem ad Deum; quandò verò in creatura, quæ in teſtem adducitur nō relucet peculiari ratione bonitas Dei, non cenſetur iuramentum, quia non cenſetur creatura adduci per ordinem ad Deū, vt quādò quis dicit, per has veſtes, per hos capillos, &c. Hoc tamē intelligitur, modò ea creatura non adducatur cum vero animo iurandi, ſi enim cum animo iurandi adduceretur, adduceretur per ordinem ad Deum, conſequenter eſſet verum iuramentum.

5 Vt hoc melius intelligatur, aduertendum eſt tribus modis poſſe creaturam in teſtem adduci.

Primò poteſt adduci tanquam teſtis infallibilis veritatis, & hoc modo adducere creaturā eſt blaſphemia, committitur enim blaſphemia tribuendo creaturæ attributum Dei, quale eſt infallibilis veritas, &c.

Verum tamen eſt iurantem non præſumi velle hoc modò iurare, niſi ex indicijs aliter præſumatur; quia non eſt præſumendum delictum, niſi conſtet.

Secundò adduci poteſt creatura quatenus in ea relucet Dĕus, vel quatenus ordinatur ad Deum, & quatenus Deus in ea honoratur, & hoc modo adducere creaturam eſt verum iuramentum, quia Deus cenſetur in teſtem adduci; propterea iurans per reliquias, per templa Sanctorum, per habitum S. Petri, per veſtes ſacras, per habitum religioſum, per ordines, per tōſurā &c. dicitur verum iuramentum emittere. Ita Suarez c. 13. num. 23. Clauis Regia lib. 5. c. 1. Sanchez loco cit. nu. 25. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 3. quæſit. 1. verſ. cōtinent igitur, & alij.

Tertiò modo pōt adduci creatura ſecundum dignitatem, quam in ſe habet, non per ordinem ad Deum, vt quandò quis dicit, per meam conſcientiam, per aerem, fide boni Sacerdotis &c. Adducens creaturam hoc tertio modo non dicitur propriè iurare, quia ſic iurans non intendit Deum in teſtem inuocare, ſed ſolum per creaturas tanquam per res humanas ſuum dictum confirmat. Ita DD. ſup. cit.

6 Quæres ſecundò, an adhibens verba, quæ quis falsò putat importare iuramentum teneatur vi iuramenti.

Reſpōdeo teneri. Ratio eſt quia ad iuramentū non requiruntur verba determinata, ſed ſufficit, vt quis Deum adducat in teſtem quibuſcunq; verbis illum adducat, ergo tenetur vi iuramēti ſi Deum in teſtem ex animo adduxit, quibuſcunque verbis illum adduxerit.

Verum tamen eſt iurantem non teneri vi iuramenti, ſi abſque intentione verè iurandi adhibeat verba non importantia verum iuramentum, vt ſi dicat, fide boni Sacerdotis, aut per hanc Crucem, & conſultò nullam facit Crucem, tunc enim adducit in teſtem Crucem, quam facit; cum autem nullam faciat,

nullam

Digitized by Google

nullam Crucem in teſtem adducit, conſequenter non iurat. Ita Suarez tom.2. de relig.lib.1.cap.11. Sanch. loco cit.nu.27.& 32. & alij DD. cit.

7 Quæres tertiò, an quoties adhibetur verbum Iuro, cenſeatur emitti verum iuramentum.

Reſpondeo negatiuè, non enim eſt iuramentum, ſi proferens non intendat verè iurare, aut ſi addat aliquid, quod diſtrahat verbum à propria ſignificatione, vt ſi dicatur iuro per hanc barbam, tunc enim non adducitur Deus in teſtem, cũ in creatura, quæ adducitur, non reluceat peculiari modo bonitas Dei, nec adducatur creatura per ordinem ad Deum, nec adſit intentio iurandi.

Hinc patet eum non teneri iuramento, qui ſolùm dicit Iuro, vel iuro me facturum hoc; nam Deus in teſtem non adducitur, & eo ipſo quo proferens nihil aliud addit, nõ præſumitur habere animum perficiendi iuramentum, cum illud verbum ſit indifferens ad verum, & fictum iuramentum. Secus dicẽdum eſt ſi hoc dicat animo verè adducendi Deum, nam ad iuramentum non ſunt neceſſaria verba, ſed ſufficit, vt quis ſua mente intendat ſe vinculo iuramenti obſtringere. Ita Suarez lib. 1. de iuramento cap.13. nu.3. Sanchez in ſumma lib. 3. c. 2. nu.3.& 12. Petrus Ledeſma in ſumma tom. 2. tract.11.c.1.dub.1.

PVNCTVM II.

Quotuplex ſit iuramentum.

1 *Iuramentum quotuplex ſit.*

2 *Iuramentum quouis modo fiat ſemper eſt eiuſdem ſpeciei.*

VNICA PROPOSITIO.

1 IVramentum multiplex eſt. Primò enim aliud verbis enunciatur, aliud nutu, aut ſigno, aut manu ſublata, aut tactu Euangeliorum, vel Reliquiarum, aut ſubſcriptione ſcripturæ, in qua continetur iuramentum.

Secundò aliud fit per ſimplicem cõteſtationem, qua Deus in teſtem adducitur, vt dicẽdo teſtor Deum, iuro per Deum, per fidem Dei, vel Chriſti; aliud fit per execrationem, ſeu imprecationem, & contingit quando quis aliquid affirmat, vel negat, adducendo Deum non ſolum in teſtem, ſed etiam in Iudicẽ, & vindicẽ, ſeu punitorem ſi falſum ſit quod iurat, vt ſi qs dicat pereã, non moueat hinc, dæmon me arripiat, per animam meam, per vitam meam, vel ſalutem meam, vel alterius, ità me Deus amet, ſit propitius &c. Senſus enim eſt, ſi non ità eſt, vt aſſero, Deus det mihi mortẽ, non me amet, non ſit propitius &c. Ex quo fit inquit Leſſius lib.2.c.42. nu.9. vt iurans falſum in iuramento execratorio nõ ſolum ſit periurus, ſed etiam peccet contrà propriam charitatem, ſi ex animo illud ſibi malum imprecatur, rarò tamen, vel ferè nunquàm accidit, vt quis ſibi malum imprecetur ex animo, conſequenter non videtur neceſſe pœnitentem, qui iurauit falſum iuramento execratorio, interrogare de hac circumſtãtia. Ita Valentia 2.2. diſp.6. pun.2.& Sanchez lib. 3. c. 1. nu.7. Clauis Reg.lib.5.c.2 ad finem; Reginald.lib.18.num.31. Si tamen accidat, vt pœnitens ſibi imprecatus ſit malum, tenetur hanc circũ-

ſtantiam

Digitized by Google

ſtantiam confiteri, quia peccauit non ſolum contra religionem, iurando falſum, verum etiam contra propriam charitatem; ſicut etiam peccat contra charitatem, aut pietatem, qui falsò iurat per iuramẽtum execratorium in perſonam alterius, vt per vitam filij, patris, &c. quod peccatum mortale eſt, ſi periurus intendat, vt hæc mala eueniant. Ita DD. cit.

Si quæras vtrum iuramẽtum execratorium fieri cẽſeatur ab eo, qui dicit occidar, vel amputentur mihi aures, niſi res ita ſit.

Reſpõdetur affirmatiuè loquendo in rigore iuxta ſenſum verborũ, vt per ſe patet, non ſolent tamen accipi pro hoc iuramẽto, nec proferens intendit per illa verba adducere Deum in teſtem, & vindicem, ſed intẽdit ea dicere per modum ſponſionis. Ita Sanchez lib. 3. cap. 2. num. 42.

Tertio aliud fit per Deum, aliud per creaturas.

Quartò aliud eſt ſolẽne, & aliud ſimplex. Solemne fit cum certa iuris formula, vt coram Notario, Iudice, tactis Euangelijs &c. Simplex verò non habet illã iuris formulã.

Quintò aliud eſt aſſertoriũ, aliud promiſſorium. Aſſertorium adhibetur ad aliqua præterita, vel præſentia affirmanda, vel neganda, vt iuro per Deum, Petrũ occiſum fuiſſe à Ioanne. Promiſſorium verò eſt illud, quo vtimur ad aliquid futurũ affirmandum, vt per Deum veniam ad talem locum, vel dabo tibi centum nummos aureos.

Sextò aliud eſt abſolutum, aliud conditionale; conditio autem aliquando ponitur à iure, aliquando ab ipſo iurante.

2 Sed modo dubium eſt vtrum iuramentũ ſit eiuſdem ſpeciei quouis modo fiat.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia iuramentũ formaliter conſiſtit in inuocatione Diuini teſtimonij, hæc autem eſt eiuſdem rationis, quouis modo fiat iuramentũ, ſiue ſit aſſertoriũ, ſiue promiſſorium, ſiue ſimplex, ſiue ſolemne, ſiue per Deum, ſiue per Sanctos; hæc enim materialiter ſe habent ad iuramentum: quare in confeſsione non eſt neceſſe per ſe loquẽdo iſta exprimere, cum non mutent ſpeciem, nec habeant aliã ſpecie malitiam per ſe loquendo. Ita Suarez loco citato, c. 5. & 9. Leſſ. loco cit. num. 9. dubit. 2. Reginaldus nu. 31. Azorius, Valentia, & alij locis cit.

PVNCTVM III.

Vtrum iuramentum ſit licitum, & quid requiratur vt iuramentum licitũ ſit.

1 *Iuramentum licitum eſt, quamuis non ſit ex eo genere bonorum, quæ ſint frequentanda.*

2 *Afferuntur, & ſoluuntur argumenta, quibus probatur Iuramentum eſſe illicitum.*

3 *Conditiones requiſitæ ad hoc vt iuramentum licitè fiat.*

4 *Vt iuramentum licitum ſit requiritur veritas, iuſtitia, & iudicium.*

5 *Veritas ad iuramentum requiſita conſiſtit in hoc vt iurans non leui ſed probabili coniectura, & prudenter putet verum eſſe, quod iurat.*

6 *Inferuntur corrolaria ex dictis.*

7 *Quantam diligentiam iurans adhibere debeat ad dignoſcendum num res*

vera

vera ſit, ita vt excuſetur à peccato,
8 *Iudicium in iuramento requiſitum conſiſtit in hoc vt fiat cum neceſſitate, & reuerentia.*
9 *Iuſtitia iuramenti conſiſtit in hoc, vt iuramentum fiat de re licita.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 IVramentum licitum eſt, vt patet ex multis ſcripturæ locis apud Valentiã 2.2. diſp. 6. quæſt. 7. punct. 3. Azor. lib. 11. cap. 2. Clauem Reg. lib. 5. cap. 3. in principio Suar. tom. 1. lib. 1. de iuramento cap. 4. & 7. & apud Leſsium de iuramento.

Obſerua tamẽ iuramentũ quãuis ſit licitũ, & bonũ non eſſe ex eo genere bonorum, quę ſunt per ſe bona, & frequentanda, ſicut eſt ieiunium, oratio, &c. ſed eſſe ex eo genere bonorum, quę bona ſunt, poſita neceſsitate, ſicut eſt vſus medicinæ, quę ſolum prodeſt neceſsitate vrgente. Ita DD. cit. quibus adhæret Sanch. in ſum. lib. 3. c. 3. n. 2.

2 Obijcies primò Matthęi quinto dicitur Ego autem dico vobis non iurare omninò nequè per Cęlum, quia tronus Dei eſt, nequè per terram, quia ſcabellum eſt pedũ eius.

Reſpondetur eo loci prohiberi iuramentum factum ex quauis occaſione, & ſine neceſsitate.

Obijcies ſecundò, non licet rem Diuinam ad res humanas ordinare; iuramentum autem eſt res Diuina, cum contineat Dei teſtimonium, conſequenter non licet adhibere, vel ordinare iuramentũ ad res humanas, vt ad contractus, lites, &c.

Reſpondetur primò cum Leſsio negando non poſſe rem Diuinam ad finem humanum adhiberi, dum alia ratio non ſuppetit; nam licitè vtimur Sacramentis ad procurandam corporis ſalutem, &c.

Reſpondetur ſecundò cũ Claue Reg. iuramentum ex intentione iurantis ordinari ad aliquid humanum, vt ad efficiendum auditorem certum rerum, quæ iuramento confirmantur, ex habitu vero religionis iuramentum, & ipſam rem humanã ordinari in reuerentiam, & cultum Dei; quia ex confirmatione veritatis per diuinum teſtimonium Deus honoratur.

3 Hinc tranſeamus ad explicandum, quid requiratur, vt iuramentum ſit licitum, ſed prius præmittẽdum eſt, multas cõditiones ab auctoribus aſsignari, vt iuramentum licitè fiat, quæ his verſibus continentur.

Sit ius iurandum licitum diſcerne, notato.
Quis, cui, quod, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando.

Particula, quis, denotat perſonã, quæ iurare debet; non enim omnibus permiſſum eſt iudicialiter iurare, vt ſupra dictum eſt.

Particula, cui, denotat perſonam, in cuius manibus emitti debet iuramentum ſolemne, ſeu in iudicio, iuramentum enim in iudicio fieri debet coram iudice competente, qualis non eſt laicus reſpectu Clerici apud ipſum accuſati, aut requiſiti, vt ſolemniter iuret, vel vt teſtimonium ferat. An vero liceat Clericis iurare in manu laici de licentia ſui Epiſcopi, videri poteſt apud Sanchez in ſum. lib. 2. cap. 3. apud Clauem Reg. lib. 5. cap. 3. Azor. Sylueſt. & Angel. locis puncto proximè præcedenti relatis.

Particula, quod, indicat cauſam materialem, ſuper quam fertur iuramen-

Digitized by Google

ramentum, cauſa autem materialis debet eſſe res licita, & honeſta, vt conſtabit ex dicendis.

Particula, per quod, oſtendit per quid iuramentũ fieri debeat, nempe per ſolum Deum, vel per creaturas, quatenus ad Deum referuntur.

Particula, ad quid indicat finem iuramenti, qui licitus eſſe debet; nam ſi finis malus ſit iuramentum nõ obligat, iuxta dicenda de Voto.

Particula, cur, arguit cauſam cõcomitantem, & aliqua ratione mouentem ad iurandum, quæ cauſa licita eſſe debet, nullus enim moueri debet ad iurandum ex cauſa illicita, qualis cauſa fuit ſaltatio puellæ in iuramento Herodis.

Particula, quomodo, demonſtrat modum, quo fieri debet iuramentũ, non enim fieri debet per vim, aut timorẽ, aut ſubito iracundiæ motu.

Particula, quando, explicat tempus, in quo emitti poteſt iuramentũ ſolemne, iuramentum enim ſolemne non poteſt emitti quibuſcunque diebus, videlicet diebus Dominicis aut ſolemnibus diebus, niſi magna neceſsitas, aut cauſa pia, aut pax aliter ſuadeat cap. 1. de ferijs. Verũ his conditionibus omiſsis breuiter enumerãdæ ſunt illæ, quæ ad quodlibet iuramentũ requiruntur, quæq; iuramenti comites appellantur.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 TRia requirũtur vt licitum ſit iuramentũ, videlicet veritas iuſtitia, & iudiciũ Hieremiæ 4. Iurabis viuit Dominus in iuſtitia, in iudicio, in veritate. Ratio eſt quia in iuramento Deus, qui eſt ſumma veritas, & iuſtitia adducitur in teſtimonium, ergo non temerè, ſed cũ iudicio, iuſtitia, & veritate adduci debet; ergo ad iuramentum requiritur iuſtitia, veritas, & iudicium; Ita Nauar. cap. 12. nu. 3. Leſs. Suarez & Valentia locis ſtatim citandis; Couar. Angelus, Tabiena, & alij apud Clauem Reg. lib. 5. cap. 4. n. 1. Tolet. lib. 4. c. 21. & alios communiter teſte Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 4. in principio.

5 Quæres primò in quonam conſiſtat veritas ad iuramentum requiſita.

Reſpondeo in hoc conſiſtere, vt iurans nõ leui, ſed probabili coniectura, & prudenter arbitretur verum eſſe, quod iurat. Quaproter ſi non eſt verum, vel iurans arbitratur nõ eſſe verum, aut dubitat eſſe verum, quod certo iurat, peccat mortaliter peccato periurij; deſideratur enim veritas cum iurans adducat Deum in teſtem falſi, aut ſaltem exponat ſe periculo adducendi Deũ in teſtem falſi. Hoc tamen intelligitur, niſi excuſetur ob indeliberationẽ, aut leuem negligentiam in cognoſcenda veritate; iſtæ enim ſunt regulæ generales generaliter excuſantes à mortali. Ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 79. art. 7. Leſs. Sanchez Valen. Suarez, & alij ſtatim citandi.

6 Hinc ſequitur primò, iuramentum aſſertorium in omni materia etiam leui eſſe peccatum mortale, quoties iurans credit non eſſe verum, quod aſſerit, etiamſi iuret ex bono, & neceſſario fine, aut ex timore; nam adhuc verum eſt Deum adduci in teſtem mendacij, quod eſt intrinſecè malũ, nec põt cohoneſtari ex bono fine. Ita Suarez tom. 2. de religione lib. 3. de iuramento cap. 4. nu. 6. Toletus loco cit. nu. 8. Clauis Reg. lib. 5. cap. 3. nu. 16. Na-

uar.loco cit.n.6.Sanchez lib.3. cap. 4.nu. 6. & alij.

Secundò ſequitur, iuramentum falſum eſſe peccatum mortale,etiã ſi fiat cauſa ioci, vt patet ex dicta ratione, quamuis aliqui iuriſperiti apud Angelum aliter ſenſerint. Ita Suarez, Clauis Reg.Sanchez, & alij locis citatis.

Tertiò eum peccare mortaliter, qui rem dubiam iurat, vt certam, vel rem certam iurat, vt dubiam; aſſerit enim tanquam certum,quod eſt dubium, vel è contrà, quæ ſunt peccata eiuſdem rationis, conſequenter in confeſsione ſufficiet dicere toties falſum iuraui;nam in cõfeſsione ſufficit aperire ſpecies peccatorum. Ita Sanch.n.36. Qui verò rem dubiam iurat, vt dubiam non eſt periurus, vt ſi dicat dubito, vel puto ita eſſe,ſeu ſuſpicor addito iuramento. Ita Suarez tom.2. de religione lib.3.cap.4.Clauis Reg.lib.5. c.5.n.7.Nau.n.7.Sanch.n.8.Sylueſt. verbo Periurium quæſito 1.& alij.

Quartò ſequitur, eum peccare mortaliter, qui promittit aliquid habens animum illud non præſtandi,vel credens,vel dubitans ſe illud non præſtiturum, vel nõ poſſe præſtare, & hoc verum eſt ſiuè res licita ſit,ſiuè illicita, nã deeſt veritas, quæ primariò requiritur in iuramẽto. Itaque peccat mortaliter, qui iurat ſe facturum aliquod malum graue, aut leue, cuius exequendi nõ habet intentionem; nam hoc iuramentum caret veritate. Ita Sanch. cap.4.nu.34.& alij.

Ex quo poteſt inferri minus malum ab eo cõmitti, qui iurat ſe facturum aliquod veniale animo illud exequendi, quam animo non exequendi; nam qui iurat animo exequendi, peccat tantummodò venialiter, vt paulò poſt dicam, qui verò iurat cum animo non exequẽdi peccat mortaliter defectu veritatis primariò requiſitę in iuramento. Ita Sanchez cap. 4. nu.32.& alij.

Quintò eum, qui iurat ſe fracturũ oſſa, vel brachia filio,aut ſeruo, verè non intendens frangere, ſed ſolum intendens grauiter punire, non peccare mortaliter peccato periurij, quia cum hæc verba dicãtur per hyperbolẽ, & exaggerationem,Deus non adducitur in teſtem falſi, conſequenter Deus non adducitur in teſtem falſi, ſed veri ſecundum ſenſum hyperbolicum, modò iurans nõ intendat iurare iuxta ſenſum verborũ, ſed iuxta ſenſum hyperbolicum. Hoc pacto poteſt excuſari,qui dicit tanti calamus æſtimatur quanti equus, &c. Ita Clauis Regia lib.5.cap.5.nu.12.Sanchez n. 19.& alij.

7 Rogabis quantam diligentiam iurans adhibere debeat ad cognoſcendum, num res vera ſit ita vt excuſetur à peccato.

Reſpondeo eam diligentiam ab eo adhibendam eſſe,quam poſtulat materia,ſupra quam cadit iuramẽtum:ſunt enim aliquę res,quæ propter ſui difficultatem maiorẽ requirunt diligentiam, aliæ verò ſunt ita claræ,vt nulla egeant diligentia ad iurandum. Ita Clauis Regia lib. 5. cap.4.nu.33.Arragonius 2.2. quæſt. 89.art.3.Sanchez nu.10.& alij.

Ex quo fit, vt Titius, qui aliquid audiuit à viro fide digno,poſsit extra iudicium iurare ita eſſe,quia res videtur certa ob teſtimonium viri fide digni: in iudicio tamen nõ poterit iurare ita eſſe. Tum quia in iudicio iuramus ea, quæ nouimus de

viſu,

viſu, & præſentia. Tū quia c. Teſtes 3. quæſt. 9. Calixtus Papa præcipit teſtes de his ſolis teſtificari, quæ in ipſorum præſentia facta ſunt. Tum quia teſtis de ſolo auditu non ſemiplenè probat, nec tanti æſtimatur ipſius aſſertio, quanti dictum illius, in cuius præſentia facinus perpetratum fuit.

Non nego tamen, quin etiam teſtis poſsit hoc in iudicio iurare, modò addat, & exprimat cauſam ſuæ ſcientiæ dicendo ſe hoc ſcire quia hoc accepit à viro fide digno; ſic enim nullū decipit, nec rem falſam iuramento confirmat. Ita Sanchez lib. 3. cap. 4. nu. 13. & alij.

8 Quæres ſecundò in quonā conſiſtat iudiciū requiſitū in iuramēto.

Reſpondeo in hoc conſiſtere vt fiat cum neceſsitate, & reuerentia: propterea ſi fiat ſine neceſsitate vt in re leui, quam non ſit neceſſe iuramento confirmare, committitur peccatum defectu iudicij: quāquam hoc peccatum eſt ſolum veniale, quia non fit grauis irreuerentia Deo, ſed eſt quædam vanitas, & ſuperfluitas. Ita Leſsius de Iuramēto diſp. 3. n. 17. Suarez lib. 3. cap. 12. Sanchez in ſum. lib. 3. cap. 6. nu. 22. & alibi Clau. Reg. lib. 5. cap. 4. n. 32.

9 Quæres tertiò in quonam conſiſtat iuſtitia iuramenti.

Reſpondeo in hoc conſiſtere vt iuramentum non fiat de re illicita. Ratio eſt tū quia materia iuramenti debet eſſe res licita, & honeſta, vt conſtabit ex dicendis. Tum quia fit irreuerentia Deo ipſum adducēdo in teſtem rei illicitæ; hæc autem irreuerentia eſt peccatum graue, aut leue pro grauitate, aut leuitate materię, ſupra quam fertur iuramētum: propterea iurans ſe fornicaturum grauiter peccat, quia grauem Deo facit irreuerentiam ipſum adducendo in teſtem illius, quod eſt valdè contrarium diuinæ legi, & à quo tenetur ſub mortali abſtinere: qui verò iurat ſe prolaturum verbū otioſum, aut facturū aliud peccatū veniale, peccat venialiter, cum faciat aliquam Deo iniuriam ipſum adducendo in teſtem illius faciendi, à quo tenetur ſub veniale abſtinere.

Item peccat venialiter, qui iurat ſe non facturum ea, quæ ſunt de cōſilio animo ea non faciendi, vt ſi iuret ſe non ingreſſurum Religionem, facit enim aliquam irreuerentiam Deo ipſum adducendo in teſtem contra ipſius conſilia. Ita Suarez lib. 3. cap. 18. & 19. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 7. pun. 3. Clauis Regia loco citato, Azor. tom. 1. lib. 11. c. 5. quæſito 1. Leſsius lib. 2. c. 42. dub. 4. nu. 18. Sanchez cap. 4. nu. 26. Nauar. cap. 12. num. 13. Reginaldus lib. 18. n. 87. & 92. & alij apud præcit. DD.

Hinc colligi poteſt eum, qui de alio grauiter detrahit, & iniuſtam ſuam detractionem confirmat iuramento præter graue peccatū detractionis cōmittere culpam grauem defectu iuſtitiæ iuramenti in materia graui. Ita Reginaldus nu. 87. & alij; facit enim grauem iniuriam Deo adducendo ipſum in teſtem rei mortaliter peccaminoſæ, quamuis Suarez lib. 3. cap. 2. nu. 5. & cap. 12. nu. 7. & 8. & Sanchez loco cit. num. 33. velint regulariter committi ſolam culpā venialem, quoties iuramentum aſſertorium cadit ſuper rem verā, etiamſi res ſit mortaliter illicita, & peccaminoſa.

PVNCTVM IV.

De qua re fieri debeat Iuramentum, ſeu quænam ſit materia iuramenti.

1 *Materia iuramenti debet eſſe res licita, & non peccaminoſa.*

2 *Materia iuramenti non eſt res indifferens, aut impoſſibilis, aut impeditiua maioris boni, ſeu diuinis conſilijs contraria, modò materia illa maneat ſemper indifferens, vel iuramentum non ſit factum in fauorem alterius.*

3 *Inferuntur corrolaria ex dictis.*

DVo querenda ſunt. Primo vtrū materia iuramenti debeat eſſe res licita. Secundò vtrū poſsit eſſe res indifferens.

PRIMA PROPOSITIO.

1 MAteria iuramēti debet eſſe res licita, & non peccaminoſa. Ratio eſt tum quia irrogatur iniuria Deo adducendo ipſum in teſtem rei turpis, & illicitæ. Tū quia malum ſemper eſt vitandum. Ita DD. ſtatim citandi.

Addo iuramentum non obligare ſi illud, quod promittitur eſt peccatum, vel ſaltem non poteſt ſine peccato adimpleri: iuramētū enim non eſt vinculum iniquitatis, nec obligare poteſt ad malum de reg. iuris in 6. Ita Suarez lib. 2. cap. 17. Clauis Reg. loc. cit. c. 7. Valen. loc. cit. pun. 4. Nauar. c. 12. n. 17. Leſsius loc. cit. nu. 20. Sanchez. c. 9. & alij.

Vtrum vero ſeruandum ſit iuramentum quando eius materia partim eſt licita, & partim illicita, partim poſsibilis, & partim impoſſibilis, conſtat ex dictis de promiſſione, & ex dicendis de voto, ſeruādum eſſe quo ad partem licitam, & poſsibilē, quia vtile per inutile non vitiatur.

Sed modo dubium eſt vtrū materia iuramēti poſsit eſſe res indifferens, vel impoſsibilis, vel impeditiua maioris boni.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 MAteria iuramenti non eſt res indifferens, aut impoſſibilis, aut impeditiua maioris boni, ſeu contraria diuinis conſilijs. Immo iuramentum non obligat, ſi fiat de re indifferente, vel quā melius eſt nō fieri. Ratio eſt quia Deus non vult obligare ad aliquid vanū, & otioſum, vel contrarium ſuis cōſilijs, ſeu ad aliquid impeditiuum maioris boni, cōſequenter, qui iurauit, non tenetur vinculo iuramēti ad ſeruandam rem promiſſam indifferentem. Ita communiter DD.

Hoc tamen limitandum eſt. Primò quandiu res illa manet indifferens, quamobrem ſi iuraſti non fricare barbam, aut non tranſire per talem viam, aut non ambulare, vel ambulare nullo propoſito fine honeſto, aut non adire talem officinā cauſa emendi, aut non ludere in tali domo, vel cum tali perſona, eo quod putes illam domum, & illum ludum eſſe tibi infauſtum, & infelicem, non teneris ſeruare iuramentum, quia huiuſmodi iuramentum eſt de re vana, & indifferente: quid enim refert nolle in hac domo, vel cum

cum hac perſona ludere reſeruata facultate ludendi in alijs locis, vel cum alijs perſonis? Ita Sanchez lib. 3.cap.9.Suarez lib.2.de iuramento, cap.16.Regin.lib.18.nu.46.Quamdiu vero res nō manet indifferens, ſed ſecum habet aliquid boni, ſeruandum eſt iuramentum, vt ſi non fricando barbam euitabis culpā vanitatis, aut ſi non ludendo effugies aliquam peccati occaſionem, vel iacturam facultatum, aut ſi non tranſeundo per talem viam, euades periculum alicuius peccati, teneris rem promiſſam iuratam adimplere, nam hæc eſt materia apta iuramenti. Ita Nauar. c.12. num.vlt. & alij locis citatis.

Secundò limitandum eſt, modò iuramentum non ſit factum in fauorem alterius; licet enim iuramētum de re indifferente, vel quā melius eſt non fieri, non obliget, per ſe loquendo, obligat tamen, ſi fiat in fauorem alterius, qui obligationē non remittat. Ratio eſt tum quia adimpletio iuramenti in hoc caſu non eſt actus indifferens, ſed actus virtutis, videlicet veracitatis, & fidelitatis, & eſt conſeruatiuus propriæ æſtimationis, quæ ſeruatur ſtādo promiſsis. Tum quia in promiſſione alteri facta ſpectatur id, quod gratius eſt, non autem id, quod melius eſt in ſe, ad diſtinctionem promiſsionis, quæ fit Deo, in qua attenditur quod eſt melius; nam quod eſt melius, eſt etiam Deo gratius; iuramentum igitur factum in vtilitatem alterius, ſeruādum eſt, modò ſeruari poſsit abſque peccato mortali, aut veniali. Ratio eſt tum quia quilibet curare tenetur, ne videatur Deum in teſtem falſi adduxiſſe. Tū quia in cap. Quamuis de pactis in 6. dicitur iuramentum homini pręſtitum, quod abſque ſalutis æternæ diſpendio ſeruari poteſt, neceſſariò ſeruandum eſſe. Ita Suarez lib. 2. cap.12.Clauis Reg. loco cit.cap.5. & Leſſ.loco.cit.nu.29.

3 Hinc patet Primò, eum non teneri iuramentum ſeruare, qui iurauit latroni, ſe illum non denuntiaturum; ſed poſtea ſuperior condidit præceptum obligans ad denuntiādum; nam inferior non potuit iuramento ſe obligare ad aliquid contra præceptum ſuperioris, vel contra legem naturalem, ſeu ad peccatum. Ita Sanchez cap.29.Suar.lib.1. cap.20. & alij.

Secundò non eſſe ſeruanda iuramenta facta contra Dei conſilia, vt ait Azor.lib.9. cap.5. Nauarr. & alij locis citatis aſſerentes iuramētum contra conſilium propria auctoritate violandum eſſe, nec indigere diſpenſatione, nam malum eſt ſemper fugiendum, conſequenter iurans aliquid contra Dei conſiliū, non debet ſeruare iuramentum, ſed adimplere debet conſilium, vt ſi iuraſti non mutuare, aut nō dare eleemoſynam, aut non ingredi religionem, aut non loqui cum fratribus, non teneris iuramentum adimplere, ſed potius mutuare debes, dare eleemoſynam, &c.

Tertiò eos, qui iurant ſe nō vendituros minori pretio, aut nō empturos maiori, non teneri ad ſeruandūm iuramentum, ſed poſſe minori vendere, & maiori emere, nam iuramentum videtur de re indifferente, & ſinè vtilitate, & factum videtur in fauorem eius, cui pręſtitum eſt; quilibet autem poteſt cedere iuri ſuo. Ita Sanchez lib.3.cap.9.nu.15. & alij, quos retuli de venditione.

Digitized by Google

Quartò inualidam eſſe ſecundã promiſsionem iuratam factam cõtra aliam prius factam de re licita, nam ſecunda promiſsio eſt de re illicita, & contra ius alterius, conſequẽter nõ obligat, nec ſeruãda eſt.

Ex quo patet inualida eſſe ſecunda ſponſalia iurata facta cõtra alia ſponſalia prius facta cum iuramento, vel etiam ſine iuramento; vt bene ait Azorius lib.11. cap. 6.quæſito 1.Sanchez,& alij,quos retuli de matrimonio quæſt. 1. punct. 5. nu.8.Immo ſi prima ſponſalia ob aliquam iuſtam rationem diſſoluãtur, ſecũda ſponſalia adhuc remanent inualida, nec eſt obligatio illa adimplendi, iuxta regulam iuris in 6.Non firmatur tractu temporis, quod ab initio non ſubſiſtit.

Hoc tamen limita cum Sanchez, modò non conſtet iurantẽ habuiſſe intentionem obligandi ſe pro tempore, quo fuerit licitum adimplere ſecunda ſponſalia, vel aliam rem promiſſam; tunc enim remaneret obligatio pro eo tempore,quia tale iuramentũ eſſet de re licita,& tractum ſucceſsiuum haberet.

Quintò,eum,qui iurauit tradere pecuniam meretrici pro copula, teneri ſecuta copula ſoluere; nam eſt promiſsio rei licitæ,& debitæ ex iuſtitia; quamuis ſupponat actionẽ turpem, vt patet ex dictis de reſtitutione. Ita Sanchez in ſumma cap. 9. nu.28. & alij cõmuniter,quos retuli de reſtitutione quæſt.3.punct.3.

Sextò, promiſsionem prodigam non obligare, quò ad eam partem, in qua eſt prodigalitas. Ita Suarez cap.23.Salonius 2.2.quæſt.62.art.1. cõtrouerſia 4. & alij cõtra Sanchez loco.cit.nu.27.& alios.

Septimò, eum, qui rem licitam promiſit cum iuramẽto,teneri promiſsionẽ adimplere,quamuis fortè promiſsio illa iurata ſit mala ratione alicuius prohibitionis, vel alterius circumſtantiæ adiunctæ, propterea ſi ſubditus prohibeatur à ſuperiore facere alteri promiſsionem abſq; conſenſu ſuperioris, ſed poſtea inferior promittat rem licitam cum iuramento ſine conſenſu ſuperioris tenetur ſeruare iuramentum; quia iuramentum eſt de re licita, licet promittẽs peccauerit promittendo contra prohibitionem ſuperioris. Ita Suarez lib.2. cap.24. Sanchez loco cit.Molina tom.1. de iuſtitia diſp. 152. & alij.

Octauò iuramentum factũ de re prohibita per legem naturalem, aut Diuinam, aut canonicam non obligare cum ſit de re illicita. Vtrũ verò iuramentum factum de re prohibita per legem ciuilem obliget, patebit ex puncto ſequenti.

PVNCTVM V.

Vtrum iuramẽtum factum contra legem ciuilem obliget, & ſeruandum ſit.

1 *Iuramentum factum de re prohibita per legem ciuilem primariò reſpicientem bonum publicũ,nõ obligat.*

2 *Iuramentum factum cõtra legem reſpicientem bonum particulare, obligat, modò non vergat in præiudicium tertij.*

3 *Inferuntur corrolaria ex dictis.*

4 *Lex primariò reſpicit bonum commune,quando ex eius tranſgreſſione læditur bonum commune: priuatum verò reſpicit,quando commune primariò non læditur.*

5 *An iuramentum confirmet contractũ, reſpondetur remiſſiuè.*

PRI-

PRIMA PROPOSITIO.

1 IVramentum factum de re prohibita per legem ciuilem, quæ primariò, & immediatè dirigitur ad bonum publicum, nō obligat. Ratio eſt tum quia lex, quæ immediatè dirigitur ad bonum publicum, obligat ad culpam: Iuramentum autem non obligat ad aliquid faciendum, quod ſit culpabile, & peccaminoſum; materia enim iuramenti non eſt peccatum, & iuramentum nō eſt vinculum iniquitatis. Tum quia iuramentum, quod directè vergit in aliquod iniuſtum præiudicium tertij, non obligat, c. Quamuis, de pactis in 6. alioquin obligaret ad rem iniuſtā; ergo multò minus obligat ſi fiat de re aliqua prohibita per legem ciuilem, quæ immediatè dirigatur ad bonum commune; nam tale iuramentum vergit in præiudicium boni cōmunis. Tum quia inualida eſt renunciatio, quamuis iurata, qua clericus cum iuramento renunciat priuilegio fori, c. Si diligenti de foro competente, eo quod hoc priuilegium conceſſum ſit in fauorem totius ſtatus Clericalis, cui perſona particularis renunciare non poteſt; ergo iuramentum factum cōtra bonum commune, ſeu contra legem immediatè reſpiciētem bonum commune eſt inualidum. Ita communiter Doctores.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 IVramentum factum contra legem, quę primariò, & immediatè reſpicit fauorem, & commodum perſonæ priuatæ, obligat, modò non vergat in præiudicium tertij. Ratio eſt tum quia hæc lex immediatè fertur in fauorem perſonæ priuatæ; quælibet autem perſona priuata poteſt cedere iuri ſuo, abſq; præiudicio tertij; ergo, ſi cedat, iuri ſuo cum iuramento, validum, & obligatorium erit iuramentum. Tū quia, lex reſpiciens immediatè bonum priuatæ perſonæ, non intendit illi laqueum peccati ex tranſgreſſione illius legis inijcere, ſed ſolùm intendit in fauorem illius perſonæ actum irritare. Si ergo perſona illa, in cuius fauorem lex facta eſt, cedat huic fauori, nullum incurrit laqueum peccati; conſequenter tenebitur ſeruare iuramentum factū in alterius fauorem contra legem immediatè reſpiciētem bonū priuatum: & hoc verum eſt, etiamſi lex illa prohibeat, ne illius fauori renuncietur; nam adhuc dicendum eſt talem prohibitionem factā eſſe in fauorem perſonæ priuatæ; non autem in damnum; vt ait Sanchez lib. 3. c. 9. num. 37.

3 Hinc patet primò fœminā, quæ iurauit ſe nō habituram regreſſum ad paterna bona, teneri ſtare iuramento, quamuis lex ciuilis irritet promiſsionem, qua fęmina promittit ſe amplius nō habituram regreſſum ad paterna bona; nàm huiuſmodi lex immediatè reſpicit bonū priuatum; iuramentum autem factum contra legem immediatè reſpiciētem bonum priuatū, obligat.

Secundò patet, legem ciuilē reſpiciētem immediatè bonum commune, obligare ad culpam, non ſolùm ciuilem, verum ēt moralem, ideſt ſub peccato; nàm eius violatio vergit in damnum boni cōmunis, cui particularis perſona cede-

re non poteſt; legem verò ciuilem, quę immediatè reſpicit bonum priuatum, non obligare ad culpā moralem eum, in cuius fauorem lata eſt; cum poſsit ſuo fauori renunciare.

Tertiò patet, iuramentum factū contra bonos mores naturales non obligare, cùm ſit de re illicita; iuramentum verò cōtra ſolos bonos mores ciuiles obligare, ſi fiat contra legem reſpicientem immediatè bonum priuatum; nàm hoc iuramentum nō eſt de re illicita, & peccaminoſa, cum aduerſetur legi non obliganti ad culpam, quatenus quilibet iuri ſuo cedere poteſt. Ita Suarez lib. 2. cap. 21. Reginald. num. 43. & alij Doctores ſtatim citandi.

4 Quęres quandonam lex primariò reſpiciat bonum commune, & quando bonum priuatum.

Reſpōdeo, tunc immediatè reſpicere bonum commune, quandò ex eius tranſgreſsione immediatè læditur bonum commune; vt eſt lex de non extrahendis equis, aut armis, aut frugibus ex ſtatu; nam ex violatione huiuſmodi legis ſtatus ipſe patitur detrimētum, cùm deſtituatur cibo, & armis neceſſarijs ad ipſius ſecuritatem. Tunc verò reſpicit bonum priuatum, quandò ex illius legis tranſgreſsione non lęditur immediatè bonum commune, vt ſunt leges, quibus cauetur, ne ſit valida alienatio fundi dotalis ſine licētia Principis, vel ne minor contrahat ſine curatore, &c.; nàm iſtæ leges, quamuis mediatè reſpiciant bonum commune, quatenus bonū priuatum redundat in communitatem; nihilominus immediatè reſpiciunt bonum priuatū, quatenus ex earum violatione non læditur immediatè bonum commune; nàm Reipublicæ non multum intereſt, vt bona ſint vnius potius, quàm alterius ciuis. Ita Abbas cap. Cum cōtingat de iureiurando, Imola, Salicetus, Corneus, & alij apud Sanchez lib. 3. c. 9. num. 31. in ſumma, ommiſsis ijs, quos in ſimili ſupra retuli de legibus, & de priuilegijs.

5 Si quæras vtrum iuramentum confirmet contractum. Reſpondetur ſolutionem iſtius quæſiti conſtare ex dictis de cōtractibus diſp. 3. q. 1. pun. 1. à num. 7. vſq; ad 14.

PVNCTVM VI.

An promiſſio, iuramentum, & alia facta contra prius iuramentum valida ſint.

1 *Promiſſio, aut iuramentum factū contra prius iuramentum, aut votum validum, &c. non obligat.*

2 *Geſta contra obligationem iuramenti valida ſunt, niſi aliunde ſint irrita.*

3 *Alienatio fundi dotalis facta à muliere cum iuramento contra prius iuramentum factum illum non alienandi, inualida eſt.*

DVo breuiter explicanda ſunt in hoc puncto. Primò vtrum promiſsio, aut iuramentum de re aliqua facienda cōtra prius iuramentum obliget. Secundò vtrum actus factus contra prius iuramentum, quo quis iurauerat abſtinere ab illo actu, validus ſit.

PRI-

PRIMA PROPOSITIO.

1 PRomiſsio, aut iuramentum factum cõtra prius iuramentum, aut contra votum, aut contra priorem promiſsionem validã, non obligat. Ratio eſt quia ſecundum iuramẽtum, vel ſecunda promiſsio eſt de re, quæ ſine peccato ſeruari non poteſt: iuramentum autem, quod ſine peccato ſeruari non poteſt, nõ obligat; ideò ſecunda ſponſalia iurata contra prima ſunt inualida, & promiſsio facta contra prius votum validum, eſt inualida, conſequenter inualida ſunt ſponſalia facta poſt votum caſtitatis, vel aſſumendi ordinem ſacrum, vel nõ nubendi. Ratio eſt quia huiuſmodi iuramentum, votum, ſiue promiſsio ſunt de re mala, cum adimpleri nequeant ſine violatione iuramenti, voti, ſeu promiſsionis.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 GEſta contra obligationem iuramenti valida ſunt, niſi aliunde ſint irrita; ideò reuocatio teſtamenti facta contra iuramentũ de non reuocando teſtamento valida eſt; venditio facta cõtra promiſsionem iuratam de nõ vendendo valida eſt; Matrimonium contra votum ſimplex caſtitatis, aut contra ſponſalia iurata cum alia validum eſt. L. Traditionibus C. de pactis, & L. Quoties, C. de rei vẽdicatione. Ratio eſt quia iuramentum non reddit iurantem inhabilẽ ad faciendum actum cõtrarium ex ſe validum; ergo geſta contra iuramentum ſunt valida.

Addo valida eſſe, etiam ſi iurans, dùm iurauit, haberet voluntatem auferendi ſibi poteſtatem validè faciendi actum contrarium; non.n. poteſt hanc ſibi poteſtatem auferre, cum ab ipſo non pendeat. Ita Suarez lib. 2. cap. 19. num. 7. de iuramento, & lib. 4. de voto cap. 16. Sanchez lib. 3. cap. 12. num. 32. & alij, qui hoc idem aſſerunt de voto.

Dixi niſi aliunde ſint irrita, nam fieri poteſt, vt huiuſmodi actus, & geſta irritentur à iure; propterea ſi mulier iuret ſe non alienaturam fundum dotalem, & poſtea illum alienet abſque Iudicis auctoritate, alienatio non eſt valida, non quia ſit contra iuramẽtum, ſed quia irritatur à iure.

3 Sed modo dubium eſt vtrum talis alienatio ſit valida ſi fiat cum iuramento, contra prius iuramentum, non alienandi.

Reſpondet affirmatiuè Suarez de iuramento lib. 2. cap. 30. nu. 16. Molina in ſimili diſp. 540. columna 11. & alij. Ratio eſt quia actus factus contra obligationem iuramenti validus eſt, quamuis illicitè fiat; ſicut iurans non contrahere matrimonium, ſi poſtea contrahat validè contrahit, ſed illicitè. Præterea quãuis alienatio facta contra prius iuramentum non alienandi contineat periurium contra prius iuramentum: tamen ſecundum iuramentum, quod tribuit robur actui non aduerſatur priori; nam prius iuramentum erat non alienandi, ſecundum eſt non reuocandi, ſiue non cõtraueniendi; diuerſum autem eſt non alienare, & alienationem factam non reuocare: cùm ergo poſterius iuramentum nõ aduerſetur priori, & ſeruari poſsit ſine periurio dicendum eſt valere,

& ſufficere, ad cōfirmandam alienationem.

Sed cōtrariā ſentētiam ſuſtinui de cōtractibus diſp.3.q.1.pun.1.nu.7.ſub finē. ideq; docet, Azor.1. par. lib.11. cap.6. quæſito 3. Sanchez in ſumma lib.3. cap.12. num.38. relatis 24. Doctoribus, Leſsius lib.2. c.17. dub.7. num.59. Syluester, Couar. & alij apud Suarez loco citato. Ratio eſt quia poſterius iuramentum eſt contrarium priori; nam iurans non alienare, tacitè cēſetur reprobare alienationem futuram, & cēſetur nolle contrauenire ſuo iuramēto, aut ratam habere alienationem; ergo alienatio fundi dotalis facta contra prius iuramentum nō alienandi, non eſt valida; nam ex iuris diſpoſitione eſt inualida, nec robur accipit à ſecundo iuramento, cùm iuramentum non ſit vinculum iniquitatis, cap. 4. de iure iurando.

Ad rationes in contrarium. Ad primam reſpondeo illam procedere in actibus, qui valorem non accipiunt ſimpliciter à iuramento.

Ad ſecundam patet reſponſio ex noſtra ratione.

Hinc patet quid dicendum ſit de alijs contractibus, qui iure poſitiuo ſunt irriti, & firmantur iuramento.

PVNCTVM VII.

Vtrum ex iuramento facto animo ficto oriatur obligatio.

1 *Quotupliciter fieri poſſit iuramentum animo ficto.*

2 *Ex iuramento facto abſque animo iurandi non oritur obligatio coram Deo ex vi iuramenti.*

3 *Item ex iuramento facto animo iurandi, ſed non ſe obligandi non oritur obligatio.*

4 *Vt iuramentum obliget nō requiritur vt iurans formalem intentionem habeat ſe obligandi.*

5 *Ex iuramento facto cum animo non adimplendi, naſcitur obligatio ex vi iuramenti.*

6 *Qui iurat quouis modo ex prædictis peccat mortaliter iurando ſine animo iurandi, vel non ſe obligandi, quoties iuramentum rationabiliter exigitur.*

1 Ex vero iuramento verā obligationem oriri meridiana luce clarius eſt. Dubium tantummodo eſt, an obligatio conſurgat ex iuramento ficto. Tripliciter autem fieri poteſt iuramentum animo ficto. Primò abſq; animo iurandi. Secundò cum animo iurandi, ſed cum intentione non ſe obligandi. Tertiò cum animo iurandi, & ſe obligandi, ſed cum intentione non adimplendi. Explicandum igitur eſt in hoc puncto, vtrum ex iuramento quouis modo ficto naſcatur obligatio iuramenti.

PRIMA PROPOSITIO.

2 Ex iuramento facto abſq; animo iurandi, non oritur obligatio ex vi iuramenti coram Deo. Ratio eſt quia obligatio ex vi iuramenti oritur ex iuramento, iuramentum autem factum ſine animo iurandi nō eſt verum iuramentum, ſed fictum, apparēs, & extrinſecum, ſicut matrimonium, quod fit ſine interno conſenſu, & voluntate non

eſt

Digitized by Google

eſt verum, ſed fictum, & apparens.

Dixi corā Deo, quia in foro externo iurans cogeretur ad ſeruandum iuramentum, ob præſumptionem veri iuramenti: Forum enim externum accipit verba iuxta ipſorum ſignificationem. cap. Ex literis de ſponſalibus. Ita Couarr. de pactis 1. parte §. 5. in principio, quem ſequitur Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 10. num. 11. & alij.

Dixi ex vi iuramenti; quia ratione ſcādali, quod oriretur ex tranſgreſſione iuramenti, obligatur iurans ſtare iuramento facto animo ficto; ſicut etiam tenetur ſtare iuramento, quando iuramenti adimpletio neceſſaria eſt ad impediendum damnum, cuius eſſet cauſa iurans non adimpleto iuramento fictè, & dolosè facto, nam iurans fictè, & dolosè cenſeretur per ſuam fictionem cauſa huius damni, cum nō haberet iuſtam cauſam fictè iurandi. Ita Leſſ. lib. 2. cap. 42. num. 45. Suarez lib. 2. cap. 7. Azor lib. 11. c. 4. quæſito 2. Caietan. 2. 2. q. 89. art. 7. in ſolutione ad 4. Valen. 2. 2. diſp. 6. q. 7 puncto 4. ſub finem. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 10. num. 13. & alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Ex iuramento facto animo iurandi; ſed cum animo nō ſe obligandi, non oritur obligatio ex vi iuramenti. Ita ſentio cum Azor. 1. parte lib. 11. cap. 4. quæſito 2. Sylueſt. verb. Iuramentū. 4 quæſit. 7. Armilla num. 14. Sanchez in ſumma cap. 10. num. 8. Angelo, D. Bonauentura, Nauarro, Gutierez, & alijs apud Leſsium lib. 2. cap. 42. dub. 8. & apud Sanchez loco citato contra Caietanum 2. 2. q. 89. art. 7. Suarez c. 7. Sotum lib. 8. q. 1. art. 7. Leſſium loco citato num. 38. Arragonium 2. 2. q. 89. art. 7. verſic. quarta concluſio. Clauem Regiam lib. 3. cap. 6. num. 8. Valen. 2. 2. diſp. 6. q. 7. puncto 4. & alios. Ratio eſt tū quia Deus non acceptat iuramentum, niſi ſecundùm hominis intentionē, cap. Humanæ aures, q. 22. diſt. 5. vbi ſic habetur *Diuina iudicia talia foris noſtra verba audiant, qualia ex intimis proferuntur*; ſi ergo iuramentum ex intimis proferatur cum animo non ſe obligandi, Deus non acceptabit iuramentum cum obligatione. Tū quia, qui contractui adiungit clauſulam cōtra ſubſtantiam contractus, non obligatur ad ſeruandum contractum, vt ſi vendat domum cum animo non ſe obligandi ad illam tradendam emptori, aut ſi aliquid promittat, ad quod nolit teneri, ergo etiam qui apponit clauſulam iuramento contra ſubſtantiā iuramenti non obligatur ex vi iuramenti; clauſula autē contra ſubſtantiam iuramenti eſt intentio nō ſe obligandi; cum obligatio ſit de ſubſtantia iuramenti.

4 Quæres an vt iuramētum obliget, requiratur vt iurans formalem intentionem habeat ſe obligandi.

Reſpondeo negatiuè, ſed ſufficere vt iurans velit iurare ſciēs naturam iuramenti, ſeu ſciens iuramentū obligare, nam eo ipſo, quod ſcit naturam iuramenti, & non habet poſitiuam voluntatem non ſe obligandi, cēſetur velle iurare iuxta naturam iuramenti; cenſetur. n. velle facere actum iuxta ſuam naturam; natura autem iuramenti eſt obligare; ergo eo ipſo, quod habet verum iurandi animum cenſetur ſe velle obligare, licet non habeat

for-

formalem intentionem ſe obligandi. Ita Sanchez loco cit. num. 9. Suarez loco citato num. 8. & patet ex dictis de Matrimonio, & de promiſsione.

TERTIA PROPOSITIO.

5 EX iuramento facto cum animo non adimplendi naſcitur obligatio ex vi iuramenti. Ratio eſt tum quia ex cotractu celebrato animo non ſoluendi naſcitur obligatio; ergo etiam naſcitur ex iuramento facto cum animo nõ adimplendi. Tùm quia in tali iuramẽto liberè, & ex intentione adducitur Deus in teſtem; ergo ne ſit adductus in teſtem falſi iurans tenetur illud adimplere. Tùm quia intentio adimplendi nõ eſt de ſubſtantia iuramenti; ergo etiam ſi iurans habeat intentionem non adimplendi remanet obſtrictus vinculo iuramenti, cum nihil illi ſubſtantiale deſit. Tùm quia ſublato poſteriori non tollitur quod prius eſt, ſed in iuramento animus exequendi eſt poſterior animo ſe obligandi; ergo ſublato animo exequendi nõ tollitur animus ſe obligandi; conſequenter neque tollitur obligatio, quæ naſcitur ex iuramento facto cum animo ſe obligandi. Ita Leſſ. cap. 42. dub. 8. num. 41. Sanchez lib. 3. ſummæ cap. 10. num. 5. Suarez lib. 2. cap. 2. & alij cõtra Valentiam diſp. 6. q. 7. puncto 4. tomo 3. & alios.

Addo cum Sanchez loco citato num. 6. & Suarez loco citato nu. 5. 6. & 7. idẽ dicendum eſſe, quando iuramentum factum eſt abſq; animo promittendi; nam animus promittendi non eſt de ſubſtantia veri iuramenti de futuro, eſt ſubſtantia veri iuramenti ſubſiſtat, quamuis non adſit intentio promittẽdi, aut quamuis promiſsio ſit inualida, vt patet ex dictis puncto ſexto; nam iuramentum obligat ad rem implendam, etiamſi promiſsio, ſupra quam cadit iuramentum, irrita ſit, capite Debitores de iureiurando. Videte Suarez lib. 2. cap. 2. de iuramento. Leſsium loco citato, dub. 11. num. 53. Sanchez loco citato cap. 9. num. 6.

6 Quæres quale peccatum committatur ab eo, qui exterius iurat abſq; animo iurandi, vel cum animo non ſe obligandi, vel cum animo non adimplendi.

Reſpondeo, primo cõmitti peccatum mortale iurando cùm animo non iurandi, vel cum animo nõ ſe obligandi, quoties iuramentum rationabiliter exigitur. Ita Caietanus, Sotus, & alij apud Leſsium loco citato, & Sanchez cap. 4. n. 10. Ratio eſt quia intercedit grauis deceptio, quæ expreſsè repugnat vſui, & fini iuramenti valdè neceſſario rebus humanis. Si verò iuramentum irrationabiliter exigatur, non ſemper committitur mortale peccatum iurando, cum animo nõ iurandi, vel cum animo nõ ſe obligandi: Videndum enim eſt an iurans iuret verum an falſum. Si iurat verum, non peccat mortaliter, quia non facit grauem iniuriam homini, cum irrationabiliter extorqueat iuramentum; neque iniuriam grauem Deo facit; cum non adducatur Deus in teſtem falſi, ſed exterius adducatur in teſtem rei veræ. Si verò falſum eſt quod iurat, videndum eſt vtrum iurans intendat materiam illam falſam confirmare

firmare

Digitized by Google

firmare iuramento, ſeu iuramẽtum ad rem falſam referre, & ſic peccat mortaliter, quia externo actu adducit Deum in teſtem falſi, ſicut mortaliter peccat, qui exterius ſacrificeat Idolo abſque animo ſacrificandi. Si verò non intendit referre iuramentum ad illam materiam falſam, ſed ſolum vſurpat illa verba, ad ſignificandũ aliud mente conceptum, aut nõ intendit per illa verba quidquàm cõfirmare, nõ peccat mortaliter ſecluſo ſcandalo. Ratio eſt quia habet ius vſurpandi ea verba iuxta quem voluerit ſenſum, vt patebit ex dicendis, nec facit iniuriam extorquenti irrationabiliter iuramẽtum, vt dictum eſt; aut Deo, cum nec interius, nec exterius adducatur Deus in teſtem falſi.

Reſpondeo ſecundo eum peccare mortaliter, qui iurat cum animo non adimplendi; nam habet affectum ad peccatum; peccatum autẽ eſt nolle præſtare id, quod præſtandum eſt ex vi iuramenti, & velle Deum facere teſtem falſi; immo ſi iurans poſtea non præſtet, quod iurauit, nouo peccato peccat, quia curare debet ne Deus in teſtẽ falſi adductus ſit, Ita Valen. diſp. 6. q. 7. Nauar. cap. 12. num. 13. Suarez lib. 3. cap. 15. num. 2. Azorius, Sanchez, Leſsius, & alij locis citatis.

PVNCTVM VIII.

An iuramentum dolo, vel errore preſtitum obliget.

1 *Error, & dolus aliquando verſantur circa ſubſtantiam, aliquando circa qualitatem.*

2 *Itẽ aliquando verſantur circa cauſam finalem, & aliquando circa impulſiuam tantùm.*

3 *Iuramentum nõ obligat quoties error, & dolus ſunt circa ſubſtantiam rei promiſſæ.*

4 *Item iuramentum non obligat, ſi dolus, & error verſentur circa cauſã finalem.*

5 *Inferuntur correlaria ex præcedenti propoſitione.*

1 Notandum primo errorem, & dolum aliquando verſari circa ſubſtantiam, aliquando circa qualitatem, vt ſi quis iuret ſe daturum rem aliquam, quam putat eſſe vitream, & poſtea comperit eſſe gemmam, dicitur error circa ſubſtantiã, non vero circa qualitatem, vt patet ex dictis de contractibus diſp. 3. quæſt. 1. puncto. 2. § 1.

2 Notandum ſecundò dolum, & errorem aliquando verſari circa cauſam finalem, & motiuam, aliquãdo circa impulſiuam tantum; quid autem ſit dolum verſari circa cauſam finalẽ, & quid circa impulſiuã dictum eſt de contractibus per dolum celebratis diſp. 3. quæſt. 1. § 1.

PRIMA PROPOSITIO.

3 Iuramentum nõ obligat quoties error, & dolus ſunt circa ſubſtantiam rei promiſſę. Ita Suar. de iuramento lib. 2. cap. 11. nu. 7. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 11. nu. 42. & alij, quos retuli de contractibus. Ratio eſt quia vt iuramentum obliget, requiritur conſenſus, & voluntas, quoties autem error, & dolus ſunt circa ſubſtantiam deeſt cõſenſus, quia iurans non intendit iurare

rare

rare rem illam, ſed aliam, nihilquè magis eſt conſenſui contrarium, quàm error.

Amplia etiamſi error, & dolus ſit tantummodo comitans, ideſt etiãſi iurans cognito errore iuraſſet; nam adhuc deeſt conſenſus poſitiuus, & actuale voluntarium, vt dictum eſt de matrimonio, & de contractibus §. 1. cit. num. 3.

Limita reſpectu rei, circa quam adfuit error; nã ſi res eſt diuidua, & reſpectu vnius partis adfuit error non verò reſpectu alterius, iuramentum non obligat reſpectu illius partis, circa quã adfuit error, obligat verò reſpectu alterius, nam reſpectu alterius adfuit conſenſus, vt ſuppono. Ita Sanchez, & alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 IVramentum non obligat, quoties dolus, aut error verſatur circa cauſam finalem, ſeu quoties iurans ſecundum prudentem æſtimationem non cenſetur voluiſſe iurare, ſi dolum cognouiſſet. Ratio eſt tum quia iuramentum non obligat vltra mentem iurantis; iurans autem non cenſetur habuiſſe mentem iurandi, aut ſe obligandi errore verſante circa cauſam finalem. Tum quia in eo caſu iurans cenſetur iurare ſub conditione ſi res ita eſt. Ita Nauar. in ſumma cap. 12. num. 13. Azor. prima parte lib. 11. cap. 7. quæſito 3. Sanchez cap. 11. Suarez lib. 2. cap. 11. nume. 12. & Emmanuel Sà verbo Iuramentum num. 9. Immo multi Doctores exiſtimant iuramentum, quod præſtatur errore, aut dolo dante cauſam iuramento, eſſe inualidum.

Dixi in propoſitione quoties verſatur circa cauſam finalem, nam ſi verſetur ſolũ circa cauſam impulſiuam iuramentum obligat, vt patet ex dictis de contractibus loc. cit. nu. 6. & ex dicendis de voto.

5 Ex dictis colligi poteſt primo, eum, non teneri ſtare iuramento, qui iurauit ſe empturũ domũ Caij, quam cum bonã eſſe crederet, inuenit vitioſam in fundamentis; nam intercedit error, aut dolus circa ſubſtantiam, vel ſaltem circa cauſam finalem.

Secundò, eum, qui iurauit ſtare contractui venditionis, ſed poſtea deprehendit ſe notabiliter læſum, in defectu pretij; poſſe æqualitatẽ pretij procurare, quia iuramentum factũ fuit cum errore verſante circa cauſam finalem; iurauit enim ſtare contractui venditionis, quia credebat contractum iuſtum eſſe.

PVNCTVM IX.

An Iuramentum metu extortum obliget.

1 *Iuramentũ metu graui extortũ quamuis iniuſtè, obligat, modò ſit de re licita.*

2 *Inferuntur corrolaria ex propoſitione.*

3 *Iuramentum metu extortum obligat ſub mortali.*

4 *Iurans, & poſtea dubitans an habuerit animum adimplendi iuramentum metu graui extortum, tenetur illud adimplere.*

VNICA PROPOSITIO.

1 IVramentũ metu graui extortũ etiamſi iniuſtè ſit extortum, obligat, modò ſit de re licita. Ita communiter Doctores. Ratio eſt tum quia ſic habetur capite Si verò de

de iuramento, & capite Ad audientiam de his quæ vi, tum quia iure naturæ tenemur curare, vt verum ſit quod iuramus, ne Deus adducatur in teſtē falſi; efficeremus autē Deū adductum eſſe in teſtem falſi non ſeruando iuramentum metu graui extortum, conſequenter iuramentū metu graui extortum obligat erga Deum, licet erga hominem non inducat obligationē; cum homo per iniuriam nullum ius acquirat.

2 Hinc ſequitur primò, eum, qui iuramento promiſit vſuras, teneri ad eas ſoluēdas, cap. Debitores de iureiurando, licet enim promiſsio ſit inualida, nec ſit obligatio ſtandi promiſsioni, ratione ipſius promiſſionis, nihilominus ſtandum eſt ratione iuramenti, vt bene oſtendit Sanchez cap. 9. num. 24. & cap. 11. nu. 3. Caietanus, Sotus, & alij communiter, quamquam is, qui cum iuramento promiſit vſuras, poteſt facta ſolutione, repetere ſolutum, quia non iurauit ſe non repetiturū, ſi verò iurauit non repetere, nō poterit repetere, niſi fortè prius obtineat relaxationem iuramēti, vt patet ex cap. Ad audientiā de his, quę vi. Ita Suarez lib. 2. cap. 9. nu. 17 de iuramento, Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 11. nu. 9. Reginaldus nu. 60. Leſsius lib. 2. cap. 42. dub. 6. & alij.

Secundò ſequitur, eum, teneri ad redeundum in carcerem etiam iniurioſum qui iurauit ſe rediturum. Ratio eſt quia regreſſus eſt licitus, & honeſtus cum ſit actus fortitudinis, veracitatis, & fidelitatis, etiam ſi timeatur mors euentura; ergò tenetur redire, etiamſi iniuſtam mortis pœnam ſibi redeundo timeat niſi fortè iurauerit cum limitatione mente concepta, vt ſupra dictū eſt, aut niſi iuramenti relaxationē obtineat, aut niſi tempore iuramenti inſcius eſſet tanti periculi; nam iuramentum habet hanc tacitā conditionem, niſi notabilis mutatio ſuperueniat, hic autem ſuperuenit notabilis mutatio in ęſtimatione iurantis. Ita Leſsius lib. 2. c. 42. dub. 6. nu. 28. Suarez lib. 2 cap. 10. nu. 14. & 16. Angelus Verbo Iuramentum nu. 5. & alij apud Sanchez cap. 11. nu. 32. & 34. contra Nauarrum cap. 12. n. 18. Vaſquez 1. 2. diſp. 174. cap. 5. nu. 35. Reginaldum lib. 18. nu. 62. & alios dicentes non teneri redire, dum carcer eſt iniuſtus, aut quando accuſatus eſt innocēs; ſed iuxta allegata, & probata cenſetur reus, & nocens.

Obijcies nullus poteſt ſe ipſum occidere, ſed tenetur vitę propriæ conſulere, hic autem videretur ſe ipſum occidere, nec propriæ vitæ conſuleret offerendo ſe morti iniuſtæ per regreſſum in carcerem iniuſtum.

Reſpondeo nullum quidē poſſe ſe ipſum immediatè occidere, poſſe tamen ex iuſta cauſa exponere ſe periculo mortis, vt patet ex dictis de homicidio; hic autem ex iuſta cauſa exponit ſe periculo mortis.

3 Sed modo dubium eſt vtrū iuramentum metu extortum obliget ſub mortali.

Reſpondet Angelus n. 10. & alij obligare ſolum ſub veniali.

Ego vero cum communi Theologorum ſententia cenſeo obligare ſub mortali, conſequenter violantem iuramentum metu extortū lethalem culpam committere, quia grauem iniuriā Deo facit, cum efficiat vt Deus in teſtem falſi adductus eſſe videatur. Ita Sanctus Thomas

mas 2.2.quæſt.89.art.7.ad tertium, & quæſt.98. art.3. ad primum Reginaldus loc.cit.Sanchez lib.3.cap. 11.nu.14.Leſſ. & alij locis citatis.

4 Secundò dubium eſt vtrum, qui iurauit ex metu graui teneatur iuramentum adimplere, ſi poſtea dubitet an dum iurauit haberet animum ſe obligandi.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia idem eſt iudicium fori interni, & externi, quando externũ non nititur falſa præſumptione, forum autem externum iudicaret in fauorem iuramenti. Tum quia poſſeſsio ſtat pro voto; nã pro illo ſtat poſſeſsio,pro quo ſtat iuris præſumptio. Tum quia probato facto præſumitur interueniſſe omnia requiſita ad factum capite In præſentia de probationibus,cũ ergo conſtet de iuramento præſumendum eſt omnia ad iuramentũ requiſita interueniſſe conſequenter ad fuiſſe animum ſe obligandi, etiamſi vehemens coniectura defectus animi ſe obligandi concurrat ob metum, & coactionem. Ita Couar. 4. decretalium 2. parte cap.3.§.5.nu.3. Gutierez de iuramento 1. parte cap. 57.nu.20. & alij apud Sanchez lib. 1. de matrim. diſp.9.nu. 13. contra Syluestrum, & alios apud eundem Sanchez nu. 12.

PVNCTVM X.

Quinam poſſint Iuramentum emittere.

1 *Quibuſnam interdictum ſit iudicialiter iurare.*

2 *Iuramentũ poteſt præſtari per Nuntium, vel Procuratorem.*

3 *Ille, cuius nomine præſtatur Iuramentum, obligatur, non verò Procurator, ſeu Nuntius.*

4 *Iuramentum poteſt per Nuncium, vel Procuratorem præſtari, quando poteſt per alium præſtari, vel lex proprium Iuramentum non requirit, & quando Nuncius, ſeu Procurator habet ad hoc ſpeciale mandatum.*

5 *Inferuntur corrolaria ex dictis.*

IN præſenti puncto quærendum eſt primo, vtrum omnibus in iudicio liceat iuramentum emmittere; nam extra iudicium conſtat licere omnibus iurare etiam impuberibus, eoſque mortaliter peccare, ſi falſo iurent, modò ſufficienti rationis vſu polleant.

Secundo vtrum iuramentũ pręſtari poſsit per nuntium, vel procuratorem.

PRIMA PROPOSITIO.

1 NOn omnibus eſt permiſſum iurare iudicialiter, nã maſculis ante 14. annum, & puellis ante 12. interdicitur iuramentum ſolẽne in iudicio in cauſis ciuilibus. cap. Paruuli 22. quæſt.5. Ratio eſt quia non habent ſufficientem rationis vſum,ſeu maturum iudicium ad iurandum cum debita reuerentia,propterea non poſſunt à iudice cogi ad iurandum, cap. Pueri 22. quæſt.5. In criminalibus non admittitur minor annis.20. L. Inuiti ff. de teſtibus. Si verò ſe ſpontè offerant ad iurandum, cõtrouerſia eſt inter DD. an poſsint ad iurandum admitti. Sotus enim lib 8.quæſt.1.art. 10. S. Antoninus, & alij exiſtimant poſſe admitti,ſi ſint capaces doli,& in eis iudicium ſufficiens vigeat. Ratio eſt quia cap. Pueri 22.quæſt. 5. dicitur,

5. dicitur, quod ſi renuerint, iurare non cogantur, ergo ſi ſe vltro obtulerint non debent repelli. Syluester verò quæſito 3. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 11. quæſito 6. Valētia, 2. 2. diſp. 6. quæſt. 7. punct. 3. verſ. Item eſt hic; Sanchez lib. 2. cap. 3. nu. 6. & alij putant non eſſe admittēdos, quia præſumuntur non habere ſufficiens iudicium ad iurandū cum debita reuerentia in iudicio. Verum ſi minores dicta ætate admittantur, licet non faciant plenam fidem, faciunt præſumptionem, etiam ſufficientē ad torturam; vt ait Syluester verbo Impubes in fine, Sanchez loc. cit. & alij.

Præterea non ſolùm pueri repelluntur à iuramento emittendo in iudicio, verum etiam periuri, qui in iudicio conuicti ſunt, & condemnati tanquam periuri, cap. Paruuli 22. quęſt. 7. Ita Sotus lib. 8. quæſt. 1. art. 10. Arragonius 2. 2. quæſt. 89. art. 10. Azor. loc. cit. Reginal. lib. 18. nu. 14. & Sanchez cap. 3. n. 5. Ratio eſt quia prēſumuntur peieraturi, ex quo ſemel peierarunt.

Interdicitur etiā Sacerdotibus, & Prælatis iurare in iudicio ſinè graui cauſa, & neceſsitate; cap. Si quis presbyter 2. quæſt. 5. Ratio eſt quia iuramentum exigitur à laicis, quia dubitatur de veritate eorum, quæ ipſi dicunt, hoc autem dubium cum in Eccleſiaſticam perſonam cadere non debeat, nō eſt ab ea exigendū iuramentum pro leui cauſa; pro neceſsitate verò, vel magna vtilitate licitum eſt Sacerdotibus iurare. Ita DD. cit. qui caſus adducunt, in quibus licitum eſt Sacerdoti in iudicio iurare; adduntquè non licere Clericis iurare corā ſeculari iudice ſine licētia Epi in his tribus caſibus.

Primus eſt in actu teſtificationis, cap. Quamquam 24. quæſt. 1.

Secundus eſt, quando coram eo, qui non eſt ipſorum ſuperior, iurāt de calumnia, ideſt quando in cauſa propria coram iudice, qui non eſt proprius ſuperior, litigant, iurantes, ſe non animo calumniandi, ſed bona fide cauſam mouere, vel aliquid proponere, vel reſpondere. c. Nos, 22. quæſt. 7.

Tertius eſt quando coguntur à laico iurare coram ipſo, tanquam ſuo ſuperiori, cap. Peruenit de iureiurando. Videte Sanchez, Azor. Reginald. & alios DD. cit. cum Claue Reg. lib. 5. cap. 3. Bene tamen obſeruat Sanchez loco. cit. nu. 9. cum Couarr. & alijs, Sacerdotem non teneri, dum iuramentum emittit, ſacra tangere, ſed ſatisfacere per ſe loquendo, & in certis caſibus in iure expreſsis, ſi iuret per propriā conſecrationem, tangendo proprium pectus, cap. Si quis presbyter 2. q. 5. & ita vſu receptum eſt.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 IVramentū præſtari poteſt per nuntium, vel procuratorem ſeruata duplici limitatione inferius tradenda. Ratio eſt tùm quia matrimonium, quāuis ſit actio perſonalis, contrahi poteſt per nuntiū, vel procuratorem vt patet ex dictis de matrimonio, ergo etiam per procuratorem, vel nūtium præſtari poteſt iuramentum. Tum quia ſic decernitur cap. 1. de ſtatu regularium in 6. & cap. vltimo de iuramēto calumnię in 6. Ita Azor. prima parte lib. 11. cap. 7. quæſito vltimo, vbi teſtatur de communi Canoniſtarum ſententia Suarez lib. 2. de iuramen-

ramento cap.31.Côuar.cap. quamuis pactum prima parte, §. 5. nu. 8. Sanchez in ſum. lib. 3. cap.13.n.13. & alij.

3 Hinc ſequitur eum, cuius nomine præſtatur iuramentum, obligari iuramento, non verò nuntium, vel procuratorem emittenté iuramentum nomine alterius; nam procurator non emittit iuramentum nomine proprio, ſed alieno, ergo is, cuius nomine iuramentum emittitur, obligatur vinculo iuramenti, non vero nuntius, vel procurator, & patet à ſimili in matrimonio. Ita Azor. & Suarez locis cit. Sotus 8. de iuſt. quæſito 2. art. 2. ad finem, Sanchez loco cit. n. 25. & alij.

Obijcies ſi procurator nomine alterius ſcienter, & non bona fide iuret falſum, vel dubium tanquam certum, peccat peccato periurij; ergo afficitur obligatione, & vinculo iuramenti.

Reſpōdeo peccare peccato periurij, non quia vinculo iuramenti afficiatur, ſed quia cooperatur periurio alterius, ſicut inducens alterū ad iurandum falſum eſt reus periurij, vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis, licet non ſit propriè periurus.

Ex quo licet inferre mādantem, non vero procuratorem, affici pœnis in periuros conſtitutis, quia dominus nō verò procurator dicitur propriè, & ſtrictè periurus. Ita Sylueſt. verbo iuramentum quæſito 1. quem citat, & ſequitur Sanchez loco citato nu. 26.

4 Limitanda tamen eſt prædicta propoſitio primo, modò actus talis ſit, qui per procuratotem præſtari poſsit; aut modò lex proprium iuſiurandum non requirat, ſeu nō pręſcribat, vt quis propria manu iuret; tunc enim certum eſt iuramentum in grauibus præſtari non poſſe per procuratorem, quāuis procurator habeat ſpeciale mandatum ad iurandum, cap. Si verò de ſententia excommunicationis. Ita DD. cit. contra nonnullos alios.

Ex quo ſequitur iuſiurandū, quo quis teſtificari debet, non poſſe per procuratorem emitti, quia cap. Licet de teſtibus præſcribitur propriū iuramentum. Ita Sanchez nu. 22. & 23. Azor. & Couar. loc. cit. & alij apud præcitatos DD.

Secundò limita modò procurator ſpeciale mandatum habeat ad iurandum. Ita Iulius Clarus 4. Recept. ſentent. §. feudum quæſt. 49. ad finem Couar. & Sotus locis. cit. Sanchez loc. cit. nu. 18. & alij. Ratio eſt tum quia iuramentū eſt res maximi momenti, & ſtrictè obligat eū, cuius nomine fit, ergo non debet ſine ſpeciali ipſius mandato emitti. Tum quia nullus nomine alterius iurare poteſt aliquid tanquam certum, & verum, niſi illud certò norit, non poteſt autē illud certò noſſe, niſi ab eo, cuius nomine iurat, ſpeciale mandatum habeat ad iurandū in ſpeciali cauſa nominata.

5 Ex hac ratione licet inferre primò ad iuramentū nomine alterius emittendum, requiri ſpeciale mandatum in cauſa particulari, & non ſufficere generale, aut etiā ſpeciale mandatum ad iurandum in quacūque cauſa mandantis; argumento textus in cap. finali de procuratore in 6. in quo cap. Exigitur ſpeciale mandatum, & quo ad matrimoniū, & quo ad perſonam, cum qua contrahendum eſt matrimonium.

Secundò eum, qui generale mandatum

Digitized by Google

datum dedit ad contrahendum, & iurandum ſuo nomine, non teneri ex vi iuramenti, ſed ex vi contractus, ſtare contractibus per procuratorem, mandantis nomine celebratis cum iuramento. Ratio eſt quia hoc mandatum non eſt legitimum ad iurãdum nomine alterius, licet ſufficiat ad contrahendum. Ita Sotus loco citato, Sanchez nu. 19. Caietanus 2 2. q. 98. art. 2. ad finem & alij.

Tertiò iuramentum, quod vaſallus domino fęudi facit per procuratorem promittens ſe futurum ei fidelem, validum eſſe, modò procurator in hac ſpeciali cauſa peculiare mandatum habeat. c. 1. §. verum de ſtatu regularium in 6. Ita Sãchez, Couar. Iulius Clarus, Azor., & alij locis cit. contra Baldũ apud Couar. apud Sanch., & apud Azor. locis citatis.

PVNCTVM XI.

Vtrum iuramentum ab eo poſſit exigi, qui creditur peieraturus.

1 *Iuramentum ex iuſta cauſa licitè exigitur ab eo, qui creditur peieraturus.*
2 *Inferuntur corrolaria ex propoſitione.*
3 *Petens iuramentũ ſine iuſta cauſa ab eo, qui creditur peieraturus, quãuis ille ſit peierare paratus, peccat.*
4 *Magis peccat ille, qui curat adduci falſum Deum in teſtem veri, quam qui curat adduci verum Deum in teſtem falſi.*

VNICA PROPOSITIO.

1 IVramentum licitè poteſt exigi ab eo, qui creditur peieraturus, modò iuſta ſubſit cauſa petendi. Ita S. Tho. q. 98. art. 4. Caietanus, & alij apud Leſsium lib. 2. cap. 43. dub. 10. nu. 49. Salon. 2. 2. q. 87. art. 4. controuer. 2. Suarez de iuramento lib. 3. cap. 13. Sanchez in ſumm. lib. 3. cap. 8. Reginal. lib. 18. num. 76. Ratio eſt quia non petitur, nec intenditur periurium, ſed iuramentum, quod alter licitè poteſt emittere abſq; mendacio, & periurium reſpectu petentis non eſt intentum, ac volitum, ſed cenſetur permiſſum; poſſumus autem aliqua permittere ob bonum finẽ, cum charitas regulariter loquendo non obliget cum noſtro graui incommodo ad nõ permittendum proximi peccatum.

2 Hinc ſequitur primò, iudicem poſſe petere iuramẽtum ab eo, quẽ ſcit peieraturum; hoc enim facit ratione officij ita exigẽtis, habetq; iuſtam permittẽdi periurij cauſam. Ita Reginal. num. 77. Sanchez loco cit. nu. 2. & alij DD. citati.

Secundò ſi magni tua intereſt vti periurio ad fraudes alterius manifeſtandas, vt ius tuum obtineas, poſſe te periurium permittere, ſicut Deus ob bonos fines multa mala permittit, & dominus permittit furtum ſerui, & pater filij, vt eorum fidelitatem experiantur, ſibiq; caueant in futurum.

Addo cum Didaco, Couar. cap. Quamuis pactum prima parte, §. 1. nu. 7. Reginal. lib. 18. nu. 20. & alijs DD. citatis non ſolum exigi poſſe iuramentum ab eo, qui creditur peieraturus per verum Deum; verum etiam ab eo, qui ſcitur iuraturus per falſos Deos; modò iuramentum exigatur abſolutè, & non in genere non determinatè tali mo-

do, ideſt per falſos Deos, & modò exigatur ex rationabili cauſa. Ratio eſt quia prauum iuramentũ imputandũ eſt, malitiæ malè iurantis non vero exigenti iuramentũ; nam exigens petit iuramentũ, qđ alter licitè poteſt emittere, & petit rẽ licitã ex iuſta cauſa; iuſta aũt cauſa petendi iuramentum ab Ethnico, qui ſcitur iuraturus per falſos Deos eſt neceſsitas petentis, & magna ipſius vtilitas, ſicut etiam hęc eadẽ cauſa ſufficit vt petens mutuum ab vſurario excuſetur; vt bene tradit Sanchez loco cit. num. 21. & patet ex dictis de contractibus, & ex ſupra dictis in ſimili de peccatis.

Tertiò ſequitur nos non poſſe, non exiſtente iuſta cauſa, exigere iuramentum ab eo, qui creditur peieraturus; nam quilibet tenetur ex charitate Dei offenſam impedire, quoties abſque ſuo damno, & commodè poteſt impedire. Ita Valen. 2. 2. diſp. 5. q. 21. punct. 4. Molina tomo. 2. de iuſtitia diſp. 335. concl. 4. Suarez lib. 3. cap. 14. num. 16. Reginald. lib. 18. num. 76. Leſsius loco cit. Sanchez loco cit. nu. 24. & alij.

3 Sed modò dubium eſt primò quodnam peccatum committatur ab eo, qui abſque iuſta cauſa petit iuramẽtum ab eo, quem credit peieraturum, aut iuraturũ ſine iuſtitia, vel iudicio.

Reſpondeo committere peccatum graue, aut leue, quale cõmittitur ab eo, qui peierat, vel iurat ſine iuſtitia, vel indicio. Ratio eſt quia cum non habeat iuſtam cauſam exigendi iuramentum, non ſolum cenſetur permittere alterius peccatum, ſed etiam cenſetur, eum inducere ad iurãdum cum peccato; qui autẽ alium inducit ad peccatum, committit ſimile peccatũ; Et hoc valet, etiamſi alter paratus eſſet ad ita iurandum; nam exigens iuramentum cooperatur ſaltem illi actui externo iuramenti, cui deeſt iuſtitia, aut veritas, aut iudicium. Ita Suarez loco cit. num. 19. & Sanchez lib. 3. cap. 8. nu. 1. & alij, quos in ſimili retuli de peccatis.

Hinc patet, eum, qui abſque iuſta cauſa petit iuramentum ab eo, quẽ probabiliter credit peieraturum, peccare mortaliter, etiamſi peierans paratus eſſet ad peierandum; vt bene tradit Molina diſput. 335. verſic. Verum autem. Salon. Valen. & alij apud Sanchez nu. 22. quamuis multi DD. apud eundẽ Sanchez num. 23. oppoſitum ſentiant.

Addo eum grauiter peccare, qui inducit aliũ ad iurandum id, quod iurans credit eſſe verum, ſed inducens ſcit eſſe falſum; facit enim vt Deus re uera in teſtem falſi adducatur, quamuis iurans excuſetur ob inaduertentiam. Ita Azor. 1. parte lib. 11. cap. 12. quæſito 2. Suarez loco citato, Sanchez n. 10. & alij, quos in ſimili retuli de peccatis, de cẽſuris, & de Sacramentis.

Dixi quem probabiliter credit peieraturum, nam ſi ſolum dubitet peieraturum non peccat per ſe loquendo: quia in dubio non debemus præſumere alterum velle peccare. Ita Azor. loco cit. Sanchez num. 9. Suarez c. 14. nu. 9. & 14. Clauis Reg. lib. 5. c. 5. nu. 2. & 3. & alij.

4 Secũdo dubium eſt, vtrum magis peccet, qui curat adduci verum Deum in teſtem falſi, an qui curat adduci falſum Deum in teſtẽ veri.

Reſpondeo maius peccatum per ſe loquendo committi ab eo, qui curat adduci falſum Deum in teſtẽ veri

Digitized by Google

veri, ſeu verũ iurari per falſos Deos, quam qui curat adduci verum Deũ in teſtem falſi. Ratio eſt quia iurans per falſos Deos tribuit cultum Dei falſo Deo, quod eſt peccatum idololatriæ, & blaſphemiæ, oppoſitũ primo præcepto, & grauius periurio; iurans verò falſum per verũ Deum committit periurium oppoſitum ſecundo præcepto. Ita Sotus lib. 8. quæſt. 2. num. 3. concl. 1. Suarez lib. 3. c. 3. nu. 6. folio 463. Clauis Regia lib. 5. cap. 3. nu. 18. Sanchez lib. 3. cap. 4. num. 38. Azor. loco cit. cap. 12. quæſito 12. & alij apud præcitatos Doctores.

PVNCTVM XII.

Vtrum poſſimus iurare alio ſenſu, quàm alter intelligat.

1 *Non committitur mendatium proferendo verba iuxta alium ſenſum, quam audientes intelligant, quando verba duplicem ſenſum habent.*

2 *Non licet abſque iuſta cauſa vti æquiuocatione.*

3 *Licet vti verbis amphibologicis, quando pateretur quis damnum ijs non vtendo, nec dicetur periurus, qui abſq; iuſta cauſa vtitur æquiuocatione cum Iuramento.*

4 *Iurans alio ſenſu quam alter intelligat ex iuſta cauſa, non peccat.*

5 *Multa inferuntur corrolaria ex propoſitione.*

6 *Iurans alio ſenſu quam alter intelligat ſine iuſta cauſa, tenetur ex vi iuramenti ad ſeruandum id, quod iurans iuxta mentem ſuã intellexit.*

7 *Peccat mortaliter qui crimen ſuum in iudicio verbis amphibologicis occultat abſq; iuſta cauſa, modò iuridicè interrogetur, & tenetur illud fateri.*

8 *Venditores, qui in vendendis mercibus æquiuocando iurant, rem ſuã ſibi tanti ſtetiſſe, non videntur peccare mortaliter præciſo notabili damno, quod ementibus afferunt.*

9 *Addens orationi ambiguæ iuramentum ad nihil tenetur ratione iuramenti præciſè.*

10 *Addens iuramentum huiuſmodi orationi ambiguæ videtur excuſandus à mortali.*

1 NOtandum primò, ſi verba ex ſua ſignificatione duplicem ſenſum habeant non committi mendatium illa proferendo iuxta ſenſum, quem proferens intẽdit, etiamſi audientes contrarium intelligant. Ratio eſt tùm quia mentiri eſt ire contra mentem; tunc autem non itur contra mentem cum verba accipiuntur iuxta ſuam propriam ſignificationem. Tùm quia alioquin nunquam liceret vti verbis duplicem ſignificationem habentibus. Præterea non eſt mendatium accipere verba iuxta eum ſenſum, quem circumſtantiæ loci, temporis, & perſonæ faciunt, iuxta intentionem interrogantis, licet ex ſe eum ſenſum non habeant. Ideò non dicitur mendax, qui Confeſſario interroganti nũm fornicatus ſit reſpondet ſe non fornicatum eſſe, quamuis alio tempore fornicationes verè commiſerit, quas alias confeſſus eſt; nam hæc verba ex modo interrogandi hunc ſenſum important, non commiſi fornicationem; quam non ſim confeſſus aut quam modo tenear confiteri.

Rurſus non committitur men-

 datium

dacium, conſequenter neq; periurium quando verba faciunt verum ſenſum ex additione, in mente proferentis retenta. Ratio eſt quia nō itur contra mentem. Ita Clauis Regia lib. 12. cap. 17. num. 26. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 6. nu. 13. 14 & 22. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 4. quæſito 5. Leſſ. lib. 2. cap. 42. dub. 9. num. 48. Rodriquez in ſumma cap. 191. num. 7. Valen. 2. 2. diſp. 5. q. 13. puncto 2. Suarez de iuramento lib. 3. cap. 11. num. 4. 5. & 6.

2 Notandum ſecundo quamuis non ſit mendacium vti æquiuocatione, & verbis amphibologicis alio ſenſu, quàm intelligāt audientes, non tamen licere abſque iuſta cauſa illis vti in alio ſenſu, quam communiter percipiant audientes; communis enim hominum conuerſatio poſtulat, vt verbis eo modo vtantur, quo audientes cōmuniter percipiunt; alioquin certitudo omnium ſermonum, & cōmertium inter homines tolleretur, multisquè dolis aperiretur aditus; propterea benè aduertit Valentia 2. 2. diſp. 5. q. 13. puncto 2. quod licet hoc non ſit peccatum mendacij, nec malitiam contineat contra præceptum negatiuum non mentiendi, tamen eſt peccatū omiſsionis contra præceptum affirmatiuū veritatis obligans ad dicendam determinatam veritatem iuxta ſenſum communē, niſi aliqua iuſta cauſa perſuadeat vti verbis amphibologicis. Iuſta autem cauſa vtendi his verbis eſt neceſsitas, aut vtilitas corporis, aut honoris, aut rerum familiarium, vel etiam, vt inquiunt alij, iniuſta interrogatio facta illi, qui amphibologicè loquitur.

3 Ex quo ſequitur non eſſe illicitū vti verbis amphibologicis, addēdo reſtrictionē aliquā in mente retentam, quoties aliquid incōmodi, vel iniuriæ nobis impendet loquendo ad mentem interrogantis, adeſt enim iuſta cauſa ita loquendi. Itaq; ſi quis à te petat, vt illi commodes librum, vel mutues pecuniam, negare potes te pecuniā habere, ſi tu illa indigeas, aut timeas fore, vt mutuatarius ſerò, vel difficulter reſtituat, aut periculum ſit vt cōmodando patiaris aliquod incommodum, modò reſtrictionem aliquam in mente addas, negando ſcilicet te illam habere, vt illi commodes, vel mutues, habes enim iuſtam cauſam vtendi æquiuocatione. Ita Nauar. in Manuali cap. 12. n. 18. Clauis Regia loco citato num. 26. & alij apud Sanchez num. 43.

Obſerua tamen eum non peccare peccato periurij, qui abſque iuſta cauſa vtitur æquiuocatione, vel reſtrictione cum iuramento, quia non iurat cum mendacio, nec aliud fingit, quā in mente habeat. Immo Sanch. nu. 22. contra cōem Doctorum ſententiam, non ſolum excuſat à periurio, verùm etiam à peccato mortali, modò non iuret in iudicio dùm Iudex iuridicè interrogat, aut non iuret in materia præiudiciali. Ratio eſt tùm quia nō facit contra finem iuramenti in materia graui. Tùm quia in huiuſmodi iuramento deficit ſola diſcretio, ſeu iudicium; iuramētum autem, cui ſola diſcretio, ſeu iudicium deficit, non eſt mortaliter peccaminoſum.

VNICA PROPOSITIO.

4 QVI alio ſenſu iurat quàm alter intelligat, non peccat,

Digitized by Google

eat, modò iuſtam habeat cauſam, ita iurandi, ſeu vtēdi ambigua oratione, aut tacita reſtrictione. Ratio eſt tum quia iurans non eſt periurus, cum ipſius iuramentum ſit de re vera iuxta eum ſenſum, quem iurans intēdit. Tū quia iurans in tali euentu, non tenetur ad mentem alterius loqui, nec totam ſuam mentem illi apperire; ergò poteſt verba in aliū ſenſum vſurpare, quam alter intelligat, & iurare iuxta ſensū, quem ipſe cōcipit addito aliquo alio, quod faciat iuramentum verum. Ita Nauar. cap. 12 nu.8. Angelus Syluest. & alij contra Sotum, Caietanum, & alios apud Sanchez, & apud alios Doctores citatos.

5 Hinc ſequitur primò eum, qui iuramento promiſit latroni centū addendo tacitè in mente ſua, ſi debeo, non peccaſſe iurando, quia iuſtam habebat cauſam ita iurandi, & vtendi ambigua oratione, & reſtrictione occulta.

Addo non teneri ſoluere centū latroni, quia iuramentum obligat iuxta intentionem iurantis: iurans autem intendit ſoluere, ſi debet; cū ergo re vera non debeat, nō eſt cur obligetur ad ſoluendū. Ita Valentia. 2. 2. diſp. 6. quæſt. 7. punct. 4. Nauar. in ſumma cap. 12. nu. 14. Sanch. in ſumma lib. 3. cap. 6. nu. 38. Azor. prima parte lib. 11. cap. 4. quæſito 5. & alij.

Secundò ſequitur eum vti poſſe amphibologia, vel reſtrictione, qui ab alio quam à ſuo Iudice interrogatur, vel etiam dum interrogatur à ſuo Iudice, ſed non iuridicè. Idem dicendum eſt de teſte dum non interrogatur iuridicè, aut dum habet iuſtam cauſam nō ferendi teſtimonium in iudicio, vt ſi graue damnū inde ſibi timeat, tunc enim poteſt reſpondere ſe neſcire, vel non vidiſſe, vel quid ſimile, addita reſtrictione, vt teneatur dicere. Ita Clauis Regia lib. 4. cap. 5. nu. 24. & lib. 12. cap. 17. nu. 29. Nauar. capite Humanæ aures 22. quæſt. 5. in quæſt. 1. nu. 9. & alij, quos ſequitur Sāchez loc. cit. nu. 23.

Tertiò eum, qui venit è loco, qui falsò putatur infectus peſte, poſſe cuſtodibus vrbis cum iuramento reſpondere, ſe nō venire à tali loco, addendo tacitè, hodie, vel vbi ſit peſtis. Ratio eſt tum quia hæc cenſetur debita intentio interrogantium. Tum quia iuſtam habet æquiuocandi cauſam. Ita Toletus lib. 4. cap. 21. nu. 9. Leſsius nu. 47. Suarez cap. 9. nu. 7. & Azor. loc. cit. cap. 4. quæſito 5. Sanchez loc. cit. nu. 35. Addo eum, qui ita celeriter tranſijt per locum peſte infectum ita vt nihil omninò peſtis eum læſerit poſſe cuſtodibus vrbis cum iuramento dicere, ſe illac non tranſijſſe, intelligendo ita vt peſtis ipſum aliqua in parte infecerit, hæc enim debet eſſe intentio interrogantium.

Quartò, eum, qui ex neceſsitate, vel aliqua vtilitate offert ſe ad iurandum nemine petente poſſe vti amphibologia, nam habet iuſtam cauſam ea vtendi. Ita Sanchez nu. 21. Corneus, Philiarcus, de officio Sacerdotis tomo 1. parte 2. lib. 3. cap. 14. & alij contra Nauar. cap. 12. nu. 8. Leſsium nu. 46. Clauē Regiam lib. 5. cap. 4. n. 21. & alios apud Sanchez loc. cit. Secus ſi vltro ſe offerat abſque neceſsitate, vel vtilitate ita iurandi, tunc enim non dicitur habere iuſtam cauſam. Ita Doctores citati.

Quintò eum qui habet iuſtā cau-

ſam celandi aliqua bona, ne capiãtur á creditoribus, quæ ſibi neceſſaria ſunt ad vitæ ſuſtentationem, & ſine quibus cogeretur mendicare, poſſe negare, ſe occultaſſe, intelligendo, quæ non poſſet occultare, vel quę teneatur manifeſtare. Idem reſpondere poſſent teſtes ſcientes ipſum licitè occultaſſe. Tum quia hæc reſponſio non eſt contraria intentioni interrogantis, ſed potius eſt ipſius menti conformis. Tum quia adeſt iuſta cauſa vtendi reſtrictione, vel amphibologia. Ita Sanchez nu. 31. & alij.

Sextò, adulteram, quæ petitur á marito, an ſit adulterata, poſſe negatiuè reſpondere, intelligendo vt teneatur illi reuelare. Ita Azor. loc. cit. Clauis Regia lib. 5. cap. 4. n. 24. Sanchez loc. cit. nu. 91. & alij communiter.

Septimo, quando quis iniquè interrogat excludendo omnem æquiuocationem poſſe interrogatũ vti æquiuocatione, apponendo aliquã particulam in mente, per quam verum efficiatur iuramẽtum, vt ſi quis interroget Confeſſarium, num aliquid ſciat excludendo omnẽ æquiuocationem, ſiue videlicet ſciat in confeſſione, ſiue extra confeſſionem, poteſt Confeſſarius reſpondere, neutro modo ſcire addito, vt teneatur illi dicere. Idem dic de teſte, quem iudex iniquè interrogat, an ſciat delictum, ſiue publicè, ſiue occultè, aut ſecluſa omni æquiuocatione. Ita Henriq. lib. 6. c. 19. n. 7. Arragonius 2. 2. q. 70. art. 1. Sanchez loc. cit. nu. 45. & alij, quos retuli de ſigillo confeſſionis.

Octauò creditorem, qui virtute inſtrumenti exigit corã Iudice ſolutionem debiti, cuius pars eſt ſoluta, poſſe, præciſo tamen tertij præiudicio cum iuramento affirmare totam illam ſummam ſibi deberi ſi alio titulo tantundem ſibi debeatur. Immo negare poteſt partem ſibi ſolutam fuiſſe, intelligendo vt modo tantundem non debeatur. Ratio eſt quia iuſtã habet cauſam vtendi tregiuerſatione, vt ſibi conſulat, ſibiquè debitum recuperet. Ita Sanchez loc. cit. nu. 36. & alij, quos referam illatione ſequenti.

Nono ſequitur, eum, qui accepit mutuo centum, & iam ſecretè ſoluit, poſſe cum amphibologia, vel reſtrictione in iudicio negare ſibi tradita fuiſſe centum, ſeu quid quam accepiſſe, ſi actor ipſum iniquè conueniat, intendatq; in iudicio ſibi nouam fieri ſolutionem, habet enim iuſtam cauſam vtendi reſtrictione, aut ambigua oratione iuxta ſenſum, quem ipſe voluerit. Idem dic de alio debito, á quo iuxta veram, aut probabilem opinionem ſit liber ille, qui interrogatur, vt ſe Clericus, aut etiam laicus aliqua aſportans, ex quibus iuxta veram, aut probabilem opinionem non tenetur gabellam ſoluere neget ſe quidquã aſportare dum interrogatur á cuſtodibus an quidquam portet. Ita Azor. prima parte lib. 11. cap. 4. quæſito 5. Sanchez loc. cit. nu. 32. & Suarez lib. 3. cap. 9. nu. 6. qui hoc extendunt ad alios caſus, in quibus interrogatus non tenetur ſoluere, quia nondum aduenit terminus ſolutionis, aut quia ſufficientem habet cauſam ipſam excuſantem á ſolutione, ſecundum veram, aut probabilem ipſius opinionem; poſſumus enim probabilẽ opinionem ſequi.

Decimo, cum non cenſeri periurum

Digitized by Google

rum, qui abſolutè negat cum iuramento ſe debere centum, cum re ipſa debeat tantummodo quinquaginta; aut qui interrogatus de fundo, an ſuus ſit, abſolutè negat ſuum eſſe, ſi ſola fundi pars ſua ſit. Nam verum fatetur cum falſum ſit fundũ ſuum eſſe, aut centum debere. Immo ſi iniquè interrogetur, non ſolùm non eſt periurus, verum etiam eſt liber ab omni culpa quamuis interrogans ea loquendi forma ſcire velit nùm fundus ſuus ſit in totum, aut in partem, nam verum fatetur, & cum iniquè interrogetur iuſtam habet cauſam vtẽdi tregiuerſatione. Ita Azor, Gutierez, & alij apud Sanchez loc. cit. num. 33.

6 Quæres primo vtrum qui iurauit alio ſenſu, quàm alij perciperent non habens iuſtam tregiuerſandi cauſam, nec iniuſtè compulſus fuerit ad iurandum, teneatur ſeruare iuramentum.

Reſpondeo ex vi iuramenti præcisè, teneri ſolùm ad ſeruandum id, quod iurans iuxta mẽtem ſuam intellexit. Ratio eſt quia iuramentum ex natura ſua obligat ſolum iuxta intentionem iurantis, capite humanæ aures; ergo iurans ex vi iuramẽti tenetur ſolum ad ſeruandũ id, quod ipſe intendit. Ita Sanchez, & alij communiter.

Dixi ex vi iuramenti præcisè, nã ratione ſcandali, aut damni vitandi, tenetur ſeruare iuramẽtum iuxtà ſenſum, quem percepit ille, cui iuramentũ præſtitit; tenetur enim cauere ne damnum alteri, aut ſcandalum ſequatur; propterea in foro externo compelletur ad ſeruandũ iuramẽtum doloſè præſtitum, cum verbis callidis, & amphibologicis. Ita Suarez lib. 2. cap. 2. Valen. 2. 2. diſp. 6. q. 7. puncto 4. Sanchez lib. 3. cap. 10. num. 13. Leſſ. lib. 2. cap. 42. dub. 9. num. 45. Azor. lib. 11. cap. 4. quæſito 2. & alij.

7 Quæres ſecundo vtrum peccet, & ad quid teneatur reus, qui veritatem negauit, aut vſus eſt amphibologia, dũ iuridicè interrogaretur.

Reſpondeo hoc quæſitum ſoluendum eſſe in octauo Præcepto, hic ſolum dico, eum peccare mortaliter, qui crimen ſuum in iudicio verbis amphibologicis occultat abſq; iuſta cauſa, dũ iuridicè interrogatur, & tenetur illud confiteri. Ratio eſt quia facit iniuriam Iudici iuridicè interroganti. Idem dic de eo, qui vtitur amphibologia in contractibus. Ratio eſt tùm quia facit iniuriam parti, licitè petenti iuramentum. Tùm quia nihil eſſet certum in contractibus: Excuſari tamen à mortali, eum, qui vtitur amphibologia in cõtractu cum iuramento, modò inde nõ proueniat parti notabile damnum probabiliter ſuſtineri poteſt, vt patet ex rationibus allatis puncto 9. notabili 2. ad finem. Ita Leſsius loco cit. nu. 46. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 7. Clau. Reg. lib. 5. cap. 4. nu. 25.

8 Hinc colligi poteſt venditores qui, cum non poſsint alia via pretiũ iuſtum ab emptore obtinere iurant rem tanti ſibi ſtetiſſe alio ſenſu quã emptor percipiat, non ſolùm ad quidquàm non teneri præcisè ratione iuramenti, vt patet ex primo quæſito, verùm neq; videri mortaliter peccare, ſi non afferant damnum notabile parti, nec intendant eo pacto decipere, aut obtinere aliquid ſupra iuſtum, aut extorquere pretiũ rigoroſum, quo noluiſſet emptor emere. Ita Leſsius, Clauis

Regia, Rebellus, & alij, quos retuli de contractibus diſp. 3. q. 2. puncto 4. num. 31. quæſito vltimo.

9 Quęres tertio ad quid teneatur, qui orationi ambiguæ, vel tacitè reſtrictæ addit iuramentũ ioci cauſa, vel abſq; neceſsitate, vt quando quis iurat Seium eſſe ſuſpenſum, intelligendo eius immaginem ſuſpenſam eſſe ad feneſtram.

Reſpondeo ad nihil teneri præcisè ratione iuramenti. Tùm quia hoc non eſt iuramentum promiſſorium, ſed aſſertorium. Tum quia iuramentũ non obligat vltra mentem iurantis.

10 Maior difficultas eſt an peccet mortaliter.

Nauarrus cap. 12. Armil. nu. 16. Clau. Regia, Toletus, & alij exiſtimant peccare mortaliter, quia videtur emittere iuramentum ſuper materia falſa. Sed mihi probabilior videtur ſentẽtia Caietani 2. 2. q. 99. Sanchez in ſumma lib. 3. c. 6. num. 22. & aliorum, aſſerentium nõ peccare mortaliter, ſed venialiter. Ratio eſt tum quia iuramentum nõ cadit ſupra materiam falſam, ſed ſupra rem, quam iurans mente cõcipit, quæ vera eſt. Tum quia hoc non eſt maius peccatum quàm ſit iuramentum de re venialiter mala; iuramẽtum autem de re venialiter mala eſt peccatum tantummodo veniale. Hoc tamen intellige pręciſo ſcandalo & damno, vt ſæpius dictum eſt.

PVNCTVM XIII.
Vtrum iurans ex conſuetudine peccet mortaliter.

1 *Ipſamet conſuetudo iurandi non eſt per ſe peccatum mortale.*

2 *Multis modis quis habere poteſt conſuetudinem iurandi.*

3 *Habens conſuetudinem iurandi, ſed non mentiendi, non eſt in ſtatu peccati mortalis.*

4 *Coniungens ex conſuetudine mendaciũ cum iuramento, peccat mortaliter, ſi non curet talem conſuetudinem extirpare.*

5 *Habẽs conſuetudinem iurandi, & mẽtiendi, ſed non coniungendi mendacium cum iuramento tenetur ſub mortali illam conſuetudinem extirpare.*

6 *Poteſt quis ſe ab huiuſmodi ſtatu peccati liberare dolendo de peccatis, & mala conſuetudine, & proponendo ſe amplius nõ iuraturum, atq; adeò non habiturum talem conſuetudinẽ.*

7 *Habens conſuetudinem iurandi, & mentiendi, ſi habeat firmum propoſitum abſtinendi in futurum à tali peccato, in rigore poteſt abſolui.*

1 Notandum primo conſuetudinem iurandi per ſe non eſſe peccatum mortale, cum ipſa ſit potius effectus peccati mortalis; ſi ſumatur pro habitu inclinante ad actus ſimiles illis, à quibus fuit productus; peccatum autem non conſiſtit in habitu, ſed in actu, vel in omiſsione alicuius actus, vt patet ex dictis de peccatis.

2 Notandum ſecundo poſſe aliquem habere conſuetudinem iurandi varijs modis. Primò poteſt habere conſuetudinem; non modo iurandi verùm etiam mentiendi. Secundò poteſt habere cõſuetudinem iurãdi, ſed non mentiendi. Tertiò poteſt habere conſuetudinem iurandi, & mentiendi, ſed non coniungendi mendacium cum iuramento.

PRI-

Digitized by Google

PRIMA PROPOSITIO.

3 QVi habet conſuetudinẽ iurandi, ſed non mentiendi, non eſt in ſtatu peccati mortalis, nec peccat mortaliter, etiam ſi non conetur talem cõſuetudinem euellere. Ratio eſt tùm quia, ſi peccat mortaliter maximè quia cenſetur in proxima occaſione mortaliter peccandi, quam non contendit euellere, ſed non cenſetur eſſe in occaſione proxima peccandi mortaliter, cum illa occaſio nõ pertrahat ad periuria, ſed ſolum ad iuramenta ſine neceſsitate; occaſio autem, quę pertrahit ad iuramenta ſine neceſsitate eſt tantùm venialis, cum non ſit magis mala, quàm ſint ipſa iuramẽta facta ſine neceſsitate, quæ conſtat eſſe tantummodo venialia; Tùm quia non eſt magis mala talis conſuetudo, quàm ſint ipſi actus iurãdi, habitus enim deſumit ſuam malitiam ab actibus, ſed actus non ſunt mortaliter mali, cum non ſint periuria; ergò neq; cõſuetudo eſt mortalis. Ita Valen. 2.2. diſp. 6. q. 7. puncto 3. Petrus Ledeſma 2. tomo ſummæ tractatu 11. cap. 5. dub. 3. Suarez lib. 3. cap. 7. Sanchez lib. 3. c. 5. Reginal. lib. 18. num. 87. & alij contra Clauem Regiam lib. 5. cap. 5. num. 8. & alios dicentes peccare mortaliter.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 QVi conſuetudinem habet iurandi, & mentiendi, & coniungendi mendacia cùm iuramento peccat mortaliter, ſi talem conſuetudinem euellere non conetur. Ratio eſt quia cẽſetur eſſe in proxima occaſione peccandi mortaliter, cum illa conſuetudo inducat ad coniungenda iuramenta cum mendacio, & æquè exponat periculo iurãdi verum ac falſum; qui autem eſt in proxima occaſione peccandi mortaliter, peccat mortaliter, quoties ad illam aduertit, & nõ conatur euellere. Ita Suarez lib. 3. cap. 6. Sanchez lib. 3. cap. 5. num. 11. Valentia, & Ledeſma locis citatis. Reginal. lib. 18. num. 87.

TERTIA PROPOSITIO.

5 QVi habet conſuetudinem iurandi, & mentiendi, ſed nõ coniungendi mendacium cum iuramento, videtur eſſe in ſtatu peccati mortalis, & peccare mortaliter dum omittit illam extirpare. Ratio eſt quia cenſetur eſſe in morali periculo peierandi; moraliter enim loquendo aliquando incautè coniunget mendacium cum iuramento, & ſic peierabit, & hoc periurium imputatur in cauſa ratione conſuetudinis, quam non conatur extirpare. Ita Valen. & Ledeſma locis citatis.

Ex quo patet à fortiori illũ, qui aduertit ſe habere conſuetudinem peierandi, ſed non adhibet remedia ad illam tollendam, mortaliter peccare, quoties aduertit talẽ conſuetudinem, & eam non conatur extirpare, vt patet à ſimili ex dictis de blaſphemia, & de matrimonio; nam cenſetur eſſe in ſtatu peccati, dum nõ curat proximam peccandi occaſionem auferre.

6 Sed modo dubiũ eſt primo quomodo poſsit aliquis liberare ſe ab huiuſmodi ſtatu peccati.

Reſpondeo cum Valent. loco citato

citato, & Sanchez loco citato ſe ab eo ſtatu poſſe liberare, dolendo de peccatis,& mala conſuetudine præterita, & proponendo ſe amplius non malè iuraturũ,atq; adeò non habiturum talem conſuetudinem. Ex quo fit, vt qui poſtea falsò iurat inaduertenter poſt retractatã conſuetudinem non peccet mortaliter, hoc enim non eſt peccatũ mortale in ſe cum careat ſufficienti aduertentia, neque poteſt imputari in cauſa, ideſt in cõſuetudine, cũ iam retractata ſit, & interrupta per dolorem, & propoſitum contrarium.

7 Secundo dubium eſt,an habens conſuetudinẽ iurandi, & mentiendi poſsit abſolui.

Reſpondeo in rigore, & per ſe loquendo abſolui poſſe, ſi firmum habeat propoſitum abſtinendi in futurum ab huiuſmodi iuramentis. Ratio eſt tum quia hæc cõſuetudo non dicitur occaſio extrinſeca, ob quam ſit illi deneganda abſolutio. Tum quia occaſio interrumpitur,& retractatur per dolorem,& propoſitum contrarium,conſequenter nõ videtur deneganda abſolutio pœnitenti, qui firmum habet propoſitum abſtinẽdi in futurum ab huiuſmodi iuramentis.

Dixi in rigore,& per ſe loquẽdo, quia ratione vitãdi ſcandali, quod peierans alijs præbere ſolet deneganda eſt abſolutio iuxta prudentis Confeſſarij iudicium; ſcandalũ enim præcauendum eſt.

Addo denegari, & differri poſſe abſolutionem quoties Cõfeſſarius iudicauerit hoc expedire ſaluti pœnitentis, vt patet ex dictis de matrimonio. Ita Sanchez lib.2.cap.32. nu. 45. Graſſius prima parte deciſionum lib.2. c. 20. & alij loquentes in ſimili de eo, qui conſuetudinem habet blaſphemandi.

PVNCTVM XIV.

An violans iuramẽtum peccet mortaliter.

1 *Violans iuramẽtum promiſſorium in re graui mortaliter peccat.*

2 *An violans iuramentum in re parui momenti peccet mortaliter.*

3 *Emittens iuramentum comminatoriũ de infligẽda alicui pœna, quam iuſtè poteſt infligere, tenetur iuramẽtum adimplere modò eius adimpletio non ſit impeditiua maioris boni.*

4 *Tunc comminatio pœnæ cenſetur fieri in ira,& non ad correctionem, dum quis iratus alicui minatur, cui in eundem errorem labenti non minaretur depoſita ira.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Violans iuramentum promiſſorium in re magni momenti peccat mortaliter. Ratio eſt quia iurans tenetur ſub mortali curare quãtum in ſe eſt ne faciat Deũ teſtem falſi, qui autem violat iuramentum promiſſorium, ſeu qui iuramentum non adimplet, dum non habet iuſtum impedimentum non adimplendi quantum in ſe eſt,facit Deum teſtem falſi.

2 Dixi in re magni momenti; nam vtrum violans iuramentũ in rè parui mométi peccet mortaliter maior eſt controuerſia inter Doctores.

Prima ſententia eſt Caietani, & aliorum apud Leſsium aſſerentium violationem iuramenti eſſe mortalem, quando res parua iuramento pro-

promiſſa, eſt tota materia promiſſionis;nam grauis iniuria Deo irrogatur violando totam promiſsionẽ factam cum iuramento;propterea, qui promiſit alicui aſſem cum iuramento;& non ſoluit mortaliter peccat. Si verò res parua ſit tantum pars materiæ promiſſæ, iſti DD. putant violationem huius iuramenti eſſe tantummodo venialem, quia paruitas materię excuſat à peccato mortali, propterea, qui iurauit tradere nummũ aureũ alicui non peccat mortaliter, ſi vnũ aſſem tradere prætermittat.

Secunda ſententia eſt Nauarri c. 12.nu.10.Suar.lib.3.cap.16.Sanchez cap.4. nu.23. Azor. lib.5.cap.27.q. 2. Emanuel. Sà verbo Iuramentum n. 7. & aliorum dicentium abſolutè violantem iuramentum in re parua peccare venialiter, quia hoc nihil eſt aliud, quàm fidem iuramento datam violare in re parua; violans autem fidem in re parua nõ peccat mortaliter, ſed venialiter.

Tertia ſententia eſt Valentiæ d. 6.quæſt.7.puncto 2. Leſsij dub.5.nu. 23.Reginaldi.lib.18.nu.79.& aliorũ affirmantium tranſgredientem iuramentum in re parua ſeriò promiſſa peccare mortaliter. Ratio eſt tum quia,qui confirmat promiſsionem iuramento,quam nõ adimplet facit quantum in ſe eſt, vt Deus ſit adductus in teſtem falſi, qui autem facit vt Deus adductus ſit in teſtem falſi magnam illi facere videtur iniuriam, conſequenter videtur mortaliter peccare. Tum quia, quod principaliter requiritur in iuramẽto eſt veritas,quę eſt eiuſdem rationis in re parua,& magna, ſicut ergo violans iuramentum in re magna peccat mortaliter defectu veritatis; Ita videtur mortaliter peccare violans iuramentũ in re parua, niſi forte promiſſarius non curet rem illam paruam, tũc enim obligationẽ condonat,conſequenter ceſſat obligatio iuramẽti in alterius fauorem emiſsi. Iſtæ tres ſententiæ ſunt probabiles, ſed tertia tutior, & mihi probabilior videtur.

Obijcies violatio voti in re parua non eſt peccatum mortale:ergo neque violatio iuramenti.

Reſpõdeo negando cõſequentiã. Ratio diſparitatis eſt quia in voto attenditur honor Dei,qui in re parua læditur ſolummodo leuiter; in iuramento verò principaliter attẽditur veritas,ob cuius defectũ grauis iniuria Deo irrogatur; cum iurans videatur facere vt Deus ſit adductus in teſtem falſi.

3 Quæres vtrum, qui emiſit iuramentum cõminatorium de infligenda alicui pęna, quam iuſtè poteſt infligere,teneatur iuramentum adimplere.

Reſpõdeo teneri adimplere iuramentum, modò ejus adimpletio non ſit impeditiua maioris boni, aut non ſit ſublata cauſa, propter quam adimpleri debeat. Ratio eſt quia iuramentum obligat, ne Deus in teſtem falſi adductus videatur; propter eà parẽtes, vel domini cõminantes filijs, aut ſeruis aliquas pœnas ad correctionem tenentur ſeruare iuramentum, ſi adhuc ſubſiſtit cauſa puniendi. Secus ſi cauſa variata eſt;iuramentum enim habet hanc tacitam conditionem niſi cauſa varietur: Cenſetur autẽ cauſa variari,quoties aduenit cauſa nõ puniendi, vt ſi turbaretur pax domus,vel ſi non ſit opus medicina talis pœnæ,vel ſi filius ſatisfecit, aut

veniam

veniam petijt, aut amicus pro illo condonationem impetrauit, vel ſi ob aliam cauſam aliter expedire iudicatur. Ità Reginaldus lib. 18. num. 56. Clauis Regia, & alij communiter.

Dixi comminantium ad correctionem, quia ſi cõminetur ex paſſione, & ira, ſeu animo vindictæ inordinatæ non tenetur ſeruare iuramentum, quia iuramentum vt ſic, non habet materiam bonam, cùm fiat potius cauſa vindictæ.

4 Sed modo dubium eſt quomodo poſsimus cognoſcere cõminationem fieri ex paſsione, vel ira, & non ad correctionem.

Reſpõdeo cenſeri comminationem in ira fieri, dũ quis iratus alicui minatur, cui in eundem errorẽ labenti non minaretur depoſita ira.

PVNCTVM XV.

Vtrum obligatio iuramenti traſmittatur ad hæredes, & ſucceſſores iurantis.

1 *Obligatio iuramenti præcisè non trãſmittitur ad ſucceſſores iurantis.*

2 *Obligatio contractus, ſupra quem cadit iuramẽtum tranſmittitur ad hęredes, modò contractus ſit validus, vel iuramento firmetur.*

3 *Inferuntur corrolaria ex dictis.*

4 *Laicus ratione iuramenti conueniri poteſt tam coram Iudice eccleſiaſtico, quam ſeculari.*

QVamuis ſolutio iſtius difficultatis ſufficienter colligi poſsit ex dictis de contractibus d. 3. quęſt. prima, puncto primo num. 12. & ſequẽtibus, nihilominus cũ ſit huius loci propria, hic iterum clarius explicanda eſt; ſed prius pręmittendum eſt, me hic loqui de iuramento, quod fit homini, nam de iuramẽto, quod fit Deo loquemur in ſimili de voto, vbi quæremꝰ vtrũ voti obligatio tranſmittatur ad hæredes.

VNICA PROPOSITIO.

1 OBligatio iuramenti præcisè nõ tranſmittitur ad ſucceſſores iurantis. Ratio eſt quia iuramẽtum eſt vinculum perſonæ, quod iurans volũtariè aſſumit, obligatio autem perſonæ non tranſit in hæredes. Ita Couarru. de pactis prima parte §. 5. n. 4. Gutierez de iuramento 3. parte cap. 12. nu. 7. Sanchez in opere morali lib. 3. cap. 13. num. 1. Suarez lib. 2. de iuramento cap. 31. Reginaldus lib. 18. num. 35. S. Tho. Sotus, Syluester, Vaſquez, Gomez, & alij, quos retuli de contractibus loco citato.

2 Dixi obligationem iuramenti præcisè non tranſmitti ad hæredes, vt aduerterem obligationem contractus, ſupra quem cadit iuramentum tranſmitti ad hæredes, modò cõtractus ſit validus, vel ſaltem validus efficiatur, ſeu firmetur iuramento. Ratio eſt tum quia obligatio contractus tranſmittitur ad hęredes L. Neceſſariò, §. quod ſi pendente. ff. de periculo, & commodo rei venditę. Tùm quia hęc eſt obligatio realis; obligationem autem realem tranſmitti ad hæredes perſpicuum eſt, conſtatq; inter omnes. Ita Doctores citati.

3 Hinc ſequitur primò hæredes illius, qui iurauit ſe ſoluturum vſuras vſurario, non teneri eas ſoluere; cum enim iurans ſe ſoluturum vſuras non teneretur eas ſoluere ex vi pro-

Digitized by Google

vi promiſsionis, vt dixi de cõtractibus loc. cit. ſed teneretur ſolum ex vi iuramenti cuius obligatio in hæredes non deſcendit, ſequitur hæredes iurãtis ſolutionem vſurarum nõ teneri ad eas abſoluendas. Ità Doctores citati.

Secundo hæredes iurantis non teneri vinculo iuramenti, etiamſi iurans non ſolum iurauerit pro ſe, verùm etiã pro alijs; nam obligatio iuramẽti perſonalis eſt. Ita Panormit. cap. Veritatis nu. 3. de iure iurando Sãchez loc. cit. n. 2. & alij.

Ex quo patet ſucceſſorem in dignitate habente annexa multa iuramenta nõ teneri iuramentis ſui prædeceſſoris, ſi ſucceſſor ad illam dignitatem admittatur non præſtito iuramento; fieri tamen poteſt, vt aliundè obligetur ad idem ſeruandum, non ratione iuramẽti prędeceſſoris; ſed ratione contractus, vel ſtatuti obligantis ſingulos in ea dignitate conſtitutos ad idem ſeruandum. Ita Sotus lib. 8. q. 2. art. 2. Caietanus 2. 2. quæſt. 98. artic. 2. Sanchez num. 3 Suarez, & Reginal. locis citatis, & alij.

Tertio hæredes non ſeruantes contractum iuratum, vel promiſsionem iuratam defuncti, non peccare peccato periurij cõtra Religionẽ, quia ipſi non tenentur vinculo iuramenti; peccant verò con- titiam, quia obli- [illegible] arez, Reginal- ſos der- [illegible] anchez locis citatis, Vaſquez, Molina, & alij, quos retuli de contractibus loc. cit nu. 11. ad finẽ.

Ex quo infertur, hæredes illius, qui iurauit ſe non repetiturum certam pecuniam, quæ illi debetur nõ peccare peccato periurij repetendo, ſed peccato iniuſtitię, modò iuramentũ non repetendi liberè factum ſit, & non ſit extortum per iniuriam; nam ſi per iniuriam extortum ſit, hæredes iurantis nulla ratione peccant repetendo; nõ enim peccant contra iuramentum, cùm ipſi iuramentum non emiſerint, neque peccato iniuſtitię contra promiſsionem defuncti, cũ ipſius promiſsio fuerit inualida, vtpotè per iniuriam extorta, & defunctus non teneretur vi pmiſsionis, ſed ratione iuramenti. Ita Sanchez loc. cit. num. 4. & 5. Couar. Molina, & alij, quos adduxi de contractibus loco citato num. 12.

Obijcies contra prædicta, iurãs dare mille Titio, tenetur ex vi iuramenti ſoluere mille hæredibus Titij, ſi ea non ſoluit, dum Titius viueret; ergò à pari hæredes iurantis tenentur ex vi iuramenti ea perſoluere, quę iurans ſoluere tenebatur, & non ſoluit.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt, quia obligatio iurantis non extinguitur morte Titij; cum enim actiones defuncti tranſeant in hæredem ipſius defuncti, ſequitur iurantem teneri ex vi iuramenti ſoluere mille hæredibus Titij, in quos [illegible] 5. Cotiones ipſius Ti. 4. & Angelus verb. iuramentũ 5. nu. 4. & alij apud Sanchez loc. cit. num. 6.

Ex quo licet inferre, non ſolùm Titium; verum etiam hæredem Titij, cui aliquid promiſſum eſt cum iuramento poſſe conuenire iurantem, vt ſibi ſatisfaciat; nam actio Titij tranſit in hæredem: hæres verò iurãtis in neutro foro poteſt conueniri ex vi iuramẽti, cum in ipſum non

non transeat obligatio iuramenti, hoc tamen intellige niſi fortè conueniatur ad exonerandam cõſcientiam defuncti; tunc enim coram Iudice eccleſiaſtico conueniri poſſe patet ex cap. A nobis de ſententia excõmunicationis, & ità docet Gutierez loc.cit.Sanchez nu. 12.& alij.

4 Sed modo dubiũ ſuboritur corã quo Iudice cõueniri poſsit Laicus ratione iuramenti.

Reſpondeo primo cõueniri poſſe coram Iudice eccleſiaſtico, capite finali de foro competenti in 6. Ratio eſt quia iuramentum eſt res quædam ſpiritualis pertinẽs ad religionem, & ob id dicitur vinculum ſpirituale. Idem dicẽdum eſt de voto ſoli Deo facto, modò nondum ſit intimatum, & acceptatum ab eo, in cuius fauorem factum eſt; nam ſi acceptatum ſit poterit laicus vouens, non ſolum coram eccleſiaſtico Iudice, verum etiam coram laico conueniri, quia votum non mutat forũ, ſed addit forum foro. Ita Gutierez loc.cit.nu.10.Panormitanus capite Licèt num.3.de voto, & alij.

Reſpondeo ſecundò conueniri poſſe etiam coram Iudice laico, nã cap. fin. de foro competenti nõ extrahitur laicus à foro laico ratione [illegible], ſed ſubijcitur etiam foforo. [illegible] iuramentũ

Hoc tamen intelligendũ eſt modò iuramentum non ſit factum ſoli Deo; nam de huiuſmodi iuramento ſolus Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, quia nullus adeſt contractus cum homine celebratus, ratione cuius cõpetat foro ſæculari poteſtas cognoſcẽdi, ſed ſolum adeſt ſpirituale vinculum, quo iurans ſpiritualiter deuinctus eſt, & ſoli Deo ius acquiſitum eſt. Ita Gutierez, Sanchez, & alij locis citatis.

PVNCTVM XVI.

Quo modo explicandum ſit iuramentum.

1 *Iuramentum cadens ſupra promiſſionem factam cum aliqua conditione tacita, eo modo explicandum eſt, quo explicatur ipſa promiſſio.*

2 *Multa inferuntur corrolaria ex propoſitione.*

3 *Iuramentum in dubio ita explicandũ eſt, vt quantum fieri poſſit minus obliget ſeruata verborũ ꝓprietate.*

4 *Iuramentum, vel votum non ludendi explicandum eſt, & intelligendũ de ludo illicito, niſi aliter colligatur de mente iurantis, vel vouentis.*

5 *Aliqua inferũtur ex hac difficultate.*

6 *Filius à quo pater extorſit iuramentũ non ludendi, donec Roma redeat exemp. gr. non poteſt ludere, ſi pater Romæ moriatur.*

7 *Qui promiſit ſoluere debitum intra menſem, nõ tenetur illud intra menſem, ſed eo tranſacto, ſoluere.*

8 *Compromiſſarij, qui iurarunt ſtare deciſioni litis tali tempore faciendæ, tenentur ei ſtare, quamuis eo tempore non definiatur.*

9 *Medici non admonentes ægrum vt cõ[illegible] illumq; viſitantes nondum peccant peccato pœ[illegible] confeſſione creiũ Pij V. ſuper hoc eſt receptũ.*

10 *Circa prædictum decretum quid ſit obſeruandum.*

11 *Medici incurrunt caſum reſeruatum poſt tertium diem, viſitantes infirmum, qui nondum eſt confeſſus: nõ verò ante.*

12 Me-

Digitized by Google

12 *Medicus non incurrit prædictum caſum reſeruatum, ſi vltra tertium diem viſitet infirmū confeſſario aſſerente confeſſionem poſſe differri.*

13 *Hoc decretum nō obligat quando infirmitas non eſt grauis, nec eſt periculum, vel dubium vt fiat grauis.*

14 *Item Medicus non incurrit prædictū caſum reſeruatum, ſi infirmus nolit confiteri, & periculum eſt mortis, ſi à Medico deſeratur.*

CVm huius puncti ſolutio nequeat explicari vnica regula, duo principaliter in hoc pūcto explicare cenſui. Primò quomodo intelligendum ſit iuramentum cadens ſupra promiſsionem factam cùm aliqua conditione tacita. Secundò quomodo explicandum ſit iuramentum, dum non conſtat de mente iurantis. Dixi dum non cōſtat de mēte iurantis, nam quoties conſtat de ipſius mente certum eſt iuramentum obligare iuxtà iurantis intentionem, c. Humanæ aures.

PRIMA PROPOSITIO.

1 IVramētum cadens ſupra propoſitum, vel promiſsionē habentem tacitam conditionem ex intentione iurantis, vel ex diſpoſitione iuris, vel ex cōſuetudine iàm recepta, eo modo explicādum eſt; quo explicatur, & obligat ipſa promiſsio. Ratio eſt quia iuramentum ſortitur cōditiones actus, ſuper quē cadit. C. de non numerata pecunia, & eſt acceſſorium actus ſuper quem cadit; acceſſorium autem ſequitur naturam principalis regula 42. de regulis iuris in 6. ita communiter Doctores.

2 Hinc ſequitur primò, eum, qui cum iuramento promiſit nuptias Bertę diuiti, ſanę, virgini, bonæ famæ, &c. quæ poſt promiſsionem incidit in infirmitatem, vel in paupertatem, vel in fornicationē &c. non teneri ſtare iuramento, nec teneri eam vi iuramenti ducere, quia iuramentum habet eam tacitā cōditionem, quàm habent ſponſalia, ſeu promiſsio futuri matrimonij; promiſsio autem matrimonij cenſetur facta cum hac tacita conditione, ſi Berta non incidat in infirmitatem incurabilem, aut in paupertatem, aut in fornicationem &c. Ita communiter Doctores.

Secundò, eum, qui promiſit aliquid Titio cum iuramento, non teneri ſtare promiſsioni, ſi Titius fiat ingratus, nolitq́; ſuam promiſsionē ſeruare, nā promiſsio cenſetur facta cum tacita promiſsione, ſi ſtet promiſsis, ſeu ſi ſe ingratum nō præbuerit &c. Ita Moli. diſp. 272. & Sanchez in ſumma lib. 3. c. 17. nu. 16.

Tertiò, eum, qui iurauit ſe ſoluturum alteri centum, poſſe vti compenſatione, non ſoluendo, ſi alter ſibi totidem debeat; nam promiſſio cenſetur facta cum tacita conditione, niſi aliunde ſatisfecero, vel compenſauero. Ita Rodriquez prima parte cap. 192. num. 4. Clauis Regia loco citando, Suarez lib. 2. de iuramento cap. 37. Reginal. lib. 18. nu. 34. Azor. lib. 11. cap. 8. quæſito 10. Emman. Sà verbo Iuramentum, nu. 20. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 17. num. 15.

Addit nu. 16. Sanchez, hoc procedere etiam ſi iurās habuerit animum obligandi ſe alteri, non vtendo compenſatione. Sed contrariū mihi probabilius videtur. Ratio eſt tum quia is, in cuius fauorem

facta

facta eſt promiſsio cenſetur illam acceptaſſe eo meliori modo, quo potuit. Tum quia illa promiſsio nõ cenſetur conditionata, ſed abſoluta, cum promittens conditionem illam excluſerit.

Quartò, eum non peccare cõtra iuramentum, qui cogitur a ſocio ingredi domum, quam iurauerat non ingredi cauſa vrbanitatis, vt ſi quis vrbanitatis gratia dicat alteri per Deum non præcedam, aut non ingrediar, aut non bibam, aut non ſedebo, niſi tu primus biberis, ſederis, &c. nam hoc iuramentum cenſetur factum cum hac tacita conditione, non bibam, non præcedã &c. quantùm in me eſt, vel niſi me coegeris. Ita Suarez lib. 3. cap. 17. de iuramento, Sanchez cap. 4. n. 20. & cap. 9. num. 18. Reginaldus lib. 18. num. 58. Clauis Regia lib. 5. cap. 5. & alij. Vel dic cum Leſsio cap. 42. dub. 4. nu. 22. & Azorio lib. 11. c. 4. quæſito 4. Claue Regia, Sanchez, & alijs locis citatis, eum non peccare contra iuramentum, quia iuramentum cenſetur relaxari à ſocio, qui non vult prior ingredi, bibere, ſedere, &c. nam ille, in cuius fauorẽ factum fuit iuramentum, poteſt illud relaxare, & re vera relaxat dũ alter iuri ſuo cedit.

Quintò, eũ, qui promiſit aliquid abſenti cum iuramento, poſſe promiſsionem antequam acceptetur reuocare, quia cenſetur facta cum conditione, *ſi* acceptet. Ita Leſsius lib. 2. cap. 12. dub. 7. & c. 42. dub. 4 num. 22. Sanchez in ſumma cap. 9. num. 10. & alij contra Suarez lib. 2. cap. 1. num. 13. & cap. 12. num. 21. & alios. Hoc tamen limitandum eſt modò promiſsio iurata non ſit facta per modum voti, vt patebit ex dicendis de voto, & patet ex dictis de matrimonio, & de contractibus.

Sextò, eum, qui iurauit inimico, ſe nihil damni illaturum non peccare contra iuramentum ſi noceat ex noua cauſa ſuperueniẽte; intelligitur enim iuraſſe ſe non nociturum ex cauſa præterita, ſeu niſi nouam cauſam dederit; ergò *ſi* ex noua cauſa noceat non eſt periurus, quia promiſsio, & iuramentum aliquid faciendi, vel omittendi intelligitur ex cauſa ſub*ſi*ſtente tempore, quo præſtitum eſt iuramentum, ita communiter Doctores.

Septimò, eum, qui iurauit ſeruare decreta, & regulas alicuius cõgregationis, aut ſtatuta Reipublicæ &c. teneri ea ſeruare, quæ ſunt maioris momenti, & quæ ſunt in vigore, & quatenus sũt in vſu, niſi aliter conſtet de mente iurantis, ſeu niſi iurauerit non habito reſpectu ad ſtatutum, ſeu niſi iurans voluerit ſcienter ſe obligare ad rem illam ſtatuto contentam independenter à ſtatuto. Præterea non tenetur ad minima, quæ non ſunt in vſu. Immo ſi minima *ſi*nt in vſu probabile eſt iurantem non peccare mortaliter ea non ſeruando, quia cenſetur ſe voluiſſe tãtum obligare ad illa ſeruanda; ſicut continentur in ſtatutis, minima autem in ſtatutis non obligãt ſub mortali. Ita Vaſquez, Medina, & alij in ſimili apud Sanchez cap. 14. num. 2. & *6*.

Ex quo licet inferre iurãtem reuocato ſtatuto, non amplius obligari ad illud ſeruandum. Ratio eſt quia iuramentum obligat ad ſeruanda decreta *ſi*cut continentur in ſtatutis, & ita explicandum eſt iuramentum *ſi*cut res ſupra quam cadit.

dit. Tùm quia iuramentum ſtrictè interpretandum eſt, non verò dilatādum propter periculum periurij. Ita Sylueſter quæſito 23. Nauar. 1. parte cap 15. num. 23. Azor. prima par. lib. 11. c. 8. quæſito 8. Sāch. c. 14. num. 9. & 10. Reginal. lib. 18. nu. 37. Vaſquez de legibus diſp. 158. c. 5. num. 51. Salas de legibus diſp. 15. ſect. 1. nu. 10. & diſp. 10. ſect. 9. n. 53.

Item iurantem nō teneri ad ſeruandum ſtatutum vſu nō receptū, etiamſi in indiuiduo petitum ſit ab eo iuramentum ſeruandi illud peculiere ſtatutum, nam adhuc cenſetur iuraſſe obſeruantiā illius ſtatuti, quatenus vſu receptum eſt, nō verò præſumitur iuraſſe rem illam ſtatuto contentam independenter, à ſtatuto; Nec in dubio pręſumitur iuraſſe independēter à ſtatuto, ſed dependēter quatenus ſtatutū obligat. Ita Suarez 3. par. tom. 4. diſp. 35. ſect. 3. n. 5. Sanch. loco cit. n. 9. & 13. Addit Sanchez num. 13. hoc idem procedere, quando auctoritate publica virtute alicuius ſtatuti petitur iuramētum ſeruandi illud ſtatutum, non facta mentione ſtatuti; iurans enim cenſetur iuraſſe iuxta intentionem extorquentis iuramētum; extorquens autem iuramentū præſumitur illud petere, vt ſeruetur ſtatutum, quatenus vſu receptū eſt, & quatenus obligat.

Ex quo patet quid dicendum ſit de iuramento, quod à medicis extorquetur ſeruandi decretum Pij Quinti. Ita Sanchez loco cit. n. 13. ad finem. Præterea etiam licet inferre valdè probabiliter ſuſtineri poſſe eum, qui iurauit ſeruare decreta alicuius congregationis obligantia ſolum ſub certa pœna, non peccare illa violando; etiamſi decreta non ſint reuocata, nam iurās cenſetur ſolùm voluiſſe ſe obligare, ad rem illam quatenus continetur in decretis; res autem contenta in decretis ſolum ſeruēda eſt ſub pęna, vt ſuppono. Ita Sanchez loco cit. n. 4. Medina 1. 2. q. 96. art. 4. verſ. Ex his patet, Salas, & Vaſq. locis cit.

Octauò Clericum, qui emiſit iuramentum generale obediēdi Titio, aut concedendi illi quæcunque petierit, nō teneri deponere beneficium, ſi illud petat. Ratio eſt tùm quia promiſsio cenſetur facta ſub hac conditione tacita, modò non petatur immoderatum. Tùm quia iuramentum bona fide factum non excedit intentionem debitam iurantis, nam cap. Quintauallis de iureiurando dicitur iuramentum extendi ſolùm ad ea, de quibus veriſimiliter cogitatum eſt, vel iure optimo cogitari debuit. Ita Azor. lib. 11. cap. 11. quæſito 3. Sylueſter verbo Iuramentum 3. quæſito 1. Sanchez cap. 17. num. 1. & 2. Sotus 8. de Iuſtitia, q. 2. art. 2. ad 3. & alij.

Nonò ſi Titius, & Caius cùm iuramento, vel etiam ſine iuramento promiſerunt ſibi mutuo aliquid cedens in honorem Dei, ſed vterque dependenter ab alterius promiſſione, vt ſi promiſerunt ingreſſum in Religionem cum intentione vt vterq; impleat promiſsionē; Caius non tenetur promiſsionem, ſeu iuramentum adimplere Titio nolente ſtare promiſsioni; nam iuramētum cenſetur factum cum hac conditione ſi Titius impleat. Si verò non promiſerunt dependenter ab alterius promiſsione nō ceſſat obligatio nolente altero promiſsionē adimplere; quia promiſsio non eſt facta ſub conditione, ſed abſolutè.

Immo ſi dubitetur an promiſsio rei cedentis in honorem Dei facta ſit dependenter ab alterius promiſſione cenſetur facta indepẽdenter, conſequenter obligat, nolente altero adimplere. Ratio eſt tùm quia in dubio alicuius materiæ iudicandum eſt iuxta naturam illius materiæ, de qua dubitatur, ſed iuramentum in noſtro caſu cedit in honorem Dei; ergo iudicandum eſt eſſe factum intuitu Dei, & ſic obligare independenter ab alterius adimpletione. Tùm quia conſtat iuramentum, aut votum eſſe factum, nã, cùm illa promiſsio cedat in honorem Dei continet votũ, conſequenter iuramentum, aut votum poſsidet, & dubitatur de illius excuſatione; ergò iudicandum eſt in fauorem iuramenti, aut voti, cum in illius fauorem iudicandum ſit, pro quo ſtat poſſeſsio, & præſumptio. Ita Sotus 8. de iuſtitia q. 1. art. 9. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 8. quæſito 4. & alij apud Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 15. num. 8.

Decimò, eum, qui iurauit celare ſecretũ ſibi cõmiſſum, non peccare cõtra iuramentũ detegendo ſecretũ, quoties illud celare non poteſt abſq; graui ſuo, vel alterius dãno, nam promiſsio ſecreti cenſetur facta cũ hac conditione modò non noceat, cap. Sicut noſtris de iureiurando. Ita Reginaldus num. 52. Azor. loco cit. quæſito 6. Sanchez loco cit. cap. 17. num. 25. Syluester verbo Iuramentum 4. quæſito 15. & alij, quos retuli de obligatione ſecreti in tractatu de reſtitutione diſp. 2. parte 2. puncto vnico.

Addit Sanchez cap. 14. num. 5. reuelantem ſecreta congregationis, vel ſimilia, quorum obſeruantiã promiſit cum iuramento non peccare mortaliter in materia leui; ſed contrarium videtur probabilius vt patet ex ſupra dictis.

Vndecimò, eum, qui iurauit Iudici ſe dicturum omnia, quæ nouit non teneri occulta reuelare, nam intelligitur iuraſſe ſe dicturum oĩa, quæ tenetur ſecũdùm ordinẽ iuris, ſeu ſi iuridicè interroget de oĩbus.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 IVramentũ in dubio ita explicandum eſt, vt quantum fieri poteſt minus obliget, ſeruata verborum proprietate. Hæc propoſitio patebit ex iurib' ſtatim citãdis.

4 Hinc patet ſolutio illius difficultatis, qua quęritur quomodo explicandum ſit iuramentum, aut votum non ludendi.

Reſpondetur cùm Nauarro cap. 12. num. 11. Rodriquez prima parte cap. 189. nu. 10. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 18. Reginaldo lib. 18. num. 47. intelligi de ludo illicito; non verò de licito, qui recreationis gratia ſuſcipitur, niſi aliter conijciatur de iurantis, aut vouentis intentione. Ratio eſt tùm quia hæc videtur eſſe benigna intentio iurantis, aut vouentis. Tùm quia iuramentum reſtringendũ eſt, vt quantum fieri poteſt minus obliget; nam vbi agitur de obligatione contrahenda ſtricta interpretatio facienda eſt, cap. 1. de iureiurando in 6. & lege quidquid aſtringendæ, §. de verborum obligationibus. Ita Abbas cap. Cum Clerici de verborum ſignificatione, Sanchez de matrimonio lib. 1. diſp. 9. nu 11. & in ſumma lib. 3. c. 17. num. 9. & c. 18. nu. 6.

Dixi niſi aliter conſtet de iurantis, aut vouentis intentione, nam ſi conſtet

conſtet iurantem, aut vouentem ſe voluiſſe obligare ad abſtinendum à ludo licito tenebitur ex vi iuramẽti, & voti abſtinere; nam quamuis ludus honeſtus cauſa recreationis ſuſceptus, ſit actus virtutis Eutrapeliæ, nihilominus eius ommiſſio eſt melior; cùm ludus traducat mentem ad res terrenas, cõſequenter eius ommiſsio eſt materia voti, & iuramenti, vt patet à ſimili de matrimonio, quod quamuis licitè contrahatur eius tamen ommiſsio eſt perfectior, & melior, cõſequenter validum eſt votum, & iuramentum de non nubendo vtpotè factũ de meliori bono. Vide quæ diximus de contractibus diſp. 3. q. 11. puncto 1. à num. 10. vſq; ad 13. Intentio autem iurãtis colligi poteſt ex fine, quo ductus eſt ad iurãdam, aut vouendam abſtinentiam à ludo, vt docui de contractibus loco cit. num. 18. & bene tradit Sanchez loc. cit. num. 3.

5 Hinc colligi poteſt primo, eum, qui iurauit abſolutè non ludere nõ ſolum non poſſe nomine proprio ludere, verùm neq; alieno; quamuis contrarium ex parte ſentire videatur Sanchez loco citato nu. 6. Ratio eſt quia ludus factus nomine alieno eſt propriè ludus; poteſt tñ facere ſponſiones, quia non ſunt propriè ludus; poſſet etiam tradere pecuniam alteri ad ludendum ſuo nomine, & inſpicere ſocium ludentem, quia non emiſit votum de non tradenda alteri pecunia, vel inſpiciendis ludentibus, ſed de nõ ludendo. Hoc tamen intelligendũ eſt niſi aliter colligatur de mente iurantis. Ita Sanchez lib. 3. c. 18. num. 7. & 8. & alij.

Secundò colligi poteſt eum, qui iurauit, aut vouit abſtinentiã à ludo, vt diuinis facilius vacaret, vel vt ſe priuaret tẽporali ludi oblectatione, teneri ſub mortali à ludo etiam licito abſtinere, nam ex fine colligitur intentio iurantis. Putat tamen Sanchez loco cit. nu. 3. non grauiter peccare, ſi modico tempore ludo detineatur, etiamſi magnã pecuniæ ſummam ludo exponat; nam finis iurantis non eſt iactura pecuniꝫ, ſed priuatio delectationis & voluptatis, vt ſupponitur: ex noſtris verò principijs colligitur grauiter peccare, quia violatio iuramenti etiam in re parua eſt mortalis. Secus dicendum eſt de voto.

Tertiò, eum, qui timore iacturæ facultatum iurauit abſtinentiam à ludo teneri abſtinere à ludo non ſolum illicito, verum etiam licito, nam ſic videtur intentio iurantis ad vitandam iacturam, quæ fieri poteſt nòn ſolum in ludo illicito, verum etiam in licito; putat tamẽ Sanchez non peccare mortaliter, ſi modicam pecuniæ ſummam ludo exponat, & non ſit periculum ita incaleſcendi, vt magna pecuniæ quãtitas prodigatur, & in hoc ſenſu veram putat ſententiam eorum, qui dicunt ludum modicæ quantitatis non eſſe culpam pluſq̃ venialem; ſed contrarium nobis probabilius videtur; nam ſuperius diximus iuramentum ſeruandum eſſe ſub mortali etiam in materia parua; benè tamen addit Sanchez n. 3. paruitatẽ, aut magnitudinem quãtitatis metiendã eſſe ex facultatibus ludentis; ſicut enim prodigalitas nõ eſt abſoluta, ſed eſt attendẽda penes facultates prodigẽtis; ita hæc magna, vel parua quantitas metienda eſt penes facultates lu-

dentis, quamquam inquit Sanchez dari poteſt quantitas ita magna, vt reſpectu cuiuſcunq; cenſeatur magna, & conſequenter ſufficiat ad mortale reſpectu cuiuſcunq;, & poteſt dari quantitas ita parua, vt reſpectu cuiuſcunque non conſtituat mortale.

6 Quæres primò vtrum ſi Titius iturus Romam, timeat fore, vt Caius ipſius filius alias ludis deditus vacet ludis, dum Titius Romæ negotiorum cauſa commoratur, & ob id extorqueat à filio iuramentum non ludendi donec ipſe Roma redeat, vel aliquid aliud faciat, filius ſit liber à vinculo iuramenti poſſitq; abſq; læſione iuramenti ludere ſi Pater morte præuētus nunquã Roma redeat, aut aliquid aliud faciat.

Reſpondeo non eſſe liberum à vinculo iuramenti, nec poſſe ludere. Ratio eſt quia vinculum iuramenti iuxta verborum ſignificationem remanet, donec Titius redeat, vel quid aliud faciat, cũ autem nunquam redeat, ſequitur vinculum iuramenti ſemper remanere. Ita Franc. Dominicus, & alij apud Sãchez lib. 8. de matrimonio diſp. 28. num. 53. Secus dicendum eſſet ſi filius promiſiſſet ſe non luſurũ, donec Pater velit; poſſet enim ludere eo mortuo, quia licet conſenſus, & voluntas non ceſſet per furorem, vt ex cap. Maiores, §. fin. de baptiſmo, & ex alijs iuribus docet Sanchez lib. 8. diſp. 28. num. 58. vbi refert Couar. 3. variarum c. 15. num. 4. ceſſat tamen per mortem, quia mortui nullus eſt conſenſus, & nulla voluntas; Videte quæ diximus de Priuilegijs in ſimili, & quæ tradit Sanchez in ſumma lib. 3. c. 18. num. 14. & de matrimonio loco cit. num. 52. 53. & 58.

7 Quæres ſecũdò an debitor, qui cũ iuramento promiſit ſoluere debitum intra menſem, teneatur adhuc ex vi iuramenti tranſacto eo menſe, aut prorogato ſibi termino à creditore, ſoluere debitum.

Reſpondeo intra menſem non teneri, ſed tranſacto menſe. Quod non teneatur intra menſem. Ratio eſt tum quia iuramentum ſoluendi cenſetur factũ cũ hac tacita conditione niſi terminus prorogetur. Tùm quia is, in cuius fauorem factum eſt iuramentum cedit iuri ſuo quo potuiſſet intra mẽſem exigere. Quòd verò teneatur tranſacto menſe, ſeu termino prorogato. Ratio eſt tùm quia terminus menſis nõ cenſetur appoſitus ad finiendam obligationem ſoluẽdi, ſed ad eam ſolicitandam; ergo tranſacto menſe, remanet adhuc obligatio. Tùm quia debitor duo iurauit: Primùm eſt ſe ſoluturum; Secundùm eſt tali menſe; licet ergo prorogato termino ceſſauerit ſecũda obligatio, non ob id prima obligatio ablata eſt. Ita Couarru. de pactis prima parte nu. 6. Azor. lib. 11. c. 8. quæſito 15. Eman. Sà verbo Iuramentum nu. 15. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 17. num. 24. Clauis Regia, & alij, quos in ſimili retuli de cenſuris; contra Baldum, Decium, & alios apud Couar. de pactis prima parte num. 6. in principio. Leſſium lib. 2. c. 42. n. 57. & apud alios Doctores citatos, præſertim apud Sanchez lib. 4. c. 55. num. 6.

8 Ex quo patet quid dicendum ſit de compromiſſo quo aliqui litẽ compromiſerunt certa die diuidẽdam, iurantes ſe non receſſuros à ſen-

ſententia; cenſeo enim hos teneri vinculo iuraměti parere ſententiæ, etiam ſi lis ea die deciſa nō fuerit, ſed terminus de partium conſenſu prorogatus fuerit, & hoc valet etiā ſi dùm factum fuit compromiſſum non fuerit conceſſa facultas prorogandi. Ratio eſt tùm quia dùm cōceditur prorogatio non initur nouum pactum quo ad ſubſtantiam, ſed primùm protrahitur, & in longius tempus extenditur. Tùm quia eadem videtur ratio iuramenti, & voti, ſed votum cuius adimpletioni præfixus erat certus dies, facta cōmutatione in alium diem obligat ex termino ſubrogato; ergo item obligat iuramentum. Ita Sanchez de iuramento lib.2.cap.36.num.14. Cardin. Tuſcus littera C, Verbo Compromiſſum concluſione 518. num. 5. & alij apud Sanchez lib. 4. cap. 54. num. 10. contra Azorium prima parte lib. 11. cap. 8. quæſito 12. & alios.

9 Quæres ſecundò, quomodo ſit intelligendum iuramentum medicorū, & vtrùm Medici non admonentes ægrum, vt confiteatur, illūq; viſitantes nondùm facta poſt tertium diem confeſsione, incurrant culpam periurij. Pro ſolutione.

Præmittendum eſt primò Pium Quintū in Motu proprio edito anno 1566. interdixiſſe Medicis, ne vltra tertium diem poſt monitionē confeſsionis viſitent infirmum, niſi Confeſſarius teſtetur ipſum fuiſſe confeſſum, modò Confeſſarius nō indicauerit lōgius tempus infirmo ex iuſta cauſa concedendum eſſe.

Secundò Medicos iuxta prædictū motum proprium Pij Quinti, dum licentiam medendi accipiunt iurare ſe illud decretum ſeruaturos. Hoc poſito.

Reſpōdeo Medicos peccare peccato periurij violantes hoc decretum vbi receptum eſt; faciunt enim contra iuramentum emiſſum.

Dixi vbi vſu receptum eſt; nam Medici non ſeruantes hoc decretum vbi non eſt receptum non peccant, quia iuramentū cenſetur factum de ſeruando decreto, quatenus obligat; vbi autem non eſt receptum, non obligat.

Pro ſolutione dubiorū, quæ circa hoc decretum poſſent ſuboriri in locis vbi eſt receptum.

10 Aduertendum eſt primo hoc decretum obligare ſolū Medicos, dùm ſperatur admonitionem profuturam eſſe; propterea ſi conſtet admonitionem non eſſe profuturā Medici non tenentur admonere, vt patet ex dictis de præcepto correctionis, quod non obligat ad inutile: ſi verò dubitatur an ſit profutura, obligat vt ibi dictum eſt.

Secundò obligare dùm morbus eſt grauis, vel dùm periculum eſt, vt morbus fiat grauis. Ratio eſt tùm quia durum videtur obligare Medicos, dùm infirmitas non eſt grauis, vel non eſt periculum, vt fiat grauis: tùm quia infirmus dū graui non laborat infirmitate, non tenetur confiteri; ergò nec Medicus tenetur illum admonere. Ob id aliqui Doctores aſſerunt, hoc decretum obligare ſolùm, dum morbus eſt periculoſus mortis.

Tertiò ſufficere, vt admonitio per alios fiat; nam finis decreti eſt vt infirmus recipiat Sacramenta: ſi ergò finis obtineatur alio admonente, non eſt cur Medicus per ſe ipſum admonere obligetur, vt dictum eſt de correctione.

Digitized by Google

Quartò hoc decretum non adeò ſtrictè obligare, vt Medici teneantur deſerere infirmum, dùm eo derelicto morbus fieret grauior, & infirmus graue pateretur damnum, ſi desereretur; nam præceptum humanum non obligat ad faciendum contra charitatem: charitas autẽ præſcribit, vt ſubueniatur ægro. Ita Nauar. cap. 25. nu. 61. Suarez tom. 4. diſp. 35. ſect. 3. num. 4 Graffius prima parte deciſionum lib. 3. cap. 14. Sanchez in ſumma lib. 3. c. 16. Rodriquez c. 246. prima parte, & alij quamplures apud Suarez tomo 4. diſp. 35. ſect. 3. num. 4.

Ex his ergo patet primò, quomodo intelligendum ſit decretum, ſeu motus proprius Pij Quinti præſcribentis Medicis, ne vltrà tertium diem viſitent infirmos, niſi Confeſſarius teſtetur ipſos cõfeſſos fuiſſe.

Secundò patet quomodo intelligẽdum ſit decretũ Concilij Prouincialis, Mediolanenſis ſeptimi titulo de Sacramento Pœnitentiæ, pagina mihi 33. verſic. Quod Pij V. vbi reſeruatur abſolutio Medicorum, qui infirmos inconfeſſos viſitare perſeuerant.

Circa cuius decreti intelligentiã aliqua tradenda ſunt in ſequentibus difficultatibus, quarum ſolutio facilè colligi poteſt ex dictis in explicatione motus Pij Quinti.

11 Prima difficultas eſt quandonam Medici incurrãt caſum reſeruatum ita vt non poſſint à quolibet Confeſſario abſolui.

Reſpondeò incurrere dùm poſt tertium diem viſitant infirmum, qui nondum confeſſionem peccatorum fecit, non verò anteà. Ratio cur tunc caſum reſeruatum incurrant eſt, quia tunc verificantur verba Concilij, cum dicantur perſeuerare in viſitatione infirmi, quẽ anteà viſitarunt. Ratio verò cur Medici ante tertium diem non incurrant caſum reſeruatum, eſt quia nõ dicuntur perſeueraſſe in viſitatione infirmi iuxtà mentem Concilij; cùm enim hæc reſeruatio lata ſit in ſubſidium decreti Pij Quinti editi anno 1566. quod incipit Supra gregem dominicũ, quo cauetur vt Medici nõ viſitent infirmum vltra tertium diem, niſi per Cõfeſſarij ſcriptum ei conſtet de cõfeſsione ægroti, ſequitur hanc reſeruationem ita explicandã eſſe ſicuti explicantur decretum, & motus Pij Quinti.

12 Secunda difficultas eſt vtrùm Medicus incurrat caſum reſeruatũ, ſi vltra tertium diẽ viſitet infirmũ, cui Confeſſarius lõgius tempus ad confeſsionem faciendã concedendam iudicauit.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia hoc decretũ eſt conforme decreto Pij Quinti: Pius autem Quintus obligat tãtummodo Medicos ad non viſitandum infirmum, poſt tertium diem, niſi Cõfeſſarius longius tempus iudicauerit ex iuſta cauſa concedendum.

13 Tertia difficultas eſt vtrũ hoc præceptum obliget, dum infirmitas nõ eſt grauis, nec eſt periculum, vel dubium vt fiat grauis.

Reſpondeo non obligare: ſicut enim infirmus non tenetur in tali euentu confiteri, ita neq; Medicus tenetur abſtinere ab infirmi cura antequàm infirmus confiteatur; nã in Cõcilio Prouinciali hoc præſcribitur ne infirmus decedat ſine confeſsione.

Verùm tamen eſt morbum regulariter cenſeri grauem, quoties talis

Digitized by Google

lis eſt, vt cogat infirmum iacere in lecto, vt patet ex decretis Pij Quinti, & Innocentij Tertij loquentibus de infirmo iacente in lecto. Ita Nauar. in manuali cap. 25. num. 61. verſus finem, verſiculo Tertio peccat, Graffius prima parte lib. 3. deciſionum cap. 14. nu. 7. folio mihi 408. & Rodriquez prima parte cap. 246. num. 1. concluſione 2.

14 Quarta difficultas eſt vtrum Medicus incurrat caſum reſeruatū, & teneatur abſtinere ab infirmi cura, ſi infirmus admonitus de cōfeſsione faciēda, nolit eam facere, & nihilominus graue periculum ſit, vt moriatur, ſi à Medico deſeratur

Reſpondeo non incurrere caſum reſeruatum, nec teneri deſerere infirmum, quia præcepta humana nō videntur tàm ſtrictè obligare contra charitatem; videtur autem cōtra charitatem deſerere infirmum in tali euentu, præſertim cum fieri poſsit, vt infirmus poſtquam cōualuerit reſcipiſcat, & emendetur. Si verò non immineat graue periculū mortis exiſtimo Medicū teneri deſerere infirmum; non enim adeſt cauſa, cur dicamus præceptum tūc temporis non obligare. Ita clarè, & expreſsè ſentire videtur Suarez de pœnitentia diſput. 35. ſect. 3. num. 5. pag. mihi 463. Nauarrus, Graffius, & Rodriquez locis citatis.

PVNCTVM XVII.

Quibus modis tollatur, aut impediatur obligatio iuramenti.

1 *Obligatio iuramenti impediri poteſt, ne inducatur. Primò per legem deſtruentem omninò contractū humanum, ſupra quem cadit. Secundò prohibendo eius adimpletionem, vt ſine peccato nequeat adimpleri.*

2 *Obligatio iuramēti iam inducta quatuor modis tollitur. Primò mutatione materiæ.*

3 *Secundò tollitur remiſſione, ſeu relaxatione eius, in cuius fauorem factum eſt iuramentum.*

4 *Tertiò tollitur iuramentum per irritationem factam per ſuperiores, quibus ſubiecta eſt materia iuramenti.*

5 *Qui conſenſit in iuramenta ſubditorum, non poteſt licitè abſque noua cauſa ea iuramenta irritare; quod valet etiam in patre reſpectu filij.*

6 *Iuramenta irritata non reuiuiſcunt poſt mortem irritantium.*

7 *Quartò obligatio iuramenti tollitur per commutationem, vel diſpenſationem.*

8 *Facultatem habens diſpenſandi in iuramentis non poteſt diſpenſare in iuramento in fauorem tertij facto, & ab eo acceptato, niſi aliqua iniuria præceſſerit, vel niſi ita poſtulet commune bonum.*

9 *Quinam habeant facultatem diſpenſandi in iuramentis præter Summū Pontificem.*

10 *Idemmet iurans poteſt iuramenta in Dei honorem facta commutare in melius: hoc tamen non valet in iuramento homini facto.*

11 *Commutantes vota ex facultate ſibi delegata non videntur poſſe commutare iuramenta talibus votis annexa.*

12 *Non facit contra votum, nec dicitur periurus, qui non facit id, in quod iuramentum auctoritate ſuperioris fuit commutatum.*

13 *Præſtans iuramentum alicui ratione*

Digitized by Google

dignitatis, non verò perſonæ, tenentur illud idem ſucceſſoribus præſtare.

14 *Si ille, cui factum eſt iuramentum priuetur dignitate, vel amoueatur ab officio, non tenebuntur iurantes ſeruare iramentũ obedientiæ praſtitum illi ratione dignitatis.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Obligatio iuramenti dupliciter impediri poteſt, ne inducatur. Primò per legem deſtruendo omninò contractum humanum, ſupra quem cadit; deſtructo enim fundamẽto ſimul etiam deſtruitur id, quod ipſi innitebatur, hoc pacto Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 5. irritare videtur renuntiationem bonorum etiam cum iuramento factam ante duos menſes pręcedẽtes profeſsionem. Qua de re uidendus eſt Rodriquez tom. 2. quæſtionum regularium q. 2. art. 7. Riccius in ſua praxi deciſ. 656. Reginald. lib. 18. num. 385. Azor. prima parte lib 12. c. 2. & lib. 13. cap. 9. Naldus ver. Profiteri, Sanchez lib. 2. diſp. 24. & alij.

Secundò prohibendo executionem, ita vt ſine peccato nequeat adimpleri; cum enim iuramentum non obliget ad peccatum, nec ſit vinculum iniquitatis dicendum eſt ipſius obligationem impediri, dum ipſius executio prohibetur. Ita Sãchez in ſumma lib. 3. cap. 22. nu. 11. Molina diſp. 271. verſ. Hoc tamen loco, & diſp. 149. verſ. Quoad poteſtates, Leſsius loco citando, & alij, qui ex dictis colligunt lege ciuili impediri poſſe obligationem iuramenti ne inducatur, quamuis enim Princeps non poſsit immediatè, & directè irritare vinculum iuramẽti vtpotè ſpirituale, & ipſius facultatem ſuperans, poteſt tamen indirectè, & remotè, quatenus poteſt deſtruere contractum, antequã celebretur, vel quatenus poteſt executionem cõtractus ſub culpa prohibere.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Obligatio iuramenti iam inducta, quatuor modis auferri poteſt. Primò mutatione materiæ, vt ſi materia iuramenti fiat illicita; iuramentũ enim non eſt vinculum iniquitatis; aut ſi materia fiat impoſsibilis, nam ad impoſsibile nemo tenetur; ob id cap. 1. de iureiurando in 6. habetur iuramẽtum generale ſeruãdi ſtatuta intelligi de licitis, & poſsibilibus, ne ſit vinculum iniquitatis. Ita Sanchez cap 15. nu. 7. & alij communiter, quos in ſimili retuli de voto.

3 Secũdò remiſsione, ſeu relaxatione eius, in cuius fauorem factũ eſt iuramẽtum, is enim cedere poteſt iuri ſuo etiam abſq; iuſta cauſa remittendo rem ſibi debitam, etiamſi iuramentum factum ſit in modum voti, vt ſi voueas Deo, & iures te daturũ certo pauperi eleemoſynam, paupere condonante obligationem, liber eris ab obligatione voti, & iuramenti. Ratio eſt quia, qui hoc modo vouet, & iurat cenſetur ſolum ſe obligare ſub cõditione tacita, ſi ille, in cuius fauorem iurat, velit acceptare; illo igitur in cuius fauorem iuramentum factum eſt, remittẽte obligationẽ, aut nolente promiſsionem acceptare, iurans liber erit ab obligatione iuramenti. Ita Clauis Reg. lib. 5. cap. 7. Leſsius lib. 2. c. 42. dub. 12.

Digitized by Google

num.57.Menochius de arbit. lib.2. Centuria 2. caſu 103.num.2. Rodriquez cap.245.nu.10 Henriquez lib. 11.cap.14.num.6. Nauarrus in manuali cap.22.num.25.Azor. lib. 11. cap.9.& alij apud Sanchez lib.1. de matrimonio diſp.52. num. 6. & in ſumma lib. 3. cap. 20. num.4.

Obijcies relaxatio iuramenti eſt actus iuriſdictionis; cum autē pauper, in cuius fauorem emiſſum eſt iuramentum non habeat iuriſdictionem non videtur poſſe obligationem iuramenti remittere, & relaxare.

Reſpondeo remiſsionem, & cōdonationem, de qua loquimur non eſſe propriè relaxationem, vt optimè Sanchez cap.19.n.1. cum Soto, & Arragonio; ſed eſſe actum, quaſi dominij, quo quis remittit iuramētum, tanquam dominus materiæ promiſſæ. Ita Sanchez cap.20.n.4.

Hinc colligi poteſt Bertam, cui propter paupertatem Titius promiſit matrimonium poſſe obligationē Titio remittere, quia poteſt cedere iuri ſuo conſequenter Titiū remanere liberum ab obligatione promiſsionis, quamuis iuratę. Ita Doctores citati. Rurſus etiam inferri poteſt hæc procedere, non ſolum quando vnus tantum iurat alteri; verum etiam quando vterquè vicisſim; tunc enim poteſt vterquè iuramentum condonare, vel alter ſolus alteri, cùm ſit eadē ratio. Ita Sanchez in ſumma loco cit. num. 4. & Azor. loco citato.

4 Tertiò tollitur obligatio iuramēti irritatione facta per ſuperiores, quibus ſubiecta eſt materia iuramenti, vt patebit ex dicendis de voto; poſſunt enim ſuperiores irritare iuramenta facta de re ſibi ſubiecta, ſicut poſſunt irritare vota eiuſdem materiæ qualem facultatē habet pater reſpectu filiorum, & filiarū, ſuperior reſpectu ſubditorū, dominus reſpectu ſeruorum, maritus reſpectu vxoris, in ijs rebus, in quibus tales perſonæ ſunt ſubiectæ. Ratio eſt quia nullus iurare poteſt in præiudicium alterius. Ita Sanchez lib.6. de matrimonio diſp.39. nu.10. & in ſumma lib.3.cap.19.nu. 2. Suarez lib. 2. de iuramento cap. 38. Leſſ. loc.cit.nu.61.Azorius lib. 11. cap. 10. in fine, Reginal.lib.18. n.64.& 66.& alij apud Clauem Regiam lib.5.cap.8.nu.5. & apud Sanchez loc. cit.

5 Sed modo dubium eſt primo, vtrùm ſuperior, qui conſenſit in iuramenta ſubditorum, aut pater in iuramenta filiorum, &c. poſsit adhuc præſtito conſenſu irritatare iuramenta.

Reſpondetur non poſſe, abſque noua cauſa licitè irritare, nam temere irritaret. Ita Doctores citati. Videnda ſunt, quæ infra dicam in ſimili de irritatione voti.

6 Secundò dubium eſt vtrùm iuramenta irritata reuiuiſcant poſt mortem irritantium.

Reſpondetur negatiuè, quia obligatio ſemel extincta non reueuiſcit, C. de remiſsione pignorū. Ita Clauis Regia loc.cit. Sanchez, & Leſsius locis citatis. Addit Leſſ. curatorem, non poſſe irritare iuramenta minorum; tutorē verò poſſe irritare iuramēta impuberis, cuius eſt tutor. Videndus eſt Leſsius, & quæ nos inferius trademus de votorum irritatione.

7 Quartò obligatio iuramēti tollitur per commutationem, aut etiā per diſpenſationem, vt patebit ex dicen-

dicendis de voto.

8 Sed modo dubium eſt primò vtrum, qui facultatem habet diſpẽſandi in iuramentis poſsit diſpenſare nolente eo, in cuius fauorem factum eſt iuramentum. Pro ſolutione iſtius difficultatis.

Supponendum eſt iuramentum aliquando fieri in honorem Dei, & ſic includit votum, aliquando in fauorem hominis, qui aliquãdo acceptat, aliquando non vult acceptare. Hoc poſito.

Reſpondeo iuramentum factum in fauorem hominis, qui illud acceptauit, non poſſe commutari, vel diſpenſari, nolente eo, in cuius fauorem factũ eſt, niſi aliqua iniuria præceſſerit, vel niſi hoc fiat in iuſtã ipſius pœnam, vel niſi cõmune bonum ita efflagitet. Ratio cur non poſsit eo nolente commutari, eſt quia ſuperior non poteſt tollere ius alterius, ſine vrgentiſsima cauſa, ille autem, in cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum acquiſiuit ius per acceptationem iuramenti.

Dixi niſi aliqua iniuria præceſſerit, quia ſi iniuria præceſsit, aut aliqua turpitudo verſatur ex parte recipientis iuramentum, cenſeo tale iuramentum in fauorem hominis factum relaxari poſſe, non ſolum à Papa, verùm etiam ab Epiſcopo, vt quando iuramentum à latrone fuit extortũ ſub promiſsione certę pecuniæ ad ſeruandam vitam, aut quando factum fuit vſurario, &c. Si verò iuramentum factum fuit in honorem Dei, vt ſi quis iurauit recitare officium, poteſt, hoc iuramentum ab eo relaxari, qui facultatem habet ordinariam commutandi, & relaxandi ſimile votum, modò tamen adſit iuſta cauſa, nam iuramentum obligat ex iure naturali Diuino, ſummus autem Pontifex non poteſt in iure naturali Diuino diſpenſare abſq; iuxta cauſa.

Cauſa autem ſufficiens ad diſpenſandum in votis ſufficit etiam ad diſpenſandum in iuramentis, cum hæc vim, & rationem voti habeant. Ita Valentia 2.2.diſp.6.quæſ.7.puncto 4. verſ. Poſito igitur, Sanchez cap.19. nu.4. & alij.

Obſerua tamen, quando cauſa nõ eſt ſufficiens ad diſpenſandum, poſſe iuramẽtum partim relaxari, & partim cõmutari, habita ratione cauſæ, vt patebit ex dicẽdis de voto cum Sanchez loco cit. nu. 4.

9 Secundò dubium eſt, quinam habeant facultatem diſpenſandi in iuramentis pręter Summum Pontificem.

Reſpondeo hanc facultatem reſidere penes Epiſcopos, alioſque prælatos poteſtatem, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes in ſuos ſubditos, ſicut enim diſpenſare poſſunt in votis, ita etiam in iuramentis.

Excipe tamen primò iuramenta, quorum abſolutio Romano Pontifici reſeruatur, vt ſunt iuramenta, quibus confirmantur ſtatuta Collegiorum, Academyarum, & bonorum Eccleſiaſticorum, modò hæc ſtatuta proueniant à Summo Pontifice; itẽ iuramenta, quibus ſe inſignes viri obſtringũt, cuiuſmodi sũt Reges, Duces, Marchiones, Comites ſuprẹmam præſertim in temporalibus iuriſdictionem habentes, Epiſcopi, Superiores Eccleſiarum, Antiſtites, alijquè Romano Pontifici proximè ſubiecti. Denique iuramẽta, quę in rebus arduis, & maximè dubijs interponuntur. Ita Abbas

Digitized by Google

bas cap.4.deciſ.8. de iureiurando, Sotus 8. de Iuſtitia quæſt. 1. art.9. Sanchez loc.cit nu.7.Azor.1. parte lib.11.cap.9. poſt.4. quæſitum, Reginaldus nu.68.

Excipe Secundò iuramenta, quæ annexum habent votum Papæ reſeruatum. Ita Sotus Azor.Sanchez, & alij locis cit. contra Tabienam ver. Iurare quæſito 20. Vota autem reſeruata Papæ ſunt votum Chaſtitatis, votum Religionis, votum peregrinationis ad Sanctum Iacobum Compoſtellanum, aut ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, aut ad templum Hieroſolymitanum, cum igitur hæc vota ſint reſeruata Papæ ſequitur iuramentum habens annexum aliquod ex his votis, non poſſe ab Epiſcopo, alioue Prælato diſpenſari, niſi forte iuramentum ſit pœnale, aut conditionale; tunc enim poteſt Epiſcopus diſpenſare ante, & poſt impletã conditionem, & pœnam incurſam, vt oſtendã de voto. Ita Suarez lib. 2.cap.40.

Addit Sanchez loc.cit.n.6.poſſe iuramenta caſtitatis, religionis, &c. diſpenſari ab Epiſcopo, ſi iurans intendebat ſolummodò Deũ in teſtem adducere, non verò reſpiciebat Deũ, quaſi vellet ei aliquid offerre in eius obſequium. Ratio eſt quia illa iuramenta in tantum videntur non poſſe ab Epiſcopo diſpenſari in quantum continẽt votũ; reſeruatio enim eſt odioſa, illa autem iuramenta eo modo ſpectata non continent votum, & promiſſionem erga Deum.

10 Tertiò dubium eſt vtrum idẽmet iurans poſſit iuramenta in Dei honorem facta commutare in melius, aut in rem æque bonam.

Reſpondeo poſſe commutare in euidenter melius, aut in rem euidẽter æquè bonam. Ratio eſt quia poteſt commutare vota; ergo etiam iuramenta. Ita Valentia 2.2. diſp. 6. quæſt. 7. puncto 4. Toletus lib. 4. cap.27.nu.3. Reginaldus lib. 18.nu. 67. Azor. & alij apud Emanuelem Sà ver.Iuramentum nu.33. & apud Sanchez in opere morali lib. 3. ca. 19. nu.9. contra Panormit. in cap. Peruenit de iureiurando nu. 2.

Obſerua tamen me hic loqui de iuramento facto in honorem Dei, non vero de iuramento facto homini, nam iuramẽtum homini factum non poteſt propria auctoritate in melius commutari, quia non ſemper gratius eſt homini quod eſt melius, vt in ſimili dicam de voto.

11 Quartò dubiũ eſt vtrum commutantes vota ex facultate ſibi delegata poſſint etiam commutare iuramenta talibus votis annexa.

Reſpondeo duplicẽ eſſe ſententiam. Negatiua eſt Nauarri cap.27. nu.275. Azorij loc.cit.cap.10. quæſito 20. Leſſij, & aliorũ apud Emanuelem Sà loc. cit. & apud Sanch. lib.1.de matrimonio diſp.32.nu.17. & in opere morali lib. 3. cap. 22. n. 16. Ratio eſt quia hoc priuilegium eſt odioſum, cum agatur de facultate diſpenſandi in eo, quod de iure naturę, & Diuino adimplendum eſt; priuilegium autẽ odioſum ſtricte explicandum eſt, vt patet ex dictis de priuilegijs. Affirmatiua ſententia eſt Arragonij quęſt. 88.art. 12. Rodriquez in ſumma 1. parte cap. 231. nu. 4. & cap. 244. nu. 4. & aliorũ. Ratio eſt quia ſublata promiſsione ceſſat obligatio iuramẽti, ſed promiſsio, ſeu votum poteſt auferri ab eo, qui poteſtatem ha-

Digitized by Google

bet delegatam; ergo poteſt etiam ab eodē auferri iuramentū. Vtraq; ſententia probabilis eſt; ſed probabilior mihi videtur prima, vt oſtendam de voto; ideò nunc ad argumentum ſecundæ ſententiæ reſpondeo ſublata promiſsione tolli iuramentum; hanc autem promiſſionem iuramento munitam non poſſe auferri abſque ſpeciali facultate.

12 Quintò dubium eſt vtrum, qui non obſeruat id, in quod iuramentum auctoritate ſuperioris fuit cōmutatum, faciat contra iuramentū, & dicatur periurus.

Reſpondeo negatiuè; ſed potius facit contra pactum, quo rem illam loco materię iuratæ acceptauit, neque eadē eſt ratio de voto, quia Prælatus non vult votum commutare, niſi ſubditus aliud loco illius ſuſcipiat, ſeu voueat, quod nō accidit in iuramento. Ita Suarez, & Sanchez, quos referā puncto 7. de voto §. 5. ad finem.

Sexto dubium eſt vtrū, qui pręſtitit iuramentum alicui ratione dignitatis, vt Epiſcopo ratione dignitatis Epiſcopalis teneatur Epiſcopis ſucceſſoribus ſeruare iuramentum, mortuo eo, cui præſtitit iuramentum.

Reſpondeo affirmatiue vt patet ex dictis de diſpēſationibus, & priuilegijs, nam iuramentum non cenſetur factum tali perſonæ vt ſic, ſed quatenus talem dignitatem ſuſtinet; dignitas autem non extinguitur.

Hinc patet quid dicēdum ſit de iuramento, ſeu voto, quod Oblati Sancti Ambroſi, & Caroli emittunt in manib⁹ Epiſcopi Mediolanēſis. Ita Azor. lib. 11. cap. 8. quęſito 5. Syluef. verbo Iuramentum 4. quæſito 2. & 3. Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 13. nu. 7. & alij.

14 Maior difficultas eſt vtrum ſi ille, cui factum eſt iuramentum priuetur dignitate, vel abdicet ſe ab officio, teneamur adhuc ſeruare iuramentum obedientiæ præſtitum illi ratione dignitatis.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia ceſſat cauſa, ob quā præſtitum fuit iuramentum; tum quia ſic decernitur capite Ad Apoſtolicam de ſententia, & re iudicata in 6. & capite Venerabilem in fine de electione, tum quia ſicut canonicus iurans ſtatuta Eccleſiæ, cuius eſt canonicus, non tenetur ex vi iuramenti ad ea ſeruanda; poſtquam priuatus fuerit canonicatu, & ſicut illi, qui ſtatuta ciuitatis iurarunt, iuramenti vinculo nō tenentur, poſtquam legitimi ſuperioris auctoritate fuerunt abrogata, ita non tenemur ſeruare iuramentum præſtitum alicui ratione dignitatis, poſtquam ſe dignitati abdicauerit, vel priuatus fuerit. Ita Gloſſa cap. Ad Apoſtolicam cit. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 9. quæſito 4. ad finem Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 13. nu. 9. & 10. Sotus lib. 8. de Iuſtitia quæſt. 1. art. 9. ad 2. Syluef. verbo Iuramētum 4. quæſito 2. & 3. Abbas cap. Veritatis nu. 2. & 3. Tabiena verbo Iurare quæſito 36. Armilla verbo Iuramentum nu. 36. Angelus verbo Iuramentum 5. nu. 39. Caietan. 2. 2. quæſt. 89. ar. 9. ad finem, & alij communiter.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM VLT.

De Adiuratione.

1 *Quid ſit Adiuratio, & quotuplex.*
2 *Dęmon nō adiuratur adiuratione deprecatiua, ſed ſolum Deus, Sancti, & homines.*
3 *Sola rationalis creatura congruenter adiurari poteſt.*
4 *Videtur mortale ex ſuo genere directè, adiurare creaturas irrationales.*
5 *Non licet adiurare dęmones vt opē ferant ad fugandas grandines, & ſimilia.*
6 *Qui adiuratur non obligatur præſtare id, quod ab eo petitur.*
7 *Facultas adiurandi, & expellēdi Dęmones pertinet ad ſolos Clericos Ordine exorciſtatus inſignitos, quoties adiuratio fit ſecundum ritum exorciſmorum.*
8 *A Dæmone humanum corpus obſidente licitum eſt tantum ea petere, quæ ſpectant ad aliorum vtilitatē, vel ad ipſum expellendum.*
9 *Qui ex leuitate, aut curioſitate aliquid imperatiuè à Dæmone petit nō verò deprecatiuè, non peccat mortaliter, modò longi ſermones præſertim vani non adhibeantur, vel modò hoc non fiat cauſa aliquid addiſcendi à Dęmone, vel modò non ſit periculum detegendi alicuius occultum peccatum, vel modò certa fides illi non præſtetur.*
10 *Adiuratio differt à iuramento.*
11 *In adiuratione poteſt aliquando peccatum committi.*
12 *Sacerdos adiurans Dæmonem non peccat adhibēdo rutā, flagella, &c. in contemptum Dæmonis.*
13 *Adiurator conniuendo paſſioni Dæmonis, ſeu ei aliquid permittendo è corpore egreſſuro, peccat ſi Dæmoni rem malam concedat.*
14 *Poteſt adiurator à Dæmone, egreſſuro è corpore petere aliquod ſignū, quo Dæmon indicet ſe non rediturum.*
15 *Vno Dæmone expulſo vt plurimum omnes exeunt.*
16 *Per quamlibet corporis partē poteſt Dęmon ingredi, & egredi.*
17 *Dæmon non ſemper in corpore obſeſſi reſidet.*
18 *Dæmō ſuam poteſtatem exercet cruciando, & affligendo corpus.*

IN hoc puncto breuiter explicabo primò quid, & quotuplex ſit adiuratio. Secundò quænam res licitè poſsint adiurari. Tertiò cui competat facultas adiurandi Dęmones. Quartò quomodo differat adiuratio à iuramento. Quintò an in adiuratione, poſsit aliquod peccatum committi.

PRIMA PROPOSITIO.

1 ADiuratio eſt conteſtatio rei ſacræ, cuius reuerentia intendimus alterum promouere ad aliquid præſtandum. Ita S. Th. 2. 2. q. 90. art. 1. Suarez tomo 2. de Religione lib. 4 cap. 3. num. 4. Sanchez Leſsius, & alij locis ſtatim citādis. Duplex autem eſt Adiuratio, nempè deprecatiua, quæ fit deprecando, & imperatiua, quæ fit præcipiēdo, & timorem incutiendo per cōteſtationem rerum ſacrarum. Adiuratione imperatiua vtimur erga ſubditos, nam vis præceptiua dirigitur ad ſubditos. Immo grauiter peccat, qui ea vtitur in non ſubditos in re graui, nam vſurpat ſibi alienam poteſtatem.

2 Dæmones non adiurantur adiuratione deprecatiua, quia hęc fieri

ri non poteſt ſine ſubiectione; ſubmiſsione; & ſocietate, quæ cũ Dæmone grauiſsimo humani generis hoſte prorſus eſt illicita; ſed adiurantur adiuratione imperatiua, qa Eccleſia ſpecialẽ habet in Dæmones poteſtatem ei communicatam Lucæ 10. vbi dicitur; Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis. Adiuratione verò deprecatiua vtimur erga Deum, vel Sanctos, vel homines ad aliquid deprecandũ, vt patet ex communi Eccleſiæ vſu, quæ verbis adiuratorijs finẽ orationibus imponit. Per Dominum noſtrum &c. Ita S.Thomas loco citato, Suarez loco citato, de adiuratione cap.4. nu 13. Leſſ. lib.2. cap.42. dub. 13. Reginal. lib.18. num.107. Sanch. in ſumma lib.2. cap.42. num.12.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 SOla rationalis creatura congruenter adiurari poteſt. Ratio eſt quia ipſa ſola poteſt reuerentia rerum ſacrarum, & amore, vel timore Dei cõpelli ad aliquid agendum; propterea adiurari poſſunt homines tam viatores, quàm beati; Angeli tàm boni, quàm mali. Immo Deus ipſe poteſt aliquo modo adiurari, nõ per modum imperij, ſed per modum obſecrationis, & deprecationis, vt patet ex vſu, & praxi Eccleſiæ, quæ ſemper orare conſueuit per Chriſtũ. Creaturæ verò inanimatę per ſe non adiurantur, ſed quatenus reſpiciunt creaturam rationalem; ob id aqua, vel ſal exorcizatur, vt in eius vſu Deus aſsiſtat, diaboli vires cõtundat, eumq; expellat; ita vt in illius vſu nocere nequeat. Ita Suarez c.3. Valen. 2.2. diſp.6. q.8. pun.2. S.Tho. loco cit. art.3. Sanchez loco cit. nu. 2. & 38. & alij. Adiurãtur etiam locuſtæ fructibus nocentes, grandines, nubes &c. non per ſe, nec directè, ſed per ordinem ad dęmonẽ, vel ad Deum, à quibus moueri poſſunt, dùm adiurantur per ordinem ad Deum vtimur adiuratione deprecatiua, dùm adiurantur per ordinem ad Dæmonem vtimur imperatiua, imperãdo illi ne moueat, ne noceat, ſed deſiſtat. Ita Reginald. num.112. Suarez loco cit. cap. 2. & alij. DD. citati.

4 An vero ſit peccatum mortale adiurare creaturas irrationales per ſe, ſeu directo ſermone ad ipſas diſſenſio eſt inter Doctores.

Mihi dicendum videtur per ſe, & ex ſuo genere eſſe peccatum mortale, quia committitur irreuerentia contra res ſacras, & exorciſmos Eccleſiæ, qui vanè adhibentur. Ita Nauar. lib. 5. conſiliorũ, tit. de ſententia excommunicationis, conſil. 2. num. 10. Tabiena verb. Adiuratio in fine Angelus eodẽ verbo ad finem, contra Suarez lib.4. de adiuratione c.4. nu.12. ad finem, verſic. dubitari autem, Sanchez loco cit. num.37. Concedo tamen, vt plurimum eſſe tantummodo peccatum veniale, tùm ratione bonæ fidei, tũ ob leuitatem materiæ, ita omnes Doctores citati.

5 Quæres primo vtrum liceat adiurare Dæmones, vt opem ferãt ad fugandas grãdines, & alia ſimilia.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia nõ licet beneficium à Dæmone expectare, & cum eo ſocietatem habere. Ita Sotus 8. de iuſtitia q.3. & alij: ob id neq; licitum eſſe adiuratori præcipere Dæmoni ſuperiori vt inferiorem fuget, & expel-

lat

Digitized by Google

lat à corpore, docet Sanchez tom. 1. de Religione lib. de ſuperſtitione cap. 18. nu. 8. Reginal. num. 104. Leſsius lib. 2. cap. 44. dub. 6. num. 46. Sotus loco cit. art. 2. & Sanchez loco cit. n. 21. Sed hoc non exiſtimo vniuerſaliter verum; poteſt enim adiurator præcipere Dęmoni ſuperiori, vt totam ſuam legionem ſecũ ducat, nullumq; ſui cœtus in corpore derelinquat; hoc autem non eſt expectare beneficium à Dæmone, nec eſt ſocietas cũ Dæmone, ſed receſſus, vt fugetur, & expellatur. Ita Sylueſt. verb. Adiuratio quæſito 5. quem reprobat Sanchez loco cit.

6 Quæres ſecundò vtrùm, qui adiuratur obligetur præſtare id, quod ab eo petitur.

Reſpõdeo negatiuè, niſi qui adiuratur ſit inferior, & imperatiuè adiuretur à ſuperiore; tũc enim tenetur illi obedire, modò ſuperior intendat imponere præceptum. Ita Suarez loco citato cap. 4. num. 14. Sanchez num. 14. Tabiena verbo Adiuratio concl. 4. & alij: dicentes hoc peccatum eſſe graue, ſi res grauis ſit; nam præceptum ſuperioris in re graui obligat ſub mortali.

TERTIA PROPOSITIO.

7 FAcultas adiurandi Dæmones eosq; expellendi competit ſolis Clericis habentibus ordinem exorciſtarum, quoties adiuratio ſit ſecundum publicam formam ab Eccleſia pręſcriptam, & iuxta ritum exorciſmorum. Hæc propoſitio patet ex forma, quę profertur in collatione ordinis exorciſtatus; ſi verò adiuratio ſit priuata, poteſtas adiurandi alijs etiam competere videtur. Ita Suarez c. 2. num. 10. & alij. Sed quãmuis Clericis exorciſtis propriè competat poteſtas expellendi Dæmones ex officio per inuocationem nominis Dei; & per exorciſmos; tamen in aliquibus locis, vt in hac Diœceſi Mediolanen. prohibentur hãc poteſtatem exercere, niſi ſpecialiter fuerint approbati, & idonei adiudicati; nam ad hoc munus exercẽdum non ſolùm requiritur ſcientia, & prudentia; verùm etiam probitas, quanquàm hæ non ſunt conditiones omninò neceſſariæ; ſicut.n. ſacramenta ſuum effectum operari poſſunt, licet conferãtur ab improbo, & imperito Sacerdote; ita etiã poſſunt operari exorciſmi; & quãuis exorciſmi de facto non ſemper operentur effectum expellendi dęmones; hoc euenit ob occultum Dei iudicium in maiorem animæ vtilitatem, aut in exemplum aliorũ, aut ob aliquod Eccleſię commodũ, vt ait Valen. loco cit. quæſtiuncula 2. puncto 2. & Sanchez loc. cit. nu. 16. Reginal. lib. 17. num. 184. Martinus Delrius diſquit. Magic. c. 2. q. 3. ſect. 3. & alij communiter.

8 Quæres vtrum liceat aliqua petere à dæmone humanum corpus obſidente.

Reſpondeo ea ſolum peti poſſe, quæ ſpectant ad aliorum vtilitatẽ, vel ad ipſum expellendum, propterea petere poſſumus, qua de cauſa ingreſſus ſit, quod nomẽ habeat, quanta cum multitudine corpus illud obſideat. Ratio eſt tùm quia hæc ſunt media ad Dæmonem expellendum; cui autem licitus eſt finis licita etiam ſunt media. Tùm quia hæc non dicitur ſocietas cum Dæmone, ſed potius receſſus ab ipſo, vt fugetur, expellatur, & hoſtiliter

liter tractetur. Alia verò, quæ ad Dæmonē expellēdum, vel ad aſtantium vtilitatem, vel ad Dei gloriam non faciunt, non licet per ſe loquēdo petere, quia vitanda ſunt ſocietatis, & beneuolentiæ ſigna cū Dæmone. Ita Valent. 2.2. diſp. 6. q. 8. punct. 1. & 2. Suarez loco cit. cap. 2. Reginaldus lib. 17. num. 167. Nauarrus in Manuali cap. 11. num. 28. Leſſius num. 23. Martinus Delrius diſquiſitionum magicarum lib. 6. c. 3. & alij quamplures apud Sanchez loco cit. nu. 23. & 25.

9 Obſerua tamen eum, qui ex leuitate, & curioſitate aliquid imperatiuè, & non deprecatiuè petit à Dæmone humanum corpus obſidente, non mortaliter peccare, quia hoc non cenſetur notabile ſignum ſocietatis, & beneuolentiæ; hoc tamen intelligendum eſt cum ſubſequentibus limitationibus.

Prima eſt modò longi ſermones præſertim nugatorij, & vani non adhibeantur; hoc enim eſt valdè periculoſum, nec ob materiæ leuitatem excuſatur.

Secunda eſt, vt hoc non fiat cauſa addiſcendi aliquid à Dæmone, nam hæc eſſet ſocietas cum Dæmone, & beneficiū ab ipſo implorare.

Tertia vt non ſit periculum detegēdi occultum alicuius peccatum, nam vitanda eſt proximi infamia.

Quarta, vt certa fides illi non præſtetur, nam licet Dæmon cogi poſsit exorciſmis ad fatendum veritatem, illiq; credi poſsit, dum adiurationibus Sacerdotum compellitur ad dicendas cauſas propter quas homines vexat, vt ex Tyrſo, & Delrio obſeruat Sanchez nu. 23. nihilominus per ſe loquendo non eſt illi fides adhibenda, cū ſit mendax ab initio, vt mendacij pater nuncupetur. Ita Doctores cit.

QVARTA PROPOSITIO.

10 Adiuratio differt à iuramento, quod in iuramento adducitur Deus in teſtem, in adiuratione verò adducitur Deus, ſeu res ſacra, vt eius amore, vel timore res petita obtineatur. Ita Sanchez loco cit. num. 1. & alij communiter.

QVINTA PROPOSITIO.

11 In adiuratione poteſt aliquādo peccatum cōmitti; ſicut n. in iuramento committitur peccatū defectu iuſtitiæ, veritatis, aut iudicij, quæ ſunt conditiones iuramenti, ita cōmitti poteſt in adiuratione; nam in adiuratione defectu iudicij committitur culpa venialis, quoties ſine debita riuerentia, & neceſsitate adiuratur Deus, aut Sancti; defectu iuſtitiæ committitur peccatum, quando Deus adiuratur ad rem aliquam illicitam faciendam, & hoc peccatum eſt graue, aut leue iuxta grauitatem, aut leuitatem rei, ad quam obtinendā adiuratur Deus, vel Sancti. Defectu veritatis poteſt committi culpa idololatriæ, quādo falſus Deus adiuratur, vt Iuppiter, Bacchus &c. nā falsò tribuitur honor veri Dei. Poteſt etiam defectu veritatis cōmitti culpa venialis, dùm adiuratio fit ſine voluntate obtinendi, quod petitur per Dei nomen, tunc enim fit aliqua Deo irreuerentia, quę ſicut non videtur grauis, ita nec culpam venialem excedere videtur. Ita Suarez loco citato, Sanch. num. 5. Sotus, & alij loc. cit.

Digitized by Google

12 Quæres primo vtrum Sacerdos adiurans Dæmonẽ peccet adhibendo rutam, ſtercus caprinum, vel ſimilia, aut flagellis, vel ſputis, & alapis afficiẽdo obſeſſum à Dæmone, aut nomẽ Dæmonis in carta ſcriptum igni ſubijciendo.

Reſpondeo non peccare per ſe loquendo, ſi hæc adhibeat in contemptum Dęmonis, qui inde poteſt occaſionem confuſionis arripere, & corpus obſeſſum deſerere tanquam minus aptum ſuperbiſsimo domicilium. Secus dicendum eſt primo ſi hæc adhibeat, quaſi vim naturalem habeant ad fugandos Dæmones; tunc enim ſuperſtitionis peccatum cõmittit. Tum quia res corporalis non habet vim ad fugandos Dæmones, qui ſunt ſpirituales, & res corporales in ſpiritum agere nequeunt, vt bene docet Delrius lib. 2. q. 30. ſec. 3. & lib. 3. c. 2. q. 3. ſect. 2 Suarez 3. par. tom. 3. diſp. 15. ſect. 4. verſic. Sed explicandũ ſupereſt, & alij apud Sanchez num. 10.

Obijcies ergo fruſtra dantur aliqua medicamenta Dæmoniaco, ſi hęc nihil agere poſſunt in Dęmonẽ.

Reſpondeo medicamenta nihil immediatè agere in Dęmonem, ſed mediatè, quatenus proſunt ad expellendum, vel auertendum humores, vel diſpoſitiones, quibus homo vexatur à Dæmone. Ita DD. citati.

Secundò ſi hæc adhibeat cum graui detrimẽto infirmi; cum enim hæc adhibeantur in contemptum Dæmonum ad ipſos fugandos, & non tanquam corporaliter torquentia: ſufficit illa adhibere, quantum fert contemptus, & cõtumelia Dæmonis ſine damno obſeſsi. Ita Pater Tyręus de Dæmoniacis cap. 46. num. 3. & alij apud Sanchez loc. cit. num. 30. ob id etiam cautè ſe debẽt gerere adiuratores in præbendis Dæmoniaco medicinis, cum enim ipſi artem medicam non calleant, fieri poteſt, vt errent præbẽdo medicinas ſine medici conſilio. Ita Philiarchus de officio Sacerdotis tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 11. quem ſequitur Sanchez num. 31.

13 Quæres ſecũdò vtrum adiurator peccet conniuendo pactioni Dæmonis, ſeu permittẽdo aliquid Dæmoni è corpore egreſſuro.

Reſpondeo diſtinguẽdo, vel Dęmon petit rem malam, & iniquam, vel non petit rem malam, ſi petat rem malam exempli gratia facultatem tranſeundi ad alium hominem, aut alium vexandi, adiurator peccat conniuendo Dæmoni. Ratio eſt tũ quia cooperaretur actioni iniquæ. Tũ quia proximi damnum vitandum eſt, quantũ cõmodè fieri poteſt, & licet adiuratori facultas fugandi Dæmones ab obſeſsis corporibus competat, per ſe tamen loquendo, non competit ius eos expellendi cum aliorum detrimento, vt in ſimili patet ex dictis de reſtitutione: ſi verò non petat rem malam, poteſt, ſed non tenetur conniuere, vt ſi petat nouis ſupplicijs nõ cruciari, aut in infimũ non relegari. Ratio eſt tum quia licitum eſt vti medijs licitis, quibus Dæmon fugatur, Dæmon autem facilius aliquãdo fugatur conniuendo ipſius petitioni, non iniquæ, tum quia hæc non eſt ſocietas cum Dæmone, nec voluntas placendi Dæmoni, ſed receſſus, & medium, quò facilius expellatur, & corpus obſeſſum deſerrere compellatur. Ita Tyręus de Dęmoniacis cap. vlt. & Sanchez loc. cit. nu. 36.

14 Quæres tertiò vtrum adiuratori liceat petere ſignum, quo Dæmon indicet ſe è corpore egredi, & non rediturum.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia in Sacerdotali Romano docetur adiurator hoc ſignum petere. Tum quia licitè petuntur ea, quæ conducunt ad fugandum Dæmonem, petitio autem huius ſigni conducit, vt ſciamus an Dæmon diſceſſerit, an adhuc exorciſmis vtendum ſit, & quàmuis ex hac ſigni traditione Dęmon non cogatur non redire, vt cum Abulenſi 1. Regum 16. quęſt. 41. docet Sanchez loc. cit. nu. 28. ſed ſi non redit, vel prouenit ex maleficij diſſolutione, vel ex iuramento non redeundi, ab ipſo prę ſtito, vel ex sãctorum auxilio; Vel ex alia cauſa: magis tamen certi ſumus de ipſius receſſu, & de non reditu, tradito ſigno, quam eo non tradito: ſignum autem, quod à Dæmone peti ſolet dandũ in ipſius diſceſſu eſt extinctio luminis, aut fractio alicuius vitri, aut motus valuarum, per quas aditus patet in Eccleſiam, vel ictus campanę, vel quid ſimile; quamquam cautè gerere ſe debet exorciſta in petitione ſigni dandi, ne petat ſignũ, ex cuius traditione damnum aliquod graue ſequatur, vel irreuerentia rei ſacræ.

15 Sed modo dubium eſt primò vtrum vno Dæmone expulſo exeant omnes.

Reſpondeo vt plurimum omnes exire, tum quia quando plures Dæmones idem corpus obſident, ſolent habere ſuperiorem Dæmonẽ, quem ſequuntur; conſequenter eo expulſo, cæteros exire dicendum eſt. Tum quia exorciſmi ſunt omnibus Dęmonibus ęque infeſti, & exorciſi; ergo vno Dęmone vi exorciſmorum, aliarumuè rerũ ſacrarũ exeunte, omnes egredi putandum eſt. Non nego tamen, quin vnus exire poſsit, alijs non exeuntibus, ſicut enim vnus ingredi poteſt, alio non ingreſſo, ita vnus egredi poteſt alio nõ egreſſo. Tum quia, cum non oẽs Dæmones æqualem habeant poteſtatem, fieri poteſt, vt aliquis minorẽ habens poteſtatẽ corpus obſeſſum deſerat, alio non deſerente. Ita Pater Tyręus de Dęmoniacis cap. 15. quem ſequitur Pater Sanchez loc. cit. num. 8.

16 Secundò dubium eſt per quã corporis partem redeat, vel ingrediatur, vel etiam egrediatur Dæmon.

Reſpondeo per quamlibet corporis partẽ poſſe ingredi, & egredi, cum enim ſpiritus ſit, & quantitate careat, non impeditur quantitate corporis; vt plurimum tamen puto per os ingredi, præſertim in maleficijs factis in re aliqua, quæ p̄ os in ſtomachum tranſmittitur. Per os etiã egredi conſueuit, & aliquãdo per inferiorẽ corporis partem. Ita Tyręus loc. cit. cap. 9. & Sanchez n. 7. qui etiam aduertit Dæmonem, cum ſpiritus ſit, poſsitquè totũ aliquod ſpatium occupare, vt de Angelis tradunt communiter Theologi, poſſe totum corpus obſidere, itaut ſit totus in toto, & totus in qualibet corporis parte, non per modum formæ, ſed aſsiſtentiæ, & operationis, aliquando tamen in vna tantum corporis parte, aliquãdo in alia, & vt plurimum in corde reſidere ſolet. Ita Doctores citat. cum Abulenſi cap. 8. Matthęi quęſt. 13. ad 2.

17 Obſerua tamen primò Dęmonem

Digitized by Google

nem nõ ita corpus obſidere vt ſemper vexet,vel ſemper in corpore reſideat; non enim ſemper vexat, nec ſemper in corpore reſidet, ſicut, cum Dæmon alicui rei dicitur alligatus, non ita eſt alligatus, vt à re illa nunquam recedat, ſed dicitur alligatus, quia tempore ferè imperceptibili adeſt ad nutum illius, qui rem, cui Dæmon dicitur alligatus, poſsidet. Ita Victoria de magia nu.31. Tyręus loc.cit.cap.8. Sanchez loc.cit.nu.7.& 11. & alij.

18 Obſerua ſecundo Dæmonem ſuam poteſtatẽ in corpus exercere vexando, cruciando, & affligendo, quamquam ex cruciatu, & afflictione corporis etiam anima detrimentum patitur, quatenus corpore vexatus retrahitur, & retardatur à ſpiritualibus, & pijs operibus præſtandis, & quatenus Dæmon motus quoſdam prauos excitat, quibus voluntas trahitur ſed non cogitur. Ita Doctores citati.

QVAESTIO II.

De Voto.

PVNCTVM PRIMVM.

Quid ſit Votum.

1 *Votum quid ſit.*
2 *Ad votum non ſufficit propoſitum.*
3 *Ad votum requiritur perfecta deliberatio.*
4 *Amens tempore amentiæ inualidè vouet.*
5 *Quando votum eſt in ſe volitum ſufficit deliberatio virtualis.*
6 *Votum debet eſſe voluntarium.*
7 *Hinc aliqua inferuntur.*
8 *Qui ſuſcipit ordines ſacros, & poſitiuè reſpuit votum caſtitatis illis annexum, tenetur adhuc caſtitatem ſeruare.*
9 *Differentia inter votum caſtitatis, & alia onera ordinibus ſacris annexa.*
10 *Inualidè ſuſcipiens ordinem ſacrum non tenetur ad caſtitatem.*
11 *Ex voto facto abſque animo vouendi non oritur obligatio.*
12 *Ex voto facto animo vouendi, ſed non ſe obligandi, ex vi voti non oritur obligatio.*
13 *Item nō oritur obligatio ex voto facto animo vouendi, ſed abſque expreſſa, vel tacita intentione ſe obligandi.*
14 *Item ex voto facto animo vouendi, & ſe obligandi, ſed abſque intentione adimplendi, oritur obligatio ex vi voti.*
15 *Peccat venialiter qui fictè vouet abſque animo vouendi, & ſe obligandi, mortaliter verò peccat qui votum cum animo nō adimplendi emittit.*
16 *Votum inualidum defectu voluntatis vouendi, vel alterius cauſæ, fit validum per ratificationem.*
17 *Vota facta tam Sanctis, quam Prælatis Eccleſiæ, ſemper habent reſpectum ad Deum, & illi ſoli fiunt.*
18 *Materia voti debet eſſe de meliori bono, quam ſit eius oppoſitum.*
19 *Vouens ieiunium validè vouet.*
20 *Votum factum de eo, cuius oppoſitū eſt melius, non obligat.*
21 *Votum factum de rebus, quæ repugnant conſilio, niſi varientur circumſtantiæ inualidum eſt.*
22 *Non valet votum de his ſuſcipiendis, quæ valdè implicant mentem rebus terrenis.*
23 *Poſſumus vouere opera, ad quæ tenemur ex alio præcepto.*
24 *Votum obediendi Prælato in omnibus validum eſt.*
25 *Votum non recitandi coronam niſi genibus flexis, vel non faciendi eleemoſynam minorem decē aureis &c. validum eſt.*
26 *Non eſt validum votum Caſtitatis, Religionis, vel non nubendi factum ab eo, cui ob incontinentiam ſalubrius eſt matrimonium.*
27 *Votum non acceptandi quantum eſt*

ex ſua

Digitized by Google

ex ſua parte Epiſcopatū, vel aliud publicum officium, valet.

28 *& 29 Votum non petendi iuramenti vel voti diſpenſationem, vt melius quis animæ ſuæ conſulat, tenet non poterit tamen impedire ſi voueat, vt ſi luſerit E.g. nō poſſit abſolui, quin Epiſcopus adhuc poſſit eum abſoluere.*

30 *Vouens ſe non amplius luſurum ſub pœna, quod ſi luſerit teneatur adire Romam vt obſoluatur à Papa, adhuc poterit abſolui ab Epiſcopo.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Votum eſt voluntaria, & deliberata promiſsio facta Deo de aliquo bono meliori. Ita cōmuniter Doctores.

2 Dicitur promiſsio, vt ſciatur, ad votum non ſufficere propoſitū: votum enim inducit obligationē, propoſitum verò nullā inducit obligationem ad mortale, aut veniale: nam propoſitum eſt ſola aſſertio eius, quod facturus eſt, ſeu eſt actus voluntatis, quo quis determinat promittere, vel aliquid aliud facere. Ex quo fit, vt, qui propoſitum non obſeruat, nō dicatur committere mendacium, nec aliud peccatum; capite Litteraturam de voto. Ratio eſt quia natura ſimplicis propoſiti variabilis eſt, conſequenter proponens aliquid facere, poteſt mutare propoſitum, illudque non facere, iuxta illud, Sapientis eſt mutare conſilium, ſeu propoſitum. Ita Nauar. cap. 12. nu. 24. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 1. Sanchez. lib. 4. cap. 1. nu. 20. Azor lib. 11. cap. 13. quæſito 5. Clauis Reg. lib. 6. cap. 1. Toletus lib. 4. cap. 17. Syluester verbo votum 1. quæſito 2. Leſsius lib. 2. cap. 4. dub. 4. nu. 21. Suarez lib. 1. de voto cap. 2. nu. 8. & alij: ſufficit tamen in voto promiſsio interior, & mentalis cū Deus intueatur cor: ſufficit etiam promiſsio implicita, qualis reperitur in ſuſcipiente ordines ſacros, quibus ex eccleſiæ intentione, & inſtituto annexum eſt ſolemne caſtitatis votum, conſequenter, qui voluntariè ſuſcipit ordines, implicitè promittit Deo caſtitatem, quæ eſt onus ſacris ordinibus annexum: nam qui vult ſtatum aliquem, implicitè etiam vult onera illi ſtatui annexa.

3 Dicitur promiſsio deliberata, vt aduertamus ad votum, ſicut etiā ad iuramentum, requiri deliberationem, & perfectam animaduerſionem eius, quod fit. Ratio eſt quia votum eſt quædam lex priuata, qua quis ſe Deo obligat, nemo autem cenſetur, ſe velle obligare, niſi plenam habeat deliberationem eius, quod facit, cōſequenter ſi ſemiplenam tantum habeat deliberationem, votum non tenet nec obligat ſub mortali, aut ſub veniali, vt patet ex allata ratione. Ita Ledeſma 2. tomo Summæ tit. 10. cap. 1. dubio vltimo. Nauarrus cap. 12. nu. 26. Sotus 7. de iuſtitia quæſt. 1. artic. 2. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 1. nu. 2. Suarez lib. 1. cap. 6. de voto nu. 6. & 7. Sanchez lib. 4. cap. 1. nu. 8 & alij. Requiritur ergo ad votum plena deliberatio, & animaduerſio, quam animaduerſionem, & deliberationem non habent illi, qui repentino quodam motu, vel cōſuetudine vouent, vel iurant non aduertentes quid faciant, quamquam rarò accidit, vt vouens non hobeat plenam animaduerſionem, & deliberationem.

nem. Plena autem, & perfecta animaduerſio cenſetur illa, quæ ſufficit ad mortale in materia peccaminoſa: huiuſmodi tamen perfectam deliberationem defuiſſe, non eſt ſufficiens indiciũ, quod vouentem ſtatim pęniteat voti; nam homo mutatis circumſtantijs facilè mutatur, & multi multos cõtractus ineunt, quos ſtatim pœnitet celebraſſe. Ita Azor. loco cit. cap. 15. quęſito 5. Valentia loco citato, verſiculo, Cauenda verò, Sanchez loco cit. num. 10. & alij.

Quando dubitatur, an votũ factum ſit ex ſufficiẽti deliberatione, iudicandum eſt ex ſufficienti deliberatione factum fuiſſe, conſequenter obligare. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro voto, quod conſtat factum fuiſſe, & dubium eſt de illius excuſatione. Tum quia fortiſſima præſumptio deſumitur ex cõſuetis, & communiter accidẽtibus, vt ait Socinus, Pariſyus, & alij, quos alibi retuli cum Menochio de pręſumptionibus; communiter autem votum fieri ſolet cum deliberatione, conſequenter iudicandum eſt, votum factum fuiſſe cum deliberatione, & obligare; quamuis aliqui DD. generaliter ſentiant in dubio obligationis voti, votũ nõ obligare.

4 Ex his patet, mentecaptum, aut amentem non validè vouere, ſi voueat, dũ eſt deſtitutus vſu rationis. Secus ſi voueat, cum habet dilucida interualla, aut dum habet deliberationem circa votum, licet non vtatur ratione circa alias res, vt patet à ſimili de contractibus. Ita Sanchez lib. 1. diſp. 8. nu. 23. de matrimonio, vbi alios Doctores refert.

Item validè vouet ſemiebrius, dum pollet vſu rationis ſufficienti ad mortale; cenſetur enim habere deliberationem ſufficiẽtem etiam ad votum.

Item validè vouet, qui votũ emittit ex calore iracundiæ, modò tãtus non ſit, vt vſum rationis abſtulerit, & in dubio non præſumitur tantus fuiſſe, vt rationis vſum abſtulerit, niſi adſint aliæ circumſtantiæ, vt bene tradit Suarez lib. 4. de voto c. 6. num. 10.

5 Sed modo dubium eſt, vtrũ ad votũ ſufficiat deliberatio virtualis.

Reſpondetur diſtinguẽdo. Quando votum eſt in ſe volitum, ſufficit deliberatio virtualis, vt ſi quis animo vouendi incipiat cæremonias, ſed cum peruenit ad formam voti, animo diſtrahatur ad alia, validè vouet; nam habet deliberationem virtualem ſufficientem ad votum, & humano modo operatur, vt patet à ſimili ex dictis de ſacramẽtis.

Quando verò votum non eſt volitum in ſe non ſufficit deliberatio virtualis. Vnde qui præuidet fore, vt in ſomnis emittat votum, aut iuramentum, ſed non adhibet diligentiam ad nõ emittendum, ſi poſtea in ſomnis votum emittat, non validè vouet: quia nõ operatur humano modo, nec facit actum humanum, vt bene ait Sanchez loco cit. num. 20. & in ſumma lib. 4. cap. 1. num. 6. Suarez lib. 1. de voto cap. 10. num. 5. Nauar. cap. 12. num. 26. Hac de cauſa neque validum eſt votum emiſſum in ſomnis, vel in ebrietate, licet illius cęremonia inchoata fuerit ante ſomnum, vel ante ebrietatem; ſicut à ſimili nõ eſt valida abſolutio, aut baptiſmus tẽpore ebrietatis, aut ſomni adminiſtratus.

Idem dic de iuramento, de ſponſalibus, aut matrimonio.

6 Dici-

Digitized by Google

6 Dicitur in definitione promiſſio voluntaria, vt aduerterem, votũ inuoluntariè factũ non habere vim voti, vt colligitur ex ratione dicta de deliberatione.

7 Hinc ſequitur primò, promiſſionem per errorem, vel dolum circa ſubſtantiam, vel cauſam finalem extortam non habere vim voti, qa non adeſt ſufficiens voluntarium circa votum.

Idem dic de metu graui incuſſo ad extorquendum votum, vt patebit ex dicendis.

Secundò, eum, qui nõ habet voluntatem promittendi, ſeu vouendi ſaltem tacitam, & implicitam, aut virtualem, non validè vouere: lex enim in tantum obligat, in quantũ legiſlator vult obligare, ſed legiſlator in hoc caſu eſt vouens, lex eſt votum; ergo votum in tãtum obligabit, in quantum vouens voluerit obligare; nullus aũt vult uotũ obligare, niſi per volũtatem ſaltem tacitam, implicitam, ac virtualem. Implicitam voluntatẽ vouendi habet ille, qui ignorans naturam voti, vult promittere ea intentione, qua cęteri promittunt: aut qui ſciẽs naturã voti vult vouere nõ habens expreſſam voluntatẽ ſe obligãdi; nã ſciens naturã voti, & volẽs promittere, cenſetur velle facere actũ ſecundum ipſius naturam; natura autem voti eſt vt obliget. Tacitam etiam, & virtualem voluntatem circa votum caſtitatis habet ille, qui recipit ordines ſacros, ignorans illis annexum eſſe votum caſtitatis, quod votum ex ſtatuto Eccleſię eſt annexum ordini ſacro: nam qui vult ſtatum aliquẽ, vult etiam virtualiter onera illi ſtatui annexa, vt continentiam, recitationem horarum, &c. quæ ſunt ordini ſacro annexa. Ita Sanchez de matrimonio lib. 2. diſp. 27. num. 11. Clauis Reg. loco citato, & alij communiter

8 Sed modo dubium emergit primò vtrum ille voto caſtitatis obligetur, qui ad ordines ſacros accedit ſciẽs, illis annexũ eſſe votũ caſtitatis, ſed illud poſitiuè reſpuit, ſeu nõ vult ſe ad caſtitatem obligare.

Reſpõdeo illum obligari ad caſtitatem, non ratione voti; votum enim non ſubſiſtit cum voluntate non vouendi, cum votum ſit voluntaria, & deliberata promiſſio; ſed tenetur ad caſtitatẽ ex ſtatuto Eccleſiæ, quæ præcipit obſeruãtiam caſtitatis illi, qui noluit vouere, illumquè inhabilem facit ad matrimonium. Ita Paludanus in 4. diſt. 27. q. 1. art. 2. nu. 14. Sanchez in ſumma cap. 1. num. 29. Sylueſter matrimonium 8. quæſito 12. dub. 2. & alij contra Toletum lib. 7. cap. 4. aſſerẽtem obligari voto caſtitatis. Nauarrum cap. 23. num. 52 & alios apud Sanchez lib. 7. de matrimonio diſp. 27. num. 12. verſic. Similis difficultas.

9 Ex quo patet differentia inter votum caſtitatis, & alia onera ordini ſacro annexa, quod ſuſcipiens ordines ſacros cum animo non vouendi caſtitatem, non tenetur ex vĩ voti ad caſtitatem: ſuſcipiens verò cum animo non ſe obligandi ad horas Canonicas, tenetur adhuc ad horas Canonicas; nam Eccleſia poteſt ſponte ordinatos obligare velint nolint ad onera ordinibus annexa, non verò ad votum caſtitatis, niſi voluntariè emittatur, cum de ratione voti ſit voluntaria, & deliberata promiſſio: In foro tamen externo aſſerenti ſe ordines

ſuſcepiſſe cum animo non vouendi, non præſtabitur fides; præſumptio enim ſtat pro voto.

10 Secũdo dubium eſt vtrum inualidè recipiens ordinem ſacrum teneatur ad caſtitatem.

Reſpondetur non teneri; quia deſtructo principali deſtruitur etiã acceſſorium. Ita Sanchez, & alij, quos retuli de matrimonio quęſt. 3. puncto 9. Vbi etiam ex oppoſito oſtendi, eum, qui inualidè profitetur, teneri ad caſtitatem ſeruandã in religione.

Vt ea quæ diximus de voluntate requiſita ad votum melius intelligantur, nonnulla explicanda ſunt in ſubſequentibus quæſitis.

11 Quæres primò an ex voto facto abſque animo vouendi, ſeu promittendi oriatur obligatio.

Reſpondeo non oriri obligationem ex voto facto abſque animo vouendi, ſeu promittendi. Ratio eſt quia obligatio voti oritur ex vero voto; votum autem factũ abſq; animo vouendi, non eſt verum votum; votum enim eſt deliberata, & voluntaria promiſsio.

Ex quo fit, promittẽtẽ Confeſſario, ſe derelicturum peccatum, non teneri vi voti peccatũ derelinquere, quia verè non habuit animum vouendi; ſed ſolum voluit manifeſtare propoſitum relinquendi peccatum in futurum.

Item baptizatum non teneri vi voti ad ea, quæ proponuntur in ſuſceptione baptiſmi. Ratio eſt tum quia non adeſt animus vouendi. Tum quia ad votum requiritur promiſsio; in baptiſmo autem nullum interuenit verbum continens votũ, ſeu promiſsionem; ſed potius propoſitum; nam baptizandus reſpondet, abrenuntio ſatanæ, volo, &c. quæ ſunt verba propoſiti, non promiſsionis. Ita Sotus 7. de iuſtitia q. 1. art. 2. ad primum, Caietanus 2. 2. q. 88. art. 5. dubio 2. Azor. lib. 11. c. 14. quæſito 3. & alij.

12 Quæres ſecundò, vtrum ex voto facto cũ intentione non ſe obligandi oriatur obligatio.

Reſpondeo ex voto facto cũ animo vouendi, ſed cũ intentione non ſe obligandi, non oriri obligationẽ ex vi voti: Vnde qui recipit ordines maiores cũ expreſſa intentione non ſe obligandi ad caſtitatem, nõ tenetur ad caſtitatem ex vi voti. Ratio eſt quia votum eſt lex quædã priuata; lex autem non obligat, niſi legiſlator obligare intendat. Ita Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 6. puncto primo, Azor. prima parte lib. 11. c. 13. quæſito 9. Sanchez lib. 4 in ſumma cap. 1. num. 27. & de matrimonio lib. 1. diſp. 9. num. 5. Henriquez lib. 11. cap. 13. num. 2. & alij, quos ſupra retuli in ſimili de iuramẽto.

Dixi ex vi voti, quia ratione ſcãdali vitandi fieri poteſt, vt obligetur, ſicut etiam ex ſtatuto Eccleſiæ obligari ad caſtitatem qui ſacros ordines ſuſcepit cum intentione non ſe obligandi, ſupra dictum eſt.

13 Maior difficultas eſt vtrũ non ſolum votum factum cum animo poſitiuo non ſe obligandi, verũ ẽt factum cum animo negatiuo, ideſt, abſque expreſſa, vel tacita intẽtione ſe obligandi, non inducat obligationem voti.

Reſpondeo ex voto facto cum animo vouendi, ſed abſque expreſſa, vel tacita intẽtione ſe obligandi, nõ oriri obligationem ex vi voti. Vnde qui ignorat votum obligare, vel credit non obligare, non

obli-

Digitized by Google

obligabitur ad votum ſeruandum; quia non habet expreſſam, vel tacitam intentionem ſe obligandi; votum autem in tantum obligat, in quantum vouens intẽdit ſe obligare. Ita Syluester verbo Metus, quæſito 8. Nauarrus cap. 12. nu. 27. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 1. nu. 13. Sanchez in ſumma loco cit. nu. 26. & alij contra Sotum lib 7. q. 1. ar. 2. Si tamẽ detur caſus vt aliquis facto voto dubitet, an quando vouit, ſciret obligationem ex voto conſurgere, vel an haberet animum ſe obligandi, tenetur ad votum. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro voto: tum quia probato facto præſumitur interueniſſe omnia ad factum requiſita, capite In præſentia de probationibus. Ita Nauarrus lib. 3. conſiliorum de voto, conſil. 4. Corduba, Antoninus, & alij apud Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 3.

Hoc tamen limita, niſi vouens probabiliter opinetur, ſe non vouiſſe, ſeu neſciuiſſe obligationem ex voto conſurgere, vel nõ habuiſſe animum ſe obligandi; tunc enim excuſari poterit à voto adimplendo, adhærendo opinioni probabili; etiamſi probabilius exiſtimet, ſe vouiſſe, vt patet ex dictis de peccatis de opinione probabili.

14 Quæres tertiò vtrum ex voto facto cum animo vouendi, & ſe obligãdi, ſed cũ animo non adimplendi conſurgat obligatio.

Reſpondeo ex voto facto animo vouendi, & ſe obligandi, ſed abſque intentione adimplendi, ſeu cum intentione non adimplendi, oriri obligationem ex vi voti, conſequenter vouentem teneri huiuſmodi votum adimplere ſub peccato graui, aut leui iuxta leuitatem, vel grauitatem materiæ. Ratio eſt quia intentio non adimplendi non tollit obligationem voti, ſeu promiſsionis, quę ex ipſo voto, vel promiſsione naturaliter ſequitur. Ita Sãchez lib. 1. de matrimonio diſp. 9. nu. 2. verſ. Certum igitur. Suarez lib. 1. de voto cap. 4. nu 2. Reginaldus nu. 262. & alij, quos in ſimili ſupra retuli de iuramento cõtra Valentiã 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 1.

15 Sed modo dubium eſt vtrum grauiter peccet vouens cum animo non adimplendi, vel cum animo nõ vouendi, aut non ſe obligandi.

Reſpondeo eum peccare venialiter, qui fictè vouet abſque animo vouendi, aut ſe obligãdi: facit enim aliquam Deo irreuerẽtiam; loquor autem de voto ſimplici, non de ſolemni; nam qui fictè, & inualidè facit votum publicum, vel ſolemne corã alijs, peccat mortaliter propter ſcandalum, aut damnum religionis, niſi fortè iuſtã habeat cauſam fictè vouendi, vt ſi per metum inducitur ad votum. Ita Reginaldus lib. 18. nu. 261.

Is verò, qui vouet cum animo nõ adimplendi peccat grauiter, aut leuiter iuxta materiæ grauitatem; nam animus violandi votum ita eſt peccaminoſus ſicut eſt ipſa violatio: violatio autem voti eſt grauis, aut leuis iuxta grauitatem materię. Ita Reginaldus loc. cit.

16 Quæres an votum inualidum defectu voluntatis vouendi, aut alterius cauſæ fiat validum per ratificationem.

Reſpondeo affirmatiuè cũ Azor. lib. 11. cap. 15. quæſito 8. Sanchez lib. 4 cap. 1. nu. 39. Leſsio lib. 2. cap. 40. dubio 10. nu. 29. Nauarro, Caietano, & alijs apud præcitatos DD.

Ratio

Ratio eſt quia ratificatio voti nihil eſt aliud quam noua promiſsio: ſicut ergo ex promiſsione facta Deo conſurgit obligatio voti, ita etiam ex ratificatione.

Hoc tamen limita, modò ratificans ſciat, aut credat, votum, quod ratificat eſſe inualidum; nam ſi credat votum eſſe validum, cum alioquin ſit inualidum, non efficitur validum per ratificationem, quia nihil eſt magis contrarium cõſenſui, quam error; vouens autem intendit conſentire in votum, vt prius factũ, quod cum ſit inualidum, inualida eſt ratificatio, conſequenter vouẽs, ſi poſtea comperiat primum votum eſſe inualidum, & non obligare non ſolum non tenebitur ſtare primo, verum neque ſecundò, quod eſt ratificatio prioris; niſi fortè in ratificatione habuerit intentionem ratificandi, & confirmandi primum votum, dubitans illud eſſe validũ, aut intendens ratificare etiam in eo euentu, quo primum fuerit inualidum; tunc enim tenebitur ſtare voto. Ratio eſt quia in hoc caſu adeſt abſoluta intentio ſe obligandi, etiamſi prius uotum non obligaret. Ita Sanchez nu. 40.

Dices ſi dubium oriatur an vouens voluerit ſolum ratificare, & confirmare prius votum, an nouum votum emittere, tenebiturne ſtare ſecundo, ſi primum inueniatur inualidum?

Reſpondeo non teneri ſtare ſecũdo, ſi ſciat, aut probabiliter opinetur, ſe conſcium fuiſſe prioris voti, dum votum ratificauit, ſeu dum ſecundum votum emiſit, neutri voto ſtare tenebitur, quia ſecundum votum præſumitur factum ex errore primi; ſi verò dubitet, an dum ſecundum votũ emiſit cõſcius eſſet primi, & ſimul an intenderit ſecundum ratificare, vel iterum vouore, tenebitur ſtare ſecundo, quia poſſeſsio ſtat pro ſecundo voto, & dubitatur de ipſius excuſatione. Ita Sanchez nu. 40. ad finem, & alij.

17 Additur in definitione, promiſsio facta Deo, vt aduerterẽ vota fieri poſſe ſoli Deo; cũ enim votũ ſit actus religionis, quæ reſpicit Deũ, illi ſoli fieri põt mediatè, vel immediatè, tacitè vel expreſsè. Vnde vota, q̃ fiunt Sanctis, dñr ipſis fieri, tũ quatenus in ipſis Deus honoratur, vt ait Sanchez cap. 1. tum quatenus fiunt coram ipſis tanquam teſtibus ad maiorem reuerentiam, aut tanquam interceſſoribus ad conſequẽdum id, propter quod vota emittũtur: vel etiam dici poteſt, vota fieri Sanctis, quia fiunt Deo in Sanctis, hoc eſt, vouemus Deo, nos facturos illud, quod Sanctis promittimus.

Idem dic de voto facto Epiſcopo, aut alteri Pręlato. Ita Sanctus Thomas 2. 2. quæſt. 88. artic. 5. ad tertium, Suarez lib. 1. de voto cap. 16. nu. 5. Valentia tomo 3. diſp. 3. quæſt. 6. punc. 3 Nauarrus cap. 12. nu. 25. Clauis Regia lib. 6. cap. 1. nu. 11. & alij. Et licet nonnulli vouentes hunc modum in votis Sanctorum non intelligant neque intendant: eorum tamen intentio piè explicanda eſt, prout videlicet Sãcta Eccleſia docet, & intendit. Ita Clauis Regia, & alij.

18 Additur in definitione de bono aliquo meliori, vt explicetur materia voti, quod non obligat, niſi eius materia bona ſit, & honeſta; omnis enim promiſsio à nobis fit, vt alteri gratificemur, alteri autem non gratificamur, niſi per aliquod

bonum

Digitized by Google

bonũ, & illi gratum, vt clarius conſtabit ex dicendis.

Obſerua tamẽ dum dicimus, votum debere eſſe de meliori bono particulam, de meliori, non ita intelligi, vt id, quod vouetur debeat eſſe optimum, ſed ità intelligitur, vt ſit melius, quam eius oppoſitum; nã materia voti debet eſſe aliquid Deo gratum; id autem eſt Deo gratum, quod eſt melius, quã eius oppoſitum. Ita Suarez lib. 2. de voto cap. 7. nu. 3. Toletus lib. 4. cap. 17. nu. 6. & alij DD. ſtatim citandi.

19 Hinc ſequitur primo eum, qui vouet ieiunium, validè vouere. Ratio eſt quia ieiunium licet non ſit optimum inter omnes actus virtutum; eſt tamen melius, quam eius oppoſitum, ideſt quam non ieiunare.

20 Secundò votum non obligare ſi fiat de eo, cuius oppoſitũ eſt melius: Deus enim non acceptat promiſsionem, cuius ommiſsio magis illi placet, quam eius executio. Immo, qui ita vouet, aliquod peccatum committit nõ quidem mortale, cum non ſit de re mortali mala, ſed eſt veniale per ſe loquẽdo, quia facit aliquam irreuerentiam Deo promittens, quod ei non placet. Ita Valentia loc. cit. punct. 2. Azor. lib. 11. cap. 14. quæſito 6. Nauarrus cap. 12. num. 29. Rodriquez 2. parte cap. 94. Clauis Regia lib. 6. cap. 3. & alij.

21 Tertiò non eſſe validum votũ factũ de rebus, quę repugnant conſilio, niſi aliqua cauſa ſuperueniat faciens, vt id, quod erat opus conſilij non ſit amplius opus conſilij.

Hinc patet non eſſe validum votum de non mutuando, de matrimonio ineundo, de nõ danda eleemoſyna, vel de non fideiubendo exceptis caſibus, in quibus melius eſt non fideiubere, vel de non ingredienda religione; modò in religione vigeat obſeruantia regularis, & omnibus conſideratis vouens melius ſeruiret Deo, quam in ſeculo. Ita Nauarrus cap. 12. nu. 36. Leſſius dub. 7 Suarez lib. 2. de voto ca. 9. nu. 8. Sanchez lib. 4. cap. 8. nu. 7. & 41. & alij; fieri tamen poteſt, vt aliqua cauſa, vel circũſtantia efficiat, vt illud, quod ex ſe eſt opus conſilij, non ſit amplius opus conſilij, & cõſequenter validum ſit votum contra conſilium. Quamobrem abſtinentia à matrimonio, licet ex ſe ſit opus conſilij, nihilominus fieri poteſt, vel ob aliquam circunſtantiam non ſit opus conſilij, conſequenter votum de contrahendo matrimonio validum ſit: Propterea votum factum ab eo, qui ſe cognoſcit imbecillem ad reſiſtendum tentationibus carnis validum eſt; cum attentis circunſtantijs melius ſit matrimonium, quam eius ommiſsio, & melius ſit nubere, quam vri, inquit Apoſtolus. Validum etiam eſt votum de matrimonio ineundo factũ ab eo, qui matrimoniũ tenetur inire; vt quando quis data fide matrimonij cognoſcit virginem, aut fœminam bonæ famæ inſciam illius voti. Ita Henriquez de matrimonio lib. 11. cap. 6. nu. 5. Sanchez lib. 1. de matrimonio diſp. 4. & in ſumma lib. 4. cap. 8. nu. 5. Azor. lib. 11. cap. 14. quæſito 9. Valentia loc. cit. Nauarrus cap. 12. Suarez loco citato, & alij contra Sotum apud Sanchez loco citato, & patet ex dictis de contractibus diſp. 3. quæſt. 11. puncto 1. Vbi etiam dictum eſt votum factum de contrahendo matrimonio

nio cum paupere, vel meretrice, vt ea ſe recipiat ad meliorem frugē, eſſe inualidum, & vouentem non teneri votum adimplere, cum non ſit de meliori bono. Immo hoc modo vouentem poſſe cum alia contrahere, niſi fortè vouerit ſub conditione, hoc pacto, ſi nubā, ducam pauperem, aut meretricem; tunc enim tenebitur ducere pauperem, vel meretricē, poſito quod nubat, quia melius eſt in honorē Dei ducere pauperem, vel meretricem, quam aliam. Idem tradit Suarez loc. cit. nu. 17. Videte quæ diximus de contractibus loc. cit. à num. 17. vſque ad 23.

22 Quartò non eſſe validum votum de his ſuſcipiendis, quæ valdè mentem implicant rebus terrenis; nam hæc non ſunt meliora, quam eorum oppoſita.

23 Quintò nos poſſe vouere opera, ad quæ tenemur ex alio præcepto, vt caſtitatem, correctionem fraternam &c. Ratio eſt quia ſunt bona meliora quam eorum oppoſita: Immo ſunt bona Deo gratiſsima. Verum tamen eſt, votum, ſeu promiſsionem horum operum ex alio præcepto debitorum nouam obligationem inducere, conſequenter violantem huiuſmodi votum nouā culpam committere contra religionem, & hanc circunſtantiam neceſſario explicandam eſſe in confeſſione, capite Sacrilegij, 27. quæſt. 1. Ita Nauarrus cap. 12. nu. 25. Valentia loc. cit. puncto 2. & 4. Azor. lib. 11. cap. 14. quæſito 1. Clauis Regia lib. 6. cap. 6. nu. 8. Suarez lib. 2. cap. 6. nu. 4. de voto Leſsius dub. 7. nu. 46. Sotus 7. de iuſtitia quæſt. 1. art. 3. verſiculo Reſpōdetur nihilominus Sanchez cap. 5. nu. 6. Toletus, & alij contra Angelum verbo voti 1. num. 1. Sylueſt. & alios apud Sanchez nu. 5.

24 Sexto validū eſſe votum obediendi Prælato in omnibus, nam huiuſmodi votum eſt de meliori bono, & quāuis fieri poſsit, vt Prælatus præcipiat aliquid iniuſtum, nihilominus hoc votum ſecundum communem vouentium intentionem, & modum vouendi cenſetur factum cum tacita cōditione obediendi in rebus licitis; ſic enim explicanda eſt voluntas vouentis, qui non eſt præſumendus voluiſſe peccare in voto faciendo. Ita Sotus lib. 7. quæſt. 1. art. 3. ad ſecundum, Sanchez cap. 6. nu. 10. Sylueſter verbo votum 1. quæſito 4. & alij.

25 Septimò validum eſſe votum, quo quis promittit, ſe non recitaturum coronā, niſi genibus flexis; vel quo quis promiſit ſe non facturum eleemoſynam minorem decem aureis; vel ſe ingreſſurum hanc religionem, ſi quam ingrediatur; nam materia huius voti conditionalis melior eſt quam eius oppoſita, & melius eſt eſſe obligatum obligatione conditionali ad aliquid ex his faciendum, quam liberum eſſe omni obligatione. Ita Syluester lo. cit. & Sanchez cap. 8. nu. 14. contra nonnullos alios.

26 Octauo inualidum eſſe votum caſtitatis, vel religionis, vel nō nubendi factum ab eo, cui ſalubrius eſt matrimonium ob incontinentiam, & lapſum in res venereas. Ita Petrus Ledeſma tractatu 10. ca. 2. dubio 5. tomo 2. & alij apud Sanchez lib. 4. cap. 8. nu. 9. contra eundem Sanchez nu. 10. Ratio eſt quia votum debet eſſe de meliori bono; in tali autem caſu non eſt de meliori

ri bono, cum melius, & ſalubrius vouenti ſit matrimonium, quam abſtinentia à matrimonio. Cenſeo tamē vouentem teneri petere diſpenſationem antequam matrimonium ineat. Ratio deſumitur tum ex cōmuni Eccleſiæ vſu, quo receptū eſt, vt qui tale votum emiſit, diſpenſationem à Summo Pontifice obtineat, quamuis patiatur incontinētiam. Tum quia ſequerentur multa incommoda in Eccleſia, multi enim facto voto ob deprauatam cupiditatem perſuaderent ſibi licere matrimonium ob periculum incontinentiæ, quod non eſt permittendū; cum fieri poſsit, vt votum ſit validū, & ex errore cupientis matrimonio coniūgi putetur inualidū. Ita Doctores citati.

27 Nonò validum eſſe votum nō acceptandi quantum eſt ex parte ſua Epiſcopatum, aut aliud publicum officium. Ratio eſt tum quia opus perfectionis, & humilitatis eſt non inquirere dignitates, ſequè illis indignum exiſtimare, modò vouens non habeat intentionem cōtraueniendi voluntati Pontificis, aut non acceptādi tempore neceſſitatis, quo tenetur illud acceptare. Tum quia licet Epiſcopatus ſit ſtatus valdè perfectus, & bonus iuxta illud, *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonū opus deſiderat*; nihilominus maior perfectio eſt Epiſcopatum reſpuere, & Epiſcopatus melius adminiſtratur ab ijs, qui eum recuſant, quā ab illis, qui eum inquirunt. Ita Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 2. art. 2. Rodriquez 2. parte cap. 94 nu. 15. Sanchez lib. 4. cap. 8. nu. 37. & alij contra Nauarrum cap. 12. nu. 16. Azorium lib. 11. cap. 5. quæſito 1. & alios.

28 Decimò validum eſſe votum, aut iuramentum non petendi diſpenſationem, aut relaxationem, conſequenter tale votum, aut iuramentū obligare quādiu aīç vouētis vtilius eſt, non petere diſpenſationem. Ratio eſt quia gratū eſt Deo, velle exactè rem debitā adimplere, relicto iure petendæ diſpenſationis, quādiu eſt vtilius animæ vouentis, eam non petere; ergo tale votum eſt validum, cum ſit de re Deo grata, & meliori. Ita Rodriquez 2. parte cap. 94. num. 2. Syluester verbo Votum 2. quæſito 14. & Angelus verbo Votum, 3. nu. 20. & alij contra Sanchez lib. 4. cap. 8. num. 21. & Sotum 8. de iuſtitia q. 1. art. 9. verſic. Eſt autem.

Ex quo etiam patet validum eſſe votum non vtendi diſpenſatione: ſuperior tamen poteſt non obſtante tali voto diſpenſare, & diſpenſatio valida eſt, nam votum ſubditi nō aufert ſuperiori poteſtatem diſpenſandi. Ita Azor. cap. 19. quæſito 15. Sanchez loco cit. n. 35. & alij.

29 Hinc colligi poteſt ſolutio illius difficultatis, qua quæritur vtrū vouētes, vel iurātes, ſe nō amplius e. g. luſuros ſub pœna vt ſi luſerint nō poſsint ab alio abſolui, vel diſpenſari, quā à Sūmo Pontifice, poſſint adhuc abſolui ab Epiſcopo.

Reſpondeo adhuc poſſe ab Epō abſolui; nā huiuſmodi votū, vel iuramentum nō aufert Epis iuriſdictionem, & videtur eſſe de re impoſſibili. Ita communiter Doctores.

Obſerua tamen eum, qui vouit, ſe aditurum Romam, & non poſſe ab alio abſolui, quā à Summo Pontifice, teneri Romam adire, quia votum quoad hanc partem eſt de re licita, & poſsibili, & meliori, ſimulq;

mulq; conducit ad retrahendũ vouentem à peccato, quamuis nõ auferat Epiſcopo facultatem diſpenſandi in votis ipſi non reſeruatis. Ita Sanchez loco citato num. 34.

30 Ex quo ſequitur, eum, qui vouit, ſe non amplius luſurum ſub pœna, quod ſi luſerit, teneatur Romã adire, & ab alio non poſsit abſolui, quam à Summo Pontifice, poſſe adhuc abſolui ab Epiſcopo, vt patet ex allata ratione, quamquam obtenta abſolutione tenetur adhuc Romam adire, niſi etiam quoad hanc partem obtineat diſpenſationem; nam votum, quoad hanc partem eſt de re licita, & poſsibili.

PVNCTVM II.

Quotuplex ſit votum.

1 *Votum quotuplex ſit.*

2 *Quandonam votum conditionale validum ſit, & obliget.*

3 *Conditio, quæ in aliqua diſpoſitione apponi ſolet quotuplex, ſeu qualis ſit.*

4 *Vouens aliquid ſub pluribus conditionibus an teneatur votum adimplere ante omnium cõditionum adimpletionem.*

5 *Vouens aliquid ſub conditione futura, non poteſt quidquam facere, quò ſe reddat ineptum ad voti executionẽ ſecuta conditione, modò conditio ſit poſſibilis, & moraliter credatur euentura, & modò conditio nõ pendeat à voluntate vouentis.*

6 *Vouens ſub conditione tenetur votum adimplere, ſi per ſe ipſum ſtet ne conditio adimpleatur, niſi pendeat ab ipſius libera voluntate.*

7 *Promittens certam eleemoſynam alicui, ſi Deus eum præſeruet ab aliquo peccato tenetur ad eleemoſynam, ſi ſpontè peccet ne ad illam ten. atur.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Votum multiplex eſt, Aliud eſt reale, aliud perſonale, aliud mixtum.

Perſonale eſt, quo Deo promittitur aliqua actio ipſius perſonę, vel aliqua omiſsio; vt votum peregrinationis, ieiunij, caſtitatis, orationis, abſtinentiæ à ludo &c.

Reale eſt, quo res aliqua, promittitur Deo, vt eleemoſyna.

Mixtum verò cum includit perſonale, & reale dici poteſt illud, quo promittitur res, & officiũ perſonæ, vt ſi quis promittat peregrinationem Lauretanam cum intentione offerendi aliquid Beatæ Virgini, cum ad illius Eccleſiam peruenerit. Ita communiter Doctores.

Secundò aliud eſt temporale, aliud perpetuum.

Temporale dicitur, quod durat ad certum vſque tempus, vt eſt votum conſeruandæ continentiæ ad annum.

Perpetuum verò dicitur, quòd durat vſque ad vitam vouentis, vt eſt votum caſtitatis ſimpliciter emiſſum.

Tertiò aliud eſt cõmune, & aliud particulare.

Particulare dicitur illud, quod quiſque emittit iuxta ſuam voluntatem.

Commune eſt illud, quod emittitur à communitate, aut ab omnibus; quale votum aliqui putant, eſſe promiſsionem factam in baptiſmo, ſed illam promiſsionem non eſſe propriè votum ſuperius oſtendimus, alioquin ſequeretur baptizatum,

Digitized by Google

zatum, dum peccat, committere ſacrilegium.

Quartò aliud eſt expreſsũ, aliud tacitum.

Expreſſum eſt, quod verbis illud exprimentibus celebratur.

Tacitum eſt, quod non fit verbis illud exprimentibus; ſed quatenus aliquid fit, cui eſt annexum votum, vt patet in voto caſtitatis, quod emittitur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, etiamſi ſuſcipiẽs ordines ſacros non intendat explicitè votum emittere.

Quintò aliud eſt *ſ*implex, aliud ſolemne.

Simplex cõſiſtit in nuda promiſ*ſ*ione, & ob id ſimplex appellatur.

Solemne conſiſtit in actuali quadã dedicatione, & traditione proprij corporis, & libertatis acceptata ab eo, qui vicẽ Dei tenet, cũ quadam ſolemnitate, qualitate, ac circunſtantijs approbatis ab Eccleſia: cuiuſmodi eſt votum religionis in profeſsione, aut votum caſtitatis in ordinũ ſuſceptione; quæ vota ſunt actus quidam ſolemnes, & habent peculiarem quandam vim irritandi matrimonium, vt ſuo loco dicã.

Sextò aliud eſt reſeruatum, aliud non reſeruatum.

Dicitur autem reſeruatũ, aut non reſeruatum, quatenus ſuperior denegat, vel concedit facultatem diſpenſandi. Has voti diuiſiones perſenſet Suarez lib. 2. de voto cap. 12. Azor. lib. 11. cap. 14. Clauis Regia lib. *6*. cap. 2 Sylueſter verbo Votum 1. quæſito 5. Valentia diſp. *6*. q. *6*. puncto 5. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 3. Sanchez lib. 4 c. 15. nu. 2. Suarez lib. 2. de voto cap. vlt. ad finem.

Septimò aliud eſt conditionale, & aliud abſolutum.

Conditionale fit ſub aliqua conditione.

Abſolutum verò ſub nulla conditione concipitur.

Rurſus conditionale ſubdiuiditur in pęnale, & non pęnale. Pęnale fit appoſita aliqua pœna, *ſ*i votum violetur; vt ſi quis voueat ſe non inebriaturum ſub pœna eleemoſynæ, aut peregrinationis, & hoc votum duo vota includere videtur, vnum abſolutum nõ ſe inebriandi, aliud conditionale ſoluendi ſcilicet talẽ pœnam poſita inebrietate. Poteſt tamen dari votum pęnale ſimplex, quo quis tantummodo ſe obliget ad pęnam, *ſ*i delictum non euitauerit; vt *ſ*i quis dicat, voueo eleemoſynam, *ſ*i inebriatus fuero; & in hoc caſu vouens ex vi voti tenetur ſolũ ad dandam eleemoſynam poſita ebrietate, non verò tenetur cauere ebrietatẽ ex vi voti: in primo vero caſu tenetur cauere ebrietatem ex vi voti, & præterea ex vi voti tenetur ad talẽ pœnã ſecuta ebrietate. De voto pęnali plura videri poſſunt apud Sanch. in Sum. lib. 2. c. 22. & apud Clauem Regiam lib. *6*. c. 8.

2 Quæres primo quandonam votum ſub conditione factum *ſ*it validum, & obliget. Pro ſolutione.

3 Præmittendum eſt conditionẽ, quæ in aliqua diſpoſitione apponi ſolet, aut eſſe contra ſubſtantiam diſpoſitionis, aut eſſe impoſsibilẽ, aut turpem, aut neceſſariam, aut cõtingentẽ, & honeſtã, vt dictũ eſt de matrimonio, & de contractibus ſub conditione celebratis. Hoc poſito.

Dico primo votũ factũ ſub cõditione contra naturam & ſubſtantiã voti, aut rei, quæ voto promittitur eſſe inualidum, cap. finali de conditionibus appoſitis.

Ex

Ex quo ſequitur eum, qui vouet ea conditione, vt voto non obligetur inualidè vouere, quia conditio eſt contra ſubſtantiam voti.

Prętetea eum, qui vouet religionem, ea cõditione, vt aliquid proprij reſeruet, inualidè vouere, quia conditio appoſita repugnat profeſſioni religionis, in qua emittitur votum paupertatis, cui repugnat aliquid proprij retinere. Ita Sylueſter verbo Religio 3. quæſito 3. Azor. loco citato, quæſito 9. Sanchez lib. 4. cap. 23. num. 10.

Dico ſecundo votum factum ſub conditione impoſsibili inualidum eſſe. Ita Sylueſter loco cit. Azor. prima parte lib. 11. cap. 15. & alij apud Clauem Regiam lib. 6. cap. 8. nu. 3. & apud Sanchez cap. 23. nu. 8. Ratio eſt quia vouens ſub cõditione, non vult obligari, niſi ea conditione poſita; cum autem conditio impoſsibilis poni nequeat, fit, vt vouens non remaneat vinculo voti obſtrictus. Nec eſt eadẽ ratio voti, & matrimonij, in quo conditio impoſsibilis habetur pro nõ adiecta, quia hoc eſt ſpecialiter ſtatutum in aliquibus contractibus, vt docet Sanchez lib. 4. cap. 23. nu. 8. Molina tomo 1. de iuſtitia, diſp. 206. concl. 1. ad finem contra Philiarcum de officio Sacerdotum tom. 1. q. 2. lib. 3. c. 21. & hoc non ſolum valet primo, quando conditio cognoſcitur impoſsibilis à vouente; verum etiã à fortiori quãdo creditur poſsibilis; nam vouens non intendit, ſe obligare, niſi ſub ea conditione, quam aprehẽdit. Secundò non ſolum valet in conditionibus de futuro, verum etiam de præſenti, & de præterito: militat enim eadem ratio in omnibus.

Dico tertio votum factum ſub conditione turpi, vt plurimum eſſe inualidum quãdo vouens cupit talem conditionem euenire. Ratio eſt quia vouens ſub cõditione turpi, moraliter loquendo dirigit votum ad malum finem, conſequenter cenſetur vouere ad malum finem: votum autem factum ad malum finem non obligat. Ita Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 5. n. 36. Clauis Regia, & Azor. locis citatis, & alij apud Sanchez lib. 4. cap. 6. nu. 17. Si verò conditio turpis apponatur ſolum per modũ conditionis, nec vouens ad illam dirigat votum, cenſeo votum valere, ſiue vouens intendat illam conditionem adimpleri, ſiue non. Ratio eſt quia adſunt omnia requiſita ad votum, videlicet intẽtio, materia honeſta, & finis honeſtus, vt ſuppono; nec votum pendet ab ea re turpi, niſi tanquam à conditione. Ita Angelus verbo Votum primo ad finem, quem ſequitur Sãchez loco citato nu. 17. Vaſquez in opuſculis de reſtitutione c. 7. dub. 11. num. 104. & idem alij tradunt, quos infra referã de materia voti.

Dico quarto votum factum ſub cõditione neceſſaria validum eſſe, ſtatimq; obligare; nam cum ea cõditio ſit neceſſariò euentura, habetur pro impleta. Ita Azor. loco cit. quæſito 9. Sanchez cap. 23. nu. 5. & alij Doctores citati.

Obſerua tamen, vouentem, qui tempus promiſsioni factæ ſub conditione neceſſaria adiecit non teneri votum ante illud tempus adimplere, vt ſi quis dicat promitto, me poſt annum traditurũ eleemoſynam, aut ſeruaturum caſtitatem, ſi ſol orietur, non tenetur anno nõdum elapſo tradere eleemoſynam, aut

aut ſeruare caſtitatē ex ui voti; non quia votum nō ſit ſtatim perfectū, & abſolutum; ſed quia præfixū eſt tempus executioni voti.

Dico quinto votum factum ſub conditione honeſta contingente, obligare adimpleta conditione. Ratio eſt quia votum de re licita obligat iuxta intentionem vouentis, & hoc valet, ſiue conditio ſit de præterito, ſiue de præſenti, ſiue de futuro, ſiue ſit coniunctiua, ſiue diſiunctiua; militat enim eadem ratio in omnibus; quamquam inter conditionem coniūctiuam, & diſiunctiuam hæc eſt differentia, quod in conditione coniunctiua debet adimpleri tota cōditio, niſi aliter cōſtet de mente vouentis. Quamobrē ſi quis voueat hoc modo, tradam eleemoſynam, ſi frater, & ſoror nō moriatur hoc anno, vouens tenetur dare eleemoſynam, ſi eo anno non moriatur frater, & ſoror, quia tota conditio adimpletur, non verò tenetur, ſi alter pereat, quia tota conditio non adimpletur: Diſiunctiua verò obligat, etiamſi nō adimpleatur tota conditio, ſed vna tantum, vt ſi quis voueat eleemoſynam, ſi frater, vel pater è bello incolumis euadat, tenetur dare eleemoſynā, ſi vnus eorum incolumis euadat, altero pereunte. Ita Clauis Regia lib. 6. cap. 8. num. 3. & Sanchez lib. 4. cap. 23.

4 Hinc colligitur ſolutio illius difficultatis, qua quęritur, vtrum vouēs aliquid ſub pluribus cōditionibus, teneatur votum adimplere, antequam omnes conditiones adimpletæ ſint.

Reſpōdetur ſtandum eſſe intentioni vouentis; nam votum obligat iuxta intentionem vouentis. Vnde ſi quis intendat ſe obligare dependenter ab adimpletione omnium conditionum, nō tenetur ſtare voto nondum adimpletis omnibus conditionibus: Si verò non cōſtet de intentione vouentis non tenetur ſtare voto antequam adimpletæ ſint omnes conditiones appoſitæ copulatiuè per particulam, &, non verò diſiunctiuè per particulam, vel,. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro libertate voluntatis. Tum quia verba accipienda ſunt iuxta propriam ipſorum ſignificationem, & naturam, propria autem ſignificatio orationis copulatiuæ petit coniunctionem, & veritatem vtriuſque partis, & propria natura diſpoſitionis conditionalis eſt, vt non obliget niſi adimpleta conditione; Si ergo votum ſub pluribus conditionibus copulatiuè emiſſum ſit, non obligabit antequam impletæ ſint omnes conditiones copulatiuè poſitæ. Ita Sanchez lib. 4. c. 23. nu. 19. Azor. lib. 11. c. 15. q. 9. & alij contra Sylueſt. verb. Votum 2. q. 2.

5 Quæres ſecundò, an vouens aliquid ſub conditione futura, poſſit aliquid facere, quo ſe reddat ineptū ad voti executionem ſecuta conditione, exēpli gratia, vtrum aliquis vouens religionem, aut ſacros ordines, ſi beneficiū à Deo obtinuerit, poſſit antequam obtineat beneficium matrimonium inire, vel qd aliud facere, quo ſe reddat ineptum ad religionem, vel ad ſacros ordines adimpleta conditione.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia, quamuis vouens non teneatur votum adimplere ante conditionis euētum, vt patet ex dictis, nihilominus tenetur adimpleta cōditione; Non poteſt autem votum

Digitized by Google

adimplere adimpleta conditione reddendo ſe ineptum ad voti executionem. Tum quia, ſicut non poteſt ante conditionis euentum recedere à voto, ita neq; poteſt reddere ſe ineptum ad voti executionem. Ita DD. ſtatim citandi, hoc tamen intelligitur cum duplici limitatione.

Prima eſt, vt conditio ſit poſsibilis, & vt vouens nō ſit certus moraliter cōditionē nō eſſe euenturā, nam ſi cōditio ſit impoſsibilis, aut vouens moraliter ſciat conditionē minimè euenturam, non peccat faciendo aliquid, quod de ſe ſit incompoſsibile adimpletioni voti emiſsi. Ratio eſt tum quia, cū prævideat fore, vt nō teneatur ad votum adimplendum, perinde eſt, quo ad obligationem ex voto prouenientem, ac ſi votum nō feciſſet. Tum quia fruſtra expectatur effectus, cuius nullus eſt euentus, & fruſtra expectatur dies, cuius aduentus nihil operari debet L. Aliquam ff. Ad Velleianum.

Secunda eſt, vt adimpletio conditionis non pendeat à voluntate vouentis; nam ſi conditio ab ipſius voluntate pendeat, ita vt vouens reſeruarit ſibi libertatem adimplēdi, aut omittendi eam conditionē, non peccat reddendo ſe ineptum, aut impediendo cōditionis euentum; vnde, ſi Titius voueat religionem hoc modo, ſi religionē ingrediar, ero Carthuſianus, non peccat ineundo matrimonium, quia ſicut eſt in libertate ipſius vouētis ingredi religionem, ſeu adimplere conditionem; ita etiam eſt in ipſius libertate matrimonium inire, vel omittere. Videte Sanchez loc. cit. nu. 28. Rodriquez 2. parte cap. 98. nu. 2. Clauem Reg. lib. 6. cap. 8. n. 4. Nauar. cap. 12. nu. 42. Syluеſ. ver. Votum 2. n. 2. Azorium lib. 11. cap. 20. quæſt. vlt. Suarez lib. 4. de voto cap. 17. nu. 9 & 15.

6 Sed modo dubium eſt, vtrum vouens ſub cōditione teneatur votum adimplere, ſi per ipſum vouentem ſtet, ne conditio adimpleatur.

Reſpondeo cum Sanchez Claue Reg. Nauar. & alijs locis cit. contra nonnullos alios teneri, ſi conditio non pendet à libera voluntate vouentis. Ratio eſt tum quia hæc cenſetur fuiſſe intentio vouentis. Tum quia in iure habetur, eum, qui impedit ne adimpleatur conditio, ſub qua ſe obligauit, remanere obligatum L. In executione 85. §. Finali ff. de verborum obligatione. Tum quia fraus non debet patrocinari delinquenti.

7 Hinc ſequitur, eum, qui certam eleemoſynam promittit, ſi Deus eū præſeruet ab aliquo peccato, teneri adhuc ad eleemoſynam, ſi ſua ſponte, & ſcienter committat illud peccatum, ne eo non commiſſo teneatur ad eleemoſynam. Ita Suarez loc. cit. n. 11. Silueſt. Clauis Reg. Azor. & alij locis cit. contra nonnullos alios.

Hęc tamen intelligenda ſunt, niſi aliter conſtet de mente vouentis; nam votum vim ſuam habet à mēte, & voluntate vouentis.

PVN-

PVNCTVM III.

Quādonam irritum reddatur votum defectu libertatis, & intentionis ipſius vouentis.

CVM defectus libertatis, & intentionis proueniat vel à metu, vel ab errore, vel à dolo, explicandum arbitror. Primò vtrum votum factum per metum inualidum ſit, & non obliget defectu plenæ libertatis. Secundò vtrum inualidũ ſit votum factum per errorem, & dolum defectu pleni conſenſus, & intentionis.

§. I.

An votum factum per metum ſit validum.

1 *Metus alius eſt intrinſecus, alius extrinſecus.*

2 *Item alius eſt cadens in conſtantem virum, alius non cadens in conſtãtem virum.*

3 *Votum factum ex metu graui à cauſa intrinſeca illato, validum eſt, & obligat.*

4 *Votum factum ex metu ab extrinſeco incuſſo, non ad extorquendum votum ſed ad alium finem, validũ eſt.*

5 *Item votum factum ex metu graui iniuſtè incuſſo à cauſa extrinſeca ad hoc inualidum eſt ſaltem iure Eccleſiaſtico, modò vouens cognouerit metum ſibi incuti ad extorquendum votum.*

6 *Votum modo explicato emiſſum validum eſt iure naturæ.*

7 *Explicatur tota propoſitio per ſingulas partes.*

8 *Nullum eſt votum profeſſionis à fœmina emiſſum ob timorem patris minantis graues iniurias, etiam citra mortem, aut exilium.*

9 *Suſcipiens metu graui ordines ſacros non tenetur voto Caſtitatis eis annexo.*

10 *Metus, qui facit votum inualidum, ſufficit etiam ad excuſandum vouẽtem à peccato.*

11 *Si dubitetur an factum fuerit votum per metum grauẽ, illud erit adimplendum. Secus ſi conſtet factum fuiſſe ex metu graui.*

12 *Votum metu graui emiſſum non obligat, quamuis ſit iuramento firmatum.*

1 HIC breuiter recolẽda ſunt ea, quæ tradidimus de Matrimonio queſt. 3. punct. 8. in principio.

Primò metum alium eſſe intrinſecum, alium extrinſecum.

Intrinſecus dicitẽ ille, qui à cauſa intrinſeca, vel naturali infertur, qualis eſt metus grauis mortis proueniens ex periculoſa infirmitate, aut ex feris, & aïalib', hic metus dr̃ fieri à cauſa intrinſeca, vt diſtinguatur à metu proueniente à cauſa extrinſeca libera, ideſt ab hoïe, vnde vota, quę fiunt intuitu morbi, aut ob metum prouenientẽ ex animalibus dicuntur fieri ex metu intrinſeco, non verò ab extrinſeco.

Metus Extrinſecus dicitur ille, qui infertur à cauſa extrinſeca, ideſt à cauſa libera, ſeu ab homine.

2 Secundò metum alium eſſe cadentem in conſtantem virum, qui alio nomine dicitur metus grauis, vel probabilis; alium eſſe cadentẽ in virum inconſtantem.

Metus cadens in conſtantem vi-

rum dicitur ille, quo eligitur minus malum, vt maius malum probabiliter imminens fugiatur, quod non poſsit facilè impediri. Vnde duo requiri videntur ad metum cadentem in conſtantem virum. Primum eſt, vt malum, quod timetur, graue ſit indicio prudentis viri. Secundũ eſt vt probabiliter immineat. Ita Suarez lib. 1. de voto cap. 8. nu. 1. Sanchez, & alij, quos alibi retuli.

Metus cadens in virum inconſtantem eſt ille, quo maius malum, & inconueniens eligitur ad fugiẽdum minus. Prçterea metus cadẽs in conſtantem virum, aut eſt iuſtus, aut iniuſtus. Iuſtus contingit, quãdo quis minatur malum, quod iuſtè poteſt inferre, vt ſi minetur iuſtam criminis accuſationem. Denique metus, qui prouenit ab extrinſeco aliquando incutitur ad extorquendum votum, aliquando ad alium finem, vt dictum eſt de matrimonio loc. cit. & de contractibus diſp. 3. quæſt. 1. punct. 3. §. 3.

His poſitis tria principaliter quçrenda ſunt in hoc §. Primò vtrum validum ſit votum, ſi fiat ex metu proueniente à cauſa intrinſeca.

Secundò ſi fiat ex metu incuſſo à cauſa extrinſeca ad alium finem, quàm ad extorquendũ conſenſum.

Tertiò ſi fiat ex metu incuſſo à cauſa extrinſeca ad extorquendũ votum.

PRIMA PROPOSITIO.

3 Votum factum ex metu graui illato à cauſa intrinſeca validum eſt, & obligat. Ratio eſt quia huiuſmodi votum ſpõtè emittitur, eſtquè vouenti gratum, & bonum. Tum quia matrimoniũ, alijquè contractus non irritantur per talẽ metum; Ergo nequè votum. Ita DD. ſtatim citandi.

Hinc ſequitur, eum, qui votum emittit ad fugiendum belluarum impetum, vel ad vitandum naufragium, dũ in mari exiſtit, validè vouere, quia vouet ex metu incuſſo à cauſa intrinſeca.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 Votum factum ex metu graui incuſſo ab extrinſeco, non ad extorquendum votum, ſed ad alium finem, validum eſt. Ratio eſt tum quia eſt ſufficienter voluntarium; eſt enim vouenti gratum, & vouens ſpontè illud eligit, cum à nemine compellatur ad votum faciendum, & metus nõ dicitur cauſa voti, ſed occaſio. Tum quia matrimonium eſt validum, ergo etiam votum. Ita Nauar. cap. 12. nu. 52. Suarez de voto lib. 1. cap. 7. nu. 8. Sanchez cap. 3. nu. 4. Azor. Valent. & alij locis ſtatim citandis.

Hinc ſequitur validum eſſe votum, quod quis damnatus iuſtè, vel etiã iniuſtè ad triremes emittit, vt ab hac pœna liberetur, nam metus non eſt incuſſus ad extorquendum votum.

TERTIA PROPOSITIO.

5 Votum factum ex metu graui iniuſtè incuſſo à cauſa extrinſeca, ſeu libera ad extorquendum votum, inualidum eſt ſaltem iure Eccleſiaſtico, iuxta probabiliorem ſententiam; modò vouens cognouerit illum metum ſibi incuti ad extorquendũ votum. Ita Valen. 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 4. Azor. 1.

parte

parte lib. 11. cap. 15. quæſito 6. Sanchez nu. 9. & alij contra Syluestrum ver. Votum 2. quæſito 12. Suarez lib. 1. de voto cap. 8. nu. 5. verſic. Nihilominus, & alios excipientes ſolũ votum ſolemne profeſsionis, & votum ſimplex religionis.

Sed noſtra propoſitio probatur, tum ex cap. 1. De his quæ vi, in quo capite, ſicut irritatur votum ſolemne, ita à fortiori ſupponitur eſſe irritum votum, quod non adeo grauem obligationem inducit. Tum ex cap. Dilectus de iis, quæ vi, vbi decernitur, votum fuiſſe validum, quia non fuerat factum per metum grauem; ergo ſupponi videtur votum non fore validum, ſi factum fuiſſet per metum grauem; & quamuis argumentũ à contrario ſenſu in odioſis non valeat, vt docui de irregularitate, tamen hic valere videtur, cum verſemur in materia, quę fauorabilis eſt libertati, & communior Doctorum ſententia ſic explicet illa iura; quamquam oppoſita ſententia eſt valdè probabilis, nec eſt eadem ratio de iuraméto, cum Eccleſia, nec recta ratio tantam libertatem in eo non requirant, quantam in voto.

6 Dixi inualidum eſſe ſaltem iure Eccleſiaſtico, quia Sotus lib. 7. quæſ. 2. art. 1. & alij apud Suarez nu. 9. putant inualidum eſſe iure naturę.

Sed contrarium videtur probabilius, nempe irritum eſſe iure Eccleſiaſtico, non verò iure naturæ. Ratio eſt tum quia adeſt ſufficiens voluntarium; nam iure naturę ad valorem voti ſufficere videtur ea deliberatio, quæ ſufficit ad peccatum mortale: hæc autem adeſt cum metu graui incuſſo ad extorquendum votum. Tum quia iuramentum cum tali metu factum validum eſt, & obligat iure naturæ cap. Si vero de iureiurando. Præterea cęteri actus, & cõtractus cum tali metu celebrati iure naturæ ſunt validi; ergo etiam votum iure naturæ validum eſt, quamuis ſit inualidum iure Eccleſiaſtico cap. 1. citato.

Addo hoc verũ eſſe, etiamſi vouens haberet animum vouendi, vel ſe obligandi dum votum emiſit; nã ille conſenſus ab Eccleſia irritatur, & ineptus efficitur ad inducendam obligationem. Ita Rodriquez in ſum. 2. parte cap. 93. nu. 1. Arrag. 2. 2. quæſt. 88. art. 3. & alij apud Sanchez lib. 4. cap. 3. num. 13. contra Emanuelem Sà verbo Votum nu. 8.

Hinc patet, votũ cum metu graui factum ab infideli validum eſſe; nam infidelis non eſt ſubditus Eccleſię irritanti votũ factum ex metu incuſſo ad extorquendum votum. Ita Sanchez loc. cit. nu. 10. & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio loc. cit. nu. 9.

7 Dixi factum ex metu graui, nã votum factum ex metu leui, & non cadente in conſtantem virum validum eſt, quamuis vouens aliàs non vouiſſet. Ratio eſt tum quia Eccleſia non irritat huiuſmodi votum. Tum quia vouens adhuc vult vouere, & habet ſufficiẽs voluntariũ ad vouendum. Ita Valent. loco cit. Emanuel Sà ver. Metus n. 3. Sotus lo. cit. ad 2. Sanchez loc. cit. num. 24. Azor. lib. 11. cap. 15. quæſito 7. & alij contra Nauar. cap. 12. nu. 51. & alios aſſerentes votũ eſſe inualidũ.

Dixi incuſſo à cauſa libera, quia quando metus incutitur à cauſa intrinſeca votum eſt validum.

Dixi iniuſtè incuſſo, quia metus iuſtè incuſſus non irritat votum.

Ratio eſt tum quia nulla fit iniuria vouēti, ratione cuius votum debeat eſſe inualidum. Tum quia hic metus cēſetur potius prouenire à cauſa intrinſeca, ideſt à lege, & à natura delicti, ratione cuius metus incutitur, quàm à cauſa extrinſeca, quæ non cenſetur metum incutere; ſed potius metum iam radicaliter incuſſum ex natura delicti auferre oblato voto. Ita Emanuel Sà verb. Votum num.8. Sanchez lib. 4. c. 3. num.20. & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio quæſ.3.pun. 8. contra Rodriquez loco cit. n.3. & alios exiſtimantes votum non eſſe validum, eo quod metus iniuſtè incuti videatur ad extorquēdum votum, quod magnam libertatem exigit. Sed huius rationis ſolutio patet ex rationibus traditis in confirmationem noſtræ ſententiæ.

Dixi incuſſo ad extorquendum votum, quia ſi metus non incutiatur ad extorquendum votum, ſed ad alium finem, votū obligat. Ratio eſt quia vouens ſua ſpontè eligit votum, cum à nemine compellatur ad emittendum votum. Ita DD. cit. & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio loc cit. propoſ.2.

Dixi modò vouens cognouerit illum metum ſibi incuti, nam ſi vouens non cognouit metum ſibi incuti, votum videtur validum, etiāſi minans haberet animum incutiendi metum ad exterquendum votū. Ratio eſt quia adeſt ſufficiens voluntarium, & deliberatio ad votū; cum enim vouens non cognouerit metum ordinari ad extorquendum votum, ſpontè eligit votum ad vitandum periculum. Ita Valen. 2.2. diſp.6.quæſt.2.pun. 4. verſus finem, fol. mihi 1362. Sanchez n.6. & alij

Ex dictis colligitur primò, nullū eſſe votum profeſsionis, quod fœmina emiſit ob timorem patris minantis graues iniurias, etiam citra mortem, aut exilium; nam hic metus eſt grauis, & minor metus excuſat mulierem, quàm maſculū, propter debiliorem ſexum, vt patet ex dictis de matrimonio loc.cit. nu.6. verſic. Addo. Ita Clauis Reg. de voto, Sanchez loco cit. num.22. & alij quamplures, quos in ſimili retuli de matrimonio.

Addo non ſolum votum; verum etiam conſtitutionem procuratoris ad vouendum nomine alicuius, extortam per grauem metum inualidam eſſe. Ratio eſt quia fit per procuratorem vi cōſenſus dati ad conſtituendum procuratorem; cum autem ille conſenſus non ſit ſufficiēs ad votum, vtpotè extortus per metum, ſequitur votum factum per procuratorem cōſtitutum per metum grauem ad vouendum nomine alicuius, inualidum eſſe. Ita Sanchez loco cit. nu.17. & de matrim. lib.4. diſp. 12. num. 22. vbi in ſimili loquitur de procuratore conſtituto ad Matrimonium celebrādum.

9 Secundò cum non teneri voto caſtitatis, qui metu cadente in cōſtantem virū acceſsit ad ſuſcipiendos ſacros Ordines, etiamſi receperit characterem. Ita Sāchez lib. 7. de matrim. diſp. 29. & in ſumma lib.4.cap.3.num.18. Azor, Angelus, Sotus, & alij contra Paludanum, & alios apud Sanchez: Vnde Rota in deciſionibus prima par. deciſ. 661. affirmat ſtylum Cancellariæ liberam dare facultatem, vt is, qui ad ſacros ordines per vim, aut metum mortis, vel antequam eſſet capax doli, promotus eſt, poſsit matrimo-

nium

Digitized by Google

nium contrahere: Eccleſia tamen coget ipſum, vel ad emittẽdum de nouo votum cõtinentiæ, aut ad abſtinẽdum ab vſu, & exercitio ſacrorum Ordinum, vel eũ priuabit priuilegio clericali, immo *ſi* ceſſante metu Clericus uſus eſt ordine ſuſcepto tenetur ad caſtitatem: quia per vſum ordinis ſuſcepti cenſetur votum ratificaſſe. Ita Sanchez loco cit. & alij, quos retuli de matrimonio quæſt. 3. pun. 9. num. 12.

10 Tertiò inferri poteſt metum, qui facit votum inualidum, ſufficere ad excuſandum vouentem à peccato; nam facit contra votum iam factum. Ratio eſt quia huiuſmodi metus irritat votum; ergo etiam excuſat uouentem à tranſgreſsione uoti, & ſicut talis metus excuſat à tranſgreſsione legum humanarum, ita etiam excuſat à tranſgreſsione uoti, quod eſt quædam lex priuata, quam ſibi uouens imponit. Ita Valent. 2. 2. diſp. 6. quęſt. 6. pun. 4. Rodriquez cap. 93. nu. 5. Sanchez in ſumma cap. 3. nu. 19. Emanuel Sà uerbo Votum, nu. 23. & alij.

11 Quæres primò an uotum ſit adimplendum, quando dubitatur, an factum fuerit per metum grauẽ.

Reſpondeo adimplendum eſſe, quia poſſeſsio ſtat pro uoto, quod conſtat factum fuiſſe, & dubitatur de cauſa excuſante. Ita Sãchez loco cit. nu. 27.

Idem dicẽdum eſt quando quis ſcit ſe uotum emiſiſſe ob metum; ſed dubitat, an metus fuerit cadẽs in conſtantem uirum. Item quando quis ſcit ſe uotum emiſiſſe, ſed dubitat, an habuerit aĩũ ſe obligãdi, ut in ſimili docui de iuramento puncto 9. ad finem.

Idem aſſerendum putat Sanchez num. 27. *ſi* conſtet uotum fuiſſe factum ex metu graui, ſed dubium ſit, an uouẽs haberet animum ſe obligandi; adhuc enim putat Sanchez iudicandum eſſe in fauorem uoti, conſequenter uotum obligare.

Sed contrarium mihi probabilius uidetur. Ratio eſt quia poſſeſſio ſtat pro libertate uouentis, non pro uoto facto per metum cadentẽ in conſtantem uirum; nam pro eo ſtat poſſeſsio, pro quo ſtat iuris pręſumptio; Ius autem non præſumit in uoto facto per metum grauem adfuiſſe animum ſe obligandi. Ita Panormita. Sylueſt. & alij, quos in ſimili refert Sanchez de matrimonio lib. 1. diſp. 9. num. 12.

Addo uotum nõ cenſeri ualidũ, etiamſi conſtet adfuiſſe animũ uouendi, ſeu ſe obligandi; nam conſenſus cum metu graui præſtitus irritatur à iure, & ineptus efficitur ad inducendam obligationem uoti, ut ſuperius docui cum eodem Sanchez, & alijs ex c. 1. de his, quæ ui, in quo textu licet nõ fiat expreſſa mẽtio uoti ſimplicis, ſed ſolemnis; tamen eandem deciſionẽ communi ferè omnium Doctorum cõſenſu ad uotum ſimplex extẽdi fatetur idem Sanchez nu. 12. contra Suarez lib. 1. de uoto cap. 8.

Ex quo patet non eandem eſſe rationem uoti, & iuramenti, aliarumquè promiſsionum, quæ ob metum non irritantur.

12 Quæres ſecundò utrum uotum metu graui emiſſum, & iuramento confirmatum obliget ſaltem ratione iuramenti.

Reſpondeo negatiuè cum Rodriquez loco cit. nu. 4. Emanuele Sà num. 8. & Sanchez in ſumma lib. 3.

cap. 11. nu. 24. Claue Regia, & quã pluribus alijs, quos in ſimili retuli de Matrimonio quæſt. 3. puncto. 8. quæſito 3. omiſsis ijs, quos magno numero refert Sanchez de Matrimonio lib. 4. diſp. 21. num. 5. contra Sotum lib. 8. de iuſt. q. 1. art. 7. ad 3. verſic. Serioſius autem. Ratio eſt tùm quia matrimonium metu graui contractum nõ obligat, etiamſi addatur iuramentum; ergo nequè obligat votum. Tùm quia iuramentum adhęrens matrimonio, aut voto, videtur hanc tacitã habere cõditionem, ſi liber conſenſus interueniat: nam iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quem cadit. L. fin. C. de numerata pecunia; matrimonium autem, & votum videntur ex iuris diſpoſitione hanc tacitam conditionem habere, ſi liber conſenſus interueniat: ergo iuramentum cadens ſupra votum, vel ſupra matrimonium videtur eandem cõditionem habere.

§. II.

Vtrum votum factum per errorem, aut dolum ſit validum.

1 *Error, & dolus aliquando verſantur circa ſubſtantiam rei, aliquando circa accidentia, aliquando circa cauſam finalem, & aliquando circa impulſiuam.*

2 *Votum factum per errorem, & dolum verſantem circa ſubſtantiam, non obligat.*

3 *Vouens adire limina Apoſtolorum, quæ credit non longè diſtare, non tenetur ad votum, ſi ea longius diſtent, quàm ipſe putaret.*

4 *Qui credit ſe profiteri in vna Religione, cum profiteatur in alia, inualidè profitetur.*

5 *Votum ſimplex factum per errorem, vel dolum circa cauſam finalem, inualidum eſt.*

6 *Vouens eleemoſynam eo quod falsò credat ſe inſtitutum eſſe hæredem, non tenetur ad eleemoſynam errore cognito.*

7 *Puella, quæ vouit religionẽ eo quod falsò putaret aperiẽdos eſſe proprio ſponſo impudicos tactus cum alio adoleſcente habitos, non tenetur votum ſeruare.*

8 *Vouens ieiunium vt obtineat beneficium, quod credit vacare, non tenetur ad ieiunium, ſi illud non vacauerat, vel alteri collatum ſit.*

9 *Item qui vouit ieiunium, quia credebat eius filium abſentem ægrotare, non tenetur ieiunare, ſi tempore voti filius iam mortuus erat, vel non ægrotabat.*

10 *Ceſſante cauſa finali voti, vel iuramenti ceſſat etiam ipſius obligatio.*

11 *Ex hac difficultate aliqua inferũtur.*

12 *Si dubitetur an cauſa voti finalis ceſſarit, votum erit ſeruandum.*

13 *Votum factum per dolum, vel per errorem circa cauſam impulſiuam, eſt validum.*

14 *Vouens tradere eleemoſynam alicui ex motiuo paupertatis, ſed libentius etiam vouit eo quod credat illum probum eſſe, tenetur votum ſeruare, quamuis is ſit improbus.*

15 *Item hic tenebitur ad votum, etiãſi ita habitualiter diſpoſitus eſſet, vt eleemoſynam nõ promiſiſſet cognita iſtius improbitate.*

16 *Non tenetur iſte ad eleemoſinam, ſi probitas, quæ non ſubſiſtit, fuit cauſa finalis & non impulſiua voti.*

17 *Cauſa voti cognoſcitur finalis, vel impul-*

Digitized by Google

impulſiua ex affectu, quo quis mouetur ad vouendum.

1 NOtandum errorem, & dolũ aliquãdo verſari circa ſubſtantiam rei, aliquando circa accidentia rei. Præterea aliquãdo verſari circa cauſam finalem, & motiuam, aliquãdo ſolum circa impulſiuam, vt dictum eſt de contractibus, & de matrimonio. His breuiter præmiſsis quærendum eſt.

Vtrum votum ſit validum, primò ſi fiat per errorem, & dolum circa ſubſtantiam.

Secundò ſi fiat per dolum dantẽ cauſam voto, ſeu verſantem circa cauſam finalem.

Tertiò ſi fiat per dolum verſantem ſolũ circa cauſam impulſiuam.

PRIMA PROPOSITIO.

2 VOtum factum per errorem, aut dolum verſantem circa ſubſtantiam, & rem promiſſam, nõ obligat. Ratio eſt tum quia per huiuſmodi dolum, vel errorem irritatur contractus onerosus; ergo multò magis irritatur votum, quod eſt promiſsio gratuita, & liberalis. Tùm quia dum error contingit circa ſubſtãtiam voti, aut aliquo modo in ſubſtantiam rei promiſſæ redũdat in materia notabili circa rẽ promiſſam, promiſsio nõ eſt voluntaria; nihil enim eſt magis contrarium conſenſui quam error; de ratione autem voti eſt, vt ſit promiſſio volũtaria. Ita DD. ſtatim citãdi.

3 Hinc ſequitur primò vouentem adire limina Apoſtolorum, quæ credit non longè diſtare, ſed poſtea comperit longè diſtare, non teneri ad ſeruandum votum, quia deeſt voluntarium ob errorem circa rem promiſſam, ſi verò parum diſtet tenetur votum ſeruare, quia cenſetur hoc etiam vouiſſe, cum exceſſus ſit modicus. Ita Sotus lib. 7. q. 1. art. 2. Sanchez in ſumma lib. 4. c. 2. nu. 11. Arrag. Rodriq. & alij communiter teſte Leſsio lib. 2. c. 40. dub. 2. nu. 12.

4 Secundò non eſſe validam profeſsionem factam ab eo, qui ſe credebat profiteri in vna religione, & poſtea inuenit ſe profeſſum in alia. Ita Sotus, Leſsius, & alij locis cit.

Dixi per errorem circa ſubſtantiam, nam error contingens ſolum circa extrinſeca per ſe loquendo non reddit irritum votum, niſi talis mutatio ſuperueniat, vel cognoſcatur, quæ iudicio prudẽtis cenſeatur excepta, vt ſi vouens peregrinationem nequeat votum adimplere ſine periculo valetudinis, aut vitæ. Ita Leſsius num. 13. verſic. Dices 2. & alij, quos infra referam.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 VOtum ſimplex factum per errorem, & dolũ circa cauſam finalem, & motiuam, nõ eſt validũ. Ratio eſt quia huiuſmodi votum cenſetur factũ ſub tacita conditione, ſi cauſa finalis, & motiua ſubſiſtat; cauſa igitur finali nõ ſubſiſtente votum non ſubſiſtit. Ita Leſsius loco cit. num. 12. Sotus, Sanchez, & alij locis infra citandis.

Dixi votum ſimplex, vt aduerterem votum ſolemne factum in profeſsione, uel in ſusceptione ſacrorum Ordinum non irritari per dolum, & errorem circa cauſam finalem. Ratio eſt tũ quia ſicut matrimonium non irritatur per huiuſmodi errorem, uel dolum, ita nec

irrita-

irritatur uotum ſolemne, quod eſt ueluti quoddam matrimonium ſpirituale cum Christo. Tum quia qui ſtatum aliquem perpetuũ aſſumit, cenſetur nelle illum aſſumere, etiãſi intercedat error, uel dolus, modò non ſit circa ſubſtantialia. Ita Molina diſp.272.tom.2.de iuſt, & iure.

6 Ex dictis ſequitur primò, eum, qui falsò credens ſe inſtitutum hęredem, uel legatarium, uouit eleemoſynam, uel quid aliud, non teneri uotum adimplere cognito errore; nam uotum cenſetur factum per errorem uerſantem circa cauſam finalem; uouens enim uotum emiſit ob hæreditatem, uel legatũ, quod ſibi relictum eſſe falsò exiſtimabat. Idem dicendum eſt de eo, qui falsò arbitrans ſe magnum aliquod beneficium recepiſſe; uouet aliquid in gratiarum actionem. Ita Sanchez in ſumma lib.4. cap.2. nu. 4. & alij.

7 Secundò colligi poteſt ſolutio illi' difficultatis, de qua alias interrogatus ſum, uidelicet Vtrum ualidum ſit uotum Religionis emiſſum à quadam puella, quæ cum tactus impudicos cum adoleſcẽte habuiſſet, ſibiquè ob aliorum aſſertionem perſuaderet huiuſmodi tactus aperiendos eſſe proprio ſponſo ante celebrationẽ matrimonij, uotũ religionis emiſit, ne huiuſmodi tactus aperire cogeretur.

Reſpondeo uotum inualidũ eſſe utpotè factum per errorẽ uerſantem circa cauſam finalem. Ratio eſt quia ceſsãte cauſa ceſſat effectus; & regula generalis eſt, inualidum eſſe uotum factum per errorem uerſantem circa cauſam finalem; hic autẽ adeſt error circa cauſam finalem; cum ſponſa non habeat onus manifeſtãdi tactus impudicos, ni cuius oneris adducta eſt ad uotum emittendum, ut ab hoc onere eximeretur. Secus dicendũ eſt primò ſi ſpõſa libentius ſolum uouit intuitu exemptionis ab hoc onere; nã ſublata cauſa impulſiua uoti non tollitur uotum. Secundò ſi uotum religionis emiſſum fuit à puella non ſolum animo eximendi ſe ab onere manifeſtandi tactus impudicos; uerum etiam ex deuotione, ſeu ex affectu religionis, tanquam ex cauſa finali partiali uoti, tunc enim arbitror uotum ſubſiſtere, & adimplendum eſſe, quia ſublata cauſa finali partiali uoti non tollitur uotum; ſed ſublata cauſa totali, ut patebit ex dicendis in ſecunda illatione poſt ſolutionem difficultatis proximè ſubſequentis. In propoſito autẽ caſu non tollitur cauſa totalis, ſed partialis, cum uotũ fuerit emiſſum ex affectu religionis, ut ſuppono tãquã ex partiali cauſa, quæ ſubſiſtit.

8 Tertiò ſequitur, eum, qui uouit ieiunare per menſem, ut poſsit beneficium obtinere, quod audierat uacaſſe, non teneri ieiunare, ſi beneficium non uacauerat, aut alteri collatum erat, dum uouit. Ratio eſt tum quia cauſa finalis uoti eſt, ut uouens conſequatur beneficium; cum autem non poſsit illud conſequi, utpotè nondum uacans, votum cenſetur factum per errorẽ uerſantem circa cauſam finalem; conſequenter uotum non eſt ualidum. Tum quia ſicut diſpenſatio nõ ualidè obtinetur, ſi tempore conceſſionis falſa erat cauſa: ita non eſt ualidum uotum, ſi tempore emiſsionis uoti cauſa non ſubſiſtebat. Ita Leſsius loc. cit. nu.12.

9 Quartò ſequitur, eum, qui vouit

nit ieiunare, vt poſsit ſanitatem filio abſenti impetrare non teneri adimplere votum ieiunij, ſi eo tempore, quo factum fuit votum, filius iam erat mortuus, vel non erat infirmus. Ratio eſt quia cauſa finalis voti eſt ereptio à morbo, quæ cum non poſsit obtineri tempore voti emiſsi, ſequitur cauſam finalem voti non ſubſiſtere, conſequenter neque votum ipſum validum eſſe: vouens enim non habuit intentionē ieiunandi, niſi quatenus ieiuniū cōducit ad ſanitatem impetrandam; hanc autem non poteſt impetrare cum filius iam ſit mortuus, vel non laboret morbo; non enim depelli poteſt morbus, qui non eſt. Ita Leſſius loc. cit. Angelus ver. Votum 3. in principio, Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 2. nu. 48.

10 Maior difficultas eſt, vtrū validum ſit votum cuius cauſa finalis ſubſiſtebat, dum votū fuit emiſſum; ſed poſtea ceſſauit; quod eſt quęrere vtrum ceſſante cauſa voti, ceſſet etiam ipſius obligatio.

Reſpondeo ceſſante cauſa finali voti, vel iuramenti; etiā ipſius obligationem ceſſare. Ita Azor. 1. parte lib. 11. cap. 15. quæſito 3. Sylueſt. ver. Votum 2. quæſito 8. Rodriquez in ſum. 2. par. cap. 98. nu. 2. Sanchez in opere morali lib. 4. cap. 2. nu. 42. Suarez lib. 4. cap. 18. nu. 4. Ratio eſt tum quia votum non obligat vltra mentem, & intentionem vouentis; vouens autem nō cenſetur habuiſſe intentionem obligandi ſe ceſſante cauſa finali voti, quod fuit emiſſum ob talem cauſam. Tum quia cap. Cum ceſſante de appellat. dicitur, ceſſante cauſa ceſſat effectus, videlicet ceſſante cauſa finali, de hac enim ſola intelligendū eſt hoc axioma. Secus dicendum eſt ſi cauſa tantum impulſiua ceſſet; nam ea ceſſante votum adhuc fuiſſet emiſſum: Nam cauſa impulſiua dicitur, qua non exiſtente opus adhuc fieret, ſed non ita libenter, vel celeriter, vel eodem modo. Cauſa verò finalis dicitur illa, quæ ita mouet diſponentem, vt ea non exiſtente opus non fieret. Ita Sylueſt. ver. votum 2. quæſito 8. Vaſquez 1. 2. diſp. 70. cap. 3. n. 11. & alij apud Sanchez loc. cit. n. 38. & apud Suarez loc. cit.

11 Hinc ſequitur primò, eum, qui vouit non tranſire per aliquam domū, eò quod ibi habitet mulier fornicaria, cum qua peccare cōſueuit, poſſe per illā domum tranſire poſtquam mulier receſſerit ab ea domo; ceſſat enim cauſa finalis voti. Secus dicendum eſt, ſi mulier illa iterum incipiat ibi habitare; nam obligatio voti non ceſſauit in totū, nec fuit omnino extincta; cum cauſa ſimpliciter non ceſſauerit, ſed obligatio ſuſpenſa, & cōſopita fuerit quandiu cauſa finalis ceſſauit. Ita Nauar. cap. 12. nu. vlt. Sanchez lib. 4. cap. 2. n. 45. & 50. Azor. & alij ſtatim citandi.

Obſerua tamē differentiam inter votū, cuius cauſa finalis ceſſauit facto voto, & inter votū, cuius cauſa finalis erat falſa tempore voti emiſsi: quod primum votum reuiuiſcit reuiſcente cauſa finali, vt dictū eſt. Secundum verò non reuiuiſcit, etiamſi veritas cauſæ ſuperueniat, quæ non ſubſiſtebat tempore voti; cum enim huiuſmodi votum non eſſet validum ab initio, non fit validum adueniente veritate cauſæ, iuxta illud Nō firmatur tractu temporis, quod ab initio non ſubſiſtit. Ita Sanchez nu. 50.

Hoc

Hoc tamen limitandum videtur modò votum non habeat tractum ſucceſsiuum, votum enim habens tractum ſucceſsiuum obligat pro tempore, quo ipſius cauſa finalis verificatur, quia vouens non ſolum vouit ob cauſam tẽpore voti exiſtentem; ſed etiam ob cauſam futuram tempore deſignato adimpletioni voti. Explico rem exemplo. Titius metu peccandi cum quadam fœmina, cum qua peccare conſueuerat, vouit non adire talem domum, in qua illam fœminam habitare falsò arbitrabatur, tenetur vi voti talem domum non adire, ſi proceſſu temporis fœmina illã domum inhabitet; nam hoc votum habet tractum ſucceſsiuum, & cauſa verificatur pro tempore, quo votum eſt exequendum. Ita Sanchez num. 45.

Secundò ſequitur, eum, qui vouit adire Romam, vt viſitaret limina Apoſtolorũ in honorem SS. Petri, & Pauli; ſed libentius vouit, quia ſciebat ibi morari amicum, cuius conſpectu frui cupiebat, non teneri votum adimplere, ſi contingat Romæ non amplius extare limina Apoſtolorum; nam ceſſauit cauſa finalis uoti, quãuis ſubſiſtat cauſa impulſiua. Si verò, dum votum eſt adimplendum, verè extent limina Apoſtolorum, votum adimplendũ eſt, licet amicus ſit mortuus; nam conſpectus amici non fuit cauſa finalis voti, ſed impulſiua.

Item ſi vouens motus fuit ad votum faciendum, non ſolum propter inuiſenda limina Apoſtolorum, ſed etiam propter amici conſpectum tanquam propter finem, ita vt viſitatio liminum, & amici conſpectus ſit adęquatus finis voti (poteſt enĩ aliquãdo eiuſdem voti eſſe duplex cauſa finalis, etiamſi aliquãdo vna ſit principalis, altera minus principalis) vouens tenetur votum adimplere, vno fine partiali ſublato, id eſt mortuo amico, aut deſtructis liminibus, modò vnus partialis finis remaneat, id eſt modò remaneant limina, aut ſaltem remaneat amicus, ijs deſtructis. Ita Angelus ver. votum 3. nu. 5. Syluest. ver. votum 2. quæſito 8. Azor. lib. 11. cap. 15. quæſito. 13. Sanchez lib. 4. cap. 2. nu. 42. & 45. Rodriquez 2. parte cap. 98. nu. 2. Suarez lib. 4. de voto cap. 18. nu. 3. & alij.

Ex dictis igitur conſtat obligationem voti ceſſare, ceſſante ipſius cauſa finali, vt patet ex rationibus, & exemplis adductis.

Hoc tamen limitandum videtur cum Rodriquez loc. cit. contra Sãchez loc. cit. nu. 44. modò cauſa finalis non ceſſet ob culpam vouentis. Ratio eſt tum quia par non eſt, vt delinquens commodum, & immunitatem reportet ex ſuo delicto. Tum quia votum conditionale obligat non adimpleta conditione culpa vouentis; ergo etiam obligat ceſſante cauſa finali ipſius culpa. Tum quia uotum etiam in ſententia ipſius Sanchez nu. 28. & 43. factum in fauorem alterius, & ab eo acceptatum obligat, ſi cauſa finalis ceſſauit poſtquam uouens fuit in mora adimplendi uotum; mora enim non ſuffragatur; ergo etiam uotum factum ſoli Deo, qui uotum in ſui honorem factum acceptauit, obligat, ſi cauſa finalis ceſſet culpa ipſius uouentis.

12 Sed modò dubium eſt, utrum ſeruandum ſit uotum ſi dubitetur, an ipſius cauſa finalis ceſſauerit.

Reſ-

Reſpondeo ſeruandum eſſe; Tum quia poſſeſsio ſtat pro uoto. Tum quia ita iudicaretur in foro externo. Ita Azor.loc.cit.Syluester & alij, quos in ſimili referam in ſolutione quæſiti ad finem huius puncti.

TERTIA PROPOSITIO.

13 VOtum factum per dolum, uel errorem circa cauſam tantum impulſiuam, ualidum eſt. Ratio eſt quia adeſt ſufficiens uoluntarium; uouens enim intendit, & vult promittere ſubſiſtente cauſa finali; cum uoueat ob cauſam finalem; ergo ſubſiſtẽte cauſa finali ualidum eſt uotum, q̃uis adſit error, uel dolus circa cauſã impulſiuã, ut patet exẽplo de eo, qui uouit adire Romam, ut uiſitet limina Apoſtolorum,ſed libentius uouit, ut conſpectu amici perfrui poſsit: hunc enim uinculo uoti teneri ſuperius diximus, licet tempore uoti emiſsi mortuus eſſet amicus; nam fruitio amici fuit tantummodo cauſa impulſiua uoti, ut ſuppono.

14 Hinc ſequitur primò, Titium teneri uotum adimplere,quo uouit dare eleemoſynã Caio ex motiuo paupertatis,ſed libẽtius uouit,quia exiſtimabat,Caium eſſe uirum probum,uel doctum, ſed poſteà comperijt,uirum eſſe improbum,uel indoctum: nam cauſa finalis, & motiua uoti ſubſiſtit,quamuis non ſubſiſtat impulſiua, quę eſt probitas, uel doctrina.

15 Sed modo dubium eſt, utrum Titius teneatur adhuc ui uoti dare eleemoſynam Caio, ſi dum uouit, ita habitualiter diſpoſitus erat, ut ſi cognouiſſet Caium non eſſe uirũ probum, aut eſſe ſuum inimicum, non uouiſſet dare illi eleemoſynã.

Reſpondeo adhuc teneri. Ratio eſt quia error, uel ignorantia non uerſatur circa cauſam finalem, & motiuam; ſed circa impulſiuam; Titius enim ob paupertatem tãquã ob cauſam finalẽ mouetur ad promittendam Caio eleemoſynam; dum autẽ error uerſatur circa cauſam tantummodò impulſiuam, actus eſt ſufficienter uoluntarius, & ſubſtantia actus conſtituitur in ſuo eſſe ob cauſam finalem, ab eaquè quoad ſubſtantiam dependet; non uerò à cauſa impulſiua.

Neque obſtat habitualis illa diſpoſitio uouentis,qui ſi cognouiſſet, Caium non eſſe probum, non promiſiſſet; nam habitualis illa diſpoſitio, quamuis ſecundum quid efficiat actum inuoluntarium, tamen non facit actum ſimpliciter inuolũluntarium,& conditionalem, alioquin actus ſemper eſſet inuoluntarius, & conditionalis, conſequẽter omnes actus,& cõtractus eſſent cõditionales,& nulli eſſent firmi, cum ferè ſemper aliquid lateat,quo cognito contractus non fuiſſet celebratus. Ita Valẽtia 2.2.diſp.6.quęſt. 6. puncto 4. Vaſquez 1.2. diſp. 30. cap.4.Sanchez lib.4. cap.2.nu.6.& 38.Rebel. & alij,quos retuli de cõtractibus diſp.3. quæſt. 1. puncto 2. §.2. ad finem.

16 Secundò ſequitur, Titium,qui promiſit Caio eleemoſynã ob probitatem tamquam ob cauſam finalem non teneri eleemoſynam Caio perſoluere non ſubſiſtente probitate; nam probitas in hoc caſu eſt cauſa finalis,& hæc non ſubſiſtit,vt ſuppono non ſubſiſtẽte probitate.

17 Quæres, quomodò poſsimus cognoſcere,cauſam fuiſſe finalem,

vel impulſiuam?

Reſpondeo cognoſci debere ex affectu, quo vouens mouetur ad vouendum animo conſequendi rem, quæ ipſum mouet ad votum emittendum, & ex affectu ad rem voto promiſſam præciſa cauſa mouente, vel impellente ad vouẽdum. Si vouens magnum habeat affectum ad præſtandam rem voto promiſſam etiã præciſa illa cauſa, cenſetur cauſa impulſiua. Si verò magnũ habeat affectum, & deſiderium obtinendi rem, quæ mouit ad vouendũ, præſumitur cauſa finalis.

Ex quo fit vt cauſæ, quibus mouetur vouens ad vouendum ſæpiſſimè ſint finales ſaltem minus principales; quia vouens vouere ſolet ex magno deſiderio conſequendi rem, quæ ipſum mouit ad vouendum. Si tamen adhibita debita diligentia ad veritatem aſſequendã adhuc dubitetur, an cauſa fuerit finalis, vel ſolum impulſiua, cenſeo cauſam fuiſſe impulſiuam. Ratio eſt tum quia in dubijs ius præſumit pro valore actus. L. Quoties. ff. de rebus dubijs. Tum quia poſſeſsio ſtat pro voto, quod conſtat emiſſum fuiſſe. Ita Azor. lib. 11. c. 15. quæſito 3. Sylueſt. verbo Votũ 2. quęſito 8. Sanchez lib. 4. cap. 2. nu. 52. Rebel. de donatione q. 13. n. 6. vbi citat Gloſſam, quãuis alij ſentiãt non obligare, eo quod in dubio melior ſit conditio voluntatis ſuam libertatem poſsidentis. Sed ad hanc rationem.

Reſpondetur non eſſe meliorem voluntatis conditionem, cum votũ poſsideat in tali dubio. Si tamen ex vna parte ſint rationes probabiles probantes cauſam fuiſſe impulſiuam, & ex alia parte ſint rationes probantes cauſam fuiſſe finalẽ, liberum eſt vouenti adhęrere, cui voluerit parti, etiamſi pars illa, cui adhęret, ſit minus probabilis.

PVNCTVM IV.

De materia voti.

IN hoc puncto explicandum eſt. Primò vtrum votum poſsit eſſe de re mala. Secundò de re indifferente. Tertiò de re, quæ ſit in noſtra poteſtate. Quartò de materia partim bona, & mala, partim poſſibili, & partim impoſsibili. Quintò de materia, cui' vna pars eſt apta, & altera inepta voti diſiunctiuè emiſsi. Sextò de re contra prius votum.

§. I.

Vtrum opus malum poſſit eſse materia voti &c.

1 *Opus malum non poteſt eſſe materia voti.*

2 *Votum de re à ſuperiore probibita, inualidum eſt.*

3 *Valet votum ab eo emiſſum, qui ex amore continentiæ vouet ſe non amplius peccaturum niſi cum tali fœmina.*

4 *Vouens certã pecuniã in eleemoſynã, ita vt vouens non cenſeatur ſatisfacere trádendo æquiualentem pecuniam, validè vouet.*

5 *Inualidum eſt votum de immoderatis macerationibus corporis.*

6 *Valet votum ieiunãdi toto anno etiã diebus Dominicis.*

7 *Inualidum eſt votum, quoties promittitur aliquod bonum ad conſequendum*

dum malum finem.

8 *Quot modis malũ voto adiungi poſſit.*

9 *Vouens opus malum, vel bonum ad malum finem peccat duplici peccato mortali, ſi materia, & finis eſt mortalis.*

10 *Hæc difficultas intelligitur cum duplici limitatione.*

VNICA PROPOSITIO.

1 OPus malum non poteſt eſſe materia voti, cõſequenter, ſi votum fiat de re mala, inualidum eſt. Ita D.Tho.2.2.q.88. art.2. Sotus lib.7.q.1. art. 3. Nauar. cap. 12. num.28.Suarez lib.2.de voto cap.5. & alij. Ratio eſt quia Deus non acceptat promiſsionem rei ſibi ingratæ; opus autem malum eſt Deo ingratum.

2 Hinc ſequitur primò, votum de re aliqua prohibita à ſuperiore inualidum eſſe, nam eſt de materia illicita; votum verò rei licitæ factũ ab eo, qui prohibetur vouere, validum eſt, quamuis vouens peccet vouendo contra præceptum legitimum ſuperioris, vt per ſe patet. Ita Sanchez lib.4.cap.6.num. 3. Ratio autem, cur hoc votum validum ſit, eſt quia materia ipſius eſt licita vt ſupponitur. Ex quo fit, vt qui ex iuſta cauſa vouit ſe amplius non emiſſurum vota abſq; conſilio Confeſſarij, teneatur ſtare voto facto contra prius votum de non vouendo, quamuis peccet vouendo, non præmiſſo Confeſſarij conſilio.

3 Secundò validum eſſe votum, quo quis amore continentiæ vouit ſe non amplius peccaturum, niſi cũ tali fœmina; nam hoc votum non eſt de re mala, ſed bona, & ex fine honeſto, cum vouens amore continentiæ promittat abſtinentiã ab alijs fœminis, quæ licita eſt, & honeſta. Sanchez lib.4.c.6. num.22.

Pari ratione validum eſſe arbitror votum abſtinendi à tali opere ſeruili in die feſto, aut non fornicandi cum certa fęmina, relicta ſibi facultate peccandi cum alijs fœminis, aut exercendi alia opera ſeruilia; nam materia huius voti non eſt mala, ſed honeſta, & licita etiã ſi alius finis honeſtus non adiungatur; abſtinentia enim à qualibet re mala de ſe honeſta eſt, conſequenter eſt legitima voti materia; niſi ex prauo fine vitietur, ſicut communiter vitiari ſolet, quando vouetur abſtinentia ſolum à tali fœmina, nam vouens communiter reſpicere ſolet ad prauũ finem, nẽpè quia vindictam de illa fœmina ſumere intendit; aut quia, dum cum ea congreditur, modica perfruitur voluptate ob fęminæ deformitatẽ, vel ob halitus fœtorem. Ita Sanchez lib.4.cap.7. nu. 17.

4 Tertiò votum, quo quis vouet certam pecuniam in eleemoſynam hac expreſſa intentione, vt voto non ſatisfaciat, tradita æquiualenti, validum eſſe; nam eſt de materia bona vergente in cultum, & honorem Dei, quãuis fortè adſit aliqua ſuperſtitio. Ita Abulenſis cap. 30. Numer.q. 54. contra Sanchez in ſum.lib.4.cap.7. num.18.

Addo cum eodem Abulenſi vouẽtem ſatisfacere tradito æquiualenti, quia votum quo ad hanc partem non videtur validum, cum per ſe loquendo non ſit magis acceptum Deo tradere certam illam pecuniam, quam æquiualentem, niſi fortè ſpecialis aliqua ratio ſubſit, ob quam illam potius, quam aliam

tradere

tradere promiſerit.

5 Quartò ſequitur inualidū eſſe votū de immoderatis macerationibus corporis, quæ iuri naturæ aduerſantur, vt accidit quando macerationes coniunctæ ſunt cum periculo mortis, aut alicuius morbi, vel quando allaturæ ſunt impedimentum vouenti, ne poſsit munere ſuo fungi. Hoc tamen votum eſt inualidum ſolum quò ad exceſſum quia quò ad hanc partem cenſetur de re mala, conſequenter quò ad hanc partem non obligat; nec eſt adimplendum.

Addo non ſolum non eſſe adimplendum, dum conſtat macerationes eſſe immoderatas, verum etiã quando dubitatur, vel eſt opinio probabilis eas eſſe immoderatas, & corpori notabiliter nocituras. Idem dicendum eſt, quando dubitatur an materia voti ſit bona, vel mala; nam vouens exponeret ſe periculo faciendi rem malam, cum fieri poſsit, vt macerationes ſint immoderatæ, & grauiter nocituræ; nec opinio probabilis in hac re ꝓdeſt, vt oſtendi de peccatis cum communi Doctorum ſentẽtia. Quò ad reliquam verò macerationum partem moderatam, validum eſt votum, vt ſic enim eſt de re licita, & bona, & vtile per inutile non vitiatur regula Vtile, de regulis iuris in 6. Ita Syluest. verbo Votum 1. quæſito 4. Sanchez cap. 6. nu. 4. 5. & 6. Sotus lib. 7. q. 1. art. 3. ad vltimum. Tabien. verbo Votum 1. nu. vltimo, & alij apud Sanchez nu 4.

6 Quintò validum videri votum ieiunandi toto anno, etiam diebus Dominicis. Ratio eſt tum quia videtur de re licita. Tum quia validum eſt votum ieiunandi aliquibus diebus Dominicis; præciſo tamen ſcandalo, aut fine peccaminoſo, vt docet Sãchez loco ſtatim citãdo, & alij; ergo etiam validum videtur votum ieiunandi toto anno etiam diebus Dominicis. Tũ quia quamuis alias vetitũ eſſet ieiunare diebus Dominicis, cap. Si quis tanquam, & cap. Sacerdos 26. q. 6. & c. Ne quis ieiunet de conſecratione d. 3. in quibus textibus interdicebatur ieiunium ad refellẽdum errorem Manicheorum, qui hoc ieiunium indixerant in contemptũ Reſurrectionis Chriſti; cum tamẽ hic error abolitus ſit, non uidetur amplius illicitum ieiunare die Dominico, ut docet Leſsius lib. 4. cap. 2. dub. 9. nu. 68. Sanchez in opere moral. lib. 2. cap. 37. nu. 12. Valent. 2. 2. diſp. 9. q. 2. punct. 4. dub. 2. Azor. 1. parte lib. 7. cap. 26. quæſito ultimo, & alij apud præcit. DD. contra Clauem Reg. lib. 4. cap. 4. nu. 2. Suarez lib. 3. de uoto cap. 6. n. 21. verſiculo Dices, & alios; conſequenter ualidum uidetur uotum ieiunandi toto anno etiã diebus Dominicis præciſo ſcandalo, ſuperſtitione, & alio prauo fine.

Ex quo à fortiori licet inferre, eum, qui ex honeſto fine uouet ieiunare proxima die Dominica, uel aliquibus diebus Dominicis, ualidè uouere. Ita Sanchez nu. 16. & alij contra Suarez loco citat. & alios. Secus ſi uoueat ex fine aliquo prauo, uel ſuperſtitioſo, ut ſi ſtudio ſingularitatis uoueat ieiunare ſingulis dieb' Dominicis; hic enim peccat ſuperfluo cultu, quẽ ſupra puncto primo de Superſtitione dixi eſſe peccaminoſum; quamquã hoc peccatum regulariter loquendo uidetur ſolũ ueniale præciſo fine, alijsq; circun-

Digitized by Google

circunſtantijs mortaliter peccaminoſis.

7 Maior difficultas eſt, utrum ualidum ſit uotum; quando promittitur materia aliqua de ſe bona, ſed adiungitur illi malus finis.

Reſpondeo uotum inualidū eſſe quoties promittitur aliquid ad cōſequendum finem malum, uel ad agendas gratias pro fine malo, ut ſi quis uoueat eleemoſynam ut obtineat uindictam, uel quia obtinuit uindictam de inimico. Vt hoc melius intelligatur.

8 Aduertendum eſt multis modis fieri poſſe, ut malum uoto adiungatur.

Primò, quando opus bonum uouetur ad conſequendum finem malū, ut ſi quis promittat Deo, ſe traditurum Eccleſiæ eleemoſynam ad obtinendam uindictam, aut uanam gloriam, uel ſi lucrum reportauerit ex contractibus uſurarijs, & in his caſibus uotum eſt inualidum. Ratio eſt quia uouetur bonum opus, ut malus finis obtineatur; conſequenter ordinatur opus bonum ad malum finem, quod eſt peccatum; cum peccatum ſumat ſpeciem ab obiecto, & participet bonitatem, uel malitiam finis; ſicut autem peccatum non poteſt eſſe materia uoti, ita neque opus, quod alioquin eſſet bonum, poteſt eſſe materia uoti, quod dirigitur, & ordinatur ad malum obtinendum; cenſetur enim uotum rei malæ, & peccaminoſæ. Ita DD. ſtatim citandi.

Idem dicendum de voto, quo meretrix certam eleemoſynā promittit ſi tot nummos lucrata fuerit meretricādo intēdens à Deo exaudiri, vt multi ad ipsā accedant, vt hoc lucrum referat; hoc enim votum blaſphemiam continet, & eſt inualidum, vt patet ex dictis de iuramento. Secus dicendū eſt, ſi meretrix pręciſo prauo fine titulo eleemoſynæ voueat certum lucrum ex meretricio acquiſitum, vel acquirendum; ſicut validum eſt votum dandi certam eleemoſynam ex lucro per ludum illicitum acquiſito; modò lucrum non ſit obnoxiū reſtitutioni. Ita Azor. 1. parte lib. 11. c. 15. quæſ. 3. Sanchez. lib. 4. cap. 6. nu. 20. & 21.

Secundò quando vouetur opus bonum ad agēdas gratias pro malo fine obtento, vel ad malum finē obtinendum, & tunc etiam votum eſt inualidum, quia Deus non acceptat aliquid vt ſit auctor peccati, aut in gratiarum actionem, quaſi fuerit auctor peccati. Immo huiuſmodi votum videtur blaſphemiam cōtinere, quia videtur aliquid Deo tribui, quod ipſi non conuenit, cum Deus auctor peccati fieri videatur. Ita DD. ſtatim citandi.

Tertiò quando opus bonum vouetur ad conſequendum bonū cōſurgens ex aliquo malo, ſeu ſupponens actionem malā, vt ſi quis voueat religionem, ſi non fuerit deprehenſus in delicto, vel ſi ex duello incolumis extiterit, vel ſi captus liber euaſerit à pœna, vel ſi è ludo lucrum reportauerit, modò non ſit lucrū iniquum, vel ſi ex fornicatione filium ſuſceperit, &c. & tūc votum tenet, quia incolumitas, lucrum, & filius non ſunt quid malum; ſed bonum; conſequenter ſi votum de re bona fiat ad illa conſequenda validum eſt, & Deo acceptum, quamuis duellum, & fornicatio ſint peccata; non enim votū dirigitur ad hæc peccata, ſed ad aliquid

Digitized by Google

aliquid bonum ſuppoſito peccato; vt in ſimili dixi punct. 2. de voto conditionali quęſito 1. verſic. Dico tertiò. Ita Suarez lib. 2. de voto cap. 5. nu. 4. Leſsius, Sanchez, & alij DD. ſtatim citandi.

Quartò quando opus bonũ promittitur ob finem principalem bonum, ſed ſecundarius finis, ſeu cauſa applicandæ voluntatis ad votũ, ſeu cauſa impulſiua ad votum, eſt mala, & tunc votum validum eſt, cum ſit de re Deo grata, & accepta: Ideo ſi quis voueat religionem, vt lautè viuat, validè vouet, quia lautus victus non eſt finis primarius voti, ſed eſt tantum cauſa impulſiua. Ita Azor. lib. 11. cap. 15. quęſi. 3. Leſ. lib. 2. cap. 40. dub. 5. nu. 36. Nauar. cap. 12. nu. 30. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 2. Sanchez lib. 4. cap. 6. nu. 13. Suarez lib. 1. de voto cap. 5. nu. 5. Toletus lib. 4. cap. 17. nu. 16. & alij apud præcitatos DD.

9 Quæres quot, & qualia peccata committat, qui vouet opus malum, vel bonum ad malum finem.

Reſpondeo, committere duplex peccatum, vnum propter affectum, quem vouens habet ad prauũ opus, vel ad prauum finẽ; affectus enim, vel propoſitum peccandi eſt peccatum illius ſpeciei, cuius eſt opus, & finis; ſpecificatur enim ab actu externo, ſeu ab obiecto; Alterum contra religionem voti, cum faciat irreuerentiam religioni volendo ſe ad peccatum obligare; hoc autem peccatum eſt mortale, ſi materia, vel finis eſt mortalis, nam vouens facit grauem irreuerentiam Deo cõtra religionem volẽdo ſe per votum obligare ad peccatum graue, vel ad aliquod opus per ordinem ad peccatum graue. Si verò materia promiſſa eſt leuis, aut ſi finis eſt tantummodò venialis committitur peccatum tantummodò veniale. Ratio eſt tum quia non adeſt grauis irreuerentia contra religionẽ voti. Tum quia obſeruatio huius voti eſt ſolum venialis, ergo & eius emiſsio. Ita Nauar. Sot. & Sylueſt. locis ſtatim citandis.

Hoc tamen intelligendum eſt cũ duplici limitatione.

10 Prima eſt modò hoc votum nõ emittatur tanquã aliquid Deo placẽs, vel ad obtinendũ à Deo malũ, vel ad agẽdas gratias Deo pro malo fine obtento, tunc enim committitur peccatum blaſphemiæ, cum attribuatur Deo, quod non poteſt habere, & Deus efficiatur auctor peccati; blaſphemia autem ſemper eſt mortalis. Ita Nauar. cap. 12. nu. 33. Syluest. ver. votum 1. quæſito 4. Sotus loc. cit. Sanchez nu. 9. & 15. Suarez lib. 5. de voto cap. 12. nu. 12. Reginal. lib. 18. tract. 3. nu. 257. quãquam Suarez, Leſsius, & alij aſſerũt votum de re mala ſemper eſſe peccatum mortale, etiamſi blaſphemiam non contineat.

Secunda eſt modò opus non dirigatur ad malum finẽ licet venialem dum emittitur votum profeſsionis; tunc enim committitur peccatum mortale, quia cum votum, quod ob malum finem emittitur, ſit inualidum, ſequitur etiam inualidã eſſe profeſsionem, quæ tria vota continet, qui autem inualidã profeſsionem facit, mortaliter peccat, quia decipit religionẽ in re graui, & fieri poteſt, vt religio graue damnũ patiatur, vt in ſimili docet Caietanus ver. Votum cap. 3. de eo qui fictè profeſsionem facit, & Sãchez in ſum. lib. 4. c. 1. n. 38. & c. 6. nu. 15.

§. II.

§. II.

Vtrum votum de re indifferente ſit validũ, ſeu vtrum res indifferens poſſit eſſe materia voti.

1 *Res dicitur indifferens quando nõ habet rationem boni, vel mali.*

2 *Votum de re indifferente non eſt validum.*

3 *Aliqua inferuntur ex propoſitione.*

4 *Res indifferens poteſt eſſe materia voti. Primò quando adeſt bonus finis. Secundò ſi ea materia inſeruiat ad bonum finem conſequendum. Tertiò vt bonus finis ſit intẽtus à vouente. Quartò vt honeſtus finis tẽpore voti non ceſſauerit.*

5 *Vouens, ſi dubitet an materia promiſſa ſit indifferens, vel bona, tenetur votum adimplere.*

6 *Votum rei bonæ factum ob finem indifferentem validum eſt.*

7 *Votum factum ad obtinenda bona tẽporalia valet, modò non vitietur ex alia circunſtantia.*

8 *Vouens eleemoſynam ſi nupſerit; nõ ludere, ne amittat. & vouens ieiuniũ, vt parcat expẽſis, validè vouet.*

9 *Non valet votum ſi eius materia ab initio erat indifferens, nec vouens ſibi honeſtum finem conſtituit. Secus ſi vouens intẽdit adimplere votum quando materia non erit amplius indifferens, vel impoſſibilis.*

10 *Qui vouit quotidie miſſam audire dũ exiſtit in mari, in carcere vel in excommunicatione, tenebitur illã audire data opportunitate.*

1 Notandum eam rem dici indifferentem, quæ non habet rationem boni, aut mali, nec magis conducit ad vitam æternam obtinendam quam eius omiſſio. Ita Syluest. ver. Votum 1. q. 4. & Angelus eodem ver. nu. 4.

VNICA PROPOSITIO.

2 Votum de re indifferente nõ eſt validum. Ratio eſt tum quia materia voti debet eſſe res ad cultum Dei pertinens; votum enim eſt actus religionis res autem indifferens non pertinet ad cultum Dei. Tum quia res indifferens non eſt magis Deo accepta, quam eius oppoſita; votum autem debet eſſe de meliori bono. Ita Syluest. & Angelus locis cit. Arrag. 2. 2. quæſt. 88. art. 2. dub. 1. Sot. 7. de iuſt. quæſt. 1. art. 3. Rodriquez in ſumma 2. parte c. 94. n. 6. Sanchez in opere morali lib. 4. c. 7. nu. 2. Nauar. c. 12. nu. 37.

3 Hinc ſequitur primò inualidum eſſe votum, quo quis vouit non abſcindere vngues die Sabbati in honorem Beatæ Virginis; nã licet honos intentus ſit bonus, nihilominus abſtinere à præciſione vnguiũ nihil confert ad honorem Dei.

Secundò ob eandem rationem inualidum eſſe votum illius, qui vouet non comedere capita animaliũ in honorem Sãcti Ioãnis Baptiſtę. Ita DD. cit. & alij apud Sãchez n. 9.

Tertiò inualidũ eſſe votũ adeũdi vrbem cauſa illius inuiſendæ; Secus ſi fiat cauſa inuiſendæ alicuius ſacræ imaginis, vel adorandi reliquias. Ita Sanchez loc. cit. nu. 12. & Nauar. loc. cit. nu. 28.

Quartò inualidum eſſe votum nõ equitandi, aut nõ ingrediendi mare; nã materia huius voti eſt indifferens, nec vllo fine bono cohoneſtatur, vt ſuppono; ſi verò fiat ex ho-

Digitized by Google

neſto, vt ſi quis votum emittat non ingrediendi mare ad præcauendũ peculiare periculum, quod pati ſolet ingrediendo mare ob peculiarem ſui ſtomachi diſpoſitionem, vel ſi votum faciat non conſcendẽdi equum ob peculiare periculum, quod ſubire ſolet equitãdo, vel ob affectũ ad carnis macerationem, quæ ex itinere pedetentim facto, ſequitur. Ita Sanchez nu. 15.

4 Concedo tamẽ rem indifferentem poſſe eſſe materiam voti, & votum de ea factum obligare concurrentibus his quatuor cõditionibus.

Prima eſt, vt adſit bonus finis, vt conſtat ex rationibus allatis. Defectu huius conditionis inualidum eſt votum non tranſeundi per aliquam viam factum abſque honeſto fine. Secus ſi factum ſit ob bonum, & honeſtum finem, exemp. gra. ad vitandam peccati occaſionem, tũc enim, licet non tranſire per talem viam ſit res ex ſe indifferens, nihilominus ratione boni finis cohoneſtatur, & validum eſt uotum, nec non ſeruandum eſt, quandiu adeſt occaſio peccandi tranſeundo.

Secunda conditio eſt, vt res indifferens, quę eſt materia uoti, conducat, & inſeruiat ad talem bonũ finem, alioquin perinde eſſet, ac ſi finis honeſtus non adeſſet.

Hinc fit, ut uotum non comedẽdi capita animalium in honorem S. Ioannis Baptiſtæ inualidum ſit, quia materia huius uoti non inſeruit honori S. Ioannis; qualis enim honos in Sanctum Ioannem confertur ex abſtinentia capitum animalium, cum uouens adhuc poſsit ueſci alijs partibus animalium, palato forſan gratioribus? ſecus ſi moueatur ad uouendum, ut ſe priuet ſpeciali ſapore, & uoluptate, quæ ſpecialiter percipitur ex illarum partium eſu. Ita Sanch. n. 8. & 9.

Item uotum non nendi in die Sabbati in honorẽ B. Virginis inualidũ eſt, quia ab hoc opere abſtinere non põt ex ſua natura cõputari inter obſequia B. Virg., ut ait Nauar. cap. 12. nu. 28. Reginald. n. 254. nec inſeruit honori B. Virginis, cũ uouenti liberum adhuc ſit ſeſe occupare in alijs operibus ſeruilibus mentem ad terrena magis inclinãtibus, ut benè ait Sanchez cap. 7. n. 6. Validum uerò eſſet uotũ de non nendo in die Sabbati, ut uouens poſsit recitare roſarium; nam adeſt bonus finis, & abſtinentia à nendo conducit occaſioni recitãdi roſarium, quæ impediebatur per illud opus. Ita Nauar. loc. cit. Validum etiam eſt uotum abſtinendi in die Sabbati ab omni opere ſeruili in honorem B. Virginis, nam hoc uotum eſt de materia bona, & conducente ad honorem B. Virginis. Ita Nauar. loc. cit. Sanchez nu. 7. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 14. quæſito 5. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 2. difficultate 3.

Votum uerò nõ comedendi carnes aſſatas in die S. Laurentij inualidum eſt, cum hoc non inſeruiat eius honori; adhuc enim liberũ eſt uouenti ueſci alijs quibuſcunque carnibus. Secus ſi uotum eſſet abſtinendi ab omnibus carnibus, uel abſtinẽdi à carnibus aſſatis ob peculiarem ipſarum ſaporem, nã hæc abſtinentia eſt grata Sancto, & cõducit ad ipſius honorẽ; conſequenter uotum abſtinendi ab huiuſmodi carnibus ualidum eſt. Ita Sanchez nu. 8. ſicut etiam eſt ualidum uotum de portanda ſemper ueſte

alba,

alba, ut ait Sotus lib. 7. quæſt. 1. art. 3. Azor. loc. cit. & alij contra Sanchez loc. cit. n. 11. & alios, hoc enim eſt ſignum caſtitatis, & mouere poteſt geſtantem hunc habitum ad ſectandam caſtitatem: Validum etiam eſt uotum deferendi ueſtes uiles, quia ſunt ſignum pœnitentiæ, ad quam excitant. Præterea ualidum eſt uotum non edendi cibũ igne conditum in uigilia, uel die S. Laurentij; nam magnum eſt abſtinentiæ argumentum edere ſolum fructus, ſeq; ab omnibus cibis igne conditis abſtinere. Ita Sanchez nu. 10. contra nonnullos alios.

Tertia conditio eſt, ut in uoto rei indifferentis ille finis honeſtus intendatur ab ipſo uouente. Ratio eſt quia ſi finis non intẽdatur à uouente res manet indifferens; ſi uerò finis honeſtus intẽdatur, ab eo cohoneſtatur.

Hinc ſequitur non eſſe ualidum uotum de re ex ſe indifferente factum abſque honeſto fine intento, quamuis uerè adſit, uel ſuperueniat cauſa, ob quam bonum ſit adimplere id, quod uoto promiſſum eſt; unde qui uouit non ingredi talem domum nullo ſibi honeſto fine propoſito non ualidè uouit, etiamſi poſtea contingat domum illam inhabitari à fornicaria muliere occaſionem peccandi præbente, quãquam uouens tenebitur abſtinere ab ingreſſu illius domus, ut euitet periculum peccandi, non ex ui uoti cum abſtinentia ab ingreſſu illius domus, ſi ſpectetur, ut materia illius uoti, ſit indifferens; uouẽs enim non ſpectauit, nec intendit hunc finem, ſed ratione præcepti, quo tenemur peccata carnalia præcauere. Ita Sanchez nu. 19.

Quarta cõditio eſt, ut honeſtus finis, ob quem res indifferens fuit voto promiſſa, nondum ceſſauerit, alioquin res adhuc eſſet indifferẽs.

Ex quo fit, vt votũ non tranſeundi per talem viam, vel non ingrediendi talem domum ob periculũ fornicandi cum Berta, quæ ibi habitat, obliget quãdiu Berta ibi habitat, & dum eſt periculum cum ea fornicandi. Secus dicendum eſt, ſi periculum fornicandi ſublatum ſit, aut Berta domicilium mutauerit, tunc enim vouens poterit eam domũ ingredi, quia ceſſauit finis honeſtus, propter quem votum factũ fuerat, & hoc verum eſt, quamuis in eandem domum aduenians aliæ mulieres, cum quibus periculũ fornicandi ſubſit, vt patet ex tertia conditione. Ratio eſt quia vouit non ingredi talem domum ob periculum fornicandi cum Berta, non verò cum alijs, conſequenter ipſa recedente ceſſat finis, intuitu cuius factum fuerat votum: Immo ſi Berta adhuc in eadem domo habitet, votum non obligat, ſublato periculo cum ea fornicandi, licet adſit occaſio alterius peccati, vt detractionis, aut furti, &c. nam vouens vouit non ingredi ad vitandã fornicationem, non verò ad vitanda alia peccata; conſequenter ſublato periculo fornicandi ceſſat finis voti; conſequenter votum deſinit obligare. Ita Nauar. loc. cit nu. vltimo, & Sanchez nu. 20. Secus dicendum eſt, ſi manẽte periculo fornicandi Berta in eadem domo habitet, ſeu mutato domicilio iterũ incipiat in eadem domo habitare; tunc enim vouens ab ingreſſu illius domus tenebitur abſtinere quandiu reuiuiſcit occaſio mali, ad qđ vitan-

Digitized by Google

vitandum vouens emiſit votum; obligatio enim voti per receſſum Bertæ ab ea domo non fuerat extincta, ſed ſuſpenſa. Ita colligo ex Azorio lib. 11. cap. 14. quæſito 5. Nauar. cap. 12. nu. vltimo, Sanchez cap. 7. num. 19. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. pun. 2. Claue Regia, & alijs.

5 Quæres primò an vouẽs teneatˉ votũ adimplere, ſi dubitet, an materia promiſſa ſit indifferens, vel bona.

Reſpondeo teneri votum adimplere. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro voto. Tum quia in dubio ius præſumit pro valore actus cap. Abbate de verborum ſignificatione, & l. Quoties de rebus dubijs. Ita Rodriquez cap. 94. n. 7. Arrag. loc. cit. dub. 1. circa 3. concluſionẽ, Sanchez num. 21. Si verò vouens habeat opinionem probabilem aſſerentem materiam eſſe indifferentem poterit ſequi quam maluerit opinionem, etiamſi contraria probabilior ſit. Ita Sanchez nu. 21.

Idem dicendum eſt cum eodem Sanchez cap. 4. nu. 19. quando dubitatur, an materia promiſſa ſit poſſibilis, vel impoſsibilis. Secus dicendum eſt ſi dubitetur an materia voti ſit licita. Ita Sanchez cap. 11. nu. 34. & alij contra Suarez lib. 4. de voto cap. 6. n. 12. verſic. Nihilominus contrarium; nam vouens exponeret ſe periculo peccandi, cũ fieri poſsit, vt res mala ſit; nec eſt licitum operari cum ſcientia practicè dubia, vt oſtendimus in quæſt. de peccatis.

6 Quæres ſecundò vtrum votum rei bonæ factum ob finem indifferentem, aut ad obtinenda bona tẽporalia validum ſit.

Reſpondeo votum rei bonę factum ob finem indifferentem validũ eſſe. Ratio eſt tum quia eſt de bono meliori, quàm ſit eius oppoſitũ. Tum quia eſt actus virtutis religionis, & quamuis non participet bonitatem, quam participaret à bono fine, ſi vouens bonum ſibi finẽ propoſuiſſet, nihilominus neq; participat malitiam, cum finis ſit indifferens. Tum quia ſicut validum eſt iuramentum factum ob finem aliquem temporalem, vt dictum eſt de Iuramento, ita validum eſt votum. Ita Sylueſt. verbo Votum primo quæſito 4. Ang. verbo Votum primo nu. 4. Suarez lib. 2. de iuramẽto c. 5. nu. 5. & alij contra Sanchez ex parte lib. 4. cap. 7. nu. 25. verſ. At loquendo.

7 Hinc ſequitur primò, inquit Sylueſter verb. Votum primo quæſ. 4. & 5. Sotus 7. de iuſtit. quæſt. 1. art. 3. ad finem verſ. An verò, & alij apud Sanchez loc. cit. nu. 22. votum factũ ad obtinẽda bona temporalia validum eſſe, modò aliqua circũſtantia illud non vitiet.

Obſerua tamen votum rei licitę factum ad obtinenda bona temporalia ordinariè non obligare non obtentis bonis. Ratio eſt quia, niſi aliter conſtet de voluntate vouentis, votum cenſetur factum cum hac tacita cõditione, ſi bona obtineantur. Ita Sanchez loc. cit. nu. 30. vbi refert Sotum, & Ricardum.

8 Secundò validum eſſe votum eleemoſynę factum ad hunc finem, vt Deus concedat matrimoniũ vouenti. Ratio eſt quia hoc votum eſt de re bona, quæ non vitiatur ob finem matrimonij; matrimonium. n. eſt ſtatus bonus inſtitutus ad comprimendam libidinem, & ad prolẽ procreandam, conſequenter non

vitiat

Digitized by Google

vitiat materiã voti, nec illã efficit illicitam, licet matrimonium ſit cõtra conſilia. Ita Sanchez cap.8.nu. 56.& Sotus lib.7.quæſt.1.art.3.

Tertiò ſequitur validum eſſe votum non ludendi factum ad hunc finem, ne vouens faciat iacturam rerum temporalium, nam eſt de re bona, nec adeſt finis vitians, vt patet ex ſupradictis de iuramento.

Quartò validum eſſe votum ieiunandi factum hoc fine, vt vouens parcat ſumptibus, & expenſis.

9 Quæres tertiò, vtrum validum ſit votum, quo quis vouet aliquid, quod à principio eſt indifferens, aut malũ, ſed poſtea bonũ efficitur.

Reſpondeo votum non eſſe validum, ſi materia voti ab initio erat indifferens, nec vouens honeſtum ſibi finem conſtituit, ob quem illa effecta ſit apta materia voti, vt patet ex rationibus, & ex conditionibus ſupra poſitis. Immo hoc votum non redditur validum, etiamſi materia ipſius poſtea fiat honeſta ob finem aliquem bonum ſuperueniẽtem non intentum à vouente. Ratio eſt quia, non firmatur tractu tẽporis, quod ab initio non ſubſiſtit l. Quod ab initio.ff. eodem, & cap. Nõ firmatur de reg.iuris in 6. Ideo qui ſine fine honeſto vouit non ingredi certam domum, non tenetur ex vi voti abſtinere ab eius ingreſſu, quamuis poſtea contingat bonũ eſſe abſtinere ab illius ingreſſu, eo quod mulieres fornicariæ ibi habitare incipiant.

Si verò materia ab initio erat indifferens, ſed vouens intẽdit adimplere votum pro tempore, quo materia bona eſt, ſeu ſi vouens finem aliquem honeſtum ſibi conſtituit, ob quẽ res illa alioquin indifferens effecta eſt apta voti materia, votũ validum eſt; quia non cenſetur de re indifferente, ſed de re bona, & honeſta; propterea qui vouit non ingredi certam domum præuidens domum illam habitandam eſſe à mulieribus fornicarijs, tenebitur ſtare voto pro tempore, quo fœminæ fornicariæ ibi habitabunt; nam pro eo tempore vera eſt materia voti, & ad illud tempus intentio vouentis ſe ſe extendit. Itaque in hoc caſu non eſt attendendum, an materia voti eſſet indifferens, dum votum fuit emiſſum, ſed reſpiciendum eſt, an tẽpore adimpletionis voti materia ſit bona.

Ex quo patet quid dicendum ſit de materia impoſſibili; licet enim materia voti ſit impoſſibilis tunc temporis, quo votum emittitur, nihilominus validum eſt votũ ſi materia poſſibilis ſit, dum votum adimplendum eſt. Sic enim non cenſetur de re impoſſibili.

10 Hinc ſequitur, eum, qui dum exiſtit in mari, aut in excommunicatione, aut in carcere vouet quotidie ſacrum audire, teneri ſacrum audire, dum exiſtit in loco, in quo Miſſæ ſacrum audire poteſt; quamuis dum in mari exiſtit, ſacrum audire nequeat ob maris, vel excommunicationis, vel carceris impedimentum. Ratio eſt quia huiuſmodi votum habet tractũ ſucceſſiuũ, cum non ſit factum ſolum pro tempore, quo vouens exiſtit in mari &c. ſed etiam pro futuro tempore, quo nullo detinebitur impedimẽto audiendæ Miſſæ.

Hinc etiam patet quid dicendũ ſit de iuramento; nam ſi materia iuramenti ſit impoſſibilis tunc tẽporis, quo ſit iuramentum, validum

eſt iuramentum, ſi eius materia fiat poſsibilis pro tempore, quo iuramentum eſt adimplendum, vt patet ex allata ratione.

§. III.

Vtrum materia, quæ vouetur debeat eſse in noſtra poteſtate.

1 *Materia, quæ vouetur debet eſſe in poteſtate vouentis.*

2 *Votum de non moriendo non eſt validum.*

3 *Votum, cuius finis eſt impoſſibilis, an valeat.*

4 *Votum de nunquam peccando mortaliter, & venialiter, videtur validũ.*

5 *Votum adhibendi ſpecialem diligentiam ad euitanda omnia peccata, validum eſt.*

6 *Vouens ſe nihil coctum tali die comeſturum, & præterea vouens alia die nihil præter panem ſumpturũ, tenetur vtrumque votum adimplere, ſi tempore ſecundi voti memor erat prioris emiſſi.*

7 *Promittens voto vt alter audiat ſacrũ, vel recitet roſariũ &c. validè votum emittit.*

8 *Emittens duo vota incompoſſibilia eodem tempore adimplenda inualidè vouet. Secus ſi diuerſo tempore ſint adimplenda.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Materia, quæ vouetur, debet eſſe in poteſtate vouentis. Ratio eſt quia impoſsibilium non eſt obligatio, nec vllus rationabiliter alteri promittit, quod non eſt in ſua poteſtate.

2 Hinc ſequitur primò, votum de non moriendo non eſſe validum; cum non ſit in poteſtate vouentis nolle mori; nobis enim moriendũ eſt velimus, nolimus.

3 Secũdò inualidum eſſe votum, cuius finis eſt impoſsibilis putat Sanchez lib. 4. cap. 4. nu. 8.

Sed hoc non ſimpliciter approbo niſi votum ſit factum per errorem, vel dolum verſantem circa cauſam finalem, ſeu niſi factum ſit ſub conditione conditionis impoſſibilis, vt ſuperius dixi, ſeu niſi factum ſit, vt ſolum adimpleatur poſito fine impoſsibili; vnde videtur validum votum recitandi ſtatim Roſarij factum à cęco à natiuitate, vt intra annum remedium inueniat acquirendi oculos, ſeu quo miraculosè ſanetur; nam materia huius voti non videtur vitiari, ob finem additum naturaliter impoſsibilẽ.

4 Tertiò votum de nunquam peccando ſimpliciter, aut de nunquã peccando mortaliter, nec venialiter, aut de non peccando venialiter, vel mortaliter; aut de nunquã peccãdo venialiter, inualidum eſſe putant Doctores ſtatim citandi, nã videtur votũ de re moraliter impoſſibili; cum nemo poſsit cum ſolo Dei auxilio ordinario vitare omnia peccata venialia. Validum tamen putant votum fugiendi omnia peccata mortalia, nam eſt votum de re moraliter poſsibili per gratiam. Ita Azor. 1. parte lib. 11. cap. 14. quæſ. 4. Suarez lib. 2. de voto cap. 3. Arrag. 2. 2. q. 88. art. 2. dub. 2. Rodriquez cap. 49. num. 4. Valen. diſp. 6. quæſ. 6. pun. 2. verſ. Si autem. Sanchez lib. 4. cap. 5. nu. 10. & alij contra Nauar. cap. 12. nu. 65.

Ego verò non ſolum cenſeo validum eſſe votum vitandi omnia

mor-

Digitized by Google

mortalia, verum etiã validum eſſe votum vitãdi peccata ſimpliciter, ſeu non peccandi mortaliter, nec venialiter; ſeu nunquam peccandi venialiter, aut mortaliter, ſeu nunquam peccãdi. Ratio eſt tum quia lex naturalis diuina obligat ad omnia peccata vitanda. Immo omnia peccata poſſe ſub prohibitionem Eccleſiaſticam cadere diximus de legibus pun. 5. ergo ēt cadere poſſunt ſub legem priuatam voti. Tum quia validum eſt votum circa ſingula diſiunctim; ergo etiam validum eſt votum vitandi omnia peccata. Tum quia in ſententia eiuſdē Sanchez nu. 20. Azorij, Rodriquez, & aliorum validum eſt votum cōfitendi omnia peccata etiam venialia; ergo etiam videtur validum votum vitandi omnia, etiam venialia, & ſicut illud cēſetur factum ad confitenda omnia, quæ adhibita morali diligentia venerint in mentem, dum confeſsio facienda eſt, ita hoc videtur factum ad vitanda omnia, quæ moraliter vitari poterunt, ſicut qui nō poteſt totum prę ceptum adimplere, tenetur ſaltem ad partem, quam poteſt, vt docui de legibus ad finem. Ita Angles in floribus Theologicis 2. par. quæſt. vnica de voto difficultate 8. & idē videtur ſentire Suarez lib. 2. de voto cap. 3. nu. 5. & 14 Nauar. cap. 12. nu. 34. vbi docet eum, qui in genere vouit, ſe non amplius peccaturũ, teneri in cōfeſsione exprimere circunſtantiam voti: ergo ſupponere videtur votum fuiſſe validum, ſaltē ad vitanda peccata, quę moraliter, & cum auxilio Dei ordinario vitari poſſunt.

Hinc patet à fortiori validum eſſe uotum uitandi aliqua uenialia, uel etiam omnia in certa materia, exempli gratia nō loquendi uerbũ otioſum, non mentiendi &c. conſequenter uouentem teneri ex ui uoti, ad hęc peccata pręcauenda, ſaltem quando ea moraliter præcauere poteſt. Ita Angles, & alij; quidquid in contrarium doceat Sanch. loc. cit. nu. 18. cum alijs.

5 Quartò ualidum eſſe uotũ adhibēdi ſpecialem diligentiã ad uitanda omnia peccata, nam eſt de re moraliter poſsibili. Ita Sanchez nu. 13. Suarez lib. 2. de uoto cap. 3. num. 13.

6 Quintò eũ, qui uouit nihil coctum, neq; panem in uigilia S. Caroli ſe comeſturum, & antea, uel poſtea uouit ſe nihil præter panē diebus Sabbati ſumpturum in honorē Beatiſs. Virginis, teneri utrumque uotum adimplere, ſi dum ſecundũ uotum emiſit, memor erat prioris uoti. Ratio eſt quia utrumque eſt de materia poſsibili, & bona: Si uerò dum ſecundum uotum emiſit, nō erat memor prioris uoti, cui' ſi meminiſſet, non feciſſet ſecundum, tenetur tantummodò primum adimplere; nam ex errore fecit ſecundũ inſcius primi, quod ueroſimiliter excepiſſet, ſi illius memor fuiſſet; uotum autem non obligat ultra intentionem uouentis. Si uerò dum ſecundum emiſit memor quidem erat prioris, ſed poſtea nequit abſque graui incommodo utrumque adimplere, ſed alterum tantum, tenetur adimplere quod melius eſt, ſiue hoc fuerit prius, ſiue poſterius: uotum enim non eſt impeditiuum maioris boni. Si utrumq; eſt æquale, adimplendum eſt primum, ut dicam in ſeptima illatione, ubi etiã idem dicam ſentiendum eſſe, ſi dubitetur

bitetur

bitetur quodnã illorum maius ſit. Ita Sanchez lib. 4. cap. 5. num. 31. Reginal. lib. 18. num. 289. & alij, quos referam illat. 7.

7 Sextò votum, quo quis promittit, vt alter audiat ſacrum, vel recitet roſarium, vel certam eleemoſynam faciat, vel religionem ingrediatur, validum eſſe; quamuis enim factum alienum, ſeu auditio ſacri, vel recitatio roſarij per alterum facienda non ſit in poteſtate vouentis; tamẽ intentio vouentis hæc cẽſetur, vt voluerit ſe obligare ad diligentiam iuxta rei qualitatem debitam bona fide, & ſine fraude adhibendam, vt alter miſſam audiat, vel roſarium recitet, &c. Ita Sanchez loc. cit. nu. 9.

8 Septimò inualida eſſe vota illius, qui duo vota ſimul emiſit incõpoſsibilia, volens ſe ad vtrumque pro eodem tempore obligare, nam eſt votum rei impoſsibilis. Ideò inualidum eſt votum illius, qui eodẽ die vouit audire confeſsiones, & inſeruire Hoſpitali, ſi videlicet voluit ſe ad vtrumq; pro eodem tempore obligare: Si verò voluit tantum ſe ad vnum eorum obligare, tenetur vnum votum adimplere iuxta ipſius vouentis intentionem, vt ait S. Antoninus 2. parte tit. 11. cap. 2. & Azor. loc. cit. cap. 20. quæſito 5. Sanchez lib. 4. cap. 5. n. 22. & in dubio pręſumitur vouentem ſe voluiſſe obligare ad vnum eorum, quia in dubio præſumendum eſt pro validitate actus, vt ſupra dictum eſt.

Dixi qui duo vota incompoſsibilia ſimul emiſit, vt aduerterem vouentem, qui non ſimul, ſed diuerſo tempore duo vota incompoſsibilia emiſit, teneri primum votum adimplere, ſi ſecundum nõ eſt de re magis bona, ſed ſolum de materia æqualiter bona. Ita Azor. loc. cit. Syluester, & Emanuel Sá locis ſtatim citandis, contra Sanchez loc. cit. nu. 28. Ratio eſt quia ſecundum votum eſt de re incompoſsibili cũ materia primi voti, cuius obligatio non videtur auferri per ſecundum votum, niſi fortè fiat commutatio, vt inferius tradam. Idem dicendũ eſt, ſi dubium ſit vtrum illorũ maius ſit. Si verò ſecundum votum eſt de materia magis bona, ſeruãdum eſt ſecundum. Ratio eſt tum quia primum votum non eſt impeditiuum maioris boni. Tum quia concurrẽtibus duobus præceptis incompoſſibilibus eligendum eſt maius, quoties vtrumque ſimul adimpleri nequit. Ita Syluester ver. Votum 2. quæſito 17. Azor. loc. cit. Emanuel Sá ver. Votum nu. 33. & alij apud Sanchez loc. cit. nu. 24.

Obijcies ſi vouens emittat votũ de re, quam certò nouit, vel ſaltem dubitat eſſe incompoſsibilem cum aliquo pręcepto tenetur potius adimplere pręceptũ, quã votum: ergo pari ratione, qui poſt primum votũ emiſit aliud incompoſsibile tenetur potius primum votum adimplere, quam ſecundum.

Reſpondeo conceſſo antecedẽte negandam eſſe conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt quia vouens non poteſt obligare ſe ad aliquid contra præceptum, cum hoc ab ipſius vouentis voluntate non proficiſcatur. Hoc tamen limita, niſi res voto promiſſa adeò vergat in Dei honorem, vt meritò pręferenda ſit Eccleſiaſtico præcepto, tunc enim cum ceſſet obligatio præcepti, ſeruanda erit obligatio voti, cuius adimpletio Deo gratior eſt adim-

pletio-

Digitized by Google

pletione præcepti, vt ſi quis voueat inſigne aliquod pietatis opus incõpatibile adimpletioni pręcepti Eccleſiaſtici, tenebitur potius votum, quam præceptum adimplere, quia cum in eo euentu pręceptum non obliget, vt ſuppono, dicendum eſt votum obligare vtpotè de re magis accepta Deo. Ita Sanchez lib.4.ca.5.nu.32.& cap.6.nu.2.

§. IV.

Vtrum validum ſit votum, cuius materia partim eſt bona, & partim indifferens, partim poſſibilis, & partim impoſſibilis, partim honeſta, & partim turpis.

1 *Si materia voti partim ſit poſſibilis, partim impoſſibilis, partim bona, partim indifferens, &c. adimplenda eſt poſſibilis, bona, &c.*

2 *Votum vitandi omnia peccata ſimpliciter, validum eſt.*

3 *Vouens ædificare totam Eccleſiam, ſi ob inopiam non poſſit totam ædificare, tenetur ad partem.*

4 *Vouens adire Romam genibus flexis, quod illi eſt impoſſibile, tenetur adire eo meliori modo, quo poteſt.*

5 *Vouens principale, & acceſſorium tenetur ſeruare primum, ſi alterum ſeruare nequeat.*

6 *Non tenetur ad acceſſorium, qui principale ſeruare non poteſt, niſi hoc ipſe intenderit.*

7 *Si quis non poſſit perficere pedeſtrem peregrinationem, quam vouit, tenebitur eam equitando perficere, niſi aliter de vouentis intentione colligatur.*

VNICA PROPOSITIO.

1 QVando materia voti partim eſt bona, & partim indifferens; partim poſsibilis, & partim impoſsibilis, partim honeſta, & partim turpis, validum eſt votum quo ad partem poſsibilem, & honeſtã, quæ ſeparari poteſt à parte indifferenti, impoſsibili, & turpi. Ita Suarez lib.2. de voto cap.10.n.2. Valẽtia, Nauarrus, Sanchez, Reginaldus, & alij locis ſtatim citandis. Ratio eſt tum quia hoc votum cẽſetur factum per modum pluriũ votorum; conſequenter quamuis votum rei indifferentis, vel turpis, vel impoſsibilis ſit inualidum, tamẽ validum eſt votum rei bonæ, honeſtæ, & poſsibilis. Tum quia ad hoc facit regula in cap. Vnico §. Vnico de diſponſat. impub. in 6. Si non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere poteſt. Tum quia vtile per inutile non vitiatur cap. Vtile de reg. Iuris in 6. Ita communiter DD.

Hoc tamen limita modò vouens non promiſerit rem bonam, & malam per modum vnius, vel vnã dependenter ab alia, tunc enim ad neutram partem tenetur, ſi alteram adimplere nequeat. Ratio eſt quia vouens non intendit ſe ad vnam partem obligare, niſi etiam ſe obligaret ad aliam, cum autem non potuerit ſe obligare ad alteram, quæ non eſt apta materia voti, fit vt neque obligetur ad illam, quæ eſt apta materia voti. Ita Sanchez, Suarez, & alij DD. ſtatim citandi.

2 Hinc ſequitur primò, inquit Sãchez cap. 5. nu. 15. votum vitandi omnia peccata eſſe ſimpliciter inualidum, quia ſecundum communẽ æſtima-

æſtimationem cenſetur factum per modum vnius; conſequenter vouẽs non tenetur ex vi voti vitare aliqua peccata, quis poſsit ea vitare, validumquè eſſet votum, ſi de illis ſolis factum fuiſſet.

Sed contrarium verius, & probabilius exiſtimo, quis enim prudenter exiſtimet vouentem, qui ex affectu religionis, & amoris in Deum, adductus eſt ad votũ vitandi omnia, voluiſſe ſolum ſe obligare ad abſtinendum ab vno peccato dependenter à fuga alterius. Sed potius eſt vouiſſe abſtinentiam ſimpliciter ab omnibus peccatis quantum poterat. Ita Suarez lib. 2. cap. 3.

3 Secundò ſequitur eum, qui vouit ædificare Eccleſiam, ſi poſtea adeò fiat impotens, vt non poſsit niſi partem ædificare, teneri ad illam partem ędificandam; nam materia voti quò ad illam partẽ poſsibilis eſt, & vergit in cultum, & honorem Dei, fieriquè poteſt, vt alij viſo Eccleſiæ principio moueantur ad Eccleſiam completè ędificandã. Ita Sylueſter verbo Votum 2. quęſito 1. Valentia 2.2. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 4. Nauar. cap. 12. nu. 39. & alij contra Sanchez lib. 4. c. 10. n. 7.

4 Tertiò eũ, qui vouit adire Romam cauſa deuotionis genibus flexis, teneri Romam adire, quamuis genibus flexis adire nequeat, nam materia huius voti quo ad hanc partem eſt poſsibilis, nec vouens præſumitur vnam partem vouiſſe dependenter ab altera. Ita Valentia 2.2. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 4. Syllueſter verbo Votum 2. quæſito 1. Nauar. cap. 30. nu. 39. Idem innuit Reginaldus nu. 238. & alij.

5 Quartò eum, qui duo vouit vnũ principale, & aliud acceſſorium, ſi poteſt adimplere principale, ſeu actum, quo ad ſubſtantiam, teneri illum adimplere, quamuis non poſſit adimplere acceſſorium, ſeu circunſtantias intentas. Ratio eſt quia materia voti quò ad hanc partem eſt poſsibilis, & principale non ceſſat, ceſſante acceſſorio. Hoc tamen intelligitur, modò expreſſe nõ conſtet vouentem habuiſſe intentionem obligandi ſe ad vtrumque per modum vnius, & ad vnum dependenter ab alio, ſeu modò circunſtantiæ non ſint ita intentæ à vouente, vt vouens noluerit ſe obligare ſine illis; tunc enim vouens non obligatur ad votum ſeruandũ, ſi non poteſt ſeruare acceſſorium, ſeu circunſtantias. Ratio eſt tum quia illæ circunſtantiæ non habẽt rationẽ acceſſorij, ſed obiecti principalis. Tum quia votum non obligat vltra intentionem vouentis.

6 Grauior difficultas eſt, vtrum vouens teneatur adimplere acceſſorium, dum non poteſt principale.

Reſpondeo negatiuè, niſi forte conſtet vouentem habuiſſe intentionem obligandi ſe ad acceſſoriũ independenter à principali. Ratio cur non teneatur adimplere acceſſorium eſt quia, hæc præſumitur rationabilis intentio vouentis, qui cenſetur ſe ſolum obligaſſe ad acceſſorium dependenter à principali, ſeu ad vtrumq; per modũ vnius, cùm acceſſorium non trahat ad ſe principale, ſed principale trahat acceſſorium.

Ex quo patet illũ, qui vouit Romam adire indutus ſacco, non teneri ſe induere ſacco, ſi Romã adire nequeat, non enim tenetur ad acceſſorium, qui non poteſt adimplere

Digitized by Google

plere principale. Si verò poteſt Romam adire, ſed non habet ſaccum, quem induat, tenetur adhuc Romã adire, nam qui poteſt adimplere principale, tenetur illud adimplere licet non poſsit adimplere acceſſorium, niſi expreſſe conſtet, vouentem voluiſſe ſe ad vtrumque obligare per modum vnius, & ad vnum dependenter ab alio. Ita Sanchez lib. 4. cap. 10 nu. 10. Suarez lib. 2. de voto cap. 2. & 10.

Præterea patet, eum, qui vouit Conſtantinopolim proficiſci cauſa viſendi morem Turcarum, uel ad comparandas diuitias præmiſſa confeſsione, non teneri ui voti confeſsionem facere. Ratio eſt quia confeſsio eſt acceſſoria rei, quæ non eſt apta materia uoti, nec uouens præſumitur uoluiſſe ſe obligare ad confeſsionem, niſi in ordine ad profectionẽ, quę hic non eſt apta materia uoti. Ita Sanchez num. 10.

7 Quintò ſequitur, eum, qui uouit peregrinationem pedeſtrem teneri peregrinationẽ ſuſcipere, ẽtſi poſtea pedibus incedere nequeat, nã materia uoti quò ad illam partem eſt poſsibilis, & peregrinatio perfici poteſt equitando: ſi uerò uouit peregrinationem equeſtrem Sanchez loc. cit. Suarez loc. cit. cap. 2. nu. 11. putat non teneri peregrinationem pedeſtrem ſuſcipere, ſi ob inopiam nequeat equeſtrem.

Ego exiſtimo ſtandum eſſe intentioni uouentis, nam uotum ab ea uires ſuas accipit.

In dubio uerò intentionis uouẽtis illum obligarem ad peregrinationem pedeſtrem, ſi eam commodè ſuſcipere poſſet. Ratio eſt tum quia in dubio præſumendum eſt in fauorem uoti, quod poſsidet. Tum quia principale poteſt adimpleri, quamuis acceſſorium factum ſit impoſsibile.

Sextò colligitur quid dicendum ſit de uoto facto ſub multiplici fine ita ut unus ſit bonus alter malus, uel unus poſsibilis, alter impoſsibilis. Vide Sanchez nu. 15. & 16.

§. V.

Vtrum validum ſit votum disiunctiuum cuius vna pars eſt apta materia voti altera verò non.

1 *Votum factum ſub forma diſiunctiua, cuius vna pars eſt apta materia voti, altera verò non, inualidum eſt*

2 *Vouẽs tradere in eleemoſynam equum, vel bouem, ad quicquam tenebitur, ſi tempore voti equus perierat.*

3 *Votum tradendi eleemoſynam, aut furandi, inualidum eſt.*

4 *Valet votum diſiunctiuum de re, quæ tempore voti erat ipſius apta materia, licet poſtea vna pars fiat inepta.*

5 *Hæres tenetur adimplere votum reale Defuncti, qui votum diſiunctiuũ emiſerat, cuius vna pars erat realis, altera perſonalis.*

VNICA PROPOSITIO.

1 INualidũ eſt uotũ diſiunctiuũ, cuius una pars eſt apta materia uoti, altera uero non, modò re uera uotũ factũ ſit ſub forma diſiunctiua de re, cuius una pars erat apta materia, altera uero inepta eo tempore, quo uotũ fuit emiſſum, ut

ut ſi quis uouit inſeruire hoſpitali, uel furari. Ratio eſt quia in uoto diſiunctiuo obligatio cadit ſupra utramque partem, ita tamen ut uouenti liberum ſit eligere quam partem uoluerit, cum autem obligatio uoti in noſtro caſu non poſsit cadere ſupra materiam ineptam, ſequitur uouentem nullo pacto remanere obligatũ ex ui uoti diſiunctiui.

2 Hinc ſequitũ primò, eũ qui vouit ſe traditurum Eccleſiæ bouem, aut equum, non teneri ad aliquid tradendum, ſi tempore voti equus perierat; nam hoc votum eſt diſiunctiuum, cuius altera pars eſt impoſſibilis, cum equus iam perierit tempore voti. Si verò mortuus eſt poſt votum, vouens tenetur ſuperſtitem tradere l. Sticum, aut Pãphilum 95. §. 1. ff. De ſolutione. Ratio eſt quia obligatio voti cadit ſuper vtramque partem, licet in poteſtate uouentis ſit alteram eligere, ergo una parte deſtructa adhuc remanet obligatio alterius.

Concedo tamen uouentem, ſi equus uoto emiſſo perijt abſq; culpa uouentis, ſatisfacere tradendo æſtimationem equi, qui perijt, uel bouem ſuperſtitem, ſi nondum facta erat electio. Ratio eſt quia cum in uouentis eſſet poteſtate eligere partem quam uellet, poterat eligere rem, quæ perijt; cum autem ea perierit abſquè culpa uouentis, antequam facta eſſet electio, æquitas uidetur poſtulare ut uouens poſsit eligere ęſtimationem rei, quę perijt aut ſuperſtitem, ut ait Molina tomo 2. diſp. 270. & alij apud Sãchez lib. 4. cap. 13. nu. 25.

Si uerò res perijt abſque culpa uouentis, ſeu promittentis poſt factam, electionem uouens nõ tenetur tradere rem ſuperſtitem, aut æſtimationẽ illius rei, quæ perijt, nam uouens facta electione tenebatur ſolũmodo ad rẽ electam, ſed res perijt iam facta electione; ergo perijt illi, cui promiſſa erat, ergo uouens ad nihil amplius tenetur.

3 Secundò ſequitur uotum tradendi eleemoſynam, aut fornicandi, inualidum eſſe, quia eſt uotum diſiunctiuum, cuius una pars eſt apta uoti materia, altera inepta.

4 Tertiò ſequitur ualidum eſſe uotum diſiunctiuum factum de re, quæ tempore uoti emiſsi erat apta materia uoti, licet poſtea una pars fiat inepta, nam obligatio uoti cadit ſuper utramque partem, ergo non poteſt afferri ratio cur obligatio voti ceſſet quò ad vtranq; partem, dum vna pars fit inepta, & quò ad illam ceſſat obligatio voti.

5 Quæres vtrum hæres teneatur adimplere votũ reale defuncti, qui votũ diſiũctum emiſerat, cuius vna pars erat realis, altera perſonalis.

Reſpondeo teneri, quia obligatio voti diſiunctiui cadit ſuper vtranque partem, & quamuis liberũ eſſet defuncto eligere, quam voluiſſet partem, tamen ex ſuppoſitione, quòd illam perfectè non elegerit, cenſetur obligatio partis perſonalis planè extincta remanẽte adhuc obligatione reali; obligatio autem realis ad hæredes tranſmittitur. Ita Sanchez lib. 4. cap. 15. & alij.

§. VI.
An votum, promiſsio, & geſta contra prius votum ſint valida.

1 *Inualida eſt promiſſio de re aliqua cõtra prius votum.*

2 Ge-

2 *Geſta rei ex ſe licitæ contra prius votum, valida ſunt.*

3 *Tenet matrimonium contractũ ab habente votum ſimplex caſtitatis.*

4 *Valet votum factum ab eo, qui votũ emiſerat non amplius vouendi ob ſcrupulos &c.*

QVamuis ſolutio huius puncti facilè colligi poſsit ex dictis de iuramento, nihilominus maioris claritatis gratia hoc idem breuiter hic explicabo.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PRomiſsio de re aliqua contra prius votum validum, eſt inualida. Ratio eſt quia promiſsio de re illicita non obligat, promiſſio autem de re aliqua contra prius votum validum, eſt promiſsio de re illicita. Ideò, qui vouit caſtitatem, & poſtea promittit alteri matrimonium, inualidè promittit; quia eſt promiſsio de re illicita. Item qui promiſit Deo calicem, illum poſtea inualidè promittit homini, cum ſit promiſsio de re præſtanda contra prius votum, quam præſtare non poteſt ſine peccato.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 GEſta rei ex ſe licitæ contra prius votum valida ſunt. Ratio patet ex dictis de legibus puncto 7. § 5. num. 8. & ex dictis de iuramento, quia votum non reddit vouentem inhabilem ad agendum; ergo ipſius acta ſunt valida.

3 Hinc ſequitur primò validum eſſe matrimonium factum ab eo, qui ſimplex votũ caſtitatis habet, quamuis grauiter peccet contrahendo, nam eſt actus rei ex ſe licitę.

4 Secundò validum eſſe votũ factum ab eo, qui votum emiſerat non vouẽdi amplius propter ſcrupulos arcendos, aut non vouendi, niſi pręmiſſo confeſſarij conſilio, aut præſentibus certis perſonis, nam hoc votum non eſt de re illicita, quamquam peccat qui facit votum contra prius votum non vouendi ſine præmiſſo confeſſarij conſilio, &c. violat enim prius votum validum; peccatum tamen videtur tantummodo veniale, quia prius votũ violari videtur in materia leui. Ita Leſſius, Sanchez, & alij.

PVNCTVM V.

De obligatione voti.

EXplicandum eſt. Primò vtrum votum obliget ſtatim ad ſui adimpletionem.

Secundò vtrum obligatio voti tranſeat ad hæredes.

Tertiò vtrum votum ita obliget vouẽtem, vt nequeat per alium adimplere votum.

Quartò vtrum ſit peccatũ, violare votum.

Quintò ad quid obliget votum caſtitatis.

Sextò ad quid obliget votum religionis.

§. I.

Vtrum votũ obliget ſtatim ad ſui adimpletionem, ſeu quo tempore adimplendũ ſit votum.

1 *Vouens tenetur quamprimum moraliter poteſt votum adimplere, ſi tempus ipſe non determinauit, vel non*

eſt legitimè impeditus.

2 *Qui vouit ingredi religionē, & nullum ſibi præſcripſit tempus, poteſt ingreſſum differre donec aptus ſit ad labores Religionis.*

3 *Poteſt differre votum vſq; ad tempus, quo credit vouens ſe illud maiori cũ deuotione adimpleturum, ſi nullum ſibi deſignauit tempus.*

4 *Vouens tenetur votum adimplere tēpore ſibi preſcripto.*

5 *Vouens ieiunare in vigilia alicuius Sancti, tenetur ieiunare in vigilia proximè futura, niſi ipſe vigiliam deſignarit.*

6 *An adhuc teneatur vouens ad votũ, ſi illud non adimpleuit tempore præſcripto.*

7 *Vouens aliquid in honorem alicuius diei, non tenetur amplius illud præſtare, ſi die, quo myſteriũ ſibi præfixum repræſentatum eſt, votum nō adimpleuit. Secus ſi nullũ ſibi præfixit tempus.*

8 *Qui vouit ſingulis hebdomadis Aduentus confiteri peccata ſua, non tenetur ſupplere confeſſiones, ſi eas aliquando omiſit.*

9 *Vouens ieiunare in vigilia proxima talis Sancti, non tenetur ad ieiuniũ eiuſdem vigiliæ anni futuri, ſi hoc anno votum non adimpleuit.*

10 *Qui vouit ieiunare ter ſingulis hebdomadis, non tenetur ſupplere omiſſa ieiunia.*

11 *Quando non conſtat an tempus præſcriptum ſit in ipſius deuotionem, vel potius ad non differendam voti executionem, cenſendum eſt votum ſecundo modo factum fuiſſe.*

12 *Qui vouit ieiunare vno anno integro, & poſtea ieiunio incepto illud per aliquos dies fregit, ſi ieiunauit intuitu, & ex deuotione illius anni iam incepti, non tenetur ſupplere omiſſa ieiunia, neque de nouo annum inchoare.*

13 *Qui nō poteſt votum adimplere præfixo tempore, ſatisfacit anticipando, ſi terminus fuit præfixus ne vltra differretur voti executio. Secus ſi votum factũ fuit principaliter in honorem talis temporis.*

14 *Tranſacto termino appoſito ad finiendam obligationem, nō extat obligatio adimplendi rem promiſſam.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 QVando vouēs non præſcripſit tempus adimplendi votum, tenetur adimplere quamprimum commodè moraliter poteſt, niſi iuſtã differendi cauſam habeat. Ratio eſt tum quia Eccle. 5. dicitur *Si quid vouiſti Deo, nè moreris reddere*, & Deut. 23. *Cum votum voueris Domino, non tardabis ſoluere.* Tum quia debita, quib' erga homines tenemur, ſoluenda ſunt quamprimùm, niſi præfixus ſit terminus ad perſoluendum; ergo tenemur etiam quamprimùm ſoluere debita, quæ per vota cõtraximus erga Deum. Tum quia ſi votum non obligat ſtatim, quamprimùm commodè poteſt, non poteſt aſsignari tempus, in quonam obliget. Ita Rodriq. 2. parte c. 99. Valen. 2. 2. q. 6. diſp. 6. pun. 4. Azor. lib. 11. c. 17. quæſito 10. Suarez lib. 4. de voto cap. 12. nu. 7. & lib. 5. c. 6. & alij communiter contra Caieta. 2. 2. q. 88. art. 3. dub. vlt. Nauar. c. 12. num. 42. Reginal. lib. 18. nu. 286. aſſerentes, votum adimplendum eſſe iuxta remorſum, & cõſcientiam vouentis. Vndè ſi conſcientia vouentis dictat, vouentem non facere cõtra voti obligationem differendo illius adimpletionem per vnum, vel duos

duos annos, non peccabit vouens contra votum differendo voti adimpletionem ad illud vſq; tempus.

Dixi quamprimum cõmodè poteſt moraliter, vt aduerterem, vouentem non teneri ſub mortali adimplere votum ſtatim metaphyſicè, ſed ſtatim moraliter, vt videlicet notabiliter non differat voti adimpletionem. Vndè ſi nacta opportunitate adimpletionem voti differat notabiliter, peccat mortaliter, ſicut etiam peccat mortaliter, ſi votum factum ſine determinatione temporis nõ adimplet, præuidens fore, vt, niſi tunc adimpleat, differẽda ſit poſtea notabiliter illius adimpletio, aut ſuperuenturum ſit perpetuum impedimentum; cum n. votum tunc obliget, & poſsit adimpleri, adimplẽdum eſt, vt à ſimili patet in præcepto confeſſionis, Euchariſtiæ &c. de quibus ſuo loco egimus.

Dixi niſi iuſtã differendi cauſam habeat, nam iuſta de cauſa licitũ eſt voti executionem differre. Ratio eſt tum quia votum vires accipit ab intentione vouentis; vouens autem non præſumitur voluiſſe ſibi tam ſtrictam obligationem imponere, vt voti adimpletionem iuſta de cauſa differre nequeat. Tùm qa poſſumus iuſta ſubſiſtente cauſa executionem aliorum præceptorũ differre; ergo etiam differre poſſumus adimpletionem voti. Ita Suarez lib. 5. cap. 6.

2 Hinc ſequitur primò eum, qui vouit ingreſſum religionis non præſcripto ſibi tempore, poſſe ingreſsũ differre, donec aptus ſit laboribus religionis perferendis. Ratio eſt tum quia vouens poteſt voti adimpletionem differre, donec moralẽ habeat opportunitatẽ illius adimplendi. Tum quia iuſtam habet cauſam differendi executionẽ voti ad illud vſq; tempus. Ita Sanchez cap. 14. nu. 13. Sylueſt. votum 2. quæſito 3. ad finẽ, & alij, q addunt ingreſſum religionis differri poſſe à vouente vſque ad tempus, quo parentes minus ægrè ferant, grauem moleſtiam alioquin ſuſcepturi, ſi tunc ingrediatur; hæc enim non videtur cauſa irrationabilis differẽdi voti adimpletionem.

3 Secundò eum, qui vouit adimpletionẽ uoti facti abſq; temporis determinatione, poſse illam differre uſq; ad tempus, quo credit, ſe illud maiori cum deuotione adimpleturum. Ratio eſt quia hoc uidetur magis cedere in honorẽ Dei, conſequenter uouens habet iuſtam cauſam differendi adimpletionem uoti ad illud uſq; tempus, cum uotum in Dei honorem uergat. Ita Arrag. 2. 2. q. 88. art. 3. Sanchez loco citato nu. 8. Tabien. uerbo Votum 3. quæſito 3. & alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 QVando uouens tempus adimplendi uotum ſibi præſcripſit, debet adimplere tempore præſcripto; nam uotum adimplendum eſt iuxta uouentis intentionẽ, à qua uoti obligatio pendet, ideò habens uotum ieiunandi tali die peccat mortaliter, ſi die præfixo nõ ieiunet; ſicut grauiter peccat, qui ieiunium ab Eccleſia indictum aliquo die non obſeruat. Ita communiter DD.

5 Quæres primò utrum uouẽs ieiunare in Vigilia alicuius Sancti, teneatur ieiunare in Vigilia illius

Digitized by Google

Sancti proximè futura.

Reſpōdeo teneri, modò non expreſſerit, quo tempore, uel qua uigilia uoluerit obligare ſe ad ieiunandum, nec conſtet de ipſius intentione. Ita Sanchez loco cit. nu. 40. Ratio eſt tum quia ſic decernitur in promiſsione homini facta. L. Eum qui Kalendis. ff. de uerb. oblig. ergo hoc idem aſſerendum uidetur in promiſsione Deo facta per uotū. Tum quia hæc pręſumitur rationabilis intentio uouentis. Tum quia uouens, qui terminum adimplendi uotum ſibi non præſcripſit, tenetur, quamprimum cōmodè poteſt, uotum adimplere; ergo qui uouit ieiunium in Vigilia alicuius Sancti adimplendum, tenetur illud in Vigilia illius Sancti proximè futura adimplere. Immo ſi tali die non adimpleat, nō uidetur ampliùs obligandus ad ieiunium ex ui illius uoti; nam illud uotum uidetur factū in honorē talis diei; obligatio autem uoti facti in honorem alicuius diei ceſſat lapſo eo die, ut clarius conſtabit ex dicendis.

6 Quæres ſecundò utrum, qui uotum non ſoluit intra certum tempus ſibi conſtitutum, teneatur lapſo eo tempore uotum perſoluere, ut ſi uouit ieiunare die proximo Sabbati, teneatur alio die ieiunare, ſi ieiunium die Sabbati prætermiſit.

Reſpondet Syluester uerbo Votū ſecundo quæſito 4. Ang. uerbo Votū tertio num. 3. & alij, teneri alio die ieiunare: ſic enim colligitur ex L. Celſus §. 1. ff. de recipiēdis arbitris, ubi dicitur, eum, qui aliquid alteri debet certo tempore, duo præcepta habere, unum quoad rem, alterū quoad tempus; conſequenter uiolata obligatione quoad tempus, adhuc remanere obligationē dandæ rei.

Sed mihi placet ſententia Azorij lib. 11. cap. 15. quæſito 11. Nau. cap. 12. nu. 54. Valentiæ 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. pun. 4. Suarez lib. 4 cap. 13. Reginaldi lib. 8. nu. 288. & aliorum diſtinctionem adhibentiū hoc modo Aut: uotum factum eſt in honorem, & deuotionem illius temporis principaliter: Aut factum eſt abſolutè, & ſimpliciter. Si factum eſt in honorem, & deuotionem tēporis, vt ſi ex deuotione B. V. promiſit ieiunare die Sabbati, uel ex deuotione Aduentus uouit ieiunare tēpore Aduentus, uel ex deuotione alicuius Sancti uouit ieiunare in ipſius Vigilia, non tenetur lapſo eo tempore, uel die uotum adimplere. Ratio eſt tum quia hoc uotū obligat eo modo, quo obligāt præcepta Eccleſiæ; pręcepta autem Eccleſiæ E. g. ieiunandi, aut feſtum diem celebrandi, non obligant elapſo tempore ab Eccleſia præſcripto. Tum quia uouens promiſit rem illam dependenter à tempore, & utrūq; promiſit per modum unius; Cum ergo elapſo eo tempore uouens non poſsit partem uoti adimplere, ſcilicet quoad tempus, neceſſariò dicendum eſt neq; teneri aliā partem adimplere, quam promiſit dependenter à tempore; propterea circunſtantia temporis in hoc caſu non dicitur circunſtantia extrinſeca rei promiſſæ.

Si verò votum factum eſt abſolutè, & ſimpliciter, tempus autem fuit adiectum non ex deuotione, aut intuitu ipſius temporis, ſed vt votum intrà illum terminū ſtatim adimpleatur, & non vltra differatur, vouens tenetur adhuc votum

adim-

Digitized by Google

adimplere lapſo eo tẽpore. l. Celſus cit. ſicut enim Titius iuſſus dare decem intra menſem Maij, ſi nõ dederit intra menſem, non propterea liberatur à debito perſoluendo; q̃a duo habebat præcepta vnũ dandi decem, alterum dandi intra menſem Maij, ita qui vouit rem tali tempore adimplendam, ſi eo tempore non adimpleuit, non eſt immunis ab obligatione voti, quia duo vota videtur virtualiter habere, vnum dandi rem promiſſam, aliud dandi tali tempore.

7 Ex dictis infertur primò eum, qui vouit aliquid intendens principaliter honorẽ alicuius diei propter venerationem alicuius myſterij; quod eo die repræſentatur non teneri rem promiſſam elapſo eo tempore adimplere, vt ſi vouit ieiunare tempore Aduentus ex deuotione Aduentus, aut die Sabbato in honorem Beatiſsimæ Virginis, aut in vigilia alicuius Sancti, aut ſi vouit peregrinari Romam tẽpore Iubilæi cauſa illius conſequendi, aut peregrinationem ſuſcipere Mediolanũ verſus in die Inuentionis Sanctæ Crucis cauſa inuiſendi ſacroſanctum Clauum, qui eo tempore populo proponi ſolet.

Si verò intentio vouentis non ferebatur principaliter, ſed ſecundario in honorem talis temporis, vouens tenetur elapſo eo tempore ad voti exequutionem, niſi aliter conſtet de mente vouentis, propterea qui vouit religionem ingredi in die Sancti Franciſci in honorem illius Sancti, tenetur adhuc eo die tranſacto religionem ingredi, ſi eo die non eſt ingreſſus, nam vouens principaliter reſpiciebat ſtatũ religioſum, ſecundariò ſolemnitatem temporis, & honorem Sancti: Item pœnitens, cui à confeſſario iniunctum fuit ieiunium feriæ ſextæ, tenetur eo die tranſacto ieiunare, ſi eo die non ieiunauit, nam Confeſſarius principaliter reſpexit ſatiſfactionem, aut remedium peccatorum, ſecundario deuotionem talis diei. Ita Suarez loco cit. cap. 13. num. 5. & 6.

Hinc patet à ſimili eum, qui vouit aliquid recitare coram aliqua imagine ex peculiari deuotione illius imaginis non remanere obligatum ad alibi recitandum. Secus ſi hoc non vouit ex peculiari deuotione illius imaginis, ſed ex deuotione materiæ promiſſę.

8 Secundò infertur eum, qui vouit ſingulis hebdomadis aduentus confiteri peccata ſua in honorem talis temporis non teneri ſupplere confeſsiones omiſſas primis. E. g. quindecim diebus, licèt teneatur ſequentibus hebdomadis cõfiteri. Ita colligo ex Sanchez cap. 14. nu. 20. & alijs, quos in ſimili retuli de diſpenſationibus puncto 2. nu. 12.

9 Tertiò infertur eum, qui vouit ieiunare in vigilia proxima Sancti Martini, non teneri alio anno in vigilia eiuſdem Sancti ieiunare, ſi hoc anno non ieiunauit.

10 Quartò eum, qui vouit ieiunare ter ſingulis hebdomadis, non teneri ſupplere omiſſa ieiunia. Ratio eſt tũ quia vouens non præſumitur voluiſſe ſibi tàm graue onus imponere. Tum quia huiuſmodi vota perpetua cẽſentur facta in honorẽ temporis, vt vouens eo tempore in ieiunio, & bonis operibus ſe exerceat. Ita Suarez lib. 4. de voto cap. 13. nu. 6. Sanchez loc. cit. num. 34. Vaſquez 1. 2. diſp. 146. cap. 2. ad fi-

nem, qui hoc idem docent in voto dandi eleemoſynam ſingulis diebus, vel ſingulis hebdomadis, aut alio certo tempore cuiuslibet anni contra Sotum 7. de iuſtitia queſt. 2. art. 1. Arragonium quæſt. 88. art. 3. dubio. 1. Azoriũ lib. 4. c. 9. queſito 12. & alios.

Ex quo patet non ſolũ vota perſonalia, verum etiam realia fieri poſſe in honorem certi temporis, quo elapſo ceſſat ipſorum obligatio, quanquam in votis realibus rarò ſolet circunſtantia tẽporis principaliter intendi, conſequenter rarò ceſſat votorum realium obligatio tranſacto termino præfixo. Ita Suarez loc. cit. nu. 9. vndè qui non tàm intuitu temporis, quàm ratione maioris commoditatis, vel alterius cauſę vouet minutam eleemoſynam ſingulis diebus, vel Sabbatis, vel feſtis Beatiſsimæ Virginis faciendam, videtur obligandus ad eam faciẽdam, ſi tempore prę fixo non fecit. Ita Sanchez cap. 14. nu. 37. Suarez nu. 9. & alij.

21 Sed modo dubium eſt qđnam iudicium ferendum ſit, quando nõ conſtat an tempus ſit prę ſcriptum in ipſius deuotionem, vel potius ad non differendam voti executionẽ.

Reſpõdeo cẽſeri tẽpus præſcriptũ ad nõ differendã voti executionem, & ſic tranſacto tẽpore remanere voti obligationem, nam poſſeſsio ſtat pro voto facto, ergo in ipſius fauorem præſumendum eſt. Ita Suarez loc. cit. n. 6. ad finẽ Azor. lib. 11. cap. 15. quæſito 21. Sanchez, & alij.

12 Quæres tertiò vtrum qui vouit ieiunare vno anno integro, ſed ieiunium inceptum aliquibus diebus interrupit, teneatur ieiunium iterũ inchoare, & ieiunare abſque ulla dierum interpollatione, ſeù intermiſsione.

Reſpõdeo ſi vouit ieiunare principaliter intuitu, & ex deuotione talis temporis, non tenetur iterum inchoare ieiunium, immo neq; tenetur ieiunia omiſſa ſupplere, vt patet ex rationibus in ſecũdo quæſito adductis, ſi verò nõ vouit principaliter in honorem talis tẽporis, ſatisfacit ſupplendo dies prætermiſſos, nam ille dicitur vno anno integro ieiunare, qui tot diebus ieiunat, quot in anno continentur, etiamſi ieiunet cum aliqua dierum interpollatione. Hoc tamen intelligitur, modò aliter non conſtet de intentione vouentis; votũ enim eſt lex priuata, quæ à vouentis intentione pendet. Ita Sanctus Antoninus 2. parte titulo 11. cap. 1. §. 2. & Sanchez loco citato nu. 39.

13 Quæres quartò vtrum qui non poteſt uotum adimplere præfixo tempore, ſatisfaciat præueniendo tempus præfixum.

Pro ſolutione notandum eſt terminum duobus modis poſſe præfigi. Primò principaliter in honorẽ talis diei, ſeù temporis. Secundò ne vltra tale tempus differatur adimpletio. Hoc poſito.

Reſpõdeo primò ſi terminus fuit præfixus ne vltra differatur, votum adimpleri poteſt præueniẽdo. Ratio eſt quia tunc votum obligat, & poteſt adimpleri; ergo vouens ſatisfacit adimplendo, ergo ſatisfacit præueniendo tempus prę fixum. Tum quia terminus appoſitus eſt, ne vltra differatur, non verò ne citius adimpleatũ; ergo citius adimpleri poteſt, vt patet à ſimili ex dictis de contractibus. Tum quia ſicut pœni-

Digitized by Google

pœnitens, cui præfixus eſt terminus faciendæ pœnitentiæ, poteſt anticipatè pœnitentiã adimplere, modò non conſtet confeſſarium præfixiſſe terminũ in ſpecialem deuotionem alicuius temporis. In dubio enim non præſumitur confeſſarium iniungere pœnitentiam in honorẽ alicuius temporis, & ſicut debitor, cui conſtitutus eſt terminus ad ſoluendum, poteſt anticipatè ſoluere, eo quod terminus ſit appoſitus in fauorem debitoris, cui fauori debitor cedere poteſt anticipatè ſoluendo, ita qui uoto aſtrictus eſt, poteſt anticipatè ſoluere ſi terminus fuit præfixus, ne vltra differatur.

Addo vouentem teneri votum anticipatè ſoluere, & præuenire, ſi præuideat fore, vt ſuperueniat impedimentum, quo votum præfixo termino adimplere non poſsit, modò terminus appoſitus fuerit ſolum ad differendam, non vero ad ſuſpẽdendam uoti obligationem. Ita D. Tho. in 4. diſt. 38. quæſt. 1. art. 3. quæſt. 1. ad ſeptimũ, Syluester ver. Votum 2. quæſito 3. Reg. lib. 18. nu. 236. Suarez lib. 4. de voto cap. 14. nu. 7. & alij communiter. Ratio eſt tum quia votum ſtatim ac fit obligat, vt opus fiat intra terminũ deſignatum, & intra illum poteſt adimpleri; ergo adimplendum eſt, obligatio enim illius voti reſpicit ſingulas partes illius temporis determinati, ergo in aliqua ipſarum adimplendum eſt, ergo ſi præuideatur impedimentum in poſteriori parte temporis, adimplendum eſt votum in priori parte. Nec eſt ſimile de eo, qui non audit miſſam ſummo mane in propria Parochia, in qua ſpecialis dies feſtus colitur, præuidens fore, vt ante meridiem futurus ſit extra Parochiæ fines, nam cum obligatio audiendi ſacrum reſpiciat totum tempus vſque ad meridiem, & hic futurus ſit extra Parochiam ante meridiem, ſequitur non teneri miſſæ ſacrum præuenire, quia pro eo tẽpore, quo futurus eſt extra Parochiã nõ obligatur pręcepto miſſę, ſicut nõ obligatur qui non põt miſſæ ſacrũ audire ob impedimentum, cum ratione impedimenti excuſetur à peccato; Tum quia hoc patet exemplo præceptorum, vt præcepto confeſſionis, quod anticipatè adimplendum eſt ab eo, qui præuidet fore, vt in fine anni nequeat illud adimplere, præterea qui præuidet fore, vt circa meridiem non inueniat miſſam, tenetur anticipare, & miſſam ſummo mane audire. Item qui poſt meridiem habiturus eſt impedimẽtum, quo non poterit officium recitare, tenetur ante meridiem perſoluere, ergo idem dicendum eſt in uoto, conſequenter voti executio præueniri poteſt, quoties terminus fuit appoſitus, ne vltra differatũ.

Dixi modò terminus fuerit appoſitus ad differendam nõ uerò ad ſuſpendendam uoti obligationem: nã quando terminus fuit appoſitus ad ſuſpendendam voti obligationem uſque ad talem terminum uouens non tenetur præuenire uoti adimpletionem, etiamſi præuideat ſecuturum impedimentum. Ratio eſt quia nullus tenetur uotũ adimplere, cuius nullam habet obligationem, in noſtro autem caſu uouẽs nullam habet ante terminum præfixum obligationem, cum à termino appoſito inchoetur obligatio, vt patet in voto cõditionato, qđ nõ obligat ante cõditionis euentũ. Ita

Suarez c.14.nu.6.& Regin.nu.236.

An verò vouens qui non adimpleuit votum intra talem terminũ, teneatur adhuc lapſo eo termino quamprimum votum adimplere, patet ex ſuprà dictis teneri, quando terminus non fuit appoſitus ad finiendam obligationem, ſed ad eam ex tunc inchoandam,& ad nõ vltra differendam voti executionẽ. Ita Suarez cap. 13.num. 10.& alij communiter.

Reſpondeo ſecundò ſi terminus fuit præfixus principaliter in honorem talis diei ſeù tẽporis, vouens non ſatisfacit anticipando. Ratio eſt tum quia ſicut qui tenetur die Dominica miſſam audire ex præcepto Eccleſiæ, non ſatisfacit audiendo die Sabbati, ita nequè ſatisfacit vouens anticipando voti adimpletionem. Tum quia præceptum adimplendũ eſt,dum obligat, ſed votum non obligat antè terminum præfixum in honorem talis tẽporis;ergo votum nõ eſt adimplendum ante terminum præfixum, nec vouens ſatisfacit anticipando, niſi fortè anticipet intẽtione cõmutandi votũ in æquale,aut in melius.Ita Suarez lib.4. cap. 14. num. 5. Reginaldus lib.18.num.236. Sanch.cap. 14.num.26.& alij.

14 An verò trãſacto termino appoſito ad finiẽdam obligationem, ſeù præfixo principaliter in honorem talis temporis extet obligatio adimplendi rem promiſſam, cõſtat ex ſupra dictis non extare. Ratio eſt tùm quia huiuſmodi votũ obligat,ſicut obligant ſimilia prçcepta Eccleſiæ, vt eſt præceptum Miſſæ audiendæ in die feſto, præceptum recitandi officium ſingulis diebus, præceptum ieiunandi in vigilijs Sanctorum; hæc autem non obligant elapſo tempore ab Eccleſia præſcripto. Tũ quia obligatio voti omninò extincta eſt, cum vouens rem illam promiſerit dependenter à tẽpore, & ſimul vtrumq; promiſerit per modum vnius, nec ſe obligauerit ad faciendam recompenſationem. Ita Suarez,Reginaldus,& alij locis citatis.

Et hoc primò valet non ſolum quando votum non fuit tempore prçfixo inculpabiliter adimpletum per impotentiam, aut inaduertentiã,aut obliuionẽ; verùm etiam qñ culpabiliter non fuit adimpletum, vt patet ex rationibus allatis.

Secundò valet non ſolum in votis perſonalibus, verum etiã in realibus ſoli Deo factis. Immo etiam in votis factis in commodum, & vtilitatem alterius, ſi habita fuit ſpecialis ratio temporis præfixi, vt contingere poteſt, quando in illo tempore ſpecialis ratio deuotionis reperitur, quamquam in votis realibus factis in commodum alterius, raró contingit habere ſpecialem rationem temporis. Vide Suarez lib.4.cap.15.Sanchez lib.4. de voto cap.13.nu.33 & ſequentibus.

§. II.

Vtrum obligatio voti tranſeat ad hæredes,ſeu an hęres teneatur adimplere vota defuncti.

1 *Votum aliud eſt reale,aliud perſonale,& aliud mixtum.*

2 *Nullus poteſt ſuo voto alium ad votum ex vi voti aſtringere.*

3 *Hæres nõ tenetur perſoluere vota perſonalia,quę defunct⁹ nõ adimpleuit.*

4 Hæ-

4 *Hęrês tenetur ſoluere vota realia defuncti, ſalua legitima portione.*

5 *Pater non poteſt ſua liberali promiſſione filiorum legitimam minuere.*

6 *Hæres non tenetur ad vota realia defuncti, niſi poſtquam hæreditatem adijt.*

7 & 8. *Monaſterium, vel alius hæres ſuccedens alicui, qui profeſſionem fecit in approbata religione, non tenetur ſoluere illius profitentis vota, niſi fortè hæc vota fuerint acceptata ab eo, in cuius fauorem facta ſunt.*

9 *Qui iure hæreditario non ſucceſſit ante profeſſionem illius, cuius eſt hæres tenetur vota religioſi realia, perſoluere, modò eius ſuperior illa vota non irritauerit.*

10 *Hæres tenetur votum mixtum quoad partem realem perſoluere, ſi votum eſt æqualiter reale, & perſonale.*

11 *Hæredes tenentur ad ratam perſoluere vota defuncti realia.*

12 *An hæres teneatur perſoluere vota realia defuncti, ſi hoc onus defunctus hæredi non impoſuit.*

13 *Si defunctus duabus Eccleſijs vouit duas res æquales, ſed diuerſi valoris hæres poterit pretioſiorem tradere cui voluerit, niſi aliter conſtet de vouentis mente.*

14 *Si bona defuncti non ſufficiant ad ſatisfaciendum omnibus, hęres tenebitur perſoluere votum de meliori bono, ſi illud cognoſcat; aliter tenebitur primum votũ perſoluere.*

15 *Si hæredi non conſtet quodnam votũ magis obliget dabitur hæredi optio.*

16 *Vota ſunt præferenda legatis, non verò debitis ex iuſtitia.*

17 *Hæres certus de voto reali à defuncto emiſſo, ſed dubius an illud adimpleuerit tenetur illud adimplere.*

18 *Votum parentum offerentium infantes religioni, non obligat infantes, niſi illud ipſi ratificauerint.*

19 *Filius tenetur adimplere vota parentum ab ipſis facta eo præſente, & conſentiente.*

20 *Succeſſor non obligatur vi voti ad ſeruandum votum à Communitate factum.*

21 *Donatarius in nullo caſu tenetur loco donantis vota perſoluere, quamuis donatarius ſciat ipſum vouentẽ per hanc donationem reddi impotentem ad votis ſatisfaciendum.*

22 *Vouens adhuc videbitur obligandus ad vota realia, non verò perſonalia adimplenda, ſi poſt mortem ad vitam reuocetur.*

1 NOtandum primò votũ aliud eſſe merè reale, aliud merè perſonale, & aliud mixtũ, vt patet ex diuiſionibus voti ſupra recenſitis. Mixtum aliquando eſt principaliter perſonale, & acceſſoriè eſt reale, quale eſt votum peregrinationis Lauretanæ, quod eſt principaliter perſonale, quatenus principaliter promittitur actio perſonalis adimplenda per ipſum vouentẽ, & acceſſoriè eſt reale, quatenus peregrinatio non poteſt ſuſcipi ſine expenſis, aliquando eſt æquè principaliter reale, & perſonale, vt eſt votum, quo vouens promittit peregrinationem Lauretanam, & eleemoſynam Eccleſię Lauretanę, vel alteri faciendam.

2 Notandum ſecundò neminem poſſe ſuo voto alium aſtringere vi voti, nam voti obligatio eſt perſonalis, ſicuti eſt obligatio iuramenti. Nõ nego tamen quin votum ſimplex, aut etiã ſolemne poſſit emitti per procuratorem, & nũtiũ, vt bene ait Sanchez lib. 4. c. 15. nu. 15.

num.15. Suarez lib.4. cap. 9. nu.12. Archidiaconus,& alij contra Gloſſam in cap. Sciendum 27.q.1. & cõſtat ex rationibus in ſimili adductis de iuramẽto. His poſitis tria principaliter explicabimus in hoc §. 1. vtrum hæres teneatur ad vota perſonalia defuncti, 2. ad realia, 3. ad mixta.

PRIMA PROPOSITIO.

3 HAeres non tenetur perſoluere vota perſonalia, quæ defunctus non adimpleuit. Ratio eſt tum quia materia voti perſonalis eſt actio, ſeu officium perſonale ipſius vouentis, ſed actio, & officiũ vouentis non poteſt tranſmitti ad hæredes; ergo neque tranſmitti poteſt obligatio voti perſonalis. Tum quia materia voti debet eſſe in poteſtate vouentis, actio autem hæredis non eſt in poteſtate vouentis. Ita communiter Doctores.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 HAeres poſtquam hæreditatem adijt, tenetur ſalua legitima portione ſoluere vota realia, quæ defunctus non perſoluit. Ita Nauar. cap.12.nu.56. Leſsius c. 40. dub.10.nu.65. Syluester verbo Votum 2.q.11. Sanchez loco cit. & alij communiter teſte, Suarez lib. 4. c. 11. nu. 6. Ratio eſt quia hæres, dum adit hæreditatem, cenſetur inire contractum ſoluendi omnia debita realia defuncti, cuius perſonã quoad hoc repræſentat, & in cuius bona ſuccedit affecta generali obligatione, vt in ſimili docui de contractibus, quamuis enim obligatio voti ſit perſonalis, nihilominus, qa votum reale cadit ſupra rẽ aliquã defuncti, quæ tranſmittitur ad hæredes, ſequitur etiam ad hæredes tranſmitti obligationem voti realis; Quapropter hæres cogi poteſt ſub pœna excommunicationis, aut priuationis hæreditatis ad hęc vota perſoluenda. Ita Azor. lib. 11. cap.15. quæſito 15 Syluester v. Votum 2. quæſito 11. Nauar. cap. 12. n. 56. Suarez cap.11, nu.6. Sanchez lib. 4. c.15. n.25. & 26. Clauis Reg. lib. 6. cap. 7. dub. 6. & alij.

Obſerua tamen cum Sylueſtro quæſito 7. hæredem non teneri ad vota realia vltra vires hæreditatis, vt patet in alijs debitis defuncti. Et ratio eſt quia hæres tenetur ſolũ perſoluere debita defuncti ratione hæreditatis: Si ergo hęreditas non eſt ſufficiens, non tenebitur hæres vltra vires illius debita perſoluere, & hoc multi Doctores apud Sanch. lib. 4 cap. 37. extendunt etiam ad hæredem, qui non confecit inuentarium, nam lex præſcribens hæredi, qui non confecit inuentarium, vt ſoluat vltra vires hęreditatis, fundatur in præſumptione fraudis, prę ſumens hæredem occultaſſe bona; lex autem fundata in falſa pręſumptione non obligat, ſi veritas ſit in oppoſitum.

Addo hæredem nõ teneri ad ſolutionem vltra vires hæreditatis, etiamſi per Iudicis ſententiam cõdemnetur ad eam ſolutionem, nam hæc ſentẽtia nititur falſa præſumptione; ſententia autem, quæ nititur falſa præſumptione non obligat in foro conſcientiæ. Ita Sanchez loco cit. & de contractibus diſp. 3. q. vlt. puncto vltimo num. 3.

5 Dixi in ſecunda propoſitione ſalua legitima, vt aduerterem iuxta

ſen-

ſententiam aliquorum non poſſe filium grauari, vt vota parẽtum perſoluat non ſalua legitima; pater .n. non poteſt liberali ſua promiſsione legitimam iure debitam minuere, nec poteſt in præiudicium legitimæ diſponere ad pia opera, iuxta Couarruuiam cap. Si hæredes nu.9. de teſtamentis, Clauem Regiam loco citato n.15. Rodriquez in Summa parte 2.cap.99. nu.11. Sanchez de matrimonio lib.6.diſp.36. nu.6. & in Summa lib.4. cap.15. num.38. contra Vegam, & alios apud Sanchez de matrimonio loco citato nu. 3. aſſerentes patrem in foro cõſcientiæ poſſe in pia opera diſponere quidquid ſibi libuerit, modò alimẽta filijs neceſſaria relinquat, ſed ratio noſtra eſt tum quia nullus poteſt diſponere in præiudiciũ rei alteri debitæ, ſed legitima eſt debita filijs; ergo pater non poteſt ſuo voto diſponere in præiudicium legitimę; ergo vota perſoluenda ſunt ex bonis, quæ ſuperſunt ſalua legitima. Tum quia ſi pater poteſt ſuis votis, ſuaquè liberali promiſsione grauare hæredem in legitima, maximè in pijs operibus, ſed in ijs non poteſt, cum ea nõ ſint verè pia opera, nec Deo grata, cum præiudicẽt iuri alterius ergo. Tum quia caput finale 17.q.4. in perſona Auguſtini refertur. *Quicunque uult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, immo Deo propitio neminem inueniet*.

Dices debita teſtatoris ex toto aceruo hęreditatis extrahẽda ſunt, & minuunt legitimam, cum legitima extrahẽda ſit ex bonis teſtatoris, & bona alicuius dicantur ea, quæ ſuperſunt deductis debitis, ſed vota ſunt debita teſtatoris; ergo extrahenda ſunt ex toto aceruo hæreditatis, cõſequenter legitimam minuunt, & ſoluẽda ſunt non detracta prius legitima.

Reſpõdeo debita teſtatoris, quæ non proueniunt ex liberali teſtatoris promiſsione, & diſpoſitione extrahenda eſſe ex toto cumulo hęreditatis, & conſequenter minuere legitimam; legata verò, & vota, cum proueniant ex liberali promiſsione, & diſpoſitione, non ſunt extrahẽda è toto cumulo, neq; legitimã minuunt. Videndi ſunt Gutierez lib.3 practicarum q.61. à nu. 2. Couar. loco cit. & Sanch. loco cit. de matrimonio, & alij, quos retuli de contractibus, vbi plura ad hoc facientia differunt.

Vtrum verò hæres nõ neceſſarius poſsit à legatis pijs, vel etiam à votis detrahere Tribellianicam, vel Falcidiã, & vtrum vota, vel legata pia perſoluere poſsit detracta pri° Tribellianica, & Falcidia, conſtat ex dictis de contractibus diſp. 3. q. vltima, puncto 4. num. 9. & puncto vltimo nu.30. non poſſe iuribus vulgaribus ibi citatis.

6 Dixi poſtquam adijt hæreditatem, nam hæreditate nondum adita non tenetur. Ratio eſt quia tenetur ſolum perſoluere vota iure hæreditatis, niſi forte independenter ab hæreditate promiſerit; tũc enim tenebitur vota perſoluere nõ vi hæreditatis, ſed promiſsionis factę independẽter ab hæreditate. Ita Sylueſter verbo Votum 2. quæſito 11. dicto 5. Angelus verbo Votum 3. n.8. & 9. Tabiena votum 3. quęſ. 6. Hoſtienſis & alij apud Sanch. lib.4. cap.15. num.35.

7 Hinc inferet aliquis monaſterium

rium,aut alium hæredem illius, qui profeſsionem in religione emiſit, teneri ad vota religioſi realia, nam ſuccedit in onera realia vouentis. Ita S.Antoninus 2.parte tit.11. cap. 2.§.8. & alij. Sed mihi dicendum videtur nec monaſterium, nec aliũ hæredem ſuccedentem alicui, qui profeſsionem fecit in approbata religione,teneri ad illius vota realia,niſi forte hæc uota prius acceptata fuerint ab eo,in cuius fauorem facta ſunt. Ratio eſt quia vota non ſolum perſonalia,uerum etiam realia extinguũtur per profeſsionem, ut inferius oſtendam, iuxta probabiliorem Doctorum opinionem, hæres autem non tenetur ad onera alterius extincta. Idem dicendum eſt de hærede, qui ſuccedit alteri, poſtquam alter obtinuit commutationem, uel irritationem uotorũ realium,nam hæres non ſuccedit in onera extincta. Secus ſi iure hæreditario ſuccedat,antequam uouens obtinuerit commutationem, uel irritationem uoti, nam hæres iam acquiſiuit illa bona cum onere,& in ipſum tranſlatum eſt grauamen uoti, antequam uouens illius commutationem,uel irritationẽ, obtineret. Ita Syluester uerbo Votum 4. quæſito 7. Sanch.cap. 15.nu.23.

8 Dixi niſi fortè hæc uota fuerint acceptata ab eo, in cuius fauorem facta ſunt, nam ſi ab eo acceptata fuerunt ante profeſsionem religioſi, cenſeo hæredem teneri perſoluere vota religioſi, nam ius alteri quæſitum non tollitur per religionis profeſsionem. Ita Sanchez loc. cit. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 16. num. 107.

9 Maior difficultas eſt,utrum hęres,q iure hęreditario non ſucceſsit ante profeſsionem illius, cuius eſt hæres, teneatur uota religioſi realia perſoluere, ſi hæres tẽpore profeſsionis expreſsè intẽdebat ſua vota non extingui, nec in onera religionis commutari.

Reſpondent Sylueſter,& Sãchez locis citatis hæredem adhuc nõ teneri. Sed mihi dicendum uidetur teneri uota religioſi realia perſoluere,modò ſuperior non intenderit uota religioſi irritare ipſo inuito. Ratio eſt quia uota illius realia non ſunt extincta; non enim ſunt extincta per irritationem, ut ſupponitur, neque ſunt extincta per commutationem,cum hęc non fiat ſine conſenſu uouentis,ergo adhuc uiget obligatio uoti realis,obligatio autem realis tranſmittitur ad hæredes.

TERTIA PROPOSITIO.

10 HAeres tenetur votum mixtũ quo ad partẽ realẽ perſoluere, quoties votũ mixtũ eſt æqualiter reale,& perſonale. Ratio patet ex ſecunda propoſitione.

Dixi quò ad partem realẽ, quia quò ad partem perſonalem hæres non tenetur votum defuncti adimplere, vt patet ex prima Propoſitione.

Dixi quoties votum mixtum eſt æqualiter reale, & perſonale, nam ſi votum ſit reale tantummodo acceſſoriè, hæres non tenetur votum defuncti perſoluere. Ratio eſt quia acceſſorium ſequitur principale,& deſtructo principali deſtruitur acceſſorium. Sed per mortẽ defuncti deſijt obligatio voti perſonalis, quę erat principalis, vt ſupponitur; ergo etiam deſijt obligatio voti

realis

Digitized by Google

realis, quæ illi erat acceſſoria, conſequenter, quando vouens excuſatur ab actione perſonali, excuſatur etiam ab onere reali acceſſorio illi actioni.

Ex quo ſequitur ſi defunctus non ſuſcepit peregrinationem Lauretanam, quam vouerat, hæredem non teneri ad expenſas, & ſumptus, quos defunctus in ea peregrinatione feciſſet. Item ſi defunctus vouerat ſe, & ſua bona tradere religioni, non tenetur hęres tradere bona religioni, quæ religio acquiſiuiſſet, ſi defunctus votum tradendi ſe ipſum religioni ſeruaſſet. Ita Azorius, & Nauarrus loc. cit. Rodriquez 2. parte cap. *99.* num. 12. Suarez loc. cit. nu. 14. & alij.

11 Ex dictis colligi poteſt hæredes teneri ad ratã hæreditatis perſoluere vota defuncti realia, nam quo pacto ſentiunt commodũ, par eſt, vt ſentiant onus, Videte quæ diximus de contractibus diſp. 3. quæſt. vltima puncto vlt. in principio, vbi etiam oſtendimus, quid faciendum ſit, quãdo res aliqua particularis obnoxia reſtitutioni ad aliquem peruenit; hunc enim diximus primo loco teneri, quamuis illi poſtea cõpetat actio cõtra alios hæredes, vt ſuam ſibi partem ſoluant pro rata. Idem pręter DD. ibi citatos tenet Gomez 2. variarum cap. 10. Angelus verbo Hæres nu. 8. Sanchez in ſum. lib. 4. cap. 15. nu. 44. Syluester verbo Hæreditas 3. q. 11.

12 Quęres primò vtrum hęres teneatur perſoluere vota realia defuncti; ſi defunctus declarauit ſe nolle hoc onus hęredi ſuo imponere.

Reſpondeo diſtinguẽdo, aut vouens dum fecit votũ habebat expreſſam intentionem nõ obligãdi hæredem, ſeù bona ſua, aut vouit abſolutè, & ſimpliciter ſine reſtrictione, ſi vouens habuit intentionem nõ obligandi hæredẽ, vel ſua bona, dum emitteret votum, obligatio voti non trãſmittitur ad hæredes, quia votum nõ inducit obligationem vltrà intentionem vouẽtis. Si verò vouens vouit abſolutè, & ſimpliciter ſine reſtrictione, obligatio voti tranſit ad hæredem, qui ſuccedit in bona vouentis affecta generali obligatione. Ita Nauar. cap. 12. nu. *56.* Syluester verbo Votũ 2. quæſito 11. Rodriquez in Summa 2. parte cap. *99.* nu. 11. Sanchez lib. 4. cap. 15. nu. 28. Suarez lib. 4. de voto cap. 11. nu. 13. & cap. *16.* nu. 23. Azo. 1. par. lib. 11. c. 15. quęſ. 15. Clauis Regia lib. *6.* c. *7.* dub. *6.* Ratio eſt quia, ſicut vouens, qui abſolutè vouit, non poteſt ſe ipſum eximere ab obligatione voti, aut aliorum debitorum, ita neq; poteſt eximere hæredem, & ſicut vouens cogi poſſet ad perſoluendum votum, ſi fortè nollet perſoluere, ita etiã hæres.

Hoc tamen limita, modò votum non fuerit emiſſum principaliter in honorem temporis determinati, & tempus iam ſit elapſum, vt dictum eſt puncto præcedente.

13 Quæres ſecundò quomodo ſe gerere debeat hæres illius, qui duabus Eccleſijs, vel duobus pauperibus vouerat duas res eiuſdem rationis, ſed diuerſas quò ad valorẽ.

Reſpondeo cum Molina tom. 1. de iuſtitia, diſp. 198. Gomez 1. variarum cap. 12. nu. 18. Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 13. nu. 28. & alijs apud Gomez loc. cit. poſſe pretioſiorem tradere cui voluerit, nã hæres ſuccedit in omnem poteſtatem de-

defuncti, cum autem defunctus non teneretur vni potius, quàm alteri pretioſiorem dare, poterit hæres pretioſiorem tradere, cui ex illis voluerit.

Hoc tamen intellige modò vouens non præceperit hæredi hæc vota adimplere; tunc enim hęres tenebitur hæc vota adimplere, ſicut legata indeterminata; Legata autē indeterminata ita ſunt per hæredē adimplenda vt illi, qui primo loco conſtitutus eſt legatarius, res pretioſior tradatur, cum enim primò loco fuerit conſtitutus, videtur magis dilectus, conſequenter eſt præferēdus Argumento textus l. Quoties ff. de vſufructu. Videte Molinā loco citato verſiculo Dubium, & alios Doctores citatos.

Si verò adhibita debita diligentia dubitetur, in cuius fauorem primo loco factum fuerit votum, cenſeo adhuc hæredem poſſe pretioſiorem tradere cui voluerit, ſicut poterat defunctus, nec eſt eadem ratio voti, & aliorum debitorum ex iuſtitia, quæ in tractatu de reſtitutione diximus reſtituenda eſſe ad ratam inter eos, de quibus dubitatur. Ratio diſparitatis eſt quia obligatio debitorum ex iuſtitia naſcitur ex iure aliorum, obligatio verò voti naſcitur ex propria volūtate. Ita Sanchez loc. cit.

14 Quęres tertiò quomodo ſe gerere debeat hæres in perſoluendis votis, quando bona, ex quibus vota perſoluenda ſunt, non ſufficiunt ad ſatisfaciendum omnibus votis.

Reſpondeo deſtinguendo, aut hæres cognoſcit quodnam votum ſit de re meliori, aut non. Si cognoſcit quodnam ſit de re meliori, debet illud exequi, quia repręſentat perſonam defuncti, & in eius locū ſuccedit, ſicut ergo defunctus tenebatur perſoluere votum de re meliori, ita etiam hæres: ſi verò non cognoſcit quodnam votum ſit de re meliori, debet perſoluere votū, quod fuit prius emiſſum, vt dictum eſt de eo, qui vota incompoſsibilia emiſit, & hoc verum videtur, etiāſi vota fuerint acceptata ab ijs, in quorum fauorem emiſſa ſunt, aut etiamſi defunctus præceperit hęredi, vt ea perſolueret; nā adhuc hęres maiori obligatione non tenetur, quam teneretur defunctus, qui non aliter præſumitur in hoc caſu hæredi præcepiſſe ſolutionem votorū, quàm ipſe teneretur, nō enim præſumendum eſt delictū, defunctus autem tenebatur uota modo recenſito perſoluere. Ita Sanch. num. 41.

Obijcies quando bona, ex quibus ſoluenda ſunt legata, non ſufficiunt omnibus legatis perſoluendis, perſoluenda ſunt ad ratam, & nulla ſunt integrè adimplenda, etiamſi aliquod legatum conſiſtat in re aliqua determinata, vt ſi legetur alicui torques, vel fundus, vt docet Gomez, & alij apud Sanchez loc. cit. nu. 40. ergo hoc idem faciēdum eſt in votis.

Reſpondeo negando conſequētiam. Ratio eſt quia hæres ſuſtinet quaſi perſonā defuncti; Cum autem defunctus non teneretur in legatis vllū ordinē ſeruare; teneretur verò in votis, ſequitur hæredem non teneri vota perſoluere ad ratam, ſed illud, quod eſt de meliori bono, vel illud, quod prius fuit emiſſum, ſi nō cōſtet quodnā ſit de meliori bono.

15 Maior difficultas eſt qūo ſe gerere debeat hæres in perſoluendis

dis

Digitized by Google

dis votis, quando bona nõ ſufficiũt ad ſatisfaciendũ omnibus, & cõſtat omnia vota eſſe æque bona, vel dubitatur quodnam melius ſit, & neſcitur quodnam prius emiſſum fuerit.

Reſpondeo contra Sanchez loc. cit. nu. 41. dari electionem hæredi, vt quoduis illorum impleat. Ratio eſt tum quia non eſt maior ratio cur vnum potius, quam alterum implere cogatur, vel cur pro rata omnibus ſatisfacere teneatur cũ ęquè gratum Deo videatur alterum illorum exequi, ac pro rata omnibus ſatisfacere. Tum quia hæres ſuccedit in iura, & in omnem poteſtatẽ defuncti: ſicut ergo defunctus poterat electionem facere, vt concedit idem Sanch. ita etiam danda videtur electio hæredi, modò uota nõ fuerint acceptata ab ijs, quorũ fauore facta fuerant; Nã ſi ab ijs acceptata ſunt, cenſeo ad ratam eſſe perſoluenda, quia omnes habent æquale ius. Idem cenſeo de ijs votis, quę defunctus præcepit hæredi adimpleri; Nam hęres ratione huius præcepti peculiarem contraxit obligationem adimplendi vota; cũ autem nequeat omnia adimplere dicendum eſt teneri pro rata.

16 Quæres quartò vtrũ hæres pręferre debeat vota legatis, & debitis ex iuſtitia, vel è contrà.

Reſpondeo primò vota non eſſe præferenda debitis ex iuſtitia. Nam vota perſoluenda ſunt ex bonis hæreditatis, bona autem hæreditatis dicuntur ea, quæ ſuperſunt deducto ære alieno l. Mulier bona ff. de iure dotium; Ergo debita ex iuſtitia præferenda ſunt votis, non verò vota debitis ex iuſtitia, vnde Doctores communiter tradunt legitimam diminui, ob debita, cum hæc ex bonis hæreditatis prius extrahantur, non verò diminui ob vota iuxta noſtram ſententiam ſuperius traditam.

Reſpondeo ſecundò vota eſſe præferenda legatis etiam pijs, detractis expenſis funeris neceſſarijs. Ratio eſt quia hæres ſuccedit in locum defuncti, cum autẽ defunctus non teneretur ad perſoluenda legata, quæ ipſe conſtituit, teneretur uerò ad uota, ſequitur etiam hæredem teneri præferre uota legatis. Ita Sanchez nu. 39.

17 Quæres quintò utrum hæres certus de uoto reali emiſſo à defuncto, ſed dubius de adimpletione uoti, teneatur uotum adimplere.

Reſpondeo teneri. Ratio eſt tùm quia poſſeſsio ſtat pro uoto & dubitatur de ipſius excuſatione; in dubio autem fauendum eſt poſſidenti. Tum quia in foro externo cogeretur ſoluere, cum non conſtet ſolutionem à defuncto factam fuiſſe, ergo & in foro conſcientiæ cogendus eſt ſoluere, cum idem ſit iudicium fori interni, & externi, quãdo forum externum non fundatur in falſa præſumptione. Ita Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 15. nu. 46. ad finem & alij, quos in ſimili retuli de peccatis.

Obijcies votum obligat tãtummodo vouentem, ergo ſiuè hæres certus ſit de voto defuncti, ſiuè dubius non tenetur votum defuncti adimplere.

Reſpondeo votum obligare ſolummodo vouentem, & non alium obligatione religionis. Ratio eſt quia votum eſt actio perſonalis, & lex quædam priuata pendens à voluntate, & conſenſu

vouen-

vouentis; ergo impoſsibile eſt, vt alter obligetur obligatione voti; cum ab ipſius proprio conſenſu votum non pendeat. Ita S. Tho. Abbas, & alij apud Suarez lib. 4. cap 9. num. 2. Non tamen inferendum eſt hæredes non teneri ex quaſi contractu pſoluere vota defuncti realia, licèt non teneantur formaliter ex obligatione religionis.

18 Ex ſolutione iſtius obiectionis colligitur. Primò votum parentum vouentium, ſeu offerētium infantes religioni, nō obligare infantes, niſi infantes illud ratificauerint, ſeu approbauerint. Ratio eſt tum quia votum parentum nō pendet à voluntate infantum, niſi illud ratificauerint. Tum quia in ijs, quę pertinent ad vitæ ſtatum quilibet eſt ſui iuris, vt patet in Matrimonio, Cœlibatu &c. Ita Suarez loco cit. Nauar. cap. 12. nu. 47. Leſsius dub. 10. num. 63. Sanch. cap. 15. num. 22. Sylueſter verbo Votum 2. quęſito 9. & alij.

Ex quo patet filium non teneri ingredi religionem, quam pater voto promiſit, niſi fortè filius votum parentis ratum habuerit, & cōſenſerit poſtquam ad diſcretionis annos peruenit. Ratio eſt tum quia nemo poteſt promittere, quod non eſt in ſua poteſtate, ſed filius in hac re non eſt in poteſtate patris: eſt enim ſui iuris in ijs, quæ pertinent ad vitæ ſtatum: ergo pater non potuit ſuo voto promittere filium religioni. Tum quia votum obligat ſolum vouentem. Neque obſtat qđ pater poſsit aliqua præcipere filio; non enim poteſt filio præcipere ingreſſum Religionis, licet poſſit ea præcipere, quæ pertinent ad obſeruationem mandatorum, & ad domus, reiquè familiaris gubernationem, vt ait Leſsius loco citato, & Sanchez loco cit. & cap. 18. nu. 28. Sylueſter verbo Filius, quæſito 22. & Angelus nu. 30. Verum tamen eſt parentem, qui vouit filium religioni, teneri curare quātum poteſt, vt Religionem ingrediatur. Ratio eſt tum quia huiuſmodi cura eſt illi poſsibilis. Tum quia qui aliquid promittit ad quod non poteſt cogere, nihil aliud cenſetur promiſiſſe, quā curare vt alter faciat, quod ipſe promiſit. Ita Sanchez lib. 4. cap. 5. & cap. 18. nu. 27. & alij communiter, & colligitur ex l. Stipulatio. ff. de verborū obligationibus.

19 Secundò filium non teneri ad vota parētum nomine ipſius emiſſa, niſi ſint emiſſa coram ipſo filio interius conſentiente, vel niſi filius illa poſtea ratificauerit, quamquā in dubio non præſumitur filius tacens conſenſiſſe, vel ratificaſſe votum ab ali js factum ipſo præſente, vel abſente; nam in oneroſis taciturnitas non accipitur pro expreſſione conſenſus, vt optimè tradit Sanchez loco cit. num. 24.

Vtrum verò filius poſsit à parentibus Religioni offerri videri poteſt apud Sanch. in opere morali lib. 4. cap. 18. vbi plura diſſerit de oblatione filiorum Religioni, quæ cum rarò accidāt relinquo apud ipſum videnda.

20 Tertiò ſucceſſores nō obligari vi voti ad ſeruandum votum factū à communitate, ſeu à populo; nam votum eſt actus omninò perſonalis proueniēs ab ipſiſmet perſonis veris talis communitatis, vt bene ait Suarez loco cit. nu. 6. Sanchez c. 15. nu. 19. Vaſquez 1. 2. diſp. 167. nu. 34. & diſp. 177. n. 22. & alij contra Rodriquez

Digitized by Google

driquez 2. parte cap.99.nu.13. Nauar.cap.12.nu.73. & alios, quos tacito nomine refert Salas de Legib. diſp.14.ſect. 16.num.131.ad finem. Non obligantur igitur ſucceſſores cõmunitatis obligatione voti facti à cõmunitate,niſi votum à ſingulis fiat, vel acceptetur. Verumtamen eſt communitatem eo ipſo quo facit votum interueniente conſenſu Epiſcopi obligare ſucceſſores ad acceptandum votum,vel ad obſeruandum id, quod communitas vouit. Ideò licet ſucceſſores non faciant votum, aut non acceptent, & conſequenter non peccent contra votum; peccant tñ cõtra præceptũ ſuperioris præcipientis obſeruari rem illam promiſſam. Ita Suarez cap.9.num.10. & 11. Sanchez, Vaſquez, & alij: Requiritur autem cõſenſus Epiſcopi, quia populus ex ſe non poteſt obligare ſucceſſores ad acceptandum, vel ſeruandum votũ, cum materia voti ſit res ſpiritualis.

Addit Vaſquez 1. 2.nu. 34. diſp. 167. Rodriquez 1. parte cap. 122. num. 1.Sanchez, & alij etiam religioſos licet exemptos teneri ad huiuſmodi vota, nam religioſi licet exempti tenentur legibus Epiſcoporum etiam Synodalibus obedire in omnibus actionibus communibus, quæ non repugnant obſeruantiæ regulari; Epiſcopus autem præcipit obſeruari id, quod communitas vouet, vt ſuppono. Sed de hac re, quid nobis ſentiendum ſit conſtat ex dictis de leg. puncto 6. ex quibus licet inferre vtrum teneantur ex vi directiua, vel coactiua.

21 Quæres ſextò, vtrum donatarius teneatur ad realia donãtis vota, ſi donans ſua vota præſtare nequeat, aut nõ ſit ſoluendo, aut mortuus ſit, aut hæres perſoluere nolit.

Reſpondeo donatarium non teneri loco vouentis vota perſoluere etiamſi donatarius acceperit ſciẽs vouentem ob id effici impotentem ad perſoluendum votum. Ratio eſt tũ quia rẽ accepit à vero domino ſine vllo onere. Tum quia donatarius, aut legatarius non tenetur ad perſoluenda defuncti debita ex iuſtitia, vt dictum eſt de contractibus; ergo multò minus tenetur ad vota, quæ non ſunt debita ex iuſtitia, ſed ex religione, niſi fortè donator hoc onus impoſuerit donatario. Tum quia licet peccauerit accipiendo, non tamen hinc ſequitur teneri ad reſtitutionem, & non poſſe liberè vti re accepta; nam obligatio reſtituendi oritur ex iniuſta actione; hic autem nullam actionem iniuſtam exercuit, cum non magis peccauerit, quam ipſe vouens: vouẽs autem non peccauit contra iuſtitiã propriè acceptam, ſed contra religionem. Tum quia qui contraxit matrimonium cum fœmina, quam voto caſtitatis aſtrictam non ignorabat acquiſiuit ius in corpus illius, & liberè illa vtitur ad actus coniugales reddendo, & petendo, vt benè docet Sanchez lib.9.diſp. 33.n. 2. Suarez loc. ſtatim citado, & alij: ergo etiam qui aliquid accepit cõtra votum alterius acquiſiuit ius, & poteſt re accepta liberè vti, cum eã acceperit à vero domino, nec peccauerit contra iuſtitiam commutatiuam accipiendo. Ita Suarez lib. 4 de voto cap.16.nu.12. & Sanchez in Summa lib. 4.

22 Quæres vltimò, vtrum vouens teneatur votum adimplere, ſi poſt mortem ad vitam reuocetur.

Reſpondet Sanchez lib. 4. c. 14. num.41.

Digitized by Google

num.41. non teneri, quia votum eſt vinculũ perſonale quod afficit perſonam, eaquè extincta extinguitur, quod autem ſemel extinctum eſt, non reuiuiſcit: Ideò profeſſus ſi ad vitam reuocetur liber eſt ab obligatione voti ſolemnis, conſequenter validè poteſt matrimoniũ contrahere, modò non ſit ordine ſacro initiatus, tunc enim non poterit matrimonio copulari iuxta veriorẽ ſententiã, non quia non ſit extincta obligatio voti emiſsi in ſuſceptione ſacrorum ordinum, ſed quia Eccleſia repellit à matrimonio initiatos ordine ſacro, vt conſtat ex dictis de matrimonio, & ſicut beneficiario, qui à mortuis ad vitam per miraculum excitatur, non amplius competit ius beneficij, vt docui de beneficijs puncto 9. Propoſitione 2. cum Sanch. P. Nauarro, & Henriquez, ita neque competit obligatio voti.

Sed mihi diſtinguendum videtur, vel votum erat reale, vel perſonale: ſi perſonale extinguitur morte, & ſic procedũt rationes, & exẽpla tradita à Sanch. Henriquez, & alijs: Si reale cenſeo non extingui, ſi is, in cuius fauorẽ factum fuerat, acceptauit votum. Ratio eſt tum quia huiuſmodi votũ afficit bona, tranſmittitur ad hæredes, & cenſetur perpetuum, vt patet ex dictis de priuilegijs de priuilegio reali, tum quia is, in cuius fauorẽ factum fuerat votum acquiſiuit ius, quod non extinguitur morte vouentis, vt per ſe patet ad differentiam matrimonij, in quo mortuo vno coniuge ſuperſtes non retinet ius in mortuum, ſed validè poteſt matrimonium cũ alio celebrare, vt patet ex dictis de matrimonio. Ita ſentire videtur Syluester verbo Reſuſcitatus, quatenus aſſerit eum, qui abſolutè vouit ſe vota ſeruaturũ, teneri ad vota poſtquam reſuſcitatus fuerit. Idẽ à fortiori tenent Ioannes Andreas, & alij cap. Fraternitatis de frigidis, & maleficiatis negantes ſine diſtinctione vota morte extingui.

§. III.

Vtrum votum ita obliget vouentem, vt nequeat per alium adimplere votum perſonale, reale, aut mixtum.

1 *Votum perſonale ſimpliciter factum non poteſt per alium adimpleri.*

2 *Vouens ſi fiat impotens ad votum perſonale adimplendum, non tenetur per alium ſatisfacere.*

3 *Vouens tenetur votum reale adimplere, ſi ipſe impotens ſit factus.*

4 *Vouens tantam pecuniam in eleemoſynam ſatisfacit, ſi ea eleemoſyna nomine ſuo ab alio erogetur.*

5 *Votum non cenſetur adimpletum ſi ſupradicta eleemoſyna ab alio fiat vouente inuito.*

6 *Votum mixtum quoad partem perſonalem non poteſt per alium adimpleri.*

7 *Qui non poteſt perficere peregrinationem Lauretanam, quam vouerat, non tenetur in eleemoſynam tradere ſumptus, quos ipſe in itinere feciſſet.*

8 *Qui non poteſt per ſe ipſum votũ reale adimplere, tenetur per alium.*

9 *Qui non poteſt votum adimplere, non tenetur votum in aliud, quod præſtare poſſet, commutare.*

PRI-

Digitized by Google

PRIMA PROPOSITIO.

1 VOtum perſonale ſimpliciter factum non poteſt per aliũ adimpleri. Ratio eſt quia materia voti perſonalis eſt actio propria ipſius vouentis, non actio alterius, ergo votum perſonale non poteſt per alium adimpleri, cum votum non adimpleatur, niſi prę ſtetur materia ipſius voti. Non nego tamen aliquem poſſe vouere ieiunium, aut peregrinationem per alium ſuſcipiendam; Sed hoc non eſt adimplere votum per alium, cum ipſe vouẽs adimpleat id, quod promiſit, ipſe enim nõ promiſit ieiunare, aut peregrinari, ſed curare vt alter ieiunet: Ideo materia proxima huius voti eſt procuratio, quæ præſtatur ab ipſo vouẽte, remota eſt alterius ieiunium. Ita Suarez lib. 4. de voto cap. 10. nu. 3. Azor. lib. 11. cap. 15. quæſito 16. Nauarrus cap. 12. n. 55. Sylueſter votum 2. quæſito 10. Rodriquez 2. parte cap. 99. nu. 10 Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 15. num. 3. & alij.

2 Hinc ſequitur vouentem nõ teneri per alium adimplere votum perſonale, dum factus eſt impotens ad votum adimplendum, ſiuè factus ſit impotens propria culpa, ſiuè ſine propria culpa, ſiuè impotentia ſuperuenerit, ſiuè extiterit eo tempore, quo factum fuit votum. Ita Azorius 1. parte lib. 11. cap. 15. dub. 16. Clauis Regia, Suarez locis cit. nu. 7. & alij, quamquam Sãchez lib. 4. cap. 2. nu. 26. Nauarrus cap. 12. n. 55. Clauis Regia loc. cit. & alij exiſtimant vouentẽ, qui ab initio præuidit impedimentum, teneri votum per alium adimplere, alioquin diceretur emiſiſſe votum ridiculum, vanum, & inutile. Verum ad hanc rationem reſpondetur cum Suarez nu. 7. concedendo tale votum eſſe vanum, & inutile, quatenus non cõſtat vouentem voluiſſe obligare ſe ad votum adimplendum per alium, & quatenus conſtat votũ non poſſe per ipſummet vouentem adimpleri, quando votum eſt perſonale.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 VOuens qui nõ poteſt adimplere votũ reale per ſe ipſum tenetur adimplere per alium. Ratio eſt quia materia huius voti, non eſt actio ipſius vouentis, ſed res, cum autem res poſsit per alium exhiberi, ſequitur vouentem debere votum reale adimplere per aliũ, ſi per ſe ipſum adimplere nequeat.

4 Hinc ſequitur vouentem ſatisfacere voto reali, ſi curet pecuniã ab alio ſuo nomine erogari, ſiuè pecunia ſit vouẽtis, ſiuè erogantis, ſic enim adimplet rem promiſſam.

Addo cum Sanchez lib. 4. cap. 15. nu. 7. vouentem ſatisfacere voto, etiamſi pecunia, ſiuè eleemoſyna ab alio erogata ſit nomine vouentis inſcio vouẽte, modò poſtea vouens ratam habeat talem eleemoſynam. Ratio eſt quia res promiſſa adimpleta fuit nomine vouentis, & nihil aliud deerat præter ipſius conſenſum, ſeu ratihabitionem; Igitur accedente ratihabitione vouentis, votum cenſetur adimpletũ.

5 Vtrum verò votum cenſeatur adimpletũ, ſi inuito vouente eleemoſyna per aliũ fiat, patet ex dictis de legibus puncto 10. n. 7. non cenſeri adimpletum. Ratio eſt quia ad ſatisfaciendum præcepto requiritur

tur intentio faciendi actū præceptum; hic autem deficit intentio.

Addit Sanchez loco citato hoc procedere etiamſi poſteà vouens ratam habeat eleemoſynā ſuo nomine factam. Sed mihi verius oppoſitum videtur: Nam ad ſatisfaciendum voto ſufficit traditio pecuniæ, & conſenſus vouentis, cum autem pecunia ſit tradita, & ſolus conſenſus deſideretur, dicendum videtur accedente conſenſu votum cenſeri adimpletum.

Vtrùm verò vouēs teneatur proprijs manibus laborare, aut artem ſuſcipere, quæ ipſius ſtatum dedeceat, vt ſatisfaciat voto reali, patet ex dictis de reſtitutione, vbi negatiuè reſponſum eſt, cum communi Doctorum ſententia, & idem tradit Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 15. num. 8.

TERTIA PROPOSITIO.

6 Votum mixtū non poteſt per alium adimpleri, ſi ſpectetur ſecundū eam partem, quæ perſonalis eſt: Si verò conſideretur ſecundum partem realē, debet adimpleri per alium, quoties vouens nō poteſt per ſe ipſum adimplere, modò votum ſit æqualiter reale, & perſonale, & non ſit reale tantummodò acceſſoriè. Hæc propoſitio patet ex duabus præcedentibus propoſitionibus.

Dixi modò ſit æqualiter reale, & perſonale, nam ſi reale ſit tantummodo acceſſoriè, non tenetur per ſe ipſum, aut per alium adimplere, nam principale trahit acceſſoriū, ſed principale eſt perſonale, quod non poteſt per alium adimpleri, ergo neq; reale acceſſorium.

7 Hinc ſequitur eum, qui vouit peregrinationem Lauretanam, quā poſtea non poteſt ſuſcipere, non teneri in eleemoſynā conferre ſumptus, quos feciſſet in ea peregrinatione: Nam ſumptus ſe habent tantūmodò acceſſoriè ad votum perſonale peregrinationis, ſicuti neque teneretur hęres hos ſumptus facere, ſi defunctus non perſoluiſſet votum peregrinationis; qui verò vouit peregrinationē Lauretanā, & tradere eleemoſynam illi Eccleſię, tenetur mittere eleemoſynam, licet ipſe non poſsit peregrinationem ſuſcipere, nam huiuſmodi votū eſt ęqualiter reale, & perſonale, & cenſetur virtualiter duo vota continere. Item qui vouit templum ędificare ſuis ſumptibus, & proprio labore tenetur illud ædificare ſuis ſumptibus, quamuis ipſe laborare non poſsit. Idem dic de eo, qui promiſit dare eleemoſynam ſuis manibus. Ita Sylueſter quæſito 10. Suarez lib. 4. cap. 10. nu. 13. & cap. 11. n. 7. Angelus votum 3. nu. 7. Sanchez lib. 4. cap. 15. nu. 13. & 29. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 10. nu. 67.

8 Ex dictis colligi poteſt ſolutio illius difficultatis qua quęritur, vtrū vouens teneatur votum per alium adimplere, dum ipſe per ſe ipſum adimplere non poteſt.

Reſpondent negatiuè Syluester verbo Votum 2. quæſito 10. Clauis Regia, Reginaldus locis citatis. Nauarrus cap. 12. nu. 55. & alij apud præcitatos. Sed mihi dicendum videtur teneri quoties votum eſt reale, & vouens poteſt illud per alium adimplere. Ratio eſt quia hæc eſt natura voti realis, vt per alium poſſit adimpleri, ergo vouens non excuſatur, quin per alium adimpleat,

cum

Digitized by Google

cum vouerit rem, quam per alium adimplere poteſt. Ideo qui vouit peregrinationem ad Terram Sanctam ad ſubſidium impendendum, tenetur per alium hoc ſubſidium impendere eo meliori modo, quo poteſt. Ita Reginaldus, Clauis Regia, & alij locis citatis. Hoc tamen intelligendum, modò votũ ſit mixtum, & nõ tantummodo perſonale, nam obligatio perſonalis non excedit perſonam. Ita communiter Doctores.

9 Vnicum ſuper eſt dubium vtrũ qui non poteſt votum adimplere teneatur commutationem voti facere in rem, quã adimplere queat.

Reſpõdeo negatiuè cum Sylueſtro verbo Votum 2. quæſito 6. Reginaldo lib. 18. nu. 281. Suarez lib. 4. de voto cap. 15. nu. 9. & alijs Doctoribus citatis. Ratio eſt quia ſicut dum Eccleſia præcipit aliquem actum, non præcipit recompenſationẽ, ſuperueniente impotẽtia adimplendi actum præceptum, ita neq; vouens obligat ſe ad recompenſationem faciendã, ſi rem voto promiſſam præſtare nequeat.

§. IV.

Vtrum ſit peccatum violare, & non adimplere votum.

1 *vouere eſt opus bonum ſpectans ad virtutem Religionis.*
2 *Votum obligat ſub peccato.*
3 *Violatio voti ex ſuo genere eſt peccatum mortale, niſi paruitas materiæ excuſet.*
4 *Non datur votum, non obligans ad vllam culpam.*
5 *Materia voti cognoſcitur ſufficiens ad peccatum mortale, vel ad veniale tantum, ex magno, vel exiguo honore, qui ex voti adimpletione redundat in Deum, & ex cõparatione ad legem, & ad alia præcepta.*
6 *Aliqua inferuntur ex dictis.*
7 *Non adimplens votum in materia graui, factum cum intentione obligandi ſe tantum ſub veniali, venialiter tantum peccabit.*
8 *Hoc idem valet reſpectu illius, qui generaliter propoſuit obligare ſe ſolum ſub veniali in votis, & hoc propoſitum nunquam mutauit.*
9 *Qui dubitat an votum emiſerit, non peccat illud non adimplendo.*
10 *Dubitans an vouerit caſtitatem abſolutam, vel tantum abſtinentiam à coniugio, tenetur abſtinere a coniugio tantum.*
11 *Si materia voti ſit debita ex alio pręcepto violans illam duo ſaltem peccata committet.*
12 *Vouens ſufficienter votum adimplet, dum nihil cogitans de voto, illud adimplet.*
13 *Qui vouit inuiſere Limina Apoſtolorum, ſatiſfacit voto, ſi adijt Romam cauſa negotiorum, & limina inuiſit ea occaſione.*
14 *Ille, quem pœnitet vouiſſe, non peccat mortaliter, niſi habeat intentionem omittendi rem promiſſam.*

1 SVppono primò vouere eſſe opus bonũ, & laudabile ſpectans ad virtutem religionis, quę reſpicit cultum Dei, & melius eſſe aliquid facere ex voto, quã ſine voto, atq; opus factũ ex voto magis eſſe meritoriũ q̃ opus nõ factũ ex voto. Ratio eſt tum quia opus voto promiſſum nõ ſolum habet honeſtatẽ, quam haberet pręciſo voto, verum etiam habet honeſtatem voti, per quam opus conſtituitur in materia reli-

religionis, & Deo ſacratur. Tum quia homo per votum ſe Deo magis firmiter tribuit, & cum maiori voluntatis affectu, & firmitate operatur. Tum quia omiſsio operis voto promiſsi grauior eſt omiſsione operis non promiſsi, ergo etiam adimpletio operis voto promiſsi melior eſt, quia oppoſitorum eadem eſt ratio, vel proportionalis ratio. Ita Sanct. Thom. opuſc. 17. cap. 11. & opuſc. 18. cap. 12. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 8. num. 56. Caietanus, Sotus, & alij Scolaſtici communiter, teſte Suarez lib. 1. de voto cap. 17. nu. 3.

2 Suppono ſecundò votum obligare ſub peccato, ſicut enim promiſsio facta homini obligat. Ita ēt obligat promiſsio facta Deo; quocirca Eccleſ. 5. habetur, diſplicere Deo infidelem, & ſtultam promiſsionem. Ita communiter Doctores.

His poſitis explicandum eſt in hoc paragrapho. Primò vtrum violans votum mortaliter peccet. Secundò vtrum peccet, qui votum nõ adimplet, dubitans an votum emiſerit. Tertiò quot peccata committat, qui violat votum. Quartò an violet votũ, qui opus voto promiſſum facit abſque animo adimplendi votum. Quintò vtrum peccet, qui nollet vouiſſe.

PRIMA PROPOSITIO.

3 Violatio voti ex ſuo genere, eſt peccatum mortale. Ratio eſt tum quia ſic decernitur ab Innocentio capite Licet de voto, vt patet ex dictis de contractibus. Tũ quia violatio promiſsionis factę homini eſt mortalis in materia graui, ergo etiam violatio promiſſionis factæ Deo per votũ eſt mortalis. Tum quia violatio voti eſt contra reuerentiam Deo debitam, & grauem Deo infert iniuriam, niſi inaduertentia, vel paruitas materiæ excuſet; poteſt enim paruitas materię à mortali excuſare, ſiue materia illa parua ſit tota materia voti, ſiue ſit tantummodo pars voti. Ratio eſt tum quia modica fit Deo iniuria per violationē voti in parua materia, ſiue illa ſit tota materia voti, ſiue pars tantum. Tũ quia votum non magis obligat, quàm præcepta diuina, vel Eccleſiaſtica; hæc autem in materia leui obligãt ſolum ſub veniali. Ita Nauarrus c. 12. nu. 40. Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 5. puncto 4. quæſtiuncula 2. Arragonius 2. 2. q. 88. art. 3. dub. 1. Suarez lib. 5. de voto cap. 4. nu. 10. Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 12 nu. 5. Reginaldus lib. 18. nu. 237. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 15. quæſito 4. Clauis Regia lib. 6. cap. 6. nu. 5 & alij contra Caietanum 2. 2. quæſt. 89. art. 7. dubitatione 1. Nauarrum cap. 12. nu. 40. & alios aſſerentes violationem voti in tota materia parua eſſe mortalem.

Addo non eſſe peccatum mortale violare votum in re leui, etiãſi vouẽs habuerit intentionẽ obligãdi ſe ſub mortali in materia leui, nã materia leuis nõ videtur capax tantæ obligationis, vt benè Suarez lib. 4. cap. 4. nu. 20. & lib. 5. cap. 4. Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 4. n. 4. & lib. 4. cap. 12. n. 6. cum Valentia, Soto, & alijs contra Clauem Regiã lib. 6. cap. 6. nu. 7. & alios.

Obijcies mendacium veniale ſi ſit tota materia cõfeſsionis eſt peccatũ mortale, ergo eſt etiã mortalis violatio voti in parua, & leui ma-

Digitized by Google

teria, modò ſit tota materia voti.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt quia per mendacium, quod eſt tota materia confeſsionis redditur irritum Sacramentum, & committitur graue ſacrilegium; in violatione verò voti non redditur irritum votum, nec graue committitur ſacrilegiũ; ſed ſolum fit contra obligationem voti in re parua, & Deo leuis iniuria irrogatur.

An verò magis obliget votum, quam præceptũ videri poteſt apud Suarez c.3.nũ.8.9.& 10.

4 An verò dari poſsit votum non obligans ad vllam culpam.

Reſpondetur cum Suarez loco citato cap.4.nu.14. Sanchez lib. 1. de matrimonio diſp.9. cõtra Henricũ apud Suarez, non poſſe dari. Ratio eſt tum quia vel votum non eſt pœnale, vel eſt pœnale, ſi non eſt pęnale, certum eſt obligare ad culpam, vt patet in lege non pœnali. Si eſt pęnale, adhuc videtur obligare ad aliquam culpam; quia pęna non debetur, niſi ob aliquã culpam. Tum quia nõ poteſt dari votum, in quo non obliget illa lex diuina, *Redde Domino vota tua*; cum autẽ illa lex ſemper obliget, ſequitur non poſſe dari votum non obligans ad vllam culpam.

5 Sed modo dubium eſt primò quomodò poſsim᷒ cognoſcere materiam voti eſſe grauẽ, & ſufficientem ad peccatum mortale, aut leuem, & ſufficientem tantummodo ad veniale.

Reſpõdeo ex duplici capite poſſe hoc cognoſci. Primò ex magno, aut exiguo honore, qui redũdat in Deum ex adimpletione voti; nam ſi magnus honos in Deum redundat ex talis materiæ adimpletione, materia grauis eſt, & ſufficiens ad mortale. Si verò non multum cedit in honorem Dei, cenſetur materia leuis, & ſufficiens tantummodo ad veniale. Secundò ex comparatione ad legẽ, & ad alia præcepta: nam ſi illa materia præciperetur à lege, & ſufficeret ad mortale, cenſetur etiam materia grauis reſpectu voti, & ſufficiẽs ad mortale. Ita Sanchez loco cit. nu.12. & 14.

6 Hinc ſequitur primò eum, qui ſemel nõ adimplet votum recitandi quinquies orationem Angelicã, non peccare mortaliter. Tum quia tali omiſsione non multum detrahitur honori Dei. Tum quia hæc nõ eſſet ſufficiẽs materia peccati mortalis, ſi præciperetur à ſuperiore. Vtrum verò peccet mortaliter, qui ſæpius prætermittit votum de materia leui, patet ex dictis de peccatis quæſt.3. puncto 5. & idem præter DD. ibi citatos tenet Suarez lib. 5. de voto cap.4. num.9. & 10. contra Valentiam tom.3 diſp.6. q. 6. pun. 4. verſic. Secũdo quæritur colum. 4.

Secundò eum non peccare mortaliter per ſe loquendo, qui violat votum leuis eleemoſynę, niſi fortè ex omiſsione paruæ eleemoſynæ ceſſet magnus Dei honos in voto intentus, vt contingit, quando quis vouet eleemoſynam, vt vnum ſacrũ celebretur. Ita Sanch. nu.23.

Tertiò ob leuitatem materiæ eũ non mortaliter peccare, qui parum vini ſemel bibit contra votum non bibendi vinum Ita Sanch. num.21. quamuis oppoſitum videatur ſentire, Nauar. c. 12. num.53. & alij.

Quartò eum peccare mortaliter, qui ſemel non adimplet votum ſumendæ Euchariſtiæ, aut Confeſsio-

nis faciendæ, aut celebrandi ſacri. Tum quia adimpletio huius materiæ maximè conducit ad cultũ Dei. Tũ quia hæc eſt materia ſufficiens ad mortale peccatum in præcepto Eccleſiæ. Ita Sanch. lib. 4. cap. 12. num. 15.

Quintò eum peccare mortaliter, qui non adimplet votum viſitandi aliquam Eccleſiam, ibiquè fundendi preces ad eruendam animam ex pœnis Purgatorij; hæc enim videtur materia grauis, & valdè cedẽs in honorem Dei, Sanchez nu. 20.

7 Secundò dubium eſt, vtrum vouens peccet mortaliter contra votum non adimplendo votum in materia graui factum cum intẽtione obligandi ſe ſolum ſub veniali.

Reſpondeo peccare tantummodo venialiter. Ratio eſt quia votũ eſt lex quædam priuata obligans iuxta intentionem vouẽtis, vt dictum eſt de contractibus. Ita Suarez lib. 2. cap. 27. de legibus, & lib. 4. de voto cap. 4. nu. 4. Sanchez lib. 1. de matrimonio diſp. 9. num. 6. Nauar. c. 23. nu. 49. Henriquez, Molina, Rebel. & alij, quos retuli de contractibus diſp. 3. q. 11. pun. 2. nu. 10.

8 Hinc ſequitur, inquiunt aliqui DD., eum, qui generaliter propoſuit obligare ſe ſolum ſub veniali, & hoc propoſitum non reuocauit in generali, aut in particulari, remanere tantummodo obligatũ ſub veniali, ſi poſtea voueat etiam in materia graui, oblitus illius propoſiti: cenſetur enim ſe voluiſſe ſolũ obligare iuxta præcedentem intentionem non reuocatam. Ita Sanchez lib. 4. cap. 11. nu. 4.

SECVNDA PROPOSITIO.

9 QVi dubitat an votum emiſerit non peccat non adimplendo votum. Ratio eſt quia hoc eſt dubium iuris ideſt voti, quod eſt lex quædam priuata, in dubio autem iuris melior eſt cõditio poſſidentis ſuam libertatem, vt patet ex dictis de peccatis. Ita Reginal. lib. 18. nu. 276. Sotus 7. de Iuſtitia q. 3. art. 2. Henriquez lib. 11. c. 11 n. 5. Rodriquez in Sum. 2. parte c. 99. num. 5. Medina, Angelus, Lopez, & alij apud Sanch. lib. 1. de matrim. diſp. 9. num. 11. & apud Suarez lib. 4. de voto cap. 9. num. 4.

10 Ex quo infertur, eum, qui dubitat, an vouerit caſtitatem abſolutã, vel vouerit abſtinentiam tantum à cõiugio, teneri ex vi voti ſolum abſtinere à coniugio. Item qui dubitat, an vouerit mille, vel tantummodo quinquaginta, tenetur ſolum ad quinquaginta. Et hoc etiam accommodari poteſt hæredi. Tum quia hæres ſuccedit in locum defuncti. Tum quia hæres non tenetur adimplere legata iuxta ſtrictam obligationem, vt docui de teſtamentis: ergo neque vota. Ita Sanch. in Sum. lib. 4. cap. 15. num. 46. contra Suarez lib. 4. cap. 7. num. 10. Item qui vouit ieiunare diebus Sabbati, & dubitat, an vouerit ieiunium perpetuum ijs diebus, non tenetur ad ieiunium perpetuũ ijs diebus. Ratio eſt tum quia hoc eſt dubium iuris. Tum quia ſicut quando dubitatur, an totum votum ſit factum vouens non tenetur ad votum, ita quando dubitatur de parte voti vouens non tenetur ad partem; nam quod iuris eſt

de

Digitized by Google

de toto ad totum, idem iuris eſt de parte ad partem. l. Quæ de tota, ff. de rei vendicatione. Tum quia in voto eligi poteſt quod minus, vt infrà oſtendam; minus autem eligitur exiſtimando votũ non eſſe perpetuum. Ita Sanchez lib.4. cap. 13. nu. 17. Suarez lib. 4. cap. 8. num.5. Reginald. num. 291. & alij contra Rodriquez in Sum.2. parte cap.95. nu.6. Azorium 1. parte lib.11.c.15. quæſito 9.& alios.

Hoc tamen intelligendum eſt, modò verba voti non ſonent quádam perpetuitatem; ſi enim quamdam perpetuitatem ſonent iuxta communem loquendi modum, vouẽs tenetur ad perpetuum ieiuniũ, niſi aliter conſtet de ipſius intentione. Ratio eſt quia intentio vouentis, à qua voti obligatio pẽdet, colligitur ex verbis, quibus votum emiſſum eſt, ſed verba accipienda ſunt iuxta communem intelligẽdi, & loquẽdi patriæ vſum, vt bene docet Panormitanus cap. Ex parte nu. 3. & 4. de Cenſibus, Sanchez loco citato, & Suarez lib.4. de voto c. 6. num. 3. ergo ſi verba voti iuxta cõmunem intelligendi, & loquendi modum important votum perpetuum, dicẽdum eſt votum eſſe perpetuum, & obligare ad perpetuum ieiunium, ſicut lex condita ſine determinatione temporis eſt perpetua, & in perpetuum obligat, niſi reuocetur.

TERTIA PROPOSITIO.

11 QVando materia voti non ſolum eſt debita ex obligatione voti, verum etiam ex alio præcepto, violans votum committit ſaltem duo peccata, vnum contra religionẽ voti, ideſt contra promiſsionem Deo factam, aliud contra virtutem, ad quã pertinet materia debita ex alio præcepto. Ratio eſt quia peccata ſpecificantur penes diuerſas virtutes, & perfectiones debitas, quibus priuant, ſed hic adeſt priuatio duplicis perfectionis, ergo ſunt duo peccata: Si verò materia nõ eſt debita ex alio præcepto, videndum eſt an vouens intenderit ſe obligare non ſolum vinculo religionis, verum etiam ex peculiari rectitudine illius virtutis, ad quam pertinet materia voti. Si intendit ſe ſolum obligare vinculo religionis, committit vnum tãtummodo peccatum contra religionẽ voti, quia adeſt priuatio vnius tantum perfectionis debitæ ex voto. Si verò intendit ſe obligare ex peculiari rectitudine illius virtutis, ad quam pertinet materia illius voti, committit duo peccata, & hoc cõtingit, quando quis promittit aliquid ex peculiari affectu, & motiuo ad aliquam virtutem. Vndè qui vouet ieiunare ex motiuo temperantiæ tenetur non ſolum ex religione, ſed etiam ex virtute temperantiæ ieiunare; ſicut enim legiſlator, dũ aliquid præcipit, obligat obligatione illius virtutis ad quam pertinet materia pręcepta, ita etiam vouens poteſt tãquam priuatus legiſlator ſibi priuatim per votum iniungere obligationem illius virtutis; ad quam pertinet materia illius voti, conſequẽter violando votum cõmittit duplex peccatum neceſſariò explicandum in Confeſsione vt ait Valentia 2.2.diſp.6. q.6. pun. 4.concl.2.fol.mihi 1355.Clauis Regia lib.6.cap.6.num.8.Nauar.c.12. num.34.Sanchez in Sum.lib.4.c.11.

Digitized by Google

de voto num.6. & 23. & alij contra Suarez lib.5.de voto cap. 3. nu.11. Caietanũ, Sotũ, & alios apud Suarez,loco cit. ſecluſo tamen illo peculiari affectu ad illam virtutẽ,vouens committeret vnum tantummodo peccatum violando votum, quod peccatum eſſet vnius ſpeciei contra virtutem religionis, & contra honorem Deo debitum ex voto, & hoc peccatum eſſet grauius, aut leuius iuxta grauitatem, aut leuitatem materiæ,nec eſſet diuerſæ ſpeciei ob diuerſam ſpecie materiã voti,conſequenter non ſeruans votum ieiunandi, aut obediendi ſatiſfaceret in Confeſsione dicendo ſe violaſſe votum in materia graui,aut leui. Ita Vaſquez 1.2.diſp.99.c 4. num.20. verſ.Hic etiam,Clauis Regia lib.6.c.6.nu.8.Rodriquez.2.parte cap.94. num.9. concl.9. Suarez cap.3. citato Reginald. n.231.Sanchez,& Valentia locis citatis.

An verò circunſtantia voti poſſit ſeorſim explicari in confeſsione nõ explicato actu principali peccaminoſo, quod in præcedenti cõfeſsione fuerat explicatum, patet ex dictis de pœnitentia quæſtio.5. ſect.2.puncto 2.§.3.difficult.1.n.9.

QVARTA PROPOSITIO.

12 Vouens ſufficienter adimplet votum, dum abſq; intentione adimplendi votum,vel nihil cogitans de voto obſeruat rem promiſſam, vt ſi vouit inuiſere ſepulchrũ Diui Caroli, illudq; inuiſit abſq; intẽtione adimplendi votũ, aut nõ aduertẽs ſe ad hoc teneri ex obligatione voti. Hæc propoſitio patet ex dictis de legibus punct. 10. vbi hoc cõprobauimus rationibus, & auctoritatibus Doctorum, ibiq; hanc limitationem adiecimus,modò res promiſſa non fiat coactè, & per vim abſolutam.

13 Hinc ſequitur eum, qui vouit inuiſere limina Apoſtolorum,ſatiſfacere voto, etiãſi illa viſitet poſtquam Romam adijt cauſa alterius negotij, vel cauſa curioſitatis, vel alio titulo; nam adimplet rem promiſſam; hoc tamẽ intelligitur modò vouens non vouerit etiam peregrinationem piam; ſeu laborem itineris; namſi vouit piam peregrinationem non ſatisfacit in prædictis caſibus, quia non dicitur ſuſcipere peregrinationem, quæ ſit opus pium,cum Romam adeat cauſa alterius negotij, vel curioſitatis. Ita Sanchez lib.4.cap.11.nu.68. Exiſtimarẽ tamen, eum ſatisfacere voto ſi peregrinationem ſuſciperet animo viſitandi limina Apoſtolorum, & ſimul etiam cauſa alterius negotij; nã iſta peregrinatio eſſet opus pium, & religioſum. Ita Sanchez loco cit. num.68.

QVINTA PROPOSITIO.

14 Ille,quem pœnitet vouiſſe, nõ peccat mortaliter,modò nõ habeat intentionem omittendi rẽ promiſſam,vel non adimplendi votum. Ratio eſt tum quia hæc pœnitentia non eſt de obiecto prohibito ex vi obligationis voti;tum quia ſicut non eſt peccatũ mortale nolle vouere in futurum, ita neq; eſt peccatum mortale nolle vouiſſe. Peccaret tamen mortaliter, ſi haberet intentionem non adimplendi votũ in re graui,quia tenetur ſub mortali ſeruare votum in re graui; ſicut etiam mortaliter peccat, qui dolet

de

de opere graui, quod ex voto fecit, habet enim affectũ ad peccatum, ideſt ad trangreſsionem voti, quod ſeruare ſub mortali tenetur; nam tranſgreſsio, & propoſitũ eius eandem habent malitiam. Ita Nauar. cap. 12. nũm. 55. Rodriquez 2. parte cap. 99. num. 3. Azor. lib. 11. cap. 15. quæſito vltimo, Syluester verbo Votum 2. quæſito 20. Sotus lib. 7. quæſt. 2. art. 4. Caietanus, Angelus, & alij apud Suarez lib. 5. de voto cap. 7. num. 4. & apud Reginal. lib. 18. num. 239. & apud Clauem Reg. lib. 6. cap. 6. num. 12.

§. V.

Ad quid obliget votum caſtitatis, & non nubendi.

1 *Qui habet votum caſtitatis, vel virginitatis, tenetur abſtinere à matrimonio.*

2 & 3. *Habens votum caſtitatis, peccat contrahendo matrimonium, petendo debitum, & conſumando matrimonium.*

4 *Qui habet votum caſtitatis non tenetur post matrimonium ratum religionem ingredi, vt caſtitatem ſeruet.*

5 *Votum caſtitatis non æquiualet voto ſimplici religionis.*

6 *Qui Votum habet non nubendi, peccat nubendo quamuis contracto matrimonio poſſit petere, & reddere debitum, neq; habens huiuſmodi votum peccabit fornicando.*

7 *Habens votum non nubendi non tenetur contracto, & nondũ conſumato matrimonio religionem ingredi.*

8 *Votum non fornicandi non æquiualet voto non nubendi, & hoc modo vouens non tenetur abſtinere à coniugio licito.*

9 *An votum non cognoſcenda fœminæ includat obligationem abſtinendi ab actu coniugali; attendenda eſt vouentis intentio, vel alia circunſtantiæ.*

In hoc §. duo breuiter explicãda ſunt. Primò quænam obligatio inducatur per votum caſtitatis. Secundò per votum non nubendi.

PRIMA PROPOSITIO.

1 Qui votum habet caſtitatis, aut virginitatis, tenetur abſtinere à matrimonio. Ratio eſt quia per contractum matrimonij contrahitur obligatio ad copulam, virginitas verò, & caſtitas important obligationem abſtinendi ab omni copula. Ita communiter DD.

2 Ex quo ſequitur obſtrictum voto caſtitatis mortaliter peccare primò contrahendo matrimonium, licet hoc faciat animo ingrediendæ religionis ante conſumationem matrimonij, vt dictum eſt de matrimonio, aut licet hoc faciat ad tuendam ſalutem corporis, ad quã credit matrimonium eſſe neceſſarium; nam alijs medijs poteſt huic incommodo occurrere, vt benè ait Sanchez lib. 8. de matrimonio diſp. 20. nu. 20. & alij communiter.

Secũdò peccare cõtrahendo diſſoluto primo matrimonio, aut petẽdo debitum. Ita DD. ſtatim citãdi.

3 Tertiò peccare cõſumando matrimonium, aut petendo debitum abſque diſpenſatione, virginitas enim, & caſtitas ſecundum ſe importat negationem omnis venereę voluptatis voluntariæ, quamquam tenetur reddere coniugi petenti, vt patet ex dictis de matrimonio. Ita

Nauar.

Nauar.cap.11.nu.39. Valen.tom.3. diſp.6.quæſt.6. puncto 4. quæſito 4. Azor.1.parte lib.11.cap.21.Tolet. lib.4.cap.17. Clauis Reg.lib.6.cap. 7.n.5.Sanchez de matrimonio lib. 9.diſp.33.& in Sum. lib.4.cap.21.n. 8.& alij ferè communiter,quamuis aliqui DD. concedant alterū cõiugem voto caſtitatis aſtrictum poſſe debitum petere excepta prima vice, nam alioquin matrimonium eſſet alteri moleſtū, ſi ad ipſum ſolum cura petendi debitum ſpectaret. Ita Hoſtienſ.Caldarinus & alij, quorum ſententiam exiſtimat probabilem Angelus.

Ego verò cum Sanchez in Sum. lib.4. cap.21. nu.10. & 11. exiſtimo hoc admitti ſolum,quando coniux voto caſtitatis aſtrictus præuidet periculum incontinentię in altero coniuge.Ratio eſt tum quia hoc eſt potius petere quam reddere. Tum quia votum non obligat ad non petendum cum detrimento ſpirituali alterius, vt multis DD. citatis docet idem Sanchez de matrimonio lib.9.diſp.7.nu.5. Idem dici poteſt, quando cõiux obſtrictus voto caſtitatis petit non in gratiam ſui, ſed in gratiam alterius coniugis,quem cognoſcit nõ audere præ verecundia,hoc enim non eſt proprie petere,ſed potius reddere.Vide Sãchez locis citatis.

4 Quæres primò vtrum, qui voto ſimplici vouit caſtitatem, teneatur poſt contractum matrimonium,ſed nondum conſumatum ingredi religionem,vt votum ſeruet.

Reſpondeo negatiuè,licet enim poſsit ingredi religionem contracto,ſed nondum conſumato matrimonio,non tamen tenetur ingredi. Ratio eſt tum quia religio eſt aliquid longè difficilius; quod non cenſetur promitti ab eo,qui votum ſimplex caſtitatis emittit, aliud enim eſt votum caſtitatis, & aliud religio. Tum quia habens votum ſuſcipiendi ſacros ordines,non tenetur contracto matrimonio capeſcere religionem,vt votū ſuſcipiendi ſacros ordines ſeruet; ergo neq; tenetur religionem capeſcere qui votum caſtitatis emiſit. Immo poterit matrimonium cõſumare reddendo debitum alteri coniugi petenti;nam obligatio iuſtitię ad cõſumandum matrimonium, ſeù ad reddendum debitum, cuius intuitu traditur corpus alteri, ſtrictior videtur obligatione voti caſtitatis.

Hoc tamen limita primò,modò tranſactum ſit bimeſtre poſt initum matrimonium,nam intrà bimeſtre non poteſt obſtrictus voto caſtitatis conſumare,ſeù reddere debitum ſi nondum anteà conſumauit;nam coniuges habent ius non reddendi debitum in primo bimeſtri etiam præciſo voto; ergo poſito non tenebūtur reddere, quia votum importat obligationem abſtinēdi à qualibet re venerea, niſi obſtrictus voto teneatur alio titulo reddere.

Secundò limitari poteſt, modò obſtrictus voto non habeat iuſtam cauſam perpetui diuortij, tūc enim non tenetur reddere, quia ob cauſam diuortij habet ius non reddēdi, & ratione voti tenetur non reddere; ergo non facit iniuriam alteri coniugi petenti denegando debitum, vt ſeruet votum. Ita Sotus in 4. diſt.38.quæſt.20.art.1. Leſsius dubitat 13. de voto n.106.Sanchez lib.9. de matrimonio diſp 34.nu.3.

Veracrux in apend. ad art. 15. 1. parte Henriquez lib.2. de matrimonio

monio cap.2.nu.8. Clauis Regia lib. *6*.cap.7.nu.*6*.& alij, quos retuli de matrimonio quæſt.3. puncto 14.nu. 8. vbi etiam oſtendi an coniux habens votũ caſtitatis teneatur gratiam reconciliationis denegare, vt ſeruet votum.

5 Quæres ſecundò vtrum votum caſtitatis æquiualeat voto ſimplici religionis.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia diuerſa eſt horũ votorũ obligatio; nam qui habet votum ſimplex Religionis, peccat quidem cõtrahendo matrimonium, cum cõſtituat ſe in ſtatu incompoſsibili adimpletioni voti, & cõtracto matrimonio, ſed nondum conſumato, teneatur religionem ingredi, quia voti adimpletio eſt ei adhuc licita, & poſsibilis, conſequenter peccet mortaliter conſumando matrimonium, quia per cõſumationem matrimonij apponit impedimentum executioni voti, tamen conſumato matrimonio licitè poteſt non ſolũ reddere, verum etiam petere debitum; quia qui vouit religionem nõ tenetur vi voti ad ſeruandam caſtitatem antè profeſsionem, niſi aliter expreſſerit, vouens enim ſtatũ aliquem non tenetur ad onera illius ſtatus, niſi aſſumpto eo ſtatu, & votum ingrediendi, vel profitendi in religione non habet pro materia caſtitatẽ, ſed ſtatum, in quo vouẽda eſt caſtitas, vt benè tradit Suarez lib.4. de voto cap.7.n.15. verſ. Aliud exemplum, Caiet.2.2.quæſt. 147.ar.3. & alij, quos referã puncto ſequenti cõtrà nonnullos alios aliter ſentiẽtes in ſimili de eo, qui vouit ordines ſacros ſuſcipere. Mortua verò vxore tenebitur vouens religionem ingredi, quia illius votum non ceſſauit abſolutè per contractum matrimonij, ſed ſuſpẽſum fuit ad tempus, quamdiù impedimentum perſeuerabat, vt patet ex ſupra dictis de cauſis excuſantibus. Ita Nauar. Sotus, Caietanus apud Sanchez lib.*9*. diſp.33. nu.11. apud Clauem Regiam lib.*6*. cap.7.nu. 7.

SECVNDA PROPOSITIO.

6 QVI votum habet non nubẽdi peccat nubendo, facit enim contrà votum; contracto tamen matrimonio poteſt petere, & reddere debitum, quia votum non nubendi non ęquiualet voto caſtitatis, ſed ſolum importat negationem ſtatus matrimonialis, quæ negatio, cũ ſit facta impoſsibilis per matrimonium iam contractum, ſequitur obſtrictum eo voto poſſe licitè petere, & reddere, etiamſi cauſam habeat diuortij.

Addo non peccare fornicando, aliud enim eſt votum nõ nubendi, & aliud votum nõ fornicandi, Peccabit tamen ſi ſemel diſſoluto matrimonio de nouo contrahat; nam matrimonio diſſoluto tenetur abſtinere ab alio contrahendo, cum abſolutè vouerit nõ nubere, & poſſit hoc votum adhuc obſeruare. Ita Nauar.cap.12.nu.43. verſ. decimoquarto, Sanchez loc. cit. nu. 22. Rodriquez in ſum. 2. parte cap.*96*. concluſ.2. Clauis Regia loc.cit. nu. 8. & alij contra Caietanũ 2.2.quęſt. 88.art.3. & alios apud Clauem Regiam loc cit. aſſerentes, hoc votum æquiualere voto caſtitatis. Nos uerò dicimus nõ ęquiualere, niſi vouẽs habeat intentionem vouendi perpetuam caſtitatem.

7 Quæres primò vtrum habens

votum

Digitized by Google

votum non nubendi teneatur contracto,ſed nondum conſumato matrimonio religionem ingredi.

Reſpondeo negatiuè,vt patet ex dictis in prima Propoſitione de habente votum caſtitatis, & hoc valet etiamſi vouens celebraſſet matrimonium cum firmo propoſito ingrediendi religionem; nam propoſitum non inducit obligationē, vt dictū eſt puncto primo de voto. Ita Sanchez lib. 1. de matrimonio diſp.43.n.9.& in Summa lib.4.cap. 21.nu. 13. & 25.

8 Quæres ſecundò vtrum votum non fornicandi æquiualeat voto non nubendi, & vtrum habens votum non fornicandi teneatur ex vi voti abſtinere ab actu licito coniugali.

Reſpondeo negatiuè, quia votū explicandum eſt iuxtà communē intelligentiam, niſi aliter conſtet de intentione vouentis,votum autē non fornicandi non ſignificat abſtinentiā à matrimonio,vel ab actu licito coniugali, cum actus coniugalis,nō ſit fornicatio. Ita Sanchez in Sum.lib.4.cap.21.nu.27.

9 Si verò quæras, vtrum votum non cognoſcendæ fœminæ obliget abſtinere ab actu coniugali.

Reſpondeo attendendā eſſe vouentis intentionem,quę colligi poterit ex motiuo, quo adductus eſt ad vouendum. Verū ſi intentio vouentis colligi nequeat ex motiuo, vel ex alijs circūſtantijs,pręſumendum eſt non vouiſſe abſtinentiam à qualibet copula, ſed ab illicita, conſequenter nō tenetur abſtinere à matrimonio ex vi illius voti,quia votum non cognoſcendæ fœminæ, iuxta communē intelligendi modum, videtur importare abſtinentiam à cognoſcenda fœmina concubitu illicito. Videndus eſt Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 21.nu. 27. vbi hoc aduertit.

§. VI.

Ad quid obliget Votum Religionis.

1 *Bonum opus eſt vouere, & alios inducere ad religionem.*

2 *An alios inducentes per metum, & minas incurrant aliquas pœnas; reſpondetur remiſſiuè.*

3 *Qui vouit ingredi certam religionem tenetur eam ingredi, quando in ea viget regularis obſeruantia, licet tempore voti ea non ſeruaretur.*

4 *Qui vouit determinatam religionem poteſt aliam æquè arctam ingredi.*

5 *Qui vouit religionem aliquam non ſatisfaciet voto aſſumendo habitum ex. gr. Sancti Iacobi &c.*

6 *Vouens religionem, ſi admittatur in ea ad ſtatum tantum laicalem, clericalem, vel ſacerdotalem, an tenetur illam ingredi.*

7 *Vouens mori in religione cenſetur vouiſſe profeſſionem, & perſeuerantiam in ea.*

8 *An, & in quibus caſibus poſſint cōiuges uouere religionem, & continentiam.*

9 *Maritus qui ſolum conſenſit in votum vxoris, nec ipſe cum ea aliud votum emiſit, poteſt ab vxore petere debitum.*

10 *Qui vouit aliquam certam religionē, ad quam non fuit admiſſus liber eſt ab obligatione voti, modò per ipſum non ſtet ne recipiatur, & verè repulſam tulerit.*

11 *Si ad religionem non fuit admiſſus vouens ob imperitiam, tenebitur acqui-*

Digitized by Google

acquiſita ſcientia votum adimplere.

12 *Item tenetur ſcientiam addiſcere, vt admittatur ad religionem, ſi tempore voti ſciebat neceſſariã eſſe ſcientiam, vt admitteretur.*

13 *Qui vouit religionẽ in generali, tenetur aliam inquirere, ſi ad aliquam non admittatur.*

14 *Fœmina, quæ vouit religionem, non tenetur extra patriam adire, ſi in patria ad eam non admittatur.*

15 *Vouens religionem in communi, nõ tenetur omnia Monaſteria adire, vt recipiatur, ſed ſatisfaciet adeundo diuerſa diuerſorum ordinum.*

16 *Vouens religionem, ad quam credit ſe admittendum patefacto voto, tenetur illud manifeſtare.*

17 *Qui vouit religionem, ad quam non fuit admiſſus, vel eiectus, non tenetur extra monaſteriũ ex vi religionis ad caſtitatem, & ad alia onera religionis.*

18 *Qui vouit religionem, ad quam in perpetuum non admittetur, poteſt matrimonium inire manendo in ſeculo, ſi credat fore, vt nunquã admittatur, niſi forte principaliter vouerit caſtitatem.*

19 *Qui poſt votum religionis matrimonium contraxit, tenetur ante illius conſumationem religionem ingredi.*

20 *Qui vouit religionem in genere antequam ingrederetur, & profiteretur, non tenebitur aliam inquirere, ſi ab ea, in qua profeſſionem emiſit, expellatur.*

21 *Item qui profeſſus eſt in laxiori, quãuis grauiter peccet, tamen ſi ab ea eijciatur non tenetur ſtrictiorem ingredi.*

22 *Qui ſimpliciter uouit religionem ſine intentione profitendi in ea, ſatisfecit, ſi poſtquam bona fide eſt ingreſſus ſtatim ante profeſſionem exeat,*

23 *Quando non conſtat de nouentis intentione, præſumendum eſt uouiſſe ſolum ingreſſum in religionem non uerò profeſſionem.*

24 *Satisfecit uoto religionis qui, poſtquã eam ingreſſus eſt, ſtatim egreditur.*

25 *Qui uouit religionem, non uerò profeſſionem, liber eſt ab obligatione uoti, quamuis propria culpa à religione expellatur.*

26 & 27. *Profeſſus propter incorrigibilitatem eiectus, tenetur extra monaſterium paupertatem, & caſtitatem ſeruare.*

28 *Religioſus profeſſus an poſſit reclamare contra profeſſionem, reſpondetur remiſſiuè.*

IN hoc §. quatuor quæremus. Primò an ſit opus bonum vouere, & alios inducere ad religionem. Secundò an vouens aliquam religionem teneatur illam ingredi, vel poſsit aliam adire. Tertiò an qui vouit aliquam religionem liber ſit à vinculo voti, ſi ad illam non admittatur. Quartò an qui vouit religionem liber ſit ab obligatione voti, ſi poſt ingreſſum exeat.

PRIMA PROPOSITIO.

1 BOnum opus eſt, & meritoriũ vouere, aut alios inducere ad religionem. Ratio eſt quia ſtatus religionis eſt ſtatus perfectionis. Hoc tamen intelligitur, modò quis non inducat alium ad religionem per minas, per ſimoniam, per violentiam, aut preces nimis importunas; nõ enim mala facienda ſunt, vt eueniant bona. Ita communiter DD. cum D. Thoma 2.2. q. vlt. art. vltimo.

2 Si quæras vtrum conſtituta ſit aliqua

aliqua pœna ijs, qui per metum, vel minas inducunt aliquem ad religionem, aut retrahunt à religione.

Reſpondetur ſolutionem huius quæſiti conſtare ex dictis de Cenſuris diſp. 2. q. 6. toto puncto 3.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 QVi vouit ingredi certam aliquam Religionem, licet non teneatur ingredi, dũ in ea non ſeruatur regula quoad ſubſtantialia, tunc enim magnum eſt peruerſionis periculum, vt benè obſeruat Sanchez locis citandis, Nauar. cap. 12. num. 46. Reginald. num. 380. & votum non obligat cũ tanto periculo; tenetur tamen ingredi, dum in ea religione viget regularis obſeruantia. Ratio eſt quia tenetur ſtare voto, & promiſſioni factæ Deo, quamquam poterit aliam præſtantiorem, & arctiorem ingredi ſi voluerit, quia votum non eſt impeditiuum maioris boni; ſecluſa verò diſpenſatione non poterit aliam minus arctam adire, aut in ea perſeuerare ante Profeſſionem; hoc enim pacto nõ adimpleret votum, & promiſſionem Deo factam, facta tamen profeſſione poteſt in ea permanere, vt habetur capite penultimo de regulis in ſexto. Ratio eſt tum quia religioni per profeſſionem acquiſitum eſt ius in profeſſum. Tum quia votũ ſolemne in religione etiam laxiori liberat à voto ſimplici, vt infra dicet. Ita S. Thomas 2. 2. q. 189. art. 8. ad tertium, Nauar. cap. 12. nu. 48. S. Antoninus, & alij.

4 Quæres primò, vtrum qui vouit determinatam religionem poſſit aliam æque arctam ingredi.

Reſpondeo affirmatiuè cũ Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 16. num. 26. contra Azor. pri. parte lib. 11. c. 22. quæſito 12. & alios, modò certo conſtet aliam religionem eſſe æquè arctam. Ratio eſt quia vouens poteſt propria auctoritate commutare votum in aliud, quod certò conſtet eſſe æquale, vt infra explicabitur.

5 Quæres ſecundò an vouens ingredi religionem ſatisfaciat voto aſſumendo quemlibet ſtatum religioſum, vt aſſumendo habitũ equitum S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ.

Reſpondeo non ſatisfacere, quãuis enim admitteremus iſtos equites veros eſſe religioſos, vt docet Rodriquez quæſtionum regulariũ tomo 1. q. 1. art. 8. Nauarr. de redditibus quæſt. 1. & 3. Mota de confirmatione militiæ lib. 1. cap. 1. & 2. Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 16. n. 11. & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris diſp. 2. q. 4. puncto 1. nu. 7. contra Molinã tomo 1. diſp. 141. verſic. Eſt verò, & tomo 3. diſp. 623. nu. 5. Azorium lib. 13. cap. 3. quæſito 2. Rodriquez in Sum. cap. 95. nu. 8. & alios apud Sanchez loco cit. vouẽt enim caſtitatem, paupertatem, & obedientiam iuxta regulã approbatam à Summo Pontifice, cuius eſt religiones, & earum inſtituta recognoſcere, comprobare, & confirmare. Nihilominus vouens religionem non ſatisfacit aſſumendo habitum horum equitum, quia vouentes communiter nõ intendunt, hunc habitum aſſumere, ſed vouere conſueuerunt ſtatum illius religionis, in qua viuitur in communi longè à tumultibus, & curis ſecularibus. Ita Sanchez loco cit. Idem

ob

Digitized by Google

ob eandem rationem dicendum arbitror de habitu Equitum Sãcti Ioannis; quamuis hi ſine dubio dicãtur veri religioſi, & ſolemne caſtitatis votum ſufficiẽs ad dirimendum matrimonium emittant, vt benè Sanchez loco cit. & alij, quos retuli de matrimonio q. 3. puncto 4. num. 5. contra Rodriquez 2. parte cap. 95. num. 8. & contra Azorium cap. 4. quæſito 4.

6 Quæres tertiò vtrum qui vouit religionem, ſed non admittitur niſi ad ſtatum laicalem, vel niſi ad ſtatum clericalem, ſeu ſacerdotalem, teneatur illam ingredi.

Reſpondeo diſtinguendo, aut vouens præditus eſt cõditionibus, quas habent ij, qui debito tẽpore ad ſacros ordines promouẽtur, vt ſi vir nobilis ſit, vel peritus grammaticæ, vel etiam verſatus in litteris Philoſophiæ, aut non eſt præditus his conditionibus; ſi eas conditiones habet, non tenetur ingredi religionem, niſi ad ſtatũ ſacerdotalem admittatur; cum enim nõ conſtet de ipſius intẽtione, vt ſuppono, præſumitur tacitè vouiſſe cũ ſtatum, ad quem communiter tales perſonæ ſolent admitti. Et hoc verum eſt à fortiori ſi vouens promiſit religionem animo aſcendendi ad ordines; ſi verò prædictis dotibus ornatus non ſit, tenetur ingredi ad quemcunq; ſtatum admittatur, fauendum enim eſt voto poſſidenti, niſi aliter ex circũſtantijs conijciatur de mente vouentis. Ita Azorius 1. parte lib. 11. cap. 22. quæſito 4. Sotus lib. 7. q. 2. art. 1. ad tertium, Sanchez lib. 4. cap. 16. nu. 56. & alij, qui hoc idem applicant ſub eadẽ diſtinctione filio ſpurio ijs animi dotibus exculto, modò, dum votũ emiſit, ignoraret pęnam ſpurijs impoſitam non aſcendendi ad ſacros ordines. Videndus eſt Sanchez loco citato num. 59.

7 Quæres quartò vtrum qui vouit mori in religione cenſeatur votum religionis emiſiſſe, conſequẽter teneatur religionem ingredi.

Reſpondeo cum Azorio loco citato, quæſito 11. Rodriquez 2. par. cap. 95. num. 2. Sanchez lib. 4. c. 16. num. 9. & alijs cenſeri emiſiſſe votũ religionis, & profeſsionis, & perſeuerantiæ; cum enim nõ poſsit alio modo mori in religione, niſi religionem aſſumat, profeſsionem faciat, & perſeueret, dicendum eſt teneri religionem ingredi, nec poſſe eius ingreſſum ita differre, donec timeat ſe non recipiendum.

8 Quæres quintò vtrum coniuges poſsint vouere religionem, aut cõtinentiam.

Reſpondeo primò coniugem nõ ſolum ante contractum, verum etiã poſt contractum, ſed nondum conſumatum matrimonium, poſſe vouere religionem, aut caſtitatem inuito altero coniuge, & votum obſeruare ingrediendo religionem. Ratio eſt quia iura cap. Verum, & cap. Ex publico, concedunt ſpatium duorum menſium poſt matrimoniũ contractum, vt coniuges deliberare poſsint de ſtatu religionis capeſcendo. Immo trãſacto hoc ſpatio poſſunt adhuc ingredi religionem, & in ea validè profiteri, ſi matrimonium nondum erat conſumatum. Ita Rodriquez 2. parte c. 90. num. 1. Clauis Regia lib. 6. cap. 5. num. 12. Henriquez lib. 2. de matrimonio cap. 5. num. 8. & alij, quos retuli de matrim. q. 3. pun. 4. vbi hãc quæſtionem ex profeſſo explicaui.

Reſpon-

Reſpondeo ſecundò coniugem non poſſe poſt conſumatum matrimonium vouere religionẽ, niſi iuſtā habeat cauſam perpetui diuortij, ob quod ei liceat religionẽ ingredi, aut niſi voueat religionem ſuſcipiendam poſt mortem alterius cõiugis. Ratio eſt quia nullus poteſt facere votū in præiudiciū, & detrimentū alterius. Immo votū in alterius detrimentum factum nõ obligat; votum enim non eſt vinculum iniquitatis. Ita Henriquez lib. 1. de matrimonio cap. 17. Clauis Regia loco citato, & alij. Vndè licet inferre.

Primò coniuges non poſſe poſt contractum, & conſumatum matrimonium, vouere altero inuito continentiam, ſeu abſtinentiam reddendi debitum; nam hoc votum eſt contra ius alterius habentis ius exigendi debitum. Poterunt tamẽ coniuges vouere continentiam à petendo, quia hoc votum non præiudicat iuri alterius, ſed iuri proprio. Nonnulli tamen DD. vt Valentia, Rodriquez, Nauar., & alij apud Clauem Regiā loco citato, exiſtimant huiuſmodi votum poſſe ab altero coniuge irritari, quatenus alter pateretur incommodum, & verecundiam, ſi ei cura petendi debitum ſemper incumberet; hoc enim pacto ipſi præiudicat votum à coniuge factum, cõſequenter poteſt irritare. Cõtrarium tenet Leſſius de voto dubit. 10. num. 84 cum S. Thoma. Sed quid nobis ſentiendum ſit, cõſtabit ex dicendis puncto de irritatione voti.

Secundò coniugẽ poſſe poſt cõſumatum matrimoniū vouere abſtinentiam reddendi debitum altero conſentiente; nulli enim affert detrimentum, nec vlli facit iniuriā, cum ſcienti, & conſentienti nõ fiat iniuria, & quilibet iuri ſuo cedere poſsit.

9 Sed modo dubium eſt, vtrum maritus, poſtquam conſenſit voto continentiæ facto ab vxore, poſsit ab ea petere debitum.

Reſpondeo diſtinguẽdo, aut ſolum conſenſit voto vxoris, aut ambo communi conſenſu vouerunt; ſi ambo emiſerunt votum communi conſenſu, nullus eorū poteſt petere debitum, quia vterque vouit continentiam, votum autem continentiæ obligat vouentem ad non petendum. Si verò ſolum conſenſit in votum vxoris poteſt ab ea petere debitum. Ratio eſt tum quia non præſumitur ſimplici conſenſu voluiſſe ſibi ius petendi adimere, aut ſe obligare ad non petendum, ſed ſolum præſumitur voluiſſe facultatem vxori concedere, vt ipſa non petat debitum, etiamſi hoc ipſi marito conſentienti aliquod præiudicium ferat. Tum quia in dubijs eligi poteſt quod minus. Ita Nauar. cap. 12. num. 59. Angelus, Lopez, & alij apud Clauem Regiam loco cit. n. 16. contra Leſſium loco cit. n. 85.

Vtrum verò maritus poſsit facultatem vxori conceſſam irritare, & vtrum vxor poſsit irritare votū, quo maritus vouit non petere debitum, eſt controuerſia inter DD. Verū quid nobis in his caſibus ſentiendum ſit, clarè conſtabit de irritatione votorum.

TERTIA PROPOSITIO.

10 QVi vouit alicuius determinatę religionis inſtitutum, ſeu Profeſsionem, & ad illam non fuit

fuit admiſſus, liber eſt ab obligatione voti. Ita communiter DD. Ratio eſt quia votum non obligat ad impoſsibile, aut vltra intentionẽ vouentis, vouens autem non obligauit ſe ad religionem, à qua repellitur. Hoc tamen dupliciter limitandum eſt.

Primo modò non ſtet per ipſum vouentem, ne recipiatur, nam ſi per ipſum ſtat, ne recipiatur non eſt liber à voto. Ratio eſt tũ quia nulli culpa propria patrocinatur, niſi fortè per accidẽs poſita aliqua impoſsibilitate. Tum quia votum religionis obligat vouentem ad faciendum quantum in ſe eſt, vt votum adimpleat, cum enim obligatio religionis ſit res magni momenti, vouens eam diligentiam adhibere debet ad votum adimplendum, quam poſtulat res grauiſsima.

Secundo modò paſſus ſit repulſam ſimpliciter, & non tantum ad determinatum tempus, ab ijs, ad quos pertinet admiſsio; nam ſi paſſus ſit repulſam ab alijs, aut etiam ab ijs, ad quos pertinet admiſsio paſſus ſit repulſam ſolum ad tempus determinatum, tenetur elapſo eo tempore ingredi volentibus religioſis ipſum admittere, & tenetur ad illud vſque tempus expectare, vt recipiatur. Idem dic ſi repulſam tulit ob aliquam cauſam temporalem. Ita Nauar. cap. 12. nu. 46. Reginald. lib. 18. num. 379. & 380. Rodriquez cap. 95. num. 4. & 5. Valentia 2.2 diſp. 6. quæſt. 6. pũcto 4. Sanchez lib. 4. cap. 16. num. 52. 53. 71. & 73. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 22. quæſito 5. Arragonius 2.2. quæſt. 88. art. 3. ad ſecundum, & alij communiter; nam votum habet tractum ſucceſsiuum, & obligat tranſacto eo tempore, & ſublata cauſa temporali.

11 Hinc ſequitur, eũ, qui non fuit admiſſus ob inſitiam, & imperitiã, teneri acquiſita peritia, & ſcientia religionem ingredi, votũ enim non fuit extinctum, ſed ſuſpenſum.

Addo vouentem teneri per ſe loquendo religionem ingredi, etiãſi repulſus fuerit in perpetuum, ſed poſtea religioſi mutata voluntate eum admittere volunt; nam votum non erat extinctum. Nec obſtat qđ votum hanc tacitam conditionem habeat, ſi Monachi adhibita ſufficienti diligentia non repulerint; cum enim hęc conditio tacitè inſit, non reddit votum conditionale, vt in ſimili probaui de ſpõſalibus. Ita Sanchez nu. 71. Abulenſis cap. 3. Numer. quæſt. 53. contra Arragonium, & Azorium locis citatis.

12 An verò aſtrictus voto religionis, ſi ob inſitiam, & imperitiam nõ admittatur, teneatur ex vi voti artem aliquam, vel litteras addiſcere, vt admittatur.

Reſpondeo diſtinguendo, ſi dum vouit nouerat ſe non admittẽdum, niſi aliquam artem, aut litteras addiſceret, tenetur addiſcere, quia implicitè cenſetur vouiſſe hæc media quamuis difficilia conducentia ad finem. Secus ſi ignorabat, adeſt enim notabilis mutatio, ſeu difficultas ignorata. Ita Rodriq. 2. parte cap. 95. nu. 10. Azorius lib. 11. cap. 22. quæſito vltimo, Reginaldus nu. 382. Sanchez nu. 61. vbi fuſiſsimè tractat hanc quæſtionem.

13 Dixi in propoſitione, qui vouit alicuius determinatæ religionis inſtitutum, vt aduerterem eum, qui vouit religionem in generali, teneri aliam adire, ſi ad aliquam non

admittatur, alioquin non adimplet votum, nec ſtat promiſsis; nam huiuſmodi votum æquiualet voto diſiunctiuo. Natura voti diſiunctiui eſt, vt ſi vouens, vnam partem tradere nequeat, tradat alteram. Concedo tamen non teneri adire monaſteria extra Prouinciam, & propriam Regionem poſita, vt in illis admittatur, niſi expreſsè, vel tacitè intenderit obligare ſe ad illa, dum votum emiſit, vt patet ex ratione ſtatim afferenda. Verum ſi dubitetur vtrum intenderit ſe cõferre ad monaſteria extra regionẽ poſita, præſumitur non intendiſſe, conſequenter tenetur ſolum finitima adire, quia vſu receptum eſt, vt ferè nullus voueat religionem à ſua Prouincia diſtantem; ergo in dubio non præſumitur ſe voluiſſe obligare ad extraordinariam diligentiã, ſeù ad quærenda monaſteria extrà Prouinciam. Ita Syluester ver. Religio 2. quæſito 16. Sotus loco cit. Arragonius 2. 2. quæſt. 88. ar. 3. Valẽtia diſp. 6. quæſt. 6. puncto 4. Azor. loc. cit. quæſito 1. Sanchez cap. 16. nu. 44 Nauar. cap. 27. n. 276. Rodriquez 2. parte cap. 95. n. 4. Reginald. loc. cit. nu. 380. & alij.

14 Ex his patet fœminam, quæ vouit religionem, non teneri extrà Prouinciam adire, vt ad religionẽ admittatur, nam fœminæ non cenſentur velle ſibi obligationem imponere adeundi alia loca, ſed tantum velle ſe obligare ad capeſcendam religionem in propria Ciuitate, vel propè; nam ita communiter ſolẽt fœminæ religionem capeſcere, ex cõmuniter autem accidẽtibus fortiſsima deſumitur cõiectura, vt alibi dixi cum Menochio. Ita Toletus lib. 4. cap. 17. nu. 12. Sãchez loc. cit. & alij.

15 Addo cum Azorio loco citato quæſito 2. Sanchez n. 47. Rodriquez Arragonio, Claue Regia, & alijs locis citatis, eũ, qui vouit religionem non ſolum non teneri quærere monaſteria extrà Prouinciam poſita, verum etiam non teneri adire ſingula monaſteria Prouinciæ, ſed ſatisfacere adeundo ſolum diuerſa diuerſorum ordinũ, ex quibus ſufficienter poſsit cognoſcere ſe in nullum monaſterium recipiendum, cenſetur enim ſufficientem diligẽtiã adhibuiſſe, nec per ipſum ſtare videtur, ne votum impleat. Non tenebitur tamen qui vouit religionẽ indeterminatè, ſi ab alijs nõ admittatur, ſuſcipere habitum equitum Sancti Iacobi, vel Sancti Ioannis, vel aliorum, quia vouens religionẽ præſumitur ſolùm habuiſſe intentionem aduolandi ad eam religionem, in qua religioſi alieni ſunt à faſtu, pompa, & cura ſeculari, vt ſuperius oſtendi cum Sanchez nu. 11. & 51. tenebitur verò ingredi religionem Clericorum Regularium, ſi ab ipſis admittatur, nam ipſi viuunt in monaſterijs morè aliorum religioſorum. Ita Sanchez loc. cit. nu. 12. & 51.

16 Sed modo dubium eſt vtrum, qui vouit religionem, ad quam probabiliter putat ſe admittendũ patefacto voto, teneatur votum patefacere.

Reſpondeo affirmatiuè contrà Azorium 1. parte lib. 11. cap. 22. quæſito 9. verſiculo Si roges, Reginald. nu. 379. verſ. Si quæras. Ratio eſt quia qui tenetur ad finem tenetur etiam ad media conducentia; Et quamuis vouens nõ directè promiſerit ſe patefacturum votum, tamen

men poſito voto, naturali ſequela cõſurgit obligatio ad media commoda, & ad talem finem accõmodata. Secus dicendum videtur, ſi manifeſtato voto credat adhuc ſe non recipiendum; tunc enim manifeſtatio non eſt medium ad talem finem.

17 Quæres primò vtrum qui vouit ingredi religionem, aut in ea profiteri, ſed ad religionis ingreſſum, vel ad profeſsionem non fuit admiſſus, vel fuit eiectus, teneatur ad caſtitatem ex vi voti, & ad alia, quæ ſtatui religioſo ſunt adnexa.

Reſpondeo non teneri ex vi voti ad ſeruandam caſtitatem, niſi principaliter vouit caſtitatem, & religionem, vt conſtabit ex ſequenti ratione, & iam patet ex ſupra dictis.

Addo neque teneri ad alia religionis onera. Ita Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 4. quæſito 4. Clauis Regia lib. 6. cap. 10. nu. 23. Rodriquez 2. parte cap. 95. nu. 1. Nauar. cap. 12. nu. 47. Azorius loc. cit. cap. 22. quæſito 3. Suarez lib. 4. de voto cap 7. nu. 15. Caietanus 2. 2. quæſt. 147. art. 3. Sanchez in Sum. lib. 4. cap. 16. nu 111. & alij communiter. Ratio eſt quia qui vouit aliquem ſtatum non tenetur ad leges, & onera illius ſtatus, niſi poſtquam illum ſtatum aſſumpſerit; nam hæc onera ſunt illi ſtatui adnexa, & cẽſentur promiſſa dependenter ab aſſumptione illius ſtatus; ergò non tenetur ad caſtitatem, ad obediẽtiam, paupertatem, & alia religionis onera, niſi fortè dũ votũ religionis emiſit principaliter etiam vouerit caſtitatem, & alia onera religionis, vt patebit ex ratione ſtatim afferenda.

18 Hinc ſequitur, eum, qui vouit religionem, & ad illam in perpetuũ non admittitur, poſſe in ſeculo manentem matrimonium inire, ſi probabiliter credat fore vt nunquam admittatur. Ratio eſt quia adimpletio voti eſt huic impoſsibilis, nullus autem ad impoſsibile obligatur.

Hoc tamen intelligendum eſt, niſi vouens principaliter vouerit caſtitatem, & religionem; nam ſi vtrumque principaliter vouit, tenetur manens in ſeculo ad caſtitatem ſeruandam, nec poteſt matrimonium inire, quia materia huius voti non ſolum eſt ſtatus religionis, in quo vouenda eſt caſtitas, & alia religionis onera, ſed etiam ipſamet caſtitas.

Verum ſi dubitetur, an vouerit caſtitatem principaliter, & indepẽdenter à religione, inſpicienda ſunt verba voti; nam ſi vtrumque principaliter ſignificant, cenſetur vouiſſe caſtitatem independenter à religione; verba enim ſunt accipiẽda iuxta communem eorum ſenſũ, & intellectum, & tunc poſſeſsio ſtat pro voto, cum pro eo ſtet poſſeſsio, pro quo ſtat iuris præſumptio, vt docui de peccatis, cum loquerer de conſcientia dubia; Si verò verba ſignificant ſolam religionem, non tenetur uouens ad caſtitatem antè aſſumptam religionem, etiãſi dubitet, an uoluerit ſe ad caſtitatẽ obligare independenter à religione. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro libertate uoluntatis. Tum quia in dubio uoti uouens tenetur ad id, quod eſt minus, ut ſupra dictum eſt. Ita Sanchez cap. 16. n. 114.

19 Quæres ſecundò ad quid teneatur vouens, qui poſt votum religionis

gionis inijt matrimonium cum nõdum pulſam in perpetuum tuliſſet ab ijs, ad quos ſpectat admiſsio.

Reſpõdeo ſolutionẽ huius difficultatis conſtare ex dictis puncto præcedenti quęſito 2. Ideò breuiter dico teneri inito matrimonio, ſed nondum conſumato religionẽ ingredi; nam adimpletio uoti eſt adhuc illi poſsibilis, ideò peccat prima uice petendo, aut reddendo, poſt primam uerò uicem poteſt petere, & reddere, quia uotũ religionis non eſt uotum caſtitatis, & uouens religionem non tenetur ex vi uoti ad caſtitatem ante ſuſceptam religionem. Verum tamen eſt hunc teneri mortuo coniuge ingredi religionem, quia adhuc poteſt ſeruare uotum, cuius obligatio per matrimonium præcedens non fuerat extincta, ſed ſuſpenſa.

Addo etiam teneri ad ingreſſum religionis, quoties illi conceditur facultas faciẽdi diuortium perpetuum, ob quod poteſt ad religionẽ tranſire, & uotum adimplere, ut patet ex dictis de matrimonio quæſt. 3. puncto 4. cum Sanchez lib. 9. diſp. 6. nu. 35. & 36. & in Sum. lib. 4. cap. 16. nu. 117. & alijs.

20 Quæres utrum qui uouit religionem in genere antequam ingrederetur, uel profiteretur, teneatur aliam religionẽ ingredi, uel inquirere, poſtquam eiectus fuit à religione iam facta profeſsione.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia omne uotum ſimplex per ſolemne uotum religionis irritatur, uel ſaltem commutatur in onera religionis, niſi uouens contrarium expreſſe intendat, cap. Penultimo de regulis in 6. Ita Leſsius de uoto dub. 16. nu. 106. Nauar. cap. 12. nu. 4. Azorius lib. 11. cap. 22. quæſito 12. Reginald. nu. 382. Sanchez. lib. 4. cap. 56. nu. 18. & alij communiter teſte Sanchez lib. 4. cap. 16. nu. 16.

21 Ex quo ſequitur, eum qui uouit ſtrictiorem religionem, licet grauiter peccet ingrediẽdo laxiorem; tamen facta profeſsione in laxiori, non teneri ſtrictiorem adire, quia per uotum ſolemne acquiſitum eſt ius religioni, & derogatum eſt uoto ſimplici, ut dicitur in cap. Penultimo citato; quãquã profeſſus poteſt adhuc ſtrictiorem ingredi, ſi uelit ob tacitam conditionem, ſub qua emittitur profeſsio, hæc enim emittitur ſub hac tacita conditione, niſi perfectiorem ſtatum elegero, uel niſi altior ſtatus placuerit. Ita Sanctus Antoninus 2. parte titulo 11. cap. 2. Paludanus, & alij apud Sanchez loc. cit. & apud Reginaldum num. 382.

QVARTA PROPOSITIO.

22 QVI vouit ſimpliciter religionem liber eſt ab obligatione voti, ſi poſt ingreſſum exeat à religione ante factam profeſsionem, modò nihil de profeſſione deliberauerit, dum vouit. Ita Sanctus Thomas loc. cit. Sotus lib. 7. de Iuſtitia quæſt. 2. art. 1. Arragonius 2.2. quæſt. 88. art. 3. & alij. Ratio eſt quia huiuſmodi votum cenſetur factum iuxta diſpoſitionem Iuris concedentis annum Nouitiatus, ſicut enim iuramentum cenſetur factum cum ijs conditionibus, quas ius admittit, l. finali de conditionibus indebitis, ita etiam cenſetur factum votum, ius autem concedit tempus probationis, quo ingrediens religionem poſsit experiri

Digitized by Google

tiri, an ſtatus religioſus, & illius vitæ genus ſibi placeat; ſi ergo huiuſmodi vitæ genus, ſeù ſtatus nō placeat vouenti poteſt abſq; voti violatione exire; Et hoc à multis DD. quorum opinio mihi probabilis videtur, verum exiſtimatur, etiamſi vouens exeat abſque iuſta cauſa, modò bona fide ingreſſus ſit. Ratio eſt quia votū religionis habet hāc tacitam conditionem, ſi facta per nouitiatum experientia, religio mihi placuerit, acceſſorium enim ſequitur naturam actus ſuper quem cadit l.fin. C. de conditionibus indeb. & l. finali. ff. qui ſatisfacere cogantur; nec uouens præſumitur uoluiſſe facultati ſibi à Iure conceſſæ renunciare, niſi aliter expreſſerit, quamuis aliqua ratione peccet temere, & ex leuitate deſerendo religionis ſtatum, quem inchoauerat. Ita Nauar. lib. 3. conſil. 3. de voto conſil. 25. Azorius 1. parte lib. 11. cap. 22. quæſito 6. verſ. Si quæras, Clauis Regia lib. 6. cap. 10. nu. 21. & alij apud Sanchez lib. 4. cap. 16. nu. 89. contra Sotum 7. de Iuſtitia quæſt. 2. art. 1. ad 3. Valentiā 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. puncto. 4. quæſito 4. Caietanum 2. 2. quæſt. vlt. art. 4. dub. 3 Toletum lib. 4. cap. 18. nu. 1. Rodriquez 2. parte cap. 95. nu. 2. Sanchez loc. cit. nu. 9. & alios, quos citat idem Sanchez lib. 4. c. 16. n. 90.

Dixi modò nihil de profeſsione deliberauerit, dum vouit; nam ſi cogitauit de profeſsione, & intendit profiteri; non eſt liber à voto, ſi poſt ingreſſum exeat. Ratio eſt tum quia tenetur votum adimplere iuxta id, quod intendit, ſed intendit profiteri; ergo tenetur profiteri. Tū quia dum hoc modo vouit cēſetur renunciaſſe iuri ſuo, ſeu beneficio probationis ſibi à iure conceſſo; ergo tenetur in religione perſiſtere. Immo ſi exeat tenebitur iterum religionem ingredi, vt votum adimpleat. Ita Nauar. cap. 12. num. 47. Azorius cap. 22. quæſito 8. Sanchez loc. cit. nu. 81. Valentia loco citato verſ. Et vnde rectè, & alij contra Reginald. nu. 383. Sotum, Arragonium, & alios apud Sanchez nu. 80.

23 Sed modo dubium eſt, vtrum quando non conſtat de intentione vouentis, iudicandum ſit ipſum habuiſſe animum profitendi, vel ſolū ingrediendi cum animo experiendi, an Religio ſibi placeat.

Reſpondeo quando non conſtat de intētione vouentis, præſumi vouentem vouiſſe tantummodò ingreſſum religionis animo experiēdi, num religio ſibi placeat, nō verò cenſeri vouiſſe Profeſsionem, & perſeuerantiam in religione. Ratio eſt tum quia cenſetur vouiſſe iuxta cōditiones, quas ius admittit. Tum quia votum in dubio obligat ad id, quod minus, & non ſemper obligat ad id, qđ tutius eſt. Ita Sanch. loco cit. n. 86. contra Rodriq. c. 95. nu. 6. vbi pro ſe refert Sotum, & Nauarrū.

24 Ex dictis ſequitur primò, eum ſatisfacere voto religionis, qui poſt ingreſſum egreditur, nam adimpleuit rem promiſſam. Hoc tamen intelligendum modò non ſit ingreſſus animo exeundi, ſed ingreſſus ſit bona fide, aut ſaltem poſtquam ingreſſus eſt mala fide, mutata voluntate, perſeuerauerit bona fide in experimento religionis. Ita S. Thomas 2. 2. quæſt. vlt. art. 4. ad 3. Sanchez loc. cit. nu. 93. Reginaldus lib. 18. nu. 383. verſ. Aduerte, & alij.

Addo cum eodem Sanchez contra Rodriquez cap. 95. n. 2. eum,

qui vouit religionem in genere, ſi poſtquam ingreſſus eſt vnã, exeat, non teneri aliam adire, nam ſatiſfecit voto, cum non vouerit perſeuerantiam, ſed ingreſſum, & reipſa ingreſſus ſit bona fide, vt ſuppono, vel bona fide perſeuerauerit.

25 Secundò eum, qui vouit religionem, non vero profeſsionem, liberum eſſe iuxta probabilem opinionem ab obligatione, ſi poſtquã ingreſſus eſt bona fide, ſua culpa expellatur à religione, conſequenter non teneri vi voti ad ſe corrigendum, vt iterum in illam recipiatur. Ratio eſt tum quia iam adimpleuit rẽ promiſſam, promiſit enim ingreſſum, & re ipſa ingreſſus eſt bona fide, & vi voti cogebatur ſolum ingredi, & experiri, an ea ſibi placeret. Tum quia ſi abſq; iuſta cauſa exeat liber eſt à voto iuxta Nauar. & Azorium locis ſupra citatis; ergo etiam liber eſt ſi eijciatur. Ita Azorius lib. 11. cap. 22. quæſito 9. ad finem verſ. Sed quid ſi, & alij contra Toletum lib. 4. cap. 17. & alios, quos ſequitur Sanchez loco cit. nu. 108. Qui vero vouit profeſsionem tenetur ſe ipſum corrigere, vt iterum recipiatur, tenetur enim adhibere media, & facere quantum cómodè poteſt vt votum adimpleat. Ita Toletus loc. cit. n. 12. & alij apud Sanchez nu. 108. ſicut & qui facta profeſsione eiectus eſt à religione propter deprauatos mores, & incorrigibilitatem, qua ſublata reciperetur in religionem, tenetur ſe emendare, & curare, vt iterum admittatur. Ratio eſt tum quia culpa propria nulli debet patrocinari. Tũ quia curare debet quantũ in ſe eſt, vt adimpleat votum, & promiſsionem factam in profeſsione. Si vero ſe correxit, & per ipſum non ſtat, quo minus recipiatur, poteſt in ſeculo licitè permanere, quia voti adimpletio facta eſt illi impoſsibilis; nec tenetur dum in ſeculo manet ad ieiunia, ad vigilias, ad ſilentium, aliaſq; monaſteriorũ obſeruantias. Ratio eſt quia ad has tenentur religioſi ex obedientia per conſtitutiones ipſorum declarata: Religioſus autem eiectus nõ tenetur ad onera obedientiæ, quia Prælatus, dum illum eiecit de eo curã deponit, nihilquè intendit ei præcipere, vel prohibere. Ita Reginaldus lib. 18. n. 419. Leſsius lib. 2. c. 41. n. 115. dub. 15. ad finem: tenetur tñ.

Primò viuere ſub Epiſcopi Iuriſdictione, ſicut reliqui Diœceſis ſubditi, vt benè Sanchez lib. 4. cap. 39. nu. 14. & in habitu Clericali, niſi fortè eiectus fuerit cum habitu religionis; nam ſi cum habitu eiectus ſit, tenetur illum deferre. Ita Clauis Regia loc. cit. Azor. loc. cit. quæſito 13. Reginaldus nu. 419. Leſsius lib. 2. cap. 41. nu. 112. Molina tract. 2. diſp. 140.

26 Secũdò profeſſus eiectus propter incorrigibilitatem tenetur ſeruare paupertatem eo meliori modo, quo poteſt, & licet poſsit ea, quæ ſibi neceſſaria ſunt acquirere, non tamen poteſt diuitias congerere, & accumulare, quod ſi aliquid congeſſerit, illud pertinebit ad Sũmum Pontificẽ, vel ad Epm, inquit Azor. c. 16. quæſito 9. Nauar. cõmẽt. 2. de regularibus n. 34. Ego verò cẽſeo pertinere ad Monaſterium, nã Monaſteriũ per eiectionẽ non amiſit ſimpliciter ius in bonis Monachi acquiſitis, & acquirendis, vel in ipſum Monachum, alioquin Monachus eiectus non teneretur redire ſi

Digitized by Google

poſt electionem repetatur. Ita Molina tractatu 2.diſp.140. Leſsius loco cit.nu.112. Reginaldus nu. 420.

27 Tertiò tenet ſeruare caſtitatem ratione voti ſolemnis, ita vt ſi matrimonium contrahat, inualidè contrahat, & ſacrilegium committat copulam habendo cum coniuge cap.vnico de voto in ſexto; Matrimoniũ enim à profeſſo celebratum eſt irritum, vt patet ex dictis de Matrimonio.

Qui plura ſcire deſiderat de religioſorum obligationibus conſulat Nauar. in Cõment. de regular. Leſsium cap.41. Reginaldũ lib. 18. cap.27.28.& 29. Rodriquez, & Mirandam, & apud Sanchez locis cit.

28 An verò religioſus profeſſus reclamare poſsit contra profeſsionem, videri poteſt apud Sanchez lib.7. de Matrimonio diſput. 37.& apud alios, quos idem Sanchez in eadem longiſsima, & eruditiſsima diſputatione congerit, quam octo quæſtionibus perſoluit.

PVNCTVM VI.

Quomodo explicandum ſit votum.

1 *Votum eſt explicandum iuxta intentionem vouentis.*

2 *Si non conſtet de vouentis intentione, ſeruandæ erunt aliq regulæ, quarum Prima eſt vt attẽdantur verba vouentis, & explicentur ſecundum communem ſenſum.*

3 *Qui vouit non bibere vinum poteſt bibere ceruiſiam.*

4 *Qui ſimpliciter vouit caſtitatem tenetur ad omnimodam, & non ad coniugalem tantum.*

5 *Qui vouit aliquas Miſſas ſatisfacit, ſi inueniat Sacerdotem, qui eas ſine eleemoſyna celebret.*

6 *Qui aliquas Miſſas vouit, ſeu eleemoſynam pro Miſſis celebrandis non ſatisfacit, ſi curet eas celebrari per Sacerdotem, qui alio titulo tenetur eas celebrare.*

7 *&* 8. *Sacerdos, qui ex voto tenetur Miſſam celebrare, non ſatisfacit, dũ celebrat accepta ab alijs eleemoſyna, quamuis non teneatur ex vi voti Miſſæ fructum applicare.*

9 *Vouens ieiunare quolibet die Sabbati, tenetur ieiunare, quamuis in eum diem incidat dies Natalis Domini, modò vouens hunc diem non exceperit.*

10 *Secunda regula ſeruanda, eſt vt votum ſtrictè explicetur ſeruata verborum proprietate.*

11 *Qui vouit non bibere vinum poteſt ſumere vtramq ablutionẽ in Miſſa.*

12 *Qui aliquid vouit modo indeterminato, poteſt eligere quod minus eſt.*

13 *&* 14. *Qui vouit ieiunare non definiens dies, ſatisfacit ſi vno die ieiunet: ſi vouit ieiunare pluribus ſatisfaciet ieiunando duobus diebus.*

15 *Vouens eleemoſynam ſatisfacit quãcunq; eleemoſynam tradendo.*

16 *Qui vouit peregrinationem poteſt equitando ei ſatisfacere.*

17 *Qui promiſit voto abſtinentiam à lacticinijs, non tenetur abſtinere à carnibus.*

18 *Qui promiſit menſuram tritici non eam determinendo, ſatisfacit minimam, quæ in eo loco ſeruetur, tradendo.*

19 *Votum non ingrediendi, vel nõ egrediendi ex aliquo loco, tunc dicitur violari, dum moraliter dici poteſt ingreſſus, vel egreſſus.*

20 *Ingredientes clauſtra monialium, quo tempore incurrant excõicationem.*

Digitized by Google

21 *Tertia regula eſt vt quando dubitatur de intentione vouentis, explicetur votum ad modum legis diuinæ, vel humanæ.*

22 *Vouens audire Miſſam, vel recitare officium, debet ea cum attentione præſtare.*

23 *Qui vouit abſtinentiam à carnibus tenetur abſtinere etiam à iure.*

24 *Qui vouit ieiuniũ poteſt extra Quadrageſimam eo tempore veſci lacticinijs, ſi ibi ſoleãt communiter ieiunantes lacticinijs veſci.*

25 *Qui vouit ieiunare toto aliquo menſe non tenetur ieiunare diebus Dominicis in eo menſe contentis, niſi hoc expreſsè intenderit.*

26 *Item qui vouit ieiunare in vigilia alicuius Sancti, cuius feſta dies incidit in diem Lunæ poteſt Sabbato antecedente ieiunare.*

27 *Qui ex voto tenetur coronam recitare, ſatisfacit eam recitando alternatim cum ſocio.*

28 *Itẽ q vouit recitare roſariũ põt illud dimidiare, et differre in aliud tẽpus.*

29 *Qui vouit tradere eleemoſynam certo pauperi à vouente deſignato, ſi is moriatur, ſatisfaciet alteri eleemoſynam tradendo.*

30 *Qui vouit tradere calicem Eccleſiæ, quẽ emit, tenetur adhuc alium tradere, ſi primus vouenti ante traditionem fuit ſurreptus.*

31 *Votũ de re indeterminata validũ eſt.*

32 *Quando res aliqua ex pluribus voto promittitur diſiunctiuè, poteſt vouens quam voluerit eligere.*

33 *Item poterit rem quamlibet vouens eligere, ſi determinatam, & ſingularem vouit, ſed poſtea vouens rem illam ex pluribus diſcernere nequit.*

34 *Item in propoſito caſu tenebitur hæres, vel vouens tradere rem ſuperſtitem, ſi res aliæ ſimiles furto tollantur, vel pereant.*

35 *Hæres an teneatur in dubijs ſoluere votum ſecundum maiorem, vel minorem quantitatem, reſpondetur remiſſiuè.*

VNICA PROPOSITIO.

1 VOtum explicandum eſt iuxta intentionem vouentis. Ratio eſt quia votũ eſt veluti quædam lex priuata; lex autem priuata obligat in quantum legiſlator intendit; ergo etiam votum obligat inquantum vouens intendit, conſequenter explicandum eſt iuxta intentionem vouentis.

Ex quo fit, vt votum adimplendum ſit ſecundum eas circunſtantias, quas vouens vouit, & ad quas ſe intendit obligare. Si verò nullas determinauit circunſtantias, nec ad aliquas ſe obligauit, nec cõſtat de ipſius intentione, ſeruandæ ſunt tres regulæ ſubſequentes.

2 Prima eſt, vt attendantur verba, quibus emiſſum eſt votũ, & iuxta communem illorum intelligentiã votũ explicetur, quilibet enim præſumitur loqui iuxta communẽ populi vſum, vt ſupra docui cũ Panormitano, Suarez, & Sanchez.

Hoc tamen limita cum Angelo verbo matrimonium 2. num. 8. Lopez 2. parte cap 36. Suarez lib. 4. de voto cap. 7. nu. 3. Sanchez lib. 1. de matrimonio diſp. 18. num. 8. & in Summa lib. 4. cap. 11. nu. 29. & alijs, modò vouens nouerit illorum verborum ſignificationem; nam ſi vouens ignorabat illorum ſignificationẽ, non eſt explicandum votum iuxta communem verborum intelligentiam; nam deeſt voluntas, & conſenſus circa id, quod verba ſignifi-

gnificant, cum voluntas non feratur in incognitum.

3 Ex hac regula ſequitur primò, eum, qui vouit non bibere vinum, poſſe bibere ceruiſiam; quia ceruiſia verè non venit nomine vini, quamuis inebriet. Ita Sanchez in Summa lib.4. cap.11. nu.44. & alij contra Caietanum 2. 2. quæſt. 150. art.1. initio.

4 Secundò, eum, qui vouit caſtitatem teneri ad omnimodam caſtitatem, & nō ſolum ad coniugalem; nomen enim caſtitatis, iuxta communem concipiendi modum, accipitur pro omnimoda caſtitate, quæ eſt ſimpliciter caſtitas, & dicit negationem cuiuſlibet rei venereæ. Ita Sanchez lib.4. cap.13. num. 14. & alij communiter.

5 Tertiò, eum, qui vouit aliquas Miſſas ſatisfacere voto, ſi comperiat aliquem Sacerdotem volentē eas celebrare abſque eleemoſyna; nam verba huius voti non important obligationem tradendi eleemoſynam. Immo etiamſi vouens vouiſſet tradere eleemoſynam pro Miſsis celebrandis, adhuc ſatisfaceret comperto Sacerdote volente Miſſas gratis omninò celebrare; nā vouens cenſetur vouiſſe eleemoſynam tantummodò acceſſoriè, & minus principaliter, & tamquam conditionem, vt Miſſę celebrentur; cum ergo curet eas celebrari ſine eleemoſyna, dicendum videtur ipſum ſatisfacere ſuæ obligationi.

Addo vouentem ſatisfacere ſuæ obligationi, etiamſi principaliter vouerit eleemoſynā alicui Sacerdoti particulari, quam Sacerdos remittit, vel acceptam reſtituit; nā votum habet hanc tacitam conditionem, tradam quātum eſt ex me, vt patet ex ſupra dictis, & ita expreſsè docet Sanchez in Sūma lib. 4.cap.11.num.33.

6 Sed modo dubium eſt, vtrum qui vouit aliquas Miſſas, ſeu eleemoſynam pro Miſsis celebrandis, ſatisfaciat, ſi eas curet celebrari per Sacerdotem, qui alio titulo tenetur eas Miſſas celebrare.

Reſpondeo negatiuè; nam votū nō poteſt adimpleri per opus aliās debitum, vt patet ex ſupra dictis de legibus. Ita Sanchez loco citato.

7 Ex quo etiam licet inferre Sacerdotem, qui Miſſam tenetur ex voto celebrare, non ſatisfacere voto, dum Miſſam celebrat accepta ab alijs eleemoſyna pro miſſę celebratione. Ratio eſt tum quia vouēs nō poteſt ſatisfacere voto per opus alio titulo debitum. Tum quia qui duo ſacra vni promiſit, aut Deo vouit, non ſatisfacit promiſsioni, ſeu voto vnico Miſſæ ſacrificio, vt per ſe conſtat, & patet ex dictis de Sacramentis diſp.4. q. vlt. puncto 7. §. 2. num. 3. cum Rodriquez, & Graffio; ergo neq; ſatisfacit, qui ex voto facto Deo, & ex promiſsione homini facta vnicū Miſſæ ſacrum facit. Tum quia fieri poteſt, vt damnum alicui inferatur, & Diuinus cultus diminuatˀ celebrato vnico Miſſæ ſacro; nam ſi vouens vouit vnam Miſſam pro animabus Purgatorij, & alteram promiſit ei, à quo ſtipem accepit, perſpicuum eſt, tam animas Purgatorij, quā eum, cui Miſſæ ſacrum promiſſum eſt, defraudari, cum Miſſæ ſacrum non tantum proſit pluribus, ac paucis, vt pluribus DD. allegatis docui de Sacramentis loco citato num. 1.

8 Addo hoc verum eſſe, etiamſi Sacerdos ex obligatione voti teneatur

neatur ſolum Miſſam celebrare in honorem Dei, vel alicuius Sancti, & nõ teneatur alicui ex vi voti applicare; adhuc enim exiſtimo non ſatisfacere voto promiſſo alteri ſacrificio, ſeu accepta ab alio ſtipe, vt ipſi ſacrificium applicet. Ratio eſt quia licet non faciat iniuriam tradenti ſtipem, nec teneatur ſtipẽ acceptam reſtituere, aut aliud Miſſæ ſacrum pro ipſo facere, cum liberum ſit vouenti applicare Miſſæ ſacrum cui velit, vt ſupponitur in hoc caſu, nec teneatur gratis alteri applicare, conſequenter nõ defraudet tradentẽ ſtipem; nihilominus defraudat votum, & cultum Diuinum, conſequenter tenetur aliud Miſſæ ſacrum facere, vt voto ſatiſfaciat; quia non poteſt voto per opus alio titulo debitum ſatisfacere, & ſicut licitum mihi eſt ſatisfactionem litaniarum, quas voui in honorem Sanctorum applicare cui velim, non tamen eadem recitatione litaniarum poſſum ſatisfacere voto; & pœnitentiæ mihi à Confeſſario in ſatisfactionem iniunctæ; quia non poſſum ſatisfacere Pœnitentiæ, aut voto per opus alio titulo debitum; cultus enim Diuinus diminuitur recitatis ſemel tantummodo litanijs, quæ duplici titulo debentur.

Hoc tamen limita, niſi vouens, aut Sacerdos pœnitentiam imponens intenderit obligare ſolum ad opus alias debitum; tũc enim nulli fit iniuria, nec cultus Diuinus diminuitur, cum opus pręceptum poſſit eſſe materia voti, & ſatisfactionis iniunctæ, & tam vouens, quam pœnitens nõ teneatur ad Diuinum cultum procurãdum, niſi quatenus vouens intendit, aut quatenus Cõfeſſarius iniunxit. Ita communiter DD. quos retuli de Pœnitentia, & in terminis tradit Sanchez lib. 4. c. 15. num. 11. & alij, quos retuli de legibus.

9 Quartò, eum, qui vouit ieiunare quolibet die Sabbati, teneri eo die ieiunare, & à carnibus abſtinere, etiamſi in eum diem incidat Natalis Domini, modò vouens illum expreſsè non exceperit. Ratio eſt tũ quia verba huius uoti ſunt generalia pro qualibet die Sabbati, aut Veneris, & uouens expreſsè uoluit ſe obligare quolibet die Sabbati, aut Veneris. Tum quia capite finali de obſeruatione ieiunij, aſtricti uoto, aut regulari obſeruantia prohibentur carnes comedere die Sabbati, aut Veneris, in quem incidit Natalis Domini, quamuis eſus carnium alijs fidelibus eo die permittatur; ergo &c. Ita Vaſquez 1. 2. diſp. 30. cap. 4. num. 26. Reginal. lib. 8. n. 290. Clauis Regia, Nauar., Paludanus, & alij apud Sanchez in Summa lib. 4. cap. 11. nu. 61. & apud Suarez lib. 4. cap. 20. num. 5.

Addo hoc uerum eſſe etiãſi uouens excepiſſet illum diem, ſi illius diei meminiſſet, dum uouit; non. n. attendendum eſt quid uouens uoluiſſet, aut promiſiſſet, ſi recordatus fuiſſet, ſed reſpiciendum eſt, quid actu voluerit, & intẽderit, cum autem expreſsè uoluerit obligare ſe ad ieiunium quolibet die Sabbati, ſequitur uouentem teneri ieiunare etiam eo die Sabbati, in quẽ ſolemnitas Natalis Domini incidit. Contrariam tamen ſententiam non puto improbabilem, quam ſequitur Azorius lib 11. cap. 20. quæſito 3. Molina tomo 2. de iuſtitia diſp. 272. uerſ. Exempla ſunt, & alij.

Obij-

Obijcies uotum non obligat ultra mentem, & intentionem uouentis, ſed uouens nõ cenſetur habuiſſe intentionem obligandi ſe ad ieiunium in die Natalis Domini; nã illum excepiſſet, ſi memor illius fuiſſet; ergo.

Reſpondetur uouentem habuiſſe abſolutè intentionem obligandi ſe ad ieiuniũ quolibet Sabbati die, & obliuionem diei Natiuitatis Domini non tollere intentionem ſimpliciter ieiunãdi quolibet die Sabbati, cum uideatur error ſolum circa accidentalia, non circa ſubſtantialia, in quibus actio uouendi ſubſtantialiter uerſatur.

10 Secunda regula eſt, ut uotum ſtrictè explicetur quantum fieri poteſt, ſeruata uerborum proprietate, & cõmuni intelligentia. Ratio eſt quia uitandum eſt periculum peccati quantum fieri poteſt, periculũ autem peccati uitatur ſtrictè explicando uotum, quantum fieri poteſt. Ita Azorius loco cit. quæſito primo, Suarez lib.4.cap.7. nu.16. & 18. Sanchez loco cit.n.3. Panormitanus cap. Ex parte nu.4. de cenſibus, Syluester, Hoſtiẽſis, & alij, quos citat Azorius loco citato.

11 Ex hac regula colligi poteſt primo, eum qui uouit nõ bibere uinum, poſſe ſumere utramque ablutionem in Miſſa, uotum enim ſtrictè explicandum eſt ſolum quantum fieri poteſt, uotum autem non bibendi non poteſt ita ſtrictè explicari, ut excludat ablutionem in Miſſa, alioquin eſſet contra communem uſum, & Eccleſiæ præceptũ; nam prima ablutio præcipitur capite Ex parte de celebratione Miſſæ, ſecunda colligitur ex recepto uſu Eccleſiæ, quamquam ab aliquibus adhibeatur aqua in ſecunda ablutione. Ita Azorius loco citato quæſito 7. & Sanchez loco citato num.43.

12 Secundò eum, qui uouit aliquid aliquo modo indeterminato poſſe eligere quod minus. Ratio eſt tum quia uotum ſtrictè explicandũ eſt, quantum uerba patiuntur. Tum quia ſic habetur cap. Ex parte de Cenſibus. Tum quia quando in legatis attentis circunſtantijs, uidelicet conſuetudine patriæ, & ipſius teſtatoris facultate, & conſuetudine, & dignitate legatarij non conſtat de intentione teſtatoris, præſumitur teſtator uoluiſſe legare qđ minus, ut ad minimũ grauaret hæredem l. Nummus 73. ff. de legatis 3. ut benè Sanchez lib.4.c.15. n.46. Iulius Clarus de teſtamentis, & alij, quos retuli de teſtamentis, ergo idẽ iudicandum eſt in uoto, quando ex circunſtantijs non eſt ueroſimilius uouentem uoluiſſe ſe obligare ad id quod maius; nam tam uota, quam legata ex libera uouentis intentione pendent.

Ex quo fit, vt etiam hæres adimplens vota defuncti teneatur tãtum ad id, quod minus; nam hæres ſuccedit in omnem defuncti poteſtatem. Ita Sanchez in ſumma lib. 4. cap.15.nu.46.& cap.13.nu.8. & alij, quos in ſimili retuli de legatis.

13 Tertiò eum, qui vouit ieiunare non definiens quantitatem dierum ſatisfacere voto ieiunãdo vno die, niſi verba uoti importent quamdã perpetuitatem, vt ſupra dictum eſt.

14 Quartò eum, qui vouit ieiunare pluribus diebus ſatisfacere ieiunando duobus diebus. Ratio eſt quia votum ſtrictè explicãdum eſt quantum fieri poteſt ſalua verborũ ſigni-

ſignificatione, & duo dies veniunt nomine pluriũ regula, Pluralis de regulis iuris in 6. Ità Sanchez n.15.

15 Quintò eum, qui vouit dare eleemoſynam ſatisfacere voto tradendo quamcunque minimã quantitatem, modò aliter non præſumatur de mente vouentis; nam ſi de illius mente aliter conſtaret, ſeù aliter aliquo modo de ipſius intẽtione colligi poſſet ex circunſtantijs perſonæ vouentis, & finis, ac operis, tantum erogandum eſſet, quantum viri prudentis arbitrio iudicaretur. Ita Valentia 2.2. diſp.6. quæſt.6. puncto 4. Reginaldus lib. 18.n.292. Suarez lib.4. de voto cap. 8. nu.10. Azor. 1. parte lib.11. cap. 10. quęſito 2. Molina tomo 2. de Iuſtitia diſp. 268. Sanchez in Summa lib.4. cap.13. nu.4. & 11.

Addo vouentem poſſe minus eligere, etiamſi veroſimiliter credatur quod ſi vouens, dum vouit determinaſſet materiam, elegiſſet maiorẽ; nam ex diſpoſitione, & affectu habituali non naſcitur obligatio, ſed ex actuali; actualis autẽ affectus nõ extendebat ſe ad maiorem materiam, ſed potius ad minorem, niſi aliter ex circunſtantijs colligatur. Ita Valentia loc.cit. quæſito. 3. Sanchez cap.13. nu.12. & cap.11. n.48

Rurſus addo vouentẽ poſſe eligere minus, etiamſi tempore voti cogitaret de maiori quantitate; nam ad obligationem voti nõ ſufficit, vt vouens aliquid habeat in mente, ſed requiritur, vt illud voueat, & intendat; quamquam ex tali cogitatione aliquam coniecturam ſumere poſſumus de intentione vouentis, licet non ſit coniectura ſufficiens ad obligandum, niſi cõiungatur cum alijs coniecturis, ex quibus iudicio prudentis iudicari poſſit talem fuiſſe vouentis intentionẽ. Ita Suarez loc.cit.nu.11. & Sanchez loco cit. & cap.11. nu.3.5.32. & 46.

16 Sextò, eũ, qui vouit peregrinationẽ, poſſe equeſtrem peregrinari. Ita Sanchez nu. 32.

17 Septimò eũ, qui promiſit abſtinentiam à lacticinijs, non teneri à carnibus ex vi voti abſtinere, nec qui promiſit abſtinere ab ouis, tenetur abſtinere à lacticinijs. Ita Sãchez nu.46. & 47.

18 Octauò eum, qui promiſit mẽſuram tritici non determinans mẽſuram, aut qualitatem rei tradẽdę, ſatisfacere tradendo minimam ex menſuris conſuetis in eo loco, ſicut vouens calicem non tenetur tradere aureum, ſed ſatisfacit tradendo argenteum, niſi conſtet vouiſſe aureum. Ita Valentia, Reginald. & Azor. locis cit. Molina diſp.198. & alij apud Sanchez loc.cit.nu.8.

19 Nonò patet quomodo explicandum ſit votum non ingrediendi aliquam domum, vel non egrediẽdi ex aliquo loco, ſeù quandonam peccet, qui egreditur, vel ingreditur poſt votum non ingrediendi, vel non egrediendi. Reſpondeo tunc peccare, dum moraliter loquendo dici poteſt ingreſſus, vel egreſſus; tunc enim facere videtur contra rem voto promiſſam; non tamen peccat ibi perſiſtendo, quia votum non ingrediendi, vel non egrediendi non importat obligationem non permanendi, vel non ambulandi in termino. Neque obſtat, quod perſiſtentia, vel ambulatio in termino ſit cõtra finem voti; nam finis voti non cadit ſub præceptum. Ita Suarez lib. 5. de voto cap. 6. num. 13.

20 Hinc

Digitized by Google

20 Hinc patet quid dicendum ſit de monialibus, quæ contrà prohibitionē clauſuræ monaſterio egrediuntur, & quid dicendum ſit de ijs, qui clauſtra monialium, non habita à legitimo ſuperiore debita licentia, ingrediuntur, ibiquè per aliquod tempus commorantur cōtra decretum Tridentini ſeſsione 25. cap. 5. cenſeo enim iſtos peccare; & affici excommunicatione, ſtatim ac dicuntur ingreſsi primā clauſuræ ianuam, non tamen continuè peccant, quandiù ibi voluntariè commorantur, quia permanere in monaſterio, vel ibi ambulare, vel ſimilia non ſunt cōtra præceptum prohibēs ingreſſum in monaſterium, quamuis ſit contra finem præcepti. Hoc tamen intelligitur preciſo alio præcepto, quo prohibeatur ibi permanere, vel ambulare; ſicut in noſtra Prouincia conſtat adeſſe præceptum non pernoctandi in clauſtris monialium ex Concilio noſtro prouinciali 5. titulo de clauſura capite Intra ſepta.

21 Tertia regula eſt, vt quando dubitat̄ de intētione vouentis ſeruetur materia voti, ac ſi eſſet materia alicuius legis Diuinæ, vel humanæ, votum enim eſt lex quædā priuata; cuius auctor, & conditor eſt ipſe vouens. Ita Nauar. cap. 12. nu. 63. Sanchez in Summa cap. 11. nu. 31. Valentia loc. cit. quæſito 2. Emanuel Sà verbo Votum nu. 22.

22 Hinc ſequitur primò eum, qui vouit audire miſſam, aut recitare officium, teneri ex vi voti recitare cum attentione. Ratio eſt tum quia recitatio officij, dū eſt materia legis humanæ, facienda eſt cum attentione. Tum quia ſubſtantia recitationis officij includit attētionem; vouens autem cenſetur vouiſſe ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſubſtantiam rei promiſſæ, & tacitè cēſetur promiſiſſe ea, ſine quibus res promiſſa ſubſiſtere non poteſt. Ita Suarez lib. 4. de voto cap. 7. nu. 14.

23 Secundò eum, qui vouit abſtinere à carnibus, teneri etiam abſtinere à iure, in quo carnes coctę sūt, niſi aliter colligatur de mente vouentis; nam votum intelligitur ſicut pręceptum Eccleſiaſticum, pręceptū autem Eccleſiaſticum obligans abſtinere à carnibus, obligat etiam ad abſtinentiam à iure, vt conſtat ex vſu, & praxi, quæ eſt optima legum interpres. Ita Sanchez loc. cit. nu. 48. contra Roſellam verbo Ieiunium nu. 31.

Item eum, qui vouit non bibere vinum, toties peccare quoties bibit; ſic enim obligant præcepta negatiua. Ita Reginaldus n. 293. Suarez, & alij communiter.

24 Tertiò eum, qui vouit ieiuniū poſſe extra Quadrageſimam veſci lacticinijs in ijs locis, in quibus cōſuetudine receptum eſt, vt fideles ieiunij tēpore veſcantur lacticinijs. Ita Azorius 1. parte lib. 7. cap. 10. quæſito 2. ad finem, & lib. 11. cap. 20. quæſito 6. & alij apud Sanchez lib. 4. cap. 11. nu. 50.

Addo obligari ſolum ad ieiuniū eo modo, quo obligat præceptum Eccleſiaſticum. Ita Suarez de voto lib. 4. cap. 7. nu. 9.

25 Ex quo infertur, eum, qui vouit ieiunare toto aliquo menſe, exempli gratia, menſe Septembris, non teneri ieiunare diebus Dominicis illius menſis, niſi expreſſam intentionem habuerit obligandi ſe ad ieiunandum die Dominica. Ratio eſt quia præſumitur habuiſſe in-

tentionem obligandi ſe ad ieiuniũ eo pacto, quo Eccleſia obligat; Eccleſia autem nunquam obligat ad ieiunãdum die Dominica. Ita Sanchez in Summa lib. 2. cap. 37. nu. 20. Armilla verbo Votum n. 25. Tabiena votum 3. quæſito 7.

26 Item infertur, eum, qui vouit ieiunare in vigilia alicuius Sancti, cuius feſta dies incidit in feriã ſecundam, ideſt in diem Lunæ, poſſe Sabbato antecedenti ieiunare, & non teneri ad ieiunium die Dominico, niſi aliter expreſsè intenderit, præſumitur enim habuiſſe intentionem accommodandi ſe vniuerſali Eccleſię conſuetudini, & vouiſſe ieiunium ad inſtar præceptorum Eccleſiæ, niſi aliter expreſſe intenderit. Idem cenſeo dicendum de voto ieiunandi in die Annunciationis Beatæ Virginis, ſi dies Annunciationis incidat in diẽ Dominicã. Ita Sanchez loc. cit. n. 18. Sylueſter ver. Votum 2. quæſito 16. Reginaldus ex parte nu. 290. Hoc tamen intelligendum videtur, niſi aliter conſtet de mente vouentis expreſſa, aut etiam tacita, mens autem vouentis colligi poteſt tum ex verbis voti alium diem excludentibus; tum ex conſuetudine; hæc enim ſicut eſt legitima legis interpres, ita etiam dici poteſt interpres voti, quod legis priuatæ nomen ſibi vendicat. In dubio autem voluntatis vouentis, puto vouentem poſſe Sabbato diẽ Dominicã, in qua incidit dies Annunciationis, proximè pręcedente, ieiunare, vt patet ex ſuperius allatis rationibus, aut etiam poſſe ieiunium transferre in feriam ſecundã, ſi die Sabbati teneatur alio titulo ieiunare; habet enim iuſtã cauſam commutandi votum in alium diẽ, vt ſe vniuerſali Eccleſiæ conſuetudini accommodet; & hæc commutatio fieri videtur in opus æquale.

27 Quartò, eum, qui tenetur coronam ex voto, vel pœnitentia recitare, ſatisfacere recitando alternatim cum ſocio orationes Angelicas; nam etiam hoc modo ſatisfit præcepto Eccleſiæ. Ita Azor. 1. parte lib. 11. cap. 7. quæſito 10. Sanchez cap. 11. nu. 38. & alij.

28 Quintò, eum ſatisfacere voto recitandi Roſarium, vel Coronam; qui nũc recitat vnã decenã tranſlatis alijs decenis in aliud tempus, nam ſingulæ decenæ reputantur ſicut vna hora Canonica; ſicut ergo poſſumus vnam horam Canonicam recitare, dilata aliarum recitatione poſt aliquas horas, ita poſſumus decenam. Ita Azorius lib. 10. c. 8. quæſito 8. Beia 1. parte, caſu 51. & alij apud Sanchez loco cit. n. 39.

Addo vouentem poſſe voto ſatisfacere, etiamſi recitet Roſarium facta interruptione in ipſiſmet decenis, vt in ſimili docet Leſsius, & alij, quos retuli de horis Canonicis, & idem tradit Sanchez loco citato.

29 Sextò, eum, qui vouit tradere aliquid certo pauperi, teneri tradere alteri pauperi, ſi pauper deſignatus moriatur nõdum adimpleto voto, niſi aliter cõſtet de voluntate vouentis. Ita Sanchez loco citato. Ratio eſt tum quia ſic explicaretur præceptũ, ſi de hac re præceptum extaret. Tum quia hoc votum explicãdum eſt, ſicut explicatur legatum pium pauperi relictũ; legatum autem pium pauperi relictum ſoluendum eſt, etiamſi mortuus fuerit pauper deſignatus, vt docui de legatis diſp. 3. de cõtrac-

tibus

Digitized by Google

tibus quæſt. vlt. puncto vlt. num. 27. cum Cecchio, Mantica, Tuſco, Couarruuia, Sanchez, & alijs.

30 Septimò, eum, qui vouit tradere calicē Eccleſiæ, ſi vnum emit, qui poſtea ſibi ſurreptus eſt, teneri alium emere, vt ſatisfaciat voto. Ratio eſt tum quia ſic explicaretur præceptum, ſi de hac re præceptum extaret. Tum quia non vouit indiuiduum, ſed ſpeciem, vt loquuntur Theologi, deſtructo aūt vno indiuiduo non corruit ſpecies. Ita Sylu. verbo Religio 2. quæſito 16. quem ſequitur Azorius lib. 11. c. 20. quæſito 2. Sanchez cap. 11. nu. 34. relato Syluestro, Paludano, & alijs.

31 Sed modo ſuperſunt nonnulla dubia explicanda. Primò vtrū votū de re indeterminata valeat, quādo ſcilicet res ita eſt indeterminata, vt diſcerni nō poſsit quid, aut quātum promiſſum ſit, vt ſi quis voueat animal non expreſſo quo animali, aut ſi voueat triticum non explicata ſpecie, vel quantitate.

Reſpondeo validū eſſe, & quantitatem, & qualitatem viri prudentis arbitrio determinandam eſſe conſideratis circunſtantijs perſonæ vouentis, loci, temporis, & cauſæ mouentis ad votum. Ita Panormitanus cap. Ex parte de Cenſibus, Suarez lib. 4. de voto cap. 7. nu. 15. & cap. 8. num. 9. Reginaldus num. 291. Azor. Sanchez, & alij locis ſtatim citandis, contra nonnullos alios. Ratio eſt tum quia legatum generaliter factum valet l. Legato generaliter. ff. de leg. el primo. Tum quia adſunt omnia neceſſariò requiſita ad valorem voti, nec vllo iure irritatur huiuſmodi votum, nec in præiudicium piæ cauſæ valent diſpoſitiones ciuiles, quicquid ſit de Iure Ciuili irritante promiſsiones rei incertæ, & indeterminatæ l. Ita ſtipulatus, & l. Triticum. ff. de verborum obligationibus. Vide Suarez loco citato nu. 18. Azorium lib. 11. c. 20. quæſito 2. & Sanchez cap. 13. nu. 4.

32 Secundo dubium eſt, quid faciendū ſit, quādo res aliqua ex pluribus voto promittitur diſiunctiuè, vt ſi vouens dicat, dabo vnum ex meis equis, qui poſtea pereunt vno excepto, vel ſi habēs plures calices vnum vouit, ſed poſtea furto ſublati ſunt omnes vno excepto.

Reſpondeo vouentem poſſe quē voluerit eligere, vt patet à ſimili ex dictis de matrimonio, & de contractibus cum Rebello, & alijs. Si verò omnes furto ſublati ſunt, vel perierunt, cenſeo ſuperſtitem tradendum eſſe Eccleſiæ; nam adhuc viget obligatio voti, quod poteſt adimpleri tradito calice, vel equo ſuperſtite, & obligatio voti diſiunctiui cadit ſuper oēs res promiſſas.

33 Tertiò maius dubiū eſt quomodo vouens, vel ipſius hæres ſe gerere debeat, quando res aliqua ſingularis, & determinata vouetur, ſed poſtea vouens diſcernere nequit quānam ex pluribus, quas habet, promiſerit, vt ſi certum calicem promiſit, ſed poſtea diſcernere nequit, quem promiſerit.

Reſpondeo dari electionem, vt eligat quem velit. Ratio eſt tum quia ſic decernitur in promiſsione homini facta l. Qui ex pluribus. ff. de verborum obligatione; ergo idem decerni poteſt in promiſsione Deo facta. Tum quia non eſt maior ratio cur vouens vnum potius, quam alterum tradere teneatur; ergo liberum illi eſt eligere quem velit. Tum quia obligatio voti nō eſt exten-

tendenda, ſed potius reſtringenda, vt votum minus obliget quantum fieri poteſt, minus autem obligat conceſſa facultate vouenti eligendi quem velit; & hęc facultas competit etiam heredi, ſi defunctus obeat nōdum adimpleto voto, vt benè tradit Molina, & Sanchez locis ſtatim citandis; nam hæres ſuccedit in omnem defuncti poteſtatem.

34 Rogabis vtrum vouens, vel ipſius hæres teneatur in propoſito caſu integrum ſuperſtitem tradere, ſi omnes pereant, vel furto ſublati ſint vno excepto, & vouens, vel ipſius hæres ignorat quemnam promiſerit, vtrum videlicet promiſerit ſuperſtitem, vel eum, qui perijt.

Mihi videtur reſpondendum affirmatiuè. Ratio eſt tum quia in reſponſione ad ſecundum dubium dictum eſt, vouentem teneri ſuperſtitem tradere in voto diſiunctiuo. Tum quia in dubio tutior pars eligenda eſt. Tum quia votum poſsidet, & integrè poteſt adimpleri; ergo integrè videtur adimplendum tradito integro ſuperſtite, niſi fortè tāta mutatio ſuperueniat, vt prudenter iudicetur vouentem cognita mutatione noluiſſe ſibi obligationem imponere tradendi ſuperſtitem. Contrarium docet Sanchez lib. 4. cap. 13. nu. 19. & Molina tractatu 2. de Iuſtitia, diſp. 270. verſic. Quando res, aſſerentes rem ſuperſtitem in propoſito caſu diuidendā eſſe inter hæredem promittentis, ſeu vouentis, & eum, cui promiſsio facta eſt. Ratio ipſorum eſt quia obligatio voti non cadit ſuper omnes calices, ſed ſuper vnum ſolum, cum autem ignoretur, quinam illorum promiſſus fuerit, diuidendus videtur ſuperſtes, quod non eſt faciēdum in voto diſiunctiuo, in quo promiſsionis obligatio cadit ſuper omnes res, circa quas verſatur votum diſiunctiuum. Verum ſi hæc ratio valeret, probaret etiam omnes ſuperſtites eſſe diuidendas, ſi nulla res perijſſet, vel vnam eſſe diuidendam, etiamſi omnes eſſent ſuperſtites. Validius meo iudicio probari poteſt opinio Sanchez, & Molinæ hoc argumento, quia poſſeſsio non uidetur ſtare pro uoto, cum dubitetur an calix ſuperſtes fuerit uoto promiſſus, & ſicut lex non obligat, quando dubitatur, an caſus aliquis ſub lege comprehendatur, eo quod uideatur dubium iuris, ita neq; uidetur obligare uotum ad rem integrè perſoluendam, ſi dubitetur an uouens ſuperſtitem uouerit. Verū hæc ratio reijcienda eſt, quia nimis probat; nam ex ea colligeretur uouentem, uel ipſius hęredem ad nihil omninò teneri, quia in dubio uoti, aut legis, lex, aut uotum non obligat. Dico igitur uouentem, uel ipſius hæredem teneri ſuperſtitē tradere, quia conſtat de uoto, & fieri poteſt, ut ſuperſtes fuerit materia uoti; ergo integrè tradendus uidetur ſuperſtes, ne uouens, uel ipſius hæres uoti reus ſit.

35 An uero hæres teneatur in dubijs ſoluere uotum ſecundum maiorem, uel minorem quantitatem, patet ex dictis de cōtractibus quęſt. vlt. nu. 7. ubi docui legatum in dubijs non eſſe explicandum ſecundū pleniorem interpretationem, quāuis contrarium ſentiat Suarez lib. 4. de uoto cap. 7. nu. 10. Couarruuias, & alij, quos retuli de contractibus loco citato.

PVNCTVM VII.

De cauſis, & modis, quibus obligatio voti tollitur.

EXplicandum eſt in hoc pũcto. Primò vtrum obligatio voti tollatur ceſſatione cauſę finalis, aut notabili mutatione. Secundò vtrũ tollatur irritatione. Tertiò cõmutatione. Quartò diſpenſatione.

§. I.

Vtrum obligatio voti tollatur ceſsatione cauſę, aut notabili mutatione ſuperueniente.

1 *Obligatio voti ceſſat ſublata cauſa finali, propter quam factum fuit votum.*

2 *Item ceſſat ſuperueniẽte notabili impedimento, quo cognito vouens non vouiſſet.*

3 *Votum non obligat quando ſeruari non poteſt ſine magno damno, vel vitæ periculo.*

4 *Non qualibet mutatio ſufficit ad tollendam voti obligationem.*

5 *Tollitur, vel ſuſpenditur obligatio voti, ſi tempore adimpletionis voti materia voti facta eſt illicita, impeditiua maioris boni, vel indifferens.*

6 *Si materia voti ſit impoſſibilis, vel indifferens, tota obligatio voti ceſſat ſimpliciter, ſi eius materia reddatur in perpetuum impoſſibilis, vel indifferens.*

7 *Non ceſſat obligatio voti, vel iuramenti ob ſuperuenientem mutationem, quæ ſi cognita fuiſſet à principio à vouente, adhuc vouiſſet, vel iuraſſet.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 OBligatio voti ceſſat ſublata cauſa finali, propter quã factum fuit votum. Hæc propoſitio patet tũ ex dictis de legibus puncto vlt. §. 2. tũ ex dicẽdis in 2. propoſitione, tum ex ſupra traditis de voto per dolum celebrato ad finem ſecundæ propoſitionis.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 OBligatio voti ceſſat quoties ſuperuenit notabilis mutatio, & difficultas, quæ ſi præuiſa fuiſſet votũ iudicio prudentis factum non fuiſſet. Ratio eſt tum quia votum non obligat vltra vouentis intentionem, eſt enim lex priuata, quam ſibi vouens imponit; vouens autem nõ præſumitur habuiſſe voluntatem obligandi ſe ſuperueniẽte tali mutatione. Tum quia votũ cenſetur factum ſub hac tacita cõditione, niſi ſuperueniat notabilis mutatio. Ita Molina tomo 2. diſp. 272. verſ. Deinde ea rerum, Nauar. cap. 18. nu. 7. Henriquez lib. 11. cap. 14. nu. 1. Valentia 2. 2. tomo 3. diſp. 6. q. 6. puncto 4. Clauis Regia lib. 6. cap 7. nu. 1. Suarez lib. 4. de voto cap. 9. nu. 4. Reginaldus lib. 18. nu. 277. Sanchez in Summa lib. 4. cap. 2. nu. 20. & 21. & alij, quos in ſimili retuli de promiſsione.

Quando vero dubitatur, an mutatio talis ſit, & tanta, vt votum ea præuiſa factũ non fuiſſet, adimplendum eſt votum. Ratio eſt tum quia poſſeſsio ſtat pro voto. Tum quia hoc magis cedit in honorem Dei. Ita Sanchez nu. 34. Suarez, & alij communiter.

3 Hinc colligi poteſt primò votũ

non obligare quoties ſeruari non poteſt ſine graui damno, vel ſine periculo vitæ; nam ſuperuenit notabilis mutatio. Hoc tamen intelligendum, niſi vouens habuerit intentionem formalem, aut virtualẽ comprehendendi etiã hunc caſum; quo pacto videtur votum emittere qui ſine limitatione vouet perpetuò curare infirmos in hoſpitali. Ita Suarez lib.4. cap.11. nu. 2. & 4. & alij, quos in ſimili retuli de cauſis excuſantibus ab obligatione legis.

4 Secundò non quamlibet mutationem ſufficere ad tollendam voti obligationem, conſequenter non eſſe vniuerſaliter veram regulam multorum aſſerentiũ obligationem voti ceſſare, quoties ſuperuenit aliqua mutatio, quæ ſi extitiſſet tempore voti, vel vouens ad eã aduertiſſet, non emiſiſſet votum, vel quoties vouens, vel iurans, vel promittẽs interrogatus, dicit fore vt ſe nõ obligaſſet, ſi eam mutationem pręcognouiſſet. Hæc, inquam, regula non eſt vniuerſaliter admittenda, vt patet tum ex dictis de voto facto per dolum, vel errorem verſantẽ circa cauſam tantum impulſiuam; tum quia retenta ea regula nil firmum eſſet in contractibus, alijſquè diſpoſitionibus, cum multa lateant diſponentẽ, quæ ſi præcognita fuiſſent, diſpoſitio facta non fuiſſet, vt bene obſeruat Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 4. ad finem, Suarez loc.cit.num.11. Nauar. cap.12. nu.39. Sanchez nu.21. & plures alij, quos in ſimili retuli de cõtractibus omiſsis ijs, quos magno numero refert Sanchez loc.cit.nu.19.

Prædicta igitur regula admittẽda eſt, quando ſuperuenit tanta mutatio præſertim ex parte materiæ, vt ea exiſtente, aut præuiſa, votum iudicio prudentis factum non fuiſſet. Ita Valentia loc. cit. Sotus 7. de iuſtitia quęſt.2. art.1. ad tertiũ, Emanuel Sà verbo Votum nu. 19. Rebellus de oblig. iuſtitiæ lib. 18. quæſt.11. nu.6. Caietanus 2.2. quæſt. 103. verſ. ad 4. quæſtio. & alij apud Sanchez nu. 23.

3 Tertiò obligationem voti tolli, vel ſuſpendi, quoties tẽpore adimpletionis voti, materia voti facta eſt illicita, aut impeditiua maioris boni, aut indifferens. Ita Valentia 2.2. diſp.6. quæſt.6. puncto 4. quęſito 4. & alij DD. citati. Ratio eſt tum quia ſuperuenit notabilis mutatio ex parte materiæ. Tum quia executio voti in hoc caſu non eſt magis Deo grata, quam eius omiſsio, votum autem adimplendum eſt, dum eius executio grata eſt Deo. Idem dicendum eſt quando materia facta eſt impoſsibilis. Tum quia regula ſexta de regulis iuris dicitur *Impoſſibilium non eſt obligatio*. Tum quia hæc mutatio, eſt notabilis.

Addo vouentem non teneri cõmutationem facere, vel compenſationem, quia vouens ad hanc nõ ſe obſtrinxit. Ita Suarez, & Reginaldus locis citatis, & alij cõiter.

6 Quæres primò vtrum obligatio voti ceſſet, vel ſuſpendatur in totũ quãdo materia voti facta eſt impoſſibilis, vel indifferens.

Reſpondeo totam obligationẽ voti ceſſare ſimpliciter, & in perpetuum, ſi tota voti materia facta eſt impoſsibilis in perpetuum, aut illicita, aut indifferens, aut impeditiua maioris boni, ſi verò non eſt facta impoſsibilis, vel indifferens, vel illicita, vel impeditiua maioris boni in perpetuum, ſed tantummo-

do ad aliquod tempus, obligatio voti ſuſpenditur ſolum pro tempore, quo durat hoc impedimentum, modò votum non ſit alligatum tẽpori iã præterito, ſed habeat tractum ſucceſsiuum; nam eatenus ceſſat voti obligatio, quatenus perſeuerat impedimentum, ſeu quatenus vouens iudicio prudentis præſumitur non habuiſſe voluntatẽ ſe obligandi. Item ſi pars voti facta eſt impoſsibilis, vel illicita &c. obligatio voti ceſſat, vel ſuſpenditur ſolũ quoad illam partem. Vndè qui vouit eleemoſynam centum aureorũ, quam non poteſt in totum perſoluere ob ſuperuenientem paupertatem, tenetur ſoluere partem, quam poteſt, & ad aliam partem tenebitur dum peruenerit ad pinguiorem fortunam, cum enim paupertas ſuperueniens non ſit perpetua, ſed temporalis, nec impediat totalem voti executionem, non aufert omnino obligationem voti, ſed partẽ, aliamquè ſuſpendit, donec paupertas auferatur. Ita Nauarrus cap. 12. nu. 39. Valentia 2. 2. diſp. 6. quęſt. 6. puncto 4. Syluester verbo Votum 2. quæſito 1. Suarez loc. cit. num. 5. Reginaldus num. 278. & alij apud Sanchez loc. cit. n. 24. & apud Clauem Regiam loc. cit. nu. 3.

7 Quæres ſecundò vtrum obligatio voti, vel iuramenti ceſſet, vel ſuſpendatur ſuperueniente notabili mutatione, quam ſi vouens, vel iurans præuidiſſet adhuc vouiſſet, vel iuraſſet.

Reſpondeo non ceſſare, neque ſuſpendi. Ratio eſt quia hæc mutatio non retraxit voluntatem vouendi, nec fuit interpretatiuè excluſa, ſed potius eſt virtualiter volita, & intenta. Ita Suarez loc. cit. nu. 8. & cap. 11. nu. 3. Sanchez nu. 16. & 33. Coninchus, Molina, Gutierez, & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio quæſt. 1. puncto. 8. nu. 19.

In dubio verò an vouens, vel iurans vouiſſet, vel iuraſſet cognita vel poſita notabili mutatione, cenſeo iudicandum in fauorem vouentis, conſequenter pręſumi ipſum nõ habuiſſe voluntatem vouendi, vel iurandi. Ita Sanchez locis citatis Gutierez, & alij, quos in ſimili retuli de matrimonio loc. cit. nã in dubio nullus pręſumitur velle ſe ipſum poſita notabili mutatione obligare. Idẽ innuit Suarez loco cit. n. 15.

§. II.

Vtrum obligatio voti tollatur irritatione.

1 *Poßunt irritari, vel ſuſpendi vota ſubditorum.*

2 *Papa poteſt irritare tantum ea vota, quæ ipſius adminiſtrationi obeſſe poßunt.*

3 *Papa non poteſt irritare votũ illius, qui vouit carnis ſuæ macerationem.*

4 *Item non poteſt Papa diſpenſare in omnibus votis clericorum.*

5 *Epiſcopus non poteſt in omnibus votis ſuorum clericorum, vel laicorũ diſpenſare.*

6 *Papa poteſt irritare vota religioſorum, quæ poſſunt irritari à ſuis Prælatis.*

7 *Vota ſeruorum poſſunt à Dominis irritari, vel potius ſuſpendi.*

8 *& 9. Quænam vota ſeruorũ nequeãt à Dominis ſuſpendi, vel irritari.*

10 *Vota vxoris præiudicialia marito, vel quæ impediunt domus gubernationem poßunt irritari à marito.*

11 *& 12. Maritus quænam vota vxoris*

poſſit irritare.

13 *Non poteſt maritus votum vxoris irritare, quod emiſit ipſa adimplendum poſt mortem mariti.*

14 *Maritus poteſt irritare votum vxoris non petendi debitum.*

15 *Maritus validè poteſt irritare vota vxoris emiſſa de ipſius licentia.*

16 *Probabilis eſt ſententia aſſerentium omnia vota vxoris poſſe à marito irritari.*

17 *Vxor poteſt ea ſolum vota mariti irritare, quæ ſunt ſibi præiudicialia.*

18 *Omnia vota realia, perſonalia, vel mixta filiorum impuberum poſſunt irritari à patre, Curatore, vel ab habente ipſorum curam, ſaltem intra tempus impubertatis.*

19 *Poſſunt filiorum impuberum uota irritari etiam acquiſita pubertate, modò impubes iam pubes factus illa non ratificauerit.*

20 *Quinam dicatur impubes, aut pubes.*

21 *Pater quænam uota filiorum puberũ poſſit irritare.*

22 *Non poteſt pater uota realia filiorũ puberum facta, irritare, ſi ea à filijs relata ſint in tempus, quo erunt ſui iuris.*

23 *Non ualet irritatio uoti realis à filio emiſſi, facta ab eo, qui credebatur uouentis pater.*

24 *Minoribus non competit reſtitutio in integrum, quando ſe credunt notabiliter læſos in uotis.*

25 *Curator regulariter poteſt irritare uota realia, & mixta minorum puberum, quamuis ea ſint iuramento confirmata, quamdiù minor eſt.*

26 & 27. *Oĩa religioſorũ uota, excepto uoto arctioris religionis irritari poſſunt à Prælato.*

28 & 29 *Superior poteſt irritare uotũ religioſi, etiam poſtquam in illud ipſe conſenſit, quamquam peccabit ſi hoc faciat abſque iuſta cauſa.*

30 *Superior an cenſeatur conſentire in votum per taciturnitatem, reſpondetur remiſſiuè.*

31 *Vota Religioſorum poſſunt irritari ab ijs qui uices ſuperiorum gerunt, modò generalem facultatẽ, & iuriſdictionem habeant.*

32 *Prælatus non poteſt irritare nouitiorum uota, quamuis ea poſſit ſuſpendere.*

33 *An Prælatus poſſit diſpenſare in uotis nouitiorum, quamuis ea non poſſit irritare, reſpondetur remiſſiuè.*

34 *Religioſus poteſt ea uouere ſine licẽtia ſui ſuperioris, quæ non repugnãt regulæ, uel ſuperioris præcepto. Idemque eſt de commutatione.*

35 *Vota poſſunt à ſuperioribus irritari inuito nouente.*

36 *An, & quo tempore reuiuiſcant uota à ſuperiore ſemel irritata.*

QVinque præcipuè quæremus in hoc paragrapho. Primò vtrum Summus Pontifex poteſtatem habeat irritandi vota laicorũ, aut clericorum. Secundò vtrum dominus reſpectu ſeruorum. Tertiò vtrum vir reſpectu cõiugis, & è cõtrà. Quartò vtrum pater, vel tutor reſpectu filij. Quintò vtrum ſuperior reſpectu religioſi.

1 Pro intelligentia notandũ eſt, omnia illorum vota irritari poſſe, qui ſubiecti ſunt alteri, vel in omnibus, vel ſaltem quoad id, quod eſt materia voti. Ratio eſt tum quia nullus vouere poteſt in præiudiciũ alterius non conſentientis. Tum quia hæc vota cenſentur facta cum tacita conditione, niſi ille, cui ſubeſt materia voti renuerit, ac repugnauerit, vt optimè Sanchez lib. 4. cap. 24. nu. 30. & 32. & alij communiter.

niter; peccant tamen venialiter irritantes vota ſine cauſa; nam ſine cauſa impedire bonũ opus alterius, malum eſt, valida tamen eſt irritatio facta ſine cauſa. Ita Leſſ. lib. 2. cap.40. nu.75. Clauis Regia lib.6.c. 10. n.14. Nauar. c.12. n.63. Valẽtia diſp.6. quæſt.6. puncto 6. Suarez lib. 6. de voto cap. 1. & 7. Reginaldus lib. 18. nu. 302. & 303. & alij apud præcitatos DD.

PRIMA PROPOSITIO.

2 SVmmus Pontifex non poteſt irritare omnia vota laicorum, aut Clericorum, ſed ea ſolum, quæ ipſius adminiſtrationi obeſſe poſſunt. Ratio eſt tum quia non omnia vota habent hanc tacitam conditionem, ſi Summus Pontifex conſenſerit. Tum quia licet Summus Pontifex pleniſsimam habeat poteſtatem ſuper fideles circa res ſpirituales, non tamen habet poteſtatem dominatiuam in iis, quæ priuata fiunt auctoritate, nec homines ſunt illi ita ſubiecti, vt ab eius voluntate omninò pendeant: poteſtas autem irritandi competit alicui, vel ratione materiæ illi ſubiectæ, vel ratione ſubiectionis perſonæ. Ita Suarez lib.6 c. 2. Leſsius loco cit. dub. 13. nu. 81. ex impreſsis tertia vice, Azorius 1. parte lib.11. c.17. quæſito 3. verſic. Quæres, Nauar. cap. 12. num. 76. & alii contra Medinam, & alios apud Suarez loc. cit. nu. 2.

3 Hinc ſequitur primò Summum Pontificem non poſſe impedire, aut irritare votum, quo aliquis vouit carnem ſuam per macerationem, aut ieiunium affligere &c. quia non videtur circa hæc poteſtatem habere dominatiuam, quamuis aliqui ſenſerint, Summum Pontificem poſſe omnia laicorum vota irritare, eo quod ſit omnium ſuperior, ſed horum ſententiam improbabilem exiſtimat Leſsius loco cit.

4 Secundò Summum Pontificem non poſſe irritare vota Clericorum exceptis illis votis, in quibus Clericus à Summi Pontificis arbitrio pendet, vel ratione perſonæ, vel ratione materiæ, vt ſi voueat reſignationem beneficii in fauorem Monaſterii. Ita Leſsius loc. cit. dubio 13. ad finem.

5 Tertiò Epiſcopum non poſſe vota laicorum, vel etiam Clericorum ſibi ſubditorum irritare; nam ratio, quæ affertur pro Summo Pontifice, à fortiori militat in Epiſcopo.

Excipe tamen vota vergentia in præiudicium Eccleſiæ, vt eſt votum longæ peregrinationis. Ita Suarez loc. cit. nu. 8. & alii.

6 Quartò Summũ Pontificem poſſe irritare ea vota religioſorum, quæ poſſunt irritari ab ipſorum Prælatis; nam habet dominatiuam poteſtatem in omnes religioſos, qui votum obedientiæ illi præſtant, nec minori gaudet auctoritate in religioſos, quam gaudeant ipſorum Prælati. Ita Azorius 1. parte lib. 11. cap.17. quæſito 3. Valentia tomo 3. diſp.6. q.6. pun.6. Nauar. c.12. nu.76. & alii apud Clauem Regiam lib. 6. cap. 10. nu. 17.

SECVNDA PROPOSITIO.

7 VOta ſeruorum ſiue facta ſint ante ſeruitutem, ſiue tempore ſeruitutis, poſſunt à domino etiam inuitis ſeruis irritari, ſeu potius ſuſpendi, ſi ipſi domino præiudicant. Ratio eſt quia ſerui ſunt domino aſtricti, & dominus ſuper eos

habet poteſtatem dominatiuam; ergo poteſt eorũ vota irritare, quatenus ſibi præiudicant, quatenus verò non præiudicant, non poteſt, quia in his ſeruus non eſt domino ſubiectus, ſed ſui Iuris. Ita S. Thom. in 4. diſt. 38. q. 1 art. 1. Syluest. verbo Votum 4. quæſito 2. Suarez loco cit. c. 3. Leſsius loc. cit. num. 82. Sanchez in Sum. cap. 31. & latius c. 36. n. 2. Clauis Regia lib. 5. c. 8. Reginaldus lib. 18 nu 320.

8 Hinc ſequitur primò dominum non poſſe irritare vota, quibus ſeruus promiſit ſe adimpleturum aliquid tempore, quo erit ſui Iuris; nã dominus in hac re nõ eſt ſuperior, ſed ſeruus eſt ſuis Iuris, & extra domini poteſtatem. Ita Leſſ. nu. 86.

9 Secundò vota famulorum non poſſe irritari ab hero, cum herus nõ habeat in illos dominatiuam poteſtatem, poterit tamen eorum vota quoad obſequium ſibi debitum præiudicialia ſuſpendere, vt benè ait Suarez lib. 6. cap. 3. nu. 6. & Sanchez cap. 24. nu. 24. Sotus 7. de Iuſtitia, q. 3. art. 1. verſic. Sciſcitaris.

Ex quo patet aliam eſſe poteſtatem domini erga ſeruum, aliam heri erga famulum.

TERTIA PROPOSITIO.

10 Vota vxoris, quæ impediunt domus, & familiæ gubernationem, aut quæ ſunt præiudicialia marito, poſſunt ab ipſo indirectè irritari, ſeù ſuſpendi, ſiuè facta ſint ante matrimonium, ſiuè poſt matrimonium contractum. Ita DD. ſtatim citandi. Ratio huius propoſitionis ſufficienter colligitur ex dictis in ſecunda propoſitione habita proportione poteſtatis viri in vxorem.

11 Hinc ſequitur primo maritum poſſe irritare votum vxoris præiudicans actui matrimoniali.

12 Secundò maritum poſſe irritare votum abſtinentiæ, ieiunii, peregrinationis, & ſimilia ab vxore facta, cum ſibi præiudicium afferãt; Reliqua verò vota, vt orationis, non mentiendi, non peierandi, votum alicuius paruæ eleemoſynæ, & ſimilia non poſſunt à viro irritari. Ratio eſt quia, licet vir ſit caput uxoris in ijs, quæ pertinent ad domus, & familiæ adminiſtrationem, tamẽ mulier in his non eſt ſubiecta viro, & hæc vota non cenſentur marito præiudicialia. Ita Sylueſter uotum 4 quæſito 2. Leſsius dub. 10. nu. 83. & in 3. editione dub. 15. nu. 89. Sanchez lib. 4 cap. 31. num. 9. & cap. 34. num. 18. Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 6. puncto 6. quæſito ulti. Rodriquez cap. 90. nu. 10. Clauis Regia lib. 6. cap. 10. n. 19. Caietanus, & alij apud Suarez lib. 5. cap. 4. apud Sanchez, & apud alios præcitatos DD.

13 Tertiò virum non poſſe irritare votum, quod vxor emiſit implendum poſt mortem mariti; nam vxor nõ eſt quoad hoc ſubiecta viro, neq; hoc votum eſt prẹiudiciale marito. Ita Suarez loco cit. num. 4 Sanchez in Summa lib. 4 cap. 27. nu. 3 & ca. 34. nu. 18. & alij contra Innocentiũ, & Panormit. apud præcitatos DD.

14 Quartò votum non petendi debitum factũ ab vxore irritari poſſe à marito, vt docet Sanchez lib. 4 cap. 34. à numero 9. vſq; ad 14. Reginaldus num, 312. Valentia, & Rodriquez locis cit. & alij apud Clauem Regiam lib. 6. cap. 5. num. 13. poteſt enim huiuſmodi votum afferre marito præiudicium, quatenus

Google

nus fieri poteſt, vt verecundiam patiatur petendo. Et hoc valet ſiue votum factum ſit ſine licentia viri, ſiue cum ipſius licẽtia, vt benè tradit Sanchez loco cit. modò tamẽ vterquè non emiſerit votum caſtitatis communi cõſenſu; tunc enim non poteſt votum irritari, vt patebit ex dicendis in ſolutione difficultatis proximè ſubſequentis.

15 Quæres primò vtrum vir validè poſſit irritare vota vxoris emiſſa cum ipſius licentia.

Reſpondeo affirmatiuè cum Sãchez cap. 34. citato, & cap. 27. n. 11. Suarez lib. 6. cap. 4. num. 10. Claue Regia lib. 6. cap. 10. nu. 19. Reginaldo lib. 18. n. 304. & alijs, quos infra referam poſt tertiam propoſitionẽ quæſito 3. verſ. Sed modo dubium. Ratio eſt quia maritus dans vxori licentiam ad faciendum votũ non amiſit poteſtatem in vxorem; ergo neq; amiſit poteſtatẽ irritandi vota, quæ viro competit ob poteſtatẽ, quam habet in vxorem.

Hinc patet quid dicendum ſit de votis religioſi factis de licentia ſuperioris, de votis viri factis de licentia vxoris, de votis ſerui factis de licentia domini, & de votis filij factis de licentia Patris; hoc tamen intelligitur, modò ille, qui conceſſit facultatẽ, ſeu licentiam, nõ conceſſerit facultatẽ irreuocabilẽ reſpectu illius rei, quam poterat à ſe abdicare; nam qui conceſsit facultatem irreuocabilem non poterit votum irritare, quia ceſsit iuri ſuo; propterea dominus, qui conceſsit ſeruo facultatem irreuocabilem vouendi aliquid, non poterit illud votum irritare, ſicut enim poteſt ſeruũ omnimoda libertate donare, ita poterit illũ eximere, quoad eam partem, in quam conſenſit.

Addo cum Sanchez cap. 27. n. 23. Suarez lib. 6. de voto cap. 8. num. 3. ad finem, & alijs cõtra Leſsium loco cit. nu. 75. & Arragonium 2. 2. q. 88. art. 8. Superiorem non poſſe reuocare promiſsionem, quam vxor fecit alteri de licẽtia viri, aut filius de licentia patris, aut religioſus de licentia Prælati, aut ſeruus de licẽtia domini. Ratio eſt tum quia firmitas cõtractus poſtulat vt ſuperior in illum conſentiat irreuocabiliter, alioquin nullus auderet cum huiuſmodi ſubditis contrahere ob periculum damni, quod ex reuocatione ſuboriri poſſet. Tum quia ex diſpoſitione Iuris Eccleſiaſtici per cõſuetudinẽ explicati, imbibitur hæc conditio in votis ſubditorum, niſi ſuperior contradixerit, ſeu non irritauerit; Hanc autem conditionẽ non contineri in votis factis à ſubditis de licentia ſuperiorum, docet ipſa conſuetudo, teſte Sanchez loco citato.

16 Quęres ſecũdò vtrum improbabilis ſit opinio aſſerentium oĩa vota vxorũ poſſe à marito irritari.

Reſpondeo non eſſe improbabilem, eam enim ſequitur Sotus lib. 7. q. 3. art. 1. Arragonius, & alij apud Sãchez lib. 9. de matrimonio diſp. 39 nu. 40. Ratio eſt quia talis facultas expedit viris, vt leuitatibus mulierum leuiter vouentium occurratur. Excipitur tamen ab omnibus votum continentiæ emiſſum communi conſenſu quod non poteſt ab vllo coniugum irritari, cum vterq; cedat iuri ſuo, quoad omnem actũ coniugalem, & videatur renunciare ius reuocandi, & iterandi votum alterius. Ita Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 10. nu. 85. in prima editione, in

Digitized by Google

tertia verò dub.15. nu. 88. Sanchez lib.4.cap.34.nu.15.& Clauis Regia lib.6. cap.5.nu.17.Suarez lib.6. c.4. Reginaldus lib. 18.num. 311. & alij apud Sāchez de matrimonio lib.9. diſp.40.n.20.vbi idem docet quando coniuges mutuo cōſenſu vouēt religionē,vel vnus religionē,& alter ſuſceptionē ſacrorū ordinū, vel caſtitatē, eo in caſu,quo vir poteſt ordines ſuſcipere, vel religionem ingredi de licentia vxoris remanentis in ſæculo cum voto caſtitatis. Videndus eſt Sanchez locis citatis de matrimonio nu.22.& in Summa num. 17. vbi oſtendit etiam, virum poſſe validè, non tamen licitè hæc vota communi conſenſu emiſſa irritare,ſi vxor iterum det ei facultatem in corpus; quia vir reſtituitur ad priſtinum matrimonij ſtatum, cum vxor ei remittat obligationē non reuocandi vota vxoris, conſequenter vxor obtēta hac irritatione poterit licitè petere debitum.

17 Quæres tertiò vtrum ab vxore poſsint irritari vota mariti, ſicut maritus irritare poteſt vota vxoris.

Reſpōdeo ea ſolum vota irritari poſſe ab vxore, quæ incommodum illi afferunt, & quæ aliqua ex parte eius iuri præiudicant, vt eſt, exempli gratia, votum geſtandi habitū religionis, votum lōgæ peregrinationis, votum magnæ abſtinentiæ, quo vires ita debilitātur, vt ineptus efficiatur ad reddendum moderatè debitum. Ita Leſsius nu. 83. Nauar. Sotus,& alij apud Clauem Regiam lib.6. cap. 10. num. 20. apud Suarez lib.6.c.4.num.8. apud Sanchez c.31.n.12.& c.34.n.20.& apud Reginaldum lib.18. nu. 314. Ratio eſt quia non eſt maior ratio, cur maritus irritare poſsit vota vxoris ſibi præiudicialia,non verò vxor irritare poſsit vota mariti, quæ ſuo iuri præiudicant, vt ſunt vota ſpectantia ad mutuā cohabitationē, & ad debitum coniugale, circa quod coniuges ſunt pares, & æquali iure gaudent. Non tamen poterit vxor alia mariti vota, quæ ſibi non præiudicant, irritare, cum in ijs non habeat dominatiuam poteſtatem, vt benè ait Sanchez loco cit. & c. 34. à num. 19. vſq; ad 34. & de matrimonio locis cit. vbi plures quæſtiones ꝓponit,& eruditè diſſoluit.

QVARTA PROPOSITIO.

18 Omnia filiorum impuberum vota tam realia,quam perſonalia, vel mixta, poſſunt ſaltem intra tempus impubertatis irritari à Patre,vel à Tutore, qui vices Patris gerit, vel etiam à matre, dum mater mortuo patre eſt loco tutoris.Ita Suarez lib.6. cap.6. num.22. Sanchez cap.35.num.6 & 79 Reginaldus lib.18.num.315.& 319.Leſſius dub.14.in tertia editione nu.82. Clauis Regia lib.6.cap. 10.num.31. vbi alios Doctores refert. Idem dicendum arbitror de Auo, vel Auia mortuo Patre, & deficiente tutore. Ita Suarez, & Clauis Regia locis citatis,Leſsius loco cit.dub.10.nu. 78. & alij, qui hoc idem exiſtimant dicendum de magiſtro, & hero deficiente patre, & tutore, cōtra Sanchez cap.35.nu.84.& alios. Sed hoc non facilè admiſerim cum potius æquitati, & pietati, quā ſolido fundamento nitatur; nam filij deficiente patre,tutore,vel alio,qui vices patris ſuſtineat, dicūtur ſui iuris; nec magiſter,vel herus poteſtatem dominatiuam in his habere videtur. Ratio verò cur pater,tutor,

& alij poſsint vota filiorum impuberum irritare, pendet à iuris diſpoſitione; nam ius propter immaturum impuberum iudicium voluit eorum votis hanc tacitam conditionem ineſſe, niſi pater, tutor, &c. contradixerint c. mulier 32 q 2. de regulis in 6. & hoc valet, etiamſi malitia ſuppleat ætatem impuberis; nam iura abſolutè loquuntur, nec Doctores in hoc diſtinguunt, & leges reſpexerũt ad id; qđ vt plurimũ, non ad id, quod rarò accidit.

Addo vota impuberum irritari poſſe, etiamſi vouentes retulerint ea vota exequẽda tempore impubertatis, nam vota adhuc habent dictam tacitam conditionem. Ita Nauar. cap. 12. nu. 67. Sotus 7. de Iuſtitia, q. 3. art. 1. Clauis Regia loco cit. nu. 19. Valentia tomo 3. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 6. verſiculo quinta quæſtio, Azor. 1. parte lib. 11. c. 17. dub. 8. Sylueſter votum 4. quæſito 2. & alij, quos citat, & ſequitur Leſſius dub. 14. in tertia editione n. 84.

19 Dixi in Propoſitione ſaltẽ intra tẽpus impubertatis; nam præcipua difficultas eſt inter DD. an vota facta ante annos pubertatis irritari poſsint tranſacto tempore impubertatis.

Reſpondeo cum Nauarro c. 12. num. 21. Leſsio loco citato nu. 79. Azorio cap. 17. quæſito 7. Valentia loco citato, verſiculo Nihilominus, Reginaldo lib. 18. num. 318. Suarez lib. 6. cap. 6. Sanchez lib. 4. cap. 30. & alijs, poſſe irritari. Ratio eſt quia conditio illa, niſi pater, tutor, &c. contradixerint, lapſu temporis non amittitur; ergo poſſunt tranſacto impubertatis tẽpore irritari.

Hoc tamen limita, modò pubes poſt acquiſitam pubertatem nõ ratificauerit vota tempore impubertatis facta, vt benè Sanchez loco citato num. 37. Suarez loco citato num. 12. & alij. Ratio eſt quia huiuſmodi vota non appellantur ſolũ vota impuberum, cum ratificatio ſit veluti quædam voti emiſsio.

Verum ſi dubitetur, an filius ratificauerit votum, vel ſciatur quidem votum fuiſſe ratificatum, ſed dubitatur, an ratificatio facta fuerit poſt pubertatem, præſumendum eſt votum non fuiſſe ratificatum, vel ratificationem non fuiſſe factã poſt pubertatem, conſequenter Patrem poſſe huiuſmodi vota irritare. Ratio eſt tum quia confirmatio eſt quid facti, factum autem non præſumitur, niſi probetur. Tum quia poſſeſsio ſtat pro poteſtate patris, cui competit ius irritandi vota facta tempore impubertatis. Ita Sanchez in opere morali lib. 4. cap. 32. num. 9. Suarez de voto lib. 4. cap. 6. num. 1. ad finem.

20 Si quæras quinam dicatur impubes, aut pubes.

Reſpondẽt iuxta dicta de matrimonio impuberem dici maſculũ vſque ad 14. annum, & fœminam vſque ad 12. vt benè ait Sanchez cap. 35. nu. 3. & alij communiter. Qui vero dicatur minor, patet ex dictis, de matrimonio, & de contractibus.

Obſerua tamen primò hoc tempus non computari à die conceptionis, ſed à die natiuitatis; nam communi vſu receptum eſt, vt ætas à die natiuitatis computetur. Ita Couarruuias 2. Decretalium 2. parte cap. 8. §. 2. nu. 3. quem citat, & ſequitur Sanchez loc. cit. nu. 4. contrà Sfortium Oddo tractatu de reſtitutione in integrum parte 1. quæſt.

2. art.

Digitized by Google

2. art. 7. nu. 48. vbi aſſerit, ætatem computandam eſſe à die conceptionis, quando huiuſmodi computatio fauorabilis eſt proli. Secus quàndo huiuſmodi computatio eſt proli odioſa.

Secundò obſerua cum Sanchez nu. 3. Sfortio Oddo loc. cit. art. 9. & alijs hoc tẽpus debere eſſe cõpletũ de momẽto ad momentũ argumento l. 3. §. Minorem. ff. de minoribus; nã agitur hic de fauore impuberũ, ſeù minorum; hac etiam de cauſa, ſi non conſtet de hora natiuitatis expectandus eſt exitus totius diei, ſi conſtet de menſe nõ verò de die expectandus eſt exitus totius menſis, ſi conſtet de anno, & non de mẽſe, expectandus eſt finis anni, & in anno biſſextili computãda eſt dies biſſexti; quia hæc pertinet ad cõplementum ætatis, cum integer circulus ſolis per Zodiacum non compleatur ante hanc diem.

21 Quæres vtrum Pater poſſit irritare vota filiorum puberum.

Reſpondeo primò Patrem non poſſe irritare vota perſonalia filiorum puberum, quia nullo iure probatur hanc facultatem patri conceſſam fuiſſe; nec ius decreuit vota puberum habere tacitam cõditionem, quam vota impuberũ habent. Secus dicendum eſt primò quando dubitatur, an illa vota facta ſint antè pubertatem, vel poſt pubertatem; tũc enim pater poteſt irritare, quia poſſeſsio ſtat pro poteſtate dominatiua patris ad irritãda filij vota, & quãuis vouens careat poſſeſsione ſuę libertatis, cum certus ſit de voto, tamen poſſeſsio, patris antiquior eſt, & præualet, nec obligatio poteſt induci cum damno prioris. Ita Suarez lib. 6. cap. 6. n. 4. & Sanchez lib. 4. cap. 32. nu. 2. vbi fuſiſsimè tractat de poteſtate irritandi vota, quoties ſuboritur dubium, an irritari poſsint. Secundò quando ea vota repugnant domeſticæ gubernationi, aut poteſtati patris, licet enim filius pubes liberã habeat de actionibus ſuis perſonalibus diſponendi facultatem, tamẽ hanc facultatẽ non habet in graue præiudicium paternæ poteſtatis, conſequenter pater vota perſonalia filiorum puberum vergentia in graue præiudicium paternæ poteſtatis irritare poteſt. Ita Suarez lib. 6. cap. 5. Arragonius 2. 2. quæſt. 88. art. 9. circa quartam cõcluſionem, Reginaldus lib. 18. n. 317. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. puncto. 6. Clauis Regia lib. 6. cap. 5. nu. 6. & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez lib. 4. cap. 35. nu. 15.

Ex dictis patet votum Religionis, Confeſsionis, Cõmunionis, &c. factum à filio pubere, non poſſe irritari à patre, quia ipſius poteſtati non repugnat. Poteſt vero à Patre irritari votum peregrinationis, & ſimilium, cum hæc ad domeſticam gubernationem pertineant, in qua filij ſubduntur patri. Ita DD. citati.

Reſpondeo ſecundò Patrẽ poſſe irritare vota realia filiorum puberum in quacunque ætate illa emittant; nam filius per ætatem non eximitur à poteſtate Patris, nec poteſt diſponere de bonis Patris, etiamſi ſit coniugatus.

Hoc tamen intelligitur primò, modò filij non habeant bona caſtrenſia, vel quaſi; nam filij poſſunt diſponere de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, conſequenter vota de his bonis non præiudicant patri, cõſequenter nõ poſſunt irritari. Ita DD. citati.

Digitized by Google

citati. Secundò, modò filij non ſint exempti à patria poteſtate; tunc enim Pater non poteſt filiorum vota irritare, quia filius non amplius poteſtati Patris ſubiectus eſt. Ita Suarez lib. 6. de voto cap. 5 nu. 12. Leſsius lib. 2. cap. 40. n. 61. Sanchez cap. 25. nu. 29. & cap. 35. nu. 23. & 33.

An vero Clericus eximatur à poteſtate patris per ordines maiores, ſicut eximitur per Epiſcopatum, videri poteſt apud Sanchez loc. cit. nu. 37. vbi negantẽ partem ſuſtinet.

22 Rogabis primò vtrum Pater poſsit irritare vota realia filiorum puberum relata in tempus, quo filij erunt ſui iuris.

Reſpondeo negatiuè cũ Nauar. cap. 12. nu. 64. Syluestro votum 4. quæſito 2. Leſsio nu. 81. contra Reginaldum lib. 18. nu. 309. & alios. Ratio eſt quia hæc facultas non competit Patri ex vllo iure, neque hæc vota vergunt in præiudicium patris, nec ſunt facta ſub aliqua cõditione tacita, ſicut fiunt vota filiorum impuberum; ergo non poſſunt à patre irritari.

Ex quo patet differentia inter vota filiorum puberũ, & impuberũ.

Verum ſi dubitetur an filius pubes votum reale emiſerit implendũ eo tempore, quo erit ſui iuris, ſeù in tempus ſolutæ ſubiectionis, exiſtimo non præſumi votum emiſiſſe implendum eo tempore, quo filius erit ſui iuris. Ratio eſt tum quia in dubijs benignior pars accipienda eſt, niſi præſumptio ſit in contrariũ. Tum quia poſſeſsio ſtat pro Patre poteſtatem habente ad irritanda vota realia filiorum. Sanchez lib. 4. cap. 32. nu. 13. contrarium ſentire videtur.

23 Rogabis ſecundò vtrum valida ſit irritatio voti realis facta ab eo, qui putabat pater vouentis, ſed poſtea certo cognoſcitur non eſſe verus Pater.

Reſpondeo non eſſe validã. Ratio eſt quia error non confert poteſtatem dominatiuam, licet enim error communis cum titulo colorato ſuppleat defectum iuriſdictionis in ijs, quæ pertinent ad iuriſdictionem, vt alibi oſtendi, non tamen ſupplet poteſtatem dominatiuam. Ob id non eſt valida venditio rei alienæ, quæ propria putabatur, nec eſt valida venditio hominis liberi, qui ſeruus putabatur. Ita Sanchez lib. 4. cap. 32. nu. 16. ad finem.

23 Rogabis tertiò vtrũ filijs minoribus competat reſtitutio in integrum, quando ſe credunt notabiliter læſos in votis.

Reſpondeo negatiuè cum Sanchez cap. 35. nu. 86. Sfortia Oddo in ſuo tractatu de reſtitutione in integrum parte 2. quæſt. 61. art. 6. & alij contra Syluestrum verbo Votũ 4. quæſito 2. & alios apud Sanchez. Ratio eſt tum quia in voto non inuenitur læſio, cum enim votum fiat in vtilitatem animæ, quæ pretioſior eſt, & præponderat alijs rebus, dicendum eſt, in voto non inueniri læſionem, conſequenter nõ concedi reſtitutionem in integrum, etiãſi votum factum ſit in alterius vtilitatem; tum quia filio non competit reſtitutio in integrũ aduerſus opus pietatis, vel aduerſus patriam, vel parentes ob reuerentiam eis debitam; ergo neque competit in voto aduerſus Deum, in cuius honorem uotum emittitur.

25 Quæres vtrum Curator irritare poſsit vota filiorum minorum puberum.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo poſſe vota realia, vel mixta filiorum puberum etiam iuramento confirmata irritare, quamdiù ſub ipſius poteſtate exiſtunt, ſeù quamdiù minor ætas durat, exceptis votis de peculio caſtrenſi, vel quaſi. Ratio eſt tùm quia curator plenas patris vices gerit; Tum quia huiuſmodi vota prȩiudicant bonorū adminiſtrationi, quæ competit curatori; vota verò perſonalia non poſſunt à curatore, per ſe loquendo irritari, vt in ſimili diximus de poteſtate patris circa perſonalia filiorum puberum vota.

Dixi per ſe loquendo, nã ſi huiuſmodi vota repugnent adminiſtrationi curatoris, arbitror poſſe ab ipſo irritari; quia ſuccedit in plenas patris vices. Ita Sanchez lib. 4. cap. 35. nu. *61*. & *69*. Suarez lib. *6*. cap. 5. num. 14. & cap. *6*. ad finem Nauar. cap. 12. nu. *64*. & alij communiter.

Ex quo patet quid dicendum ſit, ſi plures eidem curatores conſtituti ſint, cenſeo enim quemlibet ipſorum poſſe vota minorum irritare quia quilibet ſufficientem habet poteſtatem, nec eſt maior ratio vnius quã alterius. Ita Suarez loc. cit. cap. *6*. nu. 22. vbi refert Innocentium, & Syluestrum, Sanchez loco cit. num. 70.

QVINTA PROPOSITIO.

26 OMnia religioſorū vota excepto voto arctioris religionis irritari poſſunt à Prælato, & ſuperiore. Ita Angelus votum 2. n. 3. Sotus, & alij apud Suarez lib. *6*. de voto cap. 7. apud Sanchez lib. 4. cap. 33. apud Leſsium lib 2. cap. 40. dub. 13. nu. 74. & apud Reginaldū nu. 321. Ratio eſt tum quia religioſus non eſt amplius ſui iuris, ſed eſt traditus religioni, & eſt conſtitutus in poteſtate ſuperioris. Tū quia ius Eccleſiaſticum hanc tacitam conditionem votis religioſorum ineſſe voluit, niſi Prælatus aliquando contradixerit. Hanc autem cōditionem votis ineſſe ex iuris Eccleſiaſtici diſpoſitione, communis religioſorum vſus, & praxis ſufficienter indicat teſte Leſsio nu. 75. Sanchez cap. 24. nu. 30. Vaſquez 1. 2. diſp. 165. cap. 4. num. *29*. & alijs Doctoribus citatis.

Addo primò ſuperiorem non ſolum poſſe irritare vota externa, ſed etiam interna, vt ait Suarez lib. *6*. de voto cap. 7. nu. 8. fol. mihi 735. nam in vtriſque militat eadem ratio; Immo hanc poteſtatem irritãdi vota interna extendi poſſe etiã ad alios habentes facultatem irritandi vota, ſaltem ſi uotum aliquo ſigno manifeſtetur, docet Sanchez lib. 4. cap. *29*. num. *39*.

Addo ſecundò, ſuperiorem non ſolum poſſe irritare vota religioſorum exequenda in religione, ſed etiã quæ facta ſunt à religioſis animo illa adimplendi, dum erunt ſui Iuris, exempli gratia, dum erunt Epiſcopi, adhuc enim voluntatem habent ſubiectã ſuperiori, nec ſunt ſui Iuris. Ita Valētia, Leſsius, Azor, & Clauis Regia locis ſtatim citandis, & alij plures apud Sanchez lib. 4. cap. *29*. num. *3*.

Addo tertiò ſuperiorē poſſe irritare vota à religioſo facta antè religionis ingreſſum, vt patet tum ex rationibus allatis. Tum quia religioſus eſt magis ſubditus ſuo ſuperiori, quam vxor marito; ſicut ergo maritus poteſt irritare vota vxoris ſibi prȩiudicialia facta antè matrimonium

monium, ita etiam ſuperior vota religioſi facta antè religionis ingreſſum, quamuis non videatur neceſſaria irritatio: cũ omnia vota perſonalia ceſſent per Profeſsionem religionis approbatæ; nam iure cõmuni commutantur in votum perpetuum religionis, cap. Sacroſanctæ de voto, & voti redemptione. Ita Azorius lib. 11. cap. 17. quæſito 27. Syluester votum 4. quæſito 7. Clauis Regia lib. 7. c. 10. nu. 11. & alij.

Addo cũ Rodriquez contra Sylueſtrum ceſſare etiam votum viſitandi loca ſancta, cum eadem ratio militet. Hoc tamen limitari poteſt, modò hæc vota non ſint facta in ſubſidium Eccleſiæ, & non ſint acceptata, vt patebit ex dicendis.

Addo quartò non ſolum Prælatos religioſorum, verum etiã Prælatos Monialium poſſe vota Monialium irritare, quamuis enim dicamus eas carere Iuriſdictione ſpirituali, negandum tamen non eſt habere poteſtatem præcipiendi, & Moniales pẽdere ab ipſarum nutu, & volũtate; & ſicut mater aliquãdo poteſt vota filiorum irritare, ita etiam poterit Abbatiſſa. Ita Suarez lib. *6.* de voto cap. *7.* nu. *19.* verſic. Propterea, Reginaldus lib. 18. nu. 324. & alij, quos in ſimili retuli de legibus puncto 3. ſub finem.

27 Dixi in propoſitione excepto voto arctioris religionis, quia votũ arctioris religionis cum non ſubiaceat voluntati Prælati, nõ poteſt ab eo irritari. Immo cap. Licet de regularibus conceditur religioſo tranſitus ad arctiorem religionem inuito, & recuſante ſuperiore, conſequenter Eccleſia non vult votum arctioris religionis habere illã cõditionem, ſi ſuperior non contradixerit. Videte Sanchez lib. 4. c. 33. Leſsium loco cit. verſiculo Excipitur, Suarez lib. 6. de voto cap. 7. num. *9.* Nauar. Sotum, & alios Doctores prællegatos.

28 Queres primò vtrum ſuperior poſsit irritare votũ religioſi, poſtquam in illud conſenſit.

Reſpõdeo affirmatiuè cum Leſſio lib. 2. cap. 40. dub. 13. nu. *76.* Reginaldo lib. 18. nu. 304. Nauar. cap. 12 num. 37. Valentia 2. 2 diſp. *6.* q. *6.* puncto *6.* Azor. loco citato, quæſito *6.* Claue Regia lib. *6.* cap. 10. nu. 12. Sanchez lib. 4. cap. 27. nu. *9.* Suarez lib. *6.* cap. 8. n. 4. vbi teſtatur de cõmuni Theologorum ſententia; modò votum nondum mandatum ſit executioni. Ratio eſt tum quia ſuperior præſtatione conſenſus non deſijt eſſe ſuperior, nec dominium, ac poteſtatem amiſit, vt ſuppono, etiamſi dixerit ſe iuri ſuo cedere, & ſubditum eximere ea in re à ſua Iuriſdictione; nam hæc proteſtatio eſt inefficax poſito quod ſubditus adhuc illi ſubditus remaneat, vt benè docet Leſsius loco cit. verſic. Nec refert. Tum quia in voto ſubintelligitur hæc conditio, niſi ſuperior aliquando contradixerit; hæc autem conditio non amittitur per conſenſum ſuperioris.

29 Obſerua tamen ſuperiorẽ, qui abſque iuſta cauſa irritat votũ poſt conceſſam vouendi facultatẽ peccare, nã aliquo pacto impedit cultum Diuinum; quãquam hoc peccatum per ſe loquendo iuxta Suarez lib. *6.* cap. 4. ad finem, & alios, contra Sanchez in Summa lib. 4. c. 27. num. 32. Leſſium loco cit. verſic. Peccabit, Nauarrum cap. 12. nu. 73. Clauem Regiam lib. *6.* nu. 10. Reginaldum lib. 18. num. 304. & alios, eſt

tan-

tantummodo veniale, etiamſi materia voti ſit grauis. Ratio eſt quia ſuperior irritando non violat votũ, cum ipſe non emiſerit votum, nec eſt cauſa violationis voti, cum per irritationem auferat voti obligationem, quod nõ accidit in eo, qui adimpletionẽ præcepti Eccleſiaſtici abſque iuſta cauſa impedit, nõ enim valet argumentari ab impediente ad irritantem, cum per irritationem auferatur obligatio, non verò per impedientem.

30 An verò ſuperior cenſeatur conſentire in votum per taciturnitatem, & diſsimulationem, Leſsius reſpondet negatiuè nu. 78. Sed de hac re nos ſufficienter egimus de diſpẽſationibus, & in ſimili de Pœnitentia, de Irregularitate, & de Matrimonio.

31 Quæres ſecundò vtrum vota religioſorum irritari poſsint ab ijs, qui vices ſuperiorum gerunt.

Reſpondeo affirmatiuè, modò illi, qui vices gerunt, habeant Iuriſdictionem generalẽ ad omnes cauſas, & negotia; nam in tali generali facultate includitur etiam facultas irritandi vota, cum verba generalia generaliter accipiẽda ſint; ſecus ſi habeant Iuriſdictionem limitatam ad aliquas tantum cauſas, nam facultas non excedit terminos conceſsionis. Ita Clauis Regia loco cit. num. 16. Azor. loco cit. quæſito 3. Sanchez cap. 24. nu. 23. & cap. 27. num. 36. Suarez lib. 6. c. 8. num. 10. Reginaldus nu. 324. & alij.

Ex quo licet inferre poteſtatem irritandi vota poſſe alteri à legitimo ſuperiore delegari, nihil enim obſtat quo minus delegari poſsit, vt in ſimili docui de poteſtate legũ ferendarum.

Addo cum Sanchez loco cit. nu. 54. hanc facultatem delegari poſſe etiamſi ſuperior ſit excommunicatus vitandus; nam iſta delegatio nõ eſt actus Iuriſdictionis, ſed quædã licentia, qua ſuperior conſtituit alium quoad dominatiuam poteſtatem, quam etiam excommunicatus in ſubditos exercere poteſt.

32 Quæres tertiò vtrum Prælatus poſsit irritare vota Nouitiorum.

Reſpondeo negatiuè, quia Nouitij ſunt adhuc ſui Iuris. Poteſt tamen ſuſpendere vota ipſorum perſonalia ſi ſint impedimento probationi; nam Prẹlatus poteſtatem habet in Nouitios, quatenus conducit ad probationem. Ita Azorius lib. 11. cap. 17. quæſito 2. Nauar. c. 12. num. 65. Clauis Regia lib. 6. cap. 10. num. 15. Suarez lib. 6. cap. 7. Reginaldus num. 323. Sylueſter quæſito 7. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 12. nu. 80. Vota vero Nouitiorum realia regulariter loquendo non poſſunt à ſuperiore ſuſpendi, quia hæc non impediunt obſeruantiam regularem; Loquor autem de Nouitijs, qui nouitiatum nondum compleuerunt; nam completo nouitiatu conſtat ipſorum vota irritari, ſeu commutari in onera religionis, videlicet in votum obediẽtiæ, caſtitatis, & paupertatis.

Addo hanc poteſtatem commutandi nõ ſolum reſidere penès Prẹlatum, aut Cõfeſſarium; verum etiã penès ipſum Nouitium, quia hæc commutatio fit in euidẽter melius; quilibet autem poteſt votum ſuum in euidenter melius cõmutare non per modum Iuriſdictionis, ſed per abundãtiorem ſatisfactionem, ſeu per ſubrogationem materiæ Deo acceptæ. Ita Leſsius dub. 16. n. 106. & dub.

Digitized by Google

& dub.13.nu.80.Suarez lib.*6*.cap.7. Sanchez lib.4.cap.33.à nu. *36*. vſq; ad 42. Clauis Regia, & Azorius locis citatis.

33 Vtrũ verò Prælatus poſsit diſpenſare in votis Nouitiorum, licet eorum vota non poſsit irritare.

Reſpondent affirmatiuè Sanch. lib.*9*. de Matrimonio diſp.*39*. Leſſius loco cit.dub.13.num.80.& alij. Ratio eſt quia Prælatus videtur habere Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in nouitios.

Sed quid nobis ſentiendum ſit agemus infrà; Non tamen hinc ſequitur quin etiã Epiſcopus diſpenſare poſsit in votis Nouitiorum, cũ Nouitij nõdum ſint plenè exempti à Iuriſdictione Epiſcopi, & nondũ plenè tranſlati ſint in Iuriſdictionẽ Prælati religionis, vt infrà clarius explicabo.

34 Sed modo dubium eſt, vtrum religioſus poſsit votum emittere, aut votum ſuum commutare abſq; ſuperioris conſenſu.

Reſpondeo poſſe vouere ea, quæ non repugnant regulæ, vel præcepto ſuperioris. Idem dic de commutatione. Ratio eſt tum quia votum per ſe eſt opus bonum. Tum quia non eſt vetitum religioſo vouere ea, quæ non repugnant regulæ; vel præcepto ſuperioris. Ita Nauar. c. 12. nu *67*.Syluester votum 3. quæſito 3.Sotus lib.7.quæſt 3.Leſsius lib. 2.cap.40.dub.13.nu.73. Clauis Regia lib.*6*.cap.5.num.22. Rodriquez parte 2.cap.8*9*.concl.2.contra Angelum votum 2.nu.3.& alios.

35 Quæres quartò vtrũ vota poſſint à ſuperioribus irritari inuito vouente.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia ſuperior poteſt inuito ſubdito exercere poteſtatem in rẽ, circa quam habet poteſtatem dominatiuam. Tum quia ſuperior poteſt ex vrgentiſsima cauſa diſpenſare inuito vouente, cum ſubditus poteſtatem ſuperioris auferre nequeat; ergo poteſt irritare inuito vouente. Ita Clauis Regia lib.5.c.8. num.*6*.Suarez lib.*6*. de voto cap.1. ad finem, Sanchez lib.4.cap.24. nu. 25. & alij. Secus dicendum eſt de commutatione; ſuperior enim cõmutare non poteſt vota inuito vouente, cum per commutationem emittatur nouum votũ, quod emitti non poteſt inuito vouente. Ita Sanchez loco cit.nu.27. Suarez lib. *6*.cap.1.nu.12.contra Beiam 2. parte caſu *9*.

36 Quæres quintò vtrum vota irritata reuiuiſcant, poſtquam vouẽs exemptus fuerit à poteſtate irritantis, exempli gratia, vtrum obligatio voti irritati à patre reuiuiſcat mortuo patre, & vota religioſi irritata à Prælato reuiuiſcant poſtquã religioſus aſſecutus fuerit Epiſcopatum.

Reſpondẽt negatiuè Sotus 7. de Iuſtitia q.3.art.1.Nauar. c.12.n.*65*. Syluester verbo Votũ 3. quæſito 2. & alij. Ratio eſt quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit.

Ego verò reſpondeo primò cum Valentia tomo 3.diſp.*6*. q.*6*. quæſito 4. & alijs ſtatim citandis, reuiuiſcere, ſi ſuperior irritauit ſolum ratione dominij, & poteſtatis in materiam promiſſam, quę manet in poteſtate ſubditi poſtquam exemptus eſt à poteſtate ſuperioris. Ratio eſt quia hæc non eſt vera, & directa irritatio, ſed quædam ſuſpenſio; nam ſuperior in tantum irritat, in quantum poteſt ſubtrahere vouenti

uenti materiam voto promiſſam, cum autem nõ poſsit illam ſubtrahere, niſi quatenus ſubditus eſt ſub ſua poteſtate, aut quaten' ſibi prę-iudicat, ſequitur obligationem nõ eſſe abſolutè extinctam, ſed adhuc reuiuiſcere, dum vouens nõ eſt amplius ſub irritantis poteſtate, & dũ voti executio non præiudicat irritanti. Idem ſentire videtur Leſſius dub. 14 num. 86. Sanchez lib. 4. cap. 26. num. 5. Reginaldus nu. 307. & alij ſtatim citandi.

Ex quo ſequitur primò vota vxorum, vel ſeruorum nõ irritari à marito, vel à domino niſi pro tẽpore, quo ei præiudicare cenſentur, quãuis Nauar. cap. 12. num. 66. Sotus 7. de iuſtitia q. 3. art. 1. & alij abſolutè negent vota irritata reuiuiſcere.

Secundò eũ, qui vouit dare eleemoſynã ſingulis hebdomadis toto vitæ ſuæ tempore, teneri votum adimplere pro tẽpore, quo liber erit à poteſtate ſuperioris, qui voti obligationem ſuſpenderat. Ita Valentia loco citato.

Reſpondeo ſecundò ſi ſuperior irritauit votum ratione dominij, quod habet ſupra voluntatem vouentis, vel ob defectum iudicij in vouente, votum non reuiuiſcit, poſtquam vouens exemptus fuerit à poteſtate irritantis, vt accidit in votis religioſorum, qui voluntatem tradiderunt ſuperiori, & in filijs impuberibus, qui ob imbecillitatem iudicij voluntatem habent ſubditã patri, aut tutori gerẽti vices patris, hęc enim irritatio eſt vera, & directa irritatio, per quam extinguitur obligatio voti, obligatio autem ſemel extincta non reuiuiſcit. l. Cum ex cauſa, C. de remiſsione pignorũ.

Hinc patet quid dicendum ſit de voto filij à patre irritato, & quid de alijs caſibus in hoc puncto propoſitis. Videte Valentiam 2.2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 6. quæſito 4. Suarez lib 6. cap. 1. 3. & 6. Leſsium loco citato nu. 72. Tabienam uerbo Votũ 5. quæſito 5. Sanchez lib. 4. cap. 26. num. 4. Reginaldum lib. 18. nu 308. Clauem Regiam lib. 6. cap. 10. n. 21.

§. III.

Vtrum obligatio voti tollatur per commutationem, & quinam poſſint vota commutare.

1 *Quid ſit votum commutare.*

2 *Peccat contra fidem voti, qui non ſeruat id, in quod prius votum fuit cõmutatum.*

3 *Quilibet poteſt ſua vota commutare in euidenter melius.*

4 *Melius in præſenti materia eſt illud, quod omnibus conſideratis eſt Deo gratius.*

5 *Qui vouit aliquid alicui Eccleſiæ, poteſt tradere alteri Eccleſiæ aliquid melius relicto primo voto, niſi fortè iam fuerit acceptatum votum à prima Eccleſia.*

6 *Eleemoſyna promiſſa pauperi poteſt commutari, & tradi alteri, modò prior non acceptauerit promiſſionẽ, & cætera ſint paria.*

8 *Votum reale poteſt ex iuſta cauſa commutari in perſonale, ſi ſit magis gratum Deo.*

8 *Probabile eſt, vouentẽ poſſe ſua vota propria auctoritate commutare in euidenter æquale.*

9 *Quibuſnam competat facultas commutandi vota.*

10 *Qui poteſt in votis diſpenſare, poteſt etiam*

Digitized by Google

etiam ea commutare.

11 *Commutatio, quæ fit per priuilegiũ ſufficit ſi fiat in minus.*

12 *Facultas diſpenſandi, vel commutandi vota alicui conceſſa, extenditur etiam ad vota poſt conceſſionẽ facultatis facta.*

13 *Facultas commutandi vota non extenditur ad reſeruata Papę, niſi hoc exprimatur.*

14 *Qui voluntariè, vel ex obliuione tempore Iubilæi non curauit commutari vota, quæ habebat, probabilius eſt non poſſe tranſacto eo tẽpore à ſimplici confeſſario eorum diſpenſationem, vel commutationem obtinere, hæc tamẽ ſententia admittit aliquas exceptiones.*

15 *Qui tempore Iubilæi omnimodã voti commutationem non obtinuit, peccat non ſeruando interim votum prius emiſſum.*

16 *Poſſunt tempore Iubilæi commutari vota extra Sacramentum confeſſionis.*

17 *Iubilæi tempore non poſſunt commutari vota Papæ reſeruata.*

18 *Non reuiuiſcunt vota tempore Iubilæi commutata, quamuis, qui eorum commutationẽ obtinuit, non præſtet ea, quæ ſunt ad Iubilęi conſecutionẽ neceſſaria.*

19 *Votum, in quod præcedens fuit commutatum, poteſt multoties commutari.*

20 *Facta commutatione voti liberum eſt vouenti prius votum ſeruare.*

21 *Qui voti commutationẽ obtinuit, tenetur prius votum ſeruare, ſi illud primum de nouo ratificet.*

22 *Obtinens commutationem voti in minus, cui poſtea ceſſit, eamque noluit ſeruare, tenetur ſeruare primũ votum.*

23 *Item qui cõmutationẽ obtinuit prioris voti, & de nouo vouit priorem materiam, tenetur vtrumquè votum ſeruare, niſi aliter ipſe intenderit.*

24 *Votum iuramento firmatum adhuc poteſt commutari.*

1 Notandum commutare votum nihil aliud eſſe, quam loco prioris obligationis aliã ſubſtituere, conſequenter Prælatũ dici commutare votum, quando voti obligationem condonat ſub conditione ſi vouens iterũ emittat aliud votum, ex Caietano verbo Votum cap. vlt. & alijs communiter.

2 Ex quo ſequitur, eum peccare contra religionem voti, ideſt contra fidem, ſeù promiſsionem Deo factam, qui non ſeruat id, in quod primum votum commutatum fuit, vel ſaltem ſi non obſeruat primum votum. Ita Sotus 7. de iuſtitia quęſt. 4. art. 1.

Hoc poſito duo principaliter explicanda ſunt in hoc §. Primò vtrum ipſemet vouens poſsit ſua vota commutare. Secundò quinam alij præter vouentem commutare poſsint.

PRIMA PROPOSITIO.

3 Quilibet poteſt ſua vota cõmutare in euidẽter melius. Ita Nauar. c. 12. n. 75. Henriquez lib. 7. cap. 30. nu. 5. Leſsius lib. 2. cap. 40. nu. 87. Sotus lib. 7. quæſt. 4. art. 3. Suarez lib. 6. cap. 18. nu. 4. verſ. Nihilominus, Clauis Regia lib. 6. cap. 12. nu. 5. Azorius lib. 11. cap. 18. quæſito 1. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 7. Rodriquez in Sũma cap. 100. concluſ. 4. nu. 4. Reginaldus lib. 18. de voto nu. 347. Sanchez in Sũma lib. 4. cap. 49. nu. 4. & alij com-

muniter contra Syluestrum votum 4. quæſito 7. dicto 2. & alios. Fundamentum huius propoſitionis deſumitur, tum ex cap. Peruenit de iuramento, vbi habetur propoſitum, ſeù promiſſum non infringi ab eo, qui in melius illud commutat. Tum quia qui commutat votum in melius nullam Deo facit iniuriam, cũ rem illi gratiorem exibeat, eiuſq; voluntati ſatisfaciat.

4 Si quæras, quidnam dicatur melius in præſenti materia.

Reſpondeo illud dici, quod omnibus conſideratis eſt Deo gratius

Ex quo fit, vt, licet oratio ex ſuo genere ſit præſtantior ieiunio, nihilominus quia aliquãdo fieri poteſt, vt ieiunium ſit gratius Deo, poſsit aliquando votum orationis in ieiunium cõmutari. Idem dic de eleemoſyna. Ita Leſsius dub. 16. in 3. edit. verſ. Melius. Sanch. c. 56. n. 6. Suarez lib. 6. cap. 19. n. 21. & cap. 18. nu. 8. Clauis Regia lib. 6. cap. 12. nu. 5. Azor. lib. 11. cap. 18. quæſito 13. & alij.

Obijcies. Debitor non liberatur ab obligatione ſoluendo creditori rem meliorem. l. 2. ff. Si certum petatur, ergo neque vouens liberatur à voto reddẽdo Deo rem meliorẽ.

Reſpondeo debitorem non liberari ſoluendo rem meliorem, quia res melior non eſt ſemper homini gratior, liberaretur verò ſi rem homini gratiorẽ perſolueret, hoc autẽ non accidit erga Deum, cui ſemper gratius eſt, quod melius. Ita Sanchez, Leſsius, & alij locis citatis.

5 Hinc colligi poteſt primò cum Caietano tomo 2. opuſ. & de voto quæſt. 3. Leſsio cap. 40. dub. 11. nu. 90. in prima edit. in vlt. vero dub. 16. nu. 101. & alijs contra Rodriq. & alios, votum reale, quo quis Eccleſiæ, vel loco pio aliquid promiſit, poſſe propria auctoritate commutari, tradendo aliquid melius in commodum alterius Eccleſiæ, ſiuè votum, ſiuè promiſsio facta ſit ſancto Pręſidi illius Eccleſię, ſiuè facta ſit ipſi Eccleſiæ. Ratio eſt quia hæc commutatio eſt Deo, & Sancto gratior, & nullũ ius eſt acquiſitũ illi primæ Eccleſiæ, cum ſupponatur hoc votum à nullo fuiſſe acceptatum. Si verò ab aliquo fuiſſet acceptatũ (poteſt enim votum piæ cauſæ acceptari à quolibet, ſi ad ipſum verba dirigantur, vt dictum eſt de contractibus) non poſſet commutari propria auctoritate.

6 Secũdò eleemoſynam promiſſam alicui pauperi, poſſe propria auctoritate cõmutari tradendo illã pauperiori, modò cætera ſint paria, & prior pauper non acceptauerit. Ita Sãchez loc. cit. nu. 6. & cap. 40. nu. 8. Suarez lib. 6. cap. 18. nu. 11. Leſsius dub. 11. nu. 90. & alij contra Henriquez lib. 7. cap. 30. nu. 5. & alios. Ratio eſt quia cæteris paribus melius eſt dare eleemoſynam pauperiori; non tamen poteſt vouẽs eam ſibi applicare quis ſit valdè pauper, nam ſibi applicando nõ dicitur facere eleemoſynam, conſequenter non ſatisfacit voto, cum vouerit eleemoſynam, ſicut is, cui pro ſatisfactione ſacramẽtali iniũcta eſt eleemoſyna, non ſatisfacit eam ſibi applicando, poſſet tamen in euidenter melius commutare; vt dictũ eſt in propoſitione, ſicut etiã Prælatus poſſet titulo paupertatis cum iſto diſpenſare, vel in alia pietatis opera commutare.

Dices, qui rem alienam incertã habet, poteſt eam ſibi titulo pau-

per-

Digitized by Google

pertatis applicare, iuxta multorũ doctorum ſententiam; ergo poteſt etiam applicare ſibi eleemoſynã, quæ non eſt perſoluenda ex obligatione iuſtitiæ ſtrictè acceptæ, ſicut ex obligatione iuſtitiæ, quæ dicitur virtus ad alterum facienda eſt reſtitutio incertorum.

Reſpondeo, quid quid ſit de antecedente, de quo ſuo loco dictum eſt, negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt, quia pauper in primo caſu applicat ſibi rem incertã nomine Domini, qui non cenſetur inuitus. In ſecundo vero applicat, ſibi eleemoſynam nomine proprio contra voluntatem Dei, cum illa applicatio, non ſit gratior Deo, nec meritum habeat eleemoſynæ.

7 Tertiò votũ reale poſſe ex iuſta cauſa cõmutari in perſonale, modò perſonale non ſit minus gratum Deo, quam reale. Ita Suarez lib. 6. cap. 19. nu. 16. Sanchez cap. 56. nu. 22. Leſsius loc. cit. contra Reginaldum nu. 356. & alios, & modò non ſit factum in fauorem alicuius loci pij, ab eoquè ſit acceptatum. Ita Doctores citati.

8 Quæres vtrum vouẽs poſsit ſua vota commutare non ſolum in euidenter melius; verũ etiã in ęquale.

Reſpondeo probabiliter ſuſtineri poſſe vouenti competere facultatem commutandi ſua vota, in aliquid, quod euidenter conſtet eſſe æquale. Ita Rodriquez 2. parte ca. 110. concluſione 4. Henriquez lib. 5. de Pœnitentia cap. 20. nu. 5. Leſſius lib. 2. cap. 40. dub. 16. nu. 105. Emanuel Sà verbo Votum nu. 10. Sotus lib. 10. quæſt. 4. art. 3. Sanchez in Sũma lib. 3. cap. 19. nu. 9. & alij contra Azorium 1. parte lib. 11. ca. 18. quæſito 2. Sanchez ſibi contrarium lib. 4. cap. 49. nu. 12. Clauem Regiam lib. 6. c. 12 n. 8. Suarez lib. 6. cap. 19. nu. 3. Leſsium lib. 2. cap. 40. dub. 11. nu. 91. & alios. Ratio eſt quia nulla fit Deo iniuria, cum res illi æque grata reddatur per commutationem voti factam, non per actum iuriſdictionis, ſed per ſubrogationẽ materiæ æquè Deo gratæ, quod etiam fieri poteſt ab infidelibus, vel catechumenis, vel laicis, cũ non ſit actus iuriſdictionis, vt concedit Sanchez cap. 37. num. 27. & cap. 49. nu. 27.

Dixi in aliquid, quod euidenter conſtet eſſe æquale; nam ſi dubium ſit, vel opinio an ſit æquale, non licet commutare votum in id, quod dubitatur æquale. Ratio eſt tum quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis, votum autem poſsidet, ergo adimplendum eſt. Tum quia fieri poteſt, vt Deus hanc commutationem non acceptet, cum non conſtet rem eſſe illi gratiorem, vel æque acceptam.

Ex quo licet inferre, habentem votum religionis, non poſſe illud propria auctoritate commutare in ſuſceptionem Epiſcopatus. Tum quia Epiſcopatus non efficit hominem perfectiorem, quam religio, licet ſupponat perfectiorem. Tum quia non conſtat, an gratius Deo ſit, vt habens votũ religionis Epiſcopatum potius eligat, quam religionem. Tum quia ſic decernitur cap. Per tuas de voto, & voti redẽptione. Ita Leſsius lib. 2. cap. 4. dub. 16. nu. 103. in tertia edit. Azor. lib. 11. cap. 22. quæſito vlt. Reginaldus lib. 8. num. 382. & alij communiter contra Viualdum de voto nu. 73.

Digitized by Google

SECVNDA PROPOSITIO.

9 NON ſolum Summus Pontifex, aut Epiſcopi, aut alij gaudentes ordinaria poteſtate diſpenſandi, poſſunt vota commutare, cum poteſtas diſpenſandi, & commutandi ſit adnexa eidem muneri paſtorali, & vtraque neceſſaria ſit ad paſtorale munus; Verum etiam illi, qui à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo, aut alio facultaté ordinariam habente, priuilegium commutandi obtinuerunt: hęc enim facultas delegabilis eſt, vt patet tum ex vſu, & praxi Eccleſiæ. Tum quia nulla ſufficienti ratione probari poteſt hanc poteſtatem non eſſe delegabilem.

10 Sed modo dubium eſt primò, vtrum, qui facultatem habet diſpẽſandi in voto, habeat etiam facultatem commutandi.

Reſpondeo affirmatiuè cũ Suarez lib. *6.* cap. 12. nu. 10. verſ. Hæc poſterior ſententia, Leſsio lib. 2. ca. 4. dub. 11. in prima edit. nu. *94.* in 3. verò edit. dub. *6.* nu. 108. Claue Regia lib. *6* cap. 10. nu. 15. dub. 2. Sylueſtro votum 4. quæſito 3. Reginaldo nu. *339.* & alijs contra Sanchez cap. 53. nu. 4. & Nauar. cap. 12. n. 78. Azorium lib. 11. cap. 10. quæſito 4. & alios. Ratio eſt tum quia cui licet maius, licet etiã minus Regula Cui licet 53. de reg. iuris in *6.* quãdo ſcilicet minus continet in maiori tanquam pars in toto, vel ſpecies in ſuo genere, commutatio autem eſt quid minus cõtentum in poteſtate diſpenſandi, diſpenſatio enim remittit totum vinculum, commutatio verò partem. Tum quia qui poteſt remittere totum debitum, poteſt etiam partem: ergo qui habet facultatem diſpẽſandi in voto, habet etiam facultatem commutandi; nam in diſpenſatione obligatio voti remittitur, in commutatione verò prior condonatur hac cõditione, vt vouens aliã ſuſcipiat.

An vero habens facultatem cõmutandi poſsit etiam diſpenſare conſtabit ex infra dicendis.

11 Secundò dubium eſt, Vtrum commutatio, quæ fit per priuilegiũ debeat fieri in opus æquale, vel ſufficiat in minus.

Reſpõdeo ſufficere ſi fiat in minus qa quiſq; põt propria auctoritate commutare votum in æquale abſque alio priuilegio, ergo ne dicamus hoc priuilegium eſſe inutile, concedendum eſt habentem priuilegium commutandi poſſe commutare in minus; hanc opinionẽ valdè probabilem putat Leſsius loco citato num. *95.* in prima editione, iuxta quam ipſum citare conſueui; in tertia verò nu. *109.* Arragonius 2. 2. quæſt. 88. art. 12. Emanuel Sà verbo Voti irritatio nu. 10 Toletus lib. 4. cap. 18. Rodriquez 2. parte cap. 100. nu. 4. & alij contra Sãchez lib 4. cap. 50. nu. 4. Suarez lib. *6.* de voto cap. 12. nu. *6.* Azor. lib. 11. cap. 18. quæſito *6.* Clauem Regiam lib. *6.* cap. 12. nu. *9.* Reginaldum lib. 18. num. 348.

Requiritur tamen iuſta cauſa, vt votum cõmutetur in minus, qualis cauſa eſt difficultas in voto perſoluendo, vtilitas vouentis, repugnantia parentũ, vel mariti, &c. Ita Valentia 2. 2. diſp. *6* quæſt. *6.* punc. 7. Sanchez c. 50. nu. 14. Nauarrus cap. 12. nu. 76 Leſsius dub. *16.* in tertia editione nu. 110. verſ. Dico 6. Clauis Regia lib. *6.* cap. 12. nu. 25. & alij

Docto-

Doctores citati. Ratio autem cur iuſta cauſa requiratur eſt quia iure Diuino, & naturali debemus vota perſoluere, in ijs autem, quę ſunt de iure Diuino, aut naturali nullus habet ius diſpenſandi, abſque iuſta cauſa, ut ſupra dictum eſt de diſpenſationibus; commutatio autem voti in minus habet admixtam diſpenſationē, vt benè ait Leſsius loc. cit. Caietanus verbo Votum cap. vltimo & concedit idē Suarez cap. citato, & Sanchez cap. 53. nu. 4. Reginaldus loc. cit.

Ex quo ſequitur diſpēſationem, vel commutationem voti obtentā ſine iuſta cauſa, inualidam eſſe, vt multis Doctoribus relatis docui de diſpenſationibus.

12 Tertiò dubium eſt, Vtrum facultas delegata ad commutandū, vel diſpenſandum in votis, extendatur non ſolum ad vota facta ante conceſsionem illius facultatis; verum etiam ad illa, quæ poſt illius conceſsionem facta ſunt; Ex. g. In Iubilęo conceditur facultas commutandi, vel irritandi vota, quæritur an ea facultas conceſſa cenſeatur non ſolum ad cōmutanda vota facta ante Iubilęum, verum etiam ad ea, quę poſt conceſsionem Iubilęi facta ſunt.

Reſpondeo extendi etiā ad vota facta poſt conceſsionē facultatis. Ita Clauis Regia lib. 6. cap. 12. nu. 16. Suarez lib. 6. cap. 13. nu. 4. verſ. Veritas tamen, Azor. loc. cit. quæſito 9. Sanchez lib. 4. cap. 53. nu. 26. & alij, quos retuli de pęnitentia queſ. 7. puncto 5. §. 3. quæſito 4. nu. 16. contra Sotū lib. 7. de Iuſtitia q. 4. art. 3. Graffium 1. par. deciſ. lib. 2. c. 30. nu. 9. & alios apud Suarez loco cit. nu. 3. apud Sanchez nu. 25. & apud alios præallegatos Doctores. Ratio eſt tum quia facultas abſoluendi à peccatis, & cenſuris nō ſolum extēditur ad peccata commiſſa ante tempus Iubilęi; verum etiam ad ea, quæ tempore Iubilęi perpetrata ſunt, vt docui de pœnitentia loc. cit.; ergo etiam facultas commutandi, vel diſpenſandi extenditur ad vota facta poſt Iubilęi conceſsionē. Tum quia verba ſunt generalia, ergo non ſunt reſtringenda ad vota facta ante conceſsionē priuilegij; nam verba indifinite, & generaliter prolata in priuilegijs extēduntur ad futura, inquit Gloſſa cap. Quia circa de priuilegijs, & hoc valet, etiamſi votū factum fuerit intentione cōmutationis obtinendæ, vt bene ait Sanchez cap. 54. nu. 18. Suarez lib. 6. de voto cap. 13. nu. 6. verſ. Immo ex hac, Viualdus, Graffius, & alij, quos retuli de pœnitentia loc. cit. Ratio eſt tum quia pœnitens poteſt virtute Iubilæi abſolui à peccatis, quæ tunc temporis commiſit ſpe obtinendæ abſolutionis virtute Iubilæi. Sicut nō defraudatur fructu ſacramentorū qui ſpe obtinendæ remiſsionis peccata committit, modò retractata voluntate per dolorem illa debitè ſuſcipiat; ergo à fortiori vouens poteſt obtinere diſpenſationem, vel commutationē voti facti ſpe illius obtinendæ. Tum quia priuilegium adhuc durat, nec ſimpliciter amittitur per abuſum, iuxta dicta de priuilegijs ſub finem.

13 Quarto dubium eſt, Vtrum facultas commutandi vota extendatur ad reſeruata Summo Pontifici.

Reſpondeo negatiuè, niſi ſufficienter exprimantur. Ratio eſt quia huiuſmodi facultas intelligēda eſt

Digitized by Google

iuxta regulas iuris: Ex regula autẽ iuris 81. in 6. habetur in generali conceſsione non venire ea, quæ non eſſet quis veroſimiliter conceſſurus, ſi ſpecialiter rogarẽt. Ita Suarez lib. 6. cap. 26. nu. 18. Rodriquez in expoſitione Bullæ §. 9. nu. 118. Reginaldus lib. 18. n. 354. Sanchez, Henriquez, & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris, & retuli in fine de diſpenſationibus.

14 Quintò dubium eſt vtrum, qui voluntariè, vel ex obliuione non curauit tempore Iubilæi commutari vota, quibus obſtrictus erat, poſsit tranſactotẽpore Iubilæi illorum commutationem obtinere.

Reſpondent Henriquez lib. 7. de Indulgentijs cap. 11. nu. 4. Clauis Regia lib. 6. cap. 12. nu. 17. Emanuel Sà nu. 14. de Indulgentijs, Sanchez lib. 8. de matrimonio diſp. 15. nu. 17. verſ. Maior difficultas, & in Summa lib. 4. cap. 54. nu. 39. Leſsius dub. 16. in tertia editione nu. 109. poſſe tranſacto Iubilæi tempore illorum commutationem petere, & obtinere ab eodem cõfeſſario, vel ab alio ex approbatis ab ordinario. Ratio eſt quia, licet opera præſcripta in Iubilæo ſint determinata ad tempus, nihilominus ijs debito tempore factis, pœnitens, qui Iubilæũ conſecutus eſt, acquiſiuit ius, vt poſsit commutationem votorum obtinere; ſicut etiam acquiſiuit ius ad obtinendam abſolutionem cenſurarum, & caſuum reſeruatorum; vt docet Suarez de Pœnitẽtia, diſp. 31. ſect. 4. num. 13. licet igitur opera in Iubilæo præſcripta determinata ſint ad tempus, nihilominus priuilegium, quoad cõmutationem votorum, &c. non eſt limitatum ad tempus.

Sed mihi probabilius dicẽdum videtur cum Suarez lib. 6. de voto cap. 16. num. 14 & 15. Beia 2. parte, caſu 9. & alijs, non poſſe à ſimplici Confeſſario diſpenſationem, vel commutationem obtineri tranſacto Iubilæi tempore. Ratio eſt tum quia commutatio, vel diſpenſatio voti non poteſt peti, vel obtineri ab eo, qui caret iuriſdictione; confeſſarius autẽ tranſacto Iubilæi tẽpore caret iuriſdictione, cum facultas diſpenſandi, abſoluendi, & cõmutandi alligata ſit tempori quindecim dierum, vt patet legenti verba Iubilæi. Tum quia pœnitẽs, ideò poteſt tranſacto Iubilæi tempore à quolibet cõfeſſario abſolui à peccatis reſeruatis tẽpore Iubilæi oblitis, quia obtinuit generalem abſolutionem, ſed vouens non obtinuit generalem diſpenſationem, vel cõmutationem votorum, ergo nõ eſt eadem ratio abſolutionis peccatorum, & commutationis votorum: Immo ſicut pœnitens, qui cõfeſſus eſt Sacerdoti habenti facultatem reſeruatorum, tenetur iterum adire ſuperiorem, ſi per obliuionem aliqua peccata reſeruata, vel aliquam irregularitatem prætermiſit, quoties Confeſſarius non præmiſit generalem abſolutionem, vel generalem diſpenſationem, vt docet Syluester verbo Confeſsio primo quæſito 3. Sayrus de cenſuris lib. 7. cap. 14. & alij, quos ego retuli de Sacramentis diſp. 5. q. 7. puncto 5. §. 5. num. 2. & 3. ita etiam qui tempore Iubilæi non obtinuit generalem votorum diſpenſationem, vel commutationem, nõ poterit tranſacto Iubilæi tempore obtinere, niſi à legitimo ſuperiore.

Concedo tamẽ primò cum Beia

loco citato, Claue Regia loco citato num. 18. Suarez loco citato num. 15. Sanchez lib. 4. cap. 54. nu. 3. & alijs locis citatis, Confeſſarium poſſe adhibito prudenti arbitrio tempore Iubilæi validè cõmutare vota illius, qui expreſsè non meminit numerum votorum, ſed ſolum recordatur eſſe talis obiecti: vt ſi recordetur ſe multa vota emiſiſſe viſitandi Eccleſias, vel faciendi eleemoſynas. Ratio eſt tum quia adeſt iuſta cauſa, vt ſupponitur, adeſt iuriſdictio in commutante, ſeu diſpenſante; ergo valida eſt commutatio, vel diſpenſatio. Tum quia irregularitates etiam oblitę cenſuræ, & peccatorũ reſeruationes poſſunt per diſpenſationem, vel abſolutionem generalem auferri, ergo etiam auferri poſſunt vota. Verum quia fieri poſſet, vt commutatio nõ ſit prudens, & iuſta, nõ cognito explicitè voto, Confeſſarius poterit vota hoc modo commutare. *Nunc commuto tibi omnia vota in id, quod ego poſtea, aut vir prudens iudicauerit.* Nam hæc eſt commutatio facta tempore Iubilæi, & obligatio voti circa primam materiã trãsfertur in materiam à Cõfeſſario, vel à viro prudenti determinandam. Ita Graffius prima parte Deciſionum lib. 4. cap. 15. num. 47. Clauis Regia lib. 6. cap. 12. num. 21. ad finem, vbi refert Viualdum in ſuo Candelabro, Leſſius lib. 2. c. 40. dub. 16. in 3. editione nu. 109. poſt 5. concluſ. Sanchez lib. 4. c. 54. n. 31. idem innuit Suarez lib. 6. c. 16. num. 15.

Concedo ſecundò, iuxta probabilem aliquorum ſententiam, Confeſſarium, ſi nolit tempore Iubilæi commutationẽ, vel diſpenſationẽ petenti concedere, eo qđ fortaſſe velit attentius conſiderare qualitatem cauſæ, vel modũ commutationis, poſſe commutationem concedere tranſacto tempore Iubilæi, vel indulti, quia tempore habili inchoauit cauſã, quod ſufficit ad firmandum iuriſdictionem, vt poſtea poſsit data opportunitate cauſam inchoatam abſoluere, & tranſacto Iubilęi tempore diſpenſare, vel cõmutare, modò vouens conſecutus ſit Iubilæum, cuius intuitu datur facultas commutãdi, & diſpenſandi. Ita Suarez nu. 15 Henriquez, & alij, quos in ſimili alias retuli.

Dixi modò conſecutus ſit Iubilæum, quia ſi Iubilæum non obtinuit, non poterit tranſacto tempore Iubilæi commutationem obtinere vi Iubilæi, quia priuilegium non eſt comparatum. Ita Suarez nu. 15. ac finem, & Sanchez nu. 52.

15 Rogabis vtrum is, qui prædictis modis obtinuit commutationẽ, peccet contra votum, ſi donec determinata fuerit ſibi materia, votũ non obſeruet.

Reſpondeo diſtinguẽdo, vel obtinuit commutationem, vel nõ obtinuit, ſi obtinuit nõ violat votum, vt ſi Confeſſarius dixit, *commuto nũc vota in materiam, quam deſignauero.* Ratio eſt quia obligatio voti fuit ablata, & translata fuit in materiam deſignandam ab ipſo Confeſſario, vel à viro prudente, ergo non peccat contra votum, donec materia deſignetur. Ita Sanchez loco citato n. 32. Leſsius loco citato, contra Rodriquez in additionibus ad Bullam Cruciatam, §. 9. nu. 115. Si verò nõdum obtinuit commutationem, ſed cauſa ſolũ erat inchoata, reus eſt voti violati, ſi prius votum non obſeruet, nam priuilegium nõdum

Digitized by Google

eſt obtentum, conſequenter obligatio voti nondum extincta eſt, ſed viget donec per Confeſſarium auferatur, & in aliam materiam trãſferatur, vt ſi Cõfeſſarius dicat, *Commutabo attentius conſiderata qualitate cauſæ, vel modo commutationis*. Ita innuit Sanchez nu. 52. & Suarez loco citato cap. 6. nu. 15.

16 Sexto dubium eſt vtrum tempore Iubilæi poſsint vota commutari extra Sacramentum Confeſſionis.

Reſpondeo affirmatiuè cũ Sanchez lib. 4. cap. 54. nu. 17. & 32. Naldo verbo Indulgentia nu. 8. & alijs ſtatim citandis. Ratio eſt tum quia nullo iure præſcribitur commutationem fieri in Sacramento Confeſsionis. Tum quia non eſt materia neceſſaria Sacramenti Pœnitentiæ. Ita innuit Suarez loco citato num. 4. verſ. Hac ergo. Henriquez lib. 7. cap. 30 nu. 6. Sanchez loco citato nu. 15. & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris, & de Pœnitentia contra Rodriquez loco citato nu. 113 & alios ſtatim citandos.

Obijcies In Iubilæo apponitur clauſula exprimens commutationẽ faciendam in confeſsione, ergo

Reſpondeo negando hanc clauſulam apponi, quæ debeat extendi ad commutationem votorũ in cõfeſsione faciendam, quamuis enim verũ ſit clauſulã, quæ ponitur in vna parte diſpoſitionis, extendi, & referri ad oĩa poſita in ea diſpoſitione ſiue clauſula ponat̃ in principio, ſiue in medio, ſiue in fine c. Secũdo requiris de appellationib9, hoc tamen intelligitur, vt bene ait Sanch. loco citato nu. 16. Menochius lib. 4. præſumptione 181. n. 2 & alij, quando eadem eſt omnium ratio; conſequenter etiam ita intelligẽda eſt in noſtro caſu clauſula Bullę, in qua dicitur, *poßunt approbatos Presbyteros eligere, qui eorum confeßionibus diligenter auditis licitè valeant ipſos à quibuſuis cenſuris, peccatis, criminibus, &c. abſoluere, ac vota quæcumque ab eis emißa exceptis votis caſtitatis, & religionis, in alia pietatis opera commutare*. Itaque illa clauſula, cõfeſsionibus auditis, refertur ad omnia, in quibus eſt eadẽ omninò ratio, cum autem non ſit eadem ratio peccati, & commutationis votorum, fit, vt commutatio votorum fieri poſsit extra confeſſionem. Ita Sanchez loco citato, Henriquez lib. 7. de Indulgentijs cap. 30. nu. 7. & alij contra Beiam 2. parte, caſu 1. definito feria 6. die 29. Martij anno 1583. pag. mihi 95. Clauem Regiam lib. 6. c. 11. nu. 105. Rodriquez loco citato, & alios.

Hinc patet quid dicẽdum ſit de priuilegijs conceſsis religionibus ad commutanda vota.

17 Sed modo dubium ſuboritur circa illa verba Bullæ, *exceptis votis caſtitatis, & religionis*, Vtrum videlicet tempore Iubilæi non poſsint commutari vlla vota caſtitatis, & religionis.

Reſpondeo non poſſe commutari, ea quæ ſunt reſeruata Summo Pontifici, ea verò quæ Summo Pontifici nõ ſunt reſeruata, poſſunt uirtute Iubilæi commutari, vt ſunt vota, in quibus Epiſcopi diſpenſare poſſunt. Ita Suarez lib. 6. de Voto, c. 16. n. 17. Clauis Regia lib. 6. c. 11. Sanchez lib. 8. de Matrimonio diſp. 15 num. 3. & in Summa loco citato n. 19 & alij apud prẹcitatos Doctores. Ratio eſt quia Summus Pontifex intendit ſolum denegare facultatem commutandi, quæ ſibi reſeruata

Digitized by Google

uata ſunt, quæ autem vota caſtitatis, & religionis reſeruata ſint Summo Pontifici patebit ex infra dicendis.

18 Septimo dubiũ eſt vtrum vota commutata tempore Iubilæi reuiuiſcant, ſi poſtea pœnitens non præſtet neceſſaria ad conſecutionẽ Iubilæi.

Reſpõdeo non reuiuiſcere, etiãſi Confeſſarius commutauerit remittens ſe ad opera ſubroganda ad tẽpus poſt expletum Iubilæum. Ratio eſt tum quia cenſuræ abſolutio tũc temporis data non reuiuiſcit, ergo neque reuiuiſcunt vota. Tum quia commutatio fuit abſolutè facta, & non ſub conditione. Ita Suarez loco citato nu. 10. verſ. hęc igitur ſententia, Henriquez loco citato cap. 11. nu. 4. & Sanchez in Summa c. 54. num. 49. Emanuel Sà verbo Abſolutio nu. 19. Rodriquez in Summa c. 184. nu. 15. Vaſquez, & Reginaldus, quos in ſimili de abſolutione reſeruatorum retuli de Sacramentis diſp. 5. q. 7. puncto 5. § 5. num. 16. vbi etiam num. 18. quæſiui an grauiter peccet, qui obtenta votorum commutatione, non præſtat ea, quæ ad Iubilæi conſecutionem requiruntur contra Vaſquez de Pœnitentia q. 91. art. 3. dub. 6. n. 7. ad finem. Nugnũ in additionibus ad tertiam partẽ, q. 9. art. 2. dub 4.

19 Octauo dubium eſt vtrum ſecundum votum, in quod præcedẽs fuit commutatum poſsit iterum, & iterum commutari.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia facultas commutandi vota non eſt limitata ad vnam vicem, vt ſuppono, cum ſit abſolutè cõceſſa, ergo votum poteſt iterum, & iterum commutari. Ita Corduba in Summa q. 150. & Sanchez lib. 4. cap. 54. num. 24.

20 Nono dubium eſt vtrum facta commutatione voti liberum ſit vouenti ſeruare prius votum.

Reſpondeo facta commutatione liberum eſſe vouenti, etiamſi cõmutatio ſæpius facta fuerit, obſeruare materiam prioris voti relicto eo, in quod prius fuit commutatũ. Ratio eſt quia commutatio fit in fauorem vouentis, qui poteſt cedere ſuo fauori; ergo poterit primũ votum adimplere. Ita Leſsius n. 97. in prima editione, in tertia verò n. 111. Sanchez c. 55. nu. 26. Clauis Regia lib. 6. c. 12. dub. 5. Azor. lib. 11. cap. 18. quæſito 10. & 12. Suarez lib. 6. cap. 20. num. 3. Reginaldus lib. 18. num. 362. quamquam hi duo vltimi putant hoc verum eſſe tantummodo quando votum commutatur in minus, vel inæquale, non verò quando commutatur in maius.

Obijcies obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit; ſed obligatio voti ſemel extincta fuit per commutationem; ergo non amplius reuiuiſcit, conſequenter vouens non poterit prius votum adimplere pretermiſſo ſecundo, in quod facta fuit commutatio.

Reſpondeo obligationem voti nõ eſſe abſolutè extinctam, ſed ſub conditione, vt vouens ſeruet prius votum, vel id, in quod fuit commutatum.

21 Obſerua tamen primo, eum, qui voti commutationem obtinuit teneri adhuc materiam primi voti adimplere, ſi obtenta commutatione iterum ratificauit primum votum, ſeu iterum vouit materiam primi voti: non enim obtenta eſt commutatio voti ſubſequentis,

tis, ſed præcedentis. Ita Sanchez cap.55. nu. 30.

22 Secundò eum, qui obtenta cõmutatione in minus decreuit ea nõ vti; illiq; ceſsit animo adimplendi primum votũ, non poſſe amplius vti commutatione, ſed teneri primum votum adimplere, nam per renunciationem cõmutationis cenſetur virtualiter iterum emiſiſſe primum votum: Sicut autẽ nullus poteſt propria auctoritate commutare votum in minus; ita neque poteſt ad votum commutatum redire poſt renunciationem commutationis, quæ facta fuerat in minus. Ita Suarez lib.6.c.20.n.13. Sanchez lib.4.c.55.nu.29.

23 Tertiò vouẽtem, qui facta cõmutatione iterum vouet materiam præcedentem, non ſolum teneri ad votum commutatum; Verum etiã ad primum votum, ſi animum habuit ligandi ſe iterum primo voti vinculo; nam per commutationem non fuit ablatum vinculũ voti ſubſequentis; ſi verò nõ habuit intentionem ligãdi ſe nouo vinculo, ſed ſolum accedendi ad primum votũ relicta commutatione, tenebitur ſolum obligatione primi voti, vt dictum eſt; Quamquam ſi dubium ſit an ſolum habuerit intentionẽ redeundi ad primum votum, relicta commutatione, vel obligandi ſe nouo vinculo, præſumendum videtur habuiſſe intentionem obligandi ſe nouo vinculo. Ratio eſt quia poſſeſsio ſtat non ſolum pro commutatione, verum etiam pro voto, quod conſtat iterum emiſſum fuiſſe, & dubitatur de intentione vouentis, in dubio autem fauendum eſt poſsidenti. Ita Sanchez nu. 30.

24 Quartò eum, qui obtinuit cõmutationem voti iuramento firmati non teneri ex obligatione iuramenti ad materiam ſubrogatam, niſi ad illam intenderit ſe obligare etiam ex iuramenti vinculo. Ratio eſt quia iuramentum non commutatur ſed votum, ergo vouens tenetur ad materiam ſubrogatam ſolũ ex vinculo iuramenti. Ita Suarez lib.6.cap.14.num.18. Sanchez loco citato nu. 12.

§. IV.
Vtrum obligatio voti tollatur per diſpenſationem.

1 *Diſpenſare in votis quid ſit.*
2 *Extat poteſtas in Eccleſia diſpenſandi in votis.*
3 *Huiuſmodi poteſtatem habẽt Prælati iuriſdictionem habentes in foro externo.*
4 *Epiſcopi poſſunt diſpenſare in votis ſuorum ſubditorum, modò ea non ſint Papæ reſeruata, hocque fiat ex iuſta cauſa, & votum non ſit iam à tertia perſona acceptatum.*
5 *Nomine ſubditorum in præſenti materia quinam intelligantur.*
6 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis in votis etiam extra propriam Diœceſim.*
7 *Archiepiſcopus poteſt diſpenſare in votis ſuorum ſuffraganeorum.*
8 *Prælati non poſſunt diſpenſare in votis catechumenorum.*
9 *Quinam poſſint diſpenſare in votis religioſorum exemptorum.*
10 *An huiuſmodi diſpenſatio impendi poſſit ab Epiſcopo abſque ſuperioris licentia in ijs, in quibus non poteſt ipſe ſuperior diſpenſare.*
11 *Quænam ſint vota Papæ reſeruata, in quibus non poteſt Epiſcopus diſpenſare.*

12 In

12 In generali conceſſione diſpenſandi in votis, non comprehenditur facultas diſpenſandi in huiuſmodi votis Papæ reſeruatis.

13 Si Papa concedat facultatem diſpenſandi in tribus votis minoribus peregrinationis, non cenſetur facultatē concedere diſpēſandi in maioribus, Caſtitatis ſcilicet, & Religionis.

14 Qui habet facultatem commutandi vota nō reſeruata, nō poteſt hæc reſeruata commutare neq; in euidenter melius.

15 Quandonam poſſit Epiſcopus in votis caſtitatis diſpenſare.

16 Habentes priuilegia commutandi vota non reſeruata non poſſunt in reſeruatis diſpenſare, quando Epiſcopus poteſt.

17 Enumerantur caſus in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare in voto caſtitatis.

18 Habentes facultatem commutandi votum poſſunt etiam commutare pœnam, quā vouens incurrit ob fractionem, & violationem voti.

19 Votum non eſt reſeruatum eo quod vouens intenderit illud ſuum votum Papæ reſeruare.

20 Votum emiſſum de materia reſeruata, non remanet reſeruatum, ſi vouens tempore voti habuit intentionem obligandi ſe ſub veniali.

21 In Quibuſnam caſibus poſſit Epiſcopus diſpenſare in voto religionis.

22 Papa poteſt aliquando diſpenſare in voto ſolemni Caſtitatis, & Religionis ex iuſta cauſa.

23 Qui petijt diſpenſationem voti ſimplicis Caſtitatis, vel Religionis, quam Papa commiſit Confeſſario, poteſt adhuc ab eo confeſſario diſpenſari, quamuis ante diſpenſationis conſecutionem multoties repetierit idem votum.

24 Ad diſpenſationem requiritur iuſta cauſa.

25 Epiſcopus non poteſt commutare, vel diſpenſare in voto facto in fauorem tertij, poſtquam ille tertius votum acceptauit, niſi ipſo tertio conſentiēte, & ex vrgentiſſima cauſa.

26 Parochi, aut alij Sacerdotes non poſſunt in votis diſpenſare, niſi ſpeciale priuilegium habeant.

27 Prælatus an poſſit commutare, aut diſpenſare in votis Nouitiorum.

28 Nouitij poſſunt in Religione ab ijs caſibus reſeruatis abſolui, à quibus abſolui poſſunt Religioſi profeſſi.

29 Abbatiſſæ non poſſunt diſpenſare cū monialibus Nouitijs.

30 Habens facultatem cōmutandi vota ſibi delegatam, non poteſt propriè in ijs etiam diſpenſare.

31 Prælatus, vel alius habens facultatē generalem diſpenſandi, poteſt ſecum diſpenſare, & alteri facultatem dare, qui ſecum diſpenſet.

32 Qui habet facultatem diſpenſandi, vel commutandi vota, non poteſt diſpenſare, vel commutare iuramenta.

33 Qui huiuſmodi facultatem habet, nō tenetur per ſe loquendo diſpenſare, vel commutare, qui verò voti vinculo eſt obſtrictus, tenetur eius relaxationem petere, ſi id vrgens cauſa ſuadeat.

34 Probabilius eſt ſuperiorem, qui ſcit obſtrictum voto facere contra votum, & tacet, cum facile poſſit cōtradicere, non diſpenſare in eo euentu in illius voto.

35 Superior cenſetur cum eo diſpenſare, quem ad aliquem actum admittit, ſciens ipſum habere impedimentū ad talem actum.

36 Dubitans an verum tacuerit, aut falſum expreſſerit in obtinenda diſpenſatione

ſatione, poteſt ea diſpenſatione vti.

37 *An impetrans diſpenſationem poſſit ea vti, ſi dubitet an diſpenſans ſit legitimus ſuperior, & an illius facultas ad hunc caſum extendatur.*

1 NOtandum primò diſpenſare in voto nihil aliud eſſe, quàm nomine Dei condonare obligationem voti, quam vouens erga Deum contraxerat vouendo, ex Caietano 2.2.quæſt.88.art.12.& alijs cõmuniter. Differt autem cõmutatio à diſpenſatione, & irritatione, quod in commutatione non aufertur ſimpliciter obligatio, ſed vna ſubſtituitur loco alterius, ſubrogatur enim noua materia loco prioris; in diſpenſatione verò aufertur obligatio, & in irritatione aliquando aufertur, & aliquando ſuſpenditur: quamquam hæc non eſt irritatio propriè accepta, vt ſuperius docui de irritatione votorum. Differt tamen diſpenſatio ab irritatione, quod diſpenſatio pertinet ad poteſtatem ſpiritualem, & ad ſui valorem requirit cauſam; irritatio verò pertinet ad poteſtatem dominatiuam, & non requirit cauſam ad ſui validitatem.

2 Notandum ſecundò in Eccleſia extare ueram, & propriã poteſtatẽ diſpẽſandi in votis, & in alijs obligationibus, quibus homo erga Deũ obſtrictus tenetur, vt patet tum ex inueterata Eccleſiæ conſuetudine, tum ex Matth. 16. vbi dicitur *Amẽ dico vobis quęcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlis*, quæ verba cum ſint generalia generaliter explicanda ſunt de omni vinculo contracto erga Deum. Ita Leſsius lib.2.cap.40.dub.12 nu.99. Azor. 1. parte lib.11.cap.18.quæſito 5. Suarez lib.6.de voto cap.9. Clauis Regia lib.6.cap.11.nu.9. Valentia 2.2. diſp.6. quæſt.6. puncto 7. Sanchez lib.4.cap.37.nu.2. & 5. Reginaldus lib. 18. nu. 327. & alij communiter apud præcitatos Doctores.

3 Notandum tertiò poteſtatem diſpenſandi in votis reſidere ſolũ apud Prælatos habẽtes iuriſdictionem in foro exteriori. Ita Leſsius loc.cit. Clauis Regia lib.6.cap.11. nu.85. Sanchez lib.4.cap.37.nu.22. & alij Doctores citati. Ratio eſt tũ quia hæc eſt poteſtas ſpiritualis iuriſdictionis nõ ordinis, tradita Apoſtolis, & relicta ipſorũ ſucceſſoribus Matth. 16.cit. Ideo hic obiter licet inferre hanc poteſtatem non reperiri apud Principes Laicos, vel apud infideles, cum ipſi non ſint ſucceſſores Apoſtolorum, & incapaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vt docui de Cenſuris diſp. 1. quæſt. 1. puncto 2. num. 3. Tum quia hæc poteſtas pertinet ad externam Eccleſiæ gubernationem, ſicut pertinet poteſtas conferendi indulgentias, excõmunicandi &c. Non nego tamen quin hæc facultas poſsit aliquibus Sacerdotibus, aut etiã Clericis primæ tonſuræ delegari, nam poteſtas diſpenſandi eſt iuriſdictio ſpiritualis, iuriſdictionis autem ſpiritualis capax eſt Clericus ſimplex, modò nõ ſit coniugatus, Clericus enim coniugatus de iure ordinario non eſt capax poteſtatis diſpenſandi, vel excommunicandi; conſequenter nõ poteſt hanc poteſtatem vllo tẽpore præſcribere, iuxta regulas traditas de pręſcriptionib.

Vtrum verò Summus Pontifex poſsit de plenitudine ſuę poteſtatis hãc facultatem concedere coniugato, aut Laico, dictum eſt de Cenſuris

ſuris

Digitized by Google

ſuris poſſe. Ita Suarez de Cenſuris diſp.2.ſect.3.nu. 11. Saytus lib.1. de Cenſuris cap.5.nu.12. Sanchez loc. cit.n.21.& c.49.n.23.& alij. His pręmiſsis duo principaliter explicanda ſunt in præſenti §. primo vtrum Epiſcopi, alijq; Prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, poſsint in votis diſpenſare. Secundò vtrum Parochi, alijq; Sacerdotes poteſtatē habeāt diſpenſandi in votis.

PRIMA PROPOSITIO.

4 Epiſcopi iure ordinario poſſunt diſpenſare in votis ſuorum ſubditorum, modò aliqua non ſint Sūmo Pontifici reſeruata, modò adſit iuſta diſpenſandi cauſa, & modò non ſint facta in fauorē tertij, ab eoquè acceptata. Ratio cur Epiſcopi poſsint diſpenſare, eſt quia Epiſcopi habent omnem iuriſdictionem neceſſariam ad rectam Eccleſiæ ſuæ, & ſubditorum gubernationem; facultas autem diſpenſandi in votis neceſſaria eſt ad rectam Eccleſiæ gubernationē, propter varia incommoda, quibus fideles affici poſſunt, ſi facultas diſpenſandi in votis non extaret in Eccleſia. Ita communiter Doctores. Idem dicendum eſt de prælatis iuriſdictionem Epiſcopalē habentibus, vt conſtabit ex dicendis.

Dixi modò aliqua non ſint Summo Pontifici reſeruata, &c. nam in votis Summo Pontifici reſeruatis non poteſt Epiſcopus regulariter loquendo diſpēſare, ſicut neq; poteſt in alijs ſine iuſta cauſa, aut in factis in fauorem alterius ab eoq; acceptatis, vt patebit ex dicendis in ſequentibus quęſitis.

5 Sed modo dubium eſt quinam intelligantur nomine ſubditorum in hoc caſu, ita vt Epiſcopus cum illis diſpenſare poſsit.

Reſpondeo cum Leſsio loco cit. dub.13.nu.103. Sanchez loc.cit.nu. 27.& de matrimonio lib.3.diſp.23. Suarez tomo 1. de religione lib. 2. cap.14.& alijs, intelligi primò eos, qui habent domicilium in diœceſi. Secundo eos, qui licet non habeāt in Dięceſi domicilium, inceperunt tamen habitare cū intentione ibi manendi maiori anni parte, ad differentiam abſolutionis ſacramentalis, quæ impendi poteſt viatoribus à Confeſſarijs loci, ad quem perueniunt, q̄uis breuiſsimo tēpore eo loci commorentur; hoc.n.eſt peculiare in abſolutione Sacramentali, & adminiſtratione Euchariſtiæ propter receptam Eccleſiæ cōſuetudinem, vt dictum eſt de Pœnitentia diſp.5.quæſt.7.puncto 2.n.5. Tertiò intelligi vagos, qui contrahunt Dięceſim in eo loco, in quo pro tempore reperiuntur, vt patet ex ſupra dictis de ſubiecto legis.

6 Quæres primò Vtrum Epiſcopus poſsit cum ſuis ſubditis diſpēſare in votis extra propriam Diœceſim.

Reſpondeē affirmatiuè, nā hęc diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ, actus autem iuriſdictionis voluntariæ poteſt extra propriā Dięceſim exerceri, vt patet ex dictis de Pœnitentia, de Matrimonio, & de Legibus, & ita præter Doctores ibi citatos tenet Sanchez loc. cit. nu. 32. & Suarez lib. 6. de voto cap.11.nu.10. Idem valet ſiue Epiſcopus ſit in Dięceſi, & ſubditus extra Dięceſim, ſiuè Epiſcopus extra Diœceſim & ſubditus in Diœceſi, ſiue

ſiue vterque extra Diœceſim.

7 Quæres ſecūdò vtrum, Archiepiſcopus diſpenſare poſsit in votis ſuorum Epiſcoporū ſuffraganeorū.

Reſpondeo affirmatiuè cū Claue Regia lib.6.cap.11.nu.7.dub.12. Arragonio 2. 2. quæſt. 88. art. 12. Syluestro verbo Archiepiſcopus in principio, Sanchez lib. 4. de voto cap.38.nu.16.Henriquez, quem retuli de Pœnitentia quæſt. 7. puncto 5. §. 2. nu. 6. Ratio eſt tum quia Archiepiſcopus videtur immediatus ipſorum ſuperior ſaltem quando Epiſcopi ei ſe ſubijciunt. Tum quia Archiepiſcopus poteſt cognoſcere de crimine ſuorum Epiſcoporum ſuffraganeorum,eoſquè punire cap. Sacro de ſententia excommunicationis,ergo à fortiori videtur poſſe cum ipſis diſpenſare, cum diſpenſatio ſit actus iuriſdictionis gratioſę, & voluntariæ. Cum ſubditis verò Epiſcoporum ſuffraganeorum non poteſt diſpenſare ſaltem extra viſitationem Prouinciæ. Ratio eſt quia non habet iuriſdictionem ordinariam in ipſos exceptis aliquibus caſibus relatis à nobis de Cenſuris, & alijs in locis, nec ipſi demandata eſt cura ſpiritualis ouium Epiſcopi ſuffraganei.Ita Suarez lib. 6. de voto cap. 10. num. 11. Clauis Regia loc.cit. Sanchez loc. cit. nu. 14. Graffius, Reginaldus nu. 333. Coninchus,& alij, quos retuli de Pœnitentia loc. cit. nu.5.

Obijcies contra propoſitionem, & ſecundum quæſitum. Obligatio voti eſt de iure naturę,& Diuino,in iure autem naturę ac Diuino nullus videtur habere poteſtatem diſpenſandi.

Reſpondeo in Eccleſia extare poteſtatem diſpenſandi in cauſa particulari in ijs, quæ radicaliter dependent à voluntate humana, ſicut dependet votū,niſi forte conſtet in aliquo caſu hanc facultatē non eſſe in Eccleſia relictam à Chriſto, ſicut non eſt relicta facultas diſpenſandi in matrimonio cōſumato, vt patet ex dictis de matrimonio. Ita Azor.1. parte lib. 6. c.1.quęſito 4.Sanchez lib.4. ca.37. nu. 14.& alij, quos de legibus adduxi, prætermiſsis illis, quos refert Sanchez loc.cit.

8 Quæres tertiò vtrum Pręlati poſsint commutare,vel diſpenſare in votis cum catechumenis.

Reſpondeo cum Sanchez loco citato nu.37. Suarez, Conincho, & alijs, quos in ſimili retuli de Indulgentijs diſp.5.q.1. pun.5.nu.2. contra Henriquez loc.cit.c.20.nu. 8. & alios,negatiuè. Ratio eſt quia diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis ſpiritualis;iuriſdictio autem ſpiritualis non poteſt in catechumenos exerceri, cum nondum ſint ſubditi Eccleſiæ.

9 Quæres quartò vtrum Epiſcopus, aut alius diſpenſare poſsit in votis religioſorum exemptorum.

Reſpondeo non ſolum Epiſcopum,verum etiam alium quemlibet capacem poteſtatis diſpenſandi, poſſe de licentia ſuperioris eorundem religioſorum diſpenſare in ijs, in quibus ipſe ſuperior diſpenſare poteſt. Ratio eſt quia diſpenſatio cenſetur concedi ex commiſsione data ab illo ſuperiore. Idem dic de abſolutione.

10 Maior difficultas eſt vtrū diſpenſatio impendi poſsit abſq; expreſſa ſuperioris licentia in ijs, in quibus nō poteſt ipſe ſuperior diſpenſare vnde.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo Religioſum exemptum, quando non patet aditus ad maiorem ſuperiorem religionis habentem facultatem diſpenſandi in votis, poſſe de licentia proprij ſuperioris obtinere diſpenſationẽ ab Epiſcopo loci in caſibus, in quibus Epiſcopus loci poteſt cũ exiſtentibus in ſua Diœceſi diſpenſare. Ratio eſt quia exemptio eſt quidã fauor, & priuilegium conceſſum religioſis, vt quietè viuant, & non vexentur ab Epiſcopis, ſed quilibet poteſt cedere fauori proprio, ergo religioſus poteſt cedere priuilegio exemptionis petendo diſpenſationem ab Epiſcopo. Quamuis enim priuilegiũ exemptionis conceſſum ſit toti religioni, & conſequenter non poſsit vnus cedere priuilegio toti religioni conceſſo, vt de Cenſuris, & de Legibus dictũ eſt, nihilominus in ijs caſibus gratioſis tota religio cenſetur cõſentire per quãdam Epicheiam, cum ex tali conſenſu reportet commodum, & non damnum, nec videatur eſſe deterioris conditionis cæteris religioſis non exemptis. Sicut ergo cæteri non exẽpti obtinere poſſunt diſpenſationem abſq; recurſu ad ſedẽ Apoſtolicã, ita religioſi exẽpti poterunt eã obtinere ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi habitant, vel habitare cęperunt cum animo ibi cõmorandi maiori anni parte; alioquin priuilegium exemptionis eſſet illis cauſa incommodi, & damni, cum reliqui non exempti poſsint diſpenſationem obtinere ab Epiſcopo, in cuius territorio habitant, vel habitare cęperunt animo ibi commorandi maiore anni parte, vel peragendi negotium, quod ad ſui expeditionem maiorem anni partem poſtulat, nam per huiuſmodi habitationem contrahitur Paretia, & ſubiectio ad leges, vt docui de Legibus puncto 6. de matrimonio quæſt. 2. puncto 8. & de Cenſuris diſp. 1. q. 3. puncto 2. A cenſuris verò abſolui poſſe videntur etiãſi in ea Diœceſi reperiantur tantummodò per modum tranſitus. Ratio eſt quia nõ eadem ſubiectio requiritur ad obtinẽdam abſolutionem cenſurarum, quæ requiritur ad obtinẽdam diſpenſationem, vt docui de Irregularitate diſp. 7. q. 5. pun. 1. nu. 4. nam ad recipiendam abſolutionem cenſurarũ ſufficit ea ſubiectio, quæ ſufficit ad recipiẽdum Euchariſtiæ, & Pœnitentię Sacramentum; cum autem ad hæc Sacramẽta ſuſcipienda ex recepta cõſuetudine ſufficiat q̃libet ſubiectio etiã per modum tranſitus, vt docui de Pœnitentia q. 7. pun. 2. nu. 5. ſequitur ad recipiẽdam cenſurarum abſolutionẽ ſufficere quãlibet ſubiectionem etiam per modum trãſitus, conſequenter quoslibet extraneos poſſe à cenſuris abſolui ab eo, qui facultatem habet abſoluendi à cẽſuris in loco, in quo extranei repeoriuntur, cum abſolutio ab excommunicatione præexigatur ad hæc ſacramenta ſuſcipiẽda. Ita Suarez tomo 5. diſp. 41. ſect. 2. Sanchez in opere morali lib. 2. c. 11. nu. 9. & lib. 4. cap. 39. num. 39. & alij, quos retuli de irregularitate, & de Cẽſuris locis citatis.

Hæc tamen intellige iuxta dicta de Pœnitentia, modò extranei non veniant mala fide, & modò petant abſolutionem per ordinem ad cõfeſsionem; hoc enim ſolum cõſuetudine receptum videtur.

Dixi in reſponſione de licentia pro-

proprij ſuperioris, nam ſine ſuperioris licentia non videtur impendenda diſpenſatio, quia tunc religio non cenſetur conſentire, niſi forte ſuperior iniuſtè deneget licentiam, aut ita longè abſit, vt non poſsit concedere licentiã, nec alius adſit, qui locũ ſuperioris ſuſtineat; nam per epicheiam præſumẽdum eſt Summum Pontificem nolle Epiſcopis denegare facultatem diſpenſandi cum religioſis, qui alioquin Sedem Apoſtolicam adire cogerẽtur, & fortè vagari cum aliquo religioſi ſtatus dedecore. Ita Doctores ſtatim citandi. Verum ſi dubitetur an Prælatus iuſtè, vel iniuſtè deneget religioſo facultatem obtinendæ diſpẽſationis ab Epiſcopo præſumendum eſt iuſtè denegare, quia in dubio fauendum eſt ſuperioris decreto, & ſtandum eſt ſuperioris iudicio. Ita Molina tomo 4. diſp. 61. nu. 5. Sanchez cap. 39. nu. 36. & alij, quos in ſimili retuli de Vectigalibus.

Dixi quando non patet aditus ad ſuperiorem maiorem, nam ſi pateat aditus ad maiorem ſuperiorẽ, exempli gratia ad Prouincialem, maior ſuperior adiri debet, quia Religio non cenſetur cõſentire, vt religioſus prę ſentet ſe Epõ loci; cũ diſpenſationem à ſuo ſuperiore obtinere poſsit. Ita Molina tomo 4. de Iuſtitia diſp. 61. nu. 3. Suarez de Cenſuris diſp. 41. ſect. 2. nu. 12. Auila de Cenſuris 2. parte c. 7. diſp. 1. dub. 6. Sanchez lib. 4. c. 39. nu. 38. & alij contra Tabienam, & alios apud præcitatos Doctores.

Addo primò. Superiorem religionis non ſolum poſſe facultatem concedere ſubdito, vt diſpenſetur ab Epiſcopo; Verum etiam poſſe ſe ipſum Epiſcopo ſubijcere ad diſpenſationem obtinendam, nam ipſe non eſt deterioris conditionis. Ita Suarez de Cenſuris diſp. 41. ſect. 2. num. 12. Sanchez loco citato nu. 37. Henriquez lib. 7. c. 25. n. 2. & alij, quos in ſimili retuli de Sacramentis, & de Legibus.

Secundò, Epiſcopum cum religioſis ipſi ſe ſubijcientibus, de licentia ſuperioris, non ſolum poſſe diſpenſare in voto, verum etiam in irregularitatibus, & abſoluere à cẽſuris, & caſibus conceſsis Epiſcopo in Tridentino ſeſſ. 24. cap. 6. Eadem enim eſt omnium ratio, cùm tam actus abſoluendi, quàm diſpenſandi debeat in ſubditos exerceri. Ita Molina loco citato n. 4. Suarez loco citato. Sanchez n. 33. Henriquez lib. 10. c. 20. nu. 2. & alij.

11 Quæres quintò, Quęnam vota ſint reſeruata Summo Pontifici; ita vt Epiſcopus diſpenſationem illorum concedere non poſsit.

Reſpõdeo eſſe quinque. Votum caſtitatis perpetuæ, votum religionis approbatæ, votum peregrinationis ad limina Apoſtolorum, uotum ad Sanctum Iacobum Compoſtellanum, & votum in Terram Sanctam. Ita communiter Doctores, & licet in his tribus vltimis votis iuxta Panormit. in cap. Ex multa de voto, Tabienam verbo Diſpenſatio nu. 11. & alios, poſsit Epiſcopus diſpenſare; quando facta ſunt tantum cauſa deuotionis, & nõ in ſubſidiũ; nihilominus contrarium vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine receptũ eſt, vt ait Clauis Regia lib. 6. c. 11. n. 35. Sanchez cap. 40. nu. 6. Leſsius c. 4. dub. 13. nu. 104. & alij communiter, quamuis enim hæc reſeruatio non ſit in iure expreſſa; nihilominus ſicut

Digitized by Google

cut reſeruatio poteſt per conſuetudinem auferri; ita etiam induci poteſt, vt patet à ſimili ex dictis de impedimentis matrimonij. Præterea hæc omnia vota ſuperiori reſeruata colligitur ex extrauaganti, Etſi Dominici de Pœnitent., & remiſs. vbi fertur excommunicatio contra eos, qui prætextu facultatũ Sixti IV. ſine Summi Pontificis facultate iſta quinque vota commutant. Ita Suarez lib. 6. c. 21. Sanchez loco citato num. 6. & 23. Clauis Regia nu. 38. & alij locis citatis, qui etiam bene obſeruant in dicta Extrauaganti mentionem ſolum fieri de commutatione facta virtute facultatum à Sixto IV. conceſſarum, non verò aliarum. Præterea hanc pœnam non extendi ad diſpẽſationem propriè acceptam; ſed ad ſolam cõmutationem, quia in dicta Extrauaganti mẽtio fit ſolius commutationis; in pœnis autẽ non eſt facienda extenſio, non ſolum de maiori ad minus, verũ etiã de minori ad maius.

12 Si quæras. Vtrum in generali conceſsione diſpenſandi in votis comprehendatur facultas diſpenſandi in his quinque Summo Pontifici reſeruatis.

Reſpondeo cum Suarez loco citato cap. 25. nu. 3. Sanchez nu. 15. & alijs, quos retuli puncto præcedenti dub. 4. in generali facultate diſpenſandi in votis, non comprehẽdi facultatem diſpẽſandi in his votis; nam in generali conceſsione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veroſimiliter in ſpecie conceſſurus, regula in generali 81. de reg. iuris in 6. Immo ſi Summus Pontifex in conceſsione diceret, concedimus omnia vota, etiã caſtitatis tacito voto religionis, vel è conuerſo concederet omnia vota etiam religionis tacito voto caſtitatis, facultas non extenderetur ad votum reſeruatum tacitum. Ratio eſt tum quia à diuerſis non fit illatio. Tum quia Summus Pontifex tacendo vnum, & exprimendo aliud ſufficiẽter indicaſſe videtur nolle ſe omnẽ gratiam concedere, ſed eam ſolum, quam patitur verborum ſignificatio, poſito quod illud, quod tacetur antea eſſet reſeruatum. Ita Suarez nu. 8. & Sanchez nu. 21. Si verò detur facultas generalis diſpenſandi in votis reſeruatis cenſetur conceſſa facultas etiam diſpẽſandi in his omnibus quinque votis. Ratio eſt quia ſufficienter indicatur cõceſſa facultas diſpenſandi in his votis facta ipſorum generali expreſsione cum mentione reſeruationis, nec vllo iure probatur ſpecialẽ horum quinque votorum mentionem requiri. Ita Sanchez lib. 4. c. 40. n. 17. Suarez lib. 6. c. 25. nu. 5. Item in priuilegio, quo facultas conceditur diſpenſandi in votis, excepto voto caſtitatis, & religionis, comprehẽditur facultas diſpenſandi in votis triplicis peregrinationis, & in priuilegio diſpenſandi in omnibus votis, excepto voto caſtitatis, comprehenditur etiam facultas diſpenſandi in voto religionis, & in priuilegio diſpẽſandi in omnibus votis excepto voto religionis, continetur etiam facultas diſpenſandi in voto caſtitatis. Ratio eſt tum quia exceptio firmat regulã in caſibus non exceptis, cap. 2. de coniugio leproſorum, & c. Dominus 32. q. 7. & Summus Pontifex excipiendo aliqua videtur aliorum gratiam facere. Tum quia inutilis eſſet iſta ex-

ceptio, ſi facultas ad alia vota reſeruata nõ extenderetur; nam priuilegium prætermiſſa exceptione, adhuc ad illa nõ extenderet; ergo facta exceptione ad illa extẽditur. Tum quia ſi Summus Pontifex concederet alicui facultatem abſoluẽdi ab omnibus cenſuris, excepta excõmunicatione ob hæreſim contracta, videretur concedere facultatem abſoluendi à reliquis cenſuris in Bulla Cœnæ contentis; ergo etiam cõcedendo facultatem diſpenſandi in votis, excepto voto religionis, vel caſtitatis, vel vtroque, videretur facultatem dare diſpenſandi in reliquis omnibus votis. Ita Suarez, Sanchez, & alij locis citatis contra Couarruuiam lib. 2. variarũ c. 5. num. 7. Euerardum, Decium, & alios apud Sanchez loco citato n. 19. id negantes ob iſtas rationes, quia exceptio firmat regulã in caſibus non exceptis quoties nõ facta ea exceptione clauderentur ſub ea regula, ſed in noſtro caſu illa tria vota non facta aliorum exceptione non clauderentur ſub generali conceſsione diſpẽſandi in votis, ergo neq; clauduntur facta exceptione voti caſtitatis, vel religionis. Secundò, quia exceptio non apponitur ad ampliandam regulã, ſed ad eam reſtringẽdam l. 1. ff. de regulis iuris. Propter hęc argumẽta, ad quæ Sanchez non reſpondet, probabilem putat contrariam opinionem, quam dicit eſſe communem.

Ego verò ad primum argumentum.

Reſpondeo primò hanc eſſe regulam generalem, quod exceptio firmat regulam in omnibus caſibus non exceptis, vt docet Suarez nu. 10. & alij apud Couarruuiam.

Secundò regulam hanc verã eſſe quando non fit exceptio in caſu ſuperiori, tacito inferiori ſimili, vel ferè æquali ſaltem quoad reſeruationem, aut quando praxis, & efficaces rationes aliter non ſuadent.

Ad ſecundum reſpondeo exceptionem apponi ad reſtringendam regulam quantum verba, & rationes patiuntur.

13 Maior difficultas eſt primo vtrum ſi Summus Põtifex dans generalem facultatem diſpenſandi in votis, excipiat ſolum vota minora non facta mentione maiorum, vt ſi concedat tria vota peregrinationis non facta mentione voti caſtitatis & religionis, cenſeatur concedere facultatem diſpẽſandi in voto caſtitatis, & religionis. Ratio dubitãdi eſt quia exceptio firmat regulã in omnibus caſibus non exceptis: Cum ergo excipiantur ſolum illa tria vota peregrinationis, non verò votum caſtitatis, & religionis, videtur regula firmari, & conſequenter facultas extendi ad votum caſtitatis, & religionis.

Reſpondeo non cenſeri conceſſam facultatem diſpenſandi in votis caſtitatis, & religionis, dum excipiuntur ea, quæ longè minora sũt. Ratio eſt quia Summus Pontifex excipiendo longè minora præſumitur à fortiori velle maiora excipi, niſi aliter ex circunſtantijs de ipſius mente colligatur; Qualis circunſtantia eſt, ſi priuilegium alioquin inutile, & imprudens redderetur, vt ſi dicatur concedimus facultatem diſpenſandi in votis reſeruatis excepto voto triplicis peregrinationis; tunc enim priuilegium extendendum eſt ad votum caſtitatis,

Digitized by Google

tis, & religionis, alioquin priuilegium eſſet corrigendum, & nihil operaretur ſaltem quoad vota reſeruata. Ita Suarez cap. 25. nu. 7. Reginaldus lib. 18. n. 354. de voto, Sanchez lib. 4. cap. 50. nu. 20. Itaque illa regula, exceptio firmat regulã in caſibus non exceptis, intelligenda eſt, modò nõ excepti ſint æquales, vel inferiores exceptis, non verò ſi maiores ſint. Vnde ſi Summus Pontifex concedat facultatem diſpenſandi in votis reſeruatis, præter peregrinationẽ Hieroſolymitanã, facultas non extenditur ad vota caſtitatis, & religionis, quia hęc vota ſunt longè maiora; extenditur verò ad votũ peregrinationis Romanę, & Compoſtellanę, quia eſt ſimile, aut minus excepto. Immo ſi concedatur facultas diſpenſandi in votis reſeruatis pręter peregrinationem Romanam, & Compoſtellanam cenſetur conceſſa facultas diſpenſandi in voto peregrinationis Hieroſolymitànæ; nam hoc votum eſt æquale, aut fere æquale quoad reſeruationem cum exceptis, licet peregrinatio Hieroſolymitana maior ſit quoad quantitatẽ itineris. Ita Doctores citati.

14 Secundò difficultas eſt vtrum habenti facultatẽ cõmutandi vota non reſeruata, vel nullam habenti facultatẽ circa vota licitum ſit cõmutare vota reſeruata in melius ex. g. vtrum licitum ſit commutare votum Sancti Iacobi in votum Sancti Petri, aut votum Sancti Petri in votum Hieroſolymitanum, vel hoc in votum caſtitatis, vel votum caſtitatis in votum religionis.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia commutatio horum votorum eſt prohibita, & vſus obtinuit, vt horum commutatio non fiat non ſolum in minus, vel in æquale; verũ neque in maius, niſi fiat ab habente priuilegium circa hęc vota reſeruata. Ita Suarez lib. 6. cap. 21. nu. 17. An vero omnia vota per profeſsionem commutentur in onera religionis ſupra dictum eſt.

Obijcies non poteſt prohiberi melius bonum, ergo Eccleſia non poteſt facere vt votum reſeruatum non commutetur in melius.

Reſpondeo Eccleſiam non prohibere ſimpliciter melius bonum, ſed præſcribere modum quo votum commutãdum eſt ex licentia Summi Pontificis, ſicut dum Eccleſia reſeruat peccata non dicitur ſimpliciter prohibere melius bonum ideſt frequentem Sacramenti Pœnitentiæ vſum, ſed iuſtis de cauſis decernit ne abſolutio à quolibet Sacerdote obtineatur, niſi licentiã à legitimo ſuperiore impetrarit.

15 Quæres quintò vtrum Epiſcopus poſsit aliquando in voto caſtitatis diſpenſare.

Reſpondeo poſſe primò quando imminet graue periculum expectando diſpenſationem Papæ, vel legati, vt eſt periculum magni ſcãdali, vel damni tertiæ perſonæ, nam in tali euentu non cenſetur Papa diſpenſationem ſibi reſeruare, cum ſoleat reſeruare diſpenſationes nõ in perniciem, ſed in vtilitatem animarum.

Ex quo patet Epiſcopum poſſe in voto caſtitatis aliquo modo diſpẽſare imminente periculo incontinentię, quamdiu ſcilicet periculum durat, quamquã Epiſcopus in hoc caſu nõ dicitur propriè diſpenſare, ſed ſuſpendere executionem voti ad tempus. Ita Nauarrus cap. 12. n. 76.

76. Sylueſter verbo votum 4. quæſito 4. Reginaldus lib.18. nu. 336.& Leſsius lib.2.cap.40.dub.13.n.106. in prima editione Suarez lib. 6. de voto cap. 26. nu.9. verſ. Tota ergo difficultas, Sanchez lib. 4. cap. 40. nume. 34. & alij communiter, teſte Suarez contra Clauem Regiam lib. 6. cap.11.n.53. Rodriquez, & alios apud Sanchez nu. 32.

Ex quo infertur Epiſcopum poſſe quando adeſt periculum incontinentiæ diſpenſare cum coniuge habente votum ſimplex vt poſsit petere debitum quamuis coniux, qui propter tale periculum diſpenſationem obtinuit, teneatur mortuo altero coniuge caſtitatem ſeruare, vt ſępius ſupra dictum eſt. Tutius tamen eſt petere diſpenſationem à Papa in tali caſu, vt ait Suarez cap.26.nu.16. Sanchez loc. cit. nu.40. & 50. & alij communiter, & ita vſu receptum eſſe arbitror.

16 Si quęras vtrum habentes priuilegia commutandi vota exceptis reſeruatis poſsint etiam ipſi commutare vota in ijs caſibus, in quibus Epiſcopi ob extraordinariam neceſsitatem diſpenſare, vel commutare poſsunt.

Reſpondeo negatiuè. Quamuis enim habentes generale priuilegiũ commutandi vota poſsint ea omnia vota commutare, quæ ab Epiſcopis iure ordinario commutari poſſunt; nam ea vota non ſunt ſimpliciter reſeruata, conſequenter facultas generalis commutãdi vota extenditur ad omnia vota, quæ ab Epiſcopis iure ordinario commutari poſſunt, non tamen poſſunt cõmutare ea, in quibus ob extraordinariam neceſsitatẽ competit Epiſcopis facultas diſpenſandi, vel cõmutandi vota Summo Pontifici reſeruata. Ratio diſparitatis eſt quia potentia non extẽditur extra ſuum obiectum ob quamcumque neceſſitatem; cum autem per facultatẽ delegatam cõcedatur poteſtas ad vota non reſeruata, ſequitur hanc facultatem, ſeu poteſtatem non extendi ob quamcumque neceſsitatẽ ad vota reſeruata; poteſtas verò Epiſcopi per ſe extenditur ad omnia vota, niſi limitetur, per Epicheiam autem, & ex benigna interpretatione non præſumitur poteſtas Epiſcopi limitari, dum ſuperuenit extraordinaria neceſsitas, vt optimè tradit Suarez de voto lib. 6. cap. 26. nu. 19. Rodriquez in expoſitione Bullæ 559. nu.118.

17 Secundò Epi diſpẽſare poſſunt in voto caſtitatis, quãdo votũ caſtitatis per metum, quamuis leuẽ, emiſſum eſt. Ratio eſt quia reſeruatio votorum eſt odioſa vtpotè cõtra ordinariam Epiſcoporum facultatem, quã habent diſpenſandi in voto, ergo ſtrictè explicãda eſt, conſequenter non videtur extendenda ad vota per metum emiſſa. Ita Leſsius loc. cit nu.106. Nauarrus cap. 12. nu. 69. Reginaldus lib. 18.nu.338.& alij contra Suarez lib. 6. cap. 26. nu. 4.

Tertio quando dubitatur vtrum votum caſtitatis ſit validum, vel vtrum ſit reſeruatum, nam caſus reſeruati non ſunt dubij, ſed certi, & in dubijs benignior pars accipienda eſt. Ita Suarez loc. cit. nu.6. Sanchez cap.40.n.26.& 80.& alij, quos in ſimili retuli de pœnitentia.

Quartò quando Epiſcopus poteſt diſpenſare in voto principali, cui tanquam acceſſorium adnexũ eſt votum caſtitatis, poteſt etiam in

voto

Digitized by Google

voto caſtitatis acceſſorio diſpenſare, vt ſi quis voueat non ludere ſub pœna ſeruandæ caſtitatis, aut ingrediendæ religionis, & poſtea petat diſpenſationem ab Epiſcopo, Epiſcopus diſpenſans in voto non ludendi, diſpenſabit etiam in voto caſtitatis, aut religionis, quia ſublato principali aufertur acceſſoriũ.

Ex quo patet à fortiori Epiſcopũ poſſe in voto ſuſcipiẽdi ſacros ordines diſpenſare, quia hoc non eſt votum caſtitatis cum vouens ſuſcipere Sacros ordines non teneatur ad caſtitatem ante ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, vt ſuperius oſtendimus. Ita Leſsius, Reginaldus, Sanchez, & alij locis cit.

Secus dicendum eſt quando votum principale eſt reſeruatũ, acceſſorium verò, ſeu aliud votũ illi cõiunctum non eſt reſeruatum. Vnde ſi quis voueat caſtitatem, & ſi eam violet, tradere certam eleemoſynã, aut ieiunare, Epiſcopus poterit in voto ieiunij, aut eleemoſynæ diſpẽſare, quia non eſt circa materiam reſeruatã, non verò poterit diſpenſare in voto principali, quod eſt votum perfectum caſtitatis. Ita Suarez lib. 6. cap. 23. nu. 3. & alij.

Quintò Epiſcopus poteſt diſpẽſare quando votum eſt conditionale ſub conditione de futuro, modò conditio nondum ſit adimpleta. Ratio eſt quia vota, quæ Papę reſeruantur ſunt vota perfecta, cum enim reſeruatio ſit odioſa, non videtur extendenda ad votũ imperfectum, votum autem nondum impleta conditione, nondum eſt perfectum, cum ante cõditionis euentum non obliget.

Dixi quando votum eſt verè cõditionale, quia ſi votum ſit conditionale ſolum apparenter, Epiſcopus non poteſt in eo diſpenſare, nã huiuſmodi votum eſt verè abſolutum. Ita Suarez lib. 6. cap. 12. nu. 6. Sanchez nu. 82. & 93. Tunc votum eſt apparenter conditionale quando particula, ſi, nõ apponitur ad ſuſpendendum conſenſum vſq; ad conditionis euentum, ſed apponitur ad determinãdũ tempus adimplendi votum, vt ſi vouẽs dicat voueo religionẽ, ſi Pater obierit, id eſt voueo ingredi religionem, quando Pater obierit. Tunc verò votum eſt verè conditionale quando particula, ſi, apponitur ad ſuſpendendũ conſenſum vſque ad conditionis euentum, vt patet ex dictis de matrimonio, de contractibus, & ſupra de Legibus: In dubio verò an votũ per particulam, ſi, emiſſum, cenſendum ſit abſolutum, vel conditionale, arbitror cenſendum eſſe conditionale, quia fortiſsima præſumptio deſumitur ex cõmuniter accidentibus.

Dixi factum ſub conditione de futuro, quia in voto facto ſub conditione de preſenti, aut pręterito non poteſt Epiſcopus diſpenſare, cum huiuſmodi conditio non ſuſpendat conſenſum, nec efficiat votum cõditionale l. Cum ad præſens ff. ſi certum petatur; & hoc valet etiamſi votum ſit pœnale ob eandẽ rationem. Ita Suarez lib. 6. cap. 23. nu. 91. Sanchez nu. 88. & alij.

Idem dicendum eſt de voto facto ſub conditione neceſſaria, hæc enim habetur pro adimpleta, cum ſit neceſſariò euentura, vt patet ex dictis de matrimonio, & de cõtractibus. Idem dicendum eſt de voto facto ſub conditione tacita, nam huiuſmodi conditio non ſuſpendit

actum, vt docui de matrimonio,& idem docet Sanchez loco citato nu. 85. & 94. Immo Sanchez idem dicendum arbitratur de cōditione, quæ tacitè ineſt,ſed exterius profer tur ſolū eo pacto, quo tacitè ineſt.

Dixi modò conditio ſit adimpleta, nam adimpleta conditione votum cenſetur abſolutum, & non minus obligat,quam ſi factum fuiſſet ſine conditione, vt ait Reginaldus lib. 18. n. 336. Clauis Regia lib. 6. cap. 11. nu. 77. Suarez lib. 6. cap. 22. num. 3. Leſsius lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 106. & alij contra Sanchez lib. 4. cap. 40. nu. 99. Hoc tamen intelligitur modò votū conditionale non ſit pœnale, nam in voto pœnali probabilius eſt poſſe ab Epiſcopo diſpenſari non ſolum ante conditionem adimpletam, verum etiam adimpleta conditione,vt ait Reginaldus lib. 18. nu. 337. Arragonius quęſt. 88. art. 12. Leſſius loc. cit. & aſſeueranter docet Suarez lib. 6. cap. 23. nu. 6. Sanchez cap. 40. nu. 91. Clauis Regia lib. 6. cap. 11. nu. 32. & alij apud Doctores citatos contra Gutierez, Azorium, & alios apud Suarez nu. 5. & apud alios Doctores citatos. Ratio eſt tum quia reſeruatio eſt odioſa vt potè contra ordinariam Epiſcoporum iuriſdictionem, ergo ſtrictè explicanda eſt. Tum quia votum, quod Papæ reſeruatur, cenſetur illud, quod fit ex directa volitione & ex affectu boni, quod promittit, votum verò pœnale nō fit ex affectu boni, quod promittitur, ſed potius ex quadam deteſtatione illius vt vouēs retrahat ſe ab aliquo malo, vnde q vouet eleemoſynā ſi inebriatus fuerit, non promittit eleemoſynā ex affectu eleemoſynæ,ſed potius ex quadam deteſtatione illius, vt ſe retrahat ab ebrietate.

18 Si quæras Vtrum Epiſcopus, aut alius, qui facultatem habeat commutandi vota ex facultate ordinaria, vel delegata, poſsit non ſolum obligationem voti pœnalis; verum etiam pœnam per fractionē eiuſdem voti incurſam cōmutare.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt quia,qui fecit votum non pœnale dandi certam eleemoſynā quotidie,vel recitandi roſarium ſingulis diebus, poteſt illius commutationem tam quoad præterita, quā quo ad futura obtinere ab Epiſcopo, vel ab alio, quāuis illud ſępius perfregerit,vt docet vſus, & praxis cōis; ergo etiā pōt obtinere cōmutationē voti pęnalis nō ſolū quoad futurā obligationē,verū etiā quoad pœnā,q̄ incurrit ob voti violationē cum ad hāc pœnam teneatur ſolū ex vi voti. Ita Suarez lib. 6. cap. 20. nu. 19. contra Nauarrum de voto conſ. 23. & 31. & alios recentiores.

Hinc patet eum, quia vouit viſitationem Eccleſiæ ſingulis diebus ſub pœna ſoluendi aureum quoties Eccleſiam non viſitaret,poſſe Iubilæi tempore commutationem voti obtinere non ſolum quo ad obligationem viſitandæ Eccleſiæ in futurum, verum etiam quoad obligationem ſoluendę pœnæ contractam ob violationem voti.

Addo poſſe hanc pęnam cōmutari, etiamſi Sūmus Pontifex prius commutauerit pœnam iam debitā ob violationem voti, vel partem remiſerit,aliam verò reliquerit; Adhuc enim cenſeo eum, qui facultatem habet generalem commutandi vota non ſolum poſſe commutare votum, verum etiam pœnā alias

à Sum-

à Summo pontifice commutatam. Ratio eſt tum quia illa pœna, quæ iterum commutatur, non eſt debita ex præcepto Summi Pōtificis, ſed ex vi voti. Tum quia poteſt commutari materia non reſeruata, quæ ſuccedit loco reſeruatæ, vt patebit ex dicendis numero ſequenti, ergo multò magis cōmutari poterit pœna, quæ loco alterius ſubrogata fuit, & nō eſt directè debita, ſed quaſi acceſſoriè ad obligationem voti. Ita Suarez loc. cit. & alii, quos in ſimili retuli de Pęnit. diſ. 5. q 5. ſect. 3. pun. 3. n. 6. cōtra Nauar. loc. cit. & alios.

Obſerua tamen eum, qui in obtinenda voti pęnalis commutatione, mentionem fecit obligationis in futurum, non verò pœnæ iam debitæ, & non ſolutæ non cenſeri liberum quoad pœnam, ſeu eleemoſynā non ſolutam. Ratio eſt quia ſuperior, cui non fuit expreſſa obligatio pœnæ iam incurſæ, non præſumitur habuiſſe intentionem commutandi pœnam non expreſſam, voluntas enim non fertur in incognitum. Nec eſt eadem ratio voti realis, & voti non realis. Nam ob uiolationem uoti realis præter obligationem, quæ in futurum naſcitur, relinquitur aliquid commutabile circa præteritū; ob fractionem uerò uoti non realis non relinquitur aliquid commutabile circa præteritum, ſed relinquitur obligatio pœnitentiæ faciendæ, & directa obligatio uoti, quæ futurum reſpicit. Ita Suarez lo. cit. nu. 21.

Sextò, quando Summus Pontifex commutauit uotum ſibi reſeruatū, in aliud non reſeruatum Epiſcopus poteſt in ſecundo uoto non reſerua to diſpenſare, non enim dicitur diſpenſare in uoto reſeruato, cum obligatio uoti circa materiam reſeruatā ſit ablata. Ita Leſsius dub. 13. nu. 105. Suarez lib. 6. cap. 20. nu. 15. Sylueſter uerbo Votum 4. quæſito 7. Sanchez loc. cit. nu. 46. Reginal. nu. 332. Azor. lib. 11. c. 18. quæſito 11. Clauis Reg. lib. 6. c. 12. nu. 23.

Obiicies ſubrogatum ſapere debet naturam eius, pro quo ſubrogatur, vt ait Panormitanus, & alij Canoniſtæ in cap. Eccleſia 2. Vt lite pendente, &c. ſed id, pro quo votum ſubrogatur, eſt votum reſeruatum, ergo etiam debet eſſe reſeruatum votum ſubrogatum.

Reſpondeo ſubrogatum debere ſapere naturam illius, pro quo ſubrogatur quoad intrinſeca, non verò quoad extrinſecas qualitates, quæ à voluntate proueniunt, vt cum Iaſone, & aliis docet Suarez loc. cit. n. 16. Propterea in noſtro caſu materia ſubrogata debet eſſe aliquid ſpectans ad Diuinum cultum, & pertinens ad religionis obligationē, quæ ſunt intrinſeca ſubrogationi voti, non autem ſicut prius eſt reſeruatū ita debet eſſe poſterius, cum reſeruatio ſit quid extrinſecum pendens à voluntate reſeruantis.

Septimo in voto caſtitatis non perpetuo, exempli gratia in voto caſtitatis ad duos, vel quinque annos facto, nam votum, quod reſeruatur eſt ſimpliciter votum caſtitatis; votum autem ſimpliciter caſtitatis eſt votum perpetuum, cenſetur tamen perpetuum, ſi factum ſit ad centum annos, quia vita hominis non præſumitur amplius duratura. Ita Azor. lib. 11. cap. 19. quæſito 6. Suarez lib. 6. cap. 22. nu. 9. Leſsius dubio 13. in prima editione n. 105. Sāchez cap. 40. n. 48. & 49. Reginaldus lib. 18. n. 331. & 334.

Octauò, quando votum diſiunctiuè emittitur, & vna pars voti eſt reſeruata: altera verò non, modò vouens nondum elegerit partẽ reſeruatam. Ratio eſt quia in alternatiuis electio eſt debitoris, regula, In alternatiuis de regulis iuris in 6. cum ergo in poteſtate debitoris, ſeu vouentis ſit eligere partem non reſeruatam, votum, cuius vna pars eſt reſeruata, & altera non reſeruata, appellandum non videtur reſeruatum: verſamur enim in odioſis, quæ nõ ſunt amplianda, ſed reſtringenda. Idem ob eandem rationẽ dicendum eſt, quando tota materia voti non eſt reſeruata, ſed pars tantum. Ita Clauis Regia lib. 6. cap. 11. nume. 52. Azor. prima parte lib. 11. c. 19. quæſito 10. Leſsius loco cita. dub. 13. num. 106. Suarez lib. 6. c. 24. num. 4. Sanchez lib. 4. c. 40. nu. 42. Reginaldus lib. 18. num. 338. Idem dicendum putant, Sanchez loco cit. nu. 42. & Suarez loco cit. nu. 4. verſ. Alia mutatio, quando materia voti partim erat reſeruata, & partim nõ reſeruata, ſed materia non reſeruata effecta eſt impoſsibilis, ita ut vouens nequeat partem non reſeruatam adimplere. Ratio eſt quia hæc materia eſt ſolum reſeruata per accidens ob impoſsibilitatem materiæ, non ex vi voti.

Sed contrarium mihi probabilius videtur. Ratio eſt tum quia materia illa verè eſt reſeruata, & eſt adimplenda ex vi voti, vt patet ex ſupra dictis. Tum quia votum conditionale materiæ reſeruatæ remanet reſeruatum adimpleta conditione, quamuis ante conditionis euentum nõ adeſſet obligatio voti. Et hæc conſurgit quaſi per accidens ad poſitionem conditionis.

Dixi modò vouens nondum elegerit partem reſeruatam, nam votum diſiunctiuum circa materiam reſeruatam, & non reſeruatam, facta electione materiæ reſeruatæ, conſtat remanere reſeruatum: Nã electio fit ex vi voti, & perinde eſt ac ſi, dũ votũ emitteretur, electa fuiſſet materia reſeruata. Ita Sanchez nu. 43. Suarez loc. cit. nu. 3. Azor. Clauis Regia, Leſsius, & alij locis cit.

19 Sed modò dubium eſt primo vtrum votum cenſeatur reſeruatum, quando mens vouentis fuit efficiendi ſuum votum reſeruatum, ideſt faciendi quod votum à nullo poſsit auferri, ſeu obligandi ſe ad non petendam diſpenſationem ab alio quàm à Summo Pontifice.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia priuata vouentis intentio non poteſt poteſtatem ſuperiori adimere, illumquè ſua iuriſdictione priuare. Ita Reginaldus lib. 18. nu. 333. Suarez lib. 6. de voto c. 21. n. 15. Clauis Regia lib. 6. c. 11. nu. 67. Azor. 1. parte lib. 11. c. 19. quæſito 15. Sanch. lib. 4 c. 40. num. 13. & 79. & alij, quos ſupra retuli eundẽ caſum explicans.

20 Secundò dubium eſt. Vtrum votum, quod quis emiſit de materia reſeruata, maneat reſeruatum, ſi vouens, dũ votũ emitteret, habebat intentionem obligandi ſe ſolũ ſub veniali, vel ſub nulla obligatione.

Reſpondeo non remanere reſeruatum, ſed poſſe commutari, vel diſpenſari auctoritate Epiſcopi, vel alterius habentis facultatem circa vota. Ratio eſt quia hoc non cenſetur votum perfectum; Vota autẽ, quæ reſeruantur ſunt vota perfecta. Ita Sanchez lib. 4. c. 40. nu. 47.

21 Quæres ſextò. Vtrum Epiſcopus poſsit aliquando diſpenſare in

voto

Digitized by Google

voto religionis.

Reſpondeo, poſſe. Primò quando poteſt diſpenſare in voto caſtitatis,vt patet in multis caſibus allatis in præcedenti quæſito.

Secundò in voto religionis non approbatæ; nam religio nõ approbata non eſt verè religio,cõſequenter votum illius non eſt propter votum religionis. Ita Leſsius nu. 105. Sanchez cap.40.nu.70. Reginaldus nu.331.& alij.

Tertiò commutando votum religionis arctæ in votum laxioris religionis; hæc enim non dicitur propriè diſpenſatio in voto religionis, ſed in quadam circũſtantia ipſius, cum illa dicatur diſpenſatio, qua tollitur obligatio voti, hic autem non tollitur obligatio voti. Ita Leſſius lib.2.c.40.dub.13.nu.105.in prima editione, Clauis Regia lib.6. c. 21. nu.63. Reginaldus loco citato n.331.& 335. Azor. 1. parte lib. 11. c. 18. quæſito 8.& alij apud Sãchez in opere Morali lib.4.c.40.num. 74.

Item votum eundi pedetentim ad limina Apoſtolorum, vel peregrinandi ad S. Iacobum Compoſtellanum, ſtipem oſtiatim quærendo, commutari poteſt in peregrinationem equeſtrem, ijs etiam cõceſsis, quæ ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt. Ita Leſsius loco citato Reginaldus nu. 332. Sanchez loco citato nu.78.& alij,non enim commutatur ſubſtantia voti, ſed quædam circumſtantia.

Quartò, In voto religionis facto ad duos, vel tres annos tãtum, hoc enim nõ videtur perfectum votum religionis, quæ obligationem perpetuam inducit. Non tamen poterit Epiſcopus diſpenſare in voto facto cum intentione ingrediendi religionem, & probandi num ſibi placeat; hoc enim dicitur propriũ religionis votum. Ita Reginaldus nu. 335. & alij.

Quintò, In voto nõ nubendi, vel non fornicandi, hoc enim non eſt votum caſtitatis perfectæ, ſed tantummodo partialis, vt bene ait Nauarrus c.12. nu.76. Reginaldus nu. 332.& 334. Azor. lib.11.c.19. quæſito 5. Leſsius loco citato, & Sanchez à num. 50. vſq; ad 68. conſequenter Epiſcopus poteſt in eo diſpenſare. Idem dicẽdum putat Sanchez nu.75. de voto, quo quis non ſolum promittit ingreſſum; verum etiam perſeuerãtiam in religione. Quamuis enim Epiſcopus non poſſit diſpenſare circa ingreſſum religionis,poteſt tamẽ diſpenſare circa perſeuerantiam. Ego verò puto Epiſcopũ in neutro caſu poſſe diſpenſare; cum vtrumquè cenſeatur votum religionis,& fortius obliget iuxta multorum Doctorum ſententiam votum perſeuerãdi, quam votum ingrediendi.

Sextò, Epiſcopus diſpenſare poteſt in differenda executione voti religionis,quia hæc nõ videtur diſpenſatio in ſubſtantia voti, ſed in eius qualitate, & circumſtãtia temporis. Ita Sanchez loco citato n.76. contra Suarez num. 11. c.26. lib. 6. Hoc tamen intelligendum eſt,modò non ſit periculum, vt vouens ob longam dilationem fiat impotens ad votum perſoluendũ; tunc enim conceſsio dilationis æquiualeret diſpenſationi circa ſubſtantiam, & finis voti nimium defraudaretur. Ita Sanchez,& Suarez locis citatis.

22 Quæres ſeptimò, Vtrum Summus Pontifex poſsit aliquando diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis, vel

vel religionis.

Reſpondeo ex iuſta cauſa poſſe. Ita communiter Canoniſtæ, & ferè omnes Theologi. Ratio eſt tum qa poteſt diſpenſare in voto ſimplici caſtitatis, ergo poteſt etiam in ſolemni, cum ſolemnitas dependeat à conſtitutione Eccleſiæ. Tum qa poteſt in oībus diſiunctim, ergo poteſt etiam in omnibus coniunctim. Tum quia de facto diſpenſatũ fuit cum aliquibus, vt cum Nicolao Iuſtiniano Monacho poſt votum ſolemne profeſsionis, cum Rege Arragoniæ, & alijs.

Hinc patet quid dicendum ſit de voto ſolemni non ſolum caſtitatis; Verum etiam paupertatis, & obedientiæ facto ab omnibus religioſis. Ita Angelus votum 4. q. 5. Gutierez de Matrimonio c. 123. n. 1. & 2. Nauarrus cap. 12. nu. 77. Leſſius dub. 14. de voto nu. 111. Azor. 1. parte lib. 12. c. 7. quæſito 1. Sanchez lib. 8. de Matrimonio diſp. 8. nu. 7. Valentia 2. 2. dub. 6. q. 6. puncto 7. Reginaldus lib. 18. num. 329. & alij communiter cõtra nonnullos alios apud Sanchez loco citato.

23 Queres octauo, Vtrum qui petijt diſpenſationem voti ſimplicis caſtitatis, aut religionis, quam Sũmus Pontifex commiſit Confeſſario, vel Epiſcopo concedendam, poſsit à Confeſſario, vel Epiſcopo diſpenſari, ſi ante diſpenſationis conſecutionem ſæpius repetijt idẽ votum.

Reſpondeo poſſe. Ratio eſt tum quia repetitio voti non multiplicat vota, ſeu obligationes, ſed priorem obligationem cõfirmat, cum ergo non addatur nouum vinculum, fit vt diſpenſatio extendatur ad ſubſequentes confirmationes. Tum qa ſicut qui petijt diſpẽſationem fornicationis cum aliqua habitæ non tenetur exprimere numerum actuũ fornicationum, & ſicut qui ſæpius cognoſcit eandem fœminam conſanguineam antequam Cõfeſſarius executioni mandet diſpenſationẽ à Pontifice ſibi commiſſam, validè diſpenſatur virtute primæ commiſſionis datæ. Ita &c.

Secus ſi votum fuit confirmatũ, aut ſi copula fuit habita poſt obtentam diſpenſationem à Confeſſario, vel ab Epiſcopo, cui data fuerat diſpenſandi facultas, vt patet ex dictis de diſpenſationibus puncto 5. tunc enim eſt opus noua diſpenſatione cum nouum conſurgat vinculum per confirmationem voti antea ſublati, & nouum emergat vinculum per ſubſecutam copulam. Ita Sanchez de Matrimonio lib. 8. diſp 22. Suarez lib. 6. c. 27. num. 12. de voto, & alij, quos ſupra retuli.

24 Quæres nonò, vtrum ad diſpenſationẽ requiratur iuſta cauſa.

Reſpondeo. Iuſtam cauſam requiri, vt valida ſit voti diſpenſatio. Ratio eſt quia Prælati in tantum diſpenſare poſſunt in Iure Diuino, & naturali in quantum ſibi data eſt facultas à Deo; non eſt autem credibile à Deo Datam eſſe poteſtatẽ diſpenſandi ſine iuſta cauſa. Ita D. Thomas 2. 2. quæſt. 88. art. 12. ad 2. Sotus lib. 7. quæſt. 4. art. 3. Leſsius loco citato num. 101 Sanchez lib. 4. c. 45. & alij, quos ſupra retuli de Diſpenſationibus.

Iuſta verò cauſa eſt vtilitas Eccleſię, honor Dei, vtilitas, & fructus ſpiritualis vouentis, morale periculum ſæpius violandi votum; imperfecta deliberatio in voto faciẽdo, metus incuſſus ab homine ad extor

quendum votum, quãuis metus non ſit grauis, dubium de obligatione voti, notabilis difficultas ſuperueniens executioni voti, & alia huiuſmodi iuxta prudentis viri iudiciũ, quę ad tria capita reuocari poſsũt, iuxta dicta de Diſpenſationibus nempè ad pietatem, vtilitatem, & neceſsitatem. Videte Suarez lib. 6. de Voto cap. 17. Sanchez loco citato, Reginaldum lib. 18. & Clauem Regiam lib. 6. c. 12. & quæ ſuperius diximus de cauſis ad diſpenſationem requiſitis.

Obſerua tamen cum Leſsio loco cit. nu. 102. Suarez loco citato nu. 4. Sanchez loco citato nu. 53. & c. 43. nu. 4. Reginaldo nu. 345. & alijs, rarò vtendũ eſſe diſpenſatione, quia rarò adſunt ſufficientes cauſæ condonãdi omnem obligationem, ideò facilius conceditur cõmutatio voti, quam diſpenſatio, quia non videntur tot cauſæ ad commutationem requiri quot requiruntur ad diſpenſationem, ſed maior cauſa requiritur ad auferendam totam obligationem per diſpenſationem quam ad auferendam partem per commutationem.

25 Quæres decimò vtrum Epiſcopus poſsit commutare, vel diſpẽſare in voto facto in fauorem tertij exempli gratia, in voto, quo quis vouit ſe daturum eleemoſynã tali monaſterio, vel Eccleſię, vel Sancto Pręſidi illius Eccleſiæ, aut eleemoſynã pauperi, vel dotẽ puellæ, &c.

Reſpondeo, primò poſſe etiam abſque conſenſu illius, in cuius fauorem, & vtilitatem vergit votum, modò ab eo nõ fuerit acceptatum. Ratio eſt tum quia Epiſcopus diſpenſare poteſt in alijs votis, ergo etiam diſpenſare poteſt in iſto, cum iſtud votum principaliter factum ſit, ſicut cætera vota in honorem, & cultum Dei, & obligatio acquiſita ſit Deo, non verò homini, quamuis expreſſus fuerit pauper, vel locus, circa quem hic honor eſt Deo exibendus. Tum quia tertius nondum acquiſiuit ius, ergo Epiſcopus nulli facit iniuriam, diſpenſando etiam abſq; conſenſu illius, in cuius fauorem, & commodũ vergit votũ.

Reſpondeo ſecundò Epiſcopum non poſſe abſq; vrgentiſsima cauſa diſpenſare in voto facto in vtilitatem alterius, poſtquam votum ab eo fuit acceptatum, niſi adſit conſenſus illius, in cuius fauorem factũ eſt. Ratio eſt quia tertius per acceptationem acquiſiuit ius, Epiſcopus autem, vel alius ſuperior nõ poteſt abſque vrgentiſsima cauſa priuare aliquem iure ſibi acquiſito, niſi adſit cõſenſus illius, ſeu alterius habentis facultatem remittendi, ſeu compoſitionem faciendi circa illius debita. Idem dicendum eſt de commutatione voti. Ita Suarez lib. 6. cap. 15. nu. 7. Leſsius dub. 11. nu. 90. Reginaldus lib. 18. nu. 355. Clauis Regia lib. 6. cap. 11. nu. 121. Sanchez lib. 4. cap. 41. nu. 7. & 16. Azor. 1. parte lib. 11. cap. 19. quęſito 12. & quãplures alij apud pręcitatos Doctores.

SECVNDA PROPOSITIO.

26 Parochi, aut alij Sacerdotes non poſſunt in votis diſpenſare, niſi ſpeciale priuilegium habeant. Ita communiter Doctores. Ratio eſt quia Parochi nõ habent iuriſdictionem fori externi; poteſtas aũt diſpẽſandi pertinet ad habentes iuriſdictionẽ fori externi, niſi aliqui ſpeciale priuilegium habeant

beant

Digitized by Google

beant diſpēſandi in votis, hęc enim poteſtas Sacerdotibus cōcedi poteſt, cum ſit poteſtas iuriſdictionis, quæ delegabilis eſt, vt bene Suarez lib.6. cap. 12. in principio, & alij, quos in ſimili retuli de legibus.

Addo non ſolum Sacerdotibus verum etiam Clericis hanc poteſtatem demandari poſſe; Nam diſpenſatio voti fieri poteſt extra confeſsionem, & eſt actus externæ iuriſdictionis, cuius eſt capax Clericus. Ita Suarez loc. cit. & alij, quos in ſimili retuli de Cenſuris.

Hoc priuilegio gaudent confeſſarij mendicantium iuxta facultatem ſibi præſcriptam à ſuo ſuperiore, exceptis votis Summo Pontifici reſeruatis, vt per ſe patet, & voto peregrinationis vltra 40. milliaria, vt patet ex ipſorum priuilegijs, quibus ſtandum eſt.

Hoc tamen priuilegio diſpēſandi in votis gaudet capitulum ſede vacāte, quia ſuccedit in locū Epiſcopi, vt in ſimili docui de Legibus puncto 3.

Pręterea hoc priuilegio gaudent Prælati habentes Diœceſim, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.

Item Prælati regularium diſpenſare poſſunt in votis ſuorū religioſorum, habent enim poteſtatem quaſi Epiſcopalē in ſuos ſubditos. Ita Clauis Regia lib.6.c.11. nu.88. Suarez lib.6.c.10.nu.14.Leſsius nu. 107. in prima editione, Nauarrus c.12.n.75. & alij apud Sanchez lib. 4.c. 39. nu. 3. & apud Reginaldum lib.18. nu.340. Nomine autem Prælatorū veniunt Generales, aut Prouinciales, aut etiam alij iuxta conſtitutiones religioſorum.

27 An verò Prælatus poſsit commutare, aut diſpenſare in votis nouitiorum, diſſenſio eſt inter Doctores, nam Suarez lib.6.cap. 11. nu.9. Azor. prima parte lib. 11.cap. 19. quæſito 11. Reginaldus lib. 18. nu. 340. Clauis Regia lib.6. cap. 11. nu. 92. & alij, negant. Ratio eſt tum q̃a non gaudent priuilegijs religionis, cum nondum ſint perfectè ſubditi iuxta Rodriquez tomo 3. quæſtionū regul. quæſt. 51. art. vltimo, ſed videntur adhuc eſſe ſui iuris. Tum q̃a Prælati non poſſunt illis concedere dimiſſorias, vt eſt communis Doctorum opinio, ergo neque videntur poſſe in uotis diſpenſare.

Alij verò vt Rodriquez in Summa 2. parte cap.89. concluſione 9. nu.10. relato Alcozer, & alijs, Leſſius loco citato num.80 & 107. Sanchez lib.4.cap.49. nu. 17. & Henriq. lib.7. cap. 22. nu. 7. probabilius affirmant. Ratio eſt tum quia, licet Prælatus non habeat poteſtatem dominatiuam in nouitios, vt patet ex ſupra dictis, & ſuſtinet Rodriq. loco citato cum Nauarro, & Lopez, tamen habet poteſtatem iuriſdictionis, cum ad Prælatum pertineat cognoſcere de nouitij delicto, & non ad Epiſcopum. Tum quia nouitius gaudet priuilegijs religionis iuxta Henriquez, & Sanchez locis citatis, Azorium prima parte lib.7. cap. 30. in fine, Molina tomo 1. diſp. 139. verſic. Præter hos, ergo etiam gaudere poteſt priuilegio diſpenſationis. Tum quia Prælatus habere videtur iuriſdictionē in nouitios, quā habent Epiſcopi in exiſtentes in ſua Diœceſi.

28 Ex quo patet à fortiori nouitios poſſe in religione abſolui a caſibus reſeruatis, à quibus abſolui poſſunt religioſi profeſsi, cum non requiratur tanta ſubiectio ad abſolutionem

Digitized by Google

lutionem caſuum quãta requiritur ad commutationem, vel diſpenſationem. Ita Reginaldus, Viualdus, & alij, quos retuli de Pęnitentia q. 7. pun. 4. §. 1. nu. 28. quamquam iſti Doctores putant nouitios ſi egrediantur reincidere, quod ego non facilè admiſerim, nec puto vſu receptum. Addo non ſolum Pręlatos nouitiorum poſſe cum ipſis diſpenſare; verum etiam proprium ipſorum Epiſcopum, quia nondum plenè exẽpti ſunt à iuriſdictione Epiſcopi, & nondum plenè ſubiecti ſunt Prælato religionis. Proprius autẽ Epiſcopus cẽſetur is, in cuius Diœceſi nouitius probationem facit, nam nouitius ibi habitare incipit cum affectu ibi perpetuò manendi, & deſerendi prius domicilium. Ob id experientia docet nouitium ad ordines admitti ab Epiſcopo loci, vbi eſt in probatione. Ita Francus, Cuccus, Goffredus, & alij apud Sanchez lib. 4. c. 39. n. 20. contra Suarez lib. 6. de voto c. 11. nu. 9. & alios.

29 An verò Abbatiſſæ diſpenſare poſsint cũ Monialibus nouitijs, vel profeſsis.

Reſpondendum eſt negatiuè, qa non habent iuriſdictionẽ ſpiritualem. Ita Clauis Regia loco citato, nu. 94. Reginaldus lib. 18. num. 340. Sotus in 4. diſt. 2. q. 1. art. 4. Suarez lib. 6. c. 10. num. 15. & Sanchez c. 39. nu. 7. Leſsius lib. 2. c. 40. dub. 13. nu. 107. & alij.

An verò Summus Pontifex poſſit hanc facultatem fœminæ delegare, conſtat ex ſupra dictis de Legibus puncto 3.

30 Quæres primò, vtrum habens facultatem commutandi ſibi delegatam, poſsit etiam diſpenſare.

Reſpondeo negatiuè loquendo de diſpenſatione propriè ſumpta, contra Sanchez lib. 4. c. 53. nu. 4 & alios. Ratio eſt quia cui conceditur minus non ideò conceditur maius, & cui conceditur eſus lacticiniorũ tempore ieiunij non ideò cenſetur conceſſa facultas veſcendi carnibus, vt conſtat ex dictis de Diſpenſatione. Ita Leſſius dub. 11. nu. 94. Clauis Regia c. 18. Suarez lib. 6. c. 12. nu. 4. Reginaldus nu. 339. Corduba de Indulgentijs lib. 5. q. 37. Couarruuias, Panormitanus, & alij apud Suarez loco citato, & apud Sanch. cap. 52. num. 3.

31 Quæres ſecundò, Vtrum Prælatus, aut alius habens facultatem generalẽ diſpenſandi in votis, poſſit etiam ſecum in votis diſpenſare, aut dare facultatem alteri, qui ſecum diſpenſet.

Reſpondeo affirmatiuè, nam hic eſt actus iuriſdictionis gratioſę, quẽ iure naturæ non repugnat exerceri in ſe ipſum, cum idem ſecũdum diuerſas rationes poſsit eſſe agens, & patiens, vt dictum eſt de Diſpenſationibus, & cum ſit actus delegabilis nihil obſtat quominus Prælatus poſsit hanc facultatem alteri committere ad diſpenſandum ſecum. Ita Rodriquez ſecunda parte c. 30. nu. 4. Sanchez lib. 8. de Matrimonio diſp. 3. nu. 8. & in Summa lib. 4. c. 37. nu. 45. & cap. 39. num 40. Henriquez lib. 14. c. 18. ad finẽ, & alij, quos retuli de Irregularitate diſp. 7. q. 5. pun. 1. ad finem nu. 8. contra Suarez lib. 6. c. 11. n. 4. Clauem Regiam lib. 6. cap. 11. nu. 107. & alios.

32 Quæres tertiò, vtrum habens facultatem diſpenſandi, vel commutandi vota, poſsit etiam diſpenſare, vel commutare iuramenta.

Reſpõdeo negatiuè cum Leſsio

lib. 2.

lib.2.c.42.dub.12.nu.60.& 62. Azorio prima parte lib. 11.c.10.quæſito 2. & alijs, quorum ſententiam probabilem exiſtimat Suarez de Voto lib.6.c.14. nu.75. & Sanchez lib. 4. c.853. nu.6. Ratio eſt tum quia facultas non eſt extendēda vltra verborum proprietatem, ſed iuxta verborum proprietatē aliud eſt votū, aliud iuramentum; ergo. Tum quia ſtylo Romanæ Curiæ introductum eſt, vt facultas circa iuramēta ſpecialiter exprimatur, dū poſtea conceditur circa diſpēſationem, & cōmutationem iuramentorum, ergo facultas circa votum non extenditur ad iuramenta, niſi ipſorum mentio fiat.

Contraria tamen ſententia non eſt improbabilis, ſi loquamur de Iuramentis factis Deo, quibus nullum homini ius acquiritur, & præſertim de Iuramentis, quæ fiunt in confirmationem voti; nā huiuſmodi iuramenta voti rationē inducere videntur. Hanc ſententiam ſuſtinent Suarez, & Sāchez locis citatis, Leſſius ex parte loco cit. & alij, quamplures apud præcitatos Doctores. Sed fundamentum horum Doctorum non adeò firmum, & validum eſt, quia ex duplici ratione à nobis aſsignata facilè diſſoluitur.

33 Quæres quartò, vtrum habēs facultatem diſpenſandi, vel commutandi vota, teneatur diſpenſare, vel commutare, &c.

Reſpondeo per ſe loquendo non teneri, nam huiuſmodi commutatio, vel diſpenſatio eſt gratia, gratia autem liberaliter fit ex voluntate concedentis vt in ſimili docui de Diſpenſationibus: fieri tamen poteſt vt aliquando teneatur diſpenſare, &c. vt à contrario docui de Pœnitentia q.7. puncto 5. §.3. n.19.

Maior difficultas eſt an obſtrictꝰ vinculo voti teneatur aliquādo petere diſpenſationem, vel commutationem, vel irritationem.

Reſpondeo teneri ſaltem ex charitate dum proximum peccādi periculum ſubit non petendo diſpenſationem, nec alia ratione poteſt occurrere illi periculo. Ratio eſt quia quilibet tenetur cauere periculum peccandi, & propriæ ſaluti ſpirituali conſulere. Ita Sanchez lib.4 cap.46. nu.11.

34 Quæres quintò vtrum ſuperior ſciens obſtrictum voto facere contra votum, & tacens cenſeatur diſpenſare.

Reſpondet Sanchez in Summa lib.4. cap.47. nu.46. Clauis Regia lib.6. cap. 11. nu.114. & alij, Superiorem cenſeri diſpenſare, ſi taceat & non contradicat, dum facile, poteſt contradicere. Ratio eſt quia ſuperior non præſumitur peccare, præſumeretur autem grauiter delinquere non diſpenſando in tali euentu, faceret enim cōtra propriū munus, cum illi incumbat ex officio delicta ſubditorum impedire, & de nullo pręſumendum ſit peccatum l. Merito ff. pro ſocio. Idem ſentiendum putant de irregulari quem ſuperior ſcit facere contra irregularitatem, & tacet.

Suarez verò lib. 6. de voto cap. 27. ad finem nu. 19. Tabiena verbo Abſolutio nu.43. & alij negant diſpenſare, quia ſicut ſuperior nō pręſumitur in tali euētu dare iuriſdictionem abſoluendi à reſeruatis illi, quem videt confeſsiones audire abſque facultate vt multis Doctoribus relatis, docui de pœnitentia diſp. 5. quæſt. 7. puncto 4. §. 1.

Ita

Digitized by Google

Ita neque præſumitur diſpenſare. vtraq; opinio eſt ꝓbabilis,ſed mihi probabilior videt̃ ſecũda quoties cũ taciturnitate nõ ſunt coniuncta talia ſigna, quibus ſufficiẽter indicetur diſpenſatio, ſeu conceſsio,vt acceptari poſsit.Nam taciturnitas per ſe loquendo non habetur pro expreſsione conſenſus, conſequenter non ſufficit ad concedendam, & acceptandam diſpenſationẽ,niſi cum alijs ſignis coniungatur, præſertim cum fieri poſsit vt ſuperior taceat iuſtis de cauſis, quæ nobis ſunt ignotæ, vt docui de pęnitentia loco citato.

Hinc ſolui poteſt illa difficultas qua quæritur vtrum ſuperior cenſeatur cum eo diſpenſare, quem ad aliquem actum admittit ſciens ipſum habere impedimentum ad talem actum, ex.g. vtrum cenſeatur diſpenſare in voto non nubendi cũ eo, quem ſciens tali voto obſtrictũ admittit ad matrimonium.

Reſpondeo affirmatiuè cum Sãchez loco citato,Claue Regia loco citato, Syluestro,& alijs. Ratio eſt tum quia licet taciturnitas per ſe loquendo non ſit ſufficiens indicium conceſsionis, cum non habeatur pro expreſsione conſenſus, nihilominus ſi cum alijs ſignis coniungatur fieri poteſt vt pro expreſsione conſenſus accipiatur. Tum quia non ſolum verbis; ſed etiam factis concedi poteſt diſpẽſatio, nullo enim iure certa verborum forma præſcribitur, vt docet idem Sanchez nu.42. Suarez lib.19. citato, Syluester votum 4. quæſito 8.& alij, quos retuli de diſpenſationibus: Admiſsio autem ad actum eſt ſignum ſufficiens ad indicandã conceſsionem ad illũ actum. Tum quia ſuperior non præſumitur velle cum peccato admittere ſubditũ ad illum actum, ad quem poteſt illum ſine peccato admittere ablato impedimento, quo aſtrictus tenetur,nullus enim pręſumitur peccare l. Merito, ff. pro ſocio; ergo cenſetur diſpenſare admittendo ad illum actum, ſicut admittens irregularem ad ordines, quem ſcit irregularem eſſe, præſumitur diſpenſare in irregularitate, & dãs litteras dimiſſorias irregulari,quem ſcit irregularem eſſe cenſetur etiam dare facultatem, vt diſpenſari poſsit in irregularitate,vt dictum eſt de irregularitate quæſt.5.puncto 2.n.9. cũ Auila,Suarez,Vgolino,Henriquez, & alijs.

36 Quæres ſextò vtrum qui dubitat an verum tacuerit, aut falſum expreſſerit in obtinenda diſpenſatione poſsit vti diſpenſatione.

Reſpondeo poſſe quia non præſumitur, deliquiſſe in obtinẽda diſpenſatione l. Merito ff. pro Socio. Ita Sanchez cap.44. nu.9. An verò qui diſpenſationem obtinuit tacitò vero,aut falſo expreſſo,ſed dubitat an taciturnitas veri, vel expreſsio falſi fuerit cauſa finalis, vel ſolum impulſiua diſpenſationis, conſtat ex dictis de diſpenſationibus puncto 6. ad finem.

37 Quæres vltimo, vtrum impetrans diſpenſationem poſsit ea vti, ſi dubitet an ſuperior ſit legitimus ſuperior, & an illi⁹ facultas ad hũc caſum extendatur.

Ad primam partem reſpondeo, poſſe vti diſpenſatione obtenta ab eo, qui eſt in poſſeſsione ſuperioritatis,nam poſſeſsio ſtat pro ſuperioritate,qua priuari non poteſt, niſi certò conſtet ipſum non eſſe legiti-

gitimum ſuperiorem, conſequenter ſuperior poteſt diſpenſare, & is, qui diſpenſationem obtinuit, poteſt ea vti, etiáſi dubiũ perſeueret poſt adhibitam diligentiam ad inquirendum an ſit legitimus, & verus ſuperior; adhuc enim illi poſſeſsio ſuffragatur, vt patet ex dictis de petitione debiti, quando dubitatur de validitate matrimonij. Ita Sãchez lib. 4. c. 32. nu. 4 & 15 & c. 44. nu. 2.

Ad ſecundam partem reſpõdeo quando dubitatur vtrum poteſtas diſpenſantis extendatur ad hunc caſum poſt adhibitam diligẽtiam, præſumitur extendi, nam poteſtas diſpenſandi fauorabilis eſt conſequenter eſt latè explicanda iuxta ſupra dicta de explicatione diſpenſationis, conſequenter ſuperior poterit diſpenſare, & ſubditus poterit vti diſpenſatione, niſi aliud obſtet. Ita Sanchez lib. 8. de Matrimonio diſp. 2. nu. 5. & in Summa lib. 4. c. 44. n. 5. & 10. & alij, quos retuli de Diſpenſationibus, & de Indulgentijs puncto 7. num. 3.

Idem à fortiori dicendũ eſt quãdo dubitatur an poteſtas extendatur ad hunc caſum, eo quod dubitetur hunc caſum, ſeu votum eſſe reſeruatum; Tũc enim Epiſcopus, vel alius facultatem habens diſpenſandi in votis poterit diſpenſare, & is, qui diſpenſationem petijt, poterit vti diſpenſatione; nam votum, quod dubitatur eſſe reſeruatũ, non præſumitur reſeruatum, cum reſeruatio ſit odioſa, cõſequenter nõ extendenda iuxta dicta de abſolutione à reſeruatis de Pœnitentia. Ita Suarez 3. parte, tomo 5. de Cenſuris diſp. 40. ſect. 6. nu. 5. & lib. 6. de Voto c. 26. nu. 4. Sanchez in opere Morali lib. 1. c. 10. nu. 74. & lib. 4. c. 40. nu. 26. & c. 44. num. 3. & alij, quos in ſimili retuli de Pœnitentia.

Secus dicendum videtur quãdo conſtat de caſu, ſeu voto reſeruato, & dubitatur de facultate circa illũ caſum, ſeu votum, tunc enim cẽſeo ſuperiorem, qui non eſt in poſſeſſione diſpenſandi circa illũ caſum, nõ poſſe diſpenſare, quia poſſeſsio ſtat pro reſeruatione, & dubium eſt de iuriſdictione: Sed in dubijs præſumẽdum eſt in fauorem poſsidentis, ergo præſumendum erit in fauorem reſeruationis, conſequenter ſuperior non poterit diſpenſare, vt in ſimili docui de Pœnitentia q. 7. puncto 5. §. 4. nu. 4.

Finis Quartæ Diſputationis.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO V.

Circa Tertium Decalogi Præceptum.

Memento vt diem Sabbati ſanctifices.

QVAESTIO VNICA.

1 *Præceptum dici poteſt, partim naturale, partim cæremoniale, partim humanum.*

2 *Sabbatum quid ſignificet.*

3 *Cur Eccleſia diem Dominicũ loco Sabbati conſtituerit.*

4 *Dies Dominicæ, & feſti dies aliorum Sanctorum ex præcepto colendi, inſtituti ſunt ab Eccleſia.*

CElebritas diei feſti iure optimo præſcribitur in tertio Decalogi præcepto, cum enim duobus prioribus Præceptis tollantur impediměta veræ Religionis nempè Idololatria, Infidelitas, &c. conſentaneum fuit addi tertium aliquod præceptũ, quo pertrahantur homines ad verã religionem, ad quam pertinet externo ſigno cultũ vero Deo exhibere, vt bene tradit S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. Clauis Regia lib. 7. c. 1. nu. 2. & alij.

Explicationem huius tertij pręcepti ad tria puncta reuocabimus. In primo agemus de feſtorũ inſtitutione. In ſecũdo de operibus vetitis in die feſto. In tertio de cauſis excuſantibus exercẽtes opera ſeruilia diebus feſtis.

1 Sed prius ſupponendũ eſt Præceptum celebrationis feſtorum eſſe partim naturale, partim cæremoniale, & partim humanum, vt bene aduertit S. Tho. loco citato. Sotus libro 2. de iuſtitia quæſt. 4. art. 4. Graff. 1. parte Deciſ. lib. 2. c. 34. nu. 1. Clauis Regia loco citato. Antonius de Litteratis 2. parte cap. 17. & alij. Quatenus hoc Præceptum

eſt naturale obligat omnes; nam lumine naturę cognoſcim⁹ aliquos dies cultui Diuino deputandos eſſe, quib⁹ ſinguli rebus Diuinis operam nauent. Ab aliquibus appellatur morale, quaten⁹ determinat aliquod tempus impendẽdum cultui Diuino; hoc enim pertinet ad mores: Quatenus verò hoc Præceptũ eſt cæremoniale non obligat in ipſamet die Sabbati, q̃a cæremonialia veteris legis deleta ſunt p̃ mortem Chriſti, vt ait S. Thom. 1. parte quæſt. 100. art. 3. Suarez de Legibus lib. 9. c. 18. & alij communiter, quos retuli de Baptiſmo. Quatenus deniq; hoc præceptum eſt humanum habet certos dies ab Eccleſia determinatos, vt diem Dominicum loco Sabbati, &c.

2 Sabbatum ſignificat requiem, ſeu ceſſationem, eo quod Deus die ſeptimo requieuerit, vt inquit Catechiſmus Pij V.

3 Ratio verò cur Eccleſia diem Dominicam conſtituerit loco Sabbati, multiplex eſt, primo quia Dominica dies eſt ſignum illius diei, qua Chriſtus reſurrexit. Secundo ne videremur conſentire cum Iudæis, & eorum cæremonias obſeruare. Tertio propter multas, & varias prærogatiuas, quibus hæc dies gaudet, quas liberum eſt cuique videre apud Clauem Regiam lib. 7. c. 1. nu. 6. Graffium loco citato, nu. 4. Suarez tomo 1. de Religione, lib. 2. cap. 4. apud Azorium 2. parte lib. 1. & apud alios explicantes hoc præceptum.

4 Hinc colligi poteſt obſeruationem Dominicæ diei non eſſe de iure Diuino, ſed Canonico, vt aiunt communiter Doctores contra Sylueſtrum, & Angelum, & conſequenter poſſe conſuetudine, vel humana poteſtate abrogari, & in aliam diẽ commutari, nam legitima conſuetudo, vel poteſtas poteſt iuri humano derogare. Idem dicendum eſt de feſtis Sanctorũ, quæ iure optimo ab Eccleſia inſtituta ſunt, tũ vt ipſorum exemplo ad bene agendum inducamur, tum vt ijs Interceſſoribus conſequamur à Deo, quod optamus, impendẽdo ipſis honorem, & cultum; tum vt aliquod lętitiæ ſignum de ipſorũ gloria exhibeamus. Vide Clau. Reg. lib. 7. c. 1. n. 9.

PVNCTVM PRIMVM.

Ad quem pertineat Diem feſtum inſtituere.

1 *Summus Pontifex, & Concilium generale inſtituere poſſunt dies feſtos.*

2 *Epiſcopi iure communi poßunt feſtos dies in ſua Eccleſia inſtituere, non tamen in honorem Sancti nondum canonizati.*

3 *An Epiſcopus diſpenſare poſſit cum aliquo in die feſto, remiſſiuè reſpondetur.*

4 *Reſpublica, vel ciuitas, vel Princeps ſecularis non poteſt dies feſtos, tum etiam ſacros conſtituere; poteſt verò prætextu ciuilis honoris, vel alio titulo.*

5 *Sola Laicorum conſuetudine introduci non poſſunt dies feſti.*

6 *Quandonam incipiant, aut terminentur dies feſti.*

7 *Poteſt inſtitui dies feſtus colendus tantum vſque ad meridiem.*

TRia, breuiter quæram in hoc puncto. Primo vtrum Summus Pontifex, & Concilium Generale poſsint dies feſtos inſtituere. Secundo

cundò vtrum Epiſcopus. Tertiò vtrum ſeculares.

PRIMA PROPOSITIO.

1 SVmmus Pontifex,& Conciliũ Generale ius habẽt inſtituẽdi dies feſtos, & receptos abrogãdi in tota Eccleſia. Ratio eſt quia Pontifex, & Concilium Generale ſunt ſupra totam Eccleſiam,nec requirunt conſilium aliorum, ergo ſi dies feſti poſſunt ab aliquo inſtitui, vel abrogari,maximè poſſunt à Summo Pontifice,vel Concilio Generali. Ita Clauis Regia lib.7. c.3. nu. 16. Suarez tomo 1. de religione tractatu 2.lib.2.c.11. num.4. & alij communiter.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 EPiſcopi iure cõmuni poſſunt in ſua tãtum Diœceſi feſtos dies inſtituere cum Clericorum, & populi cõſenſu. Ita Sãchez in opere Morali lib.2. c. 43. nu.11. Suarez loco citato,Clauis Reg. lib.7. c. 3. nu.16.Eman. Sà verbo Feſtum, Angelus verbo Feriæ,num.5. & alij,& colligitur ex cap. pronunciandum de conſecratione, cõſuetudine tamen receptum eſt, vt feſti dies inſtituãtur ab Epiſcopo adhibito ſolum Clericorum conſilio. Ita Azorius 2.parte lib.1.c.26. quæſito 2. & alij. Verum tamen eſt Epiſcopum non poſſe inſtituere diem feſtum in honorẽ alicuius Beati nondũ relati in numerum Sanctorum cap. 1. de Reliquijs,& veneratione Sanctorũ, & c.finali de ferijs. Ita Sanchez in Summa, lib.2.c 43.num. 9. Syluest. verbo Dominica, quæſito 1. Azorius 2.par.lib.1.c.26.quæſi.4& alij.

3 Vtrum verò Epiſcopus cum aliquo diſpẽſare poſſit in diebus feſtis à ſe, vel ab Eccleſia inſtitutis, patet ex dictis de diſpẽſationibus.

TERTIA PROPOSITIO.

4 PRinceps ſecularis, vel Ciuitas, vel Reſpublica non poteſt dies feſtos tanquàm ſacros inſtituere. Ratio eſt tum quia cultus diei feſti eſt actus religionis; poteſtas autem ſecularis non poteſt aliquid religioſum, vel ſacrum præcipere, cap. Cum laicis de rebus Eccleſiæ non alienandis, & cap. Decernimus de Iudicijs. Tũ quia ſi laica poteſtas poſſet præcipere dies feſtos, poſſet etiam prohibere, ſed falſum eſt poſſe prohibere, ergo etiam falſum eſt laicam poteſtatem poſſe dies feſtos inſtituere.Ita Syluester loco citato n.2. Emanu. Sà loco cit.Suarez lib.2.de religione c. 12. nu. 2. Clauis Regia loco citato nu.17. Azorius loco cit. quæſito 5.& alij. Poteſt quidẽ Princeps ſecularis prætextu ciuilis honoris,vel alio titulo præcipere ſubditis, vt tali die à ſeruilibus operibus, à forẽſibus negotijs,& ab alijs ciuilibus negotijs abſtineãt,& poteſt tranſgreſſoribus pœnam irrogare; legiſlator enim poteſt pęnam indicere violatoribus legis,non tamen poteſt abſolutè percipere ex virtute religionis, vt dies feſti inſtituantur, & ſacrum audiatur, vt patet ex ratione allata; ſed hoc pertinet ad Summum Pontificem, & ad Epiſcopos, ad quos etiã pertinet punire violatores diei feſti, quatenus obſeruatio diei feſti inter opera ſpiritualia connumeratur, ad illum enim pertinet punire cõ-

temptores diuini cultus, ad quos pertinet obligare ad diuinum cultum vt bene Suarez loco cit.nu.7.

5 Hinc colligi poteſt per ſolam laicorum conſuetudinem non poſſe dies feſtos introduci, nam ipſorum poteſtas non extenditur ad actus religioſos, quapropter non committitur peccatum contra religionem non audiendo ſacrum, aut non abſtinendo ab operibus ſeruilibus in diebus feſtis per ſolã laicorum poteſtatẽ alicubi introductis; conſuetudo verò mixta laicorum, & Clericorum, ſicut poteſt dies feſtos abrogare, ita etiam poteſt inducere, vt patet ex dictis de conſuetudine. Ita Doct. citati.

Vtrũ verò teneamur feſtos dies conſuetudine, aut voto, aut iuramento maiorum noſtrorum receptos obſeruare, patet ex dictis de voto. Vide Emanuelem Sà verbo Feſtum, num.3. Nauar.c.12.num.79. Clau.Reg.lib.7.c.3. nu.19. Rodriq. in Summa parte 2. c. 99. Azorium quæſito 7. Sanchez, & alios, quos retuli de voto.

6 Quæres primò quandonam incipiant, & terminentur dies feſti.

Reſpondeo apud aliquos incipere à veſperis diei præcedentis, apud alios à media nocte, apud alios ab initio ipſius diei feſti. Ego verò cenſeo cum Graffio loco cit. num.22. Suarez tomo 1. de religione lib.2.c.31.nu.4. Azor.2.parte lib. 1.c. 18. quæſito 9. Clau. Reg.lib.7. c.3.num.13. Nauar.c.13.num.5. Rodriquez 1 parte c.122.nu.1. & alijs apud Azor.c.27.quæſito 12. Seruãdam eſſe loci conſuetudinem, qua attẽta dies feſtus apud nos incipit à media nocte vſq; ad mediã proximè ſequentem, vt etiam contingit in ieiunio.

7 Quæres ſecundò, vtrum inſtitui poſſit dies feſtus colendus ſolus vſque ad meridiem.

Reſpõdeo affirmatiuè, quia nulla ſufficiens implicantiæ ratio afferri poteſt, cur hoc nõ liceat; tum quia qui poteſt totum, poteſt etiam partem præcipere. Ita Azor. c. 26. quæſito 8. & Nauar.c.13.nu.5.

Hinc ſequitur Epiſcopo præcipiente, vt aliqua dies colatur vſq; ad meridiem, Miſſæ ſacrum eo die audiendum eſſe.

PVNCTVM II.

Quænam opera permiſſa, vel prohibita ſint in die feſto.

1 *Obſeruantia diei feſti duo præcepta continet, affirmatiuum, & negatiuum.*
2 *Præceptum diei feſti non obligat ad contritionem eo die eliciendam.*
3 *Præceptum diei feſti nõ obligat ſpecialiter ad abſtinendum à peccatis*
4 *Quodnam dicatur opus ſeruile.*
5 *Opera noſtra alia ſunt animæ, alia corporis; alia ſeruilia, & alia non.*
6 *Opera animæ permittuntur in die feſto.*
7 *Licitum eſt ſtudere, ſcribere, & informare iudices in die feſto.*
8 *Licitum etiam eſt conficere conſulta.*
9 *Licitum eſt concurrere ad conſilia, & eligere ad officia.*
10 *An ſit licitum placitum, Iudicium criminale, ſacramentum publicum, & mercatus in die feſto, & quid horum nomine intelligatur.*
11 *Contractus celebratus in die feſto validus eſt. Idẽ dic de inſtrumento.*

Digitized by Google

12 *Qualibet ſententia tam ciuilis, quam criminalis requirens ſtrepitum iudicialem vetita eſt in die feſto.*

13 *Appellatio licita eſt in die feſto.*

14 *Citatio facta in die feſto non eſt valida.*

15 *Citatio facta pro die feſto non obligat ad comparendum die proximè ſequenti.*

16 *Idem dicendum videtur ſi non fiat formaliter pro die feſto, ſed pro tali die, in quem incidit dies feſtus.*

17 *Validum eſt præceptum citationis, quo præcipitur vt compareat intra aliquos dies, intra quos incidit dies feſtus.*

18 *An reus facta ſemel citatione poſſit iterum citari.*

19 *An reus citari poſſit dum exiſtit in loco, in quo dies feſtus non celebratur.*

20 *Non poteſt teſtis in die feſto recipi, & examinari.*

21 *Examen teſtium non poteſt præciſa conſuetudine in die feſto cõtinuari.*

22 *Non poteſt licitè, aut validè fieri executio ſententiæ in die feſto.*

23 *Opera corporalia ſeruilia vetita ſunt in die feſto.*

24 *Non prohibentur opera communia dominis, & ſeruis.*

25 *Licitum eſt iter facere, parare neceſſaria ad iter, vti muſicis inſtrumentis, ſcribere etiã ex officio, aut tranſſcribere lucri cauſa. Non verò pingere, vel recamaturas facere.*

26 *Quæ licitè fiunt in die feſto, poſſunt etiam fieri cum lucro.*

27 *Fideles non tenẽtur in die feſto concionem audire.*

28 *Afferuntur argumenta in contrariũ, & ſoluuntur.*

29 *Parochi, qui raro, aut nunquam concionem habent ad populum, eo quod in ea vrbe, vel Parochia non deſint concionatores, an excuſentur.*

30 *Quandonam peccent Parochi, qui ad populum concionem, non habent.*

31 *An huiuſmodi Parochi peccent grauiter non concionando, eo quod faciant contra Tridentini decretum, etiam præciſa ſubditorum neceſſitate.*

32 *Parochus, qui prætermiſit duobus, vel tribus menſibus concionem, toties peccat quoties eam iterum ſine iuſta cauſa prætermittit.*

1 NOtandum primò obſeruantiam diei feſti duobus præceptis contineri. Vno affirmatiuo, altero negatiuo.

Negatiuum prohibet opus ſeruile, affirmatiuum verò præcipit auditionem Miſſæ, de qua, ſufficienter egimus in tractatu de Sacramentis diſp. 4. quæſt. vlt. puncto 11. cum ſequentibus. An verò præcipiat concionem audiri patebit ex infra dicendis.

2 Hic ſolum explicandum eſt primo, vtrum præceptum affirmatiuũ obſeruantiæ diei feſti obliget fideles ad actum dilectionis Dei, vel ad contritionem de peccatis eliciendam in die feſto.

Reſpondetur negatiuè cum Nauar. c. 13. num. 3. Valen. tomo 3. diſp. 3. quæſt. 19. puncto 1. Claue Regia lib. 7. c. 3. num. 5. Suarez loco citato c. 16. num. 14. Soto lib. 2. de iuſtitia quæſt. 4. art. 4. Sanchez in Summa lib. 2. cap. 35. & alijs, quos retuli de Sacramentis diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 1. puncto 2. num. 7. contra Angelum verbo Feriæ, num. 41. & alios apud præcitatos DD. Ratio eſt tum quia contritio eſt actus merè internus; Eccleſia autem actum merè internum præcipere non poteſt. Tum qa

nullo iure, probatur hunc actum, eo die præcipi.

3 Secundò explicandum eſt vtrū præceptum diei feſti adnexam habeat ſpecialem obligationem, qua fideles teneantur à peccatis abſtinere in die feſto, & vtrum peccantes in die feſto duplex peccatum admittant, vnum contra obſeruantiam diei feſti, alterum contra ſpecialem virtutem.

Reſpondetur negatiuè cum Nau. c.6.num. 10.Caiet.2.2.q.122.art.4. Graſſio loco cit.num.8.Azor.c.28. quæſito 10. & alijs apud Suarez loco citato cap.18.num 2.3.4.& 5.& patet ex dictis à nobis de pęnitentia diſp.5.q.5.ſect.2. puncto 2.§. 3. difficul.3.nu.28. Quare fornicatio in die feſto commiſſa, cōtinet quidem peccatum contra caſtitatem, ſed non contra religionē diei feſti, conſequenter pœnitens non tenetur in confeſsione explicare ſe fornicatum eſſe in die feſto.

Ex his igitur conſtat præceptū affirmatiuum celebrationis feſtorum continere obligationem audiendæ Miſſæ non verò contritionis eliciendæ, vel ſpecialiter abſtinendi ab alijs peccatis.

Obijcies ſi præceptum diei feſti obligat ſolum ad abſtinendum ab operibus ſeruilibus, & ad Miſſæ ſacrum audiendum, non verò ad contritionē, vel ad alios virtutū actus, ſequitur liberum eſſe homini reliquam diei partem inſumere ludendo, confabulando, otioſè viuendo, &c. hoc autem non eſt admittendum, cum melius ſit ſeruilibus operibus operam nauare, quam confabulationibus, aut otio indulgere: ergo dicendum videtur non ſolum ſacri auditionem præcipi, verum etiam dilectionem Dei, contritionem, abſtinētiam à peccatis, aliorumq; bonorum operum exercitiū.

Reſpondeo præceptum colendi feſtum diem præcisè cadere in abſtinentiam ab operibus ſeruilibus, & in auditionem ſacri, conſequenter confabulantem, vel ludentem in die feſto, audito ſacro, & præciſis operibus ſeruilibus, non peccare ſpecialiter contra præceptū diei feſti; quamuis enim Eccleſia ideò prohibuerit opera ſeruilia, vt fideles rebus diuinis facilius vacare poſsint in die feſto; non tamen alias res diuinas pręcepit, cum finis præcepti, vt ſic, non cadat ſub præceptum, & præceptum diei feſti reſpiciat tanquam materiam auditionem Miſſæ, & abſtinentiam ab operibus ſeruilibus, tanquam finem verò exercitium diuinorum, & Dei cultum. Ita DD. citati.

4 Notandū ſecundò, ſeruile opus dici illud quod ex ſe habet quendā famulatum, & ab illis ſolum communiter exercetur, qui alijs inſeruiunt, ſeu vt ait Suarez loco citato c.20.nu.3.cum S.Thoma 2.2.q.122. art.4. Caietan.2.2.q.122.art.4.& alijs; opus ſeruile dicitur illud ad cuius exercitium ſeruos deputatos habemus, vt opus arandi, ſeminandi, ſuendi, & alia huiuſmodi opera mecanica, quæ ſeruis propriè conueniunt, etiamſi per liberos nōnunquam exerceātur. Idem docet Toletus lib.4.c.24. Clauis Regia c.2. nu.2.Nauar.c.13.nu.3.Reginal.lib. 19.num.4.& alij communiter.

5 Notandum tertiò, opera noſtra alia eſſe corporis, alia animæ, cuiuſmodi ſunt legere, ſcribere, docere, diſputare, concionari, conſulere, & ſimilia, quæ opera animæ nuncu-

Digitized by Google

nuncupantur; Rurſus opera corporis, alia eſſe ſeruilia ex ſuo genere, alia non. Ita Suarez loco citato, Azor. 2. parte lib. 1. c. 28. quæſito 1. Caiet. loco citato, Reginaldus nu. 35. Nauar. c. 13. nu. 11. Clauis Regia lib. 7. c. 2. num. 3. 4. & 5.

PRIMA PROPOSITIO.

6 OPera animæ, ideſt, quæ ab anima procedunt, permittuntur, & licitè fiunt in die feſto exceptis quibuſdam caſibus in iure expreſsis. Ita S. Thomas 2. 2 q. 122. art. 4. Nauar. c. 13. num. 12. Graffius prima parte deciſ. lib. 2. c. 34. nu. 16. Sotus de iuſtitia, & iure q. 4. art. 4. Azor., Suarez, Reginaldus, Syluester, & alij communiter locis infra citandis. Ratio eſt quia opera animæ non ſunt opera ſeruilia; opera autem, quę nō permittuntur in die feſto ſunt opera ſeruilia.

7 Hinc ſequitur primò, licitū eſſe aduocato in die feſto dare operam ſtudijs cauſa litiū, ſcribere quibus ſtuduit, informare Iudices ſcripto, agere priuatim de lite cum Procuratore, referre cauſam apud Iudicem, vt ea cognita commodius ferat ſententiam, ita Suarez c. 30. nu. 9. Azor. cap. 27. quæſito 11. Graffius loco cit. Clauis Regia nu. 14. Reginaldus lib. 19. num. 35. Caiet. & alij locis citatis; hæc enim vel dicūtur opera animæ, vel ſaltè non veniunt nomine operum ſeruilium.

8 Secundò licitum eſſe Doctori diebus feſtis conficere cōſilia, quæ conſulta vulgo nūcupantur, etiamſi hoc faciat ob lucrum.

9 Tertiò licitum eſſe ciuibus ad conſilia conuenire, & eligere ad officia diebus feſtis; nam electio eſt opus animæ, qnamuis terminetur ad negotia temporalia, quæ ſe habent tantū materialiter ad electionem, quæ formaliter, & in ſe eſt terminus conſilij, & opus animę. Ita Caietan. in loc. cit. D. Thomę.

Obijcies contra propoſitionem, dicere ius, cauſas agere, &c. ſunt opera animæ, ſeù ſpiritualia, ſed hæc prohibentur in die feſto, ergo prohibita ſunt in die feſto opera animæ, & ſpiritualia.

10 Reſpondeo ius dicere, & cauſas agere ſpecialiter prohiberi ab Eccleſia cap. primo de ferijs, vbi quatuor prohibentur, videlicet mercatus, Placitum Iudicium criminale, & ſacramentum publicum, propterea in propoſitione dixi exceptis quibuſdam caſibus in iure expreſsis.

Nomine mercatus non intelligo nundinas, quę bis, vel ter fiunt in anno, nam hæ licitę cenſentur ob conſuetudinem, modò Prælati locorum ſcientes non contradicant, & conſuetudinem in ſuo territorio non reprobent, nec abrogare cōtendant.

Vtrum verò tempore nondinarū audiendum ſit ſacrum.

Reſpondetur audiendū eſſe niſi aliter per legitimam conſuetudinē receptum ſit, nam huiuſmodi conſuetudo eſt odioſa, vtpotè contraria iuri conſequenter, ſtrictè explicāda eſt, & ſicut diſpenſatio in vna re non extenditur ad aliā, ita neq; conſuetudo.

Nomine mercatus non intelligo hoc loco emptiones rerum ſpectātium ad victum illius dici iuxta cōſuetudinem loci à ſuperiore non reprobatam, nam experientia teſte licitè hæc emuntur, & venduntur,

Digitized by Google

modò non émantur, aut vendantur hora ab Epiſcopis vetita, ſolent enim Epiſcopi prohibere, ne hæc fiant dato certo campanæ ſigno, aut nondum facta concione ante veſperas &c.

Sed intelligo cum Suarez c. 29. Sayro, Azorio, & Toleto in explicatione huius præcepti, primo emptiones, & venditiones particulariũ, quæ quotidie fieri ſolent.

Secundò eos mercatus, qui ſingulis habentur hebdomadis, niſi conſuetudo alicubi eos permittat, & ſuperior loci non contradicat, ſicut alicubi conſuetudine permiſſum cernimus, vt vulgares homines ad vrbem deferãt in die feſto oua, pullos, fructus, &c.

Nomine placiti intelligitur quęlibet lis, & cauſa fori, quæ agitur in iudicio, ſeu iudiciũ ciuile, ſeu quæcunque pertinent intrinſecè ad acta iudicij, ſeu quæcunque ſpectant ad formationem proceſſus, vel ad prolationem ſententiæ; hæc enim prohibentur fieri in die feſto cap. 1. de ferijs cit. Immo etiam irritantur ſi eo die fiant, quamuis enim ex iure ciuili l. Vt in die C. de ferijs, non clarè colligatur eſſe irrita ipſo facto, nam ibi ſolum dicitur. Quod contra factum fuerit omnibus modis irritetur, tamẽ ex pręcitato capite aperte conſtat ipſo facto irritari, nam dicitur, *nec proceſſus teneat, nec ſententia.* Ita Azor. 2. parte lib. 1. c. 27. quæſito 12. Suarez tomo 1. de religione trac. 2. lib. 2. cap. 30. nu. 1. & 7. Reginaldus lib. 19. n. 44. & alij communiter. Hoc tamen intelligẽdum eſt, cum vna ampliatione, & vna limitatione. Ampliatur etiãſi de conſenſu partium fiãt, cum enim hæc prohibeantur intuitu honoris Dei non poſſunt partes cedere huic decreto irritanti proceſſum, & ſententiam latam in ferijs feſtiuitatũ. Secus dicendum eſt de ferijs aliorũ temporum, cum enim ferię aliorum temporum non fuerint inſtitutæ in honorem Dei, ſed in fauorem, & leuamen partium, poſſunt partes iuri ſuó cedere conſentiendo, vt proceſſus, & ſententia fiat in ferijs aliorum temporum. Ita Panormit. cap. Conqueſtus de ferijs, & Suarez cap. 30. nu. 2. quamuis contrariũ ſentire videatur Azorius loco cit. nixus diſpoſitione legis Vt in die C. de ferijs, vbi dicitur, *ſi diebus feſtis aliquid actum fuerit in iudicio omnibus modis irritetur*, Verum ad hunc textum reſponderi poteſt omnibus modis irritandum, niſi adſit partiũ conſenſus, ſed poſtea nobiſcũ ſentit quæſito 18.

Limitatẽ pręciſo neceſsitatis caſu; cum enim neceſsitas nõ habeat legem, ſequitur proceſſum, & alia ad ſtrepitum iudicialem pertinentia non ſolum validè, verum etiam licitè fieri poſſe in die feſto vrgẽte neceſsitate: propterea iudices rurales iudicium diebus feſtis exercẽtes in ciuilibus negotijs ad pauperes pertinentibus, excuſari poſſunt, dum pauperes à ſuis ſeruilibus actionibus deſiſtere non poſſunt ſine grauiori incommodo. Ita Nauar cap. 13. nu. 13. Reginald loc. cit. nu. 44. Azor. quæſito. 11. & 12. Caiet. art. 4. cit. & alij.

Idem dicendũ eſt ſi iudex modò huc, modò illuc pergere cogitur ad ius dicendum ob Pagorum multitudinem, aut ſi bonum pacis, & cõcordiæ, aut pietatis, ita exigit cap. vlt. de ferijs, & l. vltima, C. de ferijs. Ita Azor. & alij locis cit. Toletus

tus lib. 4. cap. 24. Clauis Reg. lib. 7. cap. 2. nu. 18.

Idem dicendum eſt, quando iudex, vel teſtis alio tempore commodè haberi non poteſt, aut ſi periculum ſit vt interpoſita dilatione, iuſtitia impediatur. Ita Caiet. 2. 2. quæſt. 122. art. 4. Nauar. Clauis Reg. Reginal. Azorius, & alij locis citatis.

Nomine iudicij criminalis intelligitur ſententia mortis, aut alia quæuis corporalis pœna, quam iura in die feſto capit. 1. citato vetant; præciſa tamen neceſsitate, qualis contingit quando expedit captum ob ſceleris notorij grauitatem ſtatim abſque proceſſu damnari, aut quando periculum timetur impediendæ iuſtitię, ſi reus captus vlterius detineatur, aut quando ita poſtulat conditio belli; lex enim benignè accipienda eſt, nec præſumitur obligare cum graui incommodo, aut contra commune iuſtitiæ, vel Reipublicę bonum.

Nomine ſacramenti publici intelligitur iuramentum iudiciale, nam cap. 1. cit. prohibetur ferri iuramentum in iudicio die feſto, ſecluſa cauſa pacis, aut magnæ neceſsitatis, aut cauſę pię, vt patet ex ratione proximè allata. Ita Suarez tomo 1. de Religione trac. 2. lib. 2. cap. 30. nu. 17. Azor. Clauis Regia, & alij locis citatis.

Circa hos quatuor caſus in iure expreſſos, & à communi regula à nobis in propoſitione exceptos nō nullæ difficultates emergunt hic diſſoluendæ. Circa primum caſum, ſeu circa illam particulam, Mercatus.

11 Difficultas eſt; vtrum mercatus, ſeu contractus factus in die feſto teneat.

Reſpōdeo affirmatiuè, quia nullo iure irritatur. Addo etiā inſtrumentum factum extra iudicium ad confirmationem contractus validū eſſe; non enim dicitur factum in iudicio, quæ autem fiunt in iudicio non ſolum prohibentur, verum etiā irritantur cap. 1. de ferijs cit. Ita Syluester verbo Dominica quæſito 3. Abbas cap. vlt. de ferijs, Suarez loc. cit. nu. 2. & alij communiter.

12 Circa illam particulam, Placitum.

Difficultas eſt primò vtrum non ſolum ſententia criminalis, verum etiam alia quæuis ſententia vetita ſit in die feſto.

Reſpondeo quamlibet ſententiā requirentē ſtrepitum iudicialem, aut cum ſtrepitu iudiciali coniunctam vetitā eſſe in die feſto, vt patet tum ex cap. vlt. de ferijs, tum ex l. vt in die, C. de ferijs, vbi præcipitur, vt omnis vox iudicis ſileat in die feſto; hoc autem maximè valet in voce, ſeu ſentētia iudicis pertinente ad ſtrepitum iudicialem, ita cōmuniter DD. Aliæ verò ſententiæ non requirentes ſtrepitum iudicialem non videntur prohibitę in die feſto, vt patet in abſolutione excommunicationis, in diſpēſationibus, priuilegijs, alijsquè actibus voluntariæ iuriſdictionis, qui ſinę ſtrepitu iudiciali fiunt. Ita Panormit. cap. vlt. cit. Suarez loc. cit. c. 30. n. 9. Federicus de Senis conſ. 11. 12. & 13. apud Suarez lo. cit. & apud Azor. loc. cit. cap. 27. quæſito 12. vbi docet ſententiam, quæ fertur abſq; ſtrepitu iudicij; ſicut fieri pōt cum ſufficiens cauſæ cognitio præceſsit, validam eſſe. Reginald. num. 44. & alij quā plures apud Panormit. loc.

loc. cit. contra Toletum lib. 4. cap. 24. num. 13. & Antonium Butium cap. conqueſtus de ferijs.

Hinc patet à fortiori actus extraiudiciales non eſſe vetitos in die feſto præciſa alia circunſtantia, nã ſine iudiciali ſtrepitu fiunt. Ita cõmuniter DD. ob id à mortali excuſari poſſe videntur notarij, & officiales curiæ, qui Domi priuatim traſcribunt; nam iſti actus non dicuntur fieri cum ſtrepitu iudicij; Item excusãtur creditores, qui priuatim, & extra iudicium debitum exigunt à ſuo creditore. Ita Azor. 2. parte lib. 1. cap. 27. quæſito 11. nec diſſentit Clauis Reg. c. 2. nu. 15.

13 Secundò difficultas eſt, vtrum appellatio licita ſit in die feſto. Suarez loc. cit. cap. 30. nu. 13. & Reginald. loc. cit. nu 45. verſ. Quinta quæſtio, non audent conſulere in praxi licitè fieri poſſe. Tum quia appellatio ad actus iudiciales pertinet. Tum quia ſicut non eſt licita proſecutio appellationis, vt concedunt omnes DD. Ita neque licita videtur appellatio. Tum quia ex nullo iure colligitur licitã eſſe appellationem in die feſto.

Ego vero cum Panormit. cap. vlt. de ferijs, Gloſſa ibidem, Caiet. 2. 2. quæſt. 122. art. 4. verſ. Sed ad hoc, alijſq; DD. communiter arbitror, licitam videri appellationẽ in die feſto. Ratio eſt tum quia iure naturali cuilibet competit ius tuendi ſe ipſum quolibet die; appellatio autẽ inſtituta eſt ad ſui defenſionem. Tum quia licet admittamus appellationem ad actus iudiciales pertinere, nihilominus cum fiat ſine magno ſtrepitu, & res fauorabilis ſit, non videtur ſub vniuerſali actuũ iudicialium prohibitione contineri, teſte conſuetudine, quæ legitima legis interpres appellatur.

Hinc patet reſpõſio ad primam rationem in contrarium.

Ad ſecundam reſpondeo negãdo conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt quia proſecutio appellationis fieri ſolet cum maiori ſtrepitu. Tum quia non eſt adeò neceſſaria vt eſt appellatio, cum per appellationẽ ſuſpenſa ſit auctoritas prioris iudicis, nec periculũ immineat, vt reus damnum patiatur.

Ad tertiam. Reſpondeo appellationem licitam eſſe iure naturali, quo naturalis defenſio permittitur, nec iure poſitiuo prohiberi, vt patet ex communi Doctorum conſenſu, & ex recepta conſuetudine.

14 Tertio difficultas eſt, vtrum citatio facta in die feſto pręciſa neceſsitate, teneat.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia citatio pertinet ad ſtrepitum iudicialem, & eſt pars non modica iudicialis ſtrepitus, quæ autem ad iudicialem ſtrepitum pertinent, irritantur, ſi fiant in die feſto. Ita Suarez cap. 30. nu. 4. Azor. loc. cit. quæſito 15. Bartholus, Calderinus, & alij apud Panormitanum cap. vlt. de ferijs nu. 19. contra Cynũ apud eundem Panormit. & hoc valet nõ ſolũ in citatione, quatenus importat actionẽ ex parte iudicis, ſeu pręceptum intimandum parti; verum etiam quatenus importat intimationem præcepti; propterea cenſeo non ſolum citationem, ſeu intimationem præcepti factam parti in die feſto, eſſe inualidam; verum etiã ipſummet præceptum intimãdum, ſeu decretum citationis factum à iudice in die feſto, inualidum eſſe, ſiue intimetur die feſto, ſiue alio

die;

die; conſequenter reum, cui delatũ eſt huiuſmodi præceptum non teneri vi illius ad comparendum, & ſiſtendum ſe coram iudice; nam huiuſmodi pręceptũ eſt à principio inualidum vtpotè ſignatum à iudice in die feſto. Ita Suarez nu. 4.

Addo non ſolum inualidum eſſe decretum citationis factum à iudice in die feſto, aut intimatum in die feſto; verum etiam inualidum eſſe, ſi alio die fiat, ſed pro die feſto, vt ſi quis in die profeſto citetur pro die S. Petri, aut pro die dominica, aut pro alio die feſto, nam decretũ iniquum, inualidũ eſt, & non obligat; ſed citatio facta pro die feſto eſt iniqua, cum pars vocari nõ poſſit ad reſpondendum in die feſto, ergo eſt inualida cõſequenter proceſſus illius formari nõ poteſt, alioquin omnia erunt inualida.

15 Quartò maior difficultas eſt, vtrum prædicta citatio obliget ſaltem ad comparendum die proximè ſequenti diem feſtum. Ratio dubitandi eſt quia decretum citationis duo præcepta continet, vnũ comparendi, alterum tali die, quãuis ergo reus nõ teneatur, nec poſſit tali die feſto comparere, tenebitur ſaltem alio die habili.

Reſpondeo cum Panormit. loco citato nu. 21. Azor. loco citato, quęſito 16. Cyno, Calderino, & alijs apud Panormit., Suarez num. 3. vbi teſtatur de communiori ſententia contra Innocẽtium c. vlt. de ferijs, & alios nõ obligari ad comparendum die feſto, aut alio die habili proximè ſequenti feſtum diem. Ratio eſt quia decretum comparendi in die feſto ſimpliciter irritum eſt, ex vi diſpoſitionis in cap. vlt. de ferijs: decretum autem irritum non inducit obligationem.

Hinc patet reſponſio ad rationẽ dubitandi, cum enim ipſum decretum ſecundum ſe inualidum ſit, non poteſt pro vlla die obligare.

16 Quintò difficultas eſt, vtrum citatio ſi non fiat directè, & formaliter pro die feſto, vt pro die Dominico, vel pro die S. Petri, ſed pro tali die menſis, vel hebdomadæ, in quẽ incidit dies feſtus, valida ſit, & obliget ad cõparendũ die ſequẽti.

Reſpondet Suarez cum Innocentio, validam eſſe, & Reum teneri alio die habili proximè ſequenti diem feſtum comparere, quia hæc præſumitur intentio Iudicis, qui non præſumitur voluiſſe pro die feſto formaliter citare, ſed pro die habili. Verum mihi probabilius videtur oppoſitum, quia decretum comparẽdi in die feſto eſt omninò irritum ex vi cap. vltimi de ferijs, tale autem eſt pręcitatum decretũ, & quamuis non ſit formaliter contra præceptum obſeruationis diei feſti ob rectam Iudicis intentionẽ; materialiter tamen illi aduerſatur; alioquin etiam ſequeretur ſententiam latam à Iudice in die feſto, quem putabat eſſe profeſtum, validam eſſe, quod non eſt admittendum, quia lex non ſimpliciter reſpexit intentionem, ſed factum ipſum, ita ſentire videntur Panormit. Azor., Cynus, & alij locis citatis.

17 Sextò difficultas eſt vtrũ præceptum citationis, quo præcipitur, vt reus compareat intra 8. dies validum ſit, ſi intra illos octo dies aliquis dies feſtus incidat.

Reſpondeo affirmatiuè, nam datur ſufficiens tempus ad comparẽdum, nec reus obligatur ad comparendum die feſto, ſed ad compa-

rendum

rēdum tempore habili, quod intra terminum aſsignatū intercedit, relicta reo libertate comparēdi, quo die habili voluerit; Vide Panorm. cap. vlt. de ferijs, Suarez loco citato nu. 3. & alios Canoniſtas in dicto cap. finali.

18 Septimò difficultas eſt vtrum facta ſemel citatione in die feſto poſsit reus iterum citari, & comparere teneaẽ ex vi citationis poſtea factæ in die profeſto.

Reſpondeo poſſe iterum citari, & obligari ad comparēdum, ſi nouum decretum Iudicis intimetur, factum in die profeſto, nullo enim iure ſufficienter probatur, quin reus poſsit iterum citari, cum Iudex nō amiſerit priori decreto facultatẽ faciendi nouum præceptum intimandum.

Dixi ſi nouum decretum Iudicis intimetur, nam ſi idem præceptum iterum intimetur non obligatur ad comparēdum, nam huiuſmodi decretum eſt à principio inualidum; non firmatur autem tractu temporis, quod ab initio non ſubſiſtit.

Vt hoc melius intelligatur aduertendum eſt cum Suarez loc. cit. nu. 5. citationem aliquādo fieri in die feſto, qain ipſo decreto exprimebatur, vt citatio fieret in die feſto, & in hoc caſu cenſeo reum non poſſe vi eiuſdem decreti amplius citari, etiamſi illud decretum factum ſit à Iudice in die profeſto; nam ex dictis patet huiuſmodi decretum eſſe inualidum, nullus autem obligatur ad comparendum vi decreti inualidi.

Aliquando citatio fit in die feſto ex malitia, vel ignorantia partium, aut etiam Iudicis priuatim, & extra iudicium ſuadentis, vt citatio die feſto fiat, & tunc cenſeo illud præceptum poſſe iterum intimari pro die profeſto, & habili; quamuis n. prima citatio facta pro die feſto fuerit inualida, decretum tamen citationis fuit validum vtpotè factum in die profeſto, & à legitimo Iudice, vt ſuppono, nec vires ſuas amiſit ob præcedentem citationẽ, ergo poterit, & iterum intimari. Aliquando denique citatio fit vi decreti facti in die feſto, & ſic arbitror opus eſſe nouo decreto, vt reus citari queat, & obligari ad cōparendum.

19 Octauò difficultas eſt, vtrum reus citari poſsit, dum exiſtit in loco, in quo dies feſtus non celebratur etiā ſi celebreẽ in loco Iudicis.

Reſpondeo citari poſſe, dū exiſtit in loco, in quo dies feſtus non celebratur. Ratio eſt tū quia teſtes poſſunt ibi examinari ex commiſſione alio die data. Item poteſt iuramentum extorqueri, & ſimilia peragi eo in loco, in quo non colitur dies feſtus, ergo poteſt etiam reus citari. Tum quia hac citatione non violatur dies feſtus, modò præceptum citationis, non fuerit factum tempore feſtiuo, eo in loco, in quo feſta dies agitur, vt patet ex ſupra dictis. Ita Suarez c. 29. nu. 7.

Nonò difficultas eſt, vtrum citari poſsit reus exiſtens in loco vbi dies feſta colitur, quæ tamen non colitur in loco Iudicis.

Reſpondendū mihi videtur negatiuè quia citatio pertinet ad ſtrepitum iudicialem, & eſt illius pars; quæ autem pertinẽt ad ſtrepitum iudicialem prohibentur, & irritantur in die feſto. Contrarium ſentire videtur Suarez loc. cit. cap. 29. num. 7.

Obij-

Digitized by Google

Obijcies primò extraneus non tenetur legibus, & conſuetudinibus loci, in quo maiore anni parte non commoratur: ſed iudex, & miniſter deferens citationem non cōmoratur in loco rei, vt ſuppono, ergo non tenentur legibus loci, in quo reus commoratur; ergo poſſunt reum inquirere, & citatione interpellare, dum feſta dies colitur in loco rei, & non in loco iudicis, vel miniſtri.

Reſpondeo in hoc caſu præciſa conſuetudine non eſſe attendendā citationem quatenus præciſè prouenit ab eo, qui degit extra locum, vbi dies feſtus colitur, ſed terminatiuè quatenus fit alicui exiſtenti in loco, in quo dies eſt feſtus: ius enim in honorē diei feſti ſimpliciter vetuit ſtrepitum iudicialem in die feſto, ne videlicet acta ad iudicialem ſtrepitum pertinentia fiant in die feſto, vbi feſtus dies eſt.

Obijcies ſecundò, iudex in ferenda ſententia non tenetur reſpicere an dies feſta celebretur in loco rei, ſed an celebretur in loco, in quo ſententia ferenda eſt: ergo idem in citatione dicendum eſt: ergo reus citari poterit, etiā ſe exiſtat in loco vbi dies tanquā ſacer colitur.

Reſpondeo negando conſequētiam, quāuis enim iudex ferre poſsit ſententiam eo die, in quo non celebratur dies feſtus in ſuo domicilio, licet celebretur in domicilio rei, actoris, vel aliorum, nam ipſe principem locum in hoc negotio tenet, conſequenter par eſt, vt ipſum cęteri ſequantur, vt bene docet Panormit. cap. vlt. de ferijs nu. 2. Reginaldus nu. 45. Azor. quæſito 17. Suarez loc. cit. cap. 28. nu. 7. & alij, non tamen deferri poſſe videtur citatio reo exiſtente in loco, in quo celebratur dies feſtus, quia hæc fieri prohibentur in die feſto in honorem Dei.

20 Decimò difficultas eſt vtrum teſtes in die feſto recipi, & examinari poſsint.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia teſtes non examinantur, niſi præuio iuramento: Sed iuramētum iuridicum exigi non poteſt in die feſto: ergo teſtes examinari nō poſſunt in die feſto. Tum quia actus iudiciales pertinentes ad forū contentioſum, vetiti ſunt in die feſto; receptio autem, & examen teſtium, eſt actus iudicialis pertinens ad forum contentioſum. Ita Suarez tomo 1. de religione tract. 2. lib. 2. cap. 30. nu. 13. Reginaldus lib. 19. nu. 45. & alij.

21 Grauior difficultas eſt, vtrum examen teſtium continuari ſaltem poſsit in die feſto, ſi in die profeſto præmiſſum fuit iuramentum. Ad quam difficultatem Azor. loc. cit. quæſito 14. & multi canoniſtę apud Panormit. in cap. 1. de ferijs, exiſtimant puram teſtium examinationem non eſſe prohibitā in die feſto, ſi antea præceſsit iuramentum, & examinatio articulorum, & interrogationum, quę teſtibus proponendæ ſunt; nam teſtimonium retrahitur ad diem iuramenti. Idem docet Panormit. loc. cit. quatenus aſſerit illum actū eſſe validum, non tamen licitum quia diſtrahit à diuinis.

Ego vero cum Suarez loc. cit. n. 6. Reginaldo loc. cit. nu. 45. & alijs, arbitror huiuſmodi examē cōtinuari non poſſe in die feſto, præciſa legitima conſuetudine in contrarium, quam ſcio multis in locis receptā eſſe. Ratio eſt tum quia examinatio

tio teſtium pertinet ad proceſſum; immo eſt pars præcipua proceſſus: in capite autem vltimo irritatur proceſſus factus in die feſto. Tum quia depoſitio teſtium, & eorumdẽ examen eſt actus iudicialis pertinens ad forum contentioſum, & ad ſtrepitum iudicij: actus autem iudicialis pertinẽs ad forum contentioſum irritatur c. vltimo de ferijs, & l. Vt in die. C. de ferijs. Tum quia non ſolet examen fieri, vel continuari abſque iuramento, vel abſq; repetitione, & confirmatione iuramenti eo ipſo die, quo examen fit, aut continuatur, cum ſemper præmitti conſueuerit, interrogationes faciẽdas eſſe ſub vinculo iuramenti antea emiſsi.

Amplia hoc procedere non ſolũ ſi de cauſa temporali agatur, verum etiam ſi de ſpirituali; nam vbi ius nõ deſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus, & cum textus abſolutè loquatur, adhibitis generalibus verbis, non poteſt ratio ſufficiens afferri, cur reſtringamus textum ad cauſas tantummodo temporales. Ita Reginaldus nu. 47. Suarez loco cit. num. 8. & alij contra Caietanum, & alios apud Suarez.

Limita primò niſi adſit legitima conſuetudo in contrarium; conſuetudo enim legitima eſt legis interpres, & poteſt legem legitimo tempore abrogare ſeruatis conditionibus ſuperius recenſitis in tract. de legibus. Et iuxta hanc limitationẽ admitti poſſet ſententia Panormit. Azor. & aliorum aſſerentium poſſe die non feriato recipi iuramẽtum, & poſtea die feriato dici teſtimonium.

Limita ſecundò niſi adſit cauſa pacis, aut alia neceſsitas; nam ob neceſsitatem, vel ob pacis cauſam licitum eſt iuramentum exigere, & teſtes recipere, vt patet ex cap. 1. de ferijs. Ita DD. citati. Ratio eſt quia Eccleſia non obligat cum graui incommodo.

22 Vndecima difficultas eſt, vtrũ executio ſententiæ latæ in die profeſto, licitè fiat in die feſto.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia fieri ſolet cũ magno ſtrepitu, & perturbatione partium, & cum maiori diſtractione, quam fiat ſententiæ prolatio. Tum quia lege Vt in die, & lege vlt. C. de ferijs, expreſsè prohibetur executio ſententiæ, dicitur enim *vt cunctis executionibus excuſetur, nulla quemquam vrgeat admonitio, taceat apparitio præconis horrida vox ſileat*, & quamuis iſta iura ciuilia ſint, nihilominus verſantur circa materiam ciuilem in fauorem religionis, conſequenter ſufficientem præbent occaſionem, ita explicandi ius Canonicum. Ita communiter DD.

Duodecima maior difficultas eſt vtrum executio ſententiæ non ſolum illicitè fiat in die feſto, verum etiam inualidè.

Reſpõdet Felinus cap. vlt. de iudicijs nu. 13. inualidè fieri, Suarez verò c. 30. n. 11. & Reginaldus n. 45. putant inualidè fieri quantum iuridicè poteſt; ſicut enim irriti ſunt alij actus iudiciales, ita etiam irrita videtur executio ſententiæ, quantũ iuridicè poteſt, Panormit. c. vlt. de iudicijs nu. 22. putat illicitè fieri, nõ verò inualidè, quia executio ſententiæ non eſt actus iudicialis, ſed aliquid, quod fit virtute actuum iudicialium præcedentium. Ego arbitror non ſolum illicitè; verum etiã inualidè, quatenus actus effici poteſt.

Digitized by Google

teſt inualidas ex iuris diſpoſitione. Ratio eſt quia actus pertinẽtes ad iudiciale forum ſi fiant in die feſto inualidi ſunt quatenus irritari poſſunt à lege; executio autem ſententiæ pertinet ad iudiciale forum, cũ fiat auctore Iudice, & cum magno ſtrepitu virtute ſentẽtiæ in iudiciali foro obtentæ.

SECVNDA PROPOSITIO.

23 Opera corporalia, quæ propriè ſeruilia ſunt, prohibentur in die feſto; cuiuſmodi ſunt fodere terram, putare vites, &c.

Hæc propoſitio patet tùm ex Leuitici 23. vbi dicitur *omne opus ſeruile non facietis in illo*, tum ex communi Eccleſiæ vſu, & Doctorum conſenſu.

24 Dixi opera corporalia, quę sũt propriè ſeruilia, quia opera corporalia communia dominis, & ſeruis nobilibus, & ignobilibus licitè fieri poſſunt quolibet die.

25 Propterea licitũ eſt primò iter facere modò nõ addantur circumſtantię adnexę operibus ſeruilibus, vt ſi magno cum labore imponenda ſint iumentis, vel curribus onera, quæ ducantur, vel ſi animalia onuſta, vel currus onuſti de vno loco ad alium deferantur, hoc enim eſt opus ſeruile per ſe loquendo, vt bene Suarez loco citato cap. 27. num. 3. Azor. loco citato quæſito 8. Reginaldus nu. 38. & nu. 50. non tamen videtur opus ſeruile animalia de vno loco ad alium transferre ſine oneribus, quia hoc nil aliud videtur quàm iter agere: Immo licitum eſſe iter agere etiam comitantibus mulis onuſtis ſupellectili cenſet Emanuel Sà verbo Feſtum nu. 5. quod ego non improbo vbi recepta eſt conſuetudo, vel quando neceſsitas ita poſtulat.

Secũdò licet parare ea, quæ neceſſaria ſunt ad iuuandum dominum, qui deferendus eſt curru, vel lectica, aut ferre ſecum neceſſaria ad vſum itineris, vt cibũ, veſtes &c. hæc enim acceſſoria ſunt itineri, qd᷑ licitè ſuſcipitur in die feſto.

Tertiò licet vti muſicis inſtrumentis, venari, ludere, ſcribere, gladiari, aucupari, etiamſi hoc fiat ob lucrum, nã hęc opera non ſunt ſeruilia, de ſe immo etiã nõ videtur illicitũ piſcari in fluminibus recreationis gratia modo non addantur opera ſeruilia, vel ſaltem vbi hoc fieri conſueuit, nam permittente conſuetudine fieri poteſt, vt hoc opus, commune cenſeatur dominis, & ſeruis. Ita Azor. quæſito 7. Nau. Reginald & alij locis citatis.

Quartò licitum videtur ſcribere ex officio, vel tranſcribere etiam lucri cauſa, nam actus ſcribendi, vel tranſcribendi ſecundum ſe non videtur opus ſeruile, ſed potius liberale, vt bene tradit Nauar. ex parte cap. 13. nu. 14. Clauis Regia nu. 14. Medina, & alij cõtra Azor. cap. 27. quæſito 4 & nonnullos alios, ſicut enim ſcribere non eſt opus ſeruile cum ſit commune dominis, & ſeruis; Ita neque ſcribere ex officio, vel tranſcribere cauſa lucri.

Quintò non eſſe licitum pingere in die feſto, vt benè ait Em. Sà verbo Feſtum, Suarez c. 26. Clau. Reg. loc. cit. n. 16. Azor. cap. 27. quæſito 6, & alij contra Medinã lib. 1. inſtruct. conſcientię cap. 12. cum enim hoc opus communiter fieri ſoleat ab ijs, qui alijs inſeruiunt, iudicandũ eſt opus ſeruile, & illicitum in die feſto

to, ſiue fiat ob lucrũ, ſiue cauſa recreationis, aut etiam cauſa addiſcẽdi artem; quamuis ab Azor. Reginaldo Clau. Reg. & alijs excuſentur pingentes cauſa recreationis ad reficiendum animum: eadem excuſatione dignos arbitrantur iuuenes, qui die feſto deſignant, vel in cartis deſcribunt ea, quæ poſteà fabricaturi ſunt, non enim implicat idem opus eſſe ſeruile, & nõ ſeruile, variatis circunſtantijs: mihi tamẽ per ſe loquendo excuſandi non videntur, quia opus pingendi per ſe loquendo eſt ſeruile, neque conditionem ſeruilitatis exuit ob intentionem addiſcendi artem, alioquin etiam liceret quamlibet artẽ agricolarum propriã in die feſto exercere ad illam addiſcendam, quod nullus admiſerit; Non nego tamen quin liceat artis mechanicæ, & ſeruilis regulas addiſcere, & memoriç mandare, quia hoc nõ eſt opus ſeruile, aut corporale. Ita Suarez loc. cit. cap. 26. nu. 6.

Sextò addit Azorius excuſatione dignas videri puellas, quç vt addiſcant, rechamaturas faciunt. Verum hæc intelligenda ſunt cum mica ſalis, vt ait Suarez cap. 26. nu. 6. quia per ſe videntur opera ſeruilia, vt dictum eſt in proximè præcedenti caſu.

26 Quæres primò, vtrum ea, quæ licitè fieri poſſunt ſine lucro die feſto, fieri etiam poſsint eodem die cum lucro.

Reſpondeo affirmatiuè cũ Suar. loc. cit. cap. 19. nu. 6. Nauar. cap 13. nu. 5. Claue Regia cap. 2. nu. 13. Rodriquez cap. 122. n. 2. Regin. lib. 19. nu. 35. Azor. parte 2. lib. 1. cap. 28. quæſito 1. ubi citat Caietanũ, Sotũ, & alios contra Syluef. Angelum, & alios apud Suarez loco citato nu. 2. & apud Clauem Regiam loc. cit. Ratio eſt quia ſpes, & intentio lucri efficit quidem opus mercenarium non tamen facit vt opus, quod nõ eſt ſeruile ex ſuo genere fiat ſeruile; etiamſi fiat in obſequiũ alterius ſicut neque ſeruile deſinit eſſe ſeruile ex eo quod non fiat ſpe lucri, aut ex eo quod non fiat ad alteri ſeruiendum, opus enim ſeruile dicitur illud, quod ex ſe materialiter conſideratum conditionem habet operis ſeruilis.

Hinc ſequitur primò licitum eſſe opus, quod pręciſo lucro licitè fieri poſſet in die feſto. Ita DD. citati.

Secundò opus quod licitè fieri poteſt in die feſto ob neceſsitatẽ, vel ob aliam cauſam, non fieri illicitum propter mercedem, vel lucrum neque refert vt ille, qui lucrum recipit, ſit pauper, vel diues, vel vt recipiat in præſenti, aut in futuro recipiẽdum expectet: eadem enim in oĩbus ratio ꝓcedit. Ita DD. citati.

27 Quæres ſecundò vtrum, quæ alias licitè fiunt in die feſto, licitè etiam fiant eo tempore, quo in Eccleſia concio habetur, ſeu vtrum fideles ex vi præcepti, quo feſtum diem colere tenentur debeant non ſolum ab operibus ſeruilibus abſtinere, & ſacro intereſſe, verum etiã concionem audire.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia nullibi conſtat de hac obligatione, quamuis enim quilibet ex vi charitatis, qua obligatur animæ ſuæ conſulere, teneatur ediſcere præcepta, & alia, quæ ad animæ ſalutem pertinent, vt docui in tractatu de fide, non tamen hinc ſequitur ipſum teneri ſub mortali feſtis diebus concionem audire,

cum

Digitized by Google

cum poſsit alijs diebus concioni intereſſe, & aliunde addiſcere neceſſaria ad ſalutem, aut alia, quæ ſcire tenetur. Tum quia fideles cõmuniter non ſolent ſe in confeſsione tanquam reos lethalis culpę accuſare de concione in die feſto nõ audita, ergo ſignum eſt non extare rigoroſam obligationem, qua fideles teneantur diebus feſtis concionem audire. Ita Graffius 1. parte lib. 2. cap. 34. nu. 8. Suarez lib. 2. de religione cap. 16. nu. 6. vbi teſtatur de communi.

28 Obijcies primò nonnulli doctores putant in die feſto præferendam eſſe cõcionem auditioni Miſſæ, ſed Miſſa audienda eſt ex præcepto, ergo etiam audienda eſt concio ex præcepto.

Reſpondeo negando maiorem propoſitionem per ſe loquendo, nam opus conſilij non eſt pręferendum operi debito ex præcepto. Ita Suarez nu. 10. Dixi per ſe loquendo nam per accidens fieri poteſt aliquando, vt auditioni Miſſę iure meritò præferenda ſit concio, vt ſi vrgeat neceſsitas addiſcendi neceſſaria fidei, quæ commodè nequeant alias addiſci, aut ſi vnius exemplo inducantur cæteri ad audiendum verbum Dei, &c.

Obijcies ſecundò ex S. Auguſt. lib. 50. homiliarum, homilia 26. & ex cap. Interrogo 1. quæſt. 1. verbum Dei comparatur cum Chriſti corpore, & ita reus cenſetur, qui verbũ Dei negligẽter audit, ac qui Chriſti corpus indigne tractat, ſed qui indigne tractat corpus Chriſti grauter peccat: ergo etiã grauiter peccat, qui verbum Dei negligenter audit.

Reſpõdeo ibi ſermonem eſſe de neceſsitate verbi diuini, vt homo intelligat, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, non vero ibi præcipi, vt Dei verbũ feſtis diebus audiatur.

Obijcies tertiò cap. Omnes fideles præſcribitur, vt accedentes ad Miſſas, audiant ſacras Scripturas; ſacra autem Scriptura eſt verbum Dei.

Reſpondeo primò nomine ſacrę Scripturę eo loco intelligi Epiſtolam, & Euãgeliũ, quę in Miſſa recitari conſueuerunt, vt patet ex textu Gratiani.

Reſpondeo ſecundò nõ ibi pręcipi vt audiatur concio, ſed vt audientes ſacram Scripturã non egrediantur, nondum completo diuino officio, ne ſcãdalum, vel perturbatio ſuboriatur, vt ex textu obſeruat Suarez loc. cit. nu. 8.

Hinc etiam patet reſponſio ad Conciliũ Cartag. 4. cap. 24. vbi ſub excommunicatione prohibetur, ne quis Sacerdote verbum Dei in Eccleſia faciente egrediatur.

Reſpondetur enim duo hoc ibi prohiberi non quia extet ſpecialis obligatio audiendi verbi diuini in die feſto, ſed ne aliquibus exeuntibus perturbatio, vel ſcandalum generetur quamobrem ibi non præcipitur audiri verbum Dei in die feſto, ſed prohibetur ne quis egrediatur Sacerdote concionem habente, ne perturbatio, vel ſcandali occaſio præbeatur.

Reſponderi poteſt ſecundo illud Concilium non fuiſſe vniuerſale, ſed prouinciale, conſequenter indè non poſſe colligi vniuerſalem obligationem audiendi verbi Dei in die feſto.

Obijcies quartò Parochi alijq; curam animarum habentes tenentur iure diuino paſcere oues ſuas prædicatione verbi diuini vt dicitur in Tridentino ſeſſ. 23. cap. 1. de reformatione Immò ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſ. 24. cap. 4. de Reformatione præcipitur Epiſcopis, alijſquè Paſtoribus, ſeu Parochis vt ſaltem omnibus Dominicis, & ſolēnibus diebus feſtis, per ſe ipſos, vel per alios idoneos, ſi legitimè impediti fuerint plebes ſibi commiſſas paſcant ſalutaribus verbis docendo, quæ ſcire tenentur, annonciandoquè vitia, quæ declinare, & virtutes quas ſectari oporteat; cum ergo Paſtores Eccleſiarū teneantur feſtis diebus concionem ad populum habere, dicendum videtur fideles teneri diebus feſtis concionem audire, alioquin fruſtra obligarentur Paſtores ad cōcionem habendam, ſi fideles eã audire non tenerentur.

Reſpōdeo primò curatores animarum teneri quidē oues ſuas paſcere prædicatione verbi diuini, nō tamen ita rigoroſe teneri, vt grauiter peccēt, niſi ſingulis diebus feſtis concionem ad populum habeant; nam in Tridentino ſec. 23. c. 1. nihil decernitur circa tempus in ſeſ. verò 5. cap. 2. mandatur vt ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus verbum Dei prædicent, non tamen hoc videtur tam rigoroſè præcipi, vt ipſa conſuetudo interpretatur quin liceat abſque lethali culpa interdū omittere, præſertim cum in Concilio decernatur vt puniantur ſolum ſi hoc munere trium mēſium ſpatio fungi noluerint. ſeſ. verò 24. cap. 4. præcipitur Epiſcopis, vt ipſi concionentur per ſe, vel per alios, ſi legitimè impediti fuerint, & vt curent Parochos, aut alios concionari, non autem ipſis Parochis concionandi præceptum imponitur, præterea dato quod ipſis præceptum imponatur, dicendum eſt nō adeo ſtrictè obligari, vt ſingulis omninò diebus Dominicis, & ſolemnibus diebus feſtis verbū Dei prædicare teneanẽ ſub mortali, ſed quatenus oportere duxerint, vt dicitur in textu; conſequenter hoc ſufficere videtur, vt fateamur fideles non teneri ad cōcionem ſingulis diebus feſtis audiendam. Ita Suarez loc. cit. nu. 7. & nonnulli alij recentiores.

Reſpondeo ſecundò, etiam ſi admitteremus Paſtores animarum teneri ſingulis Dominicis, alijſquè ſolemnibus feſtis concionari, non tamen hinc inferendum eſſet, fideles teneri ſingulis diebus feſtis cōcionem audire; fieri enim poteſt, vt Parochus frequentius teneatur cōcionari quam ſinguli fideles concionem audire, nam obligatio, & munus Paſtoris dirigitur ad ſubueniendum neceſsitati totius populi, qui cum ferè ſemper indigeat verbo Dei, ſubleuarī & ſubueniri debet frequenti prædicatione verbi diuini: obligatio verò fidelium eſt particularis, & reſpicit proprium bonum; cum autem non omnes fideles ſingillatim ſumpti indigeant concione ſingulis diebus feſtis, dicendum eſt ſimpliciter fideles teneri diebus feſtis, concionibus intereſſe. Ita Suarez loc. cit. nu. 7.

29 Hac occaſione dubium ſuboritur primò vtrum Parochi, qui rarò, aut nunquam cōcionem vllam habēt ad populum, eo quod in ea-

dem

dem vrbe, vel Parochia non deſint concionatores docentes ea, quæ populus ſcire tenetur, excuſentur.

Reſpõdent aliqui recentiores nõ excuſari, dum legitimo impedimẽto non detinentur. Ratio eſt tum, q̃a iure diuino Parochi tenentur concionari. Tum quia Tridentinũ determinat tempus, quo Parochi teneantur per ſe, vel ſaltem per alios concionari, ſi legitimè impediti fuerint; ſi ergo nullo rationabili impedimẽto laborent, nõ videantur oneri ſuo ſatisfacere, ſi per ſe ipſos non concionentur.

Alij verò putant excuſari. Tum quia, qui per alium facit per ſe ipſum facere cenſetur. Tum quia populus nullum patitur detrimẽtum, & ipſius neceſsitati ſufficienter occurritur alio concionem habente, vt ſuppono.

Mihi dicendum videtur ſatisfacere obligationi iuris Diuini, vt patet ex rationibus pro ſecunda ſententia allatis, modò concionatores apti ſint, & idonei ſufficienterq́; occurrãt neceſsitatibus populi indigentis prædicatione verbi Dei, nõ verò videntur ſimpliciter ſatiſfacere obligationi iuris humani quo decernitur vt Parochi ſolum per alios concionentur, ſi legitimo detineantur impedimento.

30 Secundo dubium eſt quandonam mortaliter peccent Paſtores, verbi Dei prædicationem prætermittentes.

Reſpondeo toties peccare contra præceptum diuinũ, quoties populus grauiter indiget prædicatione, nam ex mandato Dei tenentur oues ſuas verbi Dei prædicatione paſcere, vt patet ex Tridẽtino ſeſſ. 23. c. 1. de reformatione; ergo maximè tenentur, dum populus grauiter indiget.

31 Grauior difficultas eſt, vtrum Paſtores præciſa graui populi neceſsitate, grauiter peccent contra determinationem Concilij ſeſſ. 5. & 24. citata, quoties ſingulis Dominicis diebus, alijsq́; ſolemnibus feſtis non concionantur.

Reſpondet Suarez loco citato num. 7. non peccare grauiter, ſi interdum, vel ſæpius non concionentur, quia Tridentinum non vtitur verbis ita rigoroſam obligationem indicãtibus, vt Paſtores animarum culpam grauẽ incurrere cẽſeantur, quoties concionem prętermittunt.

Non tamẽ explicat Suarez quãdonam grauiter peccent.

Quamobrem ego Arbitror mortaliter peccare, ſi vno integro menſe continuo, aut etiam ſi duobus, vel tribus mẽſibus totius anni diſcontinuis non concionentur. Ratio eſt tum quia hæc videtur materia grauis non ſolum ſecundum ſe; verum etiam reſpectiuè: Tum quia Tridentinum ſeſſ. 5. cap. 2. decernit Parochos, aliosq́; curam animarũ habentes, ſi ab Epiſcopo moniti trium menſium ſpacio muneri ſuo defuerint, cogendos eſſe per cenſuras, & alias pęnas ad hoc munus p. ſoluendum, ſupponit ergo Tridentinum ſaltem ſpatium trium menſium eſſe notabile, & grauem culpã indicare, cum Eccleſiaſticæ cenſuræ non niſi mortaliter peccantibus iniungi ſoleant: qui verò per menſem circiter non continuum toto anno non concionatur probabiliter excuſari poſſe videtur à mortali, quia Tridentinum non adeo gra-

uem obligationem imponit teſte conſuetudine.

Obijcies concio videtur materia notabilis, ergo qui ſemel, bis, vel ter cōcionem ommittit mortaliter peccat.

Reſpōdeo ſecundum ſe eſſe materiam notabilem, non tamen cadere ſub rigoroſam obligationem teſte conſuetudine.

32 Rurſus difficultas eſt vtrū Parochus, qui prætermiſſa duobus, vel tribus menſibus concione rurſus aliquas conciones ſine iuxta cauſa prætermittit, toties peccet, quoties prætermittit.

Reſpondēdum videtur affirmatiuè, nam ommiſsiones continuantur, vnamquè grauiorem materiam integrant, & obligatio cōcionandi nō eſt affixa diei, ita vt tranſeat cum ipſo die, non enim principaliter impoſita eſt in honorem Dei, ſed principaliter reſpicit ſalutem animarum.

PVNCTVM III.

De cauſis excuſantibus laborantes ſeruiliter in die feſto.

1 Paruitas operis excuſat à mortali ſeruiliter laborantem.
2 Quænam pars notabilis cenſeatur.
3 An mortaliter peccet, qui pluribus diebus feſtis parua opera ſeruilia præſtat.
4 Non peccat mortaliter, qui in cauſa eſt, vt multi modica opera ſeruilia præſtent.
5 Qui leuiter delinquit in die feſto cōtra multas obligationes diuerſæ rationis non peccat mortaliter.
6 Excuſatur à mortali, qui præſtat opera ſeruilia, quæ immediatè, vel præparatoriè cultui diuino deſeruiunt.
7 Opera per ſe pietatis licitè fiunt in die feſto.
8 Neceſſitas excuſat à mortali ſeruiliter laborantem.
9 Parans neceſſaria ad victum in die feſto excuſatur; ſecus dic de molitoribus non molentibus ex neceſſitate, niſi modicum laborem inſumant.
10 Excuſantur medici, chirurgi, & pharmacopolæ.
11 Excuſantur decertantes bello, ſtruentes foueas, vel muros cauſa belli ædificantes.
12 Excuſantur curſores, & ferratores equorum.
13 Excuſantur, qui metunt imminenti tempeſtate, vel qui opus inchoatum proſequuntur à quo nequeunt deſiſtere abſque graui damno.
14 Quando dubitatur an adſit ſufficiens neceſſitas recurrendum eſt ad Epiſcopum.
15 Excuſatur ſeruiliter laborans metu ammitendi magnum lucrum.
16 Excuſantur, qui ſeruiliter laborant metu grauis damni, vt ſerui, famuli, &c.
17 Abſentia à loco, in quo dies feſtus celebratur excuſat exercentē opera ſeruilia.
18 Recedens à loco in quo dies feſtus colitur non peccat mortaliter miſſam non audiendo, ſi ante meridiem peruenturus ſit ad locum, in quo feſtus dies non celebratur.
19 An viatores teneātur feſtis locorum, in quibus pro tempore reperiuntur.
20 Diſpenſatio excuſat ſeruiliter laborantes.

21 Quan-

Digitized by Google

1 *Quandonam ſeruiliter laborans petere debeat diſpenſationem ab Epiſcopo, vel à Parocho.*

QVamuis certum ſit non ſanctificantes dies feſtos,& ſeruiliter diebus feſtis laborantes reos eſſe mortalis peccati ex ſuo genere, quia faciunt contra diuinum præceptum, contra religionem,& cultum Deo debitum,nihilominus nõnullæ cauſæ aſsignari poſſunt, quibus à mortali excuſentur ſeruiliter laborãtes in die feſto,omiſſa ignorantia, & indeliberatione,quam in omni ferè materia iuſtam excuſationis cauſam exhibere,conſtat ex dictis de legibus,& de peccatis.

1 Prima cauſa eſt paruitas operis, ſeu leuitas materiæ, quam in præſenti materia dari poſſe non videtur reuocandum in dubium;cũ non ex quolibet opere ſeruili notabiliter impediatur Diuinus cultus, nec grauis irreuerentia Deo irrogetur.

Hac de cauſa excuſantur à mortali mulieres,quæ aliqua pũcta ponunt, vt vulgò dicitur; tonſores itẽ qui vnum,vel duos radunt,aut ſutores, qui modicum temporis ſpatiũ in vendendis calceis inſumunt.Ita Nauar.c.13.nu.9.Reginaldus n.53. Graſſius lib.2.c.34.nu.53.Caiet.2.2. quæſt.122.art.4. & quamplures alij apud Clauem Regiam lib.7.cap.2. num.9.

2 Quæres primò,quænam temporis pars notabilis cẽſeatur, qua vacans ſeruilibus à mortali peccato non excuſetur.

Reſpondeo cum Suarez tomo 1. de religione tract.2.lib.2.c.31. n.2. hoc eſſe dijudicandum iudicio prudentis viri.Azor.cap.28. exiſtimat ſpatium vnius horæ eſſe partẽ notabilem, vnum verò, vel duos, vel tres quadrantes non eſſe notabilẽ, aut materiam ſufficientem peccati mortalis. Idem tradit Reginaldus lib.19.nu.53. Alij putant vnam horam integram non videri materiã notabilẽ reſpectu viginti quatuor horarum diei.

Sed mihi dicendum videtur ſeruiliter laborantes ſpatio circiter vnius horæ, non excuſari à mortali peccato, quia ſpatium ſecũdum ſe videtur notabile, conſequenter eſt materia ſufficiens lethalis culpæ; Videte q̃ in ſimili dixi de peccati.

3 Quæres ſecũdò, vtrum ille peccet mortaliter,qui pluribus diebus feſtis aliqua parua opera ſeruilia præſtat,quæ ſimul ſumpta magnam materiam conſtituere, & notabilẽ temporis partem occupare vident̃.

Reſpondet Toletus cap.25.nu.2. mortaliter peccare. Ratio eſt quia illa opera continuantur,& integrãt vnam materiam notabilem.

Ego verò aliàs contrarium ſenſi, & publicè docui, quamuis nullum haberem auctorẽ mecum, ita ſentientem, nunc autem idem libẽtius ſentio poſt editum opus morale Sanchez,quem lib.1.cap. 4. nu. 12. mecum ſentientem inueni. Ratio eſt quia illa modica opera ſeruilia non continuantur, nec integrant vnam materiam, cum enim cultus diei feſti ſit affixus diei, ſequitur ipſius obligationem tranſire cum ipſo die, conſequenter opus ſeruile vno die, factum non continuari cũ opere ſeruili alterius diei;alioquin etiam dicendum eſſet, eum peccare mortaliter, qui ſingulis diebus

aliquos diuini officij verſiculos prætermittit, qui ſimul ſumpti, & conſiderati, notabilem materiam conſtituunt, quod tamen falſum eſſe hac ratione euidenter cōuincitur, quia obligatio horarum eſt affixa, & determinata ad talem diem, & tranſit cum ipſo die, conſequenter omiſsio vnius diei nō continuatur cum omiſsione alterius diei: concedo tamen plura opera ſeruilia diſtintis vicibus facta vno eodēq; die continuari, conſequenter conſtituere peccatum mortale, quoties ſumpta ſimul materiam notabilem conſtituunt, vt benè ait Sanchez loco citato, Azor. 2. parte lib. 1. c. 28. quæſito 5. Reginald. lib. 19. nu. 53. Nauar. c. 13. nu. 9.

4 Vtrum verò mortaliter peccet, q in cauſa eſt, vt multi eodē, aut diuerſis diebus opera ſeruilia pręſtēt, quæ licet reſpectu ſingulorum modicum, & exiguum quid cēſeantur; magnam tamen, & notabilem materiā conſtituerent, ſi ſimul acciperentur, & vnirentur, patet ex dictis de peccatis, vbi reſponſum eſt negatiuè, quia non magis peccat, quā ipſimet ſeruiliter laborantes; ad ibi dicta vos remitto.

5 Quæres tertiò, vtrū qui die feſto in quem incidit dies ieiunij teneatur ad ieiunandum, ad recitandum officium, ad audiendum ſacrum, & ad non ſeruiliter laborandum, ita vt peccet mortaliter, ſi contra omnes has obligationes aliquid leue admittat, quod ſimul ſumptū quantitatem notabilem efficere videat̄.

Reſpondeo negatiuè cum Sanchez in Summa lib. 1. cap. 4. nu. 16. Ratio eſt quia illæ obligationes sūt diuerſæ rationis, conſequenter ipſarum omiſsiones, & materiæ continuari, & vnum mortale peccatum conſtituere non poſſunt. Secus dicendum videtur, quando obligationes ſunt eiuſdem rationis, vt ſi quis pluribus promiſsionibus promiſit alteri paruā pecuniæ quantitatem, quæ ſimul ſumpta materiā notabilem efficit, aut ſi quis pluribus votis eodem die obligauit ſe ad exiguam orationum, vel eleemoſynæ quantitatem, quæ ſimul ſumpta magnam efficit materiam, cum enim ſint obligationes eiuſdē rationis omiſsiones ipſarum videntur continuari, & conſtituere materiam notabilem ſufficientem ad mortale peccatum. Nec eſt eadem ratio de eo, qui intendit modicas orationes in honorē diei debitas ſæpius omittere, hic enim peccat tantummodo venialiter, quia obligatio iſtius voti reſpicit materiā illam ſolum, vt debitā ſingulis diebus, conſequēter, vt materiam paruam, quæ ſimul continuari non poteſt, & non ſufficit ad peccatū mortale, ſicut propoſitum committēdi plura verba otioſa non ſufficit ad mortale peccatum. Hæc Sanchez loco citato. Sed videnda ſunt, quę nos docuimus de peccatis.

6 Secunda cauſa excuſans laborantes in die feſto eſt cultus Dei quoties opera ſeruilia in honorem, & cultum Dei fiunt.

Sed pro maiori intelligentia aduertendum eſt opera ſeruilia, quæ in Dei cultum fiunt eſſe in triplici genere; alia immediatè pertinent ad Dei cultum, alia ſunt præparatoria ad cultum Diuinum, alia magis remotè, & accidētaliter ad Dei cultum ſpectant, quæ immediatè per-

per-

Digitized by Google

pertinent ad Dei cultum licitè fiũt in die feſto, cuiuſmodi ſunt organa pulſare, vti muſicis inſtrumẽtis deferre crucem, &c. Item quæ præparatoria ſunt ad diuinum cultum licitè fiunt, ſi paulò ante facienda ſint, & ſint coniuncta cũ ipſo cultu Diuino, vt eſt ſonus cãpanarũ &c. Quæ verò remotè ſpectant ad Dei cultum, nõ licitè fiunt in die feſto, cum fieri poſsint antecedentibus diebus, cuiuſmodi ſunt ornare tẽpla, altaria &c. quamquam non eſt mortale peccatum hæc facere in die feſto, vt ait Suarez loco citato cap. 21. num. 11. Caiet. in Summa verbo Feſtorum violatio, Toletus, & alij, præſertim ſi ex cauſa rationabili fiant; nam communiter vſu receptum videtur, vt hæc ſine grauioris culpæ ſtimulo exerceantur: Cauſa rationabilis excuſans à peccato faciẽtem opera præparatoria ad Dei cultum contingere conſueuit, quando præcedenti die non poſſunt commodè omnia præparari, vt quando ob continuationem feſtorum non poſſunt omnia fieri in die feriato, aut quãdo Sacriſta adhibita mediocri diligentia non potuit obtinere paramenta. Ita Clauis Regia lib. 7. c. 2. nu. 3. Azor. 2. parte lib. 1. c. 28. quæſito 5. Reginaldus lib. 19. num. 48. Sotus 2. de iuſtitia q. 4. art. 4.

Ex dictis in hac ſecunda cauſa colligi poteſt, eum peccare mortaliter, qui colit agros Eccleſiæ in die feſto, vel conficit Calices, vel edificat Eccleſias, vel portat lapides, vel net ad fabricandam Eccleſiam; cũ enim hæc ſint per ſe opera ſeruilia, nec propriè ad Dei cultũ, niſi remotiſsimè ſpectent, non excuſantur à culpa, ſi fiant in die feſto, niſi fortè fiant vrgente neceſsitate, vel facultate Epiſcopi, aut Parochi vbi conſuetudo inualuit, vt Parochus licentiam concedere valeat. Ita Nauarrus cap. 13. n. 4. Caiet. 2. 2. quæſt. 122. art. 4. Sotus lib. 2. de iuſtitia q. 4. art. 4. Clauis Regia lib. 7. c. 2. n. 4. Azor. & Reginal. locis cit.

7 Tertia cauſa excuſans eſt pietas. Pro cuius intelligentia. Aduertendum eſt opera pietatis eſſe in duplici genere, alia ſunt opera per ſe pietatis, vt ſepelire mortuum, ſeruire infirmis, &c. & hæc ſemper licita ſunt, alia verò ſunt opera pietatis ſolùm per accidens, & quatenus ad pietatem ordinantur, vt ſternere vias publicas pro viatoribus, domos religioſas ædificare, pontes erigere ob ſolam pietatem, & hæc licita non ſunt. Ratio eſt quia obſeruantia feſtorum eſt per ſe opus religionis, opera verò pietatis ſecundi generis ſunt tantummodo opera pietatis per accidens; præferendum eſt autem opus religionis per ſe operi religionis, & pietatis per accidens. Ita communiter DD.

Ex quo patet opera pietatis ſecundi generis non excuſari à culpa, ſi fiant in die feſto, niſi forte adſit neceſsitas communis, vel alia iuſta cauſa excuſans, vt bene ait Suarez tomo 1. de religione cap. 15. lib. 2. nu. 5. Caiet. 2. 2. quæſt. 122. art. 4. Nauar. cap. 13. nu. 4. Reginal. lib. 19. nu. 46. Clauis Regia lib. 7. cap. 2. nu. 12. & alij apud præcitatos DD.

8 Quarta cauſa excuſans eſt, neceſsitas, vel alia cauſa, quæ iudicio prudentis iuſta videatur; nam Ec-

cleſia non obligat cum graui incō-modo, & in legibus humanis datur epicheia.

9 Hic colligitur ſolutio multorū caſuum, qui ratione neceſsitatis excuſantur.

Primò excuſantur præparantes pertinentia ad victum communem vt qui carnes coquunt, qui carnes vēdunt, aut alia ad illius diei victū neceſſaria, vel qui occidunt animalia, &c. iuxta conſuetudinem, vel permiſsionem Epiſcoporum; non tamen excuſantur molitores piſtrinorum; quia molitura eſt opus ſeruile, & magnum laborem requirit. Ita Syluester verbo Dominica quæſito 5. Nauar. cap. 13. nu. 6. Clauis Regia lib. 7. cap. 2. & alij DD. cit.

Limita primò niſi hoc faciant ex neceſsitate, e. g. ob multitudinem concurrentium ad molendinum, quibus ſatisfacere nequeunt die feriato.

Secundò niſi vtantur molendinis fluuialibus, aut venti, in quibus exiguus labor ſeruilis impenditur, vt ait Rodriquez c. 122. nu. 4. Si verò notabilem temporis partem in his inſumant non excuſantur.

Item non excuſantur Piſtores, qui panem pridie conficere potuerunt, niſi fortè aliter ſuadeat neceſſitas, vel publica vtilitas vt ſi ſuperueniat multitudo egentium pane, aut ſi panis ob concurſum feſtorū deterior redderetur. Ita communiter DD.

10 Secundò ratione neceſsitatis, & ſalutis corporalis, excuſantur Medici, Chirurgi, & Pharmacopolę, modò conficiant ſolum medicinas ob neceſsitatem illius diei; eatenus enim ſolum excuſantur, quatenus neceſsitas poſtulat, & permittit. Ita Sotus, Clauis Regia, & alij loc. cit.

11 Tertiò ratione neceſsitatis, & ſalutis communis excuſantur bello decertantes, aggeres, vel foueas ſtruentes, tormenta bellica parantes, muros ædificantes cauſa belli, &c. Ita DD. citati.

12 Quartò excuſantur curſores, quorum opera vtilis eſt reipublicę, ſicut etiam excuſari poſſunt à miſſa audienda, vt ait Tabiena verbo Feriæ nu. 5. excuſari etiam poſſunt ferratores equorum, qui ferreas laminas pedibus equorū accōmodāt ex equorum neceſsitate, ſicut enim curſores, alijquè itinerantes excuſantur ob neceſsitatem iter faciendi, ita excuſari poſſunt faciētes eā, ſine quibus iter fieri non poteſt. Ita Clauis Regia loc. cit. n. 6. ad finem, Tabiena verbo Feriæ nu. 25. Antonius de Litteratis 2. parte c. 17. nu. 24. & alij.

Eadem excuſatione dignos facit Azor. fabros laborantes in die feſto ad fabricanda theatra, quæ die feriato fieri nō potuerūt; nā publica vtilitas ſufficientem exhibet excuſationis cauſam. Idem tradit Reginaldus nu. 49. & alij.

Excuſari etiam poſſunt cum Tabiena loc. cit. nu. 24. Claue Regia loc. cit. nu. 6. & alijs cōmuniter nautæ remiges, & muliones, qui onera de loco in locum deferunt ex neceſsitate, vt accidere ſolet in mulionibus iter iàm inchoatum proſequentibus; ſecus dic de mulionibus, alijsq; ſimilibus iter inchoātibus cum oneribus abſque neceſſitate. Ita Caiet. Reginaldus, & alij locis cit. Nauigantes abſq; neceſſitate non videntur excuſandi, niſi

fortè

fortè ob receptam alicubi conſuetudinem. Ita Caiet. verbo dies feſti cap. 1. Reginaldus n. 52. & alij.

13 Quintò ratione propriæ neceſſitatis, vel alienæ excuſantur, qui ſegetes metũt, ne imminẽte tempeſtate pereant, aut qui fœnum prati deferunt in locum tutum, ne pluuia corrũpatur, aut qui inchoatũ opus proſequuntur, dum ex ipſius omiſſione graue damnum naſceretur, vt accidit in decolatione ferri, & vitri, aut in decoctione calcis, & laterum, aut in tintura lanæ &c. Ita Suarez lib. 2. cap. 32. nu. 3. & 4. Nauar. cap. 13. nu. 7. Sot. loc. cit. Clauis Regia loc. cit. & alij communiter. Excuſantur etiam, qui tẽpore Autumni ſerunt in die feſto, timentes periculum futuri temporis nõ opportuni, præciſo tamen ſcandalo, ad quod vitandum teneantur. Rurſus excuſantur laborantes, qui cum nequeant ſe, familiamq; ſuam ſuſtentare, ſeruiliter laborant ad comparanda quæ ad ſui, familiæquè ſuæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt; neceſsitas enim non habet legem; ſed ipſa ſibi legem facit, cap. Remiſsionem. §. fin. 1. q. 1. hoc tamen intellige, modò ſine ſcandalo, & audita Miſſa faciant, & modò non laborent, niſi quatenus ſufficit ad ſubleuandam neceſsitatem, quam aliundè commodè ſubleuare nõ poſſent. Ita communiter DD. Ratio eſt qa neceſsitas tantam licẽtiam tribuit quantam ipſa neceſsitas poſtulat.

14 Verum ſi dubitetur, an adſit ſufficiens neceſsitas, recurrendum eſt ad Epiſcopum, vel ſaltẽ ad Parochum pro facultate obtinenda iuxta conſuetudinem loci, vel ſaltẽ ſtandum erit iudicio boni, & prudentis viri; nam poſſeſsio ſtat pro præcepto, & cauſa dubia non tollit obligationem præcepti, vt in ſimili tradam de præcepto ieiunij. Ità Suarez loco citato, Reginal. nu. 50. Caiet. 2. 2. quæſt. 122. art. 4. Nauar. cap. 13. num. 16. Sot. loco cit. Clauis Regia num. 8. & alij, addentes optimum conſilium eſſe, petere conſenſum à Parocho, dum actiones ſeruiles publicè fiunt, etiamſi conſtet de graui neceſsitate; hoc enim cõducit non ſolùm ad vitandum ſcandalum; verum etiam ad magis pacandam conſcientiam.

Sextò excuſantur ſeruiliter laborantes, qui alioquin magnam lucri occaſionem perderent, vt accidit in piſcatione tinnorum, & aliorum piſcium, qui vno ſolo tempore, & eo breui capiuntur. Ratio eſt quia hoc lucrum tranſitorium ceſſans reputatur pro damno, & hoc opus in iure permiſſum videtur. Ita Clauis Regia nu. 10. Nauar. loco cit. nu. 9. Reginal. nu. 51. Caiet. Azar. & alij locis citatis.

16 Quinta cauſa excuſans eſt obedientia, vel coactio; propterea ſubditi, ſerui, vxores, filij, qui metu dãni compelluntur ab heris, dominis, maritis, & patribus ad opus ſeruile, excuſantur, modò non compellantur in contemptum feſti, vel fidei; bonum enim religionis præponderat bono priuato vitæ, & aliorum bonorum externorũ, vt ſæpius alias oſtenſum eſt. Ita Nauar. c. 13. nu. 7. Suarez loc. cit. nu. 4. & alij cõmuniter apud Clauem Regiam lib. 7. c. 2. num. 8. & apud alios præcit. DD.

Hinc colligi poteſt ſeruos, & famulos iuſſu dominorum laborãtes, rarò peccare mortaliter; quia niſi obe-

obedientiam præſtarent dominis præcipientibus, debitũ ſibi ſtipendium amitterẽt, vel à famulatu remouerentur, vel domo excluderentur, nec facilè reperirẽt dominum, cui inſeruirent, conſequenter graue damnum paterentur. Secus dicendum eſt, ſi leue tantummodo damnum paterentur, nam pręceptũ Eccleſiæ obligat ad ſui obſeruantiam, niſi graue damnum intercedat. Ita Azor. c. 26. Suarez, Reginal. Nauar. Graffius locis citatis, & alij, quos ſupra retuli de cauſis excuſantibus à peccatis.

17 Sexta cauſa excuſans eſt abſentia à loco, in quo celebratũ dies feſtus, vt ſi Mediolani celebretur dies feſtus, tuque ad aliud oppidũ te conferas, vbi dies feſtus non celebratur, excuſaris à peccato ſeruiliter laborando in illo oppido, Nauar. num. 5. Clau. Reg. c. 3. nu. 12. Suarez c. 14. nu. 11. & alij, quos magno numero adduxi, de legib' pun. 6. quæſito 1. Ratio eſt quia nullus tenetur legibus ſui domicilij, quæ non obligant in loco vbi pro tempore reperitur, vt patet ex dictis de legibus loco cit. & à ſimili de ieiunio. Aduertit tamen Nauar. loco cit. Clauis Regia lib. 7. c. 3. num. 12. Rodriquez 1. parte cap. 122. nu. 1. Emanuel Sà verbo Feſtum num. 8. Graffius 1. parte deciſ. lib. 2. c. 34. num. 25. Suarez tom. 1. de religione lib. 2. c. 15. nu. 10. Eum qui diſcedit à loco, vbi dies feſtus colitur, teneri præuenire Miſſam audiendo, ſi eo mane peruẽturus eſt ad locum, vbi dies feſtus non celebratur. Ratio eſt quia præceptum audiendæ Miſſæ afficit ipſum, vbi ipſum deprehendit, & cum huiuſmodi præceptum non ſit determinatum ad aliquam certam horam, obligat, vt quãprimũ adimpleatur, ſi poſtea adimplendum non eſt.

18 Sed oppoſitũ mihi valdè probabile videtur cum Sanchez lib. 3. diſp. 18. nu. 21. & alijs recẽtioribus, quos retuli de Sacramentis diſp. 4. quæſt. vlt. puncto 12. nu. 5. Ratio eſt quia præceptum audiendæ Miſſæ obligat pro tempore matutino vſq; ad meridiem, non verò ſimpliciter pro illa breui hora matutina, aut pro tempore, quo quis futurus eſt extra terminos territorij, in quo celebratur dies feſtus.

Ad rationem in cõtrarium Reſpondeo negando, præceptum obligare ad miſſam ſummo mane audiendam, ſed indifferenter obligare pro toto tẽpore matutino; alioquin homines peccarent, quoties Miſſam ſummo mane nõ audirent.

Obijcies præuidens aliquod impedimentum futurum adimpletioni præcepti tenetur adimpletionẽ præcepti præuenire, vt qui tempore Paſchatis præuidet fore, vt vltimis diebus Paſchatis communionem ſumere nequeat, tenetur præuenire ſumendo cõmunionem primis diebus, & qui ſũmo mane opportunitatem habet audiendi Miſſam, præuidens forè, vt reliquo diei tempore miſſam ob aliquod impedimentum audire nequeat tenetur ſummo mane audire.

Reſpondeo ſubditum teneri pręuenire adimpletionẽ pręcepti quoties tempore impedimenti præuiſo adhuc reſpectu ipſius viget obligatio præcepti, quamuis pro tempore impedimẽti excuſetur ob ſuperueniens impedimentum, non verò te-

netur

Digitized by Google

netur præuenire adimpletionem, dum præuidet forè, vt ſubſequenti tempore exemptus remaneat ab onere prǣcepti. Vide quæ diximus de Sacramentis loco cit.

Ex dictis colligerę licet, quãdonam exercentes opera ſeruilia in die feſto ligentur excommunicatione, ſi lata eſſet excommunicatio contra ſeruiliter laborantes in die feſto; quoties enim excuſantur à peccato mortali ob iuſtam, & rationabilẽ cauſam, excuſantur etiã ab excommunicatione, cum excõmunicatio mortale peccatum ſupponat. Ita Graffius 1. parte deciſ. lib.2.cap.34.num.31.Clauis Regia loco cit. Antonius de Litteratis 2. parte cap. 17. num. 27. & alij communiter.

19 Quæres vtrum peregrini, & viatores tenẽatur ad feſtos dies locorum, qui celebrantur in loco, in quo reperiuntur non verò, in ſua Parochia.

Reſpõdeo ſolutionem huius quęſiti conſtare ex dictis de legibus diſp.1.quæſt.1.puncto 6. ad ibi dicta vos remitto.

20 Septima cauſa eſt diſpenſatio, nam per diſpenſationem tollitur obligatio legis, vt patet ex dictis de diſpenſationibus.

21 Quæres vtrum petenda ſit licentia ab Epiſcopo, vel à Parocho, dum quis in die feſto ſeruiliter laborare intendit. Reſpondeo cum Suarez cap. 32. Azorio cap. 28. quæſito 6. Silueſtro, Caietano, & Angelo apud pręcitatos DD. in dubio cauſæ iuſtæ, & ſufficientis ad ſeruiliter laborandum, adeundum eſſe Epiſcopum, ſi commodè adiri poteſt; Epiſcopus enim diſpenſare poteſt in caſibus frequenter cõtingentibus, vt patet ex dictis de diſpenſationibus, ſi verò cõmodè adiri nequeat Epiſcopus, Parochus poteſt ob iuſtam cauſam, facultatem ad tempus, non verò in perpetuum concedere; quamuis enim Parochus diſpenſare non poſsit in iure communi, vt docui de diſpenſationibus, nihilominus ita permittente conſuetudine in aliquibus caſibus particularibus diſpenſare poteſt, quia conſuetudine acquiri poteſt iuriſdictio. Ita Caietanus, Sotus, Antoninus, Nauar. & alij, quos citat, & ſequitur Suarez loco cit.cap. 33.omiſsis ijs, quos in ſimili retuli de ieiunio puncto vlt. Quando verò manifeſte conſtat de cauſa iuſta ſeruiliter laborandi, nulla requiritur Epiſcopi, vel Parochi facultas; nam exemptus à lege non indiget noua exemptione; optimum tamen conſilium eſt petere conſenſum à Parocho, dum opera ſeruilia publicè facienda ſunt, vt ſupra dictum eſt cum Suarez.

Hinc colligi poteſt, Epiſcopum poſſe in obſeruatione feſtorum cũ perſonis particularibus, aut etiam cum populis diſpenſare, etiamſi dies feſti non ab ipſo Epiſcopo, ſed à Summo Pontifice indicti ſint, vel communi conſuetudine ſeruentur; nam hæc poteſtas in Epiſcopo neceſſaria eſt ad rectam animarum gubernationem, ſaltem pro caſibus repentinis, & frequẽtioribus, vt patet ex dictis de legibus, modò iuſta ſubſit cauſa ad diſpenſandum. Ita Caiet.2.2.quęſt.122.art.4.Azor. loc.cit.cap.28.quæſito 5.ſub finem, Reginaldus nu.54. Nauarrus, Sotus locis ſupracitatis, Clauis Regia lib.

lib.7.cap.3.nu.17.& alij.

Sed modò dubium remanet explicandum, vtrum Epiſcopus alicui dare poſsit facultatem ſeruiliter laborandi hac de cauſa, ſeu hac cõditione, & onere adiecto, vt aliquid eroget ad emendas veſtes pro Eccleſia, aut oleum pro luminaribus, vel quid ſimile faciat in vſus pios.

Reſpondet affirmatiuè Azor. 3. parte lib. 1. cap. 28. quæſito 11. Reginaldus loc. cit. nu. 54. & alij. Ratio eſt quia hoc onus non imponitur tamquam pretium datæ facultatis, ſed cultus, & honor ceſſationis ab operibus ſeruilibus in die feſto cõmutatur in opus pium erogandi aliquid in pios vſus, quod licitè fieri poſſę colligitur, tum ex cap. Licet, de ferijs tum ex ſimili in alijs diſpenſationibus, quæ in cauſis matrimonij à ſede Apoſtolica obtinentur. Verum de hac re, quid nobis ſentiendum ſit conſtat ex ſupradictis de diſpenſationibus quæſ. 2. puncto 3. nu. 23.

Finis Quintæ Diſputationis.

Digitized by Google

DISPVTATIO VI.

Circa quartum Decalogi Præcept um.

Honora patrem tuum, & matrem tuam vt ſis longæuus ſuper terram.

EXplicatis primæ tabulæ Pręceptis, quę Dei cultum, honorem, & amorē reſpiciunt, pertractanda modò ſunt ſecundæ tabulæ mandata, quæ ad proximi dilectionem pertinent, ſumpto exordio ab eo, quod primum tenet locum, Exodi 20. Honora patrem, &c. cuius explicationem aliquibus Punctis perſoluemus.

QVAESTIO VNICA.

IN hac quæſtione primo loco explicandum eſt, quid nomine honoris patris, & matris intelligatur. Secundò vtrum filij reuerentiam partibus pra bere teneatur. Tertiò vtrum amorem. Quartò vtrum obediētiam. Quintò vtrum ſuſtentationem. Sextò vtrum pater curā filiorum habere debeat &c.

PVNCTVM I.

Quid nomine honoris, & q̄d nomine patris, & matris intelligatur in hoc pręcepto.

1 *Quid nomine honoris intelligatur.*

2 *Quinam veniant nomine Patris, aut Matris.*

3 *Obligatione iſtius præcepti non ſolum afficiuntur filij in parentes, verum etiam parentes in filios.*

4 *Quomodo explicanda ſint illa verba, vt ſis longæuus.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 NOmine honoris in hoc pręcepto, non ſolum intelligitur

tur actus interior, vel exterior honorantis, quo honorans teſtatur, & indicat reuerentiam, & præeminẽtiam eius, qui honoratur, vt docet S. Thomas 2.2.quæſt.63.art.3.Sotus lib.2.de iuſt. quæſt.4. art.5. Alenſis 3. parte quæſt.33.membro 2. art.2. & alij, ſed etiam intelligitur actus conſiſtens in eleemoſynis, & oblationibus, quibus Patri in neceſsitate conſtituto præbetur auxilium, iuxta illud Prouerb. cap.3. Honora dominum de tua ſubſtantia. Addo non ſolum intelligi actum reuerentiæ, & actũ amoris, quo alteri ſubuenitur, verum etiam intelligi actũ ſubmiſsionis, quo alteri debita obedientia præſtatur, non ſolum quoad affectum, verũ etiam qnoad effectum, vt benè Sylueſt. verbo Filij nu.2 Tabiena eodem Verbo nu. 17. & alij. Ideò illi non dicitur reuereri, & amare Patrem, qui Patri in neceſsitate conſtituto non præbet ſuſtentationem, & ea quæ illi neceſſaria ſunt, aut qui Patri præcipienti debitam nõ exhibet obedientiam. Ex dictis licet inferre, eum peccare contra hoc quartum decalogi præceptum, qui reuerentiam, amorem, obedientiam, & congruam ſuſtentationem parentibus non exhibet: honor enim, qui parentibus exhibendus eſt hos quatuor actus complectitur.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 NOmine Patris, & Matris quatuor perſonarum genera intelliguntur in hoc præcepto. Primò intelliguntur ipſi parentes, à quibus per generationem immediatè, vel mediatè vitam accepimus, vt ſunt Pater, & Mater, auus, abauus, & proauus. Secundò intelliguntur ſuperiores, qui ſalutis noſtræ ſpecialis curam habent, vt ſunt Epiſcopi, Curati, &c. Tertiò intelliguntur Imperatores, Reges, & Principes, qui bonorum temporalium curam gerunt. Quartò intelliguntur tutores, curatores, & magiſtri, quorum prudentia, & doctrina erudimur, quibus omnibus honorem exhibendum eſſe conſtat ex ipſo naturæ dictamine, ſicut enim ratio dictat honorem exhibendum eſſe parentibus, à quibus per generationem tot bona, & ipſum eſſe accepimus ita etiam dictat exhibendum eſſe alijs ſuperioribus, à quibus regimur, aut bene eſſe, ideſt bonos mores, hauſimus, &c. Ita S. Ant. 1. parte tit. 14. cap. 4. Nauar. cap. 14 nu 3. Sotus lib.2. de iuſt. quæſt.4. art.5. Reginaldus lib.20.cap.1.nu. 3. & 5. Sylueſter verbo Parentes, Emanuel Sà eodem V. nu. 15. Tolet. lib.5. cap.1. nu.1. Molfeſius in Sũma de præceptis decalogi tract. 2. cap.18. nu. 19. & ſequitur.

3 Quæres vtrum præceptum de honorandis parentibus, non ſolum obligationem inducat filijs in parentes, verum etiam parentibus in filios.

Reſpondeo affirmatiuè; nam ratio naturalis dictat parentes debere filijs ſubuenire, illisq́; multa præſtare, & quamuis in hoc præcepto non fiat expreſſa mentio amoris, & honoris parentum in filios, nihilominus ſubintelligitur; nec enim opus erat hoc debitum exprimere; cum natura ipſa ſufficienter inclinet parentes in honorem, & amorẽ filiorum, facta verò fuit mentio expreſſa honoris filiorum in parentes, quia filij non ita propendent in honorem

norem parentum, ſicut parentes in amorem, & honorem filiorum rapiũtur. Ita S. Antoninus loc. cit. §. 5. Reginald. loc. cit. nu. 5. Molfeſius nu. 18. & alij locis cit.

4 Rogabis quomodo intelligenda ſint illa verba, vt ſis longęuus ſuper terram.

Reſpondeo intelligi non ſolum de longitudine, & diuturnitate futuræ vitæ, verum etiam de longitudine huius mortalis vitę iuxta illud 1. ad Thimoteum 4. pietas ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Ita S. Thomas 2. 2. quæſt. 122. art. 5. Nauar. cap. 14. nu. 5. Sotus lib. 2. de iuſt. quæſito 4. art. 5. Clauis Regia lib. 7. cap. 4 Reginaldus tom. 2. lib. 20. c. 1. nu. 4. Molfeſius in Summa tract. 2. cap. 18. nu. 14 & alij.

Obijcies Deus aliquando vitam præripit adoleſcentibus optimæ indolis; ergò falſum eſt, filios optimæ indolis, præbentes honorẽ parentibus, longiorem vitam conſecuturos.

Reſpondeo hoc fieri diuino cõſilio, tum ne communium temporũ acerbitatem, & aduerſitatẽ patiantur, tum ne malitia mutet ipſorum intellectum; cum enim non ſemper expediat ad vitam æternam vita longior frui (nam fieri poteſt, vt ipſius occaſione plurima delicta perpetrentur, quæ morte ſuperueniẽte præcaueri, & euitari poſſunt) iure optimo nonnulli adoleſcentes immatura morte præripiuntur, diuina ſic diſponente prouidentia. Ita S. Thomas loc. cit. & alij communiter.

PVNCTVM II.

Vtrum filij teneantur reuerentiam Parentibus exhibere, & qualem.

1 *Filij tenetur parentibus reuerentiam exhibere.*

2 *Parentibus non ſolum debetur reuerentia interior, verum etiã exterior.*

3 *Filij conijcientes contumelias in parentes, aut ad grauem iram prouocantes, grauiter peccant.*

4 *Illationes ex præcedentibus.*

CVm in pręcedẽti ꝓcepto diximus honorẽ q parẽtibus exhibendus eſt, conſiſtere in reuerentia, amore, obedientia, & ſuſtentatione, cenſui hos quatuor actus in ſequentibus punctis explicare, incipiendo ab actu reuerentiæ.

PRIMA PROPOSITIO.

1 OMnes filij tenentur reuerẽtiam ſuis parentibus exhibere.

Hæc propoſitio patet, tũ ex verbis præcepti Decalogi Honora Patrem tuum, &c. tum ex iure naturę, cui hoc Decalogi præceptum innititur, ius enim naturæ dictat reuerentiã parẽtibus exhibendam eſſe.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 PArentibus non ſolum debetur reuerentia exterior, verum etiã interior. Interior fit ꝑ recognitionem ſuperioris, & per timorem quendam filialem. Exterior exhibetur verbis, & alijs ſignis, ex. g. ho-

g. honorificè loquãdo, non detrahendo de parentibus aſſurgendo, caput inclinendo, famulando, impediendo damna, &c. Nauar. cap. 14 nu. 21. Molſeſius loc. cit. nu. 52. Syluest. verbo Filij quęſito 22. Armilla verbo Filius nu. 22. Reginald. lib. 20. nu. 8. Toletus loc. cit. & alij communiter.

3 Quęres vtrum filij conijcientes conuitia, & contumelias in parentes mortaliter peccent.

Reſpondeo affirmatiuè per ſe loquendo. Ratio eſt quia faciunt cõtra quartum decalogi præceptum in materia graui.

Dixi per ſe loquendo, nam aliquando ratione paruitatis materię, aut indeliberationis excuſari poſſunt à mortali, vt patet ex regulis generalibus ſuperius traditis diſp. 2. de peccatis.

4 Hinc ſequitur primò, eos grauiter peccare, qui parentes animo deliberato ad notabilem prouocẽt iracundiam verbis contumelioſis. & hoc valet, etiamſi parentes reipſa indignationem non concipiant, modò verba ex ſe in magnam iram prouocatiua ſint.

Secundò ſequitur eos grauiter peccare, qui parentes ad grauem iram prouocant, etiamſi verba ex ſua natura in magnam iram minimè inductiua ſint; licet contrarium ſentire videantur Toletus lib. 5. cap. 1. nu. 9. & Clauis Reg. lib. 5. cap. 7. num. 3.

Tertiò filium, qui parentem percutit, mortaliter peccare, etiamſi percuſſio leuis ſit; nã hæc communi hominum ſenſu grauis iniuria exiſtimatur. Idem dicendum cenſeo, ſi filius manum ad percutiendũ eleuet cum ſufficienti deliberatione; hæc enim grauis in parentes iniuria, & irreuerentia reputatur. Ita Graffius 1. parte lib. 2. cap. 56. nu. 6. Clauis Regia loc. cit. Nauar. c. 14. nu. 13. Reginal. lib. 20. nu. 24.

Quartò filium, qui dedignatur, vel contemnit, vel non vult agnoſcere parentem, mortaliter peccare, vt ſi filius, dum ad dignitatis gradum euehitur, & pater magna paupertate laborat, faciem à patre auertat, ipſumq; recuſet agnoſcere. Ita Nauar. c. 14. num. 12. Tolet. loc. cit. Azor. lib. 2. cap. 2. quæſito 10. & alij; quamquàm à mortali poteſt excuſari, ſi filius exterius ſolum diſſimulet, & dedignetur ex iuſta cauſa, abſq; contemptu interno; vt ſi hoc faciat ad vitandum damnum honoris, diuitiarum, aut vitæ, quod alioquin incurreret, cognito patre; tunc enim pater rationabiliter non ægrè fert, nec iniuriæ adſcribit, ſed pro filij bono conſentit, vel conſentire debet.

Item à mortali poteſt filius excuſari, qui parentes infames, aut proditores, vel hæreticos dedignatur; iuſtam enim habet dedignationis cauſam; cum bonum commune præferendum ſit priuato. Ita Nauar. loco cit. nu. 13. Reginal. nu. 15. & alij locis cit.

Quintò illum grauiter peccare, qui maledicta in parẽtes viuos, aut mortuos conijcit. Ita Nauar. loco cit. nu. 13. Graffius loco cit. nu. 10. Reginaldus nu. 24. Molteſius tract. 11. nu. 53. & alij communiter.

Vtrum verò liceat patrem de crimine accuſare patebit ex dicendis in octauo præcepto, & colligitur ex dictis de cenſuris diſp. 2. q. 6. pun. 2. & ex dictis de reſtitutione diſp. 2. quæſt. vlt. puncto 8. nu. 4.

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM III.

Vtrum filij Parentes amare teneantur.

1 *Filij tenentur parẽtes amore proſequi.*
2 *Amor filiorum in parentes conſiſtit in fuga odij & in exhibitione ſignorum amoris.*
3 *Illationes ex dictis in præcedentibus.*

DVo breuiter quæram in hoc puncto. Primò, vtrum filij parentes amare teneantur. Secundò, in quo hic amoris actus conſiſtat.

PRIMA PROPOSITIO.

1 FIlij tenentur amore proſequi parentes. Ratio eſt quia diligẽdus eſt proximus, etiam inimici, qui nobis iniurias, & damna intulerunt; ergo à fortiori tenentur filij diligere parentes, qui ſunt ipſis magis proximi, & à quibus multa bona acceperunt; parentes tamen non ſunt Deo præferendi, magisuè diligendi. Matthęi 4. *Qui amat patrem pluſquàm me, non eſt me dignus.* & Lucæ 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, non quia re ipſa, & abſolutè odio haberi debeant parentes, ſed cõparatiuè, & reſpectiuè ad Deum, quia Deus magis appretiatiuè diligendus eſt.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 AMor quo filij tenentur proſequi parentes cõſiſtit. Primò in fuga odij, quod eſt præceptum negatiuum de non habendo odio parentes; nam lumine naturę conſtat odium proximi vitandum eſſe; ergo à fortiori vitandum eſt odium parentũ, quos in præcedenti propoſitione dixi diligẽdos eſſe; dilectio autem, & amor excludunt odium, cùm extremè opponantur.

Secundò conſiſtit in exhibitione ſignorum amoris, quod eſt præceptum affirmatiuum obligans ad amandum patrem, ſaltem cum ſubeſt neceſsitas, qua iudicio prudentis viri, amoris ſigna exhibere teneamur; nam præceptum amoris importat aliquem actũ faciẽdum, hic autem actus fit quoties ſigna amoris exhibentur, dum ex circunſtantijs prudenter iudicatur neceſſitatem vrgere ad hæc ſigna exhibenda. Ita DD. ſtatim citandi.

3 Ex dictis ſequitur primò illos grauiter peccare, qui parẽtes odio proſequuntur, faciunt enim cõtra præceptum amoris negatiuum. Ita DD. ſtatim citandi.

Secundò illum grauiter peccare, qui graue aliquod malum animæ, vel corporis parentibus exoptat, e. g. cupiendo illis mortem, vt quãprimùm in hæreditatem ſuccedat. Ita Syluest. loco cit. quæſito 22. Nauar. loco cit. num. 11. & 13. Graffius loco cit. nu. 12. Reginaldus lib. 20. nu. 8. Toletus lib. 5. cap. 1. Clauis Regia lib. 7. c. 5. nu. 7. Molfeſius in Sum. tract. 11. nu. 92.

Addo circunſtantiam odij, vel iniuriæ contra parentes, aut Prælatos, aut Superiores explicandam eſſe in confeſsione; ſicut etiam explicanda eſt circunſtantia paricidij; nam huiuſmodi peccata peculiarem habent malitiam, oppoſitã pietati parentibus debitæ. Ita DD. cit. & alij, quos retuli de pœnitẽtia.

Vtrum verò ex bono motiuo liceat

ceat malum parentibus optare, cõſtat ex ſupradictis pũcto vlt. de charitate.

Secundò ſequitur eum grauiter peccare, qui parentes toruis oculis ferè ſemper intuetur, & ita aſperè alloquitur, ac ſi eos odio haberet, quamuis fortè interius diligat. Ratio eſt quia ſicut parentibus debetur reuerentia non ſolum interna, verum etiam externa, ita etiam debetur amor non ſolum internus, verum etiam externus. Ita Sylueſt. loco cit. Graff. 1. parte lib. 2. c. 56. num. 5. & alij apud Clauem Regiam lib. 7. cap. 5. num. 8.

PVNCTVM IV.

Vtrum filius teneatur obedire Patri.

1 *Filius tenetur obedire Patri in ijs, in quibus eſt illi ſubiectus.*
2 *Illationes ex præcedenti concluſione.*
3 *Filius qui patri obedientiam in grauibus non præſtat, mortaliter peccat.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Filius tenetur obedire Patri in ijs in quibus eſt illi ſubiectus. Hæc propoſitio probatur primò, Prouer. 1. *Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ*, & ad Epheſ. 6. *Filij obedite parentibus veſtris in Domino*. Secundò, Chriſti exemplo, *qui ſubditus erat Ioſeph, & Mariæ*, Lucæ 2. Tertiò, quia ſicut tenemur obedire præceptis Principum, ita etiam tenemur obedire mandatis parentum, quę vim habent legis. Ita communiter DD.

Hinc colligi poteſt primò filium teneri obedire parenti aliquid præcipient circa bonos mores, & ſalutem animæ, vt ad vitandas prauas amicitias, ad deſerendas meretrices, ad relinquendos ludos prohibitos, &c. Nam in his eſt ſubditus patri, qui tenetur filium bonis moribus imbuere, conſequenter grauiter peccat filius, qui patri aliquid circa bonos mores præcipienti debitam non præſtat obedientiam, niſi forte paruitas materiæ excuſet. Ita Nauar. c. 14. nu. 12. Caiet. verbo Filij peccata, Emanuel Sà verbo filij nu. 14. Clau. Reg. loc. cit. cap. 6. nu. 9. Molfeſius in Summa de peccatis tract. 2. cap. 18. nu. 56. Graffius cap. 56. nu. 15. Reginald. tom. 2 lib. 20. ſeſſ. 2. nu. 16. & alij filium grauiter peccare non obtemperando in ijs, quæ pertinent ad domeſticam gubernationem, modò res grauis ſit; nã in ijs ſubiacet Patri. Ita Sylueſt. nu. 25. Sanchez lib. 4. cap. 15. nu. 22. Molfeſius nu. 94. Rodriquez in Summa 1. parte cap. 14. nu. 1. Leſſius lib. 2. cap. 40. dub. 8. nu. 43. Nauar. Emanuel Sà, Clau. Reg. & Reginaldus locis cit.

Tertiò filium non peccare non obediendo patri in ijs, quę pertinẽt ad vitæ ſtatum in materia religionis, aut matrimonij, vt docui de matrim. quæſt. 4. puncto 17. quæſito 4. & alios hic oſtendi. Vide quæ dixi de matrimonio loc. cit. ne hic eadem ſine cauſa repetam. Ex quo licet inferre filium poſſe inſcio, & non admonito Patre ſtatum perfectiorem aſſumere, ſi filius ſciat Patrem, de hac re admonitum, reclamaturum, & iniuſtè impediturũ; filius enim non eſt ſubditus Patri in ijs, quæ pertinent ad perfectiorem vitæ ſtatum. Ita Clauis Reg. Molfeſius

Digitized by Google

ſesius, & alij DD. citati.

Quartò filium non teneri in rebus prauis obedire patri. Ratio eſt tum quia in hac re non eſt ſubditus patri. Tum quia præceptum,& voluntas Dei præferenda eſt præcepto, & voluntati patris. Tum quia ſicut legiſlator non poteſt ad aliquid iure naturali,vel diuino vetitũ obligare, ita neq; pater poteſt aliquid prauum, ſeu aliquo iure prohibitum præcipere, niſi iuſta ſuperueniat cauſa, ob quam prauitas, & prohibitio ceſſet. Ita Clauis Reg. loco cit. Molfeſius num. 59. & alij DD. citati.

3 Quæres vtrũ filius ſemper mortaliter peccet non obediendo Patri in ijs, in quibus Patri ſubditus eſt.

Reſpondeo mortaliter peccare, poſita grauitate materiæ; nam faciens contra pręceptum in re graui mortaliter peccat. Ex leuitate verò materiæ excuſatur à mortali,vt patet ex regulis generaliter traditis de peccatis, immo excuſari etiam poteſt à veniali, ſi pater imperet aliquid non intendens imperare, ſeu obligare ad obediendum obedientia ſibi debita. Nam præceptũ non obligat vltra intentionem pręcipientis, hac de cauſa in tract. de matrimonio dixi vxorem debitum viro denegantem, excuſari à mortali,ſi vir beneuole petat, non tamquam ſibi debitum ex iuſtitia, nec intendens illam obligare ad reddendum ſibi debitum. Ita Rodriquez 1. parte cap. 14. concl. 1. Nauar.cap.14.nu.2.& quamplures alij quos retuli de matrimonio quæſt. 44.puncto 1. nu. 1.

PVNCTVM V.

Vtrum Filij Parentibus ſubuenire teneantur.

1 *Filij tenentur parentibus ſubuenire in neceſſitate ſpirituali, & corporali.*

2 *Illationes ex hac doctrina.*

3 *An filius teneatur alere patrem damnatum à Iudice, vt fame pereat.*

4 *Quandonam filius teneatur ab ingreſſu Religionis abſtinere, vt parentibus ſubueniat.*

5 *Habens votum religionis non poteſt ingredi religionem, dum ipſius in ſeculo remanentis ope indiget.*

6 *Filius tenetur tempore nouitiatus egredi vt ſubueniat patris neceſſitati.*

7 *Filius profeſſus tenetur egredi religione etiam inuito Prælato, vt ſubueniat extremæ parentum neceſſitati.*

8 *An eadem obligatione teneatur pater erga filios.*

9 *Ad quid teneatur Religioſus profeſſus, qui religione egreſſus eſt.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Filij teneātur ſubuenire parētibus, tam in neceſsitate ſpirituali, quam corporali, modò ſubuenire,& ſuſtentare valeant. Ratio eſt quia tenentur diligere parētes non poſſunt autem eos verè diligere, niſi eis tempore neceſsitatis ſubueniant, vt patet ex dictis de charitate. Vide S. Thomam 2. 2. quæſt. 100.art.2.Toletum lib.5.cap. 1. Nauar.cap.14.nu.14.Clau.Regiſ lib.7.cap.5. nu.15. Reginaldum,& alios locis ſtatim citandis.

2 Hinc colligi poteſt primò filios qui non curant patrem in mortis articulo conſtitutum confiteri, vel

ſuſcipere alia ſacramenta, quæ à Chriſtianis percipi debent, aut impediunt ne teſtamentum faciat, vel ne aliquid pauperibus in animæ ſuæ vtilitatem erogent, grauiter peccare, quia faciunt contra præceptum, quo tenentur parentibus in ſpiritualibus ſubuenire. Ita Nauar. cap.14.nu.13. Reginald.lib 20.ſect. 1.nu.9. & alij.

Secundò Filium peccare differēdo ſolutionem legatorum relictorum à parentibus; nam facit nō ſolum contra obligationem iuſtitiæ, qua tenetur legata perſoluere, verū etiam contra pietatem parentibus debitam, cum fieri poſsit, vt animæ parentum, in purgatorio exiſtentium, è pęnis, ſolutione legatorum, eripiantur, vt docui de contractibus diſp.3. quæſt.vlt. puncto vlt.nu. 29. cum Petro Nauar. Naldo, Emanuele Sà, & alijs.

Tertiò Filium, qui iuxta ſuas vires, & facultates nō curat exequias, & anniuerſaria officia parentibus celebrari, reū eſſe culpæ, quia non ſubuenit ſpirituale parentum neceſsitati.

Quartò filium, qui parentibus in magna neceſsitate conſtitutis non ſuccurrit, grauiter peccare, etiamſi parentes alioquin poſſent, ſibi per aliquam artem, ſtatui ſuo indecentem, ſubueniri; ſecus ſi poſſent ſibi ſubuenire per officium, vel artem, quæ non ſit dedecori ſuo ſtatui, nō enim cenſentur in neceſsitate. Ita Nauar. loc.cit. Molfeſius nu.63. Reginald. & Clau. Reg. locis cit. Azor. lib.2. cap.3.

Quintò filium, qui parentes infirmos non viſitat, vel ipſorum ſanitati non conſulit, vel in carcere detētos, aut menteeaptos liberari non curat, peccare, qui nō ſubuenit neceſsitati parentum. Ita S. Tho. 2. 2. quæſt. 122. art.5. ad 3. Nauar. loc.cit.nu.14 Molfeſius nu.63. Clau. Reg. Reginald. & alij locis cit.

3 Quæres primò, vtrum filius teneatur alere patrem damnatum à Iudice, vt fame pereat.

Reſpondent Azor. & alij affirmatiuè; quia ſententia illa Iudicis nō tollit ius, & obligationem filij, ſed ſolum tollit ius ab extraneis; verum quid nobis ſentiendū ſit, ſatis colligitur ex dictis de charitate, vbi etiam oſtendi, cuinam potius teneatur ſubuenire, qui patrem, & filium habet exiſtentem in neceſsitate, aut ſi habeat patrē, & vxorem & vtriq; ſubuenire non poſsit, ſed vni tantum, præter doctores ibi citatos. Vide Surdum tit.7. de alimētis quæſt. 14. & Molfeſium loco citato num. 69.

4 Quæres ſecundò, vtrū filius teneatur ab ingreſſu religionis abſtinere, aut egredi religione, vt patrem ſuſtentet. Solutio iſtius difficultatis ſufficienter colligitur ex ſupra dictis de voto religionis. Ideò hic breuiter.

Reſpondeo filium teneri ab ingreſſu religionis abſtinere, dum parentes in extrema, vel quaſi extrema, vel ſaltem graui neceſsitate reperiuntur. Ratio eſt quia præceptū pręferendum eſt conſilio. Filius autem tenetur ex pręcepto pietatis ſubuenire patri exiſtenti in extrema, vel graui neceſsitate. Grauis neceſsitas hoc loco dicitur, dum pater viuere quidē poſſet ſine ope alterius, ſed viueret cum notabili iactura, & detrimento ſui ſtatus, & condi-

Digitized by Google

conditionis, vt mendicando, famulando alijs cum notabili iactura proprij ſtatus.

Amplia hæc procedere non ſolū ſi neceſsitas patris præſens ſit, verū etiam ſi probabiliter futura credatur, militat enim eadem ratio. Ita Sanchez in Summa lib.4.cap.20.nu. 5. Abulenſis in c.8. Matthęi quęſt. 67. contra Rodriquez cap.6. nu.4. Clau.Reg.lib.7.cap.6.nu.2. & alios apud ipſam Clauem Regiam, & apud Reginaldum lib. 20. cap. 2. ſect.1.nu.12. & 13.

Dixi in reſponſione quando parentes, &c. vt aduerterem propter fratrum, ſororum, vel aliorum propinquorum neceſsitatem non extremam, ſed tantumodò grauem, non teneri ſub mortali à religione abſtinere; non enim ita ſtrictò pręcepto tenetur erga fratres, alioſq; propinquos, ſicut erga parentes; conſequenter neque tenetur priuare ſe tanto bono, ſicut tenetur ad ſubueniendum neceſsitati patris, dum aliter ſubuenire non poteſt, niſi in ſeculo remaneat. Ita Clauis Reg.loc.cit. Azor.2. parte lib. 2. c. 40. quæſito 8. & 9. Reginald.lib.20. nu. 50. Sanchez & alij contra Molfeſium in Summa tract. 11. cap. 18. nu. 88. cuius opinionem probabilē arbitror. Prædicta tamen limita modo filius non incurrat probabile periculum ſalutis ſpiritualis, dum in ſeculo remanet; quilibet enim magis tenetur ſalutem propriam ſpiritualem, quam corporalē proximi diligere.

5 Hinc colligi poteſt primò quid dicendum ſit de eo, qui votum habet religionis; patet enim hunc nō teneri, nec poſſe religionem ingredi, vt adimpleat votum, dum pater in prædicta neceſsitate exiſtit; votum.n. nō obligat ad aliquid faciēdum contra pietatem parentibus debitam.

Hoc tamen intellige, modò ſubuenire poſsit remanendo in ſeculo, non verò poſsit ingrediendo, aut per alium.

Rurſus intellige modò conſtet tātam eſſe neceſsitatem cui teneatur ſubuenire; nam ſi dubium ſit vtrum tanta ſit neceſsitas, tenetur votum adimplere, quia poſſeſsio ſtat pro voto; in dubijs autem fauendū eſt poſsidenti. Ita Sanchez num.6. & 9.

6 Secundò colligi poteſt filiū nō ſolum teneri ab ingreſſu religionis, verum etiam teneri tempore nouitiatus egredi, vt ſubueniat dictæ neceſsitati patris; militat enim ratio allata in reſpōſione ad quęſitū.

7 Maior difficultas eſt vtrum filius profeſſus teneatur, etiam inuito Prælato egredi religione ob extremam parentum neceſsitatē.

Reſpondeo affirmatiuè, dum neceſsitas parentum eſt extrema. Ratio eſt quia tenetur hoc facere propter extremam neceſsitatē extranei; nam ſi extraneo lapſo in puteum ſolus religioſus ſubuenire poſsit, tenetur ſubuenire etiam inuito Prælato, vt multis Doctoribus citatis, tradit Sanchez loc. cit. nu.4. ergò multo magis filius ob extremam patris neceſsitatem hoc pręſtare tenetur. Ita Valentia, Corduba, & alij apud Sanchez loc. cit. & Clau.Reg.loc. cit. nu.13. cōtra Medinā, Tabienam, & alios apud præcitatos DD.

Dixi dum neceſsitas parentum eſt extrema, nam ob neceſsitatem tantūmodò grauem nō poteſt reli-

gioſus abſque legitimi Prælati licentia exire, vt patris neceſsitati ſubueniat; nam res vni tradita non poteſt extra neceſsitatem extremã alteri tradi, ſicut qui pecuniã tradidit Eccleſiæ non poteſt eam ab Eccleſia auferre, vt ſubueniat patri in graui tantũmodò neceſsitate exiſtenti; religioſus autem per profeſsionem iam traditus eſt religioni, & poteſtati ſui Prælati. Ita Emanuel Sà verbo Religio nu. 2. & alij apud Sanchez loc. cit. nu. 17. quamuis nõ deſint, qui contrariũ ſentiãt.

8 Ex dictis colligitur à fortiori parentes non poſſe ingredi religionem, dum filij exiſtunt in neceſsitate extrema, aut dum non habent neceſſaria ad educationem. Ratio eſt tum quia opus conſilij non eſt præferendum operi debito ex præcepto. Tum quia parentibus peculiaris incumbit obligatio prouidendi neceſſaria ad educationem filiorum. Vtrum verò pater teneatur exire poſt profeſsionem, vt filijs ſubueniat colligitur ex dictis. Vide Azorium 2. parte lib. 2. c. 40. Sanch. loco cit. toto c. 20. Valentiam tom. 3. diſp. 7. q. 1. pun. 2. Clau. Reg. loco cit. Reginaldum lib. 20. ſect. 1. n. 11. vſq; ad 14. & alios DD. quos ſuperius retuli de voto religionis in ſecundo Decalogi Præcepto.

9 Si quæras vtrum egreſſus è religione ad ſubueniendum neceſsitati teneatur ſeruare vota, & præcepta religionis.

Reſpondeť teneri eo modo quo cõmodè poteſt; per egreſſum enim non eximitur ab obligationibus quas contraxit per profeſsionem, Præterea tenetur deferre habitum, vt benè ait Clauis Regia nu. 19. & alij quos ſuperius retuli de voto religionis. Denique ſublata neceſsitate tenetur ingredi religionem, in qua prius per profeſsionem vota religionis emiſerat; nam ſublata cauſa remanendi in ſeculo nõ poteſt in ſeculo remanere. Vide quæ diximus diſp. 4. circa ſecundũ Decalogi præceptum de voto religionis ſub finem quæſtionis de voto.

PVNCTVM VI.

An Pater filiorum curam habere teneatur.

1 *Pater filiorum curam habere tenetur.*
2 *Pater curare tenetur, vt filij addiſcãt rudimenta fidei, & ſtudijs operam nauent iuxta ritum, & conſuetudinem aliorum.*
3 *Pater tenetur à filijs peccatorum occaſiones auertere.*
4 *Pater peccat deprauando filios prauo conſilio, vel exemplo.*
5 *Tenetur corrigere, & caſtigare filios delinquentes.*
6 *Tenetur alimenta filijs, et dotem filiabus præbere.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Pater tenetur curam filiorum habere. Ratio eſt tum quia cæteri tenentur curam aliorum domeſticorũ habere. 1. Corin. 5. *qui ſuorum maximè domeſticorum curam non habet, eſt infidelis, & infideli deterior.* ergo multò magis tenetur pater curam habere filiorum. Tum quia tenetur filios peculiari quadã dilectione diligere, vt colligiť ex dictis de charitate, ergo tenetur etiam curam habere. Tum quia ius naturæ nõ ſolum in hominibus ratione prædictis, verum etiam in brutis ratio-

rationis vſu carentibus propendet in amorem, & curam filiorum.

2 Hinc ſequitur primò patrē, qui non ſtudet quantum in ſe eſt, vt filius præcepta Dei, & Eccleſiæ ſeruet, vt ab omni peccato ſaltē mortali abſtineat, vt virtuti acquirendæ operam nauet, vt neceſſaria ad ſalutem cognoſcat, & addiſcat, grauiter peccare; facit enim contra præceptum, & contra naturalem obligationem, qua filiorum curam habere tenetur. Ita DD. ſtatim cit.

Addo cum Azorio 2. parte lib. 2. c. 4. quęſito 17. & 18. Reginaldo lib. 20. nu. 45. Pontano c. 7. de alimentis, patrem non ſolum teneri curare, vt filius addiſcat ea, quæ pertinent ad ſalutem, vt ſimbolum, orationem. Verum etiam teneri facere ſumptus, & expenſas, vt filius in litterarum ſtudia incumbat, ſicut cæteri patres eiuſdem conditionis in eadē Patria facere cōſueuerunt. Vtrum verò filius in diuiſione paternæ hæreditatis teneatur mortuo patre hos ſumptus in partitionem adducere, patet ex dictis de ſocietate ad finem non teneri, vt benè aſſerit Azorius, & Reginaldus locis cit. & quamplures alij, quos retuli de ſocietate loco cit.

3 Secūdò parētes, qui peccatorū mortalium occaſiones à filijs non auertant grauiter peccare, vt ſi filiabus permittant amatorē ad malum finem, aut ſi permittant tactus impudicos inter ſponſum, & ſponſam de futuro. Vtrum verò poſsint permittere amplexus, & oſcula cauſa delectationis, Nauar. c. 14. n. 18. & Clau. Reg. c. 7. num. 4. affirmant. Sed quid nobis in hac re ſentiendū ſit, conſtat ex dictis de matrimonio quæſt. 4. puncto 9.

4 Tertiò peccare deprauando filios malo exemplo, aut prauis conſilijs. Ita DD. cit.

5 Quartò peccare non obiurgando, dum ad filij diſſoluti ſalutē neceſſaria eſt caſtigatio, vel obiurgatio. Caueat tamen ne modum in verberibus inferēdis excedat; nam mortaliter peccat, qui immoderatè verberat, vt ſi filius notabilem læſionem patiatur ex ea percuſsione. Ita Sotus lib. 5. q. 2. art. 1. Syluest. verbo Percuſsio, Reginaldus loco citato nu. 42. Molfeſius num. 84. & alij communiter.

6 Quintò parentes teneri alimenta filijs, & dotem filiabus præbere, niſi iuſtam habeant exhæredandi cauſam, & hoc militat, non ſolum reſpectu filiorum legitimorum; verum etiam reſpectu illegitimorū, & adoptiuorum, cum in ipſos per adoptionem onera legitimorum tranſeant. Vide Surdū de alimentis tit. 1. quæſt. 2. c. 19. 20. & 29.

Addo teneri etiam mediocrem diligētiam adhibere ad acquirenda bona, quibus filij alantur iuxtà proprium ſtatum, & vt iuxtà conditionis ſuæ ſtatum ſufficientem habeant hæreditatem poſt mortem patris. 2. Corint. 12. *Non debent filij theſaurizare parētibus, ſed parētes filijs*, & c. duo iſta 23. q. 4. Vide S. Thomā 2. 2. quęſt. 101. art. 2. ad 2. Molfeſium tract. 11. cap. 18. nu. 83. & Reginaldum lib. 20. num. 35. Verum vt quæ diximus in hac 6. illatione melius intelligantur ſit.

§. I.

Vtrum parentes, qui alimenta filijs non præſtant, grauiter peccent.

1 Quid nomine alimentorum veniat.

2 Pater grauiter peccat denegans alimenta filio ſine graui cauſa, etiamſi filius proſcriptus ſit, vel emancipatus. Immo tenetur etiam vxori filij alimenta præbere, dum filius præbere non poteſt.

3 Mater nõ tenetur alimẽta filio præbere excepto lacte, & impotentia patris.

4 Mater non peccat mortaliter, non lactando filium per ſe ipſam, tenetur tamen bonã nutricẽ adhibere.

5 Ad quem pertineat alere filium facto diuortio.

6 Parentes filium hoſpitali exponentes per ſe loquendo grauiter peccant.

7 Obligatio alendi filios tranſit ad hæredes illiꝰ, qui filios alere tenebatur.

8 Hæc obligatio non tranſit directè ad donatarium.

9 Hæc obligatio non tranſit ad eos, qui bona parẽtum titulo emptionis, vel ſimilis contractus acquiſierunt.

10 Hæc obligatio tranſmittitur ad Fiſcũ cui bona parentis addicta fuerunt ob ipſius parentis delictum.

11 Fundus quem pater aſſignauit ad alimenta filij mortuo filio reuertitur ad patrem.

12 Pater qui filio alimenta non præſtitit non tenetur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem, niſi forte filius debita ob id contraxerit.

IN hoc §. explicandum eſt primo vtrum pater grauiter peccet non præbendo alimenta filijs. Secundò vtrum peccet mater. Tertiò vtrum obligatio, qua parentes tenentur alere filios, tranſeat ad hæredes. Quartò vtrum qui non præſtitit filijs alimenta, teneatur ad reſtitutionem.

1 Sed prius præmittendũ eſt nomine alimẽtorum intelligi victum, veſtitum, lectum, habitationem, & alia ad vitam neceſſaria iuxta perſonæ conditionem, & qualitatẽ, l. Si quis à liberis, §. non tantum. ff. de liberis agnoſcẽdis. & l. Legatis, ff. de alimentis, & cib. legatis. Nomine alimentorum, veniunt etiam medicinæ, quibus indigemus, dum praua vtimur valetudine, vt cum Baldo, Cyno, & alij cõmuniter tradit Pontanus tract. de alimentis c. 1. quem ſequitur Azorius 2. parte lib. 2. c. 4. quæſito 2 & 19. & alij, quos in ſimili retuli de contractibus.

Addit Molina tract. 2. de diſput. 168. verſ. Alimenta nomine alimentorum, venire etiam impenſas funeris, ſi filius moriatur; præterea expenſas competentes pro anima defuncti. Verum impropriè meo iudicio alimentorum nomen his expenſis adſcribit Molina; quamuis enim pater ad has teneatur, tamen cum filius his non alatur nec ſuſtentetur, impropriè alimenti nomine vocantur; alioquin etiam expenſæ, quæ in diuinis officijs in ſuffragium defunctorum fiunt, nomen alimenti ſibi vendicarent: hoc poſito tranſeamus ad explicationem eorum, quæ explicanda propoſuimus.

PRIMA PROPOSITIO.

2 PAter, qui filio licet ſpurio ſine graui cauſa negligit alimenta præbere, grauiter peccat. Ratio eſt quia facit contra ius naturæ

naturæ in re grauis: cum alimenta iure naturæ filijs debeãtur, vt bene docet Couar. in Epit. 2. parte c. 8. §. 6. Azor. 2. par. lib. 2. c. 4. quæſito 1. Molina, Sanchez, & alij cõmuniter: hoc tamen limitari poſſe videtur modo filius non ſit diues, nec aliundè ſibi conſulere commodè queat, vt multis DD. relatis docet Sanch. lib. 4. diſp. 26. num. 20. Couar. loco cit. Molina diſp. 168. initio, Reginaldus lib. 20. nu. 30. nam iure naturæ dictante alimenta filijs præſtanda ſunt, vt ipſorum neceſsitati conſulatur: filius autem, qui diuitijs affluit, aut aliundè ſibi cõmodè conſulere põt arte, vel officio decenti, non dicitur laborare neceſsitate: ſecus ſi aliundè ſibi commodè cõſulere non poſsit.

Addo primò, patrem teneri alimenta filio præbere, etiamſi filius auctoritate Principis proſcriptus ſit: nam Princeps edicto ſuo non aufert obligationẽ iure naturæ introductam, niſi fortè mutatis circumſtantijs ius naturæ deſinat obligare, vt dictum eſt de legibus, & de peccatis. Vide Pontanum de alimentis c. 1. Azorium loco cit. quæſito 6. & alios, quos in ſimili retuli de charitate.

Addo ſecundò, patrem teneri filio alimenta exhibere, etiamſi filius ſit excommunicatus, vt patet, tum ex ratione ꝓximè allata, tũ ex dictis de cenſuris diſp. 2. q. 2. puncto 6. §. 2. quãquam Pontanus, Panormit. & alij apud Azor. loco cit. quæſito 8. putant patrem teneri alimẽta filio excommunicato præbere, ſolum quãdo filius alioquin fame periret. Vtrum verò pater teneatur, aut ſaltem poſsit filio damnato, vt fame pereat, alimenta præbere, patet ex dictis de charitate. Vide Valẽtiam 2. 2. tom. 3. diſp. 3. q. 8. puncto 1. & diſp. 5. q. 13. pun. 4. ad finem, Bannẽ 2. 2. q. 69. art. 4. Salonium, & Arragon. ibidem, & Clauem Regiã lib. 12. c. 18. nu. 30. innuentes poſſe, ſed non teneri; ſicut enim reliqui poſſunt præbere, & filius poteſt oblatos ſibi cibos ſumere, ita etiam poteſt pater tradere ex oppoſito, ſicut filius damnatus non tenetur cibos oblatos ſumere, ita neq; cæteri tenentur miniſtrare. Videnda ſunt, quæ ſupradiximus de charitate.

Addo tertiò, patrem teneri non ſolum alimenta filio indigenti pręberę, verum etiam ipſius vxori: nam l. Si quis à liberis. ff. de liberis agnoſcendis, habetur, patrem non ſolum teneri alimenta filijs præbere, verũ etiam liberorum onera ſuſtinere: ſed onus filij eſt, vt alat vxorem, quã ſine dote duxit, vt multis DD. allegatis docet Sanchez loco cit. nu. 21. ergo pater filij vxorem alere tenetur, dum filius alimenta præſtare non poteſt. Ita Sanch. loc. cit.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Mater non peccat mortaliter, non prębendo filio alimenta, excepto lacte, niſi pater impotens ſit ad alendum filium, alioquin indigentem. Ratio eſt quia obligatio alendi filiũ ex iuris diſpoſitione incumbit patri, vt patet ex l. Si quis à liberis, & ex alijs iuribus infra citandis: ergo mater non peccat mortaliter non alendo filium tranſacto triennio. Ita DD. ſtatim citandi.

Dixi excepto lacte, vt aduerterẽ matrem teneri lac filio, etiam ſi ſpurius ſit, præbere vſque ad triẽnium,

modò

modò lacte non careat, nec iuſtam non lactandi cauſam habeat, l. Nec filium, C. de patria poteſtate quamobrem mater tranſacto triennio nō tenetur alimenta filio præſtare, & intra triennium tenetur tātummodo lac præbere; cōſequenter ſi mater intra triennium aliquas in nutriendo filio expenſas faciat, quæ ad patrem ſpectant, poterit eas in vtroq; foro à patre repetere, l. Nec filium, C. de patria poteſtate. Immo ſi mater vſque ad triennium filio de lacte commodè prouidere nequeat onus prouidendi incumbit patri: ſic enim ius naturæ dictat, non ſolum in hominibus vſu rationis præditis, verum etiam in brutis, & animalibus ratione carentibus. Ita DD. ſtatim citandi.

Dixi niſi pater impotens ſit ad alendum filium, nam mater, poſita impotētia patris, tenetur filiū alere l. ſi quis à liberis ff. de liberis agnoſcendis. Ratio eſt quia in hoc caſu ceſſat iuris humani diſpoſitio, qua hoc onus in patrem tranſlatū erat. In defectum vero matris tenētur aui, & alij aſcendētes, l. Penultima ff. de liberis agnoſceſ. Vide Molinā tom. 1. diſp. 168. Pontanum de alimentis cap. 8. Clauem Regiam lib. 7. cap. 7. nu. 6. Azor. 2. parte lib. 2. c. 4. quæſito 3. & vlt. & cap. 5. quæſito 8. & 9. & cap. 3. quæſito 7. Nauar. c. 14. nu. 17. Reginaldum lib. 20. nu. 32. 33. & 40. Molfeſium tract. 11. cap. 18. nu. 80. Syluestrū, Couar. Sanchez, & alios locis ſupra cit. & proximè adducendis.

4 Quæres primò vtrum mater teneatur per ſe ipſam lac filio præbere, aut bonam nutricem quęrere.

Reſpondeo teneri quidem ſub mortali bonam nutricem quærere, quæ non ſit morbo infecta; non tamen peccat mortaliter, per ſe loquendo, non lactando per ſe ipſam, quamuis ſine incommodo lactare poſsit. Ratio eſt quia filius ob id nón patitur graue damnum, teſte, Nauar. Azorio, Molfeſio, Claue Regia, & Reginaldo locis cit.

5 Vtrum vero ad patrem, vel potius ad matrem pertineat alere filium, facto diuortio, conſuli poteſt Pontanus de alimentis c. 8. Azor. loc. cit. cap. 5. quæſito 9. Syluester verbo Filij quæſito 21. Angelus eodem verbo nu. 22. Sanchez lib. 10. de matrim. diſp. 20. & Surdus de alimentis tit. 1. quæſt. 14. Nam iſtius quæſtionis ſolutio, vtpote ad forū externum pertinens, videri poteſt apud DD. citatos, extat enim diſpoſitio pœnalis contra eum, cuius culpa fit diuortium; diſpoſitio autē pœnalis ſententiam Iudicis requirit, quoties ad ſui executionem requirit aliquam actionem.

6 Quæres ſecundò vtrum parētes mortaliter peccent, exponendo filium hoſpitali.

Reſpondeo mortaliter peccare, niſi iuſtam habeant exponēdi cauſam; vt ſi pater exiſtat in valde graui neceſsitate, vel periculo vitæ, aut infamiæ. Ratio cur peccent exponendo filios hoſpitali ſine cauſa eſt. Tum quia videntur filios deſerere, & derelinquere, contra naturalem, & paternam pietatem. Tum quia probroſum, & contumelioſum reputatur in Hoſpitali domo ali, & ſuſtentari. Ita Nauar. cap. 14. nu. 17. Reginald. lib. 20. nu. 30. Couar. loc. cit. nu. 9. Syluest. verbo Adulterium quæſito 5. Tolet. lib. 5. cap. 1. nu. 11. Emanuel Sà verbo parentes nu. 3.

Dixi niſi iuſtam habeant exponendi

Digitized by Google

mædi cauſam; iam qui iuſta de cauſa filium hoſpitali l. ad domũ Epiſcopi diuitis exponit, excuſatur. Ratio eſt quia nulli adſcribitur culpę, quod quis iuſta de cauſa facit, cũ prudenter operari dicatur.

Non nego tamen, quin pater diues, qui filium hoſpitali ad precauendam infamiam, vel ob aliã rationabilem cauſam expoſuit, teneatur ſatisfacere expenſis, ab hoſpitali in alendo filio factis. Ratio eſt quia Domus Hoſpitalis non eſt inſtituta ad alendos filios diuitum, ſed pauperum; neq; adminiſtratores illius Domus intendũt has pietatis expenſas gratis facere contra primęuam illius inſtitutionem: cõſequenter, qui filios diuitũ in Hoſpitali exponunt animo non reſarciendi damna, & expenſas, iniuſtè agunt, & peccant contra iuſtitiam; conſequenter tenentur ad reſtitutionem, vt patet ex dictis de contractibus, & præter DD. ibi citatos idem tradunt Tabiena verbo Adulterium nu 6. Syluef. eodem v. quæſito 5. Azor. loc. cit. cap. 5. quæſito 7. Clauis Regia lib. 7. cap. 7. n. 5. Reginald. lib. 20. nu 30. & 40. Leſ. Vaſquez, Molina, & alij, quos adduxi de matrim. quęſt. 4. puncto 15. nu. 10. in 2. editione, contra nonnullos alios apud Azorium arbitrantes patrem non teneri pro expenſis iam factis ab Hoſpitali ſatisfacere.

TERTIA PROPOSITIO.

7 Obligatio, qua parẽtes tenent alere filios, trãſit ad hæredes illius, qui filios alere tenebatur, quã uis enim ius, quod filij habent, vt à parentibus alantur, non tranſeat ad hæredes filiorum, ita vt defuncto vno filio hæredes ipſius filij defuncti acquirant ius petendi alimẽta quæ filio debebantur, nihilominus ius quod filij habent vt à parentibus alantur permanet apud ipſos filios contra hæredes illius, qui alimenta præſtare tenebatur, vt colligi facilè poteſt ex l. Si quis à liberis. §. Item reſcriptum ff. de liberis agnoſ. & ex Authentica licet C. de naturalibus liberis. Ita Bartol. Socinus, Panormit. & alij apud Antonium Gomez ad lib. 9. Tauri nu. 39. apud Couar. in Epit. 2. parte cap. 8. §. 6. nu. 14. apud Molinam tract. 2. diſp. 168. verſicul. Obſerua, & apud Azor. 2. parte lib. 2. cap. 5. quæſito 5. Hinc ſequitur filium etiam ſpurium alendum eſſe à monaſterio, cui pater, facta in eo ꝓfeſsione, ſua bona reliquit; nam monaſterium cenſetur hæres patris. Ita Bartol. Azor. & alij locis cit.

8 Maior difficultas eſt primo vtrũ hæc obligatio tranſeat ad eos, qui bona parentum per donationem acquiſierunt.

Reſpondeo hanc obligationem nõ tranſire directè ad eos, ad quos ex donatione vniuerſa bona parentum peruenerunt, quia nullo iure probatur huiuſmodi bona tranſire cum hoc onere; indirectè vero tranſit quatenus æquitati conſentaneum videtur, vt auctoritate, & officio Iudicis compellantur ad alendos donatoris filios, etiam ſpurios. Ita Couar. & Azor. locis cit. Reginal. lib. 20. nu. 40. verſ. Sextum eſt, & alij. Vtrum verò hæc danatio tãquam inoficioſa reſcindi poſſit, conſtat ex dictis de contractibus diſp. 3. quæſt. 12. puncto vltimo.

9 Secundò difficultas eſt, vtrum hæc

hæc obligatio tranſmittatur ad eos, qui bona parentum titulo emptionis acquiſierunt.

Reſpondeo hanc obligationem non tranſmitti ad eos, qui titulo emptionis permutationis, ſimilesve contractus bona parentum obtinuerunt. Ratio eſt tum quia cum acceperint hæc bona titulo oneroſo, & tantundem perſoluerit Domino, æquitas, aut iuſtitia poſtulare non videtur, vt etiam ad filios alẽdos cogantur. Tum quia nullo iure probatur, bona paterna hoc modo diſtracta affici hac obligatione, vt acquirentes huiuſmodi bona teneantur alimenta filijs præſtare. Tum quia ſicut vxor, cui maritus præbere debet alimenta, nõ poteſt titulo alimentorum ſibi debitorum agere contra eum, qui bona mariti iure emptionis acquiſiuit, ita neq; filius poteſt agere contra eum, qui titulo emptionis bona paterna obtinuit. Ita Reginald. loc. cit. Barto. & alij apud Couar. loc. cit. & apud Azor. loc. cit. poſt quintum quæſitũ contra nõnullos alios apud Couar.

10 Tertio difficultas eſt, vtrum hæc obligatio tranſmittatur ad Fiſcum.

Reſpondeo hanc obligationem tranſmitti ad fiſcũ, cui addicta ſunt bona ob crimen à parente commiſſum, excepto crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis. Ratio eſt, quia par non eſt, vt filij inſontes, & innocentes ob patris crimen priuentur alimentis ſibi iure naturæ debitis; hãc ſententiam veriorem eſſe dixi de contractibus diſp. 3. quæſt. 7. puncto vlt. §. 1. nu. 15. eamq; ſequitur Peregrinus de iure fiſci lib. 5. tit. 1. Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 16. nu. 25. Idem ſentiunt Azor. loc. cit. quæſito 6. Reginald. loc. cit. nũ. 40. & alij dum filius aliunde ſuſtentari non poteſt, contra nonnullos alios apud Peregrinum loc. cit. & apud Farinacium in ſua practica, tom. 1. parte 1. tit. de delictis, & pœnis quæſt. 24.

11 Quartò difficultas eſt vtrum fundus, vel domus q̃ pater ad alimenta filij deſignauit, mortuo filio regrediatᷣ ad patrẽ, vel ad hæredes patris, an potius ad hæredes filij.

Reſpondeo regredi ad patrem, vel ad hæredes patris, non vero ad hæredes filij, niſi fortè hæredes filij eſſent nepotes patris, qui ob inopiam ſimiliter ab ipſo alendi eſſent. Ratio eſt quia huiuſmodi fundus datus eſt ad alendum filium; alimenta autem morte finiuntur. Ita Bart. Bald. & alij quos ſequitur Azor. lib. 2. cap. 5. quæſito 14. Molina diſp. 168. verſ. Alimenta contra Couar. de matrim. parte 2. cap. 8. §. 6. nu. 15.

Hinc ſequitur fundum, quem pater filio ſpurio reliquit ad ipſius alimenta, mortuo filio, non tranſmitti ad hæredes filij, niſi ipſi ſint nepotes patris, qui ob inopiam alimenta ab ipſo recipere debeant. Ita Molin. loco cit.

Hoc tamen limita primò præciſa conſuetudine, vel alia lege in contrarium; lex enim, & conſuetudo legitima ius tribuit.

Secũdò niſi fundus traditus fuerit æſtimatus, hac conditione, & pacto, vt filius illo eſſet contentus, ſiue pluribus, ſiue paucioribus alimentis in futurum egeret. Tunc enim filius non ſolum vſum fructũ fundi, verum etiam dominium acquiſiuit; bona autem, quorum quis habet dominium, tranſmittuntur ad hæ-

ad hæredes domini. Ita Couar. & Mol. locis citatis.

QVARTA PROPOSITIO.

12 Pater, qui filio non præſtitit alimenta, non tenetur ad reſtitutionem, vt ſi filius aliquibus annis ſe ſuſtentauit alimentis, aliũde quam à patre acceptis, hęc propoſitio patet ex dictis de contractibus diſp. 3. quæſt. vlt. punc. 3. nu. 5. cum Vaſq. & alijs, quibus adhęret Azor. 2. parte lib. 2. cap. 4. quæſito 16. vbi relato Pontano teſtatur hanc eſſe communem DD. opinionem, contra nonnullos alios apud Vaſquez. Ratio eſt quia filio debentur alimenta in ſubſidium, vt viuat, cum ergo aliunde vixerit, pater non tenetur amplius alimenta in præteritum debita reddere. Idem innuit Reginald. lib. 20. nu. 10. Clauis Regia lib. 7. cap. 5. nu. 15. Molfeſius tract. 2. in præceptis decalogi num. 65.

Hoc tamen limita primò pro foro conſcientiæ, nam in foro externo liberum videtur filio agere contra patrem ad repetendam alimẽtorum æſtimationem, vt patebit ex dicẽdis § 3. Secũdò limitant. Azor. loc. cit. Reginald. nu. 40 & alij, modo filius ob id debita non contraxerit, vt ſe ipſum aleret, & ſuſtentaret. Tunc enim obligandus videtur pater ad perſoluendũ æs alienum à filio contractum. Hanc limitationem æquitati conſentaneam eſſe, & probabiliter admitti poſſe arbitror, quãuis enim pater per ſe loquendo nõ teneatur debita filij extinguere, tñ obligãdus videt̃ ad huiuſmodi debita extinguẽda. Ratio eſt tum quia contracta videntur nomine patris, vtpote cauſa ſuſtẽtandi filiũ, cui pater alimenta pręſtare tenebatur. Tum quia pater expenſas ab Hoſpitali Domo factas conpenſare tenetur, ergo etiam iſtas, quamquam non eſt eadem omnino ratio, vt colligitur ex dictis in 2. quæſito, 2. propoſitionis; Tum quia l. Si quis à liberis 5. §. de liberis agnoſ. habetur, patrem non ſolum debere alimenta filijs, verum alia liberorũ onera pręſtare.

Dixi probabiliter admitti poſſe, quia hoc non caret difficultate, de qua infra cum diſtinctione loquar.

§. II.

Vtrum parentes teneantur filiæ nubenti dotem conſtituere.

1 *Pater tenetur filiæ nubenti dotem cõſtituere etiam ſi filia diues ſit, aut monaſterium ingredi velit, aut nubat inuito patre, aut etiam indigno. ſecus ſi filia indigno nubens ſit minor viginti quinque annis, & diues ſit patriſque alimentis non indigeat.*

2 *Quis dicatur contrahere cum indigno.*

3 *Quantam dotem pater filiæ conſtituere teneatur.*

4 *Pater qui dotem minimè competentem tradidit tenetur competentem aſſignare.*

5 *Mater per ſe loquendo non tenetur dotem tradere.*

6 *Pater non eximitur ab onere dotis alio dotem tradente.*

7 *Pater cenſetur ex proprijs bonis dotare dum habet bona propria filiæ.*

8 *Pater tenetur filiæ ſpuriæ dotem tradere, non vero mater.*

Duo

DVO explicanda ſunt. Primò vtrum pater teneatur dotem filiæ aſsignare. Secundò vtrũ mater teneatur.

PRIMA PROPOSITIO.

1 PAter tenetur ſub mortali dotem conſtituere filię volenti nuptui tradi. Ratio eſt tum quia dos ſuccedit in locum alimẽtorum, ſed pater tenetur ad alimẽta, vt ſuperius oſtendimus; ergo tenetur etiam ad dotem. Tum quia tenetur conſulere ſtatui filiorum, illasq; in matrimoniũ cõiungere, ſi matrimonio cõiungi velint; ergo etiam tenetur ad dotem, ſine qua matrimonium contrahi non conſueuit. Tum quia ſic decernitur l. finali C. de dotis promiſsione, & l. qui liberos ff. de ritu nupti. vbi ſic habetur Coguntur in matrimoniũ collocare, & dotare. Ita Card. Tuſcus tom. 2. concluſ. 755. alijſq; DD. ſtatim citandi.

Amplia primò etiam ſi filia diues ſit, vt colligitur ex l. Qui liberos, citata, & ex l. fin. C. de dotis promiſsione; quamuis enim pater non teneatur filiæ diuiti pręſtare alimẽta, tenetur tamen tradere dotem, iure ſic diſponente. Ideo non valet in hoc caſu argumentari ab alimentis ad dotem, ſed cauſa dotis in præſenti fauorabilior eſt ob iuris diſpoſitionem, vt bene Sanchez lib. 4. de matrim. diſp. 26. nu. 5. Menoch. lib. 4. præſump. 189. nu. 68. Reginaldus loco ſtatim citando, & Couar. 4. decret. 2. parte cap. 3. §. 8. n. 8. Tuſcus concluſ. 779. contra Bartolum l. Mulier ff. ad Senatus conſultum.

Amplia ſecundò etiam ſi filia ingredi velit Monaſterium; nam coniugium ſpirituale fauorab ilius eſt temporali. Authent. de Sã ctiſs. Epis, collat. 9. ſed pater tenet̃ dotẽ pro matrimonio temporali conſtituere; ergo tenetur etiam pro ſpirituali, volente filia Monaſterium ingredi. Idem nonnulli doctores aſſerunt, dum filius cupit ad ſacros ordines promoueri ad quos nõ poteſt promoueri, bonis à patre non aſsignatis. Hoc tamen limita, modo pater poſsit hæc bona aſsignare abſque aliorum filiorum præiudicio; nam par videt̃ cõditio filiorum. Vide Menochium, & Sanchez locis cit. Baldum in l. fin. C. de dotis promiſsione, Card. Tuſcum tom. 2. concluſ. 730.

Amplia tertiò etiãſi filia inuito patre nubat. Ratio eſt quia nullo iure ſufficienter probari poteſt patrem ob id eximi ab onere tradẽdi dotem, quam alias tradere tenebatur. Vide DD. citatos prætera Azorium 2. parte lib. 2. cap. 5. Reginaldum lib. 20. nu. 39. & 40. & alios, quos referam §. 3. quæſito 2.

Amplia quartò etiam ſi filia nubat indigno, ſiue filia ſit maior vigintiquinque annis, ſiue minor; cũ enim pater teneretur alias dotare, nõ poteſt vllum ius afferri, quo ſufficienter probetur ipſum eximi ab onere dotandi filiam, ipſo inuito nubentem, aut cum indigno contrahentem. De filia maiore vigintiquinque annis res clarior eſt, vt videri poteſt apud Syluest. verbo Dos quæſito 4. Menochium loc. cit. nu. 58. Sanchez loc. cit. nu. 11. nam hoc culpæ parentum adſcribendũ eſt, qui filiam in matrimoniũ cõiungere neglexerunt; conſequenter ob id non eſt filiæ deneganda dos cõpetens.

Digitized by Google

petens. De minore vigintiquinque annis res magis dubia eſt: quamquam probabilius dicendum videtur patrem teneri ſaltem tradere dotem neceſſariam ad alimenta filiæ neceſſaria; nam quilibet tenetur conſulere graui proximi neceſſitati; ergo à fortiori pater tenetur tradere dotem, ſaltem quatenus filia opus habet alimentis ad vitam ſuſtentandam, ne fame pereat. Ita Sylueſt. verbo Dos quæſito 4. Reginald. lib. 20. nu. 37. Sanchez loc. cit. & alij. Secus dicendum videtur, ſi filia nubens indigno diues ſit, aut alimentis patris non indigeat: tunc enim æquum non videtur, vt parẽtes compellantur ad dotem ei tradendã, quæ cum tanto familiæ dedecore nupſit. Ita Rodriquez 1. parte cap. 14. nu. 4. Speculum de matrim. 3. par. ar. 2. & alij apud Sanchez loc. cit. n. 19. ex quo patet differentia inter filiam quæ inuito patre nupſit indigno, & eam quæ nupſit digno, quod filię contrahenti cũ digno debetur dos competens; cõtrahenti vero cum indigno debetur tantummodo dos neceſſaria ad vitam filiæ ſuſtentandam, ne famæ pereat.

Amplia. 5. etiamſi alias dotauerit, ſed modo filia abſque ſua culpa ſit ſine dote l. Si cum dotem. §. 1. ff. ſoluto matrimonio. Vide Tuſcum tom. 2. concluſ. 78.

2 Sed modo dubium eſt primò, quis nam dicatur contrahere cum indigno, ſeu quis nam dicatur coniux indignus.

Reſpõdeo illum dici coniugem indignum, cum quo alter nõ poteſt contrahere ſine dedecore, iuxta vſum illius regionis; vt ſi coniux ſit infamis, aut valdè deprauatis moribus, aut maximè diſpar diuitijs, & longè pauperior, modò paupertas nobilitate, aut alijs qualitatibus nõ compenſetur: tunc enim prudentis viri arbitrio nõ eſt ignominioſum cum eo matrimonio cõtrahere. Hinc ſequitur illum cenſeri matrimonium indignum, per ſe loquendo, contrahere qui ducit meretricem; ignominioſum enim videtur, per ſe loquendo, matrimonium cõtrahere cum meretrice, quæ perſona indigna reputatur; ſicut etiam perſona indigna reputatur vir, qui leno eſt. Vide Menochium, Sanch. & alios DD. citatos.

3 Secundo dubium eſt quantam dotẽ teneatur pater filiæ aſsignare.

Reſpon. Molina tract. 2. diſp. 424. nu. 1. relato Saliceto, Gregorio Lopez, & alijs, teneri tradere dotem æqualem legitimæ tali filiæ debitæ in bonis patris. Immo Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumptione 189. num. 4. & alij apud Sanchez lib. 4. diſp. 26. num. 8. putant cogi poſſe ad dotem tradendam vltra legitimam, ſi legitima non ſufficiat. Ego vero cenſeo teneri tradere dotem competentem: ad diſcernendum autem an dos competens cenſeatur, habenda eſt ratio dignitatis contrahentium, & facultatum patris, vt bene docet Card. Tuſcus to. 2. concluſ. 733. allegato Grammatico, Ruino, Gabriele, & alijs, & quãquam alicubi præſcriptum ſit, ne conditio deſcendentium melioretur, vt patet ex ſtatutis Mediolani, hinc tamen non ſequitur, quin in conſtituenda dote filiæ nubenti attendenda ſit dignitas contrahentium, & facultates patris, niſi aliud legitima de cauſa diſponatur. Vide Sanchez loco cit. & quæ

in

in ſimili dixi de cōtractibus ad finē.

Ex quo infertur poſſe aliquando vni filiæ maiorem dotem, & alteri minorem tradi habita ratione dignitatis mariti, aliarumq; cōditionum, præciſa in contrarium legitima prohibitione. An verò peti poſſit ſupplementum poſt mortem patris. Videri poteſt apud Tuſcum, alioſquè præcit. DD.

4 Tertio dubium eſt, vtrū pater, qui dotem minimè competentem tradidit, teneatur aliquid reſtituere, donec ad eam perueniat quantitatem, quæ ad competentem dotem ſufficere videatur.

Reſpondeo teneri tradere, ſi filia, quæ de patris conſenſu nupſit cum dote minimè compeťēte, augmentum petat. Ratio eſt quia pater tenetur non ſolum filios in matrimonium coniungere, verum etiam dotem competētem tradere, l. Qui liberos 19. ff. de ritu nupt. ſi ergo filia, quæ de patris conſenſu nupſit cum modica, & exigua dote petat augmentū, pater tenetur augmentum tradere; ſicut enim filia habet ius petendi augmentum, ita pater obligationem habet tradendi. Ius enim & obligatiò correlatiuè ſe habent. Ita Beza de non meliorandis filiabus c. 5. Decius, Baldus, Cephalus, & alij, quos citat, & ſequitur Sanchez loco cit. nu 4. verſ. Immo ſi filia, & Card. Tuſcus tomo 2. concluſ. 784.

Vtrum verò vxor, quæ iurauit ſe regreſſum nō habituram ad paterna bona, poſſit ad illa regreſſum habere, conſtat ex dictis de contractibus diſp. 3. q. 1. puncto 1. nu. 7.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 Mater nō tenetur, per ſe loquendo, dotem filiæ conſtituere. Ratio eſt quia hoc eſt munus proprium patris, & onus ipſi à iure impoſitū l. Neque mater, C. de iure dotium. l. Si pater, & Auth. res quæ C. de dot. promiſ.

Dixi per ſe loquendo, vt aduerterem matrem aliquando teneri dotem filiæ conſtituere, vt quando filia indiget, nec aliundè dotē habet. Ratio eſt tum quia ſicut mater in hoc caſu tenetur alimenta filiæ indigenti præbere, ita etiam tenetur dotem, quæ vicem alimētorum gerit, aſsignare, & tradere. Tum quia ſic colligetur ex l. Neque mater. C. de iure dotium, ibi. Niſi ex magna, & probabili cauſa. Vide Molinam de contractibus diſp. 424. nu. 3. Surdum conſil. 393. & Molfeſium parte 6. quæſt. 4.

6 Si quæras vtrum pater eximatur ab onere dotandi filiā, quoties mater, vel extraneus, ſeu alij dotem filiæ tradiderunt.

Reſpondeo conſulendū eſſe Bezam de non meliorandis filiabus c. 5. & 12. Surdum conſil. 112 tom. 1. num. 51. & Riminald. tom. 5. conſil. 514. num. 24. Card. Tuſcum tom. 2. concluſ. 786. Sanchez loco cit. n. 6. Molfeſium tom. 2. parte 6 q. 4. nu. 4. in addit. & Riminaldum n. 22. aſſerentes patrem adhuc teneri dotem ex bonis proprijs tradere, quia pater ad duo tenetur, nempè ad coniungēdam filiam in matrimonium, & dotem ei tradendam l. Qui liberos. ff. de ritu nupt. hoc ego limitandum puto, niſi extraneus intendat dotem loco patris aſſignare, hæc. n. cenſe-

cenſetur donatio facta patri, vt pater ab hoc onere ſubleuetur.

7 Pręterea ſi quęras ex quibus bonis pater cenſeatur dotare, dū habet bona propria filiæ.

Reſpondetur hoc quæſitum ſoluendum eſſe, dum agam de cōtractu dotali: interim videri poteſt Molina loco cit. nu. 4. verſic. Quando pater, vbi bene docet cenſeri ex proprijs bonis dotare; cum enim patri incumbat onus coniungendi filiam in matrimonium, & dotem ei tradendi, etiam ſi filia diues ſit, vt cum Bald. & alijs tradit Riminald. loco citato, & patet ex ſupradictis, præſumendum eſt, patrē tradiſſe dotem ex proprijs ad extinguendam obligationem, qua filiæ dotem conſtituere tenetur.

8 Maius dubium ad praxim pertinens eſt, vtrum pater, aut mater teneatur dotem filiæ ſpuriæ conſtituere.

Reſpondeo matrem, per ſe loquendo, non teneri, vt dictum eſt in ſecunda propoſitione; pater verò tenetur. Ratio eſt quia alimenta, & dos in iure æquiparari cōſueuerunt; ſed pater iure naturæ tenetur ad alimenta, etiamſi pater ſit Clericus, vt docui de teſtamentis, q. vlt. pun. 3. quæſito 2. ad finem; ergo tenetur etiam ad dotem. Ita Emanuel Sà V. Parentes, nu. 5. Molina diſp. 168. Nauar. loco cit. Regin. lib. 20. num. 34. & 40. Azor. loco cit. c. 4. quæſito 7. & 20. Couaru. & Leſſius, Vaſquez, & alij, quos retuli de teſtamentis loco cit.

§. III.

Vtrum filius aliquando priuari poſſit hęreditate, alimentis, aut dote.

1 *Multi recenſentur caſus in quibus pater filium, & filius patrem hæreditate priuare poteſt, non vero alimentis neceſſarijs, dum filius, aut pater aliundè non habet.*

2 *Pater non poteſt alijs de cauſis quam relatis nu. 1. filium exhæredare.*

3 *Filia inuitis parentibus nubens ſeruata Tridentini forma attento iure canonico non poteſt exhæredari. Immo neque poteſt attento iure Cæſareo niſi filia ſit minor 25. annis, & parentibus volentibus ipſam in matrimonium coniungere renuerit, & luxurioſam degere vitam elegerit.*

4 *Semper præſumendum eſt parentes velle dotem filiæ tradere ipſamquè in matrimonium coniungere.*

5 *Filia quæ bis copulam commiſit non poteſt hæreditate priuari.*

6 *Filia quæ poſt 25. annos luxurioſam vitam elegit non poteſt hæreditate priuari. Ancilla verò cui promiſſa eſt dos ſi honeſtè viuat, non debetur dos ſi honeſtè non viuat.*

7 *Pater poteſt filiam minorem 25. annis luxurioſæ viuentem exhæredare, etiamſi pater ipſe luxurioſæ viuat ſecus ſi mater luxurioſam vitam degat, & nondum correcta ſit exhæredationis tempore.*

8 *Filius, aut filia quam pater viuens non exhæredauit, non poteſt ab hæredibus exhęredari. Immo etiamſi patri nota eſſet exhæredationis cauſa, et exhæredare potuerit.*

9 *Filius inuito patre contrahens, an*

indignam ducens non poteſt hæreditate priuari.

10 *Illationes ex præcedentibus.*

11 *Pater qui poteſt filiam exhæredare, non tenetur dotem conſtituere.*

12 *Exhæredatio non tollitur per reconciliationem ſuperuenientem, aut per pœnitentiam; tollitur verò religionis profeſſione.*

VNICA PROPOSITIO.

1 MVltis de cauſis, quæ recenſentur Authentica, vt cum de appellationibus, filius, aut filia priuari poteſt hæreditate, & alimentis.

Prima cauſa eſt, percuſſio parentum iniuſta cum lethali culpa, ſiue parẽs attingatur lapide, ſiue fuſte, ſiue alia ratione, vt in ſimili oſtendimus de excommunicatione, quæ ob violentam in Clericos iniectionem manuum contrahitur. Vide Couar. cap. Raynutius nu. 9.

Secunda eſt grauis, & inhoneſta iniuria, libero autem Iudicis arbitrio relinquitur iudicandum, quænam cenſeatur grauis, & inhoneſta iniuria, habita ratione qualitatis parentum, filij, loci, aliarumq; circumſtantiarum.

Tertia eſt ſi delator contra parentes extiterit, & ob ſuam delationem in cauſa fuerit, vt parentes grauia dãna ſuſtinuerint; quãobrẽ hanc pœnam incurrit, qui patrem in iudicio accuſat, excepto crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, in quo filius patrem accuſare poteſt, aut contra ipſum ferre teſtimoniũ, vt docui de cenſuris diſp. 2. quæſt. 6. puncto 1. nu. 5. cum Sylueſ. Angelo, Praxi Neapolitana, Auila, & alijs. excipe etiam quãdo filius petit alimenta; filius enim agere poteſt in iudicio cõtra patrem ad alimenta petenda, quæ pater iniuſtè denegat; nam hoc ius videtur filio competere ex iuris naturalis dictaminæ, & hic caſus videtur per epicheiã à prædicta Authent. 8. exceptus. vide Couar. de teſtamentis in cap. Raynutius nu. 11. Reginald. loc. cit. nu. 37. Clauem Regiam lib. 7. cap. 5. nu. 5. Sylueſt. verbo Filij nu. 28. Tabiena eodem verbo, Molinã loc. cit. verſ. Tertia, Molfeſium in Summa tract. 11. cap. 8. nu. 64.

Quarta eſt procuratio, ſeu attẽtatio mortis patris, quãobrem filius, qui parat, & emit venenum ad necandum patrem punitur pœna exhæredationis, quamuis nullus alius ſequatur effectus; nam ipſamet attentatio mortis principaliter prohibetur. vide Couar. loc. cit. nu. 13. Molinam loc. cit. verſ. Quinta, & alios DD. citatos.

Quinta eſt ſi cum incantatoribus, ſeu cũ maleficis hominibus, vt maleficus verſetur.

Sexta, ſi copulam habet cũ Nouerca, ſeu patris vxore, modo non excuſetur ignorantia facti, neſciens illam, quam cognoſcit eſſe nouercam, ſeu patris vxorem; ignorantia enim ſicut excuſat à copula, ita etiam à pęna, vt bene Molina loc. cit. verſ. Sexta, Couar. loc. cit. & alij.

Septima ſi filius non ſuccurrit patri furioſo, aut ſi requiſitus noluit pro aliquo parente in carcere detento fideiubere, cũ alioquin eſſet idoneus ad fideiubendum, ab hoc tamen caſu excluditur filia. Tum quia fœminis vetitum eſt fideiubere l. 1. ff. ad Senatusconſultum Velleianum. Tum quia excipitur Authent. citata, ibi. Hoc tamen ad maſcu-

Digitized by Google

maſculos tantummodo liberos volumus pertinere.

Octauò ſi filius ſit hæreticus exiſtente patre catholico.

Nonò ſi filius impedierit ne pater conficiat teſtamentũ. Iſtæ cauſę cum proportione parentibus accommodantur, itá vt parentes, aliquid prædictorum committentes, alimentis, & hæreditate filiorum priuari poſsint.

Decimò ſi filius dilapidauerit bona parentum, cum graui ipſorum diſpendio.

Vndecimò ſi abſque voluntate patris verſetur cum arenarijs, aut mimis, & in hac profeſsione permaneat, modò parentes nõ eſſent eiuſdem profeſsionis: hoc tamen intelligitur de ijs, qui officium mimi pretio exercent, aut qui cum beſtijs gladiari cõtendunt: quod hoc tempore non videtur amplius vſu receptum.

Duodecimò ſi filia minor viginti quinque annis luxurioſam degere vitam elegerit, vt patebit ex dicendis.

Ex dictis conſtat quando nam pater filium, & quando nam filius patrem hæreditate, & alimentis priuare poſsit: aduertẽdum tamen eſt prædictos caſus locum habere ſolùm, dum filius aliundè habet, quo ſe ſuſtentare queat; conſtat enim á patre filium non poſſe priuari alimentis ad vitam neceſſarijs; cum pater iure naturæ filium in neceſsitate poſitum alere teneatur, & leges ciuiles ius naturæ non tollant. Ita Couar. loco cit. nu. 17. Sanchez lib. 4. de matrimonio diſp. 26. nu. 1. Reginald. loco cit. num. 38. Azor. loco cit. c. 3. quæſito 6. Molina de iuſtitia, & iure tom. 1. tract. 2. diſp. 168. verſ. Obſeruat; quicquid poſtea in contrarium dicat diſp. 176. idem dic de filio reſpectu patris.

Hinc ſequitur filium, dum in graui neceſsitate exiſtit alendum eſſe à patre, etiam ſi filius antea certam bonorum partem acceperit, conſumpſerit, & diſsipauerit, aut etiã ſi per ſententiam, facta profeſsione, expulſus fuerit à religione, modo aliundè non habeat vndè viuat, vt patet ex ratione proximè adducta. Idem valet in filio, qui paternis bonis ceſsit cum iuramento; iuramentum enim non eſt vinculũ iniquitatis, conſequenter cenſeri debet factum cum hac tacita conditione, niſi extrema, vel grauis neceſsitas ſuperueniat. Vide Azorium 2. parte lib. 2. c. 4. quæſito 12. 13. & 14. Reginald. lib. 20. num. 39. Pontanum de alimentis c. 1. Couar. cap. Quamuis pactum parte 2. §. 6.

2 Quæres primò, vtrum pater poſſit alijs de cauſis, præter enumeratas ex Authent. vt cũ de appellat. cognoſcend. filium exhæredare.

Reſpondeo negatiuè cum Molina tom. 1. tract 2. diſp. 176. verſ. Dubium, deindè Alexandro, Gregor. Lopez, & alijs apud eundem Molin. contra Iulium Clarum de teſtam. q. 41. Couaru. de teſtam. c. Raynutius nu. 16. Gomezium 1. var. reſol. c. 11. nu. 12. Reginaldum lib. 20. nu. 38. & alios apud DD. citatos. Ratio eſt tum quia in pœnis non eſt facienda extenſio ad alia, quæ non ſunt in lege expreſſa, nec argumentandum eſt á minori ad maius, vel á paritate rationis: lex autem concedens facultatem exhæredãdi eſt pœnalis, vtpotè ſancita in pœnam ingratitudinis, vt clarè conſtat ex

Digitized by Google

Authent. cit. vt cum de appellat. cognoſ. vbi appellat exhęredationis, & priuationis pœna. Tum quia ſic perſpicuè, & euidenter ſancitũ videtur in Authent. cit. vbi legislator in hæc verba loquitur. Sed quia cauſas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari in diuerſis legibus diſperſas, & non aperte declaratas inuenimus, quarum aliquæ, nec dignæ nobis ad ingratitudinem viſæ ſunt, aliquę verò, cum eſſent dignę, prætermiſſæ ſunt, ideò neceſſarium eſſe perſpeximus, eas nominatim præſenti lege comprehendere, vt præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſeriè continentur, ex quibus verbis euidenter colligitur, nullis alijs de cauſis poſſe exhæredationis pęnam infligi præter cauſas, & caſus recenſitos.

Hinc ſequitur filium patriæ proditorem, non poſſe ob hoc crimen exhęredari, quia hoc crimen nõ eſt expreſſum in Authent. cit. Idem aſſerendum eſt, ſi filius amicitiam & familiaritatem ineat cum hoſtibus patris, non animo ferendi illis auxilium contra patrem, ſed quia delectationem capit ex huiuſmodi perſonarum conſortio; hæc enim non dicitur iniuria directa contra patrem, de qua ſermo eſt in ſecunda cauſa, à nobis aſsignata. Idem ſentiendum eſt, ſi vxorem inferioris conditionis ducat; hęc enim non eſt directa contra patrem iniuria. Ita Molina loc. cit. verſic. Quod ſi.

3 Quæres Secundò, an filia inuitis parentibus nubens exhæredari poſsit.

Reſpondeo filiam inuitis parentibus nubentem, ſeruata Tridentini forma, non poſſe attento iure canonico exhæredari, etiam ſi nupſerit indigno. Ratio eſt tum quia ius canonicum requiret plenam libertatem ad cõtrahendum matrimonium, ob id irritat pœnam ſponſalibus adiectam, ſoluendam ab eo qui reſilierit à ſponſalibus, vt docui de matrimonio quæſt. 1. ad finem, ex cap. Gemma de ſponſalibus; cũ autem metus exhæredationis libertatem matrimonij minuat, dicendũ videtur iure canonico non poſſe filiam inuitis parentibus nubentem exhæredari; conſequenter ius ciuile hac in parte correctũ eſſe. Tum quia cauſæ matrimoniales non ad ſeculares, ſed ad Eccleſiaſticos iudices ſpectant, vt patet ex Trid. ſeſ. 24. cap. 12. cap. 1. de ſponſalibus cap. cauſam 2. qui filij ſint legitimi. Ita Rodriquez in Summa 1. parte cap. 14. nu. 4. Henriquez lib. 11. cap. 6. nu. 2. Couar. 2. parte epit. cap. 3. §. 8. nu. 5. & alij, quos retuli de contractibus diſp. 3. quæſt. vlt. puncto 3. nu. 11. ommiſsis quam pluribus alijs, quos refert Sanchez lib. 4. de matrim. diſp. 25. nu. 2. contra Speculum de matrim. 3. parte art. 20. concluſ. 3. Molinam tract. 2. diſp. 176. columma 7. Vegam in Sum. lib. 5. caſu 559. Azorium lib. 2. cap. 2. quæſito 7. Rebel. 2. parte lib. 2. de matrim. quæſt. 14. ſect. 3. nu. 27. Sot. Salon. & alios, apud Sanchez loc. cit. nu. 1. & apud Mol. loc. cit, quorum ſententia probabilis eſt.

Dixi ſeruata Trid. forma, id eſt coram Parocho, & teſtibus; nam contra filias inuitis parentibus clãdeſtinè contrahentes, non ſeruata Trid. forma, alicubi extant leges facultatem concedentes, qua parentes valeãt, hujuſmodi filias exhære-

hæredare, modo matrimonium ſic contractum ſit validum, in ijs videlicet locis, in quibus, Tridentinum non eſt acceptatum. Verum in hac difficultate explicanda non immoror. Tum quia eſt iuris peritorum propria, & ad conſcientię praxim parum vtilis videtur, cum vitã degamus in locis, in quibus Tridẽtinum eſt acceptatum. Tum quia in noſtris Regionibus nõ viget lex 49. Tauri in qua de hac re agitur & Doctoribus diſputandi occaſio data eſt attẽto regio iure Caſtellę. Verum ſi hic caſus alicui occurreret, conſulere poſſet Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 2. & 47. Speculũ 3. parte art. 20. Sot. in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 4. Barboſã loco ſtatim citando nu. 39. Henriquez lib. 11. cap. 6. Rodriquez in Sũma. 1. parte cap. 18. nu. 4. & Rebel. 2. parte lib. 2. de matrim. quæſt. 14. ſec. 2. n. 25.

Dixi attento iure canonico, nã ſi ſolum ius Cæſareum ſpectemus, diſſenſio eſt inter DD. an filia nubens inuitis parentibus exhæredari poſsit. Rebel. nu. 16. cum Iaſone, Bald. & alijs affirmat, in filia ſit minor 25. annis. Ego arbitror, etiam attento iure Cæſareo, non poſſe exhæredari, niſi filia ſit minor vigintiquinque annis, & parentibus volentibus eam in matrimonium cõiungere, & dotem iuxta ſuarum facultatum vires prębere, ipſa renuerit, & præterea luxurioſam degere vitam elegerit; ſic colligitur ex Authent. vt cũ de appellat. cognoſ. §. Aliud quoq; ibi. Si alicui ex prædictis parentibus volentibus ſuæ filiæ, vel nepti maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea pręſtare illa non conſenſerit ſed luxurioſam degere vitam elegerit, ſi vero vſque ad vigintiquinq; annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam marito copulare, & forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu marito ſe, libero tamen, coniungere, hoc ad ingratitudinem filiæ imputari nolumus. Vide Barboſam 4. parte, l. 1. ff. ſoluto matrimonio Rebel. 2. parte lib. 2. de matrim. quæſt. 14. ſec. 2. Ludouicũ Mol. tom. 1. de iuſt. diſp. 176. col. mihi 665. verſ. Vndecima Sotum in 4. d. 29. quæſt. 1. art. 4. ad 4. Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 24. nu. 4. & Nauar. cap. 14. nu. 16.

4 Obſerua tamen primò cum Molina loco cit. verſ. Circa hanc, & Sanchez loc. cit. ſemper præſumendum eſſe parentes velle maritum, & dotem, ſecundum vires ſuæ ſubſtantiæ, filię, aut nepti dare, niſi oppoſitum aliunde conſtet; nam plus filias, quam ſe ipſos diligunt l. Iſti quidem, ff. de eo quod metus cauſa.

5 Obſerua Secundò filiam quæ ſemel, aut bis furtim copiam ſui fecit, non poſſe exhæredari, quia in prædicto Authent. dicitur. Aut luxurioſam degere vitam elegerit; illa autem non dicitur vitam luxurioſam eligere, quæ ſemel, aut bis furtim copiã ſui fecit. Ita Sanchez & alij contra Rebellum.

6 Obſerua tertio filiam, quæ vitã luxurioſam degit, aut matrimoniũ inuitis parentibus contrahit poſt 35. annos, non poſſe priuari hæreditate, niſi matrimonium cum mancipio contrahat. Ratio eſt quia nõ ſua culpa ſed parentum id commiſiſſe præſumitur, vt patet ex Authent. cit. vbi dicitur. Si vero vſque ad vigintiquinq; annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtu-

Digitized by Google

lerint eam marito copulare, & forſitan ex hoc cōtigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe, libero tamen coniungere, hoc ad ingratitudinē filiæ nolumus imputari, quia non ſua culpa, ſed parentum id commiſiſſe cognoſcitur. Ita DD. citati. Hinc colligunt Nauar. lib. 4. conſiliorum tit. de conditionibus appoſitis conſil. 2. & Sanchez loc. cit. nu. 12. Solutionem illius caſus, quo quæritur, vtrum is, qui promiſit ancillæ dotem centum hac conditione, vt honeſtè ſeruiat, teneatur ſoluere centum ancillæ, quæ honeſtè ſeruiuit nouem annis, quibus expletis, completiſque 25. annis ſtuprum admiſit; putant enim præfati DD. teneri promiſſam dotem ſoluere. Ratio eſt tum quia dominus fuit in mora coniungendi illam in matrimonium, cum Ancilla iam cōpleuerit 25. annum. Tum quia condicio honeſte viuendi non intelligitur toto vitæ tempore, ſed quantum vir prudens iudicauerit ſufficere quale videtur ſpatium nouem annorum. Ego verò arbitror non teneri, quia deficit conditio, ſub qua facta fuit promiſsio tradendi dotem centum aureorum, & quamuis promittens dotem ſub ea conditione teneatur ancillam debito tempore in matrimonium coniungere, ſi ipſa in matrimoniū coniūgi petat, vel appetat ſciente domino; tamēn deficiente conditione abſq; ſua culpa non tenetur dotem promiſſam tradere; hęc enim videtur intentio nō ſolum domini promittentis, verum etiā ancillæ promiſsionem acceptantis, nec eſt eadem ratio ancillæ, & filiæ cum in Authent. citata vt cū, de appellat. ſermo ſit de filiabus, non de ancillis, nec vir prudens aliter iudicare debeat, quam quod ex rationabili promittentium voluntate colligi poſsit. Hæc tamen limita, niſi ancilla elapſis in obſequio, & famulatu nouem, aut decem annis petat, vel appetat copulari, & dominus iniuſtè renuat; tunc enim vir prudens iudicium ferre debebit in fauorem ancillæ, vt probat ſecunda ratio allata à Nauar. & Sanch.

Addo dominum in primò caſu teneri moderatum ſalarium cuiuſlibet anni obſequio reſpondens, perſoluere licet nō teneatur dotem tradere. Ratio eſt quia promiſſio dandi cētum pro dotę non fuit facta ad excludendū ſalarium annuū honeſtum, & conſuetum, ſed ad illud augendū, quæ autē fiunt ad augendum nō debēt operari diminutionē, l. Rem legatā ff. de adimpl. leg. & c. fin. de verborū ſignificat. & in hac parte mihi placet opinio Nauarri loco cit. nu. 5.

7 Obſerua quartò patrē poſſe filiam minorem 25. annis completis luxurioſę viuentem exhæredare, etiamſi pater luxurioſè viuat. Ratio eſt quia vita luxurioſa, quoad honorem, & damna, quæ inde ſequuntur, non adeo vituperatur in viris, ſicut in fœminis, vt probat Tiraquel. l. 1. Connub. nu. 45. quē citat, & ſequitur Sanchez lib. 4. diſp. 24. nu. 7. Molina loc. cit. cauſa vndecima verſ. Couar. vbi refert Couar. & Bartol. nec vllo iure cōſtat patrem non poſſe huiuſmodi filiā exhæredare; mater verò luxurioſè viuens non poteſt filiam exhæredare, quia pari turpitudinis nota afficitur l. In arenam 11. C. de inofficioſo teſtamento; hoc tamen

men

Digitized by Google

men limita, niſi mater correcta ſit tunc temporis, quo filiam exhæredat. Tunc enim non dicitur laborare pari turpitudinis vitio, nec dicitur eſſe ſimilis conditionis, cum filia, vt dicitur leg. in Arenã citata. Vide Sanchez loco cit. Couar. cap. Raynutius de teſtamentis nu. 15. Molinam, & Tiraquel. locis cit. Reginald. lib. 20. nu. 37. & Syl. verbo hæreditas 2. nu. 7.

8 Obſerua quintò filiam, aut filiũ, quem pater viuens non exhæredauit, non poſſe ab hæredibus patris obiecta, & probata exhæredationis cauſa, exhæredari poſt mortem patris. Ratio eſt tum quia Authent. vt cum de appel. cognoſc. decernitur, vt exhæredatio fiat à patre, inſerta cauſa exhæredationis, non ab hæredibus. Tum quia fieri poteſt, vt pater ingratitudinem condonauerit, & filium ſibi reconciliauerit. Ita Rebel. loco cit. nu. 17. Gomez, & alij apud Molin. tract. 2. diſp. 176. dub. 1. pag. mihi 673. cõtra Panormit. & alios apud eundẽ.

Limitãt Rebel. & alij modo pater exhęredandi cauſam non ignorauerit; nam ſi pater eam ignorauit, aut ea cognita non potuit exhæredare, vt quia ſtatim interfectus eſt à filio, certo alioquin, exhęredaturus, pôt priuari hæreditate; hęc limitatio non mihi diſplicet, quãuis eam reprobet Molina loc. cit. cum alijs. Ratio eſt tum quia hæredes implorare poſſunt iudicis auctoritatem qui cognita filij ingratitudine, & præſumpta, ac rationabili voluntate patris, poterit præſtare id, quod pater ob ignorantiam, vel impotentiam præſtare non potuit. Tum quia Authent cit. vt cum loquitur de exhæredatione, quam pater viuens facit, non vero dum pater eam facere non potuit.

9 Obſerua ſextò filium luxurioſe viuẽtem, aut matrimonium inuitis parentibus contrahentem, etiam ſi indignam ducat, non poſſe exhæredari, quidquid in contrarium ſancitum eſſet iure antiquo. Ratio eſt quia in materia odioſa non eſt facienda extenſio; cum autẽ in Authent. vt cum de appel. cognoſ. ſermo ſolum ſit de filiabus inuitis parentibus contrahentibus, & luxurioſam vitam degentibus, non eſt aſſerendum filios inuitis parentibus contrahentes, aut luxurioſè viuentes poſſe priuari hæreditate. Ita Rebel. loc. cit. nu. 16. ad finem Syl. hæreditas 2. quæſito 2. & alij apud Sanchez loc. cit. nu. 11. contra nonnullos alios.

Addo à fortiori non poſſe alimentis neceſſarijs priuari, vt à ſimili patet ex ſupradictis §. 2. de filia indignas nuptias contrahente. Ita Sanchez diſp. 26. nu. 21.

10 Ex dictis in pręcedentibus ſequitur primò filiam nubentem inuitis parentibus, non poſſe exhæredari, attento iure canonico; quia libertati matrimonij non poteſt præiudicium afferri. Immo etiam attento iure Cæſareo, modo luxurioſam vitam non eligat, vt dictum eſt, & dicetur in limitatione.

Amplia etiam ſi filia nubat indigno; militat enim eadem ratio libertatis matrimonij, vt cum Iaſone, Gutierez, Couarr. & alijs docet Sanchez lib 4 de matrim. diſp. 25. num. 3. propterea in reſponſione ad quæſitum addidi, etiam ſi nubat indigno.

Limita, niſi filia luxurioſam degere vitam elegerit, volẽtibus pa-

rentibus eam in matrimonium ante vigeſimumquintum annum coniungere; hoc enim peculiariter ſancitum eſt in pœnam turpitudinis à filia commiſſæ, vt patet ex Authen. vt cum de appel. cognoſ. ſæpius cit. neque hoc videtur correctum iure Canonico, cum non aduerſetur libertati matrimonij: ſed ſancitum ſit in pœnam turpitudinis.

Secundò ſequitur non poſſe ferri ſtatutum, quo filia inuitis parẽtibus nubens, priuetur hæreditate, vt patet ex ratione allata pro libertate matrimonij. Ita Specul., Sylu., & alij quos retuli de cõtractibus diſp. 3. quæſt. vlt. puncto 3. nu. 11. contra Molin. loco cit. & alios. ſecus dicendum eſt ſi feratur ſtatutum, ſeu lex priuans filiam nubentem incõſulto patre; aliud enim eſt nubere inuito patre, aliud ſine conſilio patris: ſtatutum exhæredans contrahentes inuito patre, videtur repugnare libertati matrimonij; ſtatutum verò exhæredans, ſeu facultatẽ concedens parentibus hæredandi contrahentes ſine conſilio parentum nõ aduerſatur libertati matrimonij, quia non obligat ad ſequendum conſilium, ſed ad petendum. Ita Azor. 2. parte cap. 2. quæſito 9. Sanchez loco cit. diſp. 25. num. 4. cum Decio, & alijs. Idem à fortiori ſentiunt Rebel. & Barboſa locis citatis, omiſsis quampluribus quos retuli de priuilegijs.

Quæres tertiò verũ pater, qui poteſt filiam exhęredare, teneatur dotem conſtituere.

Reſpondetur negatiuè cum Reginald. nu. 38. Molina de iuſt. & iure diſp. 168 & 176. Barboſa loco cit. num. 32. Azor. 2. parte lib. 2. cap. 3. quæſito 6. Menochio de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. nu. 30. Sanchez lib. 4. de matrim. diſp. 26. num. 1. Rebello loco cit. nu. 32. & alij. Ratio eſt quia valet argumentum ab alimentis ad dotem ex Menoch. Sanchez, & alijs, & à legitima ad dotẽ, non è contra; ſed qui poteſt exhæredare, non tenetur ad alimenta, vel ad legitimam, vt bene Couar. 4. decret. 2. parte c. 8. §. 6. num. 17. Rebel. loco cit. Reginal. lib 20. nu. 30. & patet ex dictis, ergo neque tenetur ad dotem.

Hoc tam limita, modò filiæ aliun dè ſuppetant alimenta; ſicut enim iuxta probabiliorem ſententiam, Sanchez, & Couar. locis cit. patet, quamuis habeat ius exhæredandi, alimenta filiæ ad vitam neceſſaria præbere tenetur, dum filiæ aliundè non ſuppetunt alimenta, ita etiam tenetur dotem ad vitam neceſſariã tradere, ſi filia aliundè nõ habeat, quo vitam ſuſtentare queat.

12 Quæres quartò, vtrum exhæredatio tollatur primò per reconciliationem patris cum filia ſuperuenientem poſt exhæredationem. Secundò per pœnitentiam. Tertiò per profeſsionem in religione emiſſam.

Ad primum reſpondeo non tolli per reconciliationem præcisè. Ratio eſt tum quia actus validus ſubſiſtit, donec reuocetur. Tum qa ſic colligitur ex l. Filio, quem pater ff. de liberis, & poſthum. vbi dicitur Filio, quem pater poſt emancipationem à ſe factam iterum arrogauit, exhæredationem antea ſcripta nocere dixi. Ita Barboſa loco cit. num. 47. Couar. c. Raynutius nu. 17. Rebel. loco cit. ſect. 2. nu. 27. Reginald. lib. 20. nu. 38. & alij apud Molinam diſp. 176. ſub finem. Si verò

exhę-

exhæredatio ſequatur poſt reconciliationem, maior cõtrouerſia eſt, an exhęredatio valida ſit. Couar. nu. 17. negat validam eſſe. Molina verò affirmat cũ Emanuele à Coſta, addens tamen cõpetere filio querelam inofficioſi teſtamenti: mihi placet opinio Couar. nam cũ inſtrumẽto exhæredationis inſeratur cauſa ingratitudinis, ob quam infertur exhæredatio, cumq; per reconciliationem abolita ſit cauſa ingratitudinis, ſequitur patri non competere ius exhæredandi ex illa cauſa iam abolita, conſequenter exhæredationem ea de cauſa factã non ſubſiſtere, vtpotè factam ſine cauſa, ob quam iura exhæredandi facultatem concedunt. Nec obſtat lex filio citata, nam ibi ſermo eſt de reconciliatione ſubſequẽte exhæredationem, non de antecedente.

Ad ſecundum de pęnitentia reſpondeo exhæredationem, aut ius exhæredandi non tolli per pœnitentiam patrati delicti; nam pœnitentia tollit culpã, aut etiam pœnam in foro conſcientiæ, non vero in foro externo. Ita Couarr. Molin. Rebel. & alij locis cit. contra nonnullos alios apud Couar. nu. 18.

Ad tertium de profeſsione in religione emiſſa.

Reſpondeo per profeſsionẽ non ſolum tolli ingratitudinem, ita vt filius nequeat ob præteritam ingratitudinem exhęredari; verum etiã irritam reddi exhæredationem antea factam. Ex nouella conſtitutione, quam adducit Gratianus 19. q. 3. & vlt. vbi hoc in fauorem religionis ſancitum eſt, quamuis contrarium ſancitũ eſſet iure antiquo. Ita Molina loco citato, dub. vlt. & alij contra Panormit. & alios apud Couar. loco cit. num. 20. quibus ex parte idem Couar. adhæret.

PVNCTVM VII.

Vtrum maritus vxori, & vxor marito amorem, honorem, & obedientiam præſtare teneatur.

1 *Maritus tenetur vxori amorem, honorem, & obedientiam præſtare.*

2 *Maritus verba infamatoria proferẽs contra vxorem, aut præceptorum adimpletionem impediens, aut grauiter verberans mortaliter peccat.*

3 *Maritus grauiter peccat non alendo vxorem modo alere poſſit, aut vxor propria à mariti conſortio non receſſerit, aut is, qui dotem promiſit, non exiſtat in culpabili mora ſoluendæ dotis.*

4 *Vxor quæ ob viri ſæuitiam receſſit, ſi oblata ſecuritate renuat ad virum redire non eſt à viro alenda.*

5 *An ſit alenda à viro, dum vtriuſque coniugis culpa receſſit.*

6 *An ſit alenda, dum abſq; vllius coniugis culpa receſſit.*

7 *Maritus non tenetur vxorem alere, dum is, qui dotem promiſit in culpabili mora exiſtit ſoluendæ dotis.*

8 *Maritus vxorem alere tenetur quoties dos caſu fortuito perijt.*

9 *Vir non cenſetur iuri dotis ceſſiſſe dũ vxorem duxit non facta dotis mentione.*

10 *An maritus teneatur potius vxori, quam patri, aut filijs ſubuenire dum omnibus ſubuenire non poteſt.*

11 *Vxor tenetur amorem, reuerentiam, & obedientiam viro exhibere.*

12 *Illationes ex præcedenti concluſione.*

13 *Si mortuo marito nulla ſuperſunt*

mariti

mariti bona tenetur aliquando vxor, aut filij perſoluere debita à marito, ſeu à patre contracta ad alendam familiam.

14 *Quandonam aliquid in fraudem creditorum accipi dicatur.*

15 *Vxor quæ aliquid vt arrhas primo marito accipit titulo lucratiuo tenetur illud filijs primi matrimonij reſeruare. Secus ſi accepit ab extraneo.*

16 *Pater tenetur relinquere filij prioris matrimonij ea, quæ ex bonis primæ coniugis ad ipſum peruenerunt.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 MAritus tenetur vxori, nō ſolum actibus internis, verū etiam externis honorem, & amorē, immo etiam obedientiam in ijs, in quibus eſt vxori ſubiectus, exhibere. Ratio, cur teneatur vxori amorem exhibere, eſt, quia quilibet tenetur ſe ipſum, & proximū diligere; vxor autem eſt valdè proxima marito. Immo ſunt duo in carne vna, Matth. 19. Ratio cur teneatur honorem vxori præbere, eſt. Tum quia pater tenetur aliquando filio honorem præbere: ergo etiam maritus vxori. Tū quia honor debetur ratione ſuperioritatis, & excellētię; vxor autem aliqualem habet in virum ſuperioritatem, propriamquè excellentiam. Ratio verò, cur maritus teneatur aliquando vxori obedientiam præſtare, patet ex mutua coniugium obligatione, qua alter alteri debitum petenti reddere tenetur.

2 Ex dictis ſequitur primò maritum, verba infamatoria proferentē contra vxorem, grauiter peccare, etiam ſi in ea ſine animo infamandi prolabatur (modo plena, & ſufficiens aduertētia ſubſit:) nam qui alterum iniurijs afficit, non dicitur eum diligere, & honorare: quamquam nō videtur illicitum aliquid aliquando correctionis cauſa in vxorem proferre, modo cum ea diſcretione, & moderatione proferatur, vt vxor infamiæ notam non incurrat, nec infamię piculū ſubeat; licitū enim eſt vti medijs ad emendationis fructum neceſſarijs; nec vxor damnum inde iniuſtè pati dicitur. Ita Nauar. c. 14. n. 19. Rodriquez 1. parte c. 15. nu. 5. Reginald. lib. 20. n. 47. Clauis Regia lib. 7. c. 7. n. 9. Tolet. lib. 5. c. 2. Molfeſius tract. 11. cap. 18. num. 101.

Secundò maritum grauiter peccare, dum eſt impedimento vxori circa præcepta Dei, vel Eccleſię: tenetur enim vxorem diligere; qui autem alterum impedit, ne pręcepta ſeruet, ipſum odio potius, quam amore proſequitur: ſi vero impedimentum afferat ſolum circa ea, quę non ſunt ex præcepto debita, vt plurimum non eſt reus læthalis culpæ; quia vxori non infert grauem iniuriam, aut notabile damnum. Ita Doctor. cit.

Tertiò maritum grauiter verberantem vxorem grauiter peccare: licet enim maritus poſsit vxorem ex graui cauſa cum moderatione verberare, vt vxorem corrigat, & ad meliorem frugem trahat, dum ſpes adeſt emendationis, l. Rei iudicatæ, ff. ſoluto matrim. eam tamen acriter percutere, & verberare non poteſt; cum eam diligere, & ipſius curam habere teneatur, & acris verberatio iudici relinquenda ſit, ad quem pertinet iuridicè punire, & condignam delicto pœnam imponere.

Digitized by Google

nere. Ita Michael Salonius 2. 2. q. 65. art. 2. Sot. 5. de iuſt. q. 2. art. 2. ad finem. Reginald. lib. 20. nu. 47. Sylu. verbo Vxor. q. 3. Nauar. c. 14. nu. 19. Nauar. lib. 2. c. 3. n. 457. Molſ. n. 102. Clauis Regia loco cit. n. 8. Graffius 1. parte lib. 2. c. 84. nu. 2. Sanchez lib. 10. de matrim. diſp. 18. nu. 16.

3 Quartò maritum, alimenta vxori denegantem grauiter peccare, vt multis iuribus cit. oſtẽdit Surd. de alimentis tit. 1. q. 32. ſicut enim pater alimenta filio denegans, nõ dicitur filij curam, & amorem habere ita maritus vxoris.

Hæc tamen intellige, modò maritus vxorem alere poſsit, aut vxor propria culpa à mariti conſortio nõ receſſerit, aut is, qui dotem promiſit, non ſit inculpabili mora ſoluendi dotem.

Dixi modo alere poſsit, nam ſi maritus nequeat vxorem alere, nõ tenetur ei alimenta præſtare; quia nullus obligatur ad id, quod facere nequit; ſicut debitor, dum non eſt ſoluendo, ad debiti ſolutionem nõ tenetur. Vide Sanchez lib. 9. diſp. 4. Reginald. nu. 48, alioſq; DD. ſtatim citandos.

Dixi, aut vxor propria culpa à mariti conſortio nõ receſſerit: nam ſi ob uiri culpam, ex. gr. ob ſæuitiã receſsit, vir tenetur eam alere; par enim nõ eſt vt commodum ex ſuo delicto reportet: ſi verò vxor ſua culpa à viri conſortio receſsit, vir eam alere non tenetur: nam qui nõ facit quod debet, nõ recipit, quod oportet, l. Iulius, ff. de act. emp. ſi ergo mulier ſua culpa in obſequio viri non exiſtat, alimenta à marito non recipiet. Vide DD citandos.

Addo primo hoc verum eſſe, etiã ſi maritus dotem receperit, vt patet ex ratione proximè allata, & bene probat Sanchez lib. 9. diſp. 4. nu. 21. Surdus de alimentis tit. 9. q. 16. nu. 14. nam vxor non ſolum tenetur tradere dotem, verum etiam in viri obſequio commorari.

Addunt ſecundò aliqui Doctor. hoc etiam valere, quando vxor ob propriam in carcerem perpetuum truditur: nam iſta ſeparatio ab vxoris culpa prouenit. Ita Surdus de alimentis tit. 9. q. 21. nu. 9. & alij.

Sed contrarium mihi probabilius videtur cum Sãchez lib. 9. diſp. 4. nu. 23. & alijs. Ratio eſt tum quia aliud eſt diuortium voluntariè facere, & à viro propria ſponte recedere, aliud eſt cauſam diuortij, & ſeparationis dare. Tum quia vxor alenda eſt à viro etiam ſi ſua culpa lepram contraxerit, ob quam vir ab ea ſeparari poteſt; ergo etiam alẽda eſt à viro, quamuis perpetui diuortij cauſam ſua culpa dederit. Tum quia vxor viro exulãti, aut ad triremes damnato alimenta mittere tenetur, etiam ſi vir ſua culpa in exilium, vel ad triremes coniectus fuerit: ergo etiam vir vxori in carcere perpetuò incluſę alimenta præbere tenetur.

4 Sed modo dubium eſt primò, vtrum vxor, quæ ob viri ſæuitiam receſsit, ſed poſtea, oblata ſeueritate ſuauis in poſterum tractationis, ad virum renuit redire, à viro ali debet.

Reſpondeo negatiuè, quia ſua culpa dicitur abeſſe: modò maritus iudicio prudentis viri ſufficientem ſecuritatem exhibeat; ſicut ex oppoſito ſi vir, qui ſua culpa receſſit, ius alimentorum recuperat, ſi pœnitentia ductus cum altero coniuge cohabitare velit vbi permiſ-

ſum

ſum ſibi fuerit; nam pœnitentia purgat delictum; & perinde eſt, ac ſi coniux ſua culpa non receſſiſſet, cum paratus ſit ad cohabitandum. Ita Surd. de alimentis tit. 1. quæſt. 32. & tit. 7. & 9. quæſt. 16. Reginald. loco cit. nu. 48. Simancas de catholicis inſtit. tit. 16. Sãchez loco cit. nu. 23. & 24.

5 Secundò dubium eſt, vtrum à viro alenda ſit vxor, dum à viro, nō ſolum propria, verum etiam ipſius mariti culpa, receſsit.

Reſpondeo inſpiciendum eſſe cuius ſit vltima culpa, ob quã vxor in viri conſortio non reperitur, & iuxta illam decidendam eſſe propoſitam difficultatem; quamobrẽ ſi vxor vtriuſq; coniugis culpa receſsit, deinde ad maritum redire contendat, maritus autem eam ad ſe redire non patiatur, alenda eſt à marito, quia vltima culpa marito imputanda eſt. Ita Sanchez, & alij loci cit.

6 Tertiò dubium eſt, vtrum vxor à viro alenda ſit, dum abſque vllius coniugis culpa facta eſt ſeparatio, vt ſi facta ſit ſeparatio ob viri furorem, vel ob morbum, ex quo periculum infectionis imminebat.

Reſpondeo alendam eſſe à viro. Ratio eſt quia quod culpa caret in damnum vocari non debet. Ita Barboſa 2. parte ff. ſoluto matrim. nu. 43. Sanchez loc. cit. n. 25. & alij.

7 Dixi etiam in quarta illatione, modo is qui dotem promiſit non ſit inculpabili mora ſoluẽdi dotẽ, vt explicarem illam difficultatem, qua quæritur, vtrum vir vxorẽ alere teneatur, dum is, qui dotem promiſit, exiſtit in mora ſoluendi dotem, quam alioquin perſoluere poſſet.

Reſpondeo enim maritum non teneri vxorem in tali euentu alere: Ratio eſt quia dos traditur ad ſuſtinenda onera matrimonij l. Pro oneribus C. de iure dotium; ergo maritus dote nondum accepta ob culpabilem moram promittentis, non tenetur vxorem alere, cũ obligatio alendi vxorem ſit onus matrimonij. Secus dicendum eſt, ſi promittens dotem non exiſtat in mora ſoluendi; nam maritus concedens dilationem ſoluendæ dotis cenſetur cedere iuris ſuo, ſeque voluntariè adſtringere ad onera matrimonij, etiam ſi dos non tradatur intra terminum à viro conceſſum. Immo maritus tenetur alere vxorem, etiam ſi tranſactus ſit terminus ab ipſo cõceſſus; ſed promittens dotem, nequeat eam ſoluere; ſic enim poſtulat coniugalis amor, & marito incũbit cura vxoris. Hinc patet quid ſentiendũ ſit, quando promittens dotem, eam ſolummodo perſoluit quoad partẽ; maritus enim tunc obligatur ad alimentorum partem pro rata; nã quæ ratio eſt totius ad totum, eadẽ eſt partis ad partem l. Quę de dota ff. de rei vendicatione. Vide Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 4. & 5. Reginaldus lib. 31. nu. 307. & Surdũ de alimentis tit. 7. quæſt. 17.

8 Quæres primò, vtrum maritus vxorem alere teneatur, cum dos ſoluta perijt caſu fortuito.

Reſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia ſicut vxor diues tenetur viro in graui neceſsitate conſtituto alimenta præſtare, ita par eſt, vt vir ad vxorem alẽdam obligetur, dote caſu fortuito perempta. Tum quia humanum eſt virum participem fieri caſibus fortuitis vxoris, vt dicitur l. ſi cum dotem §.

Si

Digitized by Google

Si maritus ff. ſoluto matrimonio. Quid tam humanum eſt, inquit, quam fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem fortuitis caſibus viri participem eſſe.

Dixi, caſu fortuito; nam ſi dos culpa vxoris perijt, vt quia fiſco ob crimen vxoris addicta fuit, maritus vxorem alere non tenetur, nã remanet indotata, & perinde eſt, ac ſi dotem non accepiſſet. Ita Sãchez, & alij contra Surdum, & alios locis ſtatim citandis. Hoc tamen intellige modo vxor à parentibus alimenta neceſſaria obtinere poſſit; nam coniugalis amor poſtulat, vt coniux alterum coniugem fame perire non patiatur. Vide Sanchez lib. 9. diſp. 5. nu. 10. Molinã de iuſt. & iure diſp. 425. & Surdum de alimentis tit. 7. quæſt. 19. & 21.

9 Quæres ſecundò vtrum maritus, qui duxit vxorem abſque dotis mentione, teneatur ipſam alere.

Reſpondetur affirmatiuè, quia ceſsit iuri ſuo, quo poterat dotem petere ad ſuſtinenda matrimonij onera, & cenſetur ipſam vxoris perſonam accepiſſe pro dote. Ita Mol. diſp. 425. verſ. Si marito dos, & alij apud Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 5. nu. 8. & diſp. 4. nu. 23.

Obſerua tamen; quando matrimonium contractum fuit, nõ facta dotis mentione, virum non cenſeri iuri petendæ dotis à coniuge alioquin diuite ceſsiſſe; quamuis enim conditiones extrinſecæ non ſubintelligantur, niſi exprimantur l. Si ita ſtipulatus §. Chryſogonus ff. de verb. obligat. & quamuis matrimoniũ conſtare poſsit ſine dote, tamen conditio dotis non eſt omnino extrinſeca matrimonio; conſequenter tacitè actum videtur de dote, vel totius patrimonij mulieris, ſi ſequamur ſententiam Bart. l. Si conſtante nu. 87. ff. ſoluto matrimonio, & aliorum apud Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 59. nu. 4. vel ſaltẽ partis patrimonij iuxta qualitatem viri, vt docet idẽ Sanchez lib. 1. diſp. 60. nu. 2. & lib. 9. diſp. 5. nu. 9. & alij, quos retuli de matrim. quæſt. 1. puncto 8. n. 11. contra Couar. & Rodriquez locis ibi cit.

Si quæras vtrum maritus abſtinere poſsit à cohabitatione vxoris ob dotem promiſſam, ſed non ſolutã.

Reſpondeẽ ſolutionẽ iſtius quæſtionis conſtare ex dictis de matrimonio quæſt. 4. puncto 5. nu. 26. ad ibi dicta vos remitto.

Præterea ſi quæras vtrum coniuges teneantur cohabitare.

Reſpondeẽ etiam ſolutionẽ iſtius quæſtionis conſtare ex dictis de matrimonio loco cit. nu. 20. cum Nauar. Sanchez, Valentia & alijs, quibus addo Toletum lib. 5. cap. 2. & Clauem Regiam loco cit. cap. 7. num. 9.

Ex dictis igitur occaſione quartæ illationis conſtat quandonam maritus vxorem alere teneatur.

10 Vnicum ſupereſt dubiũ, vtrum maritus teneatur potius vxori, an patri, aut filijs ſubuenire dum vxor parentes, & filij in extrema neceſſitate cõſtituti ſunt, & maritus omnibus ſubuenire non poteſt, Henriquez lib. 11. cap. 8. nu. 1. putat teneri potius ſubuenire vxori, quia maritus, & vxor cenſentur vna caro Matthæi 19. *Itaque iam non ſunt duo ſed vna caro*, & Gen. 2. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ*; verum communis opinio eſt potius ſubueniendũ eſſe parentibus, & filijs, quã vxori;

nam erga parentes maior eſt obligatio,cum ab ipſis acceperimus eſſe, & cum ipſis maior ſit coniunctio quoad eſſe abſolute. Item erga filios maior eſt coniunctio, quam erga vxorem, cum filij ſint veluti pars patris ex ipſius viſceribus deciſa,vxor vero non eſt aliquid ſubſtantiæ viri. Ita Valētia tom.3.diſp. 3. quæſt.4. puncto 5. Arragon. 2. 2. quæſt.26. art. 11. ad finem. Bannes ibidem ad finem, Sanchez lib. 9. de matrim. diſp.4 nu. 26.Tolet.lib. 5. cap. 1. Lopez 1. parte c. 58. Surdus de alimentis tit. 7. quæſt. 14. Molfeſius in Summa tract. 11. cap. 18.nu. 69. & alij quamplures, quos ſupra retuli de charitate in hoc volumine diſp.3.quæſt.2. Ad auctoritates ſcripturæ allatas ad comprobandam ſententiam Henriquez.

Reſpondeť illas procedere circa act' cõiugales,& circa domeſticã inter cõiuges adminiſtrationẽ.

Hinc tandem gradum faciamus ad explicandam obligationẽ vxoris erga maritum.

SECVNDA PROPOSITIO.

11 VXor tenetur amorẽ,honorẽ, & obedientiã viro exhibere in ijs,in qbus viro ſubiecta eſt. Ratio eſt quia vir eſt ſuperior,& caput mulieris; ſuperiori autem,& capiti quilibet debitum amorem, honorem, & obedientiam in ijs, in quibus ſubiectus eſt, præſtare debet. Vide Nauar.cap.14.n.20.Reginald. lib.20.nu.44.& 45. Molfeſium tract. 11.nu.99.& 100.Tolet.lib.5. cap.2. Clauem Regiam lib.7. cap.7.n.10.

12 Hinc ſequiť primò vxorẽ grauiter peccare dum notabiliter inobediens eſt circa ea, quæ ad bonos mores, & ad familiæ gubernationem pertinent in his enim viro ſubiecta eſt.

Secundò vxorem peccare, dum inuito marito ius gubernandę domus ſibi arrogat; nam alienã ſibi poteſtatem vſurpat,cũ viro quoad domeſticam gubernationem ſubiecta ſit.

Tertiò vxorem mortaliter peccare,dum maritum rixis,aut verbis in grauem iram,vel ad blaſphemiã prouocat; tunc enim marito debitam non præſtat reuerentiam, & amorem. Ita Nauar. & Reginald. locis cit. & alij communiter.

Quartò vxorem peccare, dum maritum aliò pergentem ſequi recuſat, ſeruatis tamen regulis, quas adduxi de matrim.quæſt.4.puncto 6.nu.20. & ſeq. vide Nauar.cap.14. nu.20.Toletum loc.cit. Rodriq. ca. 15.n.2.Sãchez Gutierez Reginal. & alios,quos retuli de matrim.loc.cit.

Quintò vxorem diuitem grauiter peccare, ſi viro inopi alimenta præſtare deneget, vxor enim diues virum inopem alere tenetur, & caſus ipſius fortuitos ferre debet l. Si cum dotem §. Si maritus ff. ſoluto matrim. alioquin virum diligere non dicetur.Ita Surdus de alimentis tit. 1. quæſt. 35.& 36. Pont. de alimentis cap.14. Sanchez lib.9. de matrim. diſp.4. nu.27. & alij.

13 Quæres primò vtrum ſi mortuo marito nulla ſuperſint mariti bona,teneatur vxor ex bonis dotalibus alijſque proprijs bonis ſoluere debita, quæ maritur contraxit ad ipſam vxorem, & familiam alẽdam, ex.g. in famulorum ſtipendio, in pretio locationis domus, aut in alijs ad victum & veſtitum neceſſarijs; eadem quæſtio fieri poteſt de filijs,vtrum videlicet filij

tenean-

teneantur in defectum patris ſatiſfacere creditoribus, à quibus pater aliquid accepit ad alendos filios

Duplicem in hac re ſententiam reperio. Prima eſt Surdi de alimentis tit.8.priuilegio 48. nu.5. Iaſonis l. Si eum ſeruum ff. ſi certum petatur. Purpurati ibidem nu.5. Barboſæ l. Si conſtante 25. n. 52. ff. ſoluto matrim. & aliorum quos diligenter enumerat, Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 4. nu. 28. reſpondentium cum hac diſtinctione, vel maritus, ſeu pater erat diues, dum contraxit hæc debita, vel erat pauper, ſi diues erat, vxor, aut filij non tenẽtur ad hæc debita perſoluenda, nã receperunt id, quod ſibi debitum erat nec ipſi dñr facti ditiores, nec quicquam alienum dicitur conuerſum in vtilitatem ipſorum filiorum; ſi vero maritus, ſeu pater egeſtate laborabat, dũ hæc debita contraxit, vxor, aut filij tenentur ex proprijs bonis debita viri, aut patris perſoluere, ſi mortuo marito, aut patre non ſuperſint ipſius bona ad ſatisfaciendum. Ratio eſt tum quia debitum ab vxore vel filio cõtractum, ſoluendum eſt ab vxore, vel filio; ſed hoc cenſetur debitũ vxoris, aut filij; cum enim vxor, aut filij diuites non habeant ius petendi alimenta à patre egeno, ſed ipſi potius teneantur patrem in egeſtate conſtitutum alere, æs alienum, ad hoc contractum cenſetur debitum vxoris & filiorum; ergo ſoluendum eſt ab vxore aut filijs. Tum quia is, in cuius vtilitatem res aliena conuerſa eſt, tenetur ſaltem in defectum recipientis, qui non eſt ſoluendo, vt colligitur, tum ex lege ei qui 7. §. Alioquin C. quod cum eo, vbi decernitur, eum, qui procuratori Titij pecuniam conceſſit, actionem habere contra dominũ, ſi pecunia procuratori conceſſa, in domini commodum verſa ſit. tum ex l. Iulianus 9. §. Proinde ff. ad ſenatus conſultum Macedonianum, in qua decernitur, quod licet pater nõ teneatur perſoluere pecuniam, quam filius contractu mutui accepit; tenetur tamen perſoluere ſi cõuerſa ſit in vtilitatem patris, ſeu in rem, ad quam pater tenebatur. tum ex l. Ciuitas, & ex alijs iuribus per me adductis de contractibus diſp. 3. q. 3. puncto 1. num. 6. Sed id, ob quod pater debitum contraxit ad alendam vxorem, vel familiam, cõuerſum eſt in vtilitatem vxoris, & familiæ (cũ enim pater in egeſtate conſtitutus nõ teneatur vxorem, aut filios alere; negandum non eſt, id, quod pater ad eos alendos accepit, in ipſorum vtilitatem conuerſum fuiſſe) ergo vxor aut filij tenentur perſoluere debita, quæ pater inops contraxit ad ipſos alẽdos, modo non ſuperſint bona patris, quæ ſufficiant ad ſatisfaciendũ creditoribus.

Secunda ſententia eſt Molinæ tom. 2. de iuſt. diſp. 435. nu. 4 verſ. Quare ſi, Reginaldi lib. 31. nu. 306. Sanchez loco cit. nu. 29. & aliorum apud Sanchez exiſtimantiũ filios, aut vxorẽ nõ teneri ad debita mariti ex ſua dote, & capitali, etiam ſi debita contracta ſint ad vxorem, & familiam alendam. Ratio eſt tũ quia vxor, aut filij nil egerũt creditoribus mariti, aut patris, nã ipſi nõ acceperunt pecuniam, nec alius ipſorũ nomine, accepit à creditoribus patris, ſeu mariti; ergo ipſi nõ tenentur ſatisfacere creditoribus patris, ſeu mariti. Tum quia actio

ob

ob mutuum eſt perſonalis, & competit creditori ſolum aduerſus eũ, cui data eſt mutuò pecunia, non verò aduerſus eos quibus mutuatarius pecuniã mutuò acceptã tradidit l. eũ cui 13. C. de actio. & oblig. vbi ſic habetur eum, cui mutuam dediſti pecuniam, ad ſolutionem vrgere competenti debes actione: nam aduerſus negotiatores, quos ex mercibus pecunias abſtuliſſe, tuo debitori proponis, nullam habes actionẽ: ergo creditores nullã habent actionem contra vxorem, aut filios; ergo vxor, aut filij non tenentur creditoribus mariti, aut patris pro pecunia ad alendã vxorem, vel filios à patre mutuo acceptam. Tum quia vxor ſoluto matrimonio poteſt integram dotem repetere etiam ſi maritus aliquid ſuperfluè expenderit in ipſa alenda ex Nauarro c. 17. nu. 155. Sanchez loco cit. Rodriquez tom. 1. ſummæ c. 100. nu. 7. contra Barboſam, dos enim habet ius prælationis: ergo nõ tenetur ad debita mariti. Tum qa vxor, aut filij nihil alienum acceperunt: nam alimenta receperunt à patre, qui dominus illorum erat, & illorum dominium in alios trãsferre poterat; qui autem aliquid à verò domino accepit non tenetur ad reuocationẽ: ex quo ſequitur veſtes, aut alimenta, quæ maritus emit ex pecunia mutuo accepta, & vxori tradidit, non eſſe obnoxia reſtitutioni, etiã ſi acta extent apud vxorem; nam creditores nullam habẽt actionem cõtra res mutuo emptas, ſed ſolum actionem perſonalẽ habent aduerſus mutuatarium.

Iſtæ duæ ſententiæ valdè probabiles ſunt, & tuta conſcientia ſuſtineri poſſe videntur.

Sed mihi reſpondendum videtur cum triplici diſtinctione. Prima eſt, aut pater inops cõtraxit illa debita, nomine proprio, vel contraxit nomine filiorum, aut vxoris: ſi cõtraxit nomine proprio vxor, vel filij non tenentur ad illorum ſolutionem; quia nihil cum creditoribus patris egerunt, & hoc probant ratione allatæ pro ſententia Moling, Reginaldi, & Sanchez; ſi verò pater contraxit illa debita nomine vxoris, aut filiorum, ipſis conſentientibus, arbitror vxorem, & filios, quorum nomine debita contracta ſunt teneri ad illorum ſolutionem; quia ſunt ipſorum debita ſicut res empta nomine alicuius, eſt illius cuius nomine empta fuit.

Secunda diſtinctio eſt, vel pater inops, cum debita pro alẽda vxore, aut filijs contraxit, proteſtatus eſt nolle gratis alimenta præſtare, vel nihil proteſtatus eſt: ſi nihil proteſtatus eſt, vxor, aut filij ad nihil tenentur, vt patet ex rationibus ſecundæ ſententiæ, niſi fortè acceperint in fraudem iuxta dicenda in tertia diſtinctione: Si verò proteſtatus eſt nolle filijs alimenta præſtare, vxor, & filij tenentur ad illorum reſtitutionem; etiam ſi pater nomine proprio debita cõtraxerit; cum enim vxor, aut filij, quos pater inops alere non tenebatur, rem, ſeu alimenta non acceperint gratis, dicendum eſt teneri ad illorum reſtitutionem, perinde, ac ſi ab extraneo accepiſſent cum onere ſoluendi; & quamuis demus creditores patris nullam in hoc caſu directam actionem contra filios, vel vxorem habere, cum nihil cum ipſis actum ſit nomine vxoris, vel filiorum habent tamen actionem quodammodo

do indirectam, quatenus creditoribus competit actio contra debitores ſui debitoris.

Addit Pater Bellus vir eruditiſſimus è Societate Ieſu dubio 9. de dote vxorem diuitem nō ſolum teneri ad ſoluenda ea debita, quæ à viro contracta ſunt ad alendam ipſam vxorem, verum etiam ad ea, quæ cōtracta ſunt pro alendo viro, quē ipſa tenebatur alere; Sed hoc mihi non probatur, quamuis enim verum ſit vxorem diuitem teneri ad alendum virum inopem; tamen cum hęc obligatio ſit ſubſidiaria, non obligat ad reſtitutionem, alioquin ſequeretur etiam patrem teneri ad reſtitutionem filio pro denegatis alimentis, quod ego non admitto, vt alias probaui cum Vaſquez, & alijs, & patet ex ſupradictis §. 1. nu. 12. puncto 6.

Tertia diſtinctio eſt, vel vxor, ſeu filij recipiunt alimenta in fraudem creditorum, & eorum qui pecuniā, aliasuè res tradunt titulo mutui, aut alterius cōtractus, vel non recipiunt in fraudem. Si recipiunt in fraudem creditorum tenentur ad reſtitutionem in locum patris, ſeu mariti, nam peccāt contra iuſtitiā cooperando actioni iniuſtæ, & faciunt iniuriā creditoribus, qui damnum inuoluntariè patiuntur. Si verò non accipiunt in fraudem creditorum non tenentur ad reſtitutionem, quia ex nulla radice colligitur ipſos ad reſtitutionem obligari, non enim obligantur ratione rei acceptæ, cum acceperint à verò Domino; nec ratione cōtractus, cum ipſi nullum cum creditoribus patris contractum inierint, nec ratione iniuſtæ acceptionis, cum bona fide acceperint, neſcientes patrem alimenta ſibi tradere in fraudem creditorum, aut ſaltem habentens ius ad petenda, & recipienda alimenta à patre; quamuis enim pater inops pro tempore ſuæ inopiæ, & indigentiæ non teneatur alere filium, aut vxorem; tamen pro tempore inopiæ non extinguitur obligatio alendi filios, ſicut nec extinguitur obligatio ſatisfaciendi alijs creditoribus, ſed tantummodo ſuſpenditur, nam ſi extingueretur, ſequeretur patrem elapſa indigentia non teneri filium alere, aut debita perſoluere, cum obligatio ſemel extincta non reuiuiſcat l. Cū ex cauſa C. de remiſs. pignorum.

Ex quo ſequitur vxorem, & filios ob ſuperuenientem patris inopiā non amittere ius petendi alimenta, licet quodammodo ſuſpendatur pro tempore, quo pater paupertate laborat.

Dices vxorem, aut filios teneri ad reſtitutionem ratione rei acceptæ: quatenus inde facti ſunt locupletiores, ſicut poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere id, in quo factus eſt locupletior.

Reſpondeo poſſeſſorem bonæ fidei teneri reſtituere id in quo factus eſt locupletior, modò illud non acceperit à vero domino abſq; iniuſto aliorum damno; quod enim iuſtè à vero domino accipitur, nulli obnoxium eſt reſtitutioni.

Ex dictis ergo conſtat vxorem, aut filios non teneri ad diſſoluenda debita, quæ vir, ſeu pater contraxit pro alenda vxore, vel filijs, niſi pater illa acceperit nomine ipſorum, vel proteſtatus ſit nolle gratis illa pręſtare, aut niſi acceperit in fraudē ſciētibus filijs, vel vxore.

14 Sed modò dubium eſt quādonam

nam aliquid in fraudem aliorũ iniuſtè accipi dicatur.

Reſpõdeo tũc aliquid iniuſtè accipit in fraudẽ aliorũ, quoties quis aliqd ſine iuſta cauſa accipit ſciẽs tradentem illius rei traditione iniuriam facere, & damnum iniuſtè inferre alijs creditoribus, vt multis exemplis explicaui de Cõtractibus diſp.1.q.8.pun.2.quæſito vlt. nu.27. & ſequentibus.

Dixi ſine iuſta cauſa, nam ſi ius prælationis habeat, ſeu iuſtam habeat cauſam permittendi damnum proximi non dicitur accipere iniuſtè in fraudem aliorum creditorum, quia non accipit ſine iuſta cauſa; dixi ſciens tradentem illius traditione &c. nam ſi ignoret tradentem iniuſtè damnum alijs inferre, excuſandus videtur ab obligatione reſtituendi, cum non peccet accipiendo, nec colligatur ex qua radice obligandus ſit ad reſtitutionẽ ſi ergo ponamus filios, aut vxorem ignorare ſibi alimenta in fraudem aliorum, tradi, non peccant contra iuſtitiam, conſequenter non tenentur in defectum patris ad reſtitutione. Item ſi alimenta recipiant, dum in graui neceſsitate exiſtunt, nec aliundè ſibi commodè conſulere poſſunt, non tenentur ad reſtitutionem, quia non dicuntur ſine cauſa, & iniuſtè reciperet; cum enim ipſis cõpetat ius ad alimenta à patre petenda, aut ſaltem hoc ius non ſit extinctum, dum pater inops eſt, vt proximè innui, ſequitur filios, aut vxorem non dici recipere alimenta iniuſtè, aut in fraudem aliorum; cum iuſtam habeant cauſam permittendi damnũ aliorum, vt ſibi cõſulant; fraus enim eſt machinatio ad decipiendũ aliquam adhibita; filij autem in propoſito caſu neminem intẽdunt decipere, ſed ſibi cõſulere volunt permiſſa actione, quæ hic & nunc ipſis ad culpam non imputatur: ita ſentire debent Nauar. Rebellus, Azorius, Salonius, Vaſquez, & alij, quos retuli de contractibus loco citato nu.31.& 32. & hinc patet ſolutio ad duos caſus ibidem num. 31. & 32. propoſitos.

Ad primam rationẽ primæ ſententiæ. Reſpondetur inde ſolum inferri vxorem, aut filios teneri ad reſtitutionem recipiendo alimenta, dum ipſi non indigent, & pater alioquin fieret impotens, ad perſoluẽdum creditoribus; non enim habent ius petendi alimenta à patre paupere, & inope, inops regulariter loquẽdo non ſolũ cẽſetur is, qui non eſt ſoluendo, verum etiam ille cui facta debitorũ ſolutione, nihil ſupereſt quamobrem ad minorem propoſitionẽ primi argumenti reſpondetur illud cenſeri debitũ vxoris, aut filiorum, quoties cognita patris inopia aliquid ab eo non indigentes recipiunt, ſcientes illud alienari in fraudem creditorum; conſequenter in his caſibus obligabuntur ad reſtitutionem in defectum patris.

Ad ſecũdam rationẽ reſpondeo negãdo, eum, in cuius vtilitatẽ res aliena conuerſa eſt, teneri ad reſtitutionem ſi eam ex iuſta cauſa recepit à vero domino abſque fraude creditorum.

Reſpondeo ſecundò, non fuiſſe acceptam rem alienam; cum accepta fuerit iuſtè à vero domino abſq; fraude creditorũ, vt ſuppono.

Ad primam rationem ſecundæ ſententiæ quatenus nobis aduerſatur

tur abſolutè, & ſine diſtinctione loquendo.

Reſpondeo filios, dum ob mutuum à patre acceptum ad ipſos alendos obligãtur ad reſtitutionẽ, non ideo ad reſtitutionem obligari quod aliquem contractum inierint cum creditoribus patris; ſed quia aliquid acceperunt ſine iuſta cauſa in damnum, & fraudem creditorum patris, & quatenus cooperati ſunt actioni patris iniuſtæ; pater enim iniuſtè agere videtur, alendo filios rem indigentes cum damno creditorum.

Ad ſecundam reſpondeo filios teneri ad reſtitutionem non ratione mutui, ſed ratione iniuſtæ actionis, & cooperationis damni, quod creditores iniuſtè patiuntur iuxta tertiam diſtinctionem, aut quia pater debitum nomine ipſorum ipſis conſentientibus cõtraxit, aut quia ſic tacitè conuenerunt cum patre, vel marito iuxta dicta in prima, & ſecunda limitatione.

Ad tertiam reſpondeo, vxorem poſſe integram dotem recipere cũ obligatione tñ reſarciendi damnum creditoribus, quoties ipſis iniuſta cauſa damni fuit; ius enim ad dotem non tollit obligationẽ reſtituendi; ſicut obligatio reſtituendi creditoribus non tollit vxori ius ad ſuam dotem.

Ad quartã reſpondeo primò non accepiſſe alienum in re, ſed in iure, quatenus id, quod filij acceperunt, reſtituẽdum erat creditoribus, ſeu mutuantibus.

Reſpondeo ſecundò, non teneri ratione rei acceptæ præciſè, ſed ratione iniuſtæ acceptionis, & damnificationis, ſeu cooperationis ad damnum, ſeu quatenus aliquid nomine ipſorum acceptum eſt ipſis conſentientibus, vel cum præuia proteſtatione iam explicata.

Ex dictis igitur conſtat vxorem per ſe loquendo non teneri mortuo marito ad perſoluenda debita, quę maritus contraxit ad alendam familiam. Item non teneri ad ea reſtituẽda, quæ ex bonis mariti ad ſui, & familiæ ſuſtentationem accepit abſque fraude creditorum. Secus ſi accepit in fraudem creditorum, vt explicatum eſt, ſicut etiã ſi vxor conſumpſit aliquid in familiæ ſuſtentatione, quod à viro acceperat tradendum creditoribus, obliganda videtur ad reſtitutionem, ſi vir poſtea ſoluendo non ſit, nam fecit contra mandatum viri cum damno creditorum; conſequenter in ipſorum fraudem illud conſumpſiſſe cenſetur.

Hoc tamen limitari poteſt modo familia tunc temporis grauiter nõ indigeret, nec vxor aliundè poſſet ſibi, & familiæ cõſulere nã ſi grauiter indigebat arbitror vxorẽ non teneri in proprijs bonis ſatisfacere creditoribus, quia nihil accepiſſe præſumitur in fraudem creditorũ: cum maritus non minus debitor ſit congruę ſuſtentationis vxori, & familiæ grauiter indigenti quam alijs creditoribus quamobrem vxor nulli facit iniuriam, aut fraudem, ſi ex ijs rebus, quarum maritus eſt dominus, inſumat ad ſui, & familiæ ſuſtentationem, dum maritus non ſubuenit, & familia grauiter indiget; inſumit enim & recuperat ſibi debitũ. Ita Sanchez loco cit n. 30. Nauar. Molina, Rebel. Vaſquez, Salonius, Valentia, & alij, quos retuli de contractibus loco cit. num. 32. contra Lopez, & alios apud Moli-

nam diſp.330.nu.6.& apud Sanch. loco citato.

35 Quæres ſecundò, vtrum vxor quæ aliquid à primo marito accepit, teneatur illud referuare filijs prioris matrimonij, ſi ipſa tranſeat ad ſecundas nuptias.

Reſpondeo vxorem quæ aliquid accepit à marito titulo lucratiuo teneri illud filijs primi matrimonij referuare, & inter ipſos æqualiter diuidere. Sic dicernitur l. Fœminæ 3. C. de ſecundis nuptijs, & auth. ex teſtamento, & Auth. in donatione C. eodem titulo vbi ſancitur vxorem aduolantem ad ſecundas nuptias amittere dominiũ eorũ, q̃ donatione inter viuos, aut vltima volũtate à marito accepit, illudq; transferri in filios, ſolo vſufructu apud ipſam remanente, ipſamque non poſſe in his bonis conditionẽ alicuius filij meliorem reddere. authent. lucrum C. eodem titulo.

Dixi titulo lucratiuo, ideſt donatione; nam quæ vxor accepit titulo oneroſo poteſt ad ſuum libitũ diſtrahere, & alienare, nec tenetur illa filijs prioris matrimonij referuare. Ratio eſt tum quia horum dominium abſolutum adepta eſt. Tum quia in l. Fęminæ cit. mentio tantummodo fit eorum quæ vxor accepit donatione, vel præmio cuiuſlibet munificę liberalitatis. Ita DD. ſtatim citandi.

Hinc ſequitur primò matrem nõ teneri filijs primi mariti relinquere ea quæ dono accepit ad ab extraneo, etiamſi illa intuitu mariti acceperit. Ratio eſt tum quia retinet abſolutum dominium horum bonorum. Tum quia iura nihil in contrarium in hac parte diſponunt. Ita Emanuel Sà verbo Parentes nu.12. Quid vero ſentiendum ſit de iis quæ tradita ſunt vxori à conſanguineis viri, conſtat ex dictis de cõtractibus diſp.2.quæſt.10. puncto 2. num 3.

Secundò ſequitur matrem teneri filijs prioris matrimonij relinquere arrhas, quas à priori marito accepit; quia arrhæ videntur tradi titulo lucratiuo, cum voluntariè tradãtur. Ita Gutierez, Antonius, Gomez, Ludouicus, Molina, Sanchez, & alij locis ſtatim citandis contra Antonium Gabrielem, & alijs locis ſtatim citandis, quorum ſententiam ſatis probabilem vocat Ludouicus Molina tract.2 diſp.431. nu. 8. verſ. contrarium.

Obijcies traditio arrharũ nõ eſt donatio ſimplex, ſed potius datio remuneratoria, aut oneroſa in cõpenſationem pudicitiæ, quam vxor amittit contractu matrimonij, ſed accepta donatione remuneratoria aut titulo oneroſo non referuantur filijs prioris matrimonij, ex Gabriele loco ſtatim citando, & alij; ergo, &c.

Reſpondeo negando minorem propoſitionem, nã traditio arrharum eſt voluntaria, & nomen cuiuſdam donationis obtinet, quamuis enim arrhæ tradãtur in remunerationem, & cõpenſationem pudicitiæ, nihilominus cũ arrhæ non ſint debitæ ex iuſtitia, ſequitur traditionem ipſarum nomen donationis, licet remuneratoriæ, habere; in l. Autem fęminæ citata decernitur accepta titulo cuiuſlibet donationis referuari filijs priori matrimonij l. Vt fœminæ, ibi, donationibus factis, vel cuiuſlibet munificæ liberalitatis præmio.

Obijcies ſecundò mulier, cui mortuo

mortuo marito filij remanſerunt, non tenetur arrhas, quas à marito accepit reſeruare filijs ſi ad ſecundas nuptias nõ tranſeat, ſed poteſt arrhas ad ſuum libitum diſponere, & alienare; ergo poteſt etiam illas ad ſuum placitum diſponere ſi ad ſecundas nuptias tranſeat.

Reſpondeo primò circa antecedentem propoſitionem magnam eſſe inter Doctores diſſenſionem; nam Roderius, Suarez, & alij apud Molinam diſp. 431. nu. 7. verſ. De arrhis, & apud Sanchez lib. 6. diſp. 40. putant vxorem, quæ mortuo marito non contraxit cum alio matrimonium, poſſe ſolum quartam arrharum partem pro anima ſua diſponere reſeruatis tribus arrharum partibus filijs mariti l. 1. tit. 2. lib. 3. fori. Verum quid quid ſit de antecedente cum lex illa non ſit vſu recepta cõtra Molinam, & alios neganda eſt conſequentia nõ enim eſt argumentandum ab vno caſu in iure non expreſſo ad alium expreſſum. Vide Gutierez pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 18. Ludouicum Molinam de iuſt. & iure diſp. 431. nu. 8. Sanchez lib. 6. de matrim. diſ. 40. & 41. Antonium Gomez l. 15. Tauri, Antonium Gabrielem tom. 3. com. opin. lib. 3. tit. de ſecundis nuptijs Vaſquez in opuſculis de teſtamentis cap. 8 §. 1. Emanielē Sá verbo Parentes nu. 12. & ſtatuta Mediolani quatenus decernunt conditionem deſcendentium meliorari non poſſe.

26 An vero pater teneatur relinquere filijs prioris matrimonij ea quæ ex bonis primæ coniugis ad ipſum peruenerunt.

Reſpõdeo affirmatiuè. Tum qa bona debentur hæredibus vxoris. Tum quia ſic vſu receptum eſt. Tũ quia ſicut vxor tenetur filijs prioris matrimonij relinquere ea quæ accepit à priore coniuge. Ita etiam maritus quæ in bonis primæ coniugis accepit. Ita Emanuel Sá loco cit. & alij.

An vero valida ſit donatio inter coniuges patet ex dictis de cõtractibus diſp. 3. quæſt. 12. puncto 4.

An vero ſponſa dominium acquirat eorum quæ ſibi per ſponſalitiam largitatem traduntur videri poteſt apud Sanchez lib. 6. de matrimonio diſp. 18. vſque 27. vbi de his fuſiſsimè diſputat, quæ etiã nos Deo fauẽte alibi diſcutiemus. Hic ſolum obiter aduertẽdum eſt nomine arrharum iure communi intelligi id, quod datur in ſignũ, & pignus matrimonij futuri, vt obſeruat Sanchez lib. 6. diſp. 27. nu. 1. largitas vero ſponſalitia eſt donatio quæ fit inter ſponſos, ob matrimonij futuri ſpem eiuſq; cauſam.

PVNCTVM VIII. ET VLTIMVM.

De cura, & amore dominorum, & ſuperiorum in ſeruos, & ſubditos, & è contra.

1 *Domini aliȷque ſuperiores tenẽtur ſibi ſubditorum curam habere.*

2 *Domini grauiter peccant non curando, vt ſubditi præcepta adimpleant.*

3 *Item non impediendo peccata ſubditorum.*

4 *Quandonam Parochi peccent contra proprium officium, & quodnã ſit ipſorum officium.*

5 *Quandonam Epiſcopi peccent contra proprium officium, & quodnã ſit ipſorum officium.*
6 *Dominus grauiter peccat, dum famulos grauibus afficit iniurijs.*
7 *Peccat etiam dum alimẽta denegat.*
8 *Dominus tenetur famulum domo expellere, vt reſcipiſcat.*
9 *Soperiores poſſunt ſibi ſubditos cum moderatione verberare.*
10 *Pater poteſt verberare filium non ſolum cauſa correctionis, ſed etiam ad puniendum delictum.*
11 *Fratres vel patrui habentes curam ſororum, vel nepotum poſſunt eos moderatè percutere. Idem valet in ſenioribus, aut etiam in alijs, qui ob adoleſcentibus aliquam iniuriã paſſi ſunt, & eorum ſuperiores cõmodè adire non poſſunt.*
12 *Frater tenetur alteri fratri alimenta præbere quando aliundè non habet.*
13 *Subditi tenentur ſuperioribus amorẽ, honorem & obedientiam exhibere.*
14 *Illationes ex præcedenti concluſione.*
15 *Quãdonam famulus teneatur vitam Domini defendere cum periculo vitæ.*
16 *Quinam veniant nomine ſeruorum, & famulorum.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 DOmini, & ſuperiores famulorum, aliorumque ſibi ſubditorum curam habere tenentur. Ratio eſt quia ſunt ipſorum caput, & parentum vices gerunt; quamobrem domini, & ſuperiores, qui circa curam, & ſalutem ſibi ſubditorũ negligentes notabiliter ſunt, grauiter delinquent, 1. ad Thimot. 5. *Si quis ſuorum maximè domeſticorũ curam non habet infidelis eſt, & infideli deterior.*

2 Hinc ſequitur primò dominos grauiter peccare, dum, quantum in ipſis eſt, curam non habent, vt ſerui à peccatis abſtineant, cõfiteantur, communicent tẽpore præcepto, Doctrinæ Chriſtianæ præcepta addiſcant, ieiunent, dum iuſtam nõ habent excuſationis cauſam, aliaq́; naturalis diuini, & humani iuris præcepta obſeruent. Ita Nauar. c. 14. nu. 2. & alij communiter. Ex quo patet dominos grauiter peccare, dum abſque iuſta cauſa famulis impedimento ſunt, ne Miſſam in die feſto audiant, vel in cauſa ſunt, vt eo die ſeruiliter laborent.

Obſerua tamen dominum non teneri compellere ſeruos, aut etiam filios ad ieiunia, quoties norunt ipſos adhuc non ieiunaturos, & clam ſibi cibos aliunde comparaturos; nullus enim ad opus inutile obligatur. Ita Sotus loco ſtatim citando, & alij.

3 Secundò Dominos, qui famulis peccandi occaſionem permittunt, aut grauiter peccantes non corrigunt, lethalis culpæ reos eſſe. Nam ipſorum curã habere non vidẽtur.

4 Tertiò Parochos, qui non reſident, aut ſacramenta ſuis ouibus non adminiſtrant, nõ orant pro populo ſibi ſubiecto, illiq́; Miſſæ ſacrificiũ non applicãt, non concionantur, aut infirmos non viſitant, grauiter peccare, quia ouium ſibi ſubditarum curam non habent; in his enim præcipua Parochi cura, & officium in ſuos ſubditos poſitum eſt.

Quamobrem interrogãti quodnam ſit Parochi munus, & officium; reſponderi poteſt iuxta Tridentinũ ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 23. cap. 1. de reformatione, & ſeſſ. 24. cap. 4. & 7. Primum Parochi munus, & officiũ

eſſe

eſſe in ſua Parochia reſidere quã-quam Parochus aliquando poteſt à ſua Parochia abeſſe iuxta dicta de beneficijs. Secundum Parochi munus eſt Sacramenta adminiſtrare: quoties autem adminiſtrare teneatur, conſtat ex dictis de Sacramétis. Tertium eſt orare pro populo, illiquè Miſſę ſacrum applicare. Quoties autem Parochus Miſſæ ſacrum ſuis ouibus applicare teneatur conſtat ex dictis de ſacrificio Miſſæ. Quartum eſt docere populũ concionando, & arguendo: vtrum autem ipſemet teneatur cõcionem ad ſuum populum habere, conſtat ex ſupra dictis in tertio decalogi præcepto, quamuis Toletus lib.5. cap.5.nu.9. verſic.Rurſus quinto, in cuius ſententiam inclinat Poſſeuinus cap.3.nu.2. putat non opus eſſe, vt Parochus per ſe ipſum prædicet, ſi alium conſtituat, qui prædicet. Immo Poſſeuinus nu. 3. non ſolum excuſat Parochum legitimè impeditum, dum nec per ſe, nec per aliũ concionari poteſt; verum etiam dum concionari poteſt, & tamen non concionatur Epiſcopo ſciente & non cõtradicente in ciuitate in qua Epiſcopus cõmuniter ſolet cõcionatores aliquos inſtituere, aut in qua regulares de licentia Epiſcopi concionari conſueuerunt. Verum hoc mihi non probatur. Ratio eſt tum quia Epiſcopi non poſſunt in iure diuino diſpenſare: Parochi autem de iure diuino concionem ad populum habere tenentur. Tum quia multi concionem audirẽt Parocho concionante, quam à concionatore ob Epiſcopo deputato audire ſæpè non poſſunt ob diſtantiam, vel alia de cauſa. Quintum eſt ſingulis diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus populum ſibi ſubditũ Doctrinæ Chriſtianæ dogmata per ſe, vel per aliũ docere, vt conſtat ex Tridentino locis cit. Sextum eſt infirmos frequẽter inuiſere, & pauperum curam habere. Vide Reginaldum tomo 2. lib. 20. cap.5. ſect. 3. nu.68. & Poſſeuinum cap.1.

5 Quartò ſequitur Epiſcopos, qui non reſident, non concionantur, Diœceſim non viſitant gregis ſaluti non ſtudent, & alia ad proprium in ſubditos officium ſpectantia nõ præſtant, grauiter peccare, poſita materiæ grauitate; ſuperiores enim tenentur ſibi ſubditorum curã habere, & commiſſum ſibi officium rectè perſoluere. Proprium autem Epiſcopi officium primum eſt reſidere, vt docui de beneficijs. Non nego tamen quin Epiſcopo liceat aliquando iuſta de cauſa abeſſe, aut etiam Epiſcopatum de Summi Pontificis licentia deſerere; Summus autem Pontifex poteſt Epiſcopo cedendi, & deſerendi Epiſcopatum facultatem dare ob aliquas cauſas, quæ his verſibus deſcribuntur.

Rebellis, ignarus, mali conſcius, irregularis.
Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

Secundum eſt adminiſtrare Sacramentũ confirmationis, & Ordinis, hoc enim illi incumbit ratione caracteris Epiſcopalis. An verò teneatur confeſsiones ſibi ſubditorũ audire, & alia Sacramenta conferre, patet ex dictis de Pęnitentia.

Tertium eſt concionem ad populum habere per ſe ipſum, & non per alium, niſi legitimo detineatur impedimento. Quando autem, & quoties Epiſcopus teneatur con-

Digitized by Google

cionem habere, conſtat, ex Tridentino ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat. quod videndum eſt, & ſimul conſulendæ ſunt declarationes Illuſtriſſimorum Cardinalium, modo fideliter relatæ ſint apud Io. de Gallemart. ſeu apud Petrum de Marzilla. Videri etiam debet Zerola in ſua praxi Epiſcop. parte 1. verbo Prædicatio, & Reginaldus lib. 20. num. 69.

Quartum vt ſingulis annis Synodum Diœceſanam, & quolibet triennio Conciliũ prouinciale conuocet, ſi Archiepiſcopi munere fungatur, iuxta Tridentini decretum ſeſſ. 24. cap. 2. quod videndum eſt cum declarationibus ſacræ Cõgregregationis apud. DD. citatos. Videri etiam debet Azorius parte 2. lib. 3. cap. 47. Zerola in praxi Epiſcop. verbo Concilium, Emanuel, Rodriquez quęſtionum regul. tom. 3. quæſt. 46. art. 2. Riccius in collect. deciſ. collect. 1153.

Quintum eſt vt ſingulis annis viſitet ſuum Epiſcopatum ſaltem maiorem illius partem ita vt biẽnio totum viſitarit Vide Azorium loc. cit. cap. 40. Zerolam verbo Viſitatio nu. 10. Reginaldum loc. cit.

Sextum eſt vt curet teſtamenta adimpleri, & ad ea adimplenda compellat hæredes cap. Si hæredes de teſtamentis.

Septimum, vt bonum præbeat exemplum 1. ad Timoth. 3. Vide Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat. Reginaldum loc. cit.

6 Tertiò dominos peccare, dum famulos grauibus afficiunt iniurijs, vt ſi appellent diabolos, vel canes &c. faciunt enim contra proprium officium, quo ipſis famulorum cura præſcribitur.

7 Quartò dominos peccare denegando alimenta famulo; dignus eſt enim vſurarius cibo ſuo, & mercenarius ſtipendio. Obſerua tamen dominum non peccare transmittendo famulum ægrotũ ad hoſpitalẽ domum, dũ in ipſius morbo curando magni ſumptus faciendi ſunt; non enim peccat contra iuſtitiam, cum non obligauerit ſe ad expẽſas pro tempore, quo famulus praua vtitur valitudine; neq; peccet contra charitatem; cũ ex charitate ſolum teneatur ſuccurrere, dum non eſt alius, qui ſubueniat, vt patet ex dictis de charitate; In hoc autem caſu adeſt hoſpitalis domus. Ita Azorius 2. parte lib. 2. cap. 39. quæſito 3. Reginald. lib. 20. nu. 60. Molſeſius in Sum. tract. 11. num. 49. Vtrum verò dominus teneatur ſoluere mercedem famulo pro tẽpore, quo detinetur infirmitate, patet ex dictis de contractibus diſp. 3. q. 7. puncto 3. nu. 12. & puncto 4. nu. 13. cum Molina, Rebello, Gometio, Carotio, Nauar. & alijs. Vbi plura ad famulos ſpectantia explicaui additis etiam ijs, quæ ibidem tradidi diſp. 1. q. vlt. puncto 2. nu. 15. & 16.

8 Quæres primò, vtrum dominus teneatur domo ſua expellere ſeruũ, vt concubinæ cõſortio non vtatur.

Reſpõdeo teneri expellere, quoties expellere poteſt cum ſpe fructus, & abſque ſuo notabili incommodo; nam domino incumbit cura famulorum. Non tenetur verò expellere, quoties ſperat ipſos domi retentos rediturus ad meliorem frugem: idcircò enim tenetur domo expellere, vt reſipiſcant; ſi ergò ſperetur fore, vt non expulſi reſipiſcant, non videntur expellendi; quia ceſſat cauſa expulſionis.

Hinc

Hinc patet à fortiori dominum non poſſe domi ſuæ concubinā ſerui retinere; foueret enim quodammodo peccatum famuli, nec diceretur ipſius curam habere. Ita Azor. loco cit. quæſito 12. Clau. Reg. loco cit. nu. 11. Reginaldus nu. 62. Sotus, & alij apud Azor. & apud Clauem Regiam locis cit.

9 Quæres ſecundò, vtrum ſuperiores ſeculares, aut religioſi poſſint ſibi ſubditos verberare.

Reſpondeo poſſe, etiamſi ſubditi conſtituti ſint in ſacris, modò nō excedatur modus. Ratio eſt quia ſuperiores poſſunt vti medijs ordinatis ad ſalutem ſuorum ſubditorum; huiuſmodi autem medium ſunt verbera moderatè inflicta.

Dixi modò non excedatur modus; nam ſuperior excedens modum, peccat, vt ſuperius probaui in ſimili de viro percutiente vxorem, & patebit ex illatione proximè ſequenti, immo incidit in cenſuram canonis, ſi percutiat ſubditū Clericum non ſeruato modo, vt docui de cenſuris, diſp. 2. q. 4 puncto 4. Ita Arragonius 2. 2. q. 65. art. 2. & alij ſtatim allegandi.

Hinc patet primò patrem, & magiſtrum poſſe ex bono zelo, non verò ex ira, & indignatione verberare, aut ligare, aut in aliqua domo priuatim includere filios ſibi commiſſos, etiam in ſacris conſtitutos, ſaltem ex graui cauſa; nam filij ſępius non poſſunt bene inſtitui, nec familia bene gubernari ſine moderatis verberibus, vel arcta cuſtodia. Ita Salonius q. 65. art. 2. concluſ. 1. P. Nauar. lib. 2. de Reſtitut. c. 3. num. 459. vbi citat Sotum, & Caiet. Reginaldus lib. 20. nu. 51. & ſequentibus vbi plura de hac re tractat.

Secundò patrem, magiſtrum, aut dominum nō poſſe inferre filijs dāna irreparabilia, vt vulnera, mutilationes, &c. nam hæc non pertinēt ad œconomicam, & priuatam poteſtatem, ſed ad politicam, & publicam, ad quam pœnæ maiores, & grauiores ſpectant.

Tertiò Clericos ſubditos poſſe à ſuo ſuperiore moderatè percuti, & verberari, vt patet ex dictis de cenſuris diſp. 2. q. 4. puncto 4. Vtrum verò Sacerdotes poſſint à patre verberari, diſſenſio eſt inter Doctores, Panormit. enim c. cum volum. de ſent. excom. Salonius loco cit. Toletus lib. 1. cap. 23. & alij negant poſſe. Ratio eſt quia percuſſio eſt illi ſtatui iniurioſa. Sed contrarium tanquā probabilius docui de cenſuris loco cit. cū Nauar. Syluestro, Tabiena, & alijs.

10 Rogabis primò, vtrum pater poſſit verberare filium non ſolum ad emendationem, ſeu titulo correctionis, verum etiam ad puniendum delictum commiſſum.

Reſpondeo affirmatiuè cum P. Nauar. loco cit. nu. 463. vbi citat S. Thomam contra Sotum. Ratio eſt quia aliquod dominium habet ſuper filium reſpectu leuium cauſarū, ſicut Iudex ſupra communitatem reſpectu grauium delictorum; ſicut ergo Iudex poteſt punire grauia delicta, ita etiam poteſt pater leuia ſaltem ad exemplum aliorum, etiāſi filius iam emendatus ſit, modò non inferat damna irreparabilia, vt dictum eſt in ſecunda illatione.

Ex quo patet patrem non incurrere excommunicationem, dum filium Clericum moderatè verberat ob peccatum ab eo commiſſum.

11 Rogabis ſecūdò, vtrū fratres, vel

vel patrui poſsint verberare ſorores, vel nepotes.

Reſpõdetur poſſe, dum ipſorum cura ſibi commiſſa eſt; tunc enim vices parentum gerunt. Si verò ipſorum curam non habeant, non poſſunt punire per modum pęnæ, quia non habent ius in ipſos. Poſſunt verò cauſa correctionis percutere, tum ad vitanda maiora damna, tũ vt eos lucrentur: hoc enim non fit poteſtatiuè, & coercitiuè, ſed charitatiuè, & cum moderatè fiat, nulli eſt iniuriæ adſcribendum: ideò poteſt frater ſororem verberare, vt à prauo exemplo, & ſcãdalo deſiſtat. Item poteſt aliquis abſque periculo excommunicationis leuiter percutere adoleſcẽtem Clericum propinquum, vel alium inferioris ordinis, & gradus, vt cohibeat à delicto, & bonis moribus informetur, vt ait Gregorius IX. in c. cum volum. §. ſi quis verò de ſent. excommunic. Cuius loci occaſione Molinæ tom. 1. diſp. 228. verſ. Illud obiter obſeruat ſeniores poſſe moderatè percutere pueros pro ſuis exceſsibus, dum ipſorum propinqui, alijquè, quorum curæ ſubdũtur, præſentes non ſunt, & periculum non eſt ſcandali, ac rixæ: nam recta ratio dictat, vt ſeniores gerant vices parentum in abſentia propinquorum, & eorum quorum cuſtodiæ pueri commendati ſunt: immo idem Molina loco citato arbitratur eos, qui ab aliquo puero offenſam aliquam paſſus eſt, poſſe præciſo ſcandalo, & rixa, moderatam, & competentem vindictam de eo ſumere, ſi commodè admoneri nequeant ſuperiores illius curam habentes, aut ſciatur fore, vt ſuperiores nullam pœnam inferant. Ratio eſt quia cum leuia iuuenum delicta in iudicium non deferantur, non videtur alienum à ratione, vt illi, qui offenſam aliquam paſſus eſt, moderatam pœnã inferre liceat; hæc tamen non ſunt extendenda ob periculum exceſſus ſcandali ac rixæ.

12 Rogabis tertio, vtrum frater teneatur alteri fratri, vel ſorori alimenta conferre.

Reſpondeo affirmatiuè, ſi aliunde nõ habeant; hoc enim poſtulat charitas, & pietas in parentes, & ſanguine iunctos, & hoc valet etiã ſi frater, & ſoror in egeſtatem ſua culpa inciderint, non enim ob id, charitatis, pietatis obligatio ceſſat.

Addo fratrem teneri dotem ſorori indigenti conſtituere; nam dos loco alimentorum ſuccedit. Ita Reginald. lib. 20. nu. 49. Molfeſius nu. 85. Azor. 2 parte lib. 2. cap. vlt. quęſito 1. Panormit. cap. Peruenit de arbitris nu. 1. Vbi teſtatur de communi iuriſperitorum ſententia.

SECVNDA PROPOSITIO.

13 SVbditi ſuis ſuperioribus amorem, reuerentiam, & obedientiam præſtare debent. Ratio eſt quia amor, reuerentia, & obedientia exhibenda eſt parentibus illisq; qui parentum vices gerunt; ſuperiores autem vices parentum gerunt. Ita DD. ſtatim citandi.

Hinc colligi poteſt primò chriſtianos teneri ſub mortali obedire Sum. Pontifici in re graui, & iuſta, diœceſanos Epiſcopo, Parochianos Parochis, ſeruos dominis, ſubditos ſuperioribus, & populos ſuis Principibus in ijs, in quib⁹ ſubditi ſunt. Nam obediẽtia ſuperioribus præſtan-

præſtanda eſt. Ita DD. ſtatim cit.

Secundò ſubditos teneri ſuperio bus ſuis indigētibus neceſſaria ad victū ſuppeditare, actus enim amoris non ſolū conſiſtit in actu interno, verum etiam in externo, quo proximi neceſsitas ſubleuatur, vt patet ex dictis de charitate.

Tertiò ſubditos teneri honorē, & obedientiam præſtare ſuperioribus, non ſolum probis, verum etiā improbis; non enim ſoli virtuti, ſed etiam dignitati, & excellentiæ debetur honos. 1. Petri 2. *Serui ſubditi eſtote dominis, non tamen bonis, & modeſtis ſed etiam diſcolis.* Ita S. Thomas 2.2. quæſt. 103. art. 2. Clau. Reg n. 12. Reginald. lib. 20. nu. 65. Molfeſius loco cit. num. 32. & alij DD. ſtatim citandi.

Quartò famulos grauiter peccare, dum non obediunt domino in rebus magni momenti, aut graue damnū inferunt, aut nō impediunt, ne dominus damnum patiatur, vt patet ex dictis de reſtitutione. Ita Clauis Reg. lib. 7. c. 7. nu. 12. Nauar. cap. 14. nu. 22. Reginald. Molfeſius, Azorius, & alij locis ſupracitatis.

15 Quæres primò vtrum famulus vitam domini cū periculo propriæ vitæ defendere teneatur.

Reſpondeo negatiuè, quia ex cōtractu nō ſuſcepit in ſe tantū onus. Hoc tamen limita, modò nō ſit famulus ſpecialiter conductus ad defendendam dñi vitam; tunc enim tenetur ob cōuentionem; comitari tamen debet dominum, non animo offendendi alios, ſed defendendi dominum, ſi forte caſus inopinatus euenerit, quo vitam domini cū vitę proprię periculo tueri teneatur. Ita Reginaldus loco cit. nu. 63. & alij.

16 Quæres ſecundò quinā veniāt nomine ſeruorum, & famulorum.

Reſpondeo nomine ſeruorū intelligi mācipia, illos nempè ſeruos, qui non ſunt ſui iuris, ſed emi ſolent à dominis; famuli dicuntur illi, qui ſtipendio, & mercede locant ſe ipſos ad tempus in obſequiū domini; quamuis nomē ſerui accipiatur aliquando pro famulo non ſunt tamē idem famuli, & operarij; nam operarij dicuntur, qui locant operas ſuas ad certū genus operis, famuli vero locant ſe ipſos ad ſeruiēdum, & obſequium præſtādū prout opus fuerit, niſi aliter intēderint. Ita Reginaldus lib. 20. nu. 57. Molfeſius in Sum. tract. 11. cap. 18. nu. 44. Azor. 2. parte lib. 2. cap. 39. quæſito. 1. qui à c. 30. vſque ad 39. multa de ſeruis diſſerit, quæ cum hoc tempore noſtro inſtituto non multum deſeruiant pretermittēda cenſui. Et hęc de quarto Decalogi præcepto.

Finis Sextæ Diſputationis.

DISPV-

DISPVTATIO VII.

Circa quintum decalogi præceptum.

Non Occides.

Quæ circa quintum decalogi pręceptum hic alias diſſeruimus, ſufficienter pertractata ſunt in libro de Contractibus, qui iamdiu in lucem prodijt, ideò quæ ibi fusè diſſeruimus diſp.2.quæſt.vltima conſulenda cenſeo.

Digitized by Google

DISPVTATIO VIII.

Circa ſextum, & nonum Decalogi Præceptum.

Non Mœchaberis, nec concupiſces vxorem proximi tui.

IN explicatione huius præcepti diutius non immorabor, cùm ea quæ ad hanc rem faciunt, abundè fuerint explicata in tractatu de matrimonio iamdiu impreſſo. Vide ſi placet, quæ ibi docui tota quæſt. quarta hic ſolum ſupereſt explicandum quid hoc præcepto prohibeatur.

QVAESTIO VNICA.

PVNCTVM VNICVM.

Quid ſexto, & nono decalogi præcepto caueatur.

1 *Quænam peccata probibeantur in his duobus præceptis.*

2 *Peccata, quæ hic probibentur repugnant virtuti Caſtitatis.*

3 *Caſtitas quotuplex ſit.*

4 *Qui carnaliter cognoſcit fœminam ab alio nunquam cognitam committit ſtuprum.*

5 *Status virginitatis præſtantior eſt ſtatu matrimonij, non tamen hic ſumitur matrimonium, quatenus eſt Sacramentum.*

6 *Peccata quæ his præceptis probibentur, ſunt mortalia ex ſuo genere.*

7 *Ignorantia per ſe loquendo non excuſat à peccato contra hæc præcepta.*

8 *In hac materia neq; excuſant à mortali, minæ, metus, vel timor infamiæ, excuſaret tamen vis abſoluta, quando qui vim patitur animo non cõſentiat, nec alio modo cooperetur ad peccatum.*

9 *Puella per vim ab alio cognita an poſſit occidere pudicitiæ inuaſorem, reſpondetur remiſſiuè.*

10 Puel-

10 *Puella per vim ab alio oppreſſa an teneatur clamare, & auxilium ab alijs petere.*

TRia breuiter explicanda ſunt in hoc hoc pũcto. Primo quænam peccata hic prohibeantur. Secundò, cui virtuti opponitur. Tertiò, vtrũ ſint peccata mortalia.

PRIMA PROPOSITIO.

1 HOc ſexto, & nono decalogi præcepto non ſolum prohibetur adulterium, verum etiã quælibet alia carnalis copula extra legitimum matrimonij vſum; Immo etiam omnes alij actus, qui ad impudicam libidinẽ allicere, & permouere poſſunt, vt tactus, amplexus, oſcula, locutiones, ornatus laſciui, litteræ amatoriæ, &c.

Addo nõ ſolum prohibere actus exteriores, verum etiam voluntatẽ, & affectum interiorem inordinatũ rei venereæ, nã prohibito vſu alienæ vxoris, lumine naturæ cognoſcitur prohiberi etiam ipſius cupiditatem, quæ viam ad illum parat. Matth. 5. *Ego autem dico vobis, quod omnis, qui viderit mulierẽ ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Ita S. Auguſt. lib. 2. ſuper Exodũ quæſt. 71. Nauar. c. 16. nu. 1. Toletus lib. 5. c. 14. nu. 3. Reginaldus lib. 22. nu. 1. Clauis Reg. lib 8. n. 2. Philiarcus parte 2. lib. 4. c. 16. & alij cõmuniter apud præcit. DD.

Dices ſi hoc præcepto interdiceretur omnis actus venereus, etiã externus ſequeretur fruſtra addi nonum præceptũ. Non concupiſces.

Reſpondeo negando hoc ſequi, quia nonum præceptum magna cum vtilitate ponitur. Primò contra Iudæos, qui falsò arbitrabantur tantummodo actum externum vetitum eſſe. Secundò, vt clarius, & diſtinctius appareat concupiſcẽtiam, deſiderium, & affectum rei venereæ vetitum eſſe. Ita Clauis Regia loco cit. & alij.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 PEccata, quæ hoc præcepto prohibentur, repugnant virtuti caſtitatis. Ratio eſt quia virtus caſtitatis præcipit abſtinentiam ab quolibet actu venereo, & luxurioſo: caſtitas enim eſt virtus quã homo ſe ab omni corporis impudica libidine coercet, & internos concupiſcentiæ motus comprimit, vel ſecundum rationes formam componunt: ſed peccata, quæ hoc præcepto prohibentur opponũtur illi virtuti, quæ præcipit abſtinentiam ab omni actu venereo, vt patet ex dictis in prima propoſitione: ergo peccata, quæ hoc præcepto prohibentur opponuntur virtuti caſtitatis, ſiue ſit caſtitas virginalis, ſiue vidualis, ſiue coniugalis.

3 Vt hoc clarius intelligatur aduertendum eſt triplicem eſſe caſtitatem, virginalem, vidualem, & coniugalẽ: coniugalis eſt illa, qua quis contracto matrimonio continet ſe ab omni re venerea illicita: vidualis non ſolum eſt illa qua quis contracto, & iam diſſoluto matrimonio abſtinet ſe ab omni re venerea (& hæc ſtrictè vidualis caſtitas noncupatur) Verum etiam eſt illa qua quis violata ſemel virginitate refugit à rebus venereis. Virginalis reperitur in eo, qui nũquam carnalem copulam habuit, aut veneream

neam aliquam delectationem interius, aut exterius voluntariè admiſit, quamobrem fœmina, quæ carnalem copulam habuit, aut in veneream aliquam delectationē conſenſit non habet caſtitatem virtuoſam; quamuis fortè naturalem nōdum amiſerit cum vna ab alia ſeparari poſsit: fœmina enim caſtitatem naturalem poſsidet quādiu ab aliquo viro non fuit carnaliter cognita, ſeu quamdiu virginalem clauſtrum illæſum retinet: fieri autem poteſt, vt virginale clauſtrum illæſum ſeruet etiamſi alicui impudico actui, aut internæ delectationi conſenſum præſtiterit: quo in caſu virginitatem naturalem retinet, non vero virtuoſam: ex oppoſito fieri poteſt, vt virtuoſam retineat, amiſſa naturali, vt patet in fœmina, quæ per vim abſolutā, vel abſq; vllo conſenſu corrumpitur.

4 Hinc colligitur eum, qui carnaliter cognoſcit fęminam nunquam ab alio cognitam committere ſtuprum etiamſi fœmina illa conſenſum alias præſtiterit turpibus deſiderijs, aut voluntariam pollutionē admiſerit; ſtuprum enim cōmittitur, dum naturalis carnis integritas frangitur, & virginale clauſtrū violatur; quamquam puella, quæ contactu aliquo externo, vel alia ratione pollutionem, aut aliam veneream delectationem admiſcit, non eſt virgo coram Deo, nec laureolam virginibus promiſſam habitura eſt: nam laureola debetur ijs, qui virginitatis virtute fulgent: non vero ijs, qui virginitatem tantummodo naturalē poſsident, amiſſa virtuoſa etiamſi fœmina apud homines cenſeatur, & vocetur virgo quamdiu virginale clauſtrum illæſum retinet. Vide Azorium 3. parte lib. 3. cap. 2.

Vtrum vero circunſtantia perſonæ cum qua copula fuit habita exprimenda ſit in confeſsione, cōſtat ex dictis de pęnitētia, & de matrimonio quæſt. 4. puncto 17. vbi de hac re plura differui.

5 Quæres vtrum ſtatus virginitatis præſtātior ſit ſtatu matrimonij.

Reſpondeo ſtatum virginitatis præſtātiorem magisq; meritorium eſſe. Ratio eſt tum quia ſic decernitur in multis ſcripturæ locis vt 1. Corinth. 7. *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do*; Conſilium autem eſt de re magis Deo grata. & alibi. *Beatior erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium*. quantitas autem beatitudinis reſpondet quantitati meriti. Tum q̄a illud eſt præſtantius, & magis meritorium, quod maiorem prębet facultatem orandi. Deo ſeruiēdi, nec non abſtinendi à voluptatibus carnis, quæ mentem à Deo, & ab alijs rebus ſpiritualibus auocant: talis autem eſt virginitas, non vero matrimoniū; ergo virginitas præſtantior eſt matrimonio.

Obſerua tamen me hic comparationem facere inter ſtatum virginitatis, & ſtatum matrimonij, non vero inter Sacramētum matrimonij, & virginitatem, matrimonium enim, ſi ſpectetur vt Sacramentum, præſtantius eſt virginitate; ſecus ſi matrimonij ſtatus cum virginitate comparetur. Hinc facilis eſt reſpōſio ad aliqua argumenta quæ in cōtrarium adduci poſſent; illa enim procedunt de matrimonio vt eſt Sacramentum.

Neq; obſtat dicere matrimoniū eſt propter bonum commune virginitas

ginitas vero propter bonum particulare; quod autem commune bonum reſpicit præſtantius eſt bono particulari. Rurſus in ſtatu naturæ integræ matrimonium melius erat quam virginitas.

Reſpondetur enim hinc ſolum colligi matrimonium in aliquo caſu,& ex aliqua circunſtãtia melius eſſe quã virginitatem, non vero ſecũdum ſe,& in obiecto. Vide Azorium 3. parte lib. 3. cap. 2. quæſito 10. Leſsiũ lib 4. cap. 2. ſed præſertim Tridentinum ſeſſ. 24. can. 10.

TERTIA PROPOSITIO.

6 Peccata quę hoc præcepto prohibentur ſunt mortalia in ſuo genere. Ratio eſt tum quia ex ſuo genere grauẽ cõtinent inordinationẽ, & rectę rationi notabiliter aduerſantur. Tum quia illud eſt mortaliter ex ſuo genere quod ex ſe aptum eſt excludere à regno Cœlorum,ſed peccata quę hic prohibentur eſt ſe à regno Cœlorum excludunt teſte Diuo Paulo Apoſt.

7 Quæres primò vtrum ignorantia excuſet à paccato mortali contra hoc præceptum.

Reſpondeo per ſe loquendo non excuſare, quia eſt ignorantia iuris naturalis, & diuini ſatis manifeſtè & clarè. Dixi per ſe loquẽdo vt aduerterem fieri poſſe vt aliqui actus reſpectu aliquorum à mortali excuſentur,vt cum Sanchez, & alijs ſupra docui de cauſis excuſantibus à peccatis.

8 Quæres ſecundò vtrum metus ſeu minæ, vel timor infamiæ excuſet à peccato mortali in hac materia.

Reſpondetur negatiuè. Ratio eſt quia,cum hoc peccatum ſit intrinſecè malum,& ad hoc peccatũ ſufficiat cõſenſus coactus, & volũtarium mixtum,dicendum eſt metũ, minas, aut timorem infamiæ non excuſare à peccato mortali contra hoc præceptum, metus enim,& minæ non auferunt ſimpliciter cõſenſum, & voluntariũ. Secus dicendũ eſt de vi abſoluta; hæc enim excuſat à peccato, quia tollit voluntarium; quamobrem fœmina,quæ per vim à viro violatur ſine vllo cõſenſu, vel cooperatione,vel delectatione voluntaria ipſius fœminæ, non peccat, nec virtutem ac meritum virginitatis amittit, etiãſi delectationem in parte ſenſitiua ſentiat, nam talis delectatio non eſt voluntaria,ſed naturalis.

Hoc tamen intellige modo animo non conſentiat, nec vllo modo cõponat ſe vel accõmodet ad turpem actum, vt tollendo veſtes,aut tibias ſoluendo; nam reſpectu talis actus non dicetur per vim oppreſſa, aut omnino inuita. Vide Nauar. c. 16. nu. 1. Sotum 5. de iuſt. q. 1. art. 5. & alios DD. ſtatim citandos. quamuis Sotus loc. cit. putat fœminam quam quis per vim opprimere conatur non teneri proprijs mẽbris reſiſtere, ne violetur, ſed hoc ego non admiſerim quia tenetur turpem actum quantum poteſt,ſaltem ſine notabili incõmodo impedire. Ita Nauar. loc. cit. Reginaldus lib. 22. nu. 4.

9 Sed modo dubium eſt primò vtrum puella,quę per vim opprimetur poſsit, aut teneatur manus iratas inijcere, aut occidere inuaſorẽ pudicitiæ.

Reſpondeo ſolutionẽ iſtius difficultatis conſtare ex dictis de contract.

tract. diſp. 2. quæſt. vltima ſect. 1. puncto 10. nu. 12.

10 Secundò dubiū eſt vtrū puella quæ per vim opprimitur, teneatur clamare, & opem implorare ne violetur.

Reſpondet Couar. 2.2.quęſt.154. art.4.teneri non obſtante infamia, quæ inde ſequi poſſet. Contrarium docent Sotus, & Nauar. locis cit.

Sed mihi dicendum videtur teneri clamoribus ſe tueri dum ſperat clamores pro futuros; nam tenetur adhibere media neceſſaria ad impediendos turpes, & obſcęnos actus. Ita Caietanus loc. cit.

Hóc tamen ab aliquibus limitatur modo non adſit periculum notabilis damni, vt infamiæ, mortis, aut nimiæ verecundiæ, nam fœmina non tenetur alterius peccatum impedire cum tanto ſuo incommodo. Ita Reginaldus,& Nauar.locis cit. hæc limitatio probabiliter ſuſtineri poteſt;ſicut enim fœmina nō tenetur propriam tueri pudicitiam cum morte inuaſoris,& opprimentis,ita etiam probabiliter ſuſtineri poteſt,non teneri eam tueri cum tāto ſuo incommodo; probabilis tamen etiam videtur opinio Caietani,tum propter exemplum Suſannæ quæ violationem paſſa non eſt quāuis ex denegata ſui copia mortem,& infamiam timeret ſubſecuturam. Tú quia adeſſet aliquis cōſenſus, & voluntarium mixtum in copulam, conſenſus autem in copulam turpis eſt,& peccaminoſus; Hęc probabiliter vtrinq; dicta ſint, quid autem nobis in hac limitatione ſentiendum ſit conſtat ex dictis de peccatis & cauſis cooperātibus ad peccata quamquam ad primā rationem, quam ad probandam Caietani ſententiā adduxi,reſponderi poſſet, Suſannæ illatam non fuiſſet vim abſolutam;nam ſenes illi impudici cōſenſum caſtæ Suſannæ iniecto mortis,& infamiæ timore extorquere nitebantur.

Ad ſecundā reſpondeo nō adeſſe conſenſum ſed ſolam permiſsionem,dum corporis vis abſoluta infertur quæ non poteſt remoueri niſi cum mortis, vel infamiæ periculo; ſuppono enim fœminam nullū prębere conſenſum, nec ſe componere ad turpem congreſſum, ſed paſsiuè tantummodo ſe habere.

Finis Octauæ Diſputationis.

Digitized by Google

DISPVTATIO IX.

Circa ſeptimum, & decimum decalogi præceptum.

Non furtum facies, & non concupiſces rem proximi tui.

Quæ in hac diſputatione pertractari poſsent, in tractatu de contractu, & reſtitutione latiſſime fuerunt explicata, ideo quæ ibi tradidimus, conſulenda ſunt, ne hic eadem fruſtra, vel abſque neceſſitate repetamus.

Digitized by Google

DISPVTATIO X.

Circa octauum Decalogi Præceptum.

Non falſum teſtimonium dices.

IN octauo Decalogi pręcepto, non ſolum prohibetur iniuſtitia, & iniuria, quę verbis contra proximum in iudicio per falſum teſtimonium infertur, verum etiam quę extra iudicium per detractionem contumeliam, iudicium temerarium, & ſimilia, quę ordinariè cum mendacio coniungi ſolent, irrogatur: Verum quia de iniuſtitia, & iniuria, quę fit proximo extrà iudicium abundè ſatis actũ eſt in tractatu de reſtitutione; hic ſolum supereſt agẽdum de iniuria, quę fieri poteſt proximo in iudicio publico, vt per mendacium, falſum teſtimonium, iniquàm ſententiã, & ſimilia: de quibus ſermonem iuſtituam in ſequentibus quęſtionibus.

QVAESTIO PRIMA:

De Mendacio.

PVNCTVM I.

Quid, & quotuplex ſit mendacium.

1 *Quid ſit mendacium.*

2 *Quotuplex ſit mendacium.*

3 *Quotupliciter contingat mendacium, ſi conſideretur ex parte finis, & quotupliciter ſi alia ratione conſideretur.*

Digitized by Google

PRIMA PROPOSITIO.

1 MEndacium à S. Auguſtino lib. 1. contrà mendacium cap. 42. ſic definitur. Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi, ſeu dicendi falſum; ob id inquit S. Thomas de eſſentia mendacij eſt, vt id, quod dicitur, ſit falſum, vel putetur falſum. In definitione dicitur ſignificatio vocis. Tùm quia mendacium ordinariè committi ſolet verbis. Tum quia verba principem locum tenent inter ſigna, quibus aliquis decipi poteſt quamquam non eſt neceſſe, vt omne mendacium verbis committatur, cum etiam nutibus, ſignis, aut taciturnitate aliquando committi poſſit. Dicitur cum intentione fallendi non quia mendacium ſemper coniungatur cum intentione fallendi, ſed quia vt plurimum cum tali intentione, vel ſaltem cum animo dicendi falſum coniungi conſueuit; nam formale mendacij in hoc conſiſtit, vt qui dicit mendacium putet eſſe falſum quod aſſerit; quamobrem aſſerens aliquid falſum quod putat eſſe verum non committit mendacium formaliter, ſed ſolum materialiter; mendacium enim formaliter quatuor modis contingit.

2 Primò, quando quis affirmat aliquid eſſe, quod verè non eſt, & ipſe cognoſcit non eſſe.

Secundò, quando quis negat aliquid eſſe, quod verè eſt, & ipſe cognoſcit eſſe.

Tertiò, quando ſcienter dubium pro certo affirmat.

Quartò, quando affirmat certum pro dubio. Ratio cur in his omnibus caſibus mēdacium formaliter cōmittatur eſt, tùm quia adeſt intentio dicendi falſum, ſaltem ſub dubio. Tum quia mentiri nihil eſt aliud quam contra mentem ire, ſeu dicere contra mētem; quoties autem mendacium committitur aliquo ex præcitatis modis itur, ſeu dicitur contra mentem.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 MEndacium ſi conſideretur ex parte finis, ob quem cōmitti ſolet triplex eſt iocoſum, officioſum, & pernicioſum.

Iocoſum committitur cauſa delectationis abſque alterius damno; quo ſcelere ſolēt ſe obſtringere homines garruli.

Officioſum cōmittitur dum intenditur bonum vtile alterius, vel fuga alicuius damni.

Pernitioſum, quod eſt omnium peſſimum committitur intentione nocumenti alterius.

Dixi ſi conſideretur ex parte finis, nam ſi alia ratione conſideretur mendacium dicimus aliud eſſe materiale, & aliud formale. Item dicimus aliud eſſe mēdaciū vocis, ſeù verborū; aliud facti, ſeù ſignorum, aut nutuum. Vide S. Thomam 2.2. quæſt. 100. art. 2. Sylueſt. verbo Mendacium quæſito 1. Nauar. cap. 18. nu. 3. Toletum de ſeptem peccatis cap. 54. Clauem Regiam lib. 12. cap. 2. nu. 3. Sotum in 3. diſtinc. 38. art. 2. Azorium 3. parte lib. 13 cap. 1. Leſſium lib. 2. cap. 47. dubitatione ſexta.

PVN-

PVNCTVM II.

Vtrum omne mendacium ſit peccatum, & quale peccatum ſit.

1 *Omnes mendacium eſt peccatum intrinſecè malum.*
2 *Proponuntur & ſoluuntur obiectiones contra præcedentē cōcluſionem.*
3 *Non omne mendacium eſt mortale peccatum.*
4 *An dari poſſit ignorantia inuincibilis mendacij.*
5 *Aſſidue proferens mendacia iocoſa vel officioſa per ſe loquēdo non peccat mortaliter.*
6 *Mendacium pernicioſum ex ſuo genere mortale eſt.*
7 *Illationes ex præcedenti concluſione.*
8 *Fœmina quæ defectum virginitatis tegit non grauiter peccat.*
9 *Quandonam hypocrita mortaliter peccet fingendo ſanctitatem.*
10 *Qui habitu, & veſtibus mentitur ſexum per ſe loquendo non peccat mortaliter.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 OMne mendacium eſt peccatum. Ita S. Thomas 2.2. quæſt. 100. art. 3. Syluest. Caietanus, & alij, verbo Mendacium. Toletus lib. de ſeptem peccatis c. 54. Clauis Reg. lib. 12. c. 2. n. 6. Leſsius, & Azor. locis cit. contra nonnullos alios apud Leſsium loc. cit. nu. 38. Ratio eſt quia demonſtrare voce id cuius contrarium in mente geritur, eſt cōtra dictamē naturale, & cōtra naturam vocum, quæ à natura inſtitutæ ſunt ad ſignificandos internos animi ſenſus, & conceptus.

Ex quo patet mēdacium eſſe intrinſecè malum, imò adeò malum eſſe, vt licitum fieri non poſsit, quāuis bono fine committatur, vt ob finem conſeruandæ vitę propriæ, vel alterius, vt patet ex ratione proximè allata, & ex capite Ne quis arbitretur, quamuis aliqui recentiores oppoſitum ſentiant. Hinc ſequitur Pontificem non poſſe diſpenſare in mendacio. Ita vt per ipſius diſpēſationē licitè fieri poſsit, nam mendacium eſt intrinſecè malum, & Pontifex naturas rerum mutare nō poteſt.

2 Obijcies primò Iacob dixit patri ſuo ſe primogenitum eſſe. *Ego ſum Eſau primogenitus tuus*, Geneſ. 27. cum re ipſa non eſſet Eſau; ſed hoc mendacium non videtur peccatum; ergo non omne mendaciū eſt peccatum.

Reſpondeo Iacob non mentitū fuiſſe, ſed prophetico ſermone fuiſſe locutum indicando populū gentilem, qui minor erat, ſubſtituendū eſſe in locum primogeniti, in locū videlicet Iudæorum. Ita S. Auguſt. lib. de mendacio c. 10. S. Thomas 2.2. quæſt. 110. art. 3. ad tertium, & alij apud Clauem Regiam nu. 7.

Obijcies ſecūdò Iſaac Gene. 26. dixit Rebeccam eſſe ſororē ſuam; & Abraham Geneſ. 12. dixit, Sarā eſſe ſuam ſororem, cum eſſet vxor: ergo mendacium non videtur intrinſecè malum alioquin Sācti viri numquam mentiti fuiſſent.

Reſpondeo non cōmiſiſſe mēdaciū, ſed poti' adhibuiſſe ambiguas orōnes, licitam autē eſſe ambiguā orationem dum adeſt iuſta cauſa patebit ex dicendis; quamobrem Abraham loquutus eſt ambiguè acci-

cipiendo nomen ſororis pro cõſanguinea; ſicut etiam nomen fratris accipitur aliquando pro conſanguineo, vt Geneſ. 13. Vide Clauem Regiam lib. 12. cap. 2. n. 82. Leſſiũ lib. 2. cap. 47. dub. 6. Nauar. cap. humanæ aures 22. q. 5. Sanctũ Thomam, & alios DD. citat. qui ſimiles ſcripturæ locos afferunt, quibus oſtenditur Sanctos ambigua oratione locutos fuiſſe, conſequenter à mendacio excuſari.

Obijcies tertiò furtum eſt intrinſecè malum, & nihilominus aduenіente extrema neceſsitate licitum eſt rem alienam capere, ergo etiam licitum erit iuſta de cauſa, & ob bonum finem mentiri quamuis mendacium ſit intrinſecè malum.

Reſpondeo negando conſequẽtiam, ratio diſparitatis eſt, quia adueniente neceſsitate extrema omnia fiunt communia, nec dominus eſt rationabiliter inuitus; ob bonũ verò finem, non tollitur prauitas mendacij, ſicut neq; tollitur prauitas furti; alioquin tolleretur prauitas omnium peccatorum ex intẽtione boni finis, quod eſt abſurdũ, & à ratione omnino alienum. Ita Azor. loc. cit. dub. 1.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 NON omne mendacium eſt peccatum mortale. Ratio eſt quia mendaciũ iocoſum, & officioſum non eſt peccatum mortale; etiamſi proferatur à viro grauiſsimo, ſecluſo graui ſcandalo. Ita Doctores citati. Ratio eſt quia huiuſmodi mendacium nulli graue iniuriam affert, & cenſetur materia leuis: hoc tamen intellige, modo nõ addatur iuramentum; tunc enim eſſet peccatum mortale periurij; vt patet ex dictis de iuramento.

4 An verò dari poſsit ignorantia inuincibilis reſpectu mendacij officioſi, ita vt proferens mendacium iocoſum excuſetur ab omni culpa patet ex ſupra dictis de peccatis dari poſſe. Ita S. Thomas 2. 2. quęſt. 70. art. 4. Caietanus loc. cit. & alij apud Clauem Regiam, & Azor. loc. cit.

5 Quæres vtrũ qui aſsiduè committit mendacia iocoſa, vel etiam officioſa peccet mortaliter.

Reſpondeo negatiuè; nam iſta mendacia, non ſunt ex ſuo genere mortalia, ſed venialia, conſequenter licet multiplicẽtur, ſemper remanent leuia, & venialia, vt patet ex dictis de peccatis. Ita DD. cit.

Ex dictis igitur conſtat mendacium iocoſum, vel officioſum eſſe peccatum veniale, nec vmquã fieri mortale, quãuis multiplicetur, præciſo tamen ſcandalo, & iuramẽto.

6 Maius dubium eſt vtrum mendacium pernicioſum ſit peccatum mortale.

Reſpondeo eſſe peccatum mortale ex ſuo genere. Ratio eſt quia mendacium pernicioſum opponitur dilectioni Dei, & proximi illiq; damnum infert, quæ autem opponuntur dilectioni Dei, & proximi ſunt peccata mortalia ex ſuo genere, quamquam fieri poteſt, vt aliquando ſit tantummodo veniale, vt ratione paruitatis materię, vel indeliberationis, iuxta regulas generales ſuperius traditas de peccatis. Ita Doctores citati, quamuis Leſſius loc. cit. nu. 40. putat mendacium per ſe eſſe peccatum tãtummodo veniale.

7 Hinc ſequitur primò Petrũ negantem

gantem ſe Chriſti diſcipulum grauiter peccaſſe, quia mendacium in re fidei, vel ſcripturę eſt ex ſua natura pernicioſiſsimum, nec paruitas materiæ excuſat vt patet ex dictis de fide, & de peccatis. Ita Nau. cap. 18. nu. 4. & alij. Secundò eum peccare mortaliter, qui noſtram fidèm falſis miraculis confirmare nitur, aut qui fingit ſacras reliquias, aut qui miracula falſa, aut incerta in concionibus adducit, imo qui falſa, vel incerta miracula populo denuntiat in ſermonibus, & prædicationibus incurrit excommunicationem ex cōcilio Leteranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 9. vbi etiam excommunicatur, qui audet prædicare prophetias nō deſumptas ex ſcriptura, aut qui ſcandaloſè detrahit Prælatis. Ratio cur iſte mortaliter peccet, eſt quia committit mendacia pernitioſa; mēdax enim quantum in ſe eſt tollit veritatem miraculorum, & fieri poteſt, vt in cauſa ſit ne miraculis veris fides impoſterum præſtetur; idem dic de fingēte ſacras reliquias, & de alijs. Qui verò variat in citatione, vt in numero capitum, vel qui loco vnius Prophetæ alterum adducit nō peccat mortaliter; quia non committit mendacium in doctrina, ſed in accidentibus, nec vlli graue damnum affert. Ita Caietanus loc. cit. art. 4. Azor. 3. parte lib. 13. cap. 1. dub. 6. Nauar. cap. 18. nu. 14. & alij apud Azor. loc. cit. Tertiò eum qui falſa docet in medicina, vel in alia ſcientia grauiter peccare, quia cōmittit mendacium pernicioſum ex quo graue damnum ſequi poteſt. Ita Azor. cit. Vtrum verò hic teneatur ad reſtitutionem conſtat ex dictis de reſtitutione. Quarto eum qui ſuo mendacio graue damnum proximo, ſiuè in temporalibus, ſiuè in ſpiritualibus affert, grauiter peccare.

Quintò eum non peccare mortaliter, qui ſine graui damno proximi mendacium profert, etiāſi proferat in iudicio, vel etiam in Sacramento Cōfeſsionis; excuſatur enim à mortali ratione paruitatis materiæ; modò mendacium non ſit cōiunctum cum iuramento; & modò mendacium in confeſsione non ſit circa materiam neceſſariā. vel circa totam materiam confeſsionis, vt patet ex dictis de pęnitētia diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 2. puncto 2. §. 2. nu. 12. Vide Sotum lib. 5. de iuſtitia q 5. ar. 1. Couar. 1. variar. c. 1. nu. 2. Leſsium lib. 2. c. 31. dub. 3. nu. 13. Azor. loco cit. dub. 4. vbi loquuntur de mendacio in iudicio prolato.

Sextò eum qui vtitur amphibologia, aut verbis æquiuocis, non peccare peccato mendacij, non enim loquitur cōtra propriam mentem; Vtrum verò liceat verbis amphibologicis addere iuramentum conſtat ex ſupra dictis de iuramento, ita Doctores citati in prima propoſitione.

8 Septimò fœminam non eſſe reā mendacij, dum bonis artibus, & medijs alias licitis defectum virginitatis tegit, & tamquam virgo matrimonium cōtrahit; cum enim nō intendat alterum decipere, ſed ius ſuum tueri, & ad illud tuendum vti poſsit verbis amphibologicis, aut medijs alias licitis, nō dicitur mentiri. Ita Sanchez lib. 6. de matrimonio diſp. 27. ad finem, vbi quærit an fœmina peccet, dū medijs alias licitis vtitur, vt defectum virginitatis tegat, & tanquam virgo nubat;

Idem quærit de parentibus, alijſq; conſcijs huius defectus, illamq; in matrimonium tanquam virginem coniungentibus; ad quam difficultatem reſpondeo diſtinguẽdo; aut periculum eſt, vt vir veniat in cognitionem, huius defectus, eoquè cognito grauem concipiat mœrorẽ, & vxorẽ malè tractet, aut veroſimile eſt virum nunquam venturum in cognitionem huius defectus, vel eo cognito, nõ grauiter ægrè laturum; ſi veroſimiliter credat virum non vẽturum, in cognitionem huius defectus, vel eo cognito non grauiter ægrè laturum, non peccat tegendo medijs alias licitis. Ratio eſt tum quia videtur vti iure ſuo, cum huiuſmodi vitia manifeſtari nõ ſoleant ab ipſis contrahentibus, vel ipſorũ mediatoribus, tum quia nullus tenetur ſe ipſum prodere. Tum quia nimis graue onus fœminis imponeretur, quæ vel innuptę remanerent, vel contrahere non poſſent niſi cũ viris infimæ ſortis. Tum quia nulli graue damnum ſequitur; ſi autem veroſimiliter credat fore vt vir in cognitionẽ defectus veniat, eoq; cognito grauem mœrorem concipiat, grauiter peccat, ſaltem cõtra caritatem, modo hæc incommoda tanti momenti ſint, vt præponderent incommodis, quæ vxor, innupta pateretur, vel vt iudicio prudentis uiri teneatur à matrimonio ad illa præcauenda abſtinere, iuxta dicta de peccatis, & de caritate; quilibet enim tenetur ſcandalum, & damnum proximi impedire, niſi illius permittendi, iuſtam, & rationabilem cauſam habeat iuxta dicta de peccatis: quamobrem vxor quæ probabiliter credit defectum viro detegendum, eoquè detecto, peſſimè cum ea acturum, vel ipſam interfecturum, aut vitam diſcordijs plenam tranſacturum, grauiter peccat ſaltem contra caritatem. Imò peccat etiam cõtra iuſtitiam ſi vir graue damnum ob defectum non manifeſtatum patiatur; aut ſi vir in cõtractu matrimonij, vel in ſponſalibus expreſſerit ſe nolle cũ ea cõtrahere niſi virgo ſit, tunc enim dicitur virum decipere, illiquè iniuriam irrogare, vel damnum iniuſtè inferre contra rationabilem viri voluntatẽ; nec fœmina ius habet contrahendi cum graui alterius detrimento: in his conſentire videtur Nauar. cap. Inter verba, concl. 1. Corrolar. 16. nu. 60. Sotus in 4. diſt. 29. q. 2. art 3. verſ. His nihilominus, & Sanchez lib. 6. de matrimonio diſp. 27. nu. 8. & 119.

9 Octauò hipocritã, qui vitæ ſanctitatem fingit, peccare mortaliter dum proximo ex tali fictione notabile damnum ſequitur, vt quando quis fingit vitæ ſanctitatem, vt facilius ſeminet errores, vel vt ſibi vberiores eleemoſynæ erogentur, vel vt beneficium aſſequatur, quo eſt indignus, aut quando quis fingit probitatem, aut morbum, aut vulnera, aut paupertatem maiorem, vt ſibi maiores eleemoſynæ erogentur, quam opus ſit ad vitam commodè ſuſtentandam. Ita Sanctus Thomas 2. 2. q. 110. art. 4. Nauar. c. 18. nu. 8. Azor. 3. parte lib. 13. c. 4. dub. 1. & 2. & alij quamplures, quos retuli de contractibus diſp. 3. q. 1. pun. 2. §. 2. Ratio eſt quia mendacium pernitioſum, eſt ex ſuo genere peccatum mortale, fingens autem bonitatem, aut morbũ, aut paupertatem ad ſeminandos errores, vel ad maiores eleemoſynas obtinendas

nendas quam neceſſe ſit, committit mendacium pernicioſum; ergo peccat mortaliter poſita materiæ grauitate, ſeu graui damno, qui verò vitę ſanctitatem fingit ad extorquendam eleemoſynam, qua verè indiget, non videtur reus mortalis culpæ, quia non præſumitur graue damnum, aut grauem fraudem cōtra rationabilem domini voluntatem inferre, cum dominus eleemoſynam præſumatur tradere intuitu paupertatis, tamquam ob cauſam finalem. Vtrum verò qui per dolum obtinuit eleemoſynam e. g. fictione paupertatis, vel cōſanguinitatis teneatur ad reſtitutionem conſtat ex dictis de contractibus diſp.3. q.1. pun.2. §.2. nu.9. cū Molina, Nauar., Vaſquez, Leſsio, Azor. Rebellio, & alijs.

10 Nonò illum non peccare mortaliter, qui habitu, & veſtibus mētitur ſexum, vt ſi fęmina vtatur habitu virili, aut vir habitu fœmineo; modò non adſint aliò leges hoc ſpecialiter prohibentes ſub peccato graui, & modò non adſit periculum grauis ſcandali. Ratio eſt quia hoc non eſt mendacium pernitioſum: quamobrem qui ſine periculo ſcandali, & malo fine, ſed ſolū ex leuitate, vel habitu mētitur ſexum, peccat tantummodo venialiter, ſicut etiam committit tātummodo peccatum veniale, qui vtitur laruis in bacchanalib⁹, immo nullum peccatum cōmittit, ſi hoc faciat cauſa relaxandi animum, nec adſit aliud periculum. Ita Azor. loco citato cap.4. dub.6. Sylueſt. verbo fęmina, num.2. Tabiena num.4. & alij. Secus dicendum eſt de ijs, qui habitu obſcæno, & ad turpia inducente incedunt in bacchanalibus: iſti enim peccant ratione ſcandali, vt patet ex dictis de matrimonio quæſt.4. puncto 9. Vtrum verò Clerici vtentes laruis grauiter peccent conſtat ex dictis de contractibus diſp. 2. quæſt. 3. puncto 1. num. 17.

QVAE.

QVAESTIO II.

De iudicio publico.

AD iudicium publicum, quatuor perſonarum genera concurrunt ſine quibus iudicium exerceri non ſolet, videlicet iudex accuſator, reus, & teſtis; Iudex adibetur ad ferendam ſententiam. Reus ad reſpondendum, Teſtis ad probandũ, & Accuſator ad accuſandum; Ad iudicium concurrit etiam Aduocatus, Procurator, & Notarius, ſed magis remotè. Horũ omnium officium in ſequentibus explicandum eſt; in primis, autem, & ante omnia agendum eſt de Iudice, in quo vt rectè ſuo fungatur munere, requiritur poteſtas, & iuriſdictio, veritas, forma, iuris, ſcientia, puritas, linguæ, & animæ, celeritas in iudicãdo, exequutio pœnæ, & abſtinentia à muneribus. A poteſtate, & iuriſdictione exordium ſumendum eſt.

PVNCTVM PRIMVM.

De poteſtate, & iuriſdictione Iudicis.

1 *In iudice neceſſaria eſt iuriſdictio ad validè iudicandum.*
2 *An valida ſit ſententia lata ab eo qui communi errore, & titulo colorato legitimus iudex exiſtimatur.*
3 *Quotuplex ſit poteſtas, & iuriſdictio.*
4 *Illationes ex præcedentibus.*

DVO Breuiter explicabo in hoc puncto. Primò vtrum in iudice requiratur poteſtas, & iuriſdictio. Secundò quotuplex ſit poteſtas, & iuriſdictio.

PRIMA PROPOSITIO.

1 POteſtas, & iuriſdictio requiritur, & adeo neceſſaria eſt iudici vt ſententia lata ſine poteſtate, & iuriſdictione inualida ſit. Ratio eſt tum quia nihil fieri poteſt ſine poteſtate, actus enim elicitur à potentia. Tum quia iudicium eſt lex quædam particularis; lex autẽ non poteſt validè ferri à non habẽte poteſtatem, & iuriſdictionem, capite Vt ſi clerici de iudicijs. Ita S. Thomas 2.2. quæſt. 67. art. 1. Azor. 3. parte lib. 3. cap. 12. Reginaldus lib. 25. nu. 641. & alij communiter, quos retuli puncto 3. de legibus.

2 An vero iudex, qui nõ eſt verus iudex, ſed titulo colorato, & communi errore putatur iudex ſufficiẽtem poteſtatem, & iuriſdictionem habere dicatur ad iudicandũ conſtat ex dictis de matrim. quæſt. 2. puncto 8. quæſito 6. nu. 24. & ſequẽti; & ex dictis de pœnitentia diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 2. puncto 3. nu. 11. cũ Leſsio, Sanchez, Auila, Suar. Zerol. Gutie-

Digitized by Google

Gutierez, Nauar. Salas, Conincho, & alijs vbi affirmatiuè reſponsũ eſt, modo non adſit impedimentum iuris naturæ, vel diuini, quod ab Eccleſia, vel ab humana poteſtate ſuppleri non poteſt; ex quo ſequitur illam ſententiam validam eſſe, quæ fertur ab aliquo excommunicato, vel ſuſpenſo, vel ab eo cui excommunicatus vitandus contulit iuriſdictionem; ſed errore cõmuni, aut titulo colorato pro legitimo iudice habebatur; idem dic de ſententia lata à delegato, vel à Vicario Generali mortuo delegante, vel Epiſcopo, cuius mors cõmuniter ignorabatur. Vide Sanch. Henriq. Leſsium, alioſque præcitatos Doctores, locis de matrim. & de pęnitentia relatis vbi plures illationes ſcitu dignas cũ præcitatis Doctoribus collegi, ſimulque loco cit. de pœnitentia oſtendi an hoc idẽ valeat in opinione probabili.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Poteſtas, & iuriſdictio quadruplex eſt, ordinaria, delegata, arbitraria, & acceſſoria. Ita S. Thomas loc. cit. Sotus, & alij, quos refert Azor. 3. parte lib. 13. ca. 13. Reginaldus nu. 641. Toletus lib. 5. cap. 56. nu. 4. & Clauis Regia lib. 12. cap. 7.

Iuriſdictio, ſeu poteſtas ordinaria, eſt illa quæ alicui competit ex officio, vel ex dignitate qualem habet Summus Pontifex ſuper omnes fideles in rebus ad animæ ſalutem pertinẽtibus, qualem etiam habet Epiſcopus reſpectu ſibi ſubditorũ; imò etiã Vicarius Generalis Epiſcopi, quamuis ipſius iuriſdictio ceſſet morte Epiſcopi, capite Quoniã de officio delegati. Ille igitur qui officium, vel dignitatem habet, cui ex iure, vel conſuetudine, vel præſcriptione conuenit poteſtas, vel iuriſdictio, dicitur habere poteſtatem, & iuriſdictionem ordinariam, vt benè ait Couaruuias 3. variarum c. 20. nu. 6. Azor. loco cit. c. 13.

Poteſtas delegata eſt illa, quæ cõpetit alicui, non ex officio, vel dignitate, ſed ex conceſsione, vel cõmiſsione illius, qui poteſtatem habet ordinariam.

Arbitraria eſt illa, quæ communi partium litigantium conſenſu obtinetur, & hæc dupliciter cõtingit: Primò, dum eligitur iudex, ſeu arbiter, ex conuentione partium, vt litem amicabiliter componat, & in hoc caſu arbiter poteſt pro ſuo arbitrio iudicare iuxta ęquitatem iuris naturalis etiamſi non ſeruet ordinem iuris poſitiui, & ipſius decreto partes obedire tenentur. Secundò, dum eligitur in iudicem, & in hoc caſu iudex ſentẽtiam ferre debet iuxta ordinem iuris, & partes tenentur ſub mortali ſententiæ ipſius obedire, & ad illius obedientiam à Principe compelli poſſunt.

Acceſſoria eſt illa, quæ alicui aliũdè accedit, exe. gratia, ratione delicti; propterea quando quis in alieno territorio delinquit, ſuperior acquirit in ipſum iuriſdictionem, & delinquens ratione delicti fit ſubditus illius iudicis in cuius territorio deliquit, ab eoq; puniri poteſt l. vlt. §. de accuſationibus, & cap. poſtulaſti de foro competenti; hac de cauſa Titius qui mandauit aliquod delictum in alieno territorio committi, puniẽdus eſt in loco in quo delictum commiſſum eſt, vt iuxta communiorẽ Doctorum ſen-

ten-

Digitized by Google

tentiam tradit Iulius Clarus lib. 5. q.38. nu.9. ob id etiam D. Thomas loco citato ad tertium, Sanchez in Sum.lib.1.cap.12. num.38. Toletus lib.5.cap.56.nu. 4.& alij, quamplures apud Farinacium in praxi tom. 1. quæſt.7.nu.1. docent Epiſcopum in cuius diœceſi aliquis deliquit effici ſuperiorem delinquentis in ſua diœceſi; niſi delinquens ſit perſona ſpeciali priuilegio exempta ab ipſius iuriſdictione; hoc tamen intelligendum eſt iuxta ea quæ diximus de legibus quæſt.1.punct.6.quę hic recolenda ſunt.

4 Ex dictis colligitur primò iudicantem abſque aliqua ex dictis poteſtatibus, inualidè iudicare, vt patet ex dictis in prima propoſitione.

Addo mortaliter peccare, quia vſurpat ſibi alienam poteſtatem; vſurpatio autem alienę poteſtatis, res valdè grauis cenſetur.

Addo etiam teneri ad reſtitutionem damni, quod alter ob illud iudicium vſurpatum patitur, peccat enim contra iuſtitiam vſurpatione iudicij; peccans autem contra iuſtitiam tenetur ad reſtitutionē damni indè ſecuti. Vide Azor.loco cit. cap.15.& Iulium Clarum lib.15. receptarum ſententiarum quæſt.38 & 39. inquirentes ſpecialiter vbinam aliqua delicta puniri debeant.

Secundò eum, qui facit iniuriam alteri, ſi nō puniatur à ſuo ſuperiore, iudicari poſſe à iudice cui ſubiectus eſt ille, qui paſſus eſt iniuriam; tunc enim iudex videtur habere poteſtatem acceſſoriam in eum qui contra propriū ſubditū iniuriā intulit. Ita Leſsius lib.2. c.19. dub.6.

Tertiò Summum Pontificem, nō poſſe poteſtate ordinaria, ab vllo iudicari, quia nullum habet in terris ſuperiorē, nec vllus in ipſum poteſtatem habet ordinariam, delegatā, arbitrariā, vel acceſſoriam; poteſt tamen ipſe ſuam poteſtatem alteri delegare, aut arbitrum eligere in ijs, in quibus talem poteſtatē in ſe ipſum exercere poteſt, hoc enim non implicat. Quamobrem poteſt alteri dare facultatem conferendi ſibi indulgentias, quia talem poteſtatem in ſe ipſum exercere poteſt, vt patet ex dictis de indulgentijs, nec implicat hanc poteſtatem alteri delegare, neq; Summus Pontifex eſt deterioris conditionis alijs, in ijs, quę fauorabilia ſunt & iuriſdictionem gratioſam reſpiciunt. Non tamen poteſt Summus Pontifex poteſtatem excommunicandi, vel ſuſpendendi ſe ipſum alteri delegare, quia hanc poteſtatē in ſe ipſum exercere non poteſt, cū ſit actio iudicialis reſpiciēs diſtinctam perſonam. Vide Valentiam tomo 3. diſp.6.q.11.pun.1. Saloniū 2.2.q.67.ar.1.cōtrou.2.verſ.dico 2. & alios quos refert Salon.loco cit.

Obijcies ſi Papa poſſet alijs ſuam poteſtatem delegare, ſequeretur ipſum eſſe inferiorem ſuis ſubditis quibus eā poteſtatē delegat; hoc autem non videtur admittendum.

Reſpondeo cum Salonio loc.cit. eſſe inferiorem ſecundum quid, quatenus alteri ſuam poteſtatem committit, ſeque illi ſubijcit, non verò ſimpliciter eſt inferior; nam quoad alia eſt ſuperior; quamobrē poteſt iudicem iam electum repudiare, & ipſius ſententiam declarare inualidā; quamuis grauiter peccet, hoc faciendo abſque rationabili cauſa, vt ait Valentia loc. cit. licet enim dum illi ſe ſubiecit, ſuā poteſtatem nō amiſerit, nihilominus

Digitized by Google

nus tenetur iudice electo legitimè iudicanti parere cũ illi in hac parte ſubditus ſit, excipitur ab hac 3. illatione Sacramentum pœnitentiæ in quo Summus Pont. ſubditus eſt Sacerdoti. Ratio eſt quia Sacerdos in Sacramento pęnitentię perſonam Chriſti ſuſtinet, & vices Dei agit; ſicut autem Summus Pontifex eſt ſubditus Deo, ita etiam eſt ſubditus Sacerdoti vices Dei ſuſtinenti. Vide Valentiam tom. 3. diſp. 5. quæſt. 11. puncto 1.

Quartò Iudicem ſecularem, non poſſe de re ſpirituali, aut quaſi ſpirituali iudicare; poſſe vero de re ciuili profana, & mixti fori; quæ autẽ dicatur ſpiritualis, aut quaſi ſpiritualis, aut profana, aut mixti fori. Videri poteſt apud Couar. practi. q.c.35.nu.1.apud Panormit.c. Litteras de iuramẽto calumniæ, & apud Azor.1. parte lib.5. c.14 quæſito 1.

Quintò Iudices ſeculares grauiter peccare contra iuſtitiam, iudicando, vel puniendo perſones Eccleſiaſticas; immò ipſorum iudiciũ eſſe inualidum; nam vt iudiciũ validum ſit, requiritur poteſtas. Iudices autem ſeculares ſupra perſonas Eccleſiaſticas non habent poteſtatem; Clerici enim exempti ſunt à iudicio ſeculari; tam in ciuilibus quam in criminalibus; non ſolum iure humano verum, & diuino; cap. Si imponatur 96. diſt. vide Burſatum lib. 1. cõſ.42.n.2. Surdũ lib.3. conſil. 301. Clau. Reg. lib.12. cap. 7. nu.6. Salon. 2.2. q.63. art.3. Nauar. c. Nouit. de iudicijs n.30. notab.6. Leſsiũ lib.2. cap.33. dub.3. & 4. Ambroſinum de immunitate cap.16. Iulium Clarum lib.5. §. vlt. quæſt. 36. nu.2. Val. loc. cit. & alios DD. ſtatim cit. vt Clarius intelligantur ſit.

De Clericorum exemptione à laica poteſtate.

§. I.

Vtrum Clerici exempti ſint à laica poteſtate, ita vt à Iudice laico examinari, iudicari, aut puniri nequeant.

1 *Clerici exempti ſunt à laica poteſtate non ſolum in ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus.*

2 *Clerici exempti ſunt à laica poteſtate iure ciuili, canonico, & diuino.*

3 *Proponuntur variæ ſententiæ.*

4 *Reſpondetur argumentis aliarũ ſententiarum.*

5 *Clericus etiamſi grauia delicta committat fruitur priuilegio fori ita vt interrogari, examinari, iudicari, & puniri nequeat; modo retineat priuilegium exemptionis, ſeù modo nõ degradetur, aut etiam modo enormitatibus non ſe immiſceat iuxta nonnullorum Doctorum ſententiam.*

6 *Proceſſus, ſententia, & alia facta à laica poteſtate contra Clericum inualida ſunt.*

7 *Ad quem pertineat opponere priuilegium Clericale.*

8 *An Clericus qui comparere neglixit ad allegandum priuilegium condẽnandus ſit in expenſis, & à quo.*

9 *Clericus à laico iudice abſolui non poteſt.*

10 *Qui ad laicos Iudices cõfugiũt prætextu iniuſtæ vexationis faciunt cõtra libertatem Eccleſiaſticam.*

11 *Quando non patet aditus ad ſuperiorem recurrendum eſt ad ſuperiorẽ illius ſuperioris, vel ad Summum Pontificem. Quid ſi ipſe Summus*

Pontifex

Pontifex iniuſtè vexet.

12 *Laici non paſſunt de cauſis ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinentibus iudicare, etiamſi iudices Eccleſiaſtici negligentes ſint in huiuſmodi cauſis cognoſcendis.*

13 *Non poteſt à laico principe lex ferri qua decernatur, ne beneficia, vel pẽſiones conferantur externis, vel ne litterę Apoſtolicę executioni mittã tur inconſulto principe.*

14 *Reges aut principes non poſſunt Epiſcopos conuocare auctoritatiuè ad tuendam libertatem.*

15 *Ad quos pertineat litteras Pontificias diſcutere, & recognoſcere.*

16 *Qui habitum clericalem commiſſo delicto ſuſcepit non poteſt à laica poteſtate iudicari, niſi fortè habitũ Clericalem ſuſceperit in fraudem.*

17 *Quomodo cognoſcatur, habitum in fraudem ſuſceptum fuiſſe.*

18 *Qui habitum in fraudem ſuſcepit nõ poteſt pœna corporali ſed tantũmodo tẽporali puniri à laica poteſtate.*

19 *Onus probandi ſtatum Clericalẽ aſſumptum fuiſſe per fraudem incũbit illi qui aſſerit per fraudem aſſumptum fuiſſe.*

20 *Qui habitum in fraudem ſuſcepit degradandus eſt, ſi ob delictum dignus ſit mutilatione, aut morte.*

21 *Clericus, qui coram iudice laico falſum depoſuit, nõ poteſt ab eo puniri.*

22 *Clericus à laica poteſtate capi non poteſt, quoties puniri non poteſt, exceptis nonnullis caſibus.*

23 *Clericus ſi conueniatur pro euictione conueniendus eſt coram iudice Eccleſiaſtico, ſecus ſi ipſe aſſiſtat emptori contra tertium.*

24 *Clericus qui in exercitio ſecularis officij deliquit non poteſt coram laico conueniri.*

25 *Clericus, qui ſuccedit in bona Laici, non poteſt illorum bonorum vocari in iudiciũ corã laico etiãſi lis inchoata fuiſſet contra eum, cui ſuccedit.*

26 *Clericus qui coram iudice laico depoſitum recepit, aut fideiuſſit, non poteſt à laico iudice cogi ad reddendũ depoſitum, vel promiſſum.*

27 *Clericus qui coram laico citatus comparuit putans ſua intereſſe, ob idq; declinatoriam non opponens, non tenetur ſtare ſententiæ ab eo iudice latę q̃ uis aliqui oppoſitum, ſentiãt.*

28 *Clericus non poteſt alium Clericum coram laico conuenire etiam in re temporali; põt vero conuenire laicum, etiamſi agatur de poſſeſſione rei ſpiritualis, modo principaliter non agatur etiam de titulo.*

29 *Iudex Eccleſiaſticus non tenetur punire delinquentes pœnis iure ciuili impoſitis.*

30 *Clericus, qui cum laico, vel etiam cũ pluribus laicis delictum commiſit, iudicandus eſt à iudice Eccleſiaſtico; an vero laici, qui cũ Clerico delictum commiſerunt iudicandi ſint ab Eccleſiaſtico, diſcenſio eſt inter Doctores.*

31 *Coram quo iudice interponenda ſit appellatio quando in Laicum, & in Clericum cauſa fuerat cõpromiſſa.*

32 *Inferens iniuriam Clerico, aut committens delictum commune foro laico, & Eccleſiaſtico ab vtroque iudicari & puniri poteſt, ſi res ad vtrumque iudicem delata fuerit.*

IN hoc paragrapho explicandũ eſt; Primò vtrum Clerici exempti ſint à laica poteſtate non ſolum in ſpiritualibus, verum etiam in tẽporalibus, non ſolum quoad cauſas criminales, verum etiam quoad ciuiles; Secundò vtrum exempti ſint iure ciuili, canonico, vel diuino.

PRI-

Digitized by Google

PRIMA PROPOSITIO.

1 Clerici exempti ſunt à laica poteſtate non ſolum in ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus. Quoad ſpiritualia res perſpicua, & clara eſt inter oẽs DD. cũ enim alia ſit poteſtas ſpiritualis, & alia temporalis non eſt dubitandũ poteſtatem ſpiritualem ſolis Eccleſiaſticis conceſſam fuiſſe; Chriſtus enim ſolos Apoſtolos, & eorũ ſucceſſores, nõ verò Reges, alioſuè ſeculares præfecit Eccleſiæ, vt conſtat in perpetua Eccleſiæ traditione, ſicq; colligitur ex Concilio Cõſtantienſi ſeſsione 8. ex Innocentio III. capite Eccleſia Sanctæ Mariæ. Ex Eugenio III. cap. Decernimus de iudicijs, & cap. Placuit 16. q. 7. Ita Salon. 2. 2. q. 67. art. 1. controuerſia prima, Salas de legibus diſp. 14. ſect. 8. Clarus, Couarruuias, Azor. Ambroſ. Leſsius, Farinacius, & alij communiter locis ſtatim citandis. Quod verò Clerici ſint etiam in tẽporalibus à laica poteſtate exempti, conſtat ex dictis de cõtractibus diſp. 2. q. 9. puncto 2. & ex ſupra dictis de Legibus diſp. 1. quæſt. 1. pun. 6. nu. 29. vbi cum Nauar. Valentia, Sayro, Suarez, Azor. Molina, Bellarmino, Vaſquez, Salonio, & alijs docui Clericos non ſubijci legibus, & poteſtati laicorum quoad vim coactiuam, ſed ſolum quoad directiuam. Et hoc idem probabitur rationibus in ſecunda propoſitione adducendis.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Clerici exempti ſunt à laica poteſtate, non ſolum iure humano, ciuili, & cànonico, verum etiam diuino. In hac propoſitione magna eſt inter Doctores diſsẽſio, & altercatio.

3 Prima opinio eſt Clericos exẽptos eſſe iure ciuili, & canonico, nõ verò diuino.

Quod exempti ſint iure ciuili patet, tum ex Authent. vt Clerici proprios iudices conueniant.

Tum ex facto Conſtantini Magni inferius allegando. Immo in hac re nulla eſt inter Doctores controuerſia teſte Azorio pri. parte lib. 5. c. 12. quæſito 1. verſ. Conuenit etiã.

Quod Clerici ſint exempti iure canonico in ciuilibus, & temporalibus perſpicuè conſtat ex Cõcilio Conſtantienſi citato, ex Tridentino ſeſſ. 25. c. 20. ex c. Non minus de immunitate Eccleſiæ, c. Si Imperator diſp. 99. & ex quãpluribus alijs textibus relatis à nobis de contractibus loc. cit. & à Doctoribus ſtatim citandis.

Quod verò non ſint exempti iure diuino. Ratio eſt tum quia ex ſacris litteris, aut Eccleſiæ traditione, vel ex teſtimonio Patrum, non colligitũ Clericos iure diuino exẽptos eſſe à laica poteſtate in ciuilibus, & temporalibus; ergo non ſunt exempti iure diuino Tum quia principio naſcẽtis Eccleſię Clerici ſubditi erãt Principibus laicis, ad Romanos 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*. Et hoc propter ordinationem Dei: ſupponit ergo Diuus Paulus non ſolũ laicos, verum etiã Clericos ſubiectos eſſe laicæ poteſtati; cum illa particula, omnis, neminem excipiat. Et Actorũ cap. 25. dicitur *Ad Tribunal Cæſaris ſto vbi oportet me iudicari*. Tum quia Ioannis 19. Chriſtus dixit

xit Pilato, *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi data tibi eſſet deſuper:* Si ergo Pilato conceſſa erat poteſtas aduerſus Chriſtum, à fortiori dicendum videtur laicis iudicibus competere facultatem iudicium in Clericos exercendi. Tum quia Chriſti fideles per Sacramenta Baptiſmi, & Criſmatis quib' inunguntur, non ſubtrahuntur à laica poteſtate; ergo neque ſubtrahuntur Clerici. Tum quia ſi Clerici iure diuiſio exempti eſſent, nõ poſſet Summus Pontifex libertatem Eccleſiaſticam reſtringere, & minuere, & Clericorum cauſas laicis cõmittere, cum Summus Pontifex nõ poſsit in iure diuino diſpenſare. Ita Medina C. de reſtitutione queſt. 15. Michael Salonius 2. 2. q. 67. art. 1. controuerſia 1. concl. 4. Bannes ibidem. Sotus in 4. diſt. 25. Couarru. pract. quæſtionum c. 31. Farinacius de inquiſit. q. 8. ſub initium. Molina tract. 3. diſp. 49. & 31. Leſsius lib. 2. c. 33. dub. 4. & alij.

Secunda opinio eſt aſſerentium Clericos nõ eſſe exemptos iure diuino; ſed iure ciuili, & canonico valdè conſono iuri diuino. Quod non ſint exempti iure diuino conſtat argumentis allatis ad probandam tertiam partẽ primæ opinionis; ſicut etiam ex probatione primæ, & ſecundæ partis eiuſdem primæ opinionis colligitur exemptos eſſe iure ciuili, & canonico. Quod verò hoc ius ſit valdè conforme iuri diuino conſtabit ex rationibus in tertia opinione aſſerendis, quæ ad hoc probandum maximè conducunt: nam ius diuinum aliquando appellatur quidquid boni in ſacris litteris factũ eſſe legitur, quãuis de eo nullum propriè præceptũ extet. Ita Salonius loco cit. concl. 5. Salas de legibus diſp. 14. ſect. 11. nu. 120. Molina, Leſsius, & alij loc. cit.

Tertia opinio, quæ mihi probabilior videtur eſt, Clericos non ſolum iure ciuili, & canonico, vt patet ex argumẽtis primæ opinionis: verum etiã iure diuino exemptos eſſe. Ratio eſt tum quia Pſal. 114. dicitur, *Nolite tangere Chriſtos meos*, quæ verba, licet intelligãtur de Patriarchis, qui erant vncti, & à Deo miſsi ad populum, intelligenda tamen etiam ſunt de Clericis, & Sacerdotibus, qui vncti ſunt, diuino cultui mancipati, & interpretes ad populum tranſmiſsi. Tum quia c. Imperator, diſp. 95. habetur Domino inſtituente ad Eccleſiam pertinere Clericorum, & Eccleſiarum gubernationem, & curam, Deumquè voluiſſe Clericos, & Sacerdotes ordinari, & diſcuti non à poteſtatib' ſeculi, ſed à Pontificibus, & Sacerdotibus. Idem habetur c. Quamquam de cenſibus vbi Bonifacius VIII. ait, Clericos, & eorum bona, nõ ſolum humano iure, verum etiã diuino à poteſtate ciuili eximi, & liberari: & in Tridentino ſeſſ. 25. c. 20. dicitur Eccleſiæ, & perſonarũ Eccleſiaſticarum immunitatẽ Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam eſſe. Tum quia cum libelli accuſationem contra Clericos continentes Conſtantino Magno delati eſſent, reſpondiſſe ferunt, ad ſe de huiuſmodi cauſis iudicium non pertinere: *vos enim*, inquit Cõſtantinus, *à nemine iudicari poteſtis, ſed ad ſolius Dei iudicium reſeruamini*, vt habetur cap. Continua 11. quæſt. 1. & cap. Futuram 12. q. 1. Tum quia Dauid nunquã auſus eſt lædere Saulem non ſolum cauſa offenſio-

fenſionis, verum etiam cauſa defen ſionis, quia Saul vnctus erat: ergo neque licet lædere, vel punire Clericos, & Sacerdotes, qui vncti ſunt, cuius vnctionis vmbra erat vnctio Saulis. Tum quia præciſa diſpoſitione iuris canonici verum eſt Eccleſiaſticos eſſe patres, & paſtores ſecularium, ſed non decet, vt paſtor iudicetur ab ouibus, ergo non decet Clericos iudicari à poteſtate ſeculari: ergo præciſa prohibitione iuris ciuilis, & canonici dicendum eſt aliam prohibitionem extare, qua cauetur, ne Clerici poteſtati laicæ ſubijciantur. Ita Syluest. ver. Immunitas 1. quæſito 4. Azor. 1. parte lib. 5. c. 12. quæſito 1. Ambroſinus de immunitate c. 16. num. 4. Angelus ver. Immunitas nu. 33. Clauis Reg. lib. 12. c. 8. nu. 6. Valentia, & alij quamplures, quos refert Cecallus communium contra communes quæſt. 550. Azorius, & Ambroſinus locis cit. & Proſper Farinatius de inquiſit. quæſt. 8. num. 2. verſic. Amplia primò.

4 Ad rationes aliarum opinionũ, quatenus noſtræ ſententiæ aduerſantur ad probandam libertatem Clericorum non eſſe iure diuino præſcriptam reſpondendum eſt.

Ad primam reſpondetur libertatem Clericorum colligi ex ſacris litteris, ex Concilijs, & ex textibus in iure expreſsis.

Ad ſecundam reſpondeo Clericos principio naſcentis Eccleſiæ ſubditos fuiſſe paganis, non quia Pagani iure diuino poteſtatem in Clericos haberent, ſed quia Clerici obedientiam illis præſtare debebant, ne detrimentum fidei, & religioni catholicæ afferrẽt. Ita Azor. quæſito 1. ad finem.

Ad id, quod dicitur Actorum 25.

Reſpondetur Paulum ad Cæſarẽ appellaſſe, quia nulla alia commodiori ratione poterat iniuſtam vexationem, & falſam accuſationem auertere: nam iure naturali poſſumus auxilium alterius implorare ad propulſandam vim, & redimendã iniuſtam vexationem, dum à legitimo ſuperiore auxilium ad noſtram defenſionem implorare non poſſumus. Ita Salon. concluſ. 5. ad finẽ; quamquã iſtam reſponſionem conatur Azor. cap. 14. quæſito 6. ad finem cum Gloſſa, refellere.

Ad tertiam omiſsis alijs reſponſionibus, quas affert Salon. concl. 5.

Reſpondeo Pilatum habuiſſe ſupra Chriſtum poteſtatem facti, nõ iuris, quatenus à Deo permiſſum fuit, vt Chriſtus iniquo Pilati iudicio ſubijceretur. Ita Azor. loco cit. Vel dic Chriſtum ſe ſubieciſſe iudicio Pilati tanquam arbitri, non tamquam iudicis. Ita Salonius, S. Tho. & Caietanus; ſed mihi magis placet prima reſponſio.

Ad quartam reſpondeo negando conſequentiam; nõ enim eſt eadem ratio Clericorum, & aliorum Chriſtianorum, cum Clerici ſint diuinis miniſterijs mancipati, & in ſortem, ac hęreditatẽ Chriſti cooptati peculiari quadam ratione.

Ad vltimam. Reſpõdet Ambroſinus cap. 8. nu. 1. & 8. Decianus in tract. crimin. lib. 4. c. 9. n. 66. Clarus lib. 5. quæſt. 41. nu. 8. Couarruuias loc. cit. cap. 30. Farinacius loc. cit. & alij Papam non poſſe legem vniuerſalẽ facere, qua Clerici à laica poteſtate eximantur, poſſe tñ in aliquibus caſibus diſpẽſare, qa Sũmus Pontifex poteſt in caſu aliquo particulari diſpenſare in iure diuino.

Sed mihi dicẽdum videtur cum Azorio cap.12. quæſito 1. ad finem Ambroſino,& alijs; Summum Põtificem, dum laicis facultatem concedit cognoſcendi de cauſis Clericorum, cenſeri laicis ea in parte facultatem delegare; hæc enim eſt poteſtas iuriſdictionis, non autem ordinis;poteſtas autẽ iuriſdictionis delegabilis eſt. Immo hanc facultatem fœminis delegari poſſe putant prælati DD. ſed de hac re quid nobis ſentiendum ſit conſtat ex dictis de legibus puncto 3. n.35. & de cenſuris quæſt.1. punc.2.

Obijcies Epiſcopus, alijsq; Prælati inferiores Sũmo Pontifice non poſſunt hanc facultatem delegare laicis, aut etiam Clericis coniugatis;ergo neque Summus Pontifex poteſt hanc facultatem laicis demandare, & delegare.

Reſpondeo negando conſequẽtiam, quamuis enim habens facultatem ordinariam poſsit eã alteri delegare; nihilominus Epiſcopus non poteſt hanc facultatem laico in criminalibus, aut in ciuilibus excepta vrgenti neceſsitate committere. Ratio eſt tum quia impeditur à iure cap. Nullus iudicum el ſecundo, & cap. Si diligenti el duodecimo, de foro competenti. Tum quia Clerici iure cõmuni ſunt exempti à poteſtate laica: Epiſcopus autem non poteſt in iure communi diſpenſare, vt patet ex dictis de diſpenſationibus. Ita innuit Azor. loc.cit.quæſito 1. verſic. Sed dubitari poteſt ad finem, & in terminis Decianus loc.cit.lib.4.cap.9. nu 70. Iulius Clar. loc.cit. quæſt.41. nu.5. Reginal.lib.19.nu.66. Ambroſinus c.18.nu.3.vbi nonnullos alios DD. refert. Neque obſtat cap. Clericum 11. quæſt. 1. nam reuelatum fuit in iuribus citatis. Non nego tamẽ quin Epiſcopus poſsit adhibere laicos aſſeſſores, aut Clericũ delinquentem per laicos capere, vt docui de cenſuris, aut etiam quin probabile ſit, Epiſcopum poſſe facultatem laico dare conueniendi Clericum in ciuilibus cap.1.2.& 4. de foro competenti iuxta Panormit. cap. At ſi Clerici de iudicijs Clauis Reg. lib.12.cap.8. nu.9. Farinacium nu. 4. ad finem. Decianũ nu. 70. & ſequentibus, & alios, qui hoc idem ſentiunt de Abbate reſpectu Monachi exempti; nã Abbas reſpectu ſui Monachi iuriſdictionẽ habet quaſi Epiſcopalem.

Ex dictis colligi poteſt ſolutio multorum caſuum.

5 Primò Clericum non poſſe iudicialiter, & auctoritatiuè interrogari, examinari, iudicari, vel puniri à laica poteſtate, vt à Prætore, à Principe, à Rege, à Magiſtratu, etiamſi grauiſsima delicta commiſerit, vt proditionem patriæ, blaſphemiam, hæreſim, crimẽ falſæ monetæ, & alia enormia delicta; nam actio examinandi, iudicandi, & puniendi ſupponit poteſtatem in eũ, qui examini, iudicio, & pœnæ adiudicatur; laicus autem non habet poteſtatem, & iuriſdictionẽ in Clericum, quia Clerici iure diuino, & naturali exempti ſunt à laica poteſtate. Hoc tamen intellige quandiu exempti remanent quamdiu autem exempti remaneãt inferius explicabo ex diſpoſitione Tridentini ſeſſ.23.cap.6.vbi Concilium loquitur ſolum de Clerico prima tõſura, vel minoribus ordinibus initiato. Hos verò ſi loquamur de Clerico ſacris ordinibus inſignito, dicen-

Digitized by Google

cendum eſt ipſum gaudere priuilegio Clericali. Tũ quia ex nullo iure colligit ipſum hoc priuilegio priuari. Tũ quia ordinis ſacri ſuſceptione videtur perpetuo mancipatus ſeruitio Eccleſiæ, & addictus diuino obſequio, nec amplius ad ſecularẽ ſtatum redire poteſt; ergo par non eſt vt poteſtati laicæ ſubijciat. Vide Suarez de cenſuris diſp. 22. nu. 11.

Amplia etiamſi homicidium cõtra Principem, vel cõtra alium, aut etiamſi hæreſim, aut alia enormia delicta committat, adhuc enim libertatem Eccleſiaſticam retinet, vt patet ex allatis rationibus. Vide Farinacium nu. 28.

Limita tamen primò niſi ob patrata crimina degradetur, aut curię ſeculari tradetur iuxta cap. Cum non ab homine de iudicijs, tunc enim iudicari, & puniri poteſt à laica poteſtate, quia Clericus per degradationem amittit priuilegium: Immo facta reali degradatione poterit iuxta iuris ciuilis diſpoſitionẽ puniri, & iudicari, quia poteſtati ciuili ſubditus effectus eſt cap. Ad falſariorum de crimine falſi. Ita Farinacius quæſt. crimin. quæſt. 8. nu. 48. Panormit. cap. Cum non ab homine de iudicijs notabil. vltimo, Iulius Clarus lib. 5. quæſt. 36. verſic. Sed an ſecularis, Ambroſinus de immunitate cap. 17. nu. 27. Abbas, & alij apud pręcitatos DD.

Limitant ſecundò Nauar. Ambroſinus, Farinacius, & alij DD. ſtatim citandi quibus, adde Reginaldum lib. 19. nu. 70. niſi Clericus dimiſſo habitu, & tonſura enormitatibus ſe immiſceat; nam ſi Clericus etiã Sacris ordinibus initiatus dimiſſo habitu, & tonſura enormitatibus ſe immiſceat, amittit priuilegium fori cap. Perpẽdimus de ſententia excommunicationis ſaltem poſt trinam admonitionem cap. contingat eodem titulo.

Sed hæc limitatio mihi diſplicet quia nullo iure ſufficienter probatur. Neque obſtat cap. Perpendimus citatũ, vt obſeruat Coninchus de Sacramentis diſp. 14. nu. 160. & Suarez nu. 13. & alij apud Ambroſinum c. 17. num. 12. nam ibi non eſt ſermo de priuilegio fori, ſed canonis; conſequenter ex illo capite ſolum colligitur, eum, qui abiecto habitu Clericali tyrannidi, ac enormitati ſe inuerecundè immiſcet, priuilegio canonis priuari, etiam ante omnem monitionem. Vide Couar. quæſt. pract. c. 32. nu. 2. Farinacium tit. de Inquiſit. quæſt. 8. nu. 53. Iuliũ Clarum loco cit. quęſt. 36. Molinam tract. 3. diſp. 49. nu. 21. Ambroſinũ de immunitate c. 17. num. 12. Immo Nauar. c. 27. nu. 81. Coninchus diſp. 14. nu. 158. & alij apud Couar. nu. 2. apud Suarez loco cit. num. 12. apud Farinacium nu. 54. & apud Ricciũ deciſ. 606. num. 3 putant monitionẽ non requiri, quia c. Perpendimus, non meminit vllius monitionis. In ſententia tamen omnium dicendũ eſt debere ſaltem omninò de criminis enormitate cõſtare; quia qualitas conferens iuriſdictionem, ante omnia probari debet, vt iuriſdictioni locus ſit l. Si quis aliena, ff. de iudicijs; ob id Farinacius nu. 58. cum Ioanne Andrea, Cæpolla, & alijs putat opus eſſe, vt Clericus in flagranti reperiatur.

6 Secundò colligitur proceſſum, ſententiam, & alia facta à laica poteſtate contra Clericum gaudentẽ priuilegio exẽptionis, eſſe inualida vtpotè facta à non habente poteſ-

Digitized by Google

tatem ſupra Clericum, cap. Seculares de foro competenti. Ita Iulius Clarus lib.5.§.finali quæſt.36. Farinacius loco cit. quęſt.8.nu.15. Ambroſinus loco cit.nu.20. Socinus, Felinus, Lopez, Follerius, Baldus, & quamplures alij apud Farinacium loco cit.verſ. Amplia ſeptimo.

7 Et hoc valet etiamſi nullus cõparuerit ad allegandum priuilegiũ Clericale, militat enim adhuc ratio exemptionis allata, hoc autem priuilegium, ſeu exceptio opponi poteſt non ſolum ab ipſomet Clerico; verum etiam ab ipſo ſtatu Eccleſiaſtico, vel à iudice Eccleſiaſtico eius rei competẽti cap. Si iudex de ſentẽtia excommunicationis lib.6. cum enim de horum omnium intereſſe agatur, his omnibus competit ius exceptionis: Immo obligatio incumbit iudici Eccleſiaſtico ad excipiendum, & repetendũ Clericum, ne libertatis Eccleſiaſticæ iura vſurpentur. Ita Couar. loco cit. c.33.nu.2. Iulius Clarus lib.5. q.36. num.3.& ſequentibus, Molina trac. 3.diſp.49.nu.4.& alij communiter.

Cuius verò expenſis remitti debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum videri poteſt apud Couar. c.33. nu.5. & apud Molinam, vbi tradunt remittendum eſſe expenſis eiuſdem Eccleſiaſtici, niſi pauper ſit; ſi verò pauper ſit remitti debet expenſis iudicis Eccleſiaſtici, qui eum ad ſe remitti petit; cum enim de ipſius iure agatur par eſt vt ſentiat onus expenſarum, dum reus expenſas facere nequit.

8 Sed modò dubium eſt, vtrum Clericus, quem non conſtabat Clericum eſſe, ſi tanquam laicus per citationem interpellatus fuerit, & comparere neglexerit ad allegandum priuilegium clericale, ob idq; ſententiam contra ſe tulerit, & in carcerem coniectus fuerit, damnandus ſit in expenſis.

Reſpondeo damnandum eſſe in expenſis ad actoris petionem, nam fuit in cauſa expenſarum, & iniquè videtur egiſſe, dum noluit priuilegium exhibere; cum priuilegiatus comparere teneatur ad allegandũ priuilegium, vt relata Gloſſa, Hoſtienſi, & alijs docet Ambroſinus c.17.nu.18. Idem tradit Couar.n.2. Molina num.9. & alij communiter. Verum tamen eſt hanc ſententiam condemnationis expenſarum non à laico iudice ferendam eſſe, vt voluit Bartolus l. Non videtur, prima ff.de iudic & alij; ſed ab Eccleſiaſtico; hic enim eſt competens iudex contra Clericum. Ita Farinacius loco citato nume. 17. Ambroſinus num.21. Clarus loco cit.num.5. Abbas, Baldus, Rolandus, & alij apud Farinacium nu.17.verſic. ſublimita.

9 Tertiò colligitur Clericum non poſſe à laico iudice abſolui, nam abſolutio ſupponit ſubiectionem in eo, qui abſoluitur; Clericus autẽ non eſt ſubditus poteſtati laicæ.

Obijcies quod fauore alicuius introductum eſt, nõ debet in ipſius damnum retorqueri l. Quod fauore C.de legibus, ſed fauore Clericorũ introducta eſt exemptio, ergo exẽptio non debet in ipſorum damnum retorqueri: ergo Clerici poſſunt abſolui à laico iudice, ſi delictum committant, quod alias ad laicam poteſtatẽ pertineat; alioquin exẽptio vergeret in ipſorum damnum.

Reſpondeo negando vltimam conſequentiam; nam magis fauorabile eſt ſtatui Clericali omninò exemptum eſſe à laica poteſtate, quam

Digitized by Google

quam illi aliqua ratione ſubiectum eſſe: abſolutio autem ſupponit ſubiectionem.

10 Quartò colligitur eos facere contra libertatem Eccleſiaſticam, qui, dum ab Eccleſiaſtico iudice cenſuris opprimuntur, adeunt laicos iudices, vt impediant, ne uis ab Eccleſiaſtico iudice per cenſuras inferatur. Ita Azor. c. 12. cit. verſic. Ex dictis contra Couar. loco cit. & alios. Ratio eſt quia laici non habent poteſtatem in Clericos.

Hinc patet leges Principũ, quib⁹ decernitur, vt qui à Iudicibus Eccleſiaſticis per vim, aut cenſuras opprimuntur, adeant laicorum tribunalia, vt implorato ipſorum auxilio vim, & iniuriam propulſent, libertati Eccleſiaſticæ aduerſari. Ita Azor. loco cit. cap. 14. quæſito 6. & alij contra Couar. & alios locis cit. Ratio eſt tum quia Clericus coram Epiſcopo, & Epiſcopus coram Archiepiſcopo conueniri debet cap. Sacro de ſententia excommunicationis, & cap. Ad reprimendam de officio Ordinarij. Archiepiſcopus conuenitur coram Primate c. Antiqua de priuilegijs. Primas coram Romano Pontifice, vel coram Legato Summi Põtificis ad eam prouinciam miſſo. Quamobrem oppreſſus à Prælato inferiore Summo Pontifice poteſt rem ad ſuperiorẽ Prælatum deferre, vel ad Sum. Pontificem, ſi cæteri prælati delinquãt, vel opprimant; non verò adire debet laicale tribunal. Tum quia ſacri Canones prohibent ab Eccleſiaſticis iudicibus ad laicos appellari cap. Qualiter, & quando de iudicijs, cap. Si quis clericum, & cap. Clericum 11. quæſt. 1.

11 Maior difficultas, eſt quando non patet aditus ad vllũ ſuperiorẽ aut quando ipſi ſuperiores delinquunt, vim inferunt, innocentes opprimunt.

Reſpondeo recurrẽdum eſſe ad Summum Pontificem per ſe loquẽdo, vt ſuperius dixi; non enim par eſt, vt ius Eccleſiaſticæ libertatis violetur ad impediendum alicuius innocentis damnum, cum libertas Eccleſiaſtica in commune bonum Eccleſiaſtici ordinis fuerit conſtituta, bonoque priuatorum præpõderet, & damno innocentis occurri poſſit adito Papa. Ita Azor loc. cit. quæſito 6. Sylueſ. verbo Papa quæſito 4. vbi refert Paludanum.

Addit Azorius hoc idem procedere etiamſi Summus Pontifex ipſe innocentem occideret, tunc enim innocentis eſt pœnam pati, non iudicis arma, & vim inferre; nec facilè pręſumendum eſt Summũ Pontificem velle innocenti mortem inferre. Hoc tamen limitarem iuxta dicenda in ſequenti obiectione.

Obijcies cum Victoria de poteſtate Papæ, licet vim vi repellere, ſed Summus Pontifex infert vim; ergo licet eam repellere, ipſiquè reſiſtere.

Reſpondeo licere vim repellere, dum ſine grauiori incommodo, & perturbatione Reipublicæ repelli poteſt; quis autem poteſt in propoſito caſu vim repellere ſine grauiori damno Reipublicæ?

12 Quintò colligitur laicos iudices non poſſe de cauſis ad Eccleſiã pertinẽtibus iudicare etiamſi pręlati Eccleſiaſtici negligentes ſint in huiuſmodi cauſis cognoſcendis, vel Clericis puniendis. Ratio eſt tũ quia Clerici ſunt exempti à laica poteſtatę. Tum quia cap. Qualiter,

& quando de iudicijs cap. Si quis Clericũ, cap. Placuit, cap. Chriſtianus, cap. Licet ex ſuſcepto, & cap. Clericum 11. quæſt. 1. decernitur, & omnino prohibetur ne Clerici defectu iuſtitiæ trahantur ad iudiciũ ſeculare. Ita Farinacius nu. 46. Panormit. cap. Qualiter cit. & alij apud Salas nu. 109. & apud Azoriũ cap. 14. quæſt. 2. & apud Alexandrũ de Neuo de foro competente cap. Si quis, cõtra Couarruuiam loc. cit. cap. 35.

Neque obſtant cap. Filijs vel nepotibus 16. quæſt. 7. & cap. Principes 13. quæſt. 5. vbi contrarium decernitur; nam illa iura non ita intelliguntur, quod in defectũ Eccleſiaſticorũ Principes ſeculares poſsint cauſas ad Eccleſiam pertinẽtes ad ſe auocare, ſed vt moneãt ſuperiorem Eccleſiaſticũ de neglecta, vel iniquè adminiſtrata iuſtitia, vel dic illos, & ſimiles canones reuocatos fuiſſe cap. Qualiter, & quando de iudicijs, & in alijs textibus à nobis allegatis, & in bulla Cœnæ. Ita Azorius, Salas, & alij locis cit. Neq; hinc ſequitur delicta Clericorum impunita remanere, quia dum vnus Prælatus negligenter ſe gerit, adiri poteſt alius, & omnibus negligenter ſe habentibus conſulendus eſt Summus Pontifex: quod ſi Summus Põtifex nulla ratione cõſuli queat, vel admonitus nolit remedium adhibere in re valde noxia Reipublicæ, faciendum eſt quod recta ratio dictat, neceſsitas enim non habet legem; vt ſi Clericus in loco hæreticorum, aut Paganorum reperiatur, in quo nulla ratione poſsit ius ſuum coram Eccleſiaſtico iudice tueri, & aditum ad ſedem Apoſtolicam habere, aut ſi duo de Papatu contendant, nec Concilium indici poſſit ad dignoſcendum quinam ſit verus Papa. Ita Azor. loc. cit. Farinacius loc. cit. nu. 46. Decianus tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 108. Ambroſinus cap. 18. nu. 39. Molina de iuſt. tract. 2. diſp. 31. concluſ. 4. Salas de legibus diſp. 14. ſect. 9. nu. 111.

Quæ in hac illatione dicta ſunt communiter admittuntur in cauſis contra Clericos, non verò contra laicos; quamobrem ſi iudex Eccleſiaſticus negligẽs ſit in propulſanda iniuria, & dãno, quod laici Clericis inferunt, ipſos opprimendo, vel ipſorum bona inique occupando, poteſt iudex ſecularis laicorum audaciam contundere, ipſosq; tueri ab oppreſsione, donec Summus Pontifex debitum præſtẽt auxilium quilibet enim Clerici innocentis cauſam ſuſcipere poteſt, & Eccleſiæ iura tueri abſque iniuria, & damno Eccleſiæ, hic autem nulla reperitur iniuria Eccleſię. Ita Farinacius loc. cit. quæſt. 8. n. 23. Couar. pract. quæſtionum cap. 35. n. 3. Menochius de retinenda poſſeſsione remedio 3. nu. 335. Ambroſinus cap. 20. nu. 72. Neque in hoc caſu iudex laicus dicitur ius Eccleſiæ vſurpare ſed potius tueri, ne damnum Eccleſiæ inferatur, ſicut enim legem ferre poteſt, qua certa pœna irrogetur violationibus Eccleſiaſticæ immunitatis, vt alijs citatis oſtendit Ambroſinus cap. 21. nu. 18. ita etiam retrahere poteſt violatores Eccleſiæ, & oppreſſores Clericorum, ne damnũ inferant.

13 Sextò colligitur non poſſe legem à Principe ferri, qua caueatur ne beneficia Eccleſiaſtica conferãtur externis, neuè illis ſoluantur pẽſiones, ne admittantur, aut execu-

tioni

Digitized by Google

tioni mandẽtur inconſulto Principe litteræ Apoſtolicę, quibus iuri patronatus laicorum derogatur. Ratio eſt quia Principes non habẽt poteſtatem ſupra Summum Pontificem, quem cõſtat poſſe beneficia, & penſiones conferre cui voluerit; Quamuis enim Summus Pontifex non prẹſumatur iuri patronatus derogare, niſi expreſſerit, vt bene in hac parte docet Couarruuias prac. quæſtionum cap. 36. Azor. cap. 14. quæſito 3. & alij communiter, quos retuli de beneficijs, nihilomin⁹ derogare poteſt ſi velit, nullique facit iniuriam derogando, cũ vtatur iure ſuo, & poſsit ius adimere, quod laicis alias ſedes Apoſtolica conceſſit, non adempto ſibi reuocandi iure; cum ergo Sũmus Pontifex poſſit beneficia, & penſiones conferre cui uoluerit, dicendum eſt Principes non poſſe ſtatutis, aut alia ratione litterarum Apoſtolicarũ executionem impedire, & hoc videtur conforme ijs, quæ in bulla Cœnæ excommunicatione decimaquarta decernũtur. Non nego tamen quin liceat litem intentare contra eum, qui beneficium obtinuit non facta mentione iuris patronatus, vel derogationis; nam Summus Pontifex non præſumitur iuri alteri quæſito derogare, niſi derogationis mẽtionem fecerit, conſequenter competit ius parti excipiendi, & opponẽdi contra impetrantem, modò lis apud iudicem legitimum Eccleſiaſticum agatur. Immo ſi in litteris exprimatur derogatio iuris patronatus licitum eſt appellare ad Summum Pontificem, & ſupplices libellos offerre, & interim litterarum Apoſtolicarum executionem impedire, modò id faciant opera iudicũ Eccleſiaſticorum, & ſupplicationẽ corã ſede Apoſtolica legitimè proſequantur, vt dicitur in bulla Cœnæ loco cit. & ita obſeruat Azor. loco cit. quæſito 3. & quamplures alij, quos retuli de legibus.

14 Septimò colligitur Regem, aut Principem non habere ius conuocandi Epiſcopos, aut alios Prẹlatos vt libertatem, & Eccleſiæ ſalutem conſeruent; nullo enim iure conſtat Regibus, vel Principibus hanc facultatem communicatam fuiſſe. Nec obſtat Reges ab aliquibus canonici iuris interpretibus vocari patronos in Cathedralibus Eccleſijs: nomen enim patroni ab ipſis vſurpari puto pro defenſoribus, & protectoribus Eccleſiarum, non tamen hinc licet inferre ipſis poteſtatem auctoritatiuè conuocandi Eccleſiaſticos communicatam fuiſſe, vt bene docet Azor. loco cit. c. 14. quæſito vlt. cõtra nonnullos alios.

15 Octauò colligitur non licere Magiſtratibus, aut Principibus laicis litteras Apoſtolicas auctoritatiuè recognoſcere, vel diſcutere, an veræ ſint, vel falſæ, vel ſubreptitiæ, quia nullam habent poteſtatem ſupra Pontificem, & cum hæ litteræ iuxta canones iudicari debeãt, dicẽdum eſt iudicium, recognitionẽ, & diſcuſsionem ipſarum ad Eccleſiaſticos iudices pertinere, vt bene tradit Azor. loco cit. contra Couar. loco cit. quæſt. 36. Quamobrẽ ſi dubium ſuboriatur, ne ſubreptitiæ, vel falſæ ſint, iudicium ferendũ erit ab Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, vel Primate, vel Patriarcha, vel nuncio Pontificio: hoc enim eſt conforme tacitæ Summi. Pontificis voluntati, ne via fraudibus aperiatur.

Digitized by Google

Ex quo infertur facultates nūtijs Apoſtolicis ad regna, vel prouincias miſsis non poſſe auctoritate laicorum diſcuti, & expendi, vt obſeruat idem Azor. loco cit. quæſito 7. contra Couar. loco cit. quamuis enim nuntij debeant litteras ſuę legationis exhibere, vt Princeps, aut populus ad quem mittuntur, inducatur ad credendum hūc eſſe Summi Pontificis nuntium: non enim cuilibet aſſerenti ſe nuntiū eſſe credendum eſt, niſi ſuæ facultatis inditia ſufficienter oſtendat; nihilominus Princeps, aut populus viſis litteris Apoſtolicis non poteſt auctoritatiuè de ipſis iudicare, ſed ipſarum iudicium ab Eccleſiaſtico iudice ferendum erit.

An verò populus teneatur ipſi interim nuntio obedire donec diſcutiatur an veræ ſint litteræ.

Reſpondetur teneri ſi conſtet de veritate litterarum Apoſtolicarū, vt docet Azor. loc. cit. Si verò probabile dubium ſit de ipſarum veritate, & adhibita debita diligentia ad cognoſcendam rei veritatem, cognoſci non potuit an veræ ſint, cenſeo populum non teneri huiuſmodi litteris obedire. Ratio eſt tū quia eſt dubium iuris in dubio autem iuris fauendū eſt libertati, quæ poſsidet, vt alias docui. Tum quia non eſt veroſimile Summum Pontificem velle obligationem populo iniungere ad obedientiam ſuis litteris præſtandam, donec de ipſarū veritate ſufficienter cōſtet per idoneos teſtes, vel per ipſaſmet litteras, vel per alias miſſas ad Principes, vel Magiſtratus, vel ad alios primarios viros.

16 Nonò colligitur eum, qui patrato delicto ſtatum Clericalem aſſumpſit, non poſſe à laica poteſtate iudicari, & puniri. Ratio eſt tum quia aſſumēs aliquem ſtatum ſicut tenetur ad onera illius ſtatus, ita etiam ſentire debet commoda, & priuilegia illius ſtatus; inter commoda autem, & priuilegia ſtatus Clericalis connumerantur exemptio à laica poteſtate. Tum quia laicus poteſtatem, & iuriſdictionē non habet in Clericos. Tum quia licet in imponenda pœna attendi debeat tempus delicti l. 1. ff. de pœnis; hinc tamen non ſequitur quin mutato perſonæ ſtatu mutetur etiā forus l. Si filius 1. Ita communiter DD. contra Antonium Gomezium 3. variar. reſolut. c. 10. nu. 5. & alios apud Ambroſinum cap. 19. & apud Clarum loco ſtatim citando abſolutè aſſerentes ſuſcipientem primā tonſuram poſt delictum, iudicandū eſſe à iudice ſeculari.

Hanc illationem intelligendam putant DD. cōmuniter, modò Clericus ſtatum Clericalem non aſſumpſerit intentione ſubtrahendi ſe à laica poteſtate, nam hic dicitur habitum per fraudē aſſumpſiſſe, fraus autem nulli debet patrocinari. Ita Zerola verbo Clericus nu. 6. Gomez 3. variar. c. 10. Molina tract. 3. diſp. 49. num. 21. Couar. pract. quæſtionū quæſt. 32. verſ. ſecunda concluſio, Menochius de præſumpt. lib. 6. q. 76. nu. 35. Gutierez lib. 1. pract. q. 5. Iulius Clarus quæſt. 36. num. 38. Additionator ad Iulium Clarum ibidem littera G, Farinatius loco citato nu. 104. limitatione 9. Ambroſinus cap. 19. num. 5. & quamplures alij apud præcitatos DD.

Hæc limitatio probabilis eſt, quamuis apud me non careat difficultate; nam dici poſſet iſtum vti

iure

iure ſuo aſſumendo ſtatum Clericalem, qui autem iure ſuo vtitur nemini fraudē facit. Deinde hinc non ſequitur eum, qui ſtatum Clericalem aſſumpſit hac intentione priuari ipſo facto priuilegio Clericali, licet fortè dignus ſit, qui huiuſmodi priuilegio priuetur, vt in ſimili conſtabit ex dicendis de religioſis, qui habitū religioſum aſſumunt, & ad religionem admittuntur non præmiſſa diligentia, quam præmitti mandat Sixtus V. in ſua bulla 71. in ordine, quę incipit, Cum de omnibus. Verum data communi Doctorum opinione, quam ego veram puto, quoties quis habitum Clericalem aſſumpſit non animo perſiſtēdi in ſtatu Clericali, & Deo inſeruiendi, ſed hac ſola intentione, vt euitet forum ſeculare, hunc enim arbitror re vera aſſumere habitum in fraudem; eum verò qui occaſione delicti perpetrati mouetur ad aſſumendum habitū animo ſeruiendi Deo, & ſimul vitandi forum ſeculare non puto dici propriè habitum in fraudem fori ſuſcipere, ſed potius vti iure ſuo, nec grauiter peccare, vt docui de matrimonio quæſt. 3. puncto 9. nu. 6.

17 Difficultas eſt quando cognoſcere valeamus, an ſtatus Clericalis aſſumptus fuerit in fraudē fori ſecularis.

Reſpondetur licet hoc tempore raro fieri poſsit, vt quis Clericalem ſtatum aſſumat in fraudem fori ſecularis, quia Concilium Tridentinū ſeſ. 23. cap. 4. decreuit illis tantummodo primam tonſuram conferēdam eſſe, quos probabiliter conſtat hunc vitæ ſtatum eligere, vt fidelē Deo cultum præſtent, non vt ſeculare iudicium effugiant, nihilominus Clericalem ſtatum in fraudem fori ſecularis aſſumptum fuiſſe probari poteſt.

Primò ſi Clericatus ſtatim patrato delicto aſſumptus fuit, nam ex vicinitate actuum magna deſumi conſueuit coniectura, niſi ſuſpicio grauiore præſumptione diluatur. Ita Maſcardus tom. 2. concluſ. 815. nu. 4. Antonius Gab. communium opinionum tit. de præſumpt. concluſ. 13. nu. 7. Ambroſinus cap. 19. n. 8. & alij apud Couar. pract. quæſtion. cap. 3.

Secundò ſi delinquens prius fuerat diffamatus, vel delatus ad curiā ſecularem, vel iam condemnatus ob patratum delictū, aut ſi lis iam cæpta erat coram laico iudice per conteſtationem, vel citationē; hic enim metu pœnę præſumetur ſtatum Clericalem, vel religioſum elegiſſe ad vitandum laicale forum, & iuriſdictio cenſet̄ perpetuata corā priori iudice per citationem. Ita Clarus loc. cit. nu. 39. verſic. Sed in hoc, vbi docet Senatum iudicaſſe beneficium in fraudem obtentum fuiſſe ab eo, qui beneficium patrato delicto obtinuerat. Idem tradit Farinacius. nu. 110. Ambroſinus c. 19. num. 10. Couar. & Molina locis cit. & quamplures alij apud præfatos DD. præſertim apud Farinaciū num. 110.

18 Obſerua tamē primò eum, qui patrato ſcelere religioſum, vel Clericalem ſtatum in fraudem fori ſecularis, vel lite iam cæpta coram ſeculari iudice ſuſcepit, non poſſe à laico iudice corporali pœna puniri; nam per ſuſceptionem ſtatus Eccleſiaſtici effectus eſt de ſorte, & hæreditate Chriſti, & peculiari quadam ratione Deo, & Eccleſiæ

ſeruitio

ſeruitio addictus eſt; ergo par non eſt vt poteſtati ſeculari corporaliter ſubijciatur. Ita cõmuniter DD. probabile tamen eſt puniri poſſe pœna pecuniaria, & confiſcatione bonorum, vt abſolutè docet Clarus loc. cit. cũ Aufrerio, Viſcio, Boſsio, & alijs, quibus adheret Farinacius loc. cit. nu. 107. & conſilio 77. Ambroſinus, Couar. & Molina. locis cit. & alij apud præfatos DD. nam probabiliter ſuſtineri poſſe diximus aſſumentem ſtatum Clericalẽ in fraudem fori ſecularis ſubijci poteſtati ſeculari, ſed non ſubijcitur quoad pœnam corporalem; ergo ſubijcitur ſaltem quoad pecuniariam.

Ex dictis ergo in hac illatione conſtat Clericum, qui hunc ſtatum patrato delicto aſſumpſit animo vitandi forũ ſeculare, ſubijci poteſtati laicæ quoad pœnam ſolum pecuniariam; ſi vero bono animo, & abſq; fraude aſſumpſit non ſubijci poteſtati laicæ, neque quoad pœnã pecuniariam, neque quoad corporalem; quamobrem qui ſtatum Clericalem ſuſcipit ob votum emiſſum ante patratum crimen nulla ratione poteſt à laica poteſtate puniri; quia non dicitur ſuſcipere ſtatum Clericalem in fraudem fori ſecularis; quamquã in foro externo præſumitur ſtatum Clericalem in fraudem fori ſuſcipere, ſi eũ ſtatim patrato delicto, vel poſt diffamationẽ, delationem, vel accuſationem ſuſcipiat, niſi probet ſe illum ex voto ſuſcipere, ſeu ſe votum religionis, vel clericalis ſtatus ante patratum delictum emiſiſſe.

Hanc autem voti ante delictum emiſsionẽ aliqui DD. probari poſſe putant iuramento ipſius Clerici; nam quæ in animo conſiſtunt probantur iuramento ipſius aſſerentis; votum autem in animo conſiſtit, cum mente, & voluntate concipiatur, & emittatur. Ita Decianus loc. cit. num. 23. & alij apud Ambroſinum num. 12.

Alij verò probabilius putant nõ ſufficere iuramentũ ipſius Clerici, niſi etiam alias adducat coniecturas, quibus præſumatur verum eſſe ipſius iuramentum. Ratio eſt tum quia quando agitur de graui præiudicio non ſtatur iuramento aſſerẽtis, etiam in ijs quæ ab animo pendent; hic autem agitur de præiudicio laicæ poteſtatis, ad quam euitandam Clericus allegat votum. Tum quia tantus eſt vitandæ laicæ poteſtatis affectus, vt plures parati eſſent ad falsò iurandum, ſe ſtatum Clericalẽ ex voto elegiſſe. Ita alij citatis docet Farinacius num. 114. fol. 93. Couar. & Molina locis cit.

19 Obſerua ſecundò onus probandi ſtatum Clericalem per fraudem aſſumptum fuiſſe incumbere illi qui contendit aſſumptum fuiſſe per fraudem; cum enim fraus non pręſumatur, niſi probetur l. 1. ff. pro ſocio, & l. Quoties §. Qui dolo ff. de probat; dicendum eſt ab eo probandam eſſe, qui aſſerit Clericalẽ ſtatum per fraudem aſſumptũ fuiſſe cap. Sancimus 1. quæſt. 1. Vide Farinacium nu. 111. Maſcardum de probat. tom. 2. concluſ. 814. nu. 5. Quomodo autem probetur ſtatum Clericalem aſſuptũ fuiſſe per fraudem conſtat ex dictis in difficultate proximè explicata.

20 Obſerua tertiò, eum, qui ſtatũ Clericalem per fraudem aſſumpſit degradandum eſſe, ſi ob delictum dignus ſit mutilatione, aut morte. Ita

Ita Molina tract. 3. diſp. 49. nu. 21. ad finem.

21 Decimò colligitur Clericum qui coram iudice laico falſum depoſuit, non poſſe ab eo puniri pœna pecuniaria, vel corporali, nec ex officio, neque ad inſtantiā partis; quamuis enim laicus falſum deponens coram iudice Eccleſiaſtico puniri poſsit non ſolū à iudice laico; verum etiam ab Eccleſiaſtico, vt detur locus præuentioni, vt cum Bartolo, & quāpluribus alij docet Iulius Clarus lib. 5. quæſt. 38. nu. 15. nihilominus iudex laicus non poteſt Clericum coram ipſo falſum deponentem punire, quia laicus nō habet iuriſdictionem in Clericos. Ita Farinacius loc. cit. quæſt. 8. nu. 26. Iulius Clarus quæſt. 38. n. 14. vbi aſſerit hāc eſſe communem canoniſtarum ſententiam, Ambroſinus cap. 18. nu. 21. & quamplures alij apud præfatos DD. contra Baldū, Cynum, & nonnullos alios apud Farinacium nu. 26. verſic. Amplia duodecimo.

Neque obſtat Lex nullum C. de teſtibus, in qua decernitur teſtem, qui aures iudicis offendit, poſſe ab eo iudice puniri non obſtante quocunque priuilegio fori.

Reſpondetur enim Clericos ea Lege nō aſtringi, cū poteſtati laicæ non ſubijciantur, nec legibus ciuilibus aſtringantur.

22 Vndecimò colligitur Clericū à laica poteſtate capi non poſſe, quoties à poteſtate laica puniri nō poteſt; laicus enim non habet poteſtatem in Clericos, & ſicut requiritur poteſtas ad puniendum, ita etiam ad capiendum.

Excipe primò niſi capiatur in flagranti crimine graui, & periculū ſit, vt fugam arripiat.

Secūdò niſi Clericus illicitè incedat ad patrandum delictum, tūc enim capi poteſt, & detineri vt Eccleſiaſtico iudici tradatur, vel vt delictum patrandum impediatur; modò diutius non detineatur, ſed ſtatim, ac commodè poteſt iudici Eccleſiaſtico conſignetur. Ratio harum exceptionum eſt, inquit Clarus. Tum quia publicè intereſt, vt delictum non remaneat impunitū, & delinquētes non impunè abeāt. Tum quia nihil fieri videtur contra rationabilem Eccleſiæ volūtatem. Ita Menochius de arbitrarijs caſu 180. num. 22. & ſequentibus, Iulius Clarus lib. 5. quæſt. 28. nu. 6. verſic. Si verò, vbi teſtatur de communi. Farinacius loco cit. num. 117. 120. & 122. Decianus num. 118. Ambroſinus c. 18. nu. 31. Reginaldus lib. 19. num. 70. & alij.

Addunt Decianus num. 10. Farinacius num. 119. & alij hoc idem procedere in Clerico debitore de fuga ſuſpecto; putant enim huiuſmodi Clericum debitorem ex cauſa ciuili capi poſſe, modò quamprimum conſignetur ſuperiori Eccleſiaſtico, nec Clericus ſufficientem pro debito præſtet cautionem, nec aditus ad iudicem Eccleſiaſticum pateret periculumq́, in mora eſſet; ſicut enim licitum eſt ipſimet creditori Clericum in tali euentu priuatim detinere, & à fuga impedire; ita etiam licitum eſt poteſtati laicæ. Hæc opinio non eſt improbabilis, ſeruatis tamen limitationibus allatis.

Excipitur tertiò, quando Clericus defert arma, quæ Principū edictis deferri prohibētur in hoc enim caſu, inquiunt Iulius Clarus lib. 5.

quæſt.

quæſt.36. nu. 22. Farinacius, nu.96. Couar. pract. quæſtionum quæſito 3,3.num.7. Palacha,& alij apud Farinacium,ſpoliari poteſt armis capi, vt iudici Eccleſiaſtico puniendus conſignetur.

Sed mihi diſplicet iſta exceptio. Ratio eſt tũ quia Clerici non ſubijciuntur poteſtati laicæ, nec tenentur ex vi coactiua legibus Principũ ſecularium. Tum quia licet Clerici deferentes arma faciunt contra canones quibus armorum vſus Clericis prohibetur, hoc tamen delictũ non adeo graue reputatur, vt Clericus poteſtati laicæ ſubijciatur, vt benè obſeruat Decianus in pract. crimin. lib.4.cap.9. nu.140. ex l. 1. C.vt armorum vſus,& Ambroſinus ex parte. Non nego tamen quin Epiſcopus poſsit ſatellitibus fori ſecularis dare facultatem capiendi Clericos arma deferẽtes, vt captos poteſtati Eccleſiaſticæ tradãt; hoc enim nullo iure vetatur, cum Clerici capi non ſolent niſi à laicis; parum autem referre videtur an capiantur à ſatellitibus,& miniſtris fori Eccleſiaſtici, an ſecularis,modò capiantur de mandato Prælati Eccleſiaſtici.

23 Duodecimò colligitur, Clericum, qui vendito agro conuenitur, vt condemnetur pro euictione, cõueniendum eſſe coram iudice Eccleſiaſtico. Si vero lis agatur contra laicum, qui rẽ à Clerico emit, & Clericus reſiſtat defenſioni emptoris,vt ritè cauſa agatur, non poteſt Clericus trahere cauſam ad tribunal Eccleſiaſticum, quia principaliter agitur contra laicum, non contra Clericum, qui ad iudicium ſuo nomine non accedit,ſed in defenſionem emptoris. Vide Couar. pract quæſtionum cap.8.Capicium deciſ.197.Ambroſinum c.20.nu.23. & alios ab eo relatos.

24 Decimotertiò colligitur clericum exercentem officia ſecularia, non poſſe coram laico conueniri in ijs, quæ ad illud officium pertinent; nam exemptus eſt à laica poteſtate, quamobrem clericus, qui officium tutoris, vel curatoris, vel adminiſtratoris bonorũ exercuit, & in eo deliquit non poteſt in iudicium à laico ad reddendam rationem vocari: quamuis enim delinquat aſſumendo huiuſmodi officium, non tamen amittit fori priuilegium. Ita Ambroſinus cap. 20. num.54. & alij contra nonnullos DD. Gallos.

25 Decimoquartò colligitur clericum, qui tanquam hæres in bona laici ſucceſsit non poſſe ratione illorum bonorum ad laicale forum trahi, quamuis enim laicus,in cuius bona clericus ſucceſsit, à laica poteſtate iudicari potuiſſet, non tamen à laica poteſtate iudicari poterit clericus. Ita Doctores ſtatim citandi; & hoc valet etiamſi lis inchoata fuiſſet contra laicum corã iudice laico,& lite pendente mortuus ſit laicus, in cuius bona clericus ſucceſsit. Ratio eſt tum quia militat eadem ratio exemptionis. Tum quia inutilis videretur ſententia contra clericum à iudice laico prolata; nam per laicum non poſſet executioni demandari, nec Eccleſiaſticus iudex cogi poſſet ad curandum vt per ipſum executioni demandetur, cum Eccleſiaſticus iudex poteſtati laicæ minimè ſubijciatur. Tum quia clericus nõ poſſet coram laico conueniri ſi lis nondũ inchoata fuiſſet, ergo neque conueniri

Digitized by Google

ueniri poterit lite iam inchoata; cũ præuentio laici iudicis poteſtati Eccleſiaſticæ derogare non poſsit. Ita Felinus, Abbas, Immola, & alij, quos citat, & ſequitur Ambroſinus de immunitate cap. 20. nu. 45. & Rota Romana deciſ. 552. contra Couar. pract. quæſtionum c. 8. Farinacium de inquiſit. quæſt. 8. nu. 46. Reginal. lib. 9. c. 13. nu. 352. verſic. Monendum, & alios aſſerentes clericũ ſubijci foro laico quoad lites inchoatas contra hæredem, cui ſuccedit.

26 Decimoquintò colligitur clericum, qui in iudicio ſeculari depoſitum recepit, non poſſe pro reſtitutione depoſiti coram laico iudice conueniri, vel cogi ad reſtituendum; exemptus enim eſt à laica poteſtate. Ita Surdus lib. 3. conſil. 396. num. 33. Ambroſinus loco cit. nu. 53. & alij contra Baldum l. acceptum, num. 4. C. de vſuris, Farinacium nu. 123. & alios. Idem dicẽdum eſt de clerico, qui coram iudice laico fideiuſsit pro laico, vel etiam pro clerico. Ratio eſt tum quia actus iudicialis factus coram iudice non ſuo inualidus eſt. Tum quia clericus exemptus eſt à laica poteſtate. Ita Socinus c. 1. de foro competenti num. 45 Ancharanus, Marſilius, & alij apud Ambroſinum c. 20. nu. 50. contra Bartolum, Salicetũ, & alios apud præcitatos DD.

27 Decimoſextò colligitur clericum, qui à laico iudice citatus cõparuit non teneri illius ſententiæ, & iudicio ſtare, etiamſi putauerit ſua intereſſe, & ob id declinatoriã non oppoſuerit. Ratio eſt quia clericus non poteſt tanquam reus à laico citari, nec poteſt priuilegio fori cedere. Ita Decius cap. cum inter de except. nu. 15. & Felinus nu. 21. & alij: quamquam multi Doctores, quos citat, & ſequitur Farinacius loco cit. nu. 88. & Ambroſinus nu. 73. oppoſitum ſentiunt. Ratio iſtorum Doctorũ eſt, quia licet clericus non poſsit tanquam reus aſſiſtere foro laico, poteſt tamen aſſiſtere tanquam actor voluntarius, cum ut ſic non dicatur ſubijci poteſtati laicæ; ſed potius coram laica poteſtate contra alium agere: ſi ergo citatus à laico iudice coram ipſo comparuit putans ſua intereſſe, & fori declinatoriã non opponens, tenetur ſtare ſententiæ ab eo iudice latæ; ſicut ſtare teneretur, ſi contra laicum coram iudice laico cauſam tẽporalem proſequeretur. Verum ad hoc argumentum patet reſponſio ex noſtra rõne: quamobrem ſiue compareat, ſiue non compareat, ſiue fori declinatoriam opponat, ſiue non, poteſt iuridicè citari, alioquin videretur reus; clericus autem non poteſt tanquam reus cõparere coram laica poteſtate, cum ei non ſubijciatur. Vide Farinatiũ loco citato, Menochium de recuperanda poſſeſsione, remedio 15 nu. 228 & ſequentibus, Ambroſinum loco cit. c. 20. nu. 73.

28 Decimoſeptimò colligitũ Clericum non poſſe contra alium Clericum agere coram iudice laico etiam in cauſa merè temporali; nã vnus iſtorum eſt actor, & alter reus; actor autem ſequi debet forum rei cap. Si quis contra Clericum, ſed forum Clerici eſt penès iudicem Eccleſiaſticum non penès laicum, ergo Clericus non poteſt contra alium Clericum agere corã iudice laico, etiam in cauſa temporali. Secus dicendum eſt ſi agat cõtra laicum:

cum; tunc enim actor ſequitur forū rei, & non ſolum reus, verum etiam materia de qua agitur ſub poteſtatem iudicis laici cadunt.

Hinc colligunt multi DD. iudicē laicum eſſe competentem iudicē in cauſa poſſeſſorij, etiamſi de poſſeſſione rei ſpiritualis, & beneficialis tractetur, vt ſi Clericus turbetur à laico in poſſeſſione ſui beneficij, nam ipſamet poſſeſſio potius eſt res temporalis, quam ſpiritualis, ſicut ipſamet proprietas, & ſubſtantia bonorum temporalium eſt temporalis; præterea reus eſt laicus, ergo laicus poteſt eſſe competēs iudex iſtius cauſæ, ſi Clericus eam coram ipſo proſequi velit.

Hęc opinio probabilis eſt modò principaliter ſolum de poſſeſſione; non autem principaliter de titulo agatur. Nam ſi principaliter etiam de titulo vna cum poſſeſſione agatur, laicus non eſt cōpetens iudex, quia cauſa non ſolum eſſet temporalis, verum etiam mixta cum ſpirituali. Secus ſi incidenter ſolum agatur de titulo, principaliter verò de quaſi poſſeſſione, & titulus non ſit exactè probandus, ſed ſufficiat de eo fidē facere, & ſummariè tractare. Vide Farinacium loc. cit. nu. 32. verſic. Sublimita primò, Menochium de retinenda poſſeſſione n. 324. & ſequentibus Couarr. pract. quæſtionum cap. 35. Ambroſinum cap. 20. nu. 63. qui hoc pacto explicant ſententiam nonnullorū Doctorum exiſtimantium laicum non poſſe de poſſeſſorijs per titulū ſpiritualem iuſtificandis cognoſcere.

29 Decimooctauo colligitur Iudicem Eccleſiaſticum non teneri Clericos punire pœnis lege ciuili impoſitis. Ratio eſt tum quia Eccleſia mitius agit cū Clericis. Tum quia Eccleſiaſtici nō ſubiacent poteſtati ciuili, nec tenentur legibus ciuilibus, vt patet ex ſupra dictis: & hoc procedit etiamſi iure canonico non ſit præſcripta aliqua pœna pro tali delicto; adhuc enim militant allatæ rationes. Ita Couarr. in quæſt. pract. quæſt. 33. nu. 7. Vaſquez 1.2. diſp. 167. cap. 4. num. 30. Salas de legibus diſput. 14. ſect. 10. ad finem, & alij, quos ſuperius retuli de legibus contra nonnullos alios, quos tacito nomine refert Salas loco citato.

30 Decimonono, colligitur Clericum, qui cum laico, vel etiam cū pluribus laicis delictum commiſit iudicandum eſſe ab Eccleſiaſtico iudice, quia exemptus eſt à laica poteſtate. Immo non ſolum ipſum Clericum, verum etiam ſocios criminis cum eo perpetrati ad Eccleſiaſticum iudicem remittēdos eſſe teſtantur plurimi Doctores. Ratio eſt, tum ne continentia cauſæ diuidatur, & de eadem re diuerſæ, & contrariæ ferantur ſententiæ. Tum quia magis dignum trahit ad ſe minus dignū c. Quanto de iudicijs. Ita Farinacius de inquiſit. quęſt. 8. nu. 151. & communiter DD. ex Gomezio c. 1. de reſcriptis n. 74. Boſſio titulo de foro competente nu. 116. in fine Menochio de arbitrarijs caſu 371. nu. 12. Ambroſino cap. 20. n. 3. & ſequentibus Deciano tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 44. & quampluribus alijs quorum ſentētia probabiliſſima eſt.

Sed contrarium mihi probabilius videtur cum Iulio Claro lib. 5. ſententiarum nu. 41. verſic. Euenit, Couarruuia quæſt. 34. n. 1. Antonio Gomezio 3. variarum cap. 10. nu. 6. Moli-

Digitized by Google

Molina trac.3.diſp.49.n.23.& alijs. Ratio eſt tùm quia in praxi præſertim Mediolani aliter ſeruatur, hic enim laicus à laico, & Clericus ab Eccleſiaſtico iudice iudicatur. Tũ quia cauſa diuidua eſt,& ritè ſubijci poteſt vtrique foro ſeruato modo procedendi in vtroq; foro,iuxta proprias regulas. Tum quia l. Si quis vxori ff. de furtis in principio habetur,eum,qui pręſtitit opẽ vxori ad ſurripienda mariti bona puniendum eſſe pœna furis, nec gaudere priuilegio vxoris, quæ non punitur pœna furis; ergo non eſt abſurdum idem delictum diuerſimodè, & cooperantes ad idem delictum diuerſimodè iudicari vnumquemq; à ſuo iudice pro conditione ſui ſtatus, quantitate culpæ, ac modo procedendi, & puniendi in diuerſis tribunalibus.

31 An verò appellatio facienda ſit coram laico, vel corã Eccleſiaſtico,quando cauſa ſemel fuit deciſa per duos iudices, vnum laicum, & alterum Clericum, in quos cauſa fuerat compromiſſa.

Reſpondendum videtur faciendam eſſe coram Eccleſiaſtico iudice. Tum quia dignior trahit ad ſe minus dignum. Tum quia cum hic agatur de actu ipſorum arbitrum, quorum iudex non poteſt eſſe laicus, vt patet ex illatione proximè præcedente,dicendum eſt appellationem interponendam eſſe corã Eccleſiaſtico iudice.Ita Calcaneus conſilio vlt. Felinus cap. 1. de præſcript. nu.6.Aufrerius tract. de poteſtate Eccleſiaſtica ſuper laicos caſu 13. Ambroſino cap. 20. nu.6. & alij quamplures apud Couarruuiam 2. variar.cap.12. in principio contra ipſum Couarr. & alios.

32 Quæres an inferens iniuriam Clerico puniri debeat ab Eccleſiaſtico an à laico iudice. Gloſſa apud Iulium Clarum quæſt. 56. nu. 42. verſic. Quæro putat, puniendũ eſſe ab Eccleſiaſtico iudice. Alij verò arbitrantur dari locum præuentioni.

Ego cum Iulio Claro, Baldo lib. 3. conſilio 260. & alijs arbitror ab vtroque iudice iudicari, & puniri poſſe non obſtante abſolutione,vel condẽnatione facta in altero foro. Ratio eſt tum quia vtriq; foro fuit illata iniuria;ergo ab vtroq. iudicari debet, vt cõdigna delicto pœna imponatur. Tũ q̃a cũ alia ſit iuriſdictio fori laicalis, & alia fori Eccleſiaſtici, ſentẽtia in vno foro lata nõ parit exceptionẽ in alio foro.Tũ quia fieri poteſt vt aliqđ delictũ ſecundum vnam rationem ſubijciatur foro laico, ſecundum aliã ſubijciatur tantummodo foro Eccleſiaſtico, vt docet Molina loco ſtatim citando. Cauendum tamẽ eſt, ne grauior pœna imponatur quam delicti grauitas poſtulet; nam iuſtitia exigit delicta ſolum puniri iuxta ipſorum qualitatem:quamobrem iudex poſterior ſolum procedere debet, ad ſupplendam pœnam, in qua iniungenda primus iudex defecit. Ita Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 49. nu.3. & alij Doctores ſtatim citandi.

Obijcies nullus duplicem pœnã pati debet ob idem delictum cap. Nõ afferamus 24.quæſt.1. nec Deus bis iudicat in id ipſum;ergo qui ſemel in vno foro fuit condemnatus non poterit in alio foro puniri.

Reſpondeo non imponi duplicẽ pœnam pro eodem delicto,nec bis iudicare in eodem foro, ſed vnam

pœnam delicto condignam imponi. Vide Iulium Clarum loco cit. & quæſt.57. nu.14.verſic.ſed quæro Gometium 3. variar.cap.1.n.4. Farinacium lib.1.delict.quæſt.4. Ambroſinum cap.20.nu.10. & ſequentibus, & Couar.2.var.cap.11.nu.25. & Molinam loc. cit. nu.3.

Hinc patet quid dicẽdum ſit de eo, qui commiſſo ſacrilegio ad vtrumque forum fuit delatus, & inquiſitus.

§. II.

Quinã veniant nomine Clericorum gaudentium libertate Eccleſiaſtica.

1 *Hoc nomine veniunt non ſolum Cardinales, & Epiſcopi verum etiam initiati ſacris, aut minoribus ordinibus aut ſola prima tonſura. Immo etiam coniugati ſeruatis tamen quibuſdam conditionibus.*

2 *Hoc nomine non veniunt, qui ſuſcepto habitu inſeruiunt Eccleſiæ animo aſſumendi ſtatum Clericalem.*

3 *Hoc nomine non veniunt familiares Cardinalium Referẽdariorum, aut Epiſcoporum.*

4 *Hoc nomine veniunt religioſi cuiuſcũque ordinis, & ſexus, tam profeſſi, quam nouitij, etiamſi conuerſi dicantur.*

5 *Nouitius qui patrato delicto religioſum habitum dimittit, non poteſt in noſtra ſententia à laica poteſtate puniri.*

6 *Qui patrato delicto religionis habitum ſumit, poteſt à iudice laico puniri.*

VNICA PROPOSITIO.

1 NOmine Clericorum gaudentium libertate Eccleſiaſtica veniunt.

Primò Cardinales, & Epiſcopi; nam hi ſaltem in fauorabilibus veniunt nomine Clericorum.

Secũdo veniũt Sacerdotes, alijq; ſacris ordinibus initiati, vt perſpicuum eſt apud omnes.

Tertiò qui ſunt in minoribus cõſtituti, modò ſeruẽt ea, quę in Tridentino ſeſſ. 23. cap. 6. præſcribuntur: ſicut enim hoc nomine iuxta communem loquendi modum veniunt tonſura initiati, multò magis venire debent minoribus ordinibus inſigniti. Præterea omnes ordines minores dicũtur aliquo modo ſacri cap. Erubeſcant 32. diſtinct. Immo in noſtra ſententia ſunt ſacramenta, vt patet ex dictis de Sacramento Ordinis; Ergo conſtituti in minoribus gaudere debent priuilegijs cõſtitutorum in ordinibus maioribus, quamquam hi peculiari quadam ratione ſacri dicũtur.

Addo hoc nomen, & hoc priuilegium extendi etiã ad Clericos cõiugatos cap. Vnico de Clerico coniungato in 6. ibi *præſenti declaramus edicto huiuſmodi Clericos coniugatos pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi non poſſe criminaliter, vel ciuiliter ad iudicium ſeculare.*

Hoc tamen intelligendũ eſt primò, modo Clerici nõ ſint bigami bigamia vera, vel interpretatiua, vt in ſimili patet ex dictis de Cenſuris diſp.2.q.4.punc.1.nu.5. Quamquam Iulius Clarus nu. 8. cap. 36. oppoſitum ſentire videatur de bigamo bigamia interpretatiua. Hoc tamen ego reſtringerem ad bigamum minoribus ſolum ordinibus initiatum, nam Clericũ ſacris Ordinib. initiatum arbitror gaudere priuilegio fori, ſicut in Tractatu de Cenſu-

Cenſuris loc. cit. pun. 4. nu. 11. dixi gaudere priuilegio Canonis, nam cap. vnico de bigamis ſermo eſt de bigamo in minoribus ſolum conſtituto.

Secundò intelligitur modò habitum, & tonſuram deferant, & alicuius Eccleſiæ miniſterio ab Epiſcopo deputati ſint iuxta Tridentinum loc. cit. quamquam hoc tẽpore Clerici coniungati non ſolent habitum, & tonſuram deferre, vt cum Fulgoſio obſeruat Iulius Clarus n. 11. & Farinacius de Inquiſit. quæſt. 8. nu. 60. verſic. Limita tertio, conſequenter hoc priuilegio frui non cõſueuerunt.

Tertiò intelligitur modo Clericus coniugatus abſtineat ab armis deferendis, ſicut enim in ſententia aliquorum Clericus non coniugatus, qui ſe negociationib. & armis immiſcet, amittit hoc priuilegium, ita etiam amittere debet coniugatus. Ita Iulius Clarus loc. cit. nu. 10. vbi cum Bertrando teſtatur de cõmuni Farinacius nu. 93. cum Boſsio & alijs. Hoc tamen ego reſtringo ad Clericũ minoribus initiatũ, & ſufficienter admonitum, iuxta tradita de cenſuris quæſt. 4. punc. 4. & iuxta regulas inferius tradendas.

Quartò, nomine Clericorum veniunt initiati prima tonſura, nam collatione primę tonſurę in ſortem & hæreditatem Domini aſſumũtur (Clericus enim ſignificat ſortem, vel hæreditatem) & à laica poteſtate ſubtrahuntur cap. 2. de foro competente cap. Clerici, cap. Cum non ab homine, & cap. Nullus de foro competenti. Hoc tamen intelligendum eſt modò habitu, & tonſura vtantur, & alia præſtant quæ iuxta Tridentinum loco citato requiruntur. Ita communiter DD.

2 Addit Ambroſinus cap. 22. n° 6. cum Deciano tract. crim. lib. 4. c. 8. nu. 17. hoc priuilegium extendi ad eos, qui ſuſcepto habitu nondum verò accepta prima tonſura inſeruiunt Eccleſiæ animo aduolãdi ad ſtatum Clericalem, & hoc verificari putat Ambroſinus in Diœceſi Mediolanenſi, in qua cupiẽs ad ſtatum Clericalem admitti obtenta ab Archiepiſcopo licentia habitus per annum in habitu Clericali incedit antequam prima ei tonſura conferatur. Sed hoc mihi nulla ratione probatur. Tum quia hic non gaudet priuilegio Canonis, ergo neque gaudet priuilegio fori. Tum quia in Tridentino loc. cit. præſcribitur delatio habitus, & tonſuræ, vt Clericus priuilegio fori gaudeat. Tum quia non ſunt propriè perſonæ Eccleſiaſticæ. Ita innuit Reginaldus lib. 9. nu. 355.

3 Addit Iulius Clarus lib. 5. q. 35. nu. 11. hoc priuilegium extendi ad famulos, & ad domeſticos, ac familiares Cardinalium, nã Romæ obſeruari putat cũ Zabarella Clemẽt. Ne Romani de elect. vt Cardinaliũ famuli ad ipſos Cardinales punien di remittantur. Sed cõtrarium hoc tempore ſeruatur, vt à viris fide dignis accepi, & teſtatur Farinacius de inquiſit. q. 8. num. 46. Hoc etiam priuilegium ad duos familiares referendariorum vtriuſque ſignaturæ extendi aſſerunt Doctores ex motu proprio Pauli III. qui incipit Debita conſideratione, & eſt 23. in ordi ne §. 9. folio mihi 648. Verum ſi prędicta bulla ritè perpendatur non eximit illos à laica poteſtate, ſed ab Eccleſiaſticis iudicibus, illosq; Summo Pontifici immediatè ſubijcit.

Digitized by Google

cit. Vide bullam Pauli III. citatã.

Addunt etiam extendi ad famulos, ſiue familiares Epiſcoporum, quamuis ſint merè laici cap. final. de officio Archi. Ita Monteſprellus, Abbas, Boſsius, & Capici⁹ apud Iulium Clarum, Felinus, Burſatus, & alij apud Farinacium num. 46. & apud Ambroſinum c. 22. nu. 13.

4 Quintò, nomine clericorum in hac materia veniunt Religioſi cuiuſcunque ordinis. Ratio eſt tum quia in fauorabilibus appellantur Clerici, vt cũ Auila, Vgolino, Henriquez, & alijs innui de cẽſuris diſp. 5. puncto 1. nu. 11. clerici enim alij dicuntur regulares, alij ſeculares; ſeculares dicuntur non quia ſint laici, & propriè ſeculares cap. Clerici, vel ſecularis 13. q. 2. Sed quia inſtar laicorum propria bona poſsidẽt, & in ſeculo viuunt non facta vllius regulæ profeſsione: Religioſi verò dicuntur, qui regulam profitentur. Tũ quia Gregorius XIV. in ſua conſtitutione, quæ incipit, Cum alias nõnulli, priuilegio libertatis gaudere oſtendit, non ſolum perſonas ſeculares Eccleſiaſticas, verum etiam perſonas cuiuſuis ordinis, vel militiæ etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & Regulares quoquo modo. Hoc priuilegium extenditur nõ ſolum ad profeſſos, verum etiam ad Nouitios, quamuis conuerſi nuncupentur. Ratio eſt tum quia Nouitij dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ. Tũ quia gaudent priuilegijs religioſorum. Ob id in tract. de Sacramentis diſp. 5. q. 7. pun. 5. § 1. num. 18. docui Nouitios in Religione abſolui poſſe à Cẽſuris reſeruatis, à quibus abſolui poſſunt profeſsi. Ita Decianus loco cit. c. 9. nu. 24. Farinacius loco cit. nu. 46. Ambroſinus c. 22. nu. 11. Azor. tomo 1. lib. 12. c. 3. quæſito 2. Rodriquez quęſtionum regularium q. 51. art. 12. tom. 3. Secus dicẽdum, eſt de laico, qui ſe, ſuaquè bona alicui Monaſterio non mutato habitu mancipauit, & poſtea delictum cõmiſit, hic enim non venit nomine religioſi. Ita Aufrerius deciſ. 8. Iulius Clarus lib. 5. quæſt. 35. nu. 12. & alij.

Rurſus hoc priuilegium non ſolum extenditur ad veros religioſos, verum etiam ad Moniales profeſſas, vel Nouitias, licet conuerſas, nã hæ gaudent priuilegio religioſorũ, vt patet ex dictis de Cenſuris diſp. 2. quæſt. 4. pun. 1. vbi locutus etiam ſum de Heremitis, & Equitibus.

5 Maior difficultas eſt primo vtrũ Nouitius poſtquam religionẽ deſeruit non habens beneficium, aut ſacros ordines, iudicari, & puniri poſsit à laica poteſtate ob delictũ tempore nouitiatus perpatratum.

Molina tomo 4. tract. 3. diſp. 49. nu. 24. Nauar. titulo de regularibus lib. 3. conſil. 58. Ambroſinus loco cit. num. 11. Farinacius loco citato verſic. Amplia 16. & alij putant puniri, & iudicari poſſe, etiamſi delictum in Monaſterio nouitiatus tempore commiſerit, modò Prælatus nõ inceperit cognoſcere de eo delicto, vel ſi incepit cognoſcere non curet de iuriſdictione à ſe præuenta.

Sed oppoſitum mihi probabilius videtur. Ratio eſt tum quia ad cognoſcendum cui foro quis ſubiciatur, inſpiciẽdum eſt delicti tempus, & ſtatus, in quo tempore delicti reperiebatur, ex Baldo in l. affinitatis. C. comm. de ſucceſſ. ſed hic tẽpore delicti erat nouitius, & conſequenter immunis à laica poteſtate; ergo remanet immunis à laica po-

teſtate

Digitized by Google

teſtate ob delictum in nouitiatu cō miſſum. Tum quia qui tempore clericatus delictum commiſit non poteſt relicto clericatu ob illud delictum à laico puniri, vt in Conſilio Neapolitano iudicatum fuiſſe, refert Grammat. deciſ. 10. num. 3. de clerico beneficiario, qui clericali ſtatu derelicto vxorē duxerat. Idē docet Sayrus in Claui Reg. lib. 12. c. 7. nu. 9. Clarus q. 36. verſ. Sed hic quæro, Farinacius loco cit. num. *66.* Abbas cap. vnico de obligat. ad ratiocin. ergo neque nouitius puniri poteſt à laico.

Neq; hinc ſequitur delictum remanere impunitum, quia poteſt à Prçlato, vel à Summo Pontifice, qui omnium religioſorum caput eſt, puniri.

6 Secunda difficultas eſt an religioſus, qui patrato delicto religionis habitum aſſumpſit, gaudeat priuilegio fori.

Reſpondeo nō gaudere quoties ad religionem admittitur non adhibita à ſuperioribus inquiſitione, quam Sixtus V. præſcripſit, an videlicet aliquod delictum commiſerit, an ære alieno teneatur, &c. Ratio eſt tum quia peculiariter decernitur in bulla Sixti V. quæ eſt 71. in ordine, & incipit Cum de omnibus, & in caſibus particularibus conſulenda erit. Tum quia præſumitur habitum in fraudem ſuſcepiſſe, vt in ſimili docui de Clerico. Vide Molinam loco citato, & Farinacium nu. 104.

§. III.

An Clerici iudicari poſſint à laica poteſtate interueniente conſuetudine, vel priuilegio Summi Pontificis, vel conſenſu ipſorum Clericorum.

1 *Laici non poſſunt per conſuetudinem acquirere iuriſdictionem in Clericos etiamſi conſuetudo ſit immemorabilis.*

2 *Laici poſſunt ex priuilegio Summi Pōtificis iuriſdictionem in Clericos acquirere.*

3 *Hoc priuilegium reuocari poteſt.*

4 *Laici non poſſunt iuriſdictionem in Clericos acquirere, quamuis Clerici, vel Epiſcopi conſentiant.*

5 *Clerici poſſunt laicum tanquam arbitrum eligere in cauſa temporali.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 NOn poteſt induci conſuetudo, qua Clerici à laica poteſtate iudicari, vel puniri poſsint. Ratio eſt tum quia ex communi, & vera ſententia contra Couar. pract. quæſt. cap. 31. quem ſequitur Farinatius tit. de Inquiſit. quæſt. 8. nu. 2. & alij apud Salas de Legibus diſp. 14. ſect. 12. Clerici iure diuino exēpti ſunt à laica poteſtate; ſed non poteſt introduci conſuetudo contra ius diuinū, vt patet ex ſupra dictis de conſuetudine diſp. 1. quæſtio. 1. pun. vltimo, §. 3. Tum quia non poteſt introduci conſuetudo tanquā legitima, quæ in lege reprobatur, niſi adſit aliquis legitimi ſuperioris conſenſus; conſuetudo autem

iudicandi Clericos per laicam poteſtatem reprobatur à Iure c. Clerici de iudicijs, & in bulla Cœnæ Domini, & patet ex ſupra dictis de conſuetudine loco citato num. 36. & 37. cum Becano, Couar. & alijs. Idem tenet Rota Romana de conſuetudine deciſ. 10. quæ in antiquis eſt 839. & 840. Couar. pract. quæſtionum cap. 31. Farinatius tit. de Inquiſit. quæſt. 8. nu. 3. Iulius Clarus in pract. § fin. quæſt. 36. Ambroſinus de immunit. Eccleſiæ cap. 16. nu. 8. Leſsius lib. 2. c. 33. dub. 5. nu. 39. Reginaldus lib. 19. nu. 67. Baldus cap. Clerici de iudicijs ad finem, Panormitanus, & Decius ibidē, Azorius prima parte lib. 5. c. 12. poſt primũ quæſitum verſ. Sed dubitari poſſet, vbi quamplures DD. in hanc ſententiam congerit, plures etiam accumulat Farinatius loco cit. verſic. Amplia ſecundo, vbi cum Couarr. & Claro ſuſtinet conſuetudinē nõ poſſe in totum, & generaliter Clericorũ exemptioni præiudicare, poſſe verò in caſibus particularibus, & ex rationabili cauſa, Ambroſinus loco citato, & ego alios in ſimili adduxi de Præſcriptione diſp. 1. de Contractibus quæſt. vltima, pun. 2. §. 2. num. 6. & ſupra de immunitate diſp. 3.

Addo cum Azorio loco citato ex cap. Nouerit de ſentētia excommunicationis, eos ipſo facto excõmunicari, qui conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticarũ perſonarum ſeruari faciũt, vel ſeruare præſumunt. Conſule cap. Nouerit citatum. Idem Azor. cap. 14. quæſito 5. ad finem, & quæſito 6 ad finē, & Rota deciſ. 839. in antiquis putant hoc procedere etiamſi extet conſuetudo immemorabilis in contrarium, nam conſuetudo, cuius initium non extat confert quidem ius ei, qui capax eſt cap. 1. de præſcript. in 6. non verò ei, qui capax non eſt. Sed contra Azorium obſtare videntur ea, quæ in ſimili inferius docui de Decimis cum Suarez, Couar. & alijs, dum oſtenderem in conſuetudine immemorabili pręſumi priuilegium: laici autem non videntur incapaces priuilegij, & facultatis delegatę ad iudicia de Eccleſiaſticis ferenda de conſenſu Summi Põtificis, vt patebit ex dicendis. Nobiſcum ſenſit Aufrerius Clement 1. quæſt. 4. de officio Ordinarij nu. 13. & ſequent. Alexander lib. 1. cõſil. 6. & Ambroſinus c. 18. nu. 9. & quamplures alij apud Salas de legib. diſ. 14. ſect. 12. Non nego tamen quin hæc conſuetudo tolli, & abrogari poſsit à Summo Põtifice, vel etiam ſublata ſit in bulla Cœnæ, excommunicatione decimaquinta.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 Laica poteſtas poteſt iudicare, & punire Clericos de conſenſu, & poteſtate Summi Pontificis. Ratio eſt tum quia hæc poteſtas delegabilis eſt, & ſicut fęminis facultatem ferendi leges à Summo Pontifice de poteſtate ipſius abſoluta delegari poſſe docui de legib. pun. 3. num. 3. ita etiam laicis cauſas Clericorum à Sede Apoſtolica delegari poſſe dicendum eſt. Ita Farinatius de Inquiſit. quæſt. 8. nu. 4. Salas de legib. diſp. 14. ſec. 9. Vaſquez 1. 2. diſp. 167. cap. vltimo. innuit Leſsius lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 39. Decianus tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 66. Ambroſinus de immunit. c. 18. n. 8. Iulius Clarus lib. 5. ſententia-

tia-

Digitized by Google

tiarum. §. fin. q. 41. num. 7. vbi relata Gloſſa, & Beroo teſtatur hanc eſſe totius orbis praxim.

An verò Clerici à laica poteſtate iudicari poſsint de cõſenſu Epiſcopi ſaltem in ciuilibus, conſtat ex ſupra dictis non poſſe, contra Clauem Regiam loco citato Farinatium loco cit. n. 4 ad finem, Decianum in tract crimin. lib. 4. c. 9 nu. 70. & alios, quorum ſententiã non cenſeo improbabilem in ciuilibus.

3 Quæres an huiuſmodi priuilegium reuocari poſsit.

Reſpondetur affirmatiuè. Ratio eſt tũ quia res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur. Tum quia iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicandi facultatem dederat cap. Sugeſtum de decimis. Tum q̃a licet priuilegiũ cõceſſum non ſubdito, aut per modũ contractus (cenſetur autem conceſſum per modũ contractus, quando conceſſum fuit ex aliqua cauſa, quæ fuit adimpleta ex parte illius, cui datum fuerat priuilegium, vt docet Ambroſinus de immunit. c. 18. nu. 14 Antonius Gabriel cõmunium opin. lib. 3. tit. de iure quæſito non tollen. cõcluſ. 6. & alij) reuocari non poſsit abſque iuſta, & legitima cauſa, vt ſuperius docui de priuilegijs: nihilominus ſi priuilegium nimiũ præiudicium afferre incipiat, aut priuilegiarius illo abutatur, aut priuilegium iuriſdictionem concernat, reuocari poſſe negandum non eſt, vt benè docet Antonius Gabriel loco cit. nu. 22 Ambroſinus nu. 15. & alij, quos ſupra retuli de priuilegijs ſub finem. Tum quia Gregorius XIV. in ſua conſtitutione ſuper immunitate Eccleſiarum, quæ incipit Cum alias, quam ego ſuperius retuli de immunitate, reuocat omnia huiuſmodi priuilegia etiam in vim contractus conceſſa; ergo huiuſmodi priuilegium reuocari poteſt.

TERTIA PROPOSITIO.

4 Laica poteſtas non poteſt iudicare, vel punire Clericos etiamſi Clerici conſentiant, ſeque poteſtati laicæ iudicandos ſubijciant. Ratio eſt tum quia ſic decernitur in cap. Diligenti de foro competẽte. Tum quia priuilegium exemptionis à laica poteſtate non eſt cõceſſum ſecularibus perſonis, ſed ſtatui Clericorum: nullus autẽ cedere poteſt priuilegio communitati conceſſo cap. Si diligenti de foro competenti citato. Ita multis DD. citatis ſupra docui de priuilegijs, & de Cenſuris diſp. 2. q. 4. pun. 2. nu. 1. cum Auila, Sayro, Suarez, & præter DD ibi citatos idem expreſſè docet Capicius deciſ. 126. Farinatius tit. de Inquiſit. q. 8. num. 10. vbi refert Cæpollam, Sigiſmondũ, Scaciam, Boerium, & alios, Ambroſinus, de immunit. c. 16. n. 12. Sotus 5. de Iuſtitia q. 4. art. 1. Salon. 2. 2. q. 67. art. 1. controuer. 2. Clauis Regia lib. 12. c. 7. nu. 10. & alij cõmuniter.

Amplia hoc procedere etiamſi hoc faciat de conſenſu Epiſcopi, cum enim Epiſcopus non poſsit iuri communi derogare, ſequitur Clericum non poſſe in laicum Iudicem conſentire, etiamſi conſentiat de conſenſu Epiſcopi. Ita Farinatius de inquiſit. quæſt. 8. nu. 13. Sigiſmondus Scacia de iudicijs cauſarũ crimin. cap. 11. nu. 38. Ambroſinus de immunit. cap. 16. nu. 11.

5 Non nego tamen quin Clerici poſsint ſecularem iudicem tanquã arbi-

arbitrum eligere in cauſa ciuili, & temporali, in qua illi parere teneantur, hoc enim nulla lege prohibitũ eſt. Ita Salonius, & Clauis Regia locis citatis. In cauſa verò ſpirituali laicus non ſolum non poteſt eſſe iudex, verum neq; arbiter cap. Contingit extra de iudicijs. Ita Farinatius de inquiſit. quæſt. 8. nu. 24. vbi teſtatur de communi.

§. IV.

Vtrum in iure extent aliqui caſus, in quibus Clerici foro ſeculari, & laico ſubijciantur.

1 *Primus caſus, in quo Clericus poteſtati laicæ ſubiciatur eſt degradatio.*
2 *Secundus eſt bigamia.*
3 *Tertius eſt ſuſceptio habitus Clericalis in fraudem.*
4 *Quartus eſt cauſa feudi.*
5 *Quintus eſt cauſa reconuentionis, in ciuilibus tantum, & modo reconuentio fiat in continenti.*
6 *Sextus eſt iuxta nonnullos Doctores, dum Clericus enormitatibus ſe immiſcet.*
7 *Septimus dum Clericus effectus eſt incorrigibilis, quamquam ſola incorrigibilitas per ſe loquendo non ſufficit. Sed adhuc requiritur vt Clericus incorrigibilis brachio ſeculari tradatur.*
8 *Quibus in caſibus Clericus incorrigibilis ammittat priuilegium etiamſi brachio ſeculari non tradatur.*
9 *Quando nam Clericus fori priuilegium ammittat ex decreto Tridentini.*
10 *An circa fori priuilegium ſit aliqua differentia inter Clericum habentẽ beneficium, & inter non habentẽ.*
11 *Clericus, cui reſeruata eſt penſio tãquam Clerico, non gaudet priuilegio fori, dum habitum, et tonſuram non defert. Secus ſi habet præſtimonium, vel aliud, quod in titulum dari ſoleat.*
12 *Qui beneficij collationem obtinuit gaudet priuilegio fori, etiamſi nondum obtinuerit poſſeſſionem, licet aliqui oppoſitum ſentiant.*
13 *Vt Clericus fori priuilegio gaudeat, debet vt plurimum Eccleſiæ inſeruire non autem raro.*
14 *Qui conſuetudinem habet dimittendi habitum ita vt publicè laicus exiſtimetur, ammittit priuilegium fori, ſecus ſi aliquoties dimittat, & Clericus adhuc exiſtimetur.*
15 *Clericus minoribus initiatus ſi habitũ, & tonſuram non deferat, ammittit priuilegium abſque alia monitione ſi vero beneficiũ habeat, aut ſacris ordinibus initiatus ſit, non ammittit priuilegium niſi ter ſpecialiter admoneatur vt habitum Clericalem deferat.*
16 *Clericus qui ob impotentiam, vel ob aliã iuſtam cauſam Clericalem habitũ non defert, non amittit priuilegium fori.*
17 *Quinam ſit habitus Clericalis.*
18 *Si controuertatur an habitu ſit Clericalis, vel an aliquis ſit Clericus, cognitio pertinet ad prælatum Eccleſiaſticum, & interim laicus iudex ſuperſedere debet ab actibus iudicialibus.*
19 *Clericus qui in re aliqua in Tridentino præſcripta deficit, ob idque foro laicale ſubijcitur, nõ ſolum à iudice laico verum etiam ab Eccleſiaſtico iudicari poteſt.*
20 *Qui priuilegium fori ammittit, non propterea ammittit priuilegium ca-* nonis

nonis, niſi ſit bigamus, vel niſi ſit coniugatus, ſimulque habitum, & tonſuram non deferat, aut niſi habitum omnino dimiſerit.

VNICA PROPOSITIO.

MVlti dantur caſus, in quibus Clerici criminoſi priuilegio fori priuantur, & à laica poteſtate iudicantur.

1 Primus eſt cum Clericus fuerit degradatus, ſeu depoſitus realiter, tunc enim traditur brachio ſeculari iudicandus, & puniẽdus cap. Degradatio de pœnis in 6. & per degradationem omnia Clericorum priuilegia ammittit. Ita communiter DD. quos citat, & ſequitur Iulius Clarus lib. 5. §. fin. quæſt. 36. nu. 35. Ambroſinus de immunit. cap. 17. nu. 7. Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 49. & 54. nu. 10. Farinacius de inquiſit. quæſt. 8. n. 71. Clauis Regia, & alij locis cit.

2 Secundus eſt cum Clericus eſt bigamus, quando ſcilicet duxit viduam, aut quando mortua prima quam virginem duxerat, ducit aliã; Clericus enim bigamus bigamia vera, vel interpretatiua omnia Clericorum priuilegia amittit cap. Vnico de bigamis in 6. In dubio autem an vxor eſſet virgo, præſumitur virgo, vt benè Antonius, Gomez 3. var. c. 10. nu. 4. & Farinacius loc. cit. nu. 8.

3 Tertius eſt cum Clericus Clericalem habitum ſuſcepit in fraudẽ, vt ſeculare iudicium effugeret, iuxta ſupra dicta.

4 Quartus caſus eſt in cauſa fœudi, nam vaſallus quamuis Clericus in ijs, quæ pertinent ad fęudum ſubijcitur Domino fœudi quamuis ſeculari cap. Verum de foro competente, & cap. Cæterum de iudicijs, ſiuè agatur petitorio de proprietate ipſius fœudi, ſiuè poſſeſſorio de ſola poſſeſsione fœudi, nã in cauſa fœudi nõ ſubijcit iudicio Dñi fœudi tanquam perſona Eccleſiaſtica, ſed tanquam Princeps, Dux, Marchio, vel Comes à Domino directo conſtitutus. Hæc eſt communior opinio Canoniſtarũ teſte Iulio Claro lib. 4. §. Fœudum quæſt. 90. nu. 8. quã ſequitur 5. Antoninus 3. parte tit. 9. cap. 2. §. 3. Toletus lib. 5. cap. 56. Sylueſter verbo Iudex 1. quæſito 2. Sayrus in Claui Regia lib. 12. ca. 8. nu. 9. Reginaldus lib. 9. nu. 351. Farinacius de inquiſit. quæſt. 8. nu. 22. verſ. Limita primo, Menoch. de retinenda poſſeſ. remedio 3. n. 396. & ſequitur Surdus lib. 3. conſ. 396. Ambroſinus cap. 20. nu. 56. & alij contra nonnullos alios, quorũ opinionem putat eſſe communẽ Guido Papa deciſ. 139.

Ex quo licet inferre Clericum teneri ſtare iuramẽto fidelitatis pręſtito Dño directo fœudi, & Abbas cap. Nimis de iureiurando, Baldus, & alij apud Ambroſinum num. 57. Hæc tamen intellige ſolum in cauſa fœudi, nam ſi Clericus aliquod delictum committat non poteſt iudicari, vel puniri ab ipſo Domino fœudi laico, nam in materia odioſa vtpotè cõtra libertatem Eccleſiaſticam nõ eſt facienda extenſio. Ita Abbas, & alij apud Farinaciũ loco cit. nu. 22. ſub finem.

5 Quintus caſus eſt in cauſa reconuentionis, nam ſi Clericus in ciuilibus conueniat laicum corã iudice laico, poterit laicus conuentus reconuenire Clericum in materia ciuili coram eodem iudice, dũ arbitratur ſe aliquam actionẽ contra

tra Clericum in cauſa ciuili habere cap. 1. & 2. de mutuis petitionibus, & cap. Accuſatores verſ. Cuius in agendo. Ita communior DD. opinio, quam ſequitur Farinacius de inquiſit. q. 8. nu. 99. Decianus tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 17. Surdus lib. 3. conſilio 396. nu. 6. Ambroſinus c. 20. nu. 35. Clauis Regia loc. cit. Reginaldus lib. 9. nu. 351. Graffius lib. 4. deciſ. cap. 18. nu. 114. Ratio eſt quia neceſſe eſt hanc actionem laico conuento cōcedere, vt ius ſuum commodius contra Clericum tueri poſsit, ne lites multiplicentur.

Amplia etiamſi Clericus deſiſtere velit ab actione contra laicum inchoata adhuc enim videtur laico competere facultas proſequendæ litis contra Clericum, cum illius proſequendæ ius per reconuentionem acquiſierit.

Ex quo ſequitur laicum teneri ſtare ſententiæ contra ſe latę ab eo iudice, cum per reconuentionē effectus ſit ipſi in hac parte ſubditus. Ita Clauis Regia, & alij.

Limitant tamen cōmuniter DD. primo, modò reconuentio fiat incontinenti in principio litis, vel ſtatim poſt conteſtationem litis, cum enim cauſæ conuentionis, & reconuentionis ſimul tractandæ ſint neceſſe eſt reconuētionem fieri ante litis conteſtationem, vel in ipſa cōteſtatione, vel ſtatim poſt litis cōteſtationem. Vide DD. citatos.

Limita ſecundò in cauſa ciuili, ſicut enim Clericus non poteſt laicum in cauſa criminali conuenire iuxta dicta de irregularitate, ita neque poteſt à laico in cauſa criminali reconueniri, cap. Neganda 2. quæſt. 2. Ita Reginaldus lib. 9. n. 352. Farinacius num. 100. & alij DD. citati.

Limita tertiò in cauſa reconuentionis, non verò in executione ſententiæ, quamuis enim Clericus poſſit à laico reconueniri, nihilominus ſecuta ſententia nō poterit à laico iudice cogi ad ſoluēdū, quia coactio ſupponit iuriſdictionem; iudex autem laicus non habet iuriſdictionem in Clericum pręciſa occaſione reconuentionis. Ita Reginaldus, Graffius, & alij locis cit.

6 Sextus caſus eſt cum Clericus enormitatib. ſe immiſcet iuxta ſententiam plurimorum DD. ſed hunc caſum ſic abſolutè intellectū ſuperius reiecimus in prima illatione.

7 Septimus caſus eſt dū Clericus effectus eſt incorrigibilis.

Sed modò dubium eſt an Clericus incorrigibilis amittat priuilegium fori abſque alia declaratione vel diſpoſitione.

Reſpondeo negatiuè regulariter loquendo. Ratio eſt tum quia nullo iure ſufficienter probatur ſola incorrigibilitate priuilegiū Clericale amitti. Tum quia cap. Cum non ab homine præſcribitur Clericum deprehenſum in furto, homicidio, periurio, aut ſimili crimine deponendū eſſe, deindè ſi poſt depoſitionem adhuc incorrigibilis ſit excommunicandum eſſe, & creſcēte contumacia anathematizandū, id eſt ſolemniter, & cum cæremonijs, quas adhiberi in ferendo anathemate docui de cenſuris; quod ſi adhuc incorrigibilis ſit Panormitanus, Scacia, Boſsius, & alij, quos citat, & ſequitur Farinacius loc. cit. nu. 51. verſ. Secunda ſit concluſio putant ipſo facto priuari priuilegio Clericali, quia inquiunt ipſi cap. Cum non ab homine dicitur, poſtquam

quam facta fuerint hæc omnia cō-primendum eſſe per poteſtatē ſecularem, cum Eccleſia non habeat vltra quid faciat.

Sed mihi dicendum videtur requiri adhuc ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, qui huiuſmodi Clericū brachio ſeculari tradat. Ratio eſt tum quia in cap. Cum nō ab homine cit. non dicitur iudicem ſecularem poſſe ſua auctoritate huiuſmodi Clericum ad ſuum tribunal trahere, ſed potius iudicem Eccleſiaſticum poſtquam depoſuit, excommunicauit, & anathematizauit Clericum incorrigibilē debere illū per iudicem ſecularē comprimere. Tum quia cap. Vt famæ habetur nō poſſe Clericum incorrigibilē à laico comprehendi, niſi de mandato Prælati Eccleſiaſtici; ergo iudex laicus non poteſt quicquam in Clericum incorrigibilem niſi de mandato iudicis Eccleſiaſtici; ergo Clericus incorrigibilis nō amittit priuilegium ipſo iure. Ita Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 1. n. 9. Coninchus diſp. 14. dub. 15. nu. 159. & alij apud Farinacium quæſt. 8. cit. nu. 51. & apud Ambroſinum cap. 17. nu. 28. contra Nauar cap. 27. nu. 79. Panormit. & alios DD. citatos.

Neque obſtat cap. Perpendimus de ſententia excommunicationis, cum non ſit ibi ſermo de priuilegio fori, ſed Canonis.

8 Dixi regulariter loquendo, vt exciperem primò caſum expreſſum cap. Vnico de vita, & honeſtate Clericorum in 6. vbi habetur Clericos ioculatores, hiſtriones, & ſcurras (ideſt q mimū agunt) ſi per annum artē illā ignominioſam exercuerint, aut ſi tempore breuiori, & tertiò moniti non reſipuerint ipſo iure priuari priuilegio Clericali. Ita Farinacius de inquiſit. crim. q. 8. nu. 97. Suarez loc. cit. nu. 15. Decianus lib. 4. cap. 9. nu. 86. Reginaldus lib. 19. nu. 70. Molina tract. 3. diſp. 49. n. 20. Coninchus nu. 162. & alij apud Farinacium loc. cit & apud Ambroſinum cap. 18. nu. 24. & 25. licet ipſe Ambroſinus loc. cit. cum Ioanne Monacho, & alijs putet diſpoſitionem capitis vnici citati procedere ſolum in Clerico minoribus ordinibus, non verò maioribus inſignito, cū in Clerico maioribus ordinibus decorato requiratur degradatio antequam à laica poteſtate puniatur. Verum caput citatum abſolutè loquitur, & vbi ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Ita Decianus nu. 86. Farinacius nu. 97.

Obſerua tamen cum Ambroſino nu. 27. Diez, Lopez, & alijs annum de quo ſermo eſt in cap. Vnico cit. debere eſſe continuum, & non ſufficere plures menſes diuerſorū annorum, qui ſimul vniti integrū annum conſtituant. Tum quia in dubio, tempus à lege præfixum continuum eſſe debet, Gloſſa de diuerſ. & temp. præſcrip. Tum quia verſamur in materia odioſa vtpotè contraria libertati Eccleſiaſticæ, & cōſequenter non extendenda.

Obſerua etiam huiuſmodi Clericum poſſe priuilegium recuperare per diſpenſationē Epiſcopi poſtquam hanc artem deſeruit, eamq; pœnituit exercuiſſe, vt in ſimili docui de cenſuris.

Obſerua denique Clericum poteſtati laicæ non ſubiacere ſi abſoluatur antequam à laico ob exercitium iſtius artis iudicetur, & ſufficienter puniatur iuxta ſupra dicta.

Ita

Ita Ambroſinus loc. cit. Decianus lib.4.crim.cap.9.nu.86.& alij.

Secundò nonnulli DD. excipiūt etiam Clericum negotia ſecularia exercentem, ſi ter monitus non deſiſtat. Ita Farinacius n.93. Ambroſinus nu.23.& alij per ipſos allegati, ſed falluntur quia in cap. vltimo de vita, & honeſtate Clericorum non agitur de amiſsione priuilegij quoad perſonas, ſed quoad res, vt docui de cenſuris loc. cit. punc.4. nu. 7.cum Molina,& alijs,& idem tenet Suarez loc.cit.nu.17. & Coninchus nu. 161. Clericus igitur negotia ſecularia exercens non amittit ipſo facto priuilegiū Clericale quoad perſonam etiam poſt tertiam monitionem.

Tertiò excipiunt Clericum agētem publicè lanionem, aut cauponem Clement.1.de vita,& honeſtate Clericorum. Obſerua tamen in dicta Clementina ſermonem tantummodo eſſe de Clerico coniugato, aut de non coniugato, qui non gerit habitū,& tonſuram. Quáobrem Clericus coniugatus, qui per ſe ipſum cauponis, vel macellarij officium exercet ſi ter monitus non deſiſtat, aut ſi præmiſſa monitione deſtitit, ſed idem officium poſteà reſumit, priuatur omni priuilegio Clericali: Si verò Clericus nō cōiugatus habitum, & tonſuram deferens hoc officium exerceat non amittit priuilegiū Clericale quoad perſonam, ſed ſolū quoad res ſuas. Ita Coninchus nu. 161. Molina, & alij, quos retuli de cenſuris loc.cit. nu.9. Decianus, Ambroſinus, Iulius Clarus, & Farinacius locis citatis. Quamquā Molina tract.3. diſp. 49. nu. 20. ſibi contrarius videatur.

Quartò excipiunt crimen aſſaſſinij, nam Marſilius, Grammaticus, & alij apud Ambroſinum cap. 17. num. 5. & apud Farinatium de inquiſit. quæſt.8.nu.82. putant clericū ob aſſaſsinij crimen amittere priuilegium fori. Ratio eſt quia cap. 1.de homicidio in 6. habetur pœna excommunicationis, depoſitionis à dignitate, ordine, officio,& beneficio ipſo facto contra eos, qui aliquem occidi faciūt per aſſaſsinos, aut eos recipiunt, vel occultāt, vel defendunt, etiamſi mors ſecuta nō fuerit. Verum hic caſus hoc tempore ad praxim reuocari non poteſt, quia non amplius extant aſſaſſini, de quibus ſermo eſt in præcitato capite; Quamuis enim hoc tempore nomine aſſaſsinorum veniāt, qui pretio aliquem occidunt, aut occidi mandant, vt ſuperius explicaui de immunitate Eccleſiaſtica, nihilominus iure antiquo aſſaſsini ſolummodo dicebātur quidam infideles, qui Chriſtianos pretio conducti occidebant, vt multis DD. citatis oſtendit Molina diſp.25.nu.2. contra nōnullos alios, quos ſequitur Farinatius nu.83. Verum quidquid ſit de nomine aſſaſsini, ſaltem arbitror Clericum aſſaſsinij reum non ſubijci poteſtati ſeculari, niſi poſt ſententiam criminis declaratoriam. Ratio eſt tum quia depoſitio requirit aliquam actionem, reus autem non tenetur ante declarationem ſubire pœnam, quæ ad ſui executionem actionem hominis requirit. Tum quia quamdiù retinet beneficium gaudet priuilegio fori, vt colligitur ex Tridentino ſeſſ. 23. cap. 6. ſed retinet officium, & beneficium ſaltem donec declaretur reus aſſaſsinij, cum non teneatur ſpontè ſe beneficio abdicare, vt pa

tet

tet ex dictis de legibus, ergo gaudet priuilegio, donec declaretur reus aſſaſsinij. Ita præter DD. citatos de legibus, Farinacius de inquiſit. quæſt. 8. num. 85. Ambroſinus c. 17. nu. 10. Clarus lib. 5. ſentẽtiarum quæſt. 36. num. 31. Couar. Capicius, & alij apud præcit. DD. contra nõnullos alios negantes declarationem requiri.

Sed modò difficultas eſt, à quo ferenda ſit ſententia criminis declaratoria.

Reſpondeo ferendã eſſe ab Eccleſiaſtico Iudice: cum enim Clericus reus aſſaſsinij gaudeat priuilegijs fori ſaltem donec declaretur reus aſſaſsinij, neceſſario fatẽdum videtur ſententiam criminis declaratoriam ferẽdam eſſe ab Eccleſiaſtico iudice, vt patebit ex rationibus ſtatim adducendis. Ita Iulius Clarus quæſt. 36. nu. 31. & alij apud Ambroſinum cap. 17. n. 11. & apud Farinacium de inquiſit. q. 8. nu. 85. quibus adhæret, Molina to. 4 tract. 3. diſp. 49. num. 5. vbi optimè docet ſententiam ferendam eſſe à iudice Eccleſiaſtico, non verò à laico, dũ quæritur an talis Clericus inter eos connumerandus ſit, qui priuilegio fori non gaudent; vocato tamen, & audito iudice, & alijs, qui eum priuilegio fori non frui contendũt. Ratio eſt tum quia ſic decernitur cap. Si iudex de ſententia excommunicationis lib. 6. Tum quia aliquem exemptum eſſe res eſt ſpiritualis; res autem ſpiritualis ad Eccleſiaſticum iudicem ſpectat. Tum quia quando naſcitur inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem diſſenſio, ad quẽ ipſorum iuriſdictio pertineat, definitio pertinet ad Eccleſiaſticum Iudicem ob maiorem ipſius auctoritatem cap. Si iudex cit. vt cum communi DD. ſententia tradit Couar. loco cit. cap. 33. nu. 1. cõtra Clarum q. 36. num. 31.

9 Octauus, & vltimus caſus, in quo Clericus fori priuilegium amittit habetur in Tridentino ſeſſ. 23. c. 6. de reformatione, vbi decernitur clericum prima tonſura, aut etiam minoribus ordinibus initiatum, priuilegio fori nõ gaudere, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi ſeruiat, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua Schola, vel Vniuerſitate de licẽtia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur.

Obſerua tamen primo alicubi receptũ eſſe, vt clericus prima tonſura initiatus à laica poteſtate non puniatur, vel capiatur, etiamſi de licentia Epiſcopi non degat in Seminario, vel in aliqua Schola, &c. Hanc conſuetudinem vbi legitimè recepta, & præſcripta eſt, ſeruandã eſſe cenſeo. Tum quia vergit in fauorem libertatis Eccleſiaſticæ. Tũ quia hęc exemptio potuit legitimo tempore præſcribi contra laicos. Tum quia non videtur illi derogatum per Tridentini decretum, cum huiuſmodi conſuetudinis nulla habeatur mentio in Tridentino.

Obſerua ſecundo alicubi factam eſſe conuentionem, & concordiam circa iuriſdictionem de cõſenſu Sedis Apoſtolicæ, & hanc conuentionem ſeruãdam cenſeo, nam Summus Pontifex poteſt iuriſdictionẽ delegare.

Verum cum occaſione huius decreti plures emergãt difficultates, eas hic breuiter conabor explicare

10 Pri-

10 Prima difficultas eſt vtrum ſit aliqua differentia inter Clericum habentem beneficium, & eum, qui inſeruit Eccleſię, aut degit in Seminario, aut verſatur in aliqua Vniuerſitate de licentia Epiſcopi.

Reſpondeo affirmatiuè, nam Clericus habens beneficiũ gaudet priuilegio fori, etiamſi habitũ, & tonſuram non deferat; Tridentinum enim disiunctiuè loquitur per particulam, aut. Ita Iulius Clarus lib. 5. ſententiarum q. 36. num. 19. Leſsius lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 38. Gutierez lib. 1. pract. quęſtionum quęſt. 7. Riccius in ſua praxi deciſ. 607. vbi plures alios DD. refert, Rodriquez prima parte cap. 155. concluſ. 2. Auguſtinus Barboſa in Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 6. & alij, quamuis Ambroſinus cap. 17. num. 13. & Suarez de Cenſuris diſp. 22. ſect. 1. num. 11. contrarium innuant; Clericus verò qui non habet beneficium non gaudet hoc priuilegio, niſi deferat habitum & tonſuram, ſimulquè inſeruiat alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi, hęc enim copulatiuè pręſcribuntur. Quamobrem ſimul cum habitu & tonſura requiritur, vt Clericus inſeruiat alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi, vel ſaltem cõmoretur in Seminario Clericorum, vel in aliqua Schola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines.

An autem licentia, ſeu mandatũ Epiſcopi, de quo loquitur Tridentinum, debeat eſſe expreſſum. Menochius de præſumpt. lib. 6. quæſt. 76. nu. 41. putat requiri expreſſum. Sed quid nobis ſentiendum ſit cõſtat ex dictis de matrimonio quęſt. 2. punc. 8. num. 11. cum Rebello, & alijs.

11 Secunda difficultas eſt vtrum Clericus, cui reſeruata fuit penſio, vt Clerico, gaudeat priuilegio fori, dum habitum, & tonſuram non defert. Ratio dubitandi eſt quia beneficiarius gaudet, ergo etiam gaudet penſionarius, cum pẽſio ſit veluti beneficium, & obligationem inducat recitandi officium.

Reſpondeo huiuſmodi Clericũ nõ gaudere priuilegio fori, niſi habitum, & tonſuram deferat; nã Clericus tonſura, vel minoribus initiatus non gaudet priuilegio fori, niſi habitum Clericalem cum tonſura deferat, excepto Clerico habente beneficium, vt colligitur ex Tridentino loc. cit. penſio autem non eſt propriè beneficium. Ita Sacrã Cardinalium Congregationẽ ſenſiſſe teſtatur Ioannes Gallemartius, & Petrus Marzilla ſeſſ. 23. Garzias de beneficijs 1. parte cap. 5. n. 70. Ganzalez ad reg. 8. Cancel. Gloſ. 5. §. 5. nu. 6. Auguſtinus Barboſa ſeſſ. 23. cap. 6. nu. 4. & alij.

Ad rationem dubitandi patet reſponſio ex dictis. Secus dicendũ eſt de beneficio, quamuis modici valoris, aut de Præſtimonio, quod dari ſoleat in titulum, aut de alio, quod beneficium propriè nuncupetur. Ita Riccius deciſ. 388. & alij communiter; cum enim hæc veniãt nomine beneficij, par eſt vt beneficij priuilegium pariant. Idem tradit Barboſa in remiſ. ſeſſ. 23. cap. 6. num. 18.

12 Tertia difficultas eſt vtrum qui beneficij collationẽ obtinuit, nõdum verò adeptus eſt illius poſſeſsionem, fruatur priuilegio iuxta Tridentini decretum. Farinacius de inquiſit. quęſt. 8. n. 70. Menochius tom. 3. conſilio 350. Maſchardus cõ-

cluſ.

Digitized by Google

cluſ. 392. Iulius Clarus loc. cit. & alij apud Farinacium putāt nō gaudere. Ratio eſt quia non dicitur propriè beneficiarius, nec tenetur ad onera beneficij, iuxta ſententia nōnullorum DD. quos retuli de horis canonicis; ergo neque fruitur priuilegijs beneficiario concesſis, nā qui non ſentit onus par eſt, vt neque ſentiat commodum.

Hæc opinio probabilisſima eſt. Sed mihi probabilius dicēdum videtur, Clericum, qui beneficij collationem obtinuit, nō verò poſſeſſionē, gaudere priuilegio fori, modò collatio valida ſit. Ratio eſt tū quia hic iuxta communem loquendi modum dicitur beneficium obtinuiſſe, & dicitur habere ius ad beneficium, & titulum beneficij. Tum quia verſamur in materia libertatis Eccleſiaſticæ, quæ fauorabilis eſt, & conſequenter extendenda. Ita Boerius, Zabarella, & alij apud Riccium in praxi beneficiorum deciſ. 388. vbi Sacram Congregationem idem ſenſiſſe teſtatur, dum non ſtat per ipſum, ne beneficij poſſeſſionē capiat, vt quando litem mouit cōtra intruſum, & beneficij poſſeſſionem capere non potuit nondum lata ſententia. Eandem ſentētiam tenet Couar. 3. variarum cap. 16. in principio, Cenedo lib. 1. pract. quæſtionum quæſt. 4. nu. 22. & alij quamplures apud Auguſtinum Barboſam in remiſ. ſeſſ. 23. cap. 6. nu. 5. & 8.

13 Quarta difficultas eſt vtrum Clericus tonſura initiatus priuilegio fori gaudeat, ſi bis, vel ter tantummodo inſeruierit Eccleſiæ, & poſteà deſtiterit.

Reſpondeo non gaudere, nam Tridētinum requirere videtur perſeuerantiam, & frequētiam ſeruitij, & is, qui à ſeruitio in futurum præſtādo deſiſtit, aut rarò inſeruit, propriè loquendo non dicitur Eccleſiæ inſeruire: Tridentinum enim his verbis vtitur, *Niſi Clericalē habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat.* Hoc verbū inſeruiat, nō videtur importare ſeruitium vt plurimum intermiſſum, ſed potius importat moralem perſeuerantiam, ſaltē pro maiori parte. Ita Cenedo lib 1. pract. quæſt. 4. nu. 25. Menochius conſilio 912. nu. 21. Auguſtinus Barboſa loc. cit. nu. 13. Riccius in ſua praxi deciſ. 388.

14 Quinta difficultas eſt an Clericus, qui habitum, vel tonſuram aliquoties dimittit amittat priuilegium fori.

Reſpondeo negatiuè, niſi cōſuetudinem habeat non vtendi habitu, vel tonſura ita vt publicè laicus exiſtimetur. Ratio eſt tū quia Tridentinum non requirit continuam omninò habitus, & tonſuræ delationem, nec is habitum, vel tonſurā dimiſiſſe dicitur, qui aliquoties tōſuram, vel habitum exuit non animo ſimpliciter dimittēdi, ſed reaſſumendi. Tum quia Clericus tonſura, vel minoribus ſolum initiatus non amittit priuilegium Canonis, vt docet Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 1. nu. 11. ad finem. Bannes 2. 2. quæſt. 12. art. 1. difficult. 3. concluſ. vltima, Coninchus de ſacramētis diſp. 14. dub. 15. nu. 163. niſi habitū, & tonſuram omninò deſerat, vel niſi cōtinuata cōſuetudine non vtatur habitu & tōſura, & in habitu laicali pſeueret; ergo à fortiori nō amittit priuilegiū fori, qđ difficiliꝰ amittitur, quā priuilegiū Canonis iuxta Suarez loc. cit. nu. 13. Coninchum loc. cit. Panormitanum cap. 1. de

de Apoſtatis n.6. & alios cõtra Alexandrum de Neuo, & alios apud Riccium deciſione 607. nu.6. Tum quia in Sacra Congregatione deciſum eſt teſte Riccio loco ſtatim citando, & alijs, Clericũ, qui dimiſſo clericali habitu homicidium cõmiſerat, & ſine clericali habitu à laica poteſtate captus fuerat, remittendum eſſe ad forũ Eccleſiaſticum, quia non præſumitur dimiſiſſe habitum animo illum deferendi, ſed vt commodius delictum perpetraret. Ita Baldus l. Si qua nu. 2. C. de Epiſcopis, & clericis, vbi aſſerit clericum qui dimiſſo habitu delictum cõmiſit gaudere priuilegio fori, ſi conſuetudinem illius deferẽdi habebat. Idem alijs citatis docet Riccius in praxi clericorũ deciſ. 606. nu. 7. & Farinacius nu. 68. contra Maſchardũ de probat. concluſ. 122. de clerico, qui tonſuram, & habitum, quem tempore delicti dimiſerat iterum aſſumpſit. Idem clarè innuit Suarez, Bãnes, & Cõinchus locis citatis.

Quæ hactenus diximus in expoſitione propoſitæ difficultatis procedũt in clerico prima tonſura, vel minoribus ſolum ordinibus initiato, nam ſi loquamur de clerico habente beneficium Eccleſiaſticum, aut Sacris Ordinibus initiato, arbitror hunc gaudere priuilegio clericali etiamſi habitum, & tonſuram dimiſerit: Nullo enim iure probatur hunc amittere priuilegium clericale niſi fortè ſit incorrigibilis, aut enormitatibus ſe immiſcuerit, iuxta ſuperius dicta. Ita ſentire vidétur Coninchus, & Suarez locis citatis. Iulius Clarus quæſt. 36. verſ. Hæc autem, & Farinacius quæſt. 8. cit. nu. 70.

15 Sexta difficultas eſt, an clericus incedens ſine habitu, & tonſura amittat priuilegium fori, etiamſi non admoneatur.

Reſpondeo diſtinguẽdo, vel loquimur de clerico prima ſolum tõſura, vel minoribus ordinibus initiato, vel loquimur de clerico habente beneficiũ, vel ad Sacros Ordines promoto. Si loquamur de clerico tonſura, vel minoribus ordinibus initiato, cenſeo non gaudere priuilegio fori, quamuis nõ admoneatur. Ratio eſt quia licèt iure antiquo, ſeu iure cõi Canonum c. In audientia, & cap. Cum cõtingat de ſententia excommunicationis neceſſaria eſſet triplex admonitio ad amittendum priuilegium, vt obſeruauit etiam Sacra Cardinaliũ Cõgregatio cuius declarationẽ refert Ioannes de Gallemart. ſeſſ. 23. cap. 6. tamen iure nouo Concilij Tridẽtini ſeſſ. 23. cap. 6. aliter ſancitũ eſt, iurique antiquo derogatum fuit, vt pluries per Sacram Congregationem declaratum fuiſſe teſtatur Riccius in praxi Clericorum deciſ. 606. nu. 4. & in hanc ſententiam plures adducit DD. Quamobrẽ clericus, qui cum habitu clericali incedere non conſueuit ſubditur foro laicali abſque alia admonitione. Idem dic de clerico, qui cum habitu clericali incedit, ſed nulli Eccleſiæ inſeruit, vel non degit in aliqua Schola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, iuxta Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 6. in quo decernitur Clericum prima tonſura initiatum, aut in minoribus conſtitutum nõ gaudere priuilegio fori, niſi beneficium Eccleſieſticũ habeat, aut alicui Eccleſiæ de mãdato Epiſcopi inſeruiat deferens habitum, & tonſuram, aut niſi verſetur

ſetur in aliqua Schola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, ſimulq; habitum, & tonſuram deferat.

Si vero loquamur de clerico habente beneficium Eccleſiaſticum, vel in Sacris conſtituto, cenſeo neceſſariam eſſe trinam monitionem à iudice Eccleſiaſtico factam, antequam clericus fori priuilegiũ amittat. Ratio eſt quia non receditur à iure communi ſacrorum canonum, niſi quatenus contrarium iure nouo exprimitur: iure autem Sacrorum Canonum cap. In audiētia, & cap. Cũ contingat cit. pręſcribitur trina monitio ſpecialis, & nominatim facta, nec iure nouo in Tridentino loc. cit. aliter decernitur circa clericum beneficium habētem, aut in Sacris conſtitutum. Ita Farinacius n. 60. Clarus quæſt. 36. verſ. Hæc autē, & alij q̃plures apud Farinaciũ.

Hoc tamen aliqui DD. limitant primò modò clericus nõ ſe immiſceat enormitatibus, hunc. n. putãt priuilegio fori priuari abſque illa admonitione, quamuis ſit ſacris initiatus; Verum de hac limitatione ſuperius egimus.

Secundo quod dictum eſt de neceſsitate trinæ monitionis limitãt, niſi monitio fiat in Synodo, tunc enim vnica monitio facta ſub expreſſa cõminatione amiſsionis priuilegij, ſi habitus clericalis non deferatur, videtur ſufficere, quia huiuſmodi monitio vim habet cõſtitutionis; ad conſtitutionem autem non requiritur trina monitio, cum ſemper admonere pręſumatur cap. 1. de conſtit. in 6. Ita Iulius Clarus quæſt. 36. verſ. Sed quid ſi, Hoſtienſis, Cæpolla, & alij apud Farinacium num. 62.

16 Septima difficultas eſt an clericus, qui iuſta de cauſa clericalem habitum, vel tonſuram non defert, priuilegio clericali priuetur.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia pœna non eſt ſubeunda abſque culpa. Tum quia hic caſus cenſetur per epicheiam exceptus. Ita DD. ſtatim citandi.

Hinc ſequitur eum, qui in locis hæreticorum tonſuram, vel habitũ clericalem non defert ad vitandã mortem, nõ incurrere priuationem priuilegij clericalis. Idem dicendũ eſt de eo, qui ob paupertatē veſtes nõ habet, aut qui ob caluitiem, vel ob capitis debilitatem tonſuram non geſtat, etiamſi capitis debilitas, vel caluities propria culpa fuerit contracta ex. gr. quia intemperanter vixit, aut morbum gallicum luxurioſè viuendo contraxit, indeque in morbum incidit. Ita Iulius Clarus lib. 5. q. 36. verſ. Quæro nunc num. 14 Ambroſinus cap. 23. num. 7. Immola clement. 2. de vita, & honeſt. clericorum, Riccius in praxi clericorum deciſ. 606. ad finem, & ita in curia Toloſana deciſum fuiſſe teſtatur Clarus loco citato, Auferius deciſ. 256. Farinacius nu. 67. & Decianus num. 109. c. 9. lib. 4.

An verò qui clericalem habitũ, & tonſuram non defert, grauiter peccet, conſtat ex dictis de Sacramentis diſp. 8. quæſt. vnica, puncto vltimo num. 2.

17 Octaua difficultas eſt qualem habitum clerici deferre debeant, vt in habitu clericali incedere dicantur, & priuilegio fori gaudeant iuxta Triden. decretum ſeſſ. 23. c. 6.

Reſpondeo Clericos religioſos debere habitum iuxta ſuæ religionis inſtitutum deferre: Clericos verò ſeculares debere ſe locorum cõſuetu-

ſuetudini accommodare, ita vt ijs vtantur veſtibus, quibus clerici in ea regione vti conſueuerunt; licet enim in iure prohibeātur clerici quaſdam veſtes deferre, vt veſtes rubras, aut virides, biretum duorũ colorum, de quibus Follerius in pract. crimin. verbo Audiantur excuſatores n.42.fol.64. nihilominus iura affirmatiuè non præſcribunt veſtes à clericis deferendas, vt ijs adhibitis in habitu clericali incedere dicantur; propterea iure optimo loci conſuetudinem inſpiciendam eſſe tradit Iulius Clarus lib. 5. cap.36.num.11.verſ.Dixi clericum, Farinacius de inquiſit.quęſt.8.num. 68. Ambroſinus cap.23.num.13.per ſe tamen loquendo illum priuilegio fori gaudere arbitror, qui eo vtitur veſtium genere, vt ſi à populo videatur, clericus iudicetur. Ita Iulius Clarius, & alij locis citatis.

18 Verum ſi controuertatur an habitus, cum quo inuentus eſt Clericus, ſit clericalis, cenſeo hanc habitus cognitionem ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinere. Ratio eſt tum quia ad Epiſcopum pertinet habitum à clericis deferendũ præſcribere, ergo ad eundem etiã ſpectat cognoſcere an habitus ſit clericalis, quando notoriè non conſtat habitum non eſſe clericalem. Tum quia ſicut laicus nõ poteſt iudicialiter cognoſcere an aliquis ſit clericus, vt iudicet an gaudeat priuilegio fori, vt docet Couar. c.33. nu.1. Iulius Clarus loco citato num. 11. Molina num.10. vbi teſtatur de magis communi, licet ſummariam informationem poſsit aſſumere, vt eũ Eccleſiaſtico iudici conſignet, ſi aſſumpta ſũmaria informatione clericũ eſſe cognouerit, vt multis citatis docuit Farinacius loco citato nu. 34. ita non poteſt iudicialiter cognoſcere an habitus ſit clericalis. Ita Couar. pract. quæſtionum c.33. initio Molina nu. 10 & Farinatius loco citato, Ambroſinus c.23. n.15. Menoch. de præſumpt. lib. 6. q. 76. num.341. Zerola in praxi parte prima, verbo Clericus nu.3. contra Iulium Clarum lib.5.q.36. nu.11. Maſchardum concluſ.961.n.4. & alios.

Quo autem pacto quis probare poſsit ſe clericum eſſe, videri poteſt apud Farinacium de inquiſit. q. 8. num.38. verſ. Sed quæro, & ſequent. & apud Maſchardum tom.1. concl. 302. & ſeq. Obſerua tamen Iudicẽ laicum, dum hæc coram Iudice Eccleſiaſtico pendent, debere ſuperſedere. Ratio eſt tum quia fieri poteſt, vt actus exerceat in perſonam exemptam. Tum quia ſuqueretur eluſoriam eſſe cognitionem Eccleſiaſtici Iudicis. Ita Molina tract. 3. diſp.39.nu.6. Farinacius loco citato num.35. vbi relato Cæpolla, Rolando, & Couar. teſtatur de communi.

19 Nona difficultas eſt vtrũ clericus, qui tonſuram ex. gr. non defert, vel non inſeruit Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, aut in alia re deficit, quam Tridentinum præſcribit, vt priuilegio fori gaudeat, poſſit non ſolum foro laicali ſubijci, verum etiam Eccleſiaſtico.

Reſpõdeo affirmatiuè. Ratio eſt tum quia Eccleſia non abdicauit à ſe ius cognoſcendi de criminibus clericorum. Tum quia ſic cenſuit ſacra Congregatio teſte Riccio in praxi Clericorum deciſ. 607. nu. 3. Quamobrem licet huiuſmodi Clerici forum iudicis ſecularis declinare non poſsint ex hoc decreto, tamen iſtud decretũ non obſtat Epiſcopo,

copo,

ſcopo, quo minus iure ſuo vti poſsit in huiuſmodi clericos delinquẽtes, ſi adhuc clerici permanent.

20 Decima difficultas eſt an qui dimiſſo habitu, vel tonſura, vel ſeruitio Eccleſiæ, amittit priuilegium fori, amittat etiam priuilegiũ Canonis, & è cõtra qui aliqua de cauſa priuilegiũ canonis amittit, amittet etiam priuilegium fori.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia à diuerſis non fit illatio l. Papinianus ff. de iudicijs. Tum quia priuatio priuilegiorum, quæ clericis in fauorem libertatis conceſſa ſunt, eſt pœnalis, conſequenter odioſa, conſequenter non extẽdenda. Tum quia ſic colligitur ex cap. Perpendimus de ſententia excõmunicationis, vbi Summus Pontifex ab excommunicatione canonis excuſat quendam comitem, cuius mandato ſuſpenſus fuerat Sacerdos, q abiecto habitu ſeditionẽ fecerat, non tamen illum excuſare videtur à culpa contra libertatem Eccleſiaſticam, dum pœnitentiam illi comiti iniungi præſcribit, vt obſeruat Coninchus diſp. 14. dub. 15. nu. 160. Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 1. nu. 12. & 13. & alij. Tum quia Illuſtriſsimam Cardinalium congregationem ita cẽſuiſſe fertur. Ita Riccius decis. 607. n. 5. Comitolus reſponſionum moraliũ lib. 6. quęſt. 20. nu. 2. Reginaldus lib. 19. nu. 70. Ioannes de Gallemart. ſeſſ. 23. c. 6. Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ, Gloſſa 5. §. 5. Cenedo lib. 1. quæſtionum pract. quæſt. 4. nu. 21. Molina tract. 3. diſp. 49. nu. 3. & alij apud Auguſtinum Barboſam in remiſ. ſeſſ. 23. cap. 6. omiſsis ijs, quos ego in ſimile retuli de cẽſuris diſp. 2. quæſt. 4. punct. 4. nu. 11.

Obijcies priuilegiũ canonis videtur in priuilegio fori tanquam pars in toto includi; ergo ex amiſſione priuilegij fori ritè inferri poteſt, inquit Coninchus diſp. 14. nu. 163. amiſsio priuilegij canonis.

Reſpondeo negando antecedẽs, hæc enim ſunt duo priuilegia, quorum vnum amitti poteſt alio retẽto. Ita cenſuit Sacra Cardinalium Congregatio teſte Riccio loc. cit. deciſ. 607. n. 5. Io. Gallemartio ſeſſ. 23. cap. 6. in principio, & alijs.

Hinc colligitur clericum initiatum prima tonſura, vel minoribus ordinibus gaudere priuilegio Canonis, etiamſi habitum nõ deferat, vel tonſuram non geſtet, aut nõ inſeruiat Eccleſiæ, vel non verſetur in aliqua vniuerſitate, vel Schola de licentia Epiſcopi, cõſequenter percutientem huiuſmodi clericum affici excommunicatione lata contra inijcientes manus violentas in clericos. Ita Rodriquez in Summa cap. 80. nu. 17. Garzias de beneficijs parte 2. cap. 2. & alij apud Ricciũ deciſ. 607. nu. 7. contra Felicianum de ſolis lib. 2. de cenſib. cap. vlt. nu. 14. Clericus enim prima tõſura initiatus priuilegio Canonis gaudet, cum Tridentinum hoc priuilegium ipſi non abſtulerit.

Hoc tamẽ reſtringi debet primò ad clericum non coniugatum, clericus enim coniugatus non gaudet priuilegio canonis; Immò neq; fori, niſi habitum, & tonſuram deferat, & niſi contraxerit cum virgine, & alicui Eccleſiæ inſeruiat de mãdato Epiſcopi, vt docui de cẽſuris lo. cit. puncto 1. nu. 1. & 2. & punc. 4. nu. 11. ex c. vnico de clericis cõiugatis, & patet ex Tridentino ſeſſ. 23. cap. 6.

Secundò reſtringi poſſe videtur ad clericum, qui nō omninò deſeruit habitum, vel qui non habet beneficium, vel qui non eſt in ſacris conſtitutus, nam clericus prima tōſura, vel minoribus ordinibus initiatus, nō ſolum priuilegium fori ipſo facto amittit, dum habitū omninò deſerit, verum etiam amittit priuilegium Canonis, ſaltem poſtquam ab Epiſcopo, vel ab alio iuriſdictionem quaſi Epiſcopalē habente ter fuit admonitus in generali, vel in particulari, vt habitum, & tonſurā deferat cap. Contingit 2. de ſentētia excommunicationis, & cap. Si verò eodem titulo. Ratio eſt quia cum ad ſtatum laicalem redeat, par non eſt vt priuilegijs clericorū fruatur. Ita Coninch. diſp. 14. dub. 15. nu. 163. Farinacius nu. 50. ſub finem Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 1. n. 11. & alij, quāuis nonnulli alij, quos tacito nomine refert Coninchus n. 163. abſolutè volunt Clericum, qui omninò deſeruit habitū ipſo facto priuari non ſolum priuilegio fori, verum etiam Canonis.

An verò clericus habitum derelictum animo non amplius reaſſumendi, iterum aſſumere, eoque aſſumpto iterum priuilegio clericali frui poſsit, colligitur tum ex dictis in hoc puncto, tum ex ijs, quę tradidi de cenſuris loc. cit. punc. 1. n. 1. cum Suarez, Sayro, & alijs, vbi docui frui poſſe. Idem innuit Molina num. 20.

§. V.

Quam culpam, aut pœnam incurrat, qui cauſam agit coram iudice laico incōpetente, & quam culpam, aut pęnam incurrat iudex iudicando perſonas Eccleſiaſticas.

1 *Clericus conueniens alium clericum coram laico committit culpam ſacrilegij, & pœnam excommunicationis incurrit.*

2 *Laicus iudex reus eſt ſacrilegij, & excommunicatione afficitur dum perſonas Eccleſiaſticas punit, vel iudicat.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Clericus, qui coram laico iudice cauſam agit incurrit. Primò culpam ſacrilegij, quia facit cōtra immunitatem Eccleſię, ſeu potius cōtra libertatem Eccleſiaſticis perſonis conceſſam, nam immunitas, ſi propriè, & ſtrictè loqui velimus, importat exemptionē loci ſacri, libertas verò exemptionem loci ſacri, libertas verò exēptionem perſonarum Eccleſiaſticarū, vt bene obſeruat Farinacius de immunitate Eccleſiæ ſub initium. Caietanus in Summa verbo Immunitas, Ambroſinus de immunitate cap. 24. nu. 7. Et hoc obſeruandum eſt vt ſciatur quandonam quis incurrat pœnas violatæ libertatis, aut vialatæ immunitatis.

Secundò incurrit pœnam excōmunicationis cap. Nouerit, & cap. Graue de ſententia excommunicationis

tionis,& cap. Qualiter, & quando de iudicijs. Vide Farinaciũ in conſil. criminal. conſilio. 68. vbi nonnullas Rotæ Romanæ deciſiones refert. Syluestrum verbo Iudex 1. quæſito 2. Reginaldum lib. 19. n. 66. Hæc tamen intelligenda ſunt, modo clericus conueniat alterum clericum corã iudice laico, tunc enim violatæ libertatis reus eſt. Secus ſi conueniat laicum nam laicus, qui conuenitur ſuſtinet perſonam rei, & eſt ſubditus laicę poteſtati, & reo ſeruandum eſt ſuum proprium forum. Vide Salonium 2.2. quæſt. 67. art. 1. contro. 2. ſub finem verſ. Quod ſi quæras, Azorium loc. cit. & alios præcitatos DD.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 IVdex qui perſonas Eccleſiaſticas iudicat, vel punit non ſolum ſacrilegij culpam committit, cum faciat iniuriã perſonis Eccleſiaſticis, verum etiam excommunicationem Bullæ Cœnę, Summo Põtifici reſeruatam, incurrit, vt patet ex ipſis Bullæ Cœnæ verbis, excommunicatione XV. in qua dicitur. *Qui ex prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcunque, perſonas Eccleſiaſticas, capitula Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcunque coram ſe ad ſuum tribunal, audientiam. Cãcellariam, Conſilium, vel parlamentum præter iuris diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè quouis quæſito colore, nec nõ qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis cõſuetudinis, aut priuilegij, uel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, vel in aliquo læditur, &c.* Eadem excõmunicatio fertur contra eos, qui cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas per ſe, vel per alios prætextu alicuius priuilegij auocant à iudicibus Eccleſiaſticis. Conſulenda eſt Bulla Cęnæ excommunicatione XIV. & XV.

PVNCTVM II.

De veritate Iudicis.

1 *In Iudice præter poteſtatem, & iuriſdictionem requiritur etiam veritas.*
2 *An Iudex poſſit innocentem, ſed probatum nocentem condemnare.*
3 *Proponuntur obiectiones & ſoluũtur.*
4 *In cauſis ciuilibus, aut etiam in criminalibus, ſed mitioribus iudicandum eſt ſecundum allegata, & probata.*
5 *Iudex non poteſt condemnare eum, quẽ ſecreto nouit nocentem, ſed innocẽs in iudicio publico probatur, & hoc valet non ſolum in iudice inferiore, verum etiam in ſupremo non ſolum in cauſa criminali, verum etiam in ciuili ſecus ſi crimen ſit publicum, aut plenè probari poſſit ſed non expediat illud in iudicium afferre.*
6 *Iudex cogere poteſt debitorem ad ſoluendum, quem priuatim nouit debitorem.*
7 *Iudex in cõferendis officijs, & beneficijs non tenetur publicam ſcientiã ſequi.*

VNICA PROPOSITIO.

1 IN Iudice nõ ſolum requiritur poteſtas & iuriſdictio, vt dictũ eſt in præcedentibus, verum etiam veritas. Ratio eſt tum quia Deuter. 17. di-

17.dicitur *Si difficile, & ambiguũ apud te iudicium eſſe perſpexeris &c. venies ad Sacerdotes, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresquè ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem*. Tum quia Iudex cõſtituitur, vt vnicuiq; ſuum tribuat; non tribueret autem vnicuique ſuum, niſi veritati adhæreret: tunc autem veritati adhærere dicitur per ſe loquendo, dum ſecundum allegata, & probata iudicat, quamuis aliquãdo fieri poſsit, vt res à parte rei aliter ſe habeat, quam in iudicio probatum ſit.

Hac occaſione multa ſuboriuntur dubia, quæ in ſequentibus diſſoluemus.

2 Quæres primò, vtrum Iudex, qui priuata ſcientia nouit aliquem innocentem, qui probatur nocens in iudicio, teneatur publicam ſcientiam ſequi, illumquè ſecundum allegata, & probata ad mortem condemnare.

Reſpondeo negatiuè cum Leſſio lib. 2. c. 29. dub. 10. Petro Nauar. lib. 2. cap. 3. num. 161. Eman. Sà verbo Iudex, & alijs contra S. Th. 2. 2. quæſt. 67. art. 2 Salonium, & Arragonium ibidem, Couar. 1. var. c. 1. n. 6. Reginaldum lib. 21. nu. 3. Clauem Regiam lib. 12. c. 8. nu. 13. Valentiã tomo 3. diſp. 5. quæſt. 11. puncto 2. & alios aſſerentes teneri illum ad mortem condemnare, quoties aliter facere non poteſt.

Sed ratio noſtra eſt tum quia repugnat iuri naturæ, & diuino innocentẽ directè occidere Exodi 22. *Iſontem, & iuſtum non occides*: in hoc autem caſu directè occideretur innocens, & eius mors intenderetur ad ſeruãdum iuris poſitiui ordinẽ. Tum quia ſecundum aduerſarios Princeps ſupremus non poteſt huiuſmodi innocentem condemnare: ergo neque poteſt inferior, nam inferior non tenetur ſeruare leges ſuperioris cum tanto incõmodo innocentis. Tum quia iure naturæ dictante iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata, vt veritas ſeruetur, & non erretur in iudicando; ergo quando iudex certus eſt ſe errare, & non ſeruare veritatem iudicando ſecundum allegata, & probata contra vitam innocentis, non debet ſecundum allegata, & probata iudicium ferre, illũq; morti adiudicare.

Hinc ſequitur primò, iudicẽ non poſſe ferre ſententiam mortis contra innocentem, quẽ priuatim certò cognoſcit innocentem; ſed in iudicio probatur nocens; Amplia etiamſi periculum ſit, vt iudex priuetur officio, vel occidatur, non enim ſunt facienda mala, vt eueniant, bona: ferre autem ſententiã contra innocentem, intrinſecè malum eſt. Contrarium docet Toletus lib. 5. c. 56. Arrago. 2. 2. quæſt. 67. art. 2. Salon. ibid. & alij, quos citat, & ſequitř Clauis Reg. loco cit. n. 16.

Secundò ſequitur miniſtrum iuſtitiæ non poſſe ſententiam exequi occidendo innocentem, quem certò cognoſcit innocentem, quamuis indè ſibi timeat priuationem officij &c. Contrarium tenet Couar. 1. variar. c. 1. nu. 10. Reginal. lib. 21. num. 3. & alij.

Ex quo patet à fortiori ſecundũ omnes Doctores, miniſtrum iuſtitię ſcientem, aliquam ſententiam continere errorem, & iniuſtitiam; non debere illam executioni mandare, vt ſi ex ipſa ſententia appareat latã eſſe contra iura, vel abſque cognitione cauſæ; alioquin ſequeretur

Digitized by Google

tur inquit D.Thomas loco cit. art. 6. ad tertium excuſandos eſſe Carnifices, qui martyres interemerũt; quod non eſt dicendum vt patet ex dictis de reſtitutione.

3 Obijcies primò ſi Iudex non cõdemnaret eum, qui ſecundum allegata, & probata cenſetur nocens magnum ſequeretur ſcandalum in Republica; ergo Iudex debet illum condemnare ad vitandum ſcandalum; cùm omnes ſcãdalum, & proximi ruinam cauere teneantur.

Reſpõdeo huic incommodo facilè occurri, ſi Iudex præmiſſo iuramento publico affirmet, ſe conſciũ eſſe illius innocẽtiæ; hoc enim modo ſaluabit innocentis vitam, & publicum ſcãdalum euitabit. Ita Conar. loco cit. Caiet. 2.2. q. 67. art. 7. Reginal. lib. 21. nu. 32. & alij ſupra citati.

Obijcies ſecundò, Iudex ſuſtinet perſonam publicam; vices enim gerit communitatis, ergo debet vti publica notitia; notitia autem publica eſt illa, quæ habetur per allegata, & probata; ergo Iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata, ergo debet illum ad mortem condemnare, qui ſecũdum allegata, & probata cenſetur nocens, & dignus morte iudicatur, quamuis Iudex illum innocentem eſſe arbitretur.

Reſpondeo Iudicem eſſe perſonam publicam, ſed nego ipſum debere vti publica notitia, cum tanto incommodo innocentis, quem priuatim nouit innocentem.

Obſerua tamen iudicem qui nõ eſt ſupremus Princeps, non poſſe huiuſmodi innocentem probatum nocentem dimittere abſque ſuperioris licentia; alioquin periculum punitionis ſubire poſſet, quia præſumeretur nocentem dimiſiſſe. Ita Leſſ. loco cit. num. 90.

4 Sed modò difficultas eſt: Vtrũ quæ tradita ſunt in hoc quæſito valeant non ſolum in periculo vitæ, vel mutilationis innocentis, verum etiam in alijs cauſis criminalibus mitioribus, vt in cauſa exilij &c. aut in cauſis ciuilibus, vt amiſsionis facultatum beneficij, &c.

Reſpondeo negatiuè, ſed in iſtis ſeruandum eſſe iuris ordinem, iudicando ſecundum allegata, & probata, quoties iudex compellitur ad iudicandum, aut ſi alioquin ipſe graue damnum pateretur non iudicando ſecũdum allegata, & probata. Ratio cur iudex in his caſibus ſecundum allegata, & probata iudicare debeat cõſtat ex duabus obiectionibus proximè allatis. Ratio verò diſparitatis cur iudex potius in his cauſis ſecundum allegata, & probata iudicare debeat, quã in cauſa vitæ, eſt quia iudex maius habet ius ſupra facultates, & bona externa quàm ſupra vitam innocẽtis; ſuperior enim ex iuſta cauſa poteſt facultates vni auferre, & alteri tradere, in noſtro autem caſu adeſt iuſta cauſa priuandi innocentem ſuis bonis, nè ordo, & forma publicorum iudiciorum peruertatur, & impediatur; præſertim cum lata ſententia adhuc ius innocenti cõpetat vtendi occulta compenſatione contra illum cui facultates per ſententiam iudicis applicatæ ſunt, nam innocens retinet adhuc illarũ dominium, cum lex, aut ſententia iniuſta non obliget, nec veroſimile ſit Principem habere voluntatem, & intentionem transferendi dominium illarum in alterum, vt benè

Digitized by Google

Leſsius loco citato nu. 84. Arragonius q. 60. nu. 5. & alij, quos referam puncto 4. vbi oſtendam hoc non valere in beneficijs, & officijs, quę verè transferuntur in eos quibus conferuntur; cum enim iſta ſint bona publica circa quæ Reſpublica maiorem habet poteſtatem, quam circa bona priuatorũ, Reſpublica poteſt hæc transferre in eos quibus conferuntur; licet non transferat dominium bonorum priuatorum, ad hoc facit cap. Paſtoralis de officio, & poteſtate iudicis vbi præſcribitur executorem ſentẽtiæ debere ſententiam exequi, quamuis ſciat illam eſſe contra ius alterius: ibi enim ſermo eſt de ſententia circa eas res quæ ſubſunt diſpoſitioni Eccleſiæ, & circa quas Eccleſia maiorem habet auctoritatem. Ita Leſſius nu. 91. & alij.

5 Quæres ſecundò, vtrum iudex condemnare poſsit eum quem ſecretò nouit nocentem, ſed in iudicio publico probatur innocens.

Reſpõdeo negatiuè, ſi ſermo nobis ſit de iudice inferiore. Ratio eſt tum quia iudex inferior non habet auctoritatem derogandi legibus ſuperioris, ſed iuris ordinem ſeruare tenetur, ordo autem iuris eſt, vt non condemnetur, qui ſecundum allegata, & probata probatur innocens: & hoc verum eſt ſiue dicamus hunc ordinem eſſe iuris humani; vt aſſerit Clauis Regia loco cit. ſiue dicamus eſſe iuris gẽtium, vt ait Leſsius loco cit. num. 95. tum quia ad hoc faciunt rationes ſtatim o[ff]erendæ ad hoc idem probandũ in iudice ſupremo. Quamobrem ſi loquamur de iudice ſupremo cenſeo etiam iſtum ordinariè, & per ſe loquendo non poſſe huiuſmodi reũ condemnare, quoties crimen omnino ſecretum eſt, vel probari non poteſt. Ita Arragonius 2. 2. quæſt. 62. art. 2. P. Nauar. lib. 2. c. 3. nu. 122. & alij apud Clauem Reg. loco cit. num. 22. & apud Leſſ. loco cit. dub. 11. nu. 94. contra Couar. lib. 1. var. cap. 1. & alios, quos tacito nomine recenſet P. Nauar. Ratio eſt tum quia ius defenſionis rei, & probatio teſtium competit reo ex iure naturæ, vt oſtendit Clau. Reg. lib. 12. cap. 8. num. 20. ex Clement. Paſtoralis de ſententia, & re iudicata ibi de crimine præſertim graui delato defenſionis, quæ à iure prouenit naturali, facultas adimi non valet cum illa Imperatori tollere non licuerit, quę iuris naturalis inſtitut. & cap. Qualiter ſecundò de accuſatione dicitur, vndè videmus Deum non protuliſſe ſententiam contra Adam niſi prius vocatũ, & auditum, & defenſum; Cum ergo Princeps diſpenſare non poſsit in iure naturæ dicendum eſt Principem non poſſe occidere nocẽtem probatum per teſtes innocentem, ſed illum occidendo mortaliter peccare, & ad reſtitutionem obligari. Tum quia ſicut iudex eſt perſona publica, ita etiã vti debet ſcientia publica, cum ipſe nõ ſit iudex occultorum, ſed Deus capite conſuluiſti 2. quæſt. 4. & cap. Tua nos, de ſimonia. Ita Doctores ſtatim citandi contra Couar. nu. 7. Amplia hæc procedere non ſolum in condemnatione ad mortem, verum etiam in priuatione bonorum, militant enim eædem rationes. Ita Leſſ. loco cit. nu. 102. Clau. Reg nu. 26. P. Nauar. nu. 195. Nauar. c. 25. nu. 9. verſ. 24. Caiet. verb. Homicidium, & alij contra Couar. loco cit. nu. 7. & alios. Limita modò crimen ſit

Digitized by Google

ſecretum, nam ſi crimen publicum ſit, iudex ſupremus aliquãdo poteſt reum ſine citatione defenſione, & proceſſu morti adiudicare, quia reus in eo caſu non poteſt iure ſe defendere, in iudicio, vel alia via licita ſe tueri cum ſcientia rei publicè notoriæ non dicatur priuata, ſed publica, vt docet Nauar. loco cit. nu. 10. & alij ſtatim citandi, ob id latrones reperti in flagranti delicto publico, ſeu negotio licitè ſtatim ſuſpenduntur, quia factum notorium eſt, & publicum eſt loco accuſatorum, & teſtiũ publicamq; facit ſcientiam, nec reo ius defendendi ſe ipſum in iudicio relinquit. Ita Leſsius loco cit. n. 100. Nauar. c. 25. n. 10. Clau. Reg. & alij locis cit. qui hoc idem aſſerunt dum periculum eſt rebellionis, vel grauis detrimenti publici quod alia ratione auerti non poteſt; ideo Nauar. loco cit. num. 10. teſtatur excuſatum à ſe fuiſſe quendam Monachum, qui facto proceſſu in abſentia, lataquè ſententia ſine citatione capite plecti iuſsit quendã ſuorum militũ ducem pro ſe alio in loco militantem, quem, nec capere, nec ſine rebellionis metu audire poterat. Limita ſecundo modò crimen probari non poſsit, nam quando crimen plenè probari poteſt, ſed non expedit in iudicium deducere ob ſcandalum, vel ob aliam iuſtã cauſam, vt ſi quis aggreſſus Reginam, vel ſi occidendus ſit filius Principis, qui publicè abſque ſit graui ſcandalo occidi nequeat. Princeps poteſt reum veneno, vel alia via occultè occidere abſq; alia citatione, & defenſione, non enim illi iuſtam eripit defenſionem, quia reus non poſſet ſe tueri ſi iure conſueto procederetur, & crimen in iudicio probaretur; ſicut re uera probari poſſe ſuppono, ſed non expedit, vt in iudicio probetur. Ita P. Nauar. lib. 2. c. 3. nu. 142. Clau. Reg. loco cit. Leſſ. num. 102. Couar. loco cit. num. 7. & alij, quos citat, & ſequitur Petrus Nauar. loco cit.

Idem cenſeo dicendum de reo, qui ob potentiam capi non poteſt; hũc enim arbitror à ſupremo Principe in abſentia poſſe cõdemnari, quia reus per vim impedit iuridicũ proceſſum ſibiq; imputare debet, quod hoc modo condemnetur, ſupremus tñ iudex in eo caſu curet allegari pro abſente quæcunque allegari poſſunt, ne ius defenſionis reo vlla ratione adimat. Ita Nauar. & alij Doctores cit.

6 Obijcies contra dicta in ſolutione ſecundi quæſiti, iudex cum cogere poteſt ad reſtituẽdum, quẽ priuatim nouit eſſe debitorẽ, quãuis debitor in iudicio probari nequeat, ergo etiam damnare poteſt eum quem priuatim nouit delinquentem, quamuis ipſius delictum in iudicio probari non poſsit.

Reſpondeo negando conſequẽtiam. Ratio diſparitatis eſt tum quia iudex in primo caſu nulli dãnum, vel iniuriam infert, ſed potius curat, nè debitor iniuriam, & damnum inferat creditori. Tum quia fungitur munere, & officio ſuo, ex quo tenetur iniurias, & damna ſubditorum impedire, nec ad illa impedienda iuris ordinem per ſe loquendo ſeruare tenetur, ſicut enim creditor poſſet contra debitorem vti occulta compenſatione, & tertius aliquis conatum, & operam ſuã præſtare poſſet, vt creditori debita ſatisfactio exhibeatur; ita dicen-

Digitized by Google

dum videtur à fortiori iudicẽ poſſe ſuam interponere auctoritatem, vt creditori debita recõpenſatio prę ſtetur, etiamſi debitam in iudicio probari non poſsit, modò illud notum, & compertum ſit iudici. Ita Clauis Regia lib. 12. cap. 8. nu. 26. P. Nauar. loc. cit. parte 2. nu. 203. & ſeq. Non tamẽ poſſet iudex in hoc euentu condemnare reum ad pęnã pecuniariam ex priuata ſcientia, vt patet ex dictis quæſito 2. quia pęna nõ imponitur niſi crimine probato.

7 Quæres ſeptimò vtrum iudex in conferendis officijs, electionibus diſpenſationibus, vel alijs, quæ ipſius arbitrio cõmittuntur publicam ſciẽtiã omiſſa priuata ſequi teneat.

Reſpondeo cum Salonio 2. 2. q. 67. art. 2. Syluestro verbo Iudex 2. quęſito 5. Claue Regia loc. cit. n. 18. & alijs non teneri ſequi publicam ſcientiam, quia in conferendis officijs non eſt propriè iudex, ſed diſtributor, cui onus incumbit diſtribuendi officia pro meritis, merita autem nõ ex teſtibus, ſed ex re ipſa deſumenda ſunt.

PVNCTVM III.

De ſcientia Iudicis, eiuſq; puritate, & celeritate in iudicando.

1 *In iudice requiritur ſcientia debita.*
2 *In iudice requiritur puritas.*
3 *Iudex per ſe loquendo non peccat iudicando, dum lethalis culpæ conſcientiam habet.*
4 *Iudex tenetur celeriter cauſas expedire*

PRIMA PROPOSITIO.

1 IN Iudice neceſſaria eſt ſcientia, qua rectè ſciat ſuo munere fungi. Ita cõmuniter DD. Ratio eſt quia quilibet ſcire tenetur quę pertinent ad proprium officium, ſine quorum cognitione ſuum munus, & officiũ exercere non poteſt, quãobrem inſtituta de obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcũtur, obligatur iudex ex imperitia male iudicandi ad intereſſe parti læſæ, & ad expenſas litis.

Addo huiuſmodi iudicẽ non debere adſolui, niſi facta officij renũciatione, aut niſi firmũ habeat propoſitum renunciãdi. Ita S. Thomas 2. 2. q. 76. art. 2. Caietanus in Sum. verbo Iudicis peccata, Clauis Regia lib. 12. cap. 13. nu. 2. Reginaldus lib. 25. nu. 657. Nauar. cap. 25. nu. 12. & alij cõmuniter quos citat, & ſequitur Proſper Farinacius 3. parte crimin. quæſt. 111. art. 16. pag. 538.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 IN Iudice requiritur puritas, quæ nõ ſolũ conſiſtit in abſtinentia à verbis contumelioſis, & à comminationibus contra litigantes, verum etiam in recta intentione, quamobrem iudex iudicans ex praua intẽtione peccat iuxta qualitatem prauæ intentionis, vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis. Præterea conſiſtit in abſtinẽtia à peccatis, ęquum enim eſt, vt, qui æquitatem, & iuſtitiam alijs proponit, æquus ſit, & iuſtus.

3 Sed modò difficultas eſt vtrum iudex, dum exiſtit in peccato mortali peccet ſaltem venialiter iudicando.

Reſpondeo negatiuè per ſe loquendo, ſiuè iudex ſit laicus, ſiuè ſit Eccleſiaſticus. Ita Salonius, Bãnes, Arragon. 2. 2. quęſt. 60. ar. 2. quamuis

Valen-

Digitized by Google

Valentia 2.2.tom.3.diſp.5. quæſt.4. puncto 2. Clauis Regia nu.4. & alij velint peccare ſaltem venialiter. Ratio noſtra eſt quia actus iudicā-di, quamuis fiat in peccato ex ſe, & ex obiecto honeſt' eſt, ptinētq; ad virtutē iuſtitiæ, nec vitiatur ex eo, quod ab homine peccatum habē-te exercetur, alioquin plures à iudicijs, alijsq; actibus ex ſe honeſtis deberent abſtinere. Dixi per ſe loquendo, non per accidens ratione ſcandali fieri poteſt, vt aliquando mortaliter peccet, vt ſi iudex adulter publicus velit alios de adulterio condemnare. Ita Valentia, Clauis Regia, & alij DD. cit.

TERTIA PROPOSITIO.

4 IVdex tenetur cauſas iudicare & celeriter expedire l. Properandum C. de iudicijs. Ratio eſt quia iudici ex officio cura, & onus incumbit iudicandi, & tribuendi cuique ſuum, non tribuit autē cuiq; ſuum, dum ſententiā ſine iuxta cauſa differt, quamobrem iudex mortaliter peccat contra proprium officium, cauſarum expeditionem notabiliter differendo, immo tenetur parti læſæ damna, & expenſas, quarum cauſa eſt, reſtituere, quia cauſa iniuſta damni ad illius reſtitutionē obligatur. Ita Sylueſt. verbo Iudex 1.q. 12. Clauis Regia cap.12. nu.8. Nauar. cap.25. nu. 14. & alij.

PVNCTVM IV.
De forma iuris, quam Iudex ſeruare debet inferenda ſententia.

1 *Forma iuris iuxta quam ferenda eſt ſententia, in quo conſiſtat.*
2 *Per ſe loquendo iudicandum eſt iuxta verba legis.*
3 *Sententia quotupliciter iniuſta dicatur.*
4 *Sententia lata non ſeruato iuris ordine non eſt valida.*
5 *Sententia lata ex adeo, vel praua intentione, vel fauore partis valida eſt.*
6 *Sententia lata cōtra veritatem facti, aut fundata in falſa præſumptione non valet, nec obligat in conſciētia.*
7 *Sententia duplex eſt priuatiua, & declaratiua.*
8 *Sententia alia dicitur iniuſta materialiter, alia formaliter.*
9 *Sententia materialiter ſolum iniuſta in materia beneficij, & officij publici valida eſt. Secus ſi formaliter ſit iniuſta.*
10 *Sententia declaratiua iniuſta non habet vim in foro conſcientiæ, nullūq; confert ius.*

NOtandum in Iudice non ſolū requiri poteſtatem, veritatē, ſcientiam, puritatem, & celeritatē; ſed etiam formam iuris, quæ in his duobus primo, & principaliter cōſiſtit. Primò in modo ferendi ſententiam. Secundò in modo procedendi. In hoc puncto agendū proponimus de modo ferendi ſententiam.

VNICA PROPOSITIO.

1 FOrma iuris quatenus conſiſtit in modo ferendi ſententiam, in hoc poſita eſt, vt ſententia feratur iuxta diſpoſitionem legis, & iuris c. 1. De ſententia, & re iudicata. Ratio eſt quia ſententia eſt declaratio legis, & iuris in caſibus particularibus; ergo ferri debet iuxta diſpoſitionē iuris, ſiue legis alioquin

quin

quin non eſſet declaratio iuris, & legis, nec ſententia iuridica nuncuparetur, quamobrem iudex, qui legis ignorat, tenetur ſibi adiutorem eruditum querere, cuius conſilio vtatur iudicandum iuxta iuris diſpoſitionem, alioquin grauiter peccat, & obligatur ad reſtitutionem damni, quod alij hac de cauſa patiuntur, vt patet ex dictis puncto præcedenti.

2 Si quæras vtrum iudicandũ ſit ſecundum verba legis.

Reſpondetur per ſe loquẽdo iudicandum eſſe iuxta verba legis nõ ſolum ab inferiore iudice, verum etiam à ſuperiore, quoties ſeruatis verbis legis nulla ſequitur iniquitas, & iniuſtitia. Ita S. Thomas 2.2. q.60.art.5. Valentia 2.2.tom.3.diſp. 5.q.4. punc. 2. Reginaldus lib. 25. cap.54.nu.643. Arragon.2.2. quæſt. 60. art. 5. Salonius ibidem. Clauis Regia lib.12.cap.9.nu.3. Itaque ratio cur inferior iudex teneatur ſecundum verba legis iudicare eſt, quia ſubditus aſtringitur legib. ſuperioris, nec in illis diſpenſare poteſt, vt patet ex dictis de legibus. Ratio vero cur ſuperior iudicare teneatur ſecũdum verba ſuæ legis, eſt quia ratio naturalis dictat, legiſlatorem debere ſe tanquam caput membris conformare, quamuis enim Princeps legibus à ſe, vel à ſuis prædeceſſoribus latis non ſit ſubiectus quoad vim coercitiuam cum par in parem non habeat imperium, nihilominus ex vi directiua legis naturalis, & ex quadã ęquitate ad eas ſeruãdas obligatur, vt patet ex dictis de legibus q. 1. p.6. Dixi per ſe loquendo vt aduerterẽ aliquando fieri poſſe, vt ſententia licitè feratur non ſeruata verborum proprietate, vt ſi ita poſtularet epicheia, aut ſi iudicis intentio cõtraria ſit verbis legis, nam is in legẽ peccat, qui verba legis amplexus contra legiſlatoris nititur voluntatem ex iuriſconſulto in l. Contraria ff. de legibus, vnde quando ſeruatis verbis legis ſequitur aliqua iniquitas habita rõne loci, tpis, vel perſonę non eſt iudicandum ſecundum verba legis, quia hic caſus cẽſetur per epicheiam exceptus, & iudicis intentio contraria eſt. Ita S.Thomas, Salonius, & Arragon. loc.cit. Clauis Regia nu.4. Reginal. lib.25.nu.643. Verum tamen eſt inferiorem Iudicẽ non debere à verbis legis recedere inconſulto legiſlatore; niſi forte periculum ſit in mora.

Quæres vtrum ſententia lata cõtra leges ſeu non ſeruato iuris ordine, aut alia ratione iniuſta obliget in conſcientia. Pro ſolutione huius quæſiti.

3 Notandum eſt ſententiam tripliciter dici poſſe iniuſtam. Primò quando procedit ex odio, mala intentione, vel fauore contrariæ partis. Secundò quando eſt contra veritatem facti, & fundatur in falſæ præſumptione, vt quia lata eſt iuxta dictum teſtium, qui falſum depoſuerũt, vel alia ratione. Tertiò quãdo fertur non ſeruato iuris ordine, vt ſi iudex non iudicet ſecundum allegata, & probata, vel aliter iudicet, quam in iure depoſitum ſit. Hoc poſito explicandum eſt vtrum ſentẽtia aliquo modo iniuſta obliget in conſcientia.

4 Reſpondeo primo ſententiam tertio modo iniuſtam latam videlicet non ſeruato iuris ordine inualidam eſſe, nec obligare. Ratio eſt

tum

Digitized by Google

tum quia ſentẽtia iudicis in tm̃ valet in quantum eſt conformis iuri; nam debet eſſe declaratiua iuſti, & iuris, & vnicuiq; tribuere ius ſuum; ſententiam autem iniuſta. Tertiò modò non eſt conformis iuri, nec tribuit vnicuique ius ſuum. Tum quia ſententia eſt quædam lex priuata, ſed lex iniuſta non obligat vt dictũ eſt de legibus diſp. 1. q. 1. puncto 7. §. 3. ergo ſententia iniuſta nõ obligat niſi fortè prætermiſſa ſit forma ſolum occidentalis, & ordo iuris non neceſſarius.

5 Reſpondeo ſecundò ſententiã quæ primo modo eſt iniuſta, quia ſcilicet prolata eſt ex odio, mala intentione, vel fauore partis, validam eſſe, & obligare in vtroq; foro. Ratio eſt tum quia in hac ſententia nihil deeſt eſſentiale, non aufertur ius alterius, nec vlli præterquã ſoli iudici damnum infertur. Tum quia hęc ſententia fertur à legitimo iudice habente poteſtatem iudicãdi, ſeruata forma iuris vt ſuppono, ergo valida eſt, nam actus ab habẽte poteſtatem factus ſeruata iuris forma validus eſt.

6 Reſpondeo tertiò ſententiam ſecundo modo iniuſtam, quia ſcilicet eſt contra veritatem facti, aut quia fundatur in falſa præſumptione, non obligare in conſcientia, etiamſi ſeruatus ſit ordo iuris, & lata ſit ſecundum allegata, & probata. Ratio eſt tum quia ſententia eſt actus iuſtitiæ, nec obligat contra finem iuſtitiæ, cum autem finis iuſtitiæ ſit tribuere vnicuiq; ſuum, ſequitur ſententiam contra veritatẽ facti non obligare, cum per huiuſmodi ſententiam vnicuique ſuum non tribuatur. Tum quia nullus in conſcientia tenetur ſe rebus ſuis ſpoliare, & alteri dare abſque neceſſaria, & iuſta cauſa, ſed quando ſententia eſt iniuſta contra veritatem facti, & fundatur in falſa præſumptione, verus dominus non habet iuſtam cauſam, propter quam priuatur rebus ſuis, & cogĩt ad illas alteri tradendas, ergo non tenetur res illas alteri dare, & conſequenter non tenetur ſententiam illam ſeruare.

Dixi non obligare in cõſcientia, vt aduerterem obligare in foro externo, quia in foro externo non tã attenditur veritas facti, quàm probatio iuridica, & ordo iuris. Ita Caſtro, Clauis Reg., Suarez, & alij, quos retuli de legibus quæſt. 1. puncto 7. §. 3.

Hinc ſequitur, ſentẽtiam iniquã, quæ nititur falſa præſumptione, aut falſis probationibus, non obligare in conſcientia licet feratur ſecundum iuris ordinem.

Addo eum, cui res per huiuſmodi ſententiã applicata eſt, non poſſe illam tuta conſcientia retinere, cum nullo titulo retinere poſsit, nec dñs illarũ dominiũ per iniuſtã Iudicis ſententiam amiſerit, vt ſupra dictũ eſt puncto 2. Ita Arragon. q. 60. art. 5. Leſsius lib. 2. c. 29. nu. 84. verſ. 3. Valentia tom. 3. diſp. 5 q. 4. puncto 2. Soto 3 de iuſtitia q. 4. art. 5. Sylueſt. verbo Sententia pun. 11.

Rogabis, vtrum, ſicut ſententia iniuſta, quæ nititur falſis probationibus, ſeu quæ eſt contra veritatem facti non obligat in rebus ſecularibus, ita etiam non obliget in beneficijs Eccleſiaſticis, aut etiam in officijs publicis. Pro ſolutione.

7 Notandum eſt primo duplicem ſententiam ferri poſſe circa beneficium, vnam priuatiuam, alterã declara-

claratiuam. Sententia priuatiua dicitur illa, qua quis priuatur beneficio ob crimen commiſſum, vel illi impoſitum. Declaratiua eſt illa, qua declaratur beneficium vni cõpetere, & nõ alteri, vt ſi duo litigãtes de beneficio, credenteſq; ſe ius ad illud habere recurrant ad iudicẽ, iudex declaret beneficium ad vnum potius, quam ad alium pertinere.

8 Notandum ſecundò ſententiã dupliciter dici poſſe iniuſtam. Primò formaliter, ſecundò materialiter, ſententia iniuſta formaliter cõtingit quando procedit ex malitia Iudicis iniquè condemnantis voluntariè, & ſcienter, aut quando ex mala fide litigantium, & ex falſitate teſtium obtinetur, ſententia iniuſta materialiter eſt quãdo Iudex bona fide judicat iuxta allegata, & probata, & partes bona fide litigarunt, ſed falſitas ſolum ex parte teſtium interceſsit. His prænotatis, & omiſsis aliorum ſententijs.

9 Reſpondeo primo cum Claue Regia loco cit. Salonio 2. 2. q. 60. art. 5. Arragonio & Banne ibidem, Leſsio loc. cit. n. 84. Valentia tom. 3. diſp. 5. q. 4. puncto 2. Soto, Panormitano, Innocentio, & alijs apud præcitatos auctores, ſententiã priuatiuam iniuſtam ſolum materialiter validam eſſe, & obligare in vtroque foro. Ratio eſt quia Prælatus habet ius auferendi beneficiũ ab vno, & conferendi alteri ob rectam Eccleſiæ ſuæ gubernationem, maioremq; habet poteſtatem circa beneficia, & officia, quàm circa bona priuatorum. Quando igitur Iudex per ſententiam priuatiuam materialiter tantum iniuſtam aufert vni beneficium, & alteri confert, validè confert, conſequenter huiuſmodi ſententia in vtroque foro valida eſt.

Dixi iniuſta ſolum materialiter quia ſententia formaliter iniuſta, qua Iudex non iudicauit bona fide iuxta allegata, & probata, non eſt valida, vt patet ex dictis in reſponſione quæſiti, nam iudicium iniquũ non eſt verè iudicium ex S. Thom. 2. 2 q. 76. art. 4. ad 2. Idem dicendum eſt, quando pars mala fide litigauit cum fraude, dolo, & calumnia, nam fraus, & dolus nemini patrocinari debet, immo ſicut Iudex tenetur ad reſtitutionem damnorum, quæ pars læſa paſſa eſt ob ſententiam formaliter iniuſtam ex parte Iudicis, ita etiam pars tenetur, quando ſentẽtia eſt formaliter iniuſta ex parte ipſius partis litigantis, nam actionem iniuſtam exercẽs tenetur ad reſtitutionẽ damni inde prouenientis, vt patet ex regulis generalibus traditis de reſtitutione.

10 Reſpondeo ſecundo ſententiam declaratiuam iniuſtã formaliter, aut tantummodo materialiter non habere vim in foro conſcientiæ, nullumquè cõferre ius ad titulum beneficij reſpectu illius, in cuius fauorem lata fuit. Ita Sotus de iuſtitia lib. 3. q. 4. art. 5. Angelus verbo Sententia num. 8. Innocentius, Panormit. & alij apud Clauem Regiam cap. 9. nu. 13. contra ipſum Clauem Regiam num. 15. Bannem, Salonium, Valentiam, & alios locis citatis aſſerentes retineri poſſe beneficium ab eo, qui bona fide litigauit, cuique beneficium per ſententiam declaratoriam adiudicatum fuit. Sed ratio noſtra eſt, quia ſententia iniuſta declaratiua non tribuit titulum, aut ius, ſed manifeſtat iura obſcura, ergo non habet

vim

vim in foro conſcientiæ, nec confert ius ad titulum beneficij, conſequenter ille, in cuius fauorem ſententia declaratiua lata eſt, non poteſt retinere beneficium, cum beneficium retineri non poſsit abſque titulo, & iure, canonicaquè collatione, Regula 1. de regulis iuris in ſexto. Quapropter ſi Titius, & Caius litigantes de aliqua parochiali Eccleſia credebant ſe ius ad eam habere, & Iudex declarauit ſolum Titium habere ius, illiquè Eccleſiã Parochialem cõpetere, ſed poſtea Titius comperiat Iudicem deceptum eſſe, Titius non poteſt retinere beneficium, ſed tenetur illud Caio reſignare. Non tamen tenetur ad reſtitutionem damnorum ſi bona fide litigauit, vt patet ex dictis de reſtitutione. Vtrũ vero acta illius, qui retinet officium, ſeu beneficiũ per iniuſtam ſententiam declaratiuã valida ſint patet ex ſupradictis puncto 1. propoſitione prima valida eſſe, modo adſit titulus coloratus, & error communis, Barbarius de officio Prætoris.

PVNCTVM V.

De forma iuris quam Iudex in modo procedendi ſeruare debet.

1 *Modus procedendi triplex eſt.*
2 *Denunciationum duo ſunt genera.*
3 *Inquiſitio triplex eſt.*
4 *Quid ſit infamia, & quot homines ad infamiam requirantur.*
5 *Quid ſit clamoroſa inſinuatio, quid inditia & quid ſemiplena probatio.*
6 *Denunciatio Iudici iudicialis diſtinguitur ab accuſatione.*
7 *Ad modum procedendi per inquiſitionum generalem non requiritur infamia, vel accuſatio, vel denunciatio.*
8 *Iudex non tenetur admonere interrogatum, vt ea ſolũ manifeſtet, quorum præceſſit infamia.*
9 *Interrogatus non tenetur per ſe loquendo crimina occulta manifeſtare, & quomodo ſe gerere debeat.*
10 *Ad modum procedendi per inquiſitionem ſpecialem neceſſaria eſt infamia, vel clamoroſa inſinuatio.*
11 *Illationes ex præcedenti concluſione.*
12 *Ad ſpecialem inquiſitionem per ſe loquendo non ſufficiunt indicia manifeſta.*
13 *Quid requiratur ad modum procedendi per inquiſitionem mixtam.*
14 *Illationes ex præcedenti concluſione.*
15 *Plures percenſentur caſus, in quibus abſque præuia infamia procedi poteſt ad inquirendum tam in genere, quam in ſpecie.*
16 *Quomodo ſe gerere debeant religioſi in inquirendis religioſorum delictis.*
17 *Reus non poteſt, exceptis quibuſdam caſibus de ſociorum delicto occulto interrogari.*

1 Notandum primò triplicem eſſe modum procedendi. Primus dicitur per denunciationẽ. Secũdus p accuſationẽ. Tertius per inquiſitionem. In hoc puncto agemus de modo procedendi per inquiſitionem, de alijs duobus procedendi modis agemus in ſequenti puncto.

2 Notandum ſecũdò duo eſſe denunciationum genera; Vnum dicitur denunciationis extraiudicialis, vt ſi delictum aperiatur ſuperiori tamquam Patri ne delictum committatur, vel iteretur, Alterum dicitur

citur denũciationis iudicialis, quæ fit coram ſuperiore tanquam corã iudice, & publica pęna delinquenti iniungatur, vel ſatisfactio parti debita exhibeatur. Ita Azor. 3. parte lib 13. cap. 21. Regin. tom. 2. lib. 25. c. 54. & alij, quamuis multi alij DD. dicant quatuor eſſe denũciationum genera, videlicet euangelicam, iudicialem, canonicam, & regularem, verum ſi preſsè, & ſtrictè loquamur hæc quatuor genera ad duo priora iam recenſita reuocari poſſunt.

3 Notandum tertiò inquiſitionẽ triplicẽ eſſe, generalẽ, ſpecialem, & mixtam. Generalis eſt quando de perſona in communi quæritur crimen in communi, vt ſi ſuperior quęrat in genere vtrum ſubditi leges ſeruent, vel vtrum aliqui ſint, qui crimen aliquod commiſerint, &c. Hoc genere inquiſitionis vti ſolẽt Pręlati cum ſuas Diœceſes viſitãt. Specialis eſt, quando de perſona particulari quęritur crimen aliquãdo particulare vt ſi ſuperior quærat an Caius cõmiſerit homicidiũ. Mixta eſt illa, quæ conſtat ex generali, & ſpeciali, & poteſt eſſe duplex; aut enim de perſona in communi quæritur crimẽ particulare vt ſi inuento cadauere quæratur quis illud homicidium commiſerit, aut de perſona particulari quęritur crimen generale, ut ſi quęratur an Caius homo flagitioſus ſit, vel an aliqua delicta commiſerit. Vide Iuliũ Clarum in pract. quæſt. 5. 20. & 50. Menoch. de præſ. lib. 1. quæſt. 88 & Farinaciũ. in pract. criminũ. quæſt. 1. nn. 4. alioſque DD. inferius citandos.

Notandum quartò antequam ad inquiſitionem ſpecialem, aut mixtam procedatur, debere precedere infamiam, vel clamoroſam inſinuationem, vel inditia, vel ſemiplenam probationem iuxta dicenda infra.

4 Infamia iuxta Sotum lib. 5. de iuſtitia quæſt. 6. art. 2. concl. 5. Caietanum 2. 2. quæſt. 69. art. 1. Clauem Regiam lib. 12. cap. 10. nu. 12. Reginaldum lib. 24. num. 40. & alios eſt frequens vox bonorum, & proborum uirorum, quæ hominem de tali crimine rationabiliter ſuſpectum reddit; ex quo infertur ad infamiam iudicialem requiri, vt ſit frequens opinio, & vox bonorum; vox enim diſcolorum, & hominum infimæ ſortis nõ efficit legitimam, & iudicialem infamiam, cum hæc infamia induci poſsit abſque indicijs, & coniecturis ſufficientibus, vt bene Clauis Regia loc. cit. Auila 2. parte de cenſ. cap. 5. diſp. 4. dub. 2. vbi plures alios Doctores citat Sãchez lib. 2. de matrimonio diſp. 46. nu. 16. vbi etiam oſtendit, quid requiratur vt fama probet, aut probetur. Sed modo dubium eſt, quot homines requirantur ad infamiam.

Reſpondent Sotus, Craueta, & alij, quos retuli de cenſuris decem homines requiri. P. Nauar. lib. 2. c. 4. nu. 152. maiorem populi, vel Paretiæ, vel ſaltem viciniæ partem requiri putat. Salonius vero 2. 2. q 60. art. 2. cõtrou. 1. Clau. Regia lib. 12. cap. 10. nu. 13. Menochius, Molina, Vgolinus, Auila, & alij, quos retuli de cenſuris quæſt. 2. punc. 1. §. 1. nu. 5. putant relinquendum eſſe arbitrio prudentis uiri. Ratio eſt tũ quia nihil de tali numero expreſsũ eſt in iure. Tum quia decem in magnis populis pauci videntur, multi vero in modicis, infamia autem eſt

vox

Digitized by Google

vox multorum. Vide Farinaciũ de indicijs, & tortura quæſt. 47. num. 302. & ſeq.

Clamoroſa inſinuatio eſt vox totius populi, vel publicus rumor inter multos de tali crimine extra iudicium. Ita Nauar. C. Inter verba quæſt.3.concl.6.nu.697. Salon. loc. cit. & alij, quamquã nonnulli Doctores infamiam à clamoroſa inſinuatione non deſtingunt.

Inditia ſunt ſigna, & circunſtantiæ, ex quibus prudenter, & rationabiliter iudicamus de actibus aliorum. Sunt autem indicia in triplici differentia. Alia ſunt leuia, & hæc ſufficiunt ad capiendum reum, ne fugiat; quamuis nõ ſufficiant ad illum examinãdum, huiuſmodi indicium, &c. Iulio Claro quæſt.21. n.5.lib.5.Azorio lib.13.cap.18.dub. 5. Syluestro verbo Indicium quæſito 5 & alij in dictum Socij criminis, quod licet non ſufficiat ad examinandum, torquendum, vel puniendum ſocium ſufficit tamen ad capiendas contra ipſum informationes, & ad capiendum ne fugiat. Alia ſunt indicia grauia, & hæc ſufficiunt ad citandũ, & examinandũ reum, alia ſunt indubitata, & hæc ſufficiũt nõ ſolum ad examinandũ, verum etiam ad torquẽdum reum, vel ad deferendum illi iuramentũ; nam delatio iuramenti eſt veluti quædam tortura. Vide Azorium 3. parte lib.13.cap.26.& 27. Valentiã loc.cit.Clauem Regiam lib.12.cap. 10.nu.13. Leſsium dub.3.nu.15.Reginaldum lib.24.n.42.Iulium Clarum lib.5. quæſt.21. Leſsium lib.2. cap.29. dub. 17. & alios quorũ aliqui aſſerunt non ſolum dictũ duorum, aut trium teſtium, aut etiã ſemiplenam probationem, verũ etiã publicam famam ſufficere ad torquendum eũ qui publica fama criminis auctor reputatur.

Addo ſufficere fugam delinquẽtis ſuſceptam ſtatim poſt crimẽ cõmiſſum; niſi forte ſuſpectus purget ſuſpicionem comparendo poſt citationem; rurſus grauem inimicitiam coniunctam cum alijs indicijs; Ac denique exiſtentiam rei furto ablatæ apud delinquentem. Verum hæc indicia licet ſufficiant ad torturã, ordinariè tamen non ſufficiũt ad cõdemnandum reũ pena ordinaria, quia fieri poteſt vt nõ ſit reus.

Semiplena probatio eſt dictum vnius teſtis oculati, vel alias fide digniſsimi legitimè deponentis cum iuramento, & hic teſtis dicitur omni exceptione maior regulariter loquendo, vt oſtendit Cardinalis Tuſcus tom.8.concl.282. Teſtis omni exceptione maior dicitur, qui deponit cum iuramento, ſe vidiſſe crimen, quoties criminis perpetratio cadit ſub viſum, vel qui deponit ſe crimen audiuiſſe, quoties teſtificatio criminis nõ cadit ſub viſum, ſed ſub potentiã auditus, vt eſt crimen hæreſis, vel blaſphemiæ, nõ nego tamen quin etiam nonnulli alij poſsint appellari teſtes omni exceptione maiores vt oſtendit Cardinalis Tuſcus tom.8.concl.233.

6 Notandum vltimò denunciationem iudicialem diſtingui ab accuſatione, quod accuſator tenetur probare crimen teſtibus, denunciator vero non tenetur vt infra oſtendam.

His poſitis quæritur in hoc puncto quomodo ſeruanda ſit forma iuris conſiſtens in modo procedendi per inquiſitionem, vtrum ſcilicet iudex abſque præuia infamia, denuncia-

nunciatione,& c.Inquiſitionem formare poſsit.

PRIMA PROPOSITIO.

7 Modus procedendi per inquiſitionem generalẽ non requirit præuiam infamiam, vel accuſatorem, vel denunciatorem. Ita Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 47. cap. 1. de officio ordinarij, & cap. 1. de cenſibus. Nauar. cap. 18. n 38. Valentia 2. 2 diſp. 5. quæſt. 14. punc. 1. Clauis Regia lib. 12. cap. 10. nu. 16. Sotus 5. de iuſtitia quæſt. 6. art. 2. concluſ. 5. Reginaldus lib. 25. nu. 647. & alij communiter contra Alciatũ cap. 1. de officio Ordinarij. Ratio eſt tum quia non eſſet cõſultum publico bono ſi generalis inquiſitio contra dilinquentes fieri non poſſet abſque præuia infamia. Tum quia recta ratio dictat peccata extirpanda, & puniendos eſſe delinquentes, vt ceteri à peccatis deterreantur, & ad virtutẽ capeſcendam incitentur, hoc autem fieri nõ poſſet, ſi ad generalem inquiſitionẽ infamia, vel accuſatio, vel denunciatio requireretur, & hæc inquiſitio dicitur ex officio non vero ad inſtantiam partis.

Obijcies ſi fieri poſſet generalis inquiſitio ante præuiã infamiã daretur occaſio reuelandi ſecreta, nã perinde eſſet, ac quærere de perſona aliqua particulari, ſeu procedere per inquiſitionem mixtam.

8 Reſpondeo per accidens eſſe, vt ſi in generali inquiſitione reuelentur ſecreta, Iudex enim generaliter inquirendo vtitur iure ſuo, & qui interrogatur cautus eſſe debet, ne manifeſtet ea, quæ manifeſtare non poteſt. Ita Clauis Regia loco cit. nu. 13. & c. 11. nu. 18. Azor. 3. parte lib. 13. c. 26. & alij, qui bene aduertunt huiuſmodi inquiſitionem vtilem eſſe ad inuenienda ſaltem inditia contra delinquentem, quibus habitis Iudex poteſt vlterius inquirere, & poſtea ſpecialiter ad inquiſitionẽ perſonæ deuenire, quæ iam aliquo modo incipit informari, quamobrem Iudex poteſt cõtra criminis auctorem detectum in iudicio agere, informationes capere, particulares inquiſitiones facere, & conuincere, punire: ſic enim iuris ordo ſeruatur.

Hinc colligitur Iudicem non teneri, aut etiam non poſſe in generali inquiſitione eum admonere, quẽ interrogat, ne manifeſtet occultũ crimen, vel occultum dilinquẽtem. Ratio eſt tum quia vtitur iure ſuo interrogando. Tum quia ſuſpicionem fauoris erga criminoſum ingereret admonendo.

9 Secundo colligitur interrogatum à Iudice, aut compulſum per cenſuras non teneri in generali inquiſitione delictum occultum manifeſtare, ſed teneri ea tantum manifeſtare, quorum auctores laborãt infamia de tali delicto. Ratio eſt quia interrogatus ad ea ſolum reſpondere debet, quorum ſuperior eſt legitimus Iudex. Superior autẽ non eſt legitimus Iudex eorum, quę ſunt occulta, & nondum diffamata. Quapropter ſicut Iudex non poteſt de occultis interrogare, ita interrogatus non debet occulta detegere, immo negare poteſt ſe quicquam ſcire, intelligendo, quod ei teneatur manifeſtare, ius enim habet vtendi æquiuocatione. Hoc tamen limita niſi manifeſtatio criminis neceſſaria ſit ob vtilitatẽ, & emendatio-

Digitized by Google

dationem ipſius criminoſi, vel ob cõmune bonum, vt patet ex dictis de cenſuris, & patebit ex dicẽdis. Quamobrem, inquit Clauis Regia loco cit. tenemur Inquiſitoribus S. Officij manifeſtare crimina contra fidem, etiamſi non ſint diffamata, quia hic agitur de bono communi, & de bono religionis, ſeruandus tamẽ eſt ordo, quem ſeruãdum diximus de cenſuris diſp. 2. q. 6. pun. 1. Vide Clauem Regiam loco cit. & Leſsium lib. 2. c. 29. dub. 13.

Tertiò colligitur eum, qui generaliter interrogetur in generali inquiſitione, an alicubi ſint delicta, & crimina debere reſpondere, & in indiuiduo, ſeu in particulari manifeſtare crimina, quæ non ſunt occulta, ad hæc enim punienda, & tollenda generalis inquiſitio dirigitur, & ordinatur.

Quartò interrogatum in generali inquiſitione non teneri ad manifeſtandum reum, dum nulla præceſsit infamia, & auctor criminis eſt occultus; multò minus tenetur ſe ipſum, vel complicem manifeſtare, cum Iudex non habeat ius interrogandi de veritate, niſi cum hac limitatione, ſi præceſsit infamia, vel ſemiplena probatio.

SECVNDA PROPOSITIO.

10 Modus procedẽdi per ſpecialem inquiſitionẽ, qua intenditur pœna delinquentis, requirit preuiam infamiam, vel clamoroſam inſinuationem. Ita S. Tho. 2. 2. quæſt. 67. art. 3. Azor. loc. cit. cap. 26. dub. 1. Clauis Regia, Reginald. Valentia, & alij DD. cit. ommiſsis ijs, quos magno numero citat, & ſequitur Proſper, Farinacius tom. 1. praxis crim. quæſt. 1. nu. 5. & quæſt. 8. nu. 1. Menochius tom. 1. conſilio 100. nu. 58. & Clarus lib. 5. quæſt. 6. Ratio eſt tum quia ſic præſcribitur capite cum oportet de accuſationibus, & capite qualiter, & quãdo. Tum quia Iudex non poteſt procedere ad inquiſitionem ſpecialẽ niſi adſit aliquis formalis, vel ſaltẽ virtualis accuſator, cum autem virtualis accuſator ſit infamia, vel clamoroſa inſinuatio, ſequitur iudicẽ nõ poſſe ad inquiſitionem ſpecialem procedere abſque præuia infamia, vel clamoroſa inſinuatione.

11 Ex dictis ſequitur primo iudicem, qui ſcit crimen commiſſum, & duos, vel tres illius cõſcios eſſe, nõ poſſe via ſpecialis inquiſitionis cõtra criminoſum procedere, quia nundum præceſsit infamia, vel clamoroſa inſinuatio. Ita Clauis Regia loc. cit. nu. 10. Leſsius & alij.

12 Secundò ſequitur ad ſpecialẽ inquiſitionem præciſa conſuetudine in contrarium non ſufficere ſola inditia manifeſta. Ratio eſt tũ quia ad ſpecialem inquiſitionem requiritur infamia, vel clamoroſa inſinuatio. Tum quia inditia ſunt minoris probationis in iudicio, quam duo, aut tres teſtes omni exceptione maiores, duo autem, vel tres teſtes non ſufficiunt ad ſpecialem inquiſitionem capite Inquiſitionis de accuſationibus, vbi Innocentius Tertius expreſsè ſtatuit nõ poſſe iudicem inquirere contra nõ infamatum, etiamſi duo, vel tres teſtes aſſerant ſe vidiſſe delictum ab homine committi. Ita Nauar. cap. 18. nu. 38. Sotus lib. 5. de iuſtitia quæſt. 6. art. 2. Clauis Regia loc. cit. Valentia loc. cit. puncto 1. contra Emanuelẽ Sà verbo Iudex de mo-

Digitized by Google

do procedendi nu.1.P.Nauar.lib.2. de reſtitutione cap.4. nu.168. Azorium 3. parte lib.13. cap.18. Molinam tom.4.tit.3. diſp.47. & Iulium Clarum lib.5. receptarum ſententiarum in pract. crimin. quæſt. 21. vbi non ſolum teſtatur de communi, verum etiam addit vnum teſtẽ etiam non idoneum ſufficere, vt iudex contra aliquen inquirere poſſit. Verum iſtorum Doctorum opinio nobis contraria non eſt, quia ratio ipſorum deſumitur ex communi vſu, & praxi, quæ poteſt derogare iuri poſitiuo expreſſo in capite inquiſitionis citato. Nos autem in ſecunda illatione diximus preciſa conſuetudine. Vnde praxis multis in locis recepta eſt, vt inuẽto cadauere, habitisq; indicijs de aliquo formetur contra illum inquiſitio, & hęc praxis potuit induci eo quod expediat delicta ob commune bonum puniri, quamuis perſona particularis infametur, nam infamia particularis perſonæ ob commune bonum permitti poteſt. Ita Molina tract.3. diſp.47. & alij. Hinc patet varias Doctorũ opiniones poſſe inter ſe conciliari.

TERTIA PROPOSITIO.

13 Modus procedẽdi per inquiſitionem mixtam, qua inquiritur ſpecialiter de perſona, & generatim de crimine, requirit præuiam infamiam, vel ſemiplenã probationem, & accuſationem, aut ſaltem manifeſta inditia iuxta receptam loci conſuetudinem. Ita Nauar. Clauis Regia, Leſsius, & alij loc. cit. Ratio eſt tum quia ad hoc faciunt rationes, & auctoritates allatæ in præcedenti propoſitione. Tum quia alioquin infamaretur perſona, & puniretur abſque accuſatore, vel ſupplente ipſius vicem. Tum quia ratio naturalis dictat, ne ſecreta, & occulta publicè iudicentur, ergo non poteſt ſpecialiter inquiri contra aliquem, niſi pręceſſerit infamia, vel ſemiplena probatio, & accuſatio, vel ſaltem manifeſta indicia iuxta dicta in præcedẽti illatione. Ita DD. ſtatim cit.

Modus vero procedendi per inquiſitionem mixtam, qua de tali crimine noto quæritur auctor eius in communi, non requirit infamiã delinquentis, nec ſemiplenam probationem, & accuſationem. Ratio eſt tum quia hæc eſt praxis fori tam ſecularis, quam Eccleſiaſtici. Tum quia per huiuſmodi inquiſitionem nulli fit iniuria. Tum quia ita videtur bono communi expedire. Ita DD. ſtatim citandi.

14 Hinc ſequitur primò quando commiſſum fuit homicidiũ, de quo publicè conſtat, poſſe in genere inquiri, quis illud cõmiſerit, non poſſe verò inquiri in ſpecie, niſi præceſſerit infamia vel ſemiplena probatio, & accuſatio vt iam dictum eſt. Ita Molina tom.3. tract.3. diſp. 47.nu.2. Clauis Reg. lib.12. cap.10. 23.& 24. Salonius 2.2.quæſt.69.art. 2.contro.7. Arrag. ibidem, Bannes ibidem quæſt. 70. art.1. dub.2. Valentia loc. cit. quæſt. 14. puncto 1. Reginaldus lib.25. num.652.& alij contra Sotum de iuſt. q.6. art.2. & nonnullos alios auctores.

Secundò illum non teneri veritatem, ſeu auctorem criminis aperire qui in inquiſitione mixta, ſeu generali interrogatur de veritate alicuius criminis notorij, cuius auctorem

rem

rem pauci norunt. In hac illatione non conueniunt omnes DD. nam aliqui putant teneri, etiamſi ſolus ipſe nouerit. Ratio eſt quia iudex iuridicè interrogat, ergo interrogatus tenetur reſpondere, & verum aperire, cum iudici iuridicè interroganti reſpondendum ſit. Ita ſentire videtur Azor. loc. cit. cap. 15. diſ. 4. Idem alias ſenſit D. Tho. teſte Syluestro verbo correptio, quæſito 8. Claue Regia cap. 10. n. 24. & alijs Clauis vero Regia loc. cit. nu. 26. exiſtimat teneri aperire ſi duo, vel tres nouerint illud crimen, quia iudex iuridicè interrogat. Sed mihi probabilior videtur ſentẽtia Leſsij loc. cit. & aliorũ aſſerẽtiũ nõ teneri manifeſtare auctorem criminis niſi præceſſerit infamia, vel ſaltem ſemiplena probatio, & accuſatio de criminis auctore, vt dictum eſt in tertia propoſitione, nam vt aliquis detegatur in inquiſitione, neceſſe eſt, vt laboret publica infamia, delinquens autem nundum laborat infamia publica, dũ duo, vel tres extraiudicialiter norũt ipſius delictũ.

Tertiò ſequitur reũ, qui ſuum delictum confeſſus eſt, vel eſt de eo conuictus non poſſe de alijs interrogari, de quibus non extat contra ipſum infamia, vel indicia iuxta ſuperius dicta, niſi forte delicta, de quibus interrogatur, connexionem cum illis habeant, quę cõfeſſus eſt, aut conuictus, tũc enim extant ſufficientia indicia, aut infamia. Ita Caiet. 2. 2. quęſt. 69. art. 2. Sotus loc. cit. Azor. cap. 18. dub. 4. Iulius Clarus lib. 5. quæſt. 64. nu. 50. vbi docet ex iure communi non poſſe de alijs interrogari, l. 1. ff. de quæſt. licet cõtrarium alicubi vſu receptum ſit.

15 Quæres primò vtrum extent aliqui caſus, in quibus præcedente infamia procedi poſsit ad inquirẽdum, tam in genere, quã in ſpecie.

Reſpõdeo affirmatiuè cum Valentia 2. 2. diſp. 5. quæſt. 11. pun. 3. Nauar. in Rubrica de iudicijs n. 92. & in Manuali cap. 17. nu. 134. Claue Regia lib. 12. nu. 3. & 10. Auila 2. par. c. 5. diſp. 4. dub. 3.

Primus caſus eſt, quando inquiſitio, vel manifeſtatio neceſſaria eſt ad impediendum malum futurũ publicum, aut priuatum pręſertim animarum ex. g. ad impediendum crimen lęſę Maieſtatis, aut hæreſis, vel Apoſtaſiæ. Ratio eſt tum quia hæc crimina ſunt nimis pernitioſa Republicæ. Tum quia bonum animæ eſt pręferẽdum bonis externis, famæ, honoris, & facultatum, meliorque eſt condicio innocentis.

Ex quo ſequitur hæreticum manifeſtãdum eſſe, quamuis illius delictum ſit occultum, & nundum laboret infamia, nam bonum cõmune fidei præpunderat famę.

Secundus eſt, quãdo proceditur non ad punitionem, ſed ad conferendum beneficium, ad diſpenſandum in voto, ad celebrandum matrimonium, ad elegendum &c. Ratio eſt tum quia hæc inquiſitio non adhibetur ad pœnam, ergo non requirit præuiam accuſationem, vel infamiam, quæ requiri conſueuit, cum inquiſitio procedit ad punitionem. Tum quia licitum eſt peccatum alterius iuſta de cauſa manifeſtare quatenus illa cauſa poſtulat, vt docui de contract. diſp. 2. q. 4. puncto 8. Tum quia ſuperior cauere debet ne officia conferat indignis, aut inhabiles in matrimoniũ coniungat; hoc autem cauere non poteſt niſi ius habeat interrogan-

di conſcios; ergo poteſt conſcios interrogare; & interrogati Iudici interroganti reſpondere debent. Cōſequenter etiam ipſe delinquēs, ſeu indign' veritatē aperire debet, vel abſtinere ab illo officio, benefi cio, matrimonio, &c. & q̄uis nullus teneatur ſe ipſum prodere dum coactus, & citra ſuam voluntatem cōſtituitur in aliquo ſtatu, vt bene obſeruat Sanchez lib. 6. de matrimonio diſp. 27. nu. 7. verſ. Nec obſtat; tenetur tamen ſe ipſum prodere, vel ſaltem abſtinere debet à petendo, vel obtinendo officio matrimonio &c. quia voluntariè ſe in eo ſtatu conſtituit. Ita Nauar. Leſsius, & alij, quos retuli de contractibus loco cit. quibus etiam adhæret Salon. 2. 2. q. 68. ar. 1. cōtro. 4 & Clau. Reg. loco cit. n. 10. caueat tamen inquirens ne defectum delinquentis, ſeu indigni alijs detegat, quib' neceſſe non eſt detegere. Ratio eſt tum quia ſicut interrogati eos tantūmodo defectus detegere poſſunt quibus alter redditur indignus, vel inhabilis; ita etiam inquirens non poteſt hos defectus ijs detegere q. bus opus non eſt. Tum quia conſulendum eſt famæ proximi quantum fieri poteſt.

Tertius eſt quando quis confeſſus fuit occultum crimen in iudicio quamuis illud coram paucis confeſſus ſit vt coram Iudice, & Notario: nam illa confeſsio fuit notorium iuris, conſequenter ſufficit ad ſpecialē inquiſitionem. Amplia etiāſi ſolum incidenter confeſſus ſit ſiue illud crimen ſit circumſtantia delicti, de quo agitur, ſiue ſit delictum diſtinctum, ſecus ſi confeſsio metu tormētorum facta ſit, & poſtea reuocetur tanquam metu facta, perinde enim eſt, ac ſi facta non fuiſſet conſequēter non ſufficit, ſicut neq; ſufficit confeſsio facta Prælato incogitanter, aut in aliqua ſecreta Epiſtola, quam Prælatus aperuit, iuxta Sotū detegendo ſecreto: adhuc enim delictum dicitur occultū. Vide Farinacium, Gomezium, Riccardum, & alios, quos referam puncto 7. ad finem. Idem dici debet de confeſsione facta extra iudiciū niſi ex ea orta ſit infamia contra delinquentem. Vide Leſsium loco cit. alioſquè præcitatos Doctores.

Quartus, quando delictum committitur corā ipſis Iudicibus alijſq; circumſtantibus, ſeu quando deprehenditur in diſcurſu proceſſus vt ſi detegatur falſa, & calumnioſa accuſatio, aut litteræ falſæ, ſeu falſa inſtrumenta quibus pars vtitur.

Quintus, quando Iudex in generali inquiſitione comperijt aliquē deliquiſſe; tunc enim procedere poteſt ad ſpecialē Inquiſitionem, vt dictū eſt in prima Propoſitione

Sextus, quando ſuſpicio communis ſupplet vicem infamiæ. Vide Salon. 2. 2. q. 69. art. 2. Bannem, & Arragonium q. 68. in art. 1. D. Tho. Nauar. in Commen. de Iudicijs; Clauem Regiam lib. 12. c. 11. Azoriū 3. parte lib. 13. c. 17. & 25. dub. 3.

16 Quæres ſecūdò, quomodo Prælati religioſorum ſe gerere debeāt in inquirendis ſuorum religioſorū delictis.

Reſpondeo teneri dictum procedendi modum in criminibus grauibus obſeruare, ne videlicet ſpecialiter inquirant abſq; præuia infamia, vel ſaltem manifeſtis inditijs. Ratio eſt quia rationes ſuperius allatæ idem probant in omnibus. Ita Salon. 2. 2. q. 67. ar. 3. cum S. Tho

ma

ma, & alijs.

Dixi in criminibus grauibus, nã in leuibus prædictum procedendi modum neceſſario ſeruandum nõ eſſe plerique Doctores aſſerũt, quia religioſi iuri ſuo in leuibus cedunt, immo nonnulli non ſolum cedunt iuri ſuo in leuibus, verum etiam in alijs quibuſcunque cognitis extra confeſsionem.

17 Quæres tertiò, vtrum reus, qui crimen ſuum confeſſus eſt, poſsit de ſociorum crimine interrogari.

Reſpondeo negatiuè quando ipſorum crimen eſt occultum leg. fin. ad de Accuſatione, & cap. Veniens de teſtibus. Ratio patet ex propoſitionibus ſuperius allatis. Excipiuntur tamen aliqui Caſus.

Primus eſt quando reus tenetur alium accuſare etiamſi delictum ſit occultum vt conſtabit ex infra dicendis de Accuſatione, & ex dictis in hoc puncto quęſito 1.

Secundus eſt, quando reus, quem conſtat delictum ex mandato alterius commiſiſſe, interrogatur de mandãte, quãdo videlicet interrogatur quis nam mandatũ illius delicti patrandi dederit.

Tertius eſt, quando crimen eſt eius rationis, vt ſine alio committi non poſsit, aut nõ ſoleat, quale eſt adulterium, Sodomia, &c.

Quartus eſt de latronibus, de aſſaſsinis, de falſa moneta, de cuſtode carceris corrupto, de criminibus læſæ Maieſtatis, & de alijs criminibus bono publico repugnantibus. Vide Azor. 3. parte lib. 13. c. 18. dub. 3. Clauem Regiam, & Leſſium locis citatis, Sotum 5. de iuſt. q. 5. art. 2. Nauar. c. 18. nu. 58. Iulium Clarum lib. 5. q. 21. & Cardinalem Tuſcum tomo 8. concl. 217.

PVNCTVM VI.

De modo procedendi per accuſationem, & denunciationem.

1 *Quandonam Iudex legitimè procedat per viam accuſationis.*

2 *Quid facere conſueuerit Iudex dum apud ipſum delatum eſt crimen.*

3 *Iudex aliquando procedit per querelam, aliquando per inquiſitionem cognito delicto.*

4 *Quandonam Iudex legitimè procedat via denunciationis.*

5 *Excuſari poteſt praxis Iudicum ſecularium, qui ex denunciatione publici officialis, vel alterius, vel ex querela partis accedunt ad capiendas informationes, & ijs habitis ſpecialem inquiſitionem formant.*

DVo principaliter explicanda ſunt in hoc pũcto Primo quãdonam Iudex legitimè procedat per viã accuſationis. Secundò per viam denunciationis.

PRIMA PROPOSITIO.

1 IVdex via accuſationis iuridicè procedit quoties delata accuſatione interrogat teſtes, & poſtea habita ſaltẽ ſemiplena probatione procedit ad interrogandũ reum. Ratio eſt quia non tot requiruntur ad interrogandum reum, quod ad condemnandum, ſed ad condemnandum ſufficit plena probatio, quæ fit per duos, vel tres teſtes omni exceptione maiores iuxta illud Matthæi. *In ore duorum, vel triũ ſtet omne verbum*; ergo ad interro-

gandum reũ ſufficit ſemiplena probatio. Ita Em. Sà v. Iudex num. 1. Clau. Regia lib. 12. c. 10 nu. 27. Valentia loc. cit. & alij. Immo Clau. Reg. putat ſufficere inditia expreſſa, & manifeſta. Vt hoc melius intelligatur.

2 Aduertendũ eſt primo, Iudicẽ cum ipſi delatum eſt crimen ab accuſatore, procedere ad examinandos teſtes nominatos ab accuſatore, quibus examinatis, & crimine p vnum, vel duos teſtes omni exceptione maiores probato, legitimè procedere ad examinãdum reum; cum hac tamen differentia, quod quando crimen probatum eſt per duos, vel tres teſtes omni exceptione maiores cenſetur plenè, & ſufficienter probatum, non ſolum ad examinandum, verum etiam ad cõdemnandum reum; quando vero crimen probatum eſt per vnum tantummodo teſtem, cenſetur crimen ſufficienter probatum ad examinandum, & torquendum reum.

3 Aduertendum ſecundò, Iudicẽ non ſemper procedere via accuſationis propriè acceptæ, ſed frequẽter procedere per quærelam, quæ dupliciter contingit.

Primò, quãdo quis tanquam accuſato rei, deponit querelam cõtra aliquem adducendo teſtes qua poſita Iudex legitimè procedit ad capiendas informationes, & examinandos teſtes nominatos ab eo qui querelam depoſuit, & poſtea procedit ad examinandum reum.

Secundò, quando quis delictum ab altero commiſſum defert ad Iudicem, qui poſtea ex officio procedit ad capiendas informationes, & examinandos de crimine informatos, quibus deponentibus contra reum legitimè poſtea interrogat reum, & reus tenetur reſpondere. Vide Azor. loco cit. c. 22. & c. 25. dub. 3. Iul. Clarum lib 5. q. 9.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 IVdex via denunciationis iuridicè procedit quoties crimine de aliquo apud ipſum delato ex officio procedit ad capiendas informationes, & examinandos teſtes nominatos à denũciatore, vel alios quos ipſe Iudex inquirendo ex officio comperit informatos quibus poſitis legitimè accedit ad examinandum delinquentem, hic eſt cõmunis vſus, & praxis. Vide Azor. cap. 21. & 25. dub. 3. ad finem Iuliũ Clarum lib. 5. quæſt. 7. quæ vero Differentia ſit inter accuſationem, & denunciationem inferius explicabo.

5 Ex dictis in his duabus propoſitionibus colligi poteſt ſolutio illius difficultatis qua quæritur, vtrũ excuſari poſſit praxis, & conſuetudo iudicum ſecularium, qui ex denunciatione publici officialis ad id muneris deputati, aut alicuius priuati, vel ex querela partis offenſę, quæ tamẽ in ſe nõ vult onus probandi ſuſcipere procedunt ad capiendas informationes, & inditia quibus habitis formant ſpecialem inquiſitionem.

Reſpondendũ. n. eſt excuſari poſſe quamuis non omnes Doctores in hac re conueniant, ſed in duas ſententias ſint diuiſi.

Prima ſententia eſt Soti de tegen. ſecreto. membro 2. q 6. concl. 3. Nauar. cap. inter verba 11. quæſt. 3. Cla. Regiæ lib. 12. cap. 11 nu. 16. & aliorum condemnantium huiuſmodi

modi praxim. Ratio eſt quia contra ius naturale, & diuinū eſt, præbere occaſionem detrahēdi proximo, ſed qui inquirit ſine præuia infamia, & ſola denunciatione publici officialis, aut alterius, aut ex querela partis offenſæ, pręb et occaſionem detrahendi: dat enim interrogato occaſionem infamandi delinquentem, qui nondum infamia laborat; ergo facit contra ius naturale, & diuinum non poteſt aūt cōtra ius naturale, & diuinum conſuetudo legitima introduci.

Secunda ſententia eſt Leſsij lib. 2. cap. 29. Azor. 3. parte lib. 13. cap. 12. Iul. Clar. loc. cit. quæſt. 10. num. 1. & aliorum, qui huiuſmodi cōſuetudinem, & praxim procedendi nō cōdemnant, modò fiat iuxta leges, & conſuetudines receptas, & modò fiat in grauibus cauſis, dum neceſſe eſt ob Reip. vtilitatem. Ratio eſt tum quia iure humano poſitiuo introductum eſt, vt non fiat ſpecialis inquiſitio ſine pręuia auctoris infamia cap. Inquiſitionis de accuſatoribus: Ius autem humanum poteſt aboleri per contrariam cōſuetudinem, vt in ſimili dictum eſt de indicijs. Tum quia multa crimina remanerent impunita in damnum Reip. niſi modus iſte procedendi admitteretur iuxta receptam locorum conſuetudinem.

PVNCTVM VII.

Vtrum Iudex pœnam à lege taxatam remittere poſsit.

1 *Iudex inferior regulariter loquendo nō poteſt pœnam à lege taxatam remittere arbitrariā vero poteſt augere, vel minuere.*

2 *Iudex tenetur ad reſtitutionē quoties pœnam remittit cum damno partis.*

3 *Iudex ſupremus poteſt ex iuſta cauſa pœnam remittere.*

4 *Idem aliquando poteſt iudex inferior.*

5 *Iudex mortaliter peccat liberando reū quoties commune bonum poſtulat ipſum occidi.*

6 *Iudex non debet ſe facilem exhibere in commutanda pœna corporali in pecuniariam.*

7 *Periculoſum aliquando eſt pro reis apud iudicem intercedere.*

8 *Iudex non poteſt per ſe loquendo eum ad mortem condemnare, à quo delicti confeſſionem extorſit promiſſione impunitatis, aut minis, vel deceptionibus.*

VNICA PROPOSITIO.

1 NVllus Iudex inferior ordinariè loquendo relaxare poteſt pœnam à iure taxatam. Ita S. Tho. 2. 2. quæſt. 65. art. 4 Arrag. Bannes, & Salon. ibidem Cla. Reg. lib. 12. cap. 12. nu. 2. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 11. puncto 4. Tolet. lib. 5. cap. 56. n. 11. Molina tom. 5. tract. 3. diſp. 48. & Regin. lib. 25. nu. 655. & alij communiter. Amplia etiāſi accuſator, vel pars læſa conſentiat. Ratio eſt quia iudex inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, etiamſi pars conſentiat; limita niſi accuſator, aut pars lęſa conſentiat quatenus iuri ſuo cędere poteſt. Vt hoc clarius intelligatur.

Notandū eſt pęnā duplicem eſſe, vnā omnino certā, alterā arbitrariā. Prima nullo modo relaxari poteſt præſertim cū pars lęſa, vel accuſator, vel qui emit pœnas, non remittit alioquin fieret iniuria parti habenti ius petendi ſatisfactionem

lege taxatam; vt bene ait Menochius,& Farinacius locis ſtatim citandis Azor. 3. parte lib. 13. cap. 23. dub. 3. & 4. Clauis Regia cap. 12. n. 8. cũ Syluestro, Angelo, Armilla,& alijs, qui etiam addunt iudicem teneri condemnare reum in expenſis, modo petãtur à victore, & reus iuſtam non habuerit litigandi cauſam l. Qui alterius, ff. de regulis iuris, & l. Sancimus C. de Iudicijs. Secunda minui põt, & augeri intra terminos æquitatis pro varietate temporũ, locorũ, & perſonarũ arbitrio Iudicis lege qd ergo de ijs, qui notantur infamia. Rurſus alia eſt pœna quæ, iniungitur ob bonũ publicum, alia quæ iniungitur in ſatisfactionem partis læſæ: Prima nõ poteſt remitti alioquin fieret iniuria Reip. Secunda poteſt remitti conſentiente parte læſa; volenti .n. & conſentienti non fit iniuria. Ita Menochius lib. 1. de arbit. quæſt. 96. Farinacius de Inquiſitione quæſt. 17. nu. 71. Sotus lib. 5. de iuſt. quæſt. 4. ar. 4. Azor. loc. cit. & alij ibidem citati.

2 Hinc ſequitur primò iudicem remittentem pœnã ex cuius remiſſione damnum obuenit parti teneri ad reſtitutionem parti læſæ, quia pars læſa iniuſtè patitur damnum. Ita DD. citati.

Secundò ſequitur, quoties iudex remittit pęnam reo, quam reus debet parti læſæ rõne damni dati, reũ adhuc teneri ad ſatisfactionẽ parti læſæ niſi ea conſentiat. Ratio eſt quia iudex non poteſt reo ſatisfactionem condonare, quam reus alteri debet ex iuſtitia, & iure naturæ, niſi alter conſentiat; prædicta autem ſatisfactio debetur parti læſæ ex Iuſtitia, & iure naturali: Ideo iudex in tali euentu tenebitur ſatisfacere parti læſæ nõ quidẽ principaliter, ſed in defectum rei non ſoluentis, facit enim contra iuſtitiã remittendo pœnam reo, quam reus iam debet ratione damni dati; Ex peccato autem contra iuſtitiam cũ damno alterius conſurgit obligatio reſtituendi. Ratio autem cur non teneatur principaliter eſt, quia non fuit cauſa principalis damni cum iam damnum illatum fuiſſet. An autem reus teneatur fiſco ſoluere pœnam quam ſoluiſſet ſi condẽnatus fuiſſet.

Reſpondetur negatiuè quia pœna non debetur Fiſco niſi poſt ſententiam. Ita Clauis Reg. loc. cit. nu. 5. & alij quamplures, quos retuli de legibus & contractibus.

3 Dixi in propoſitione iudex inferior, quia ſi loquamur de ſupremo iudice dicendum eſt ſupremum iudicem poſſe pœnam in iure taxatã relaxare etiã recuſante parte modò hoc faciat ex iuxta cauſa, vt ſi ita poſtulet commune bonum. Ratio eſt tum quia ſupremus ſuperior plenariam habet poteſtatem, & in iure communi diſpẽſandi facultatem habet; ergo diſpenſare poteſt in lege determinante pœnam ſaltem dum adeſt iuſta diſpenſandi cauſa. Tum quia commune bonum præferendum eſt priuato neque accuſator eſt rationabiliter inuitus cum iudex rationabiliter, & ex iuſta cauſa pœnam relaxet. Obſerua tamen reſarciendum eſſe damnum illatum parti læſæ, nam pars non debet pati damnum ob remiſſionem principis, qui non poteſt in iure naturæ diſpenſare, nec alterum bonis priuare niſi forte aliqua iuſta cauſa ſubſit, ob quam poſſit partem rebus

bus ſuis priuare, vt in ſimili patet ex dictis de Priuilegijs. Ita Tol. & Clau. Reg. & alij citati.

4 Dixi in propoſitione ordinariè loquendo, vt aduerterem etiam Iudicem inferiorem aliquando poſſe pœnam relaxare, vt quando cōmune bonum pœnæ relaxationem poſtulat, & aditus ad ſuperiorē non patet, vt ab ipſo relaxatio pœnæ obtineatur; ſuperior enim non præſumitur relaxationē pœnæ ſibi reſeruare cū tanto incōmodo. Ergo iudex inferior poterit pœnam relaxare, nō quidem omnino, ſed quatenus recta ratio dictabit. Idem dicendum eſt in leuioribus criminibus, vt in homicidio caſuali in leui furto, &c. tunc enim iudex licet inferior pœnam legis iuxta dictamen rectæ rationis, & epicheiā minuere debet præſertim cōſentiente accuſatore, vt benè Farinac. in praxi crimi. quęſt. 17. Menochius de arbitrarijs lib. 1. quæſt. 96. nu. 20. Reginald. nu. 656. Clauis Regia loc. cit. nu. 3. Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 48. nu. 3. & diſp. 49. nu. 2. vbi docet quandonam pœna iudicis arbitrio augeri, aut minui poſsit. Idem oſtendit Farinacius loc. cit.

Dixi pęnam à iure taxatam nam quando lex non determinat pœnā delinquenti infligendam, ſed eam arbitrio Iudicum relinquit poteſt eam Iudex iuxta ſuum prudens iudicium componere; quamquam ad miſericordiam magis, quam ad ſeueritatē inclinare debet, iuxta illud cap. allegat. 16. q. 7. vbi dicitur melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem.

5 Quæres primò, vtrū Iudex peccet mortaliter liberādo reum, aut pęnam mortis in multam pecuniariam commutando.

Reſpondeo primò, peccare mortaliter liberando reum, dum cōmune bonum poſtulat occidi, immo Iudex fit reus omnium malorum, quæ poſtea ſequuntur ob rei liberationem. Ratio eſt quia tenetur ex officio conſulere bono communi, & impedire damna Reipub. Ille autē, qui damna non impedit cum teneatur impedire non ſolum grauiter peccat, verum etiā ipſi damna, quæ ſequuntur, imputantur. Ita Azor. loco cit. dub. 4. Nauar. cap. 23. num. 14. ad finem. Arrag. 2. 2. q. 67. art. 4. Salon. ibidem. Couar. 2. variar. c. 9. nu. 2. Clauis Regia lib. 12. c. 12. num. 6. Mol. tom. 4. tract. 3. diſp. 48. num. 3.

6 Reſpondeo ſecundò iudices nō debere ſe faciles exhibere in commutandis pœnis corporalibus in pecuniarias; nam diuites occaſionem arriperent liberius peccandi, ſpe commutationis pœnæ corporalis in pecuniariā. Multo minus Iudicibus Eccleſiaſticis licitum eſt pecuniam pro tolerandis peccatis accipere, vt pro tolerādis concubinarijs, vel meretricibus; quamuis enim licitum ſit concubinarios pęna pecuniaria punire, non tamen licet delictū accepta pecunia permittere, nec ſemp expedit delictū hac pęna punire, tum propter ſuſpitionem auaritiæ, tum ne delinquentes in peccatis perſeuerent.

Addo iudices, dū has pęnas pecuniarias exigunt, debere illas potius in pios vſus, q̃ in propriā vtilitatem conuertere. Vide Salon. & Arrag. loc. cit. Clauem Regiam lib. 12. ca. 12. nu. 6 Couar. 20. var. cap. 9. nu. 7. Caiet. v. Iudicis peccata, alioſquè

preci-

præcitatos DD.

7 Quæres ſecundò, vtrũ apud iudicem pro liberatione delinquentis intercedere liceat.

Reſpondeo cum Valentia tomo 3. diſp. 5. quæſt. 11. ad finem Clau. Regia lib. 2. cap. 12. nu. 3. Salon. 2. 2. quæſt. 67. art. 4. concl. 2. Soto 5. de iuſt. q. 4. art. 4. ad primũ Reginaldo nu. 655. & alijs periculoſum eſſe aliquando pro reis intercedere in ijs, quæ ab arbitrio iudicis non dependent; nam fieri poteſt vt petatur illicitę pœnę relaxatio; quare vt plurimũ tutius erit agere prius cum parte, ab eaque remiſsionem obtinere, & ea obtenta pro liberatione delinquentis apud iudicem intercedere; tunc enim non aderit periculum inferendi damnum, & iniuriam parti, cum ipſa iuri ſuo ceſſerit, & bonum commune, non ita frequenter obliget iudicem ad puniendum reum remittente parte ſicut obligat parte non remittente.

8 Quæres tertiò vtrum iudex pęnam condonare poſsit, vel teneatur illum ad mortem condemnare à quo ipſe, vel ipſius miniſtri veritatem criminis commiſsi extorſerũt promiſſa impunitate, ſeu fictis promiſsionibus, aut minis, aut deceptionibus.

Reſpondeo duplicem eſſe ſentẽtiam. Prima affirmat poſſe condẽnare ad mortẽ, quia iudex nõ tenetur illam promiſsionẽ ſeruare, vtpote pernicioſam Reip. & reus ſibi imputare debet quod tali promiſſioni fidem præſtiterit. Ita Clarus lib. 5. quæſt. 55. verſ. Circa ſecundũ.

Secunda ſententia eſt quæ negat regulariter loquendo poſſe condẽnare, vel vlterius procedere. Ita Reginaldus lib. 25. nu. 135. & 653. Nauar. lib. 2. cap. 3. nu. 242. Salon. 2. 2. quæſt. 69. art. 2. controu. 3. concl. 2 Emanuel Sà ver. Iudiciales actus nu. 18 Couar. 1. var. cap. 2. num. 16. Anton. Gomez tom. 3. var. reſol. ca. 12. de probat. nu. 6. Decianus tract. crim. lib. 7. cap. 45. nu. 22. Farinacius in praxi crim. parte 3. q. 81. nu. 276. & 280. & quamplures alij apud prę citatos Doctores, aſſerentes reum in eo caſu puniri non poſſe, niſi adſint alia inditia ſufficientia coniecturę, & præſumptiones cõmiſsi ab eo delicti, aut niſi reus deſtitutus ſpe promiſsionis, adhùc perſeueret in confeſsione criminis, aut niſi alioquin magnum imminet Reipublicæ damnum. Ratio eſt tum quia illa confeſsio fuit extorta per dolum, conſequenter non videtur ſufficiens ad condemnationem. Tũ quia fieri poteſt, vt reus non commiſerit crimen, ſed forte illud confeſſus ſit, vt liberationem facilius obtineret.

Dixi regulariter loquendo, vt aduerterem reum aliquando puniri poſſe, vt ſi alioquin magnum immineat Reipub. damnum, & ad illud auertendum neceſſaria ſit punitio; nam cõmune bonum priuato præferendum eſt, & ad ſui conſeruationem aliquando poſtulat iuris ordinem prætermitti. Ita Reginald. lib. 24. nu. 137. Idem innuit Farinacius loco cit. nu. 296. cum Pegna, & alij in crimine hæreſis. Idem procedit ſi reus poſtea primam confeſsionẽ expreſsè ratificauit liberè, & voluntariè, vt bene Farinacius num. 287. cum Manticello, Couar. & alijs.

PVN-

PVNCTVM VIII.

Vtrum Iudici aliquid tradi, ab eoq; accipi poſſit.

1 *Quot ſint genera eorum, quæ iudicibus tradi ſolent.*

2 *Iudices poſſunt aliquid loco ſtipendij à litigantibus accipere, modò aliundè non ſit illis aſſignatum.*

3 *Beneficiarius non poteſt quicquam accipere, ſi beneficio eſt adnexũ onus iudicandi.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus ordinarius non poteſt quidquam pro aſſeſſore accipere. Secus de Iudice ſeculari, aut etiam de Iudice Eccleſiaſtico delegato, modò nihil in fraudẽ accipiat.*

5 *Iudex Eccleſiaſticus tã ordinarius, quã delegatus præciſa legitima conſuetudine in contrarium non poteſt munera, vel ſportulas accipere, poteſt vero xenia, & iudex ſecularis non ſolum poteſt xenia, verum etiam aliquas ſportulas.*

6 *Iudex ſecularis poteſt accipere expenſas quas facit dum proficiſcitur extra domicilium, non vero Eccleſiaſticus exceptis duobus caſibus.*

1 NOtandum ad tria capita renocari poſſe, quæ Iudex à litigantibus accipit, alia dicuntur ſtipendia pro officio, alia dicuntur expenſæ pro labore, alia dñr munera. Rurſus munera, vel ſunt ſportulæ, vel xenia. Xenia ſunt exculẽta, vel poculẽta, quæ intra paucos dies videlicet intra duos, vel tres dies conſumi poſſunt; ſportulæ dicuntur quęcunq; munera, quę, vel in cibo, vel in pecunia vltra ſtipendium à litigantibus dari cõſueuerunt Tria principaliter in hoc puncto explicanda ſunt. Primò vtrum liceat aliquid dare, vel accipere loco ſtipendij. Secundo titulo donationis. Tertio ratione expenſarum.

PRIMA PROPOSITIO.

2 IVdices tam ſeculares, quã Eccleſiaſtici aliquid loco ſtipendij à litigantibus pro exercendo iuſtitiæ officio accipere poſſunt. Ratio eſt tum quia obligatio iudicãdi eſt res pretio æſtimabilis, nec eſt aliquid ſpirituale, ſed eſt locatio operæ ſuæ. Tum quia operarius dignus eſt mercede ſua. Hoc tamẽ limita modò Iudicibus ſtipendium à Republica, vel ab alio aſsignatũ non ſit; nam ſi ſtipendium illis aſſignatum ſit, nõ poſſunt quicquam à litigantibus accipere; ſicut neq; poſſunt aliquid amplius vltrà ſtipendium taxatum, accipere alioquin acciperent indebitum, ſicut enim operarius qui tanto pretio cõductus eſt, non poteſt aliquid ſuprà conuentionem accipere, ità neque Iudices aliquid loco pretij vltrà taxam accipere poſſunt. Ita Reginaldus lib. 25. num. 659. & alij DD. ſtatim citandi.

3 Ex quo infertur Iudicem Eccleſiaſticum habentem beneficium, cui adnexa eſt iuriſdictio ad aliquid agendum non poſſe quicquã accipere, etiamſi beneficium ſit tenue; nam beneficium datur propter officiũ conſequenter datur ad ſupplenda onera beneficio adnexa, & beneficiarius eo ipſo qđ beneficiũ acceptat, videtur etiam acceptare onera illi adnexa, & loco ſtipẽdij recipit fructus beneficij. Ita Nauar. c. 25. nu. 12. Clau. Reg. lib. 12. c. 13. nu. 9. & 10. Syluecſt. ver. Iudex 1. quæſito

ſito 10. Azor. loco ſtatim citando, Panormitan. cap. Cum ob omni de vita, & honeſtate Clericorum, Angelus v. Iudex n. 16. Tabiena nu. 14.

4 Addo Iudicem Eccleſiaſticum ordinarium non poſſe aliquod ſtipendium, vel expenſas pro aſſeſſore, pro notario, & pro alijs Officialibus accipere; nam beneficium obtinuit propter officium, cum autem officium ipſius ad ſui executionem requirat aſſeſſorem, Iudex ordinarius debet aſſeſſorē ſuis ſumptibus adhibere, vt ſuum præſtet officium; Delegatus verò petere poteſt ſtipēdium pro aſſeſſore, aliisq; Officialibus, modò non petat mala fide, vt ſi aſſeſſor inutilis ſit. Iudex verò ſecularis, tàm ordinarius, quã delegatus poteſt aliquid pro aſſeſſore, pro notario, alijs què officialibus accipere, quia reditus aliundè non habet. Ita Azor. 3. parte lib. 12. c. 23. verſ. Dubium. Syluester, Angelus, & alij Doctores citati.

SECVNDA PROPOSITIO.

5 IVdex Eccleſiaſticus habens beneficium, cui eſt adnexa iuriſdictio non poteſt à litigantibus munera, vel ſportulas accipere. Ratio eſt quia hoc illi vetitum eſt iure Canonico, cap. Cum ab omni, de vita, & honeſtate Clericorum. Idem dicendum eſt de Iudice Eccleſiaſtico delegato ex cap. Statutum de reſcriptis in 6. ibi enim diſcernitur Iudicem delegatum à Papa teneri donatori omnia dona, quæ accepit reſtituere, etiamſi fiat illi remiſsio à donatore, antequam lis finita ſit. Secus ſi remiſsio fiat finita lite; tunc enim non dicitur munus acceptum à litigante: ſed potius meretur nomen liberalis donationis. Ita Syluest. verb. Iudex 1. quæſito 8. Angelus eodem ver. nu. 8. Clauis Reg. lib. 12. cap. 13. num. 12. Azor. loco citato, & alij. Iudices verò ſeculares poſſunt in lite centũ aureos excedente, duos aureos à ſingulis partibus in principio litis accipere, & duos in fine. Autentica de iudicibus. §. ne autem collatione 6. In lite autem prædictam ſummam non attingente nihil poſſunt accipere. Verum quicquid ſit de iure communi arbitror Iudices ſeculares tàm ordinarios, quàm delegatos poſſe iuxta legitimam loci conſuetudinem munus accipere. Hoc enim iuri naturæ, vel diuino non aduerſatur; quamobrem alicubi legitima conſuetudine receptũ eſt vt dentur, & accipiantur munera vltrò oblata, conſequenter non damnentur Iudices aliquid moderatè acceptantes iuxta conſuetudinem legitimè introductã. Immo etiam Eccleſiaſtici Iudices excuſari poſſent, vbi legitima conſuetudine receptum eſſet vt à Iudicibus Eccleſiaſticis munera recipiantur. Ita Clauis Regia nu. 15. contra Panormit. Syluest. & alios; non enim implicat aliquod ius Canonicum contraria conſuetudine abrogari.

Dixi in Propoſitione munera, vel ſportulas; nam ſi loquamur de muneribus, quæ xenia nuncupantur, & conſiſtunt in exculentis, & poculentis, dicẽdum eſt, cum cõmuni Doctorum ſentẽtia accipi poſſe à quocunque Iudice tàm Eccleſiaſtico, quàm ſeculari, tàm ordinario, quã Delegato. Ratio eſt tum quia nullo iure prohibita eſt illorum acceptio. Tum quia dari ſolent in parua quantitate conſequenter animum

Iudicis

Iudicis ad inique iudicandum corrumpere nō cōſueuerunt. Ita Clau. Reg. loco cit. num. 19. & Azor. c. 23. dub. 1. ad finem, Syluester v. Iudex 2. quæſito 8. Tabiena eodem verb. nu. 8. Caiet. in ſum. v. Iudicis peccata in fine, Angelus loco cit. Reginaldus lib. 25. num. 659. Farinacius parte 3. crimin. q. 111. art. 13. n. 337. vbi hoc extendit etiamſi accipiantur pro gratia, vel iuſtitia in Curia Romana qua vero pœna puniēdus ſit iudex, qui muneribus corruptus iniuſtitiam facit, aut qui munerib⁹ Iudicem corrumpit, videri poteſt apud Proſperum Farinacium 3. parte crimi. q. 111. ab art. 4. vſq; ad 14.

TERTIA PROPOSITIO.

6 QVilibet Iudex ſecularis petere pōt expēſas quas facit dū proficiſcitur extra domiciliū, & domum; nam compenſatio expenſarum iuſta eſt, nec ratio naturalis dictat iudicem aſtringi ad expenſas, quas in aliorum vtilitatē facit. Ita DD. ſtatim citandi Iudex vero Eccleſiaſticus ordinarius non poteſt accipere expenſas dum proficiſcitur extra domicilium ad locū ſuæ iuriſdictionis; nam habet beneficium pro officio, & fructus beneficij pro ſtipendio, & expenſis accipit. Excipe duos caſus.

Primus eſt quādo Epiſcopus proficiſcitur extra Diœceſim ad viſitandam Prouinciā cap. Cum Apoſtolus de Cenſibus.

Secundus eſt quando accedit ad conſecrandam aliquam Eccleſiam cap. Cum ſit Romana de ſimonia; cū enim hic ſit extraordinarius labor iure optimo indulgeri potuit facultas excipiendi expēſas moderatas non habita ratione expenſarum quas domi feciſſet. An vero iudex Eccleſiaſticus delegatus poſſit expenſas accipere, diſſenſio eſt inter DD. nam Syl. Angelus, Azorius, & alij locis cit. putant iudicem delegatum ad ſpecialem cauſam poſſe accipere. Secus ſi delegatus ſit ad vniuerſitatem cauſarum, ſed mihi dicendum videtur cum Gloſſa cap. Statutum citato præciſa contraria conſuetudine iudicem Eccleſiaſticum delegatum non poſſe expenſas accipere; ſicut enim eas accipere non poteſt ordinarius, ita neque delegatus, & ſicut nō poteſt accipere ſtipendium. Ita neque expenſas. Vide Clau. Reg. lib. 12. cap. 13. Sylueſt. Tabienam, Azoriū. Nauar. & alios locis cit.

An verò iudex accipiens aliquid pro iuſtitia facienda, vel gratia cōcedenda in Curia Romana conſtabit ex proximè tradendis.

DE

DE POENA EXCOMMVNICATIONIS contra dantes, vel recipientes, promittentes, vel promiſſionem acceptantes, contra præbentes conſilium, auxilium, vel fauorem, contra ſcientes, & non reuelantes eos, qui ex pacto tacito, vel expreſſo dant, vel recipiunt aliquid pro gratia, vel iuſtitia obtinenda in Curia Romana.

§. Incidens.

De pœna excommunicationis contra dantes, vel recipientes.

1 *Ponitur tenor conſtitutionis Bonifacij* VIII. *& Gregorij* XIII.

2 *Quid nomine gratiæ intelligatur.*

3 *Obtinens gratiam, vel iuſtitiam à miniſtris Papæ immediatis, vel mediatis ligatur his pœnis. Secus ſi ab alijs.*

4 *Quid nomine Sedis Apoſtolicæ intelligatur.*

5 *Illationes ex præmiſſis.*

6 *Quænam ſit materia iſtius conſtitutionis ſeu quænam actiones, hic prohibeantur, vel præcipiantur.*

7 *Non omnes actiones quæ hic prohibentur, vetitæ ſunt iure naturę, vel diuino.*

8 *An fictè promittens ſubiaceat his pœnis.*

9 *Promittens aliquid pro gratia, vel iuſtitia non ſubiacet pœnis huius conſtitutionis, altero promiſſionem non acceptante.*

10 *An promittens aliquid debitum ex gratitudine, aut per modum vrbanitatis afficiatur pœnis iſtius conſtitutionis.*

11 *Ad incurrendas huius extrauagantis pœnas non eſt neceſſe vt id quod datur, conſiſtat in pecunia.*

12 *Ad incurrendas huius conſtitutionis pœnas non ſufficit qualibet materia parua.*

13 *Ad incurrendas huius conſtitutionis pœnas ſufficit materia quæ notabilis cenſeretur in peccato furti.*

14 *Pœnæ iſtius conſtitutionis non incurruntur, quoties aliqd datur alio titulo, quã pro gratia, vel iuſtitia, niſi tradatur pro ſalario (quamuis adſit exceſſus, modo exceſſus non detur pro gratia,) aut ſi tradatur pro labore, vel diligentia, ad quam alter non tenebatur.*

15 *Tradens, vel recipiens poſt gratiam non ligatur his pœnis, modo det, vel recipiat ſolum titulo gratitudinis.*

16 *An Cardinales, Epiſcopi alijque omnes afficiantur pœnis iſtius conſtitutionis, dando, vel recipiendo aliquid pro iuſtitia, vel gratia.*

17 *Summus Pontifex ſi aliquid pro gratia, vel iuſtitia reciperet, his pœnis non ſubiaceret.*

18 *Quibus pœnis afficiatur tranſgreſſor iſtius conſtitutionis.*

19 *An degentes extra vrbem ligentur excommunicatione, ſi facientes contra iſtam conſtitutionẽ non denunſtient dum commodè poſſunt.*

20 *Qui nouit aliquid delictum commiſſum contra iſtam conſtitutionem, tenetur prius admonere, quam denuntiare ſi ex admonitione fructum ſperet.*

21 *Ad*

21 *Ad incurrendas has pœnas non eſt neceſſaria conſecutio gratiæ, vel iuſtitiæ; ſed ſufficit aliqua actio ex ijs quæ principaliter vetitæ ſunt.*

22 *An ad iucurrendas pœnas huius conſtitutionis requiratur ſcientia, vel ſufficiat ignorantia.*

IN Extrauaganti Bonifacij VIII. in rubrica de ſententia Excommunicationis quæ incipit, Excommunicamus, &c. lata eſt excommunicatio contra omnes facientes promiſsionem, vel pactum temporalium pro aliqua gratia, vel iuſtitia obtinenda in Curia Romana, & contra dantes, vel recipientes alquid paruum, vel magnum ex pacto, aut promiſsione occulta, vel manifeſta, facta etiam ſub generalibus verbis; & Papæ reſeruatur abſolutio.

Hæc conſtitutio, quamuis teſte Nauar. in Man. cap. 27. nu. 106. verſ. Vigeſimatertia, Angelo, Syluestro, & alijs apud Sayrum lib. 3. de cenſuris cap. 30. nu. 12. & apud Molinā tom. 1. de iuſt. diſp. 92. reuocata fuerit à Clemente V. nihilominus cōfirmata fuit, & aucta à Gregorio XIII. in hunc, qui ſequitur tenorem, quem refert Virginius Boccatius de pactis prima, & ſecūda parte in principio Nauar. tom. 3. in Commentario de datis, & acceptis pag. mihi 299. ex impreſsis Romæ, Molina loc. cit. & Quaranta §. Data, & promiſſa pag. 213. & Naldus verbo Gratia nu. 13.

1 Ab ipſo Pōtificatus noſtri principio, quā maximè poſſumus, enitimur, atque cōtendimus, vt domus, & Curia noſtra à ſordibus expurgetur. Cui rei ſalubri conſilio incumbens fel. record. Bonifacius Papa VIII. excommunicauit, & anathematizauit omnes Clericos, Religioſos, & laicos vtriuſque ſexus, ſiue familiares Curiæ, ſiue vndecūque alios, qui aliquod pactum facerent, ſeu quid paruum, vel magnū promitterent, vel promiſsionē reciperent, aut ex pacto, vel promiſſione occulta, vel manifeſta, ſiue ſub verbis generalibus, & plenè nō expreſsis, ſiue ſpecialibus, & apertè expreſsis facta, quicquam darent, aut reciperent pro iuſtitia, ſiue gratia, ſiue pro ſe, ſiue pro alio in cauſis, vel iudicijs, ſeu alias per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque alijs modis apud Sedem Apoſtolicam obtinenda, & eam ſententiam ad promittentes, & acceptantes, danteſquè, & recipientes duxit extendendam; illos etiam qui ſibi intra triduum non renuntiarent eum, quē in culpa eſſe ſcirent, vel alicui, per quem ad ſe fideliter referretur, ſimili voluit ſentētiæ ſubiacere. Ac decreuit, vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſentētiam, abſq; ſpeciali mandato ſuo abſolutionis beneficium valeret obtinere, niſi in mortis articulo conſtitutus, ſed nec quiſquam admitteretur ad abſolutionis gratiam, niſi prius erogatum eſſet pauperibus quantum ille dediſſet, vel etiam recepiſſet; Iuſtitiæ verò, ſiue gratiæ expeditiones ſic obtentæ nullius prorſus eſſent roboris, vel momenti, & ſcienter illis vtentes ſimili ſententia innodauit, ac reſeruauit ſibi abſolutionem eorum cum prædictis, quos ad pœnas ſimiles in omnibus obligauit. Sed hoc ſcelus ita hodie in mores inductum eſt, vt plerique cupiditate improbi quæſtus potentiorum ſuffragationibus adnixi, huiuſmodi negotiorum

gotiorum expeditiones,ac illas cõquirentes turpiſsimè nundinentur. Alij alios, quos gratia præſtare arbitrãtur,donis,pollicitationibusq; ambiant. Quidam etiam ſe talium operam, atque induſtriam pretio, & muneribus quæſiſſe effingant. Quæ cum peſsima ſint,& Curiæ prædictæ exiſtimationem grauiſsimè offendant: in eos, qui ea agunt, animaduertendum fore arbitrati, Conſtitutionem prædictam cũ ſuis cenſuris, & pęnis omnibus innouamus, eaſdemq; omnes extendimus ad audientes qualecunque horum facinorum,quæ adſcripſimus, danteſquè illis, & alijs ſupradictis auxilium,conſilium, vel fauorem. Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico, & ſeculari, ſiue temporali, ſiue perpetuo ipſo iure priuamus, ac priuatos eſſe volumus, A quibus etiã, prout quæq; res erit tales pœnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo; illis tamen, qui rem adhuc incognitam,compliceſq; ac fautores, & ſocios retexerint, impunitas concedatur. Dat. Romæ anno 1574.Nonis Nouemb.

Circa hanc extrauagantem quatuor principaliter quærenda propono. Primò quid nomine gratiæ, & iuſtitiæ,propter quas prohibetur aliquid promitti dari,aut recipi, intelligatur. Secundò quænam ſit materia iſtius Conſtitutionis, ſeu quænam actiones hic prohibeãtur, vel præcipiantur. Tertiò quodnam ſit huius Extrauagantis ſubiectum,ſeu contra quos feratur præſens Conſtitutio. Quartò quibus pœnis afficiantur tranſgreſſores huius Conſtitutionis.

PRIMA PROPOSITIO.

2 NOmine gratiæ hoc in loco intelligitur non ſolum id quod à Sede Apoſtolica obtinetur per litteras, ſiue diplomata, ſiue reſcripta,ſiue breuia Pontificia; uerumetiam,quod per ſignaturã, aut ſolo verbo,viuæ vocis oraculo concedi ſolet; quamobrẽ qui aliquod horũ delictorũ cõmittit,obtinendo e. g. abſolutiones diſpenſationes, indulgentias,aut alias gratias,etiã ſolo verbo, his pœnis proculdubio ligatur; licet enim, inquit Nauar. per litteras Apoſtolicas ſolæ expeditæ intelligantur, vt in Extrauag. iniũctæ de electione,& Glo.in Reg. Cancellariæ 69. hoc tamen in loco nõ ſolum dicitur,per litteras Apoſtolicas,verum etiam adduntur alia uerba quamlibet gratiam indicantia; Nam in textu dicitur in cauſis, vel iudicijs, ſeu alias per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque alijs modis obtinenda &c. qui autem totum dicit nihil excludit cap. Solitæ.§.fin.de maior.& obed.Ità Nauar. in Comment. tom. 3. de datis, & acceptis notabili 17. n.29. Azor. 3. parte lib. 12. cap. 24. quæſito 6. Molina tom.1.tract.2.diſp.92.verſ. Pœnæ huius. Nomine verò iuſtitiæ, non ſolum venit ſententia definitiua, verum etiam interlocutoria, appellatio, liberatio à pęna prorogatio,aut non prorogatio termini,extractio à carcere, & alia huiuſmodi, etiamſi in arbitrio iudicis poſita ſint. Ita Azor.& Nauar.locis cit. Molina diſp.92.verſ.Cæterùm.

Addo cum Nauar. nu.19. & Molina loco cit. nomine iuſtitiæ non ſolùm venire ſentẽtiam æquam, verùm

rùm etiam iniquam l. Ius pluribus modis. ff. ne iuſt. & iur. quamobrem hac Conſtitutione comprehenduntur, & pœnis huius extrauagantis ligantur, qui permittunt, aut dant aliquid iudici pro auferenda, aut diferenda iuſtitia alterius. Ratio eſt tum quia dant pro ſententia inqua quę nomine iuſtitię venit in iure, vel ſaltem veniet nomine gratię reſpectu illius, qui hoc in ſui gratiã fieri cupit. Tum quia Sũmus Pontifex intendit curiam ſuam à ſordibus expurgare; non eſſet autem à ſordibus expurgata ſi liceret aliquid tradere vt alteri iuſtitia auferatur, vel diferatur.

3 Quæres vtrum nomine gratiæ, vel iuſtitiæ in hac Conſtitutione intelligatur quęlibet gratia, vel iuſtitia Romæ obtenta ſimpliciter, & abſolutè; conſequenter vtrum quicunque Romę obtinet, vel obtinere intendit aliquam gratiam, vel iuſtitiam præuia promiſsione alicuius rei, vel traditione, vel acceptatione irretiatur his pœnis.

Reſpondeo negatiuè, niſi gratia obtinenda ſit à miniſtris Papæ immediatis, aut etiam mediatis. Ratio eſt quia verba Extrauagãtis nõ ſunt extendenda vltra id, quod expreſſum eſt, in Extrauagãti autem exprimitur ſolùm his pœnis ligari eos, qui gratiam, vel iuſtitiam obtinent apud Sedem Apoſtolicam.

4 Sed modo difficultas eſt, quid nomine Sedis Apoſtolicæ intelligatur.

Reſpondent Nauar. loco cit. notabili 18. verſ. 3. Molina loco cit. verſ. Iam verò, intelligi Summum Pontificẽ, vt Summus Pontifex eſt, iuriſdictionem exercens à Chriſto acceptam; non verò quatenus eſt Rex, vel Princeps iuriſdictionem habens temporalem in Vrbe, alijſque nonnullis locis acquiſitã per donationem à Conſtantino, alijſque Sedi Apoſtolicæ factam. Ratio Nauari eſt quia verba formaliter ſunt intelligenda l. In delictis §. Extraneus ff. ad legem Aquiliam; Sedes autem Apoſtolica formaliter ſumpta importat poteſtatem ſpiritualẽ, & non temporalem; Conſtat enim Sedem Apoſtolicam extitiſſe, & inſtitutam fuiſſe antequam regnum, & adminiſtratio temporalis ei accederet. Non excluduntur tamen à nomine Sedis Apoſtolicę reliqui miniſtri Summo Pontifici ſubordinati, poteſtatem ſpiritualem à Sũmo Pontifice acceptã exercentes in Curia Summi Pontificis, vel vbi Summus Pontifex eſt. Sed mihi probabilius dicendum videtur cũ Azorio loc. cit. puncto 7. & nonnullis alijs, quos tacito nomine refert Azorius ibidem, primò nomine Sedis Apoſtolicæ non ſolum intelligi Summum Pontificem, qua Summus Pontifex eſt, iuriſdictionem habẽs ſpiritualem, verumetiam quatenus iuriſdictionem habet temporalem. Ratio eſt tum quia verba accipiẽda ſunt iuxta communem loquendi modum, vt ſupra docui de legibus; Sedes autem Apoſtolica iuxta communem loquendi modum, accipitur pro Summo Pontifice, ſeu pro Tribunalibus Summi Pontificis, concernentibus ipſius iuriſdictionem non ſolum ſpiritualem, verum etiam temporalem. Tum quia Summus Pontifex in hac extrauaganti intentionem habuit expurgandi domum, & Curiam ſuam à ſordibus, vt patet ex primis Bullæ verbis; Nomine autem domus, &

Curiæ non ſolum venit Tribunal ſpiritualis iuriſdictionis, verumetiã temporalis; Nec domus, aut Curia Summi Pontificis diceretur à Sordibus expurgata, ſi pateret aditus petendi, impetrandi, vel concedẽdi gratiam, vel iuſtitiã præuijs muneribus, vel promiſsionibus apud Summum Pontificem quatenus iuriſdictionem temporalem habet.

5 Hinc patet reſponſio ad rationem Nauari, & Molinæ; dico enim verba accipi formaliter niſi communis hominũ vſus aliter accipiat, aut niſi aliunde colligatur aliter accipi debere. Secundò dicendum eſt nomine Sedis Apoſtolicæ hoc in loco intelligi etiam Curiam ipſius Summi Pontificis, nam ex Clementina ne Romani, §. Sanè de electione verſic. Eo tamen adiecto, conſtat aliquando Summũ Pontificem in vno loco exiſtere, & alio in loco Curiam habere, Clementina citata ibi, ſi in certo loco cauſarum, & litterarum Apoſtolicarũ audientia remanente Papam alibi &c. Cum autem Summus Pontifex intẽdat omnes ſordes à ſua domo, & curia remouere dicendum videtur nomine Sedis Apoſtolicę hoc in loco etiam Curiam intelligi, cõſequenter Summum Pontificem, velle actiones dandi, vel accipiendi pro iuſtitia, vel gratia obtinenda prohibere, ſiue fiant in Curia, vbi Papa non eſt, ſiue fiat vbi Papa reperitur, etiamſi non ſit ibi Curia. Ita Nauar. & Molina locis cit. Ex dictis in ſolutione iſtius quæſiti, & ſubſequentis difficultatis colligitur primo his pœnis eos ligari, qui gratiam, vel iuſtitiam per munera, vel eorum promiſsionem obtinent à Summo Pœnitentiario, Camerario, Vicecamerario, Vicario Summi Pontificis, Auditoribus Rotæ, Contradictorum, vel Cameræ à cubicularijs Secretarijs, alijſque quibuſcunq; miniſtris Papæ exiſtentibus in Curia Papæ, vel in Vrbe, in qua Summus Pontifex reſidet; hic enim dicitur obtinere gratiam, vel iuſtitiam apud Sedem Apoſtolicã. Ita Nauar. loco cit. verſ. 4. Azor. loc. cit. quæſito 7. idem innuit Molina loco cit.

Secundò colligitur ex noſtra ſententia contra Nauar. loc. cit. verſ. ex quibus infertur, & Molinam loc. cit. impetrantem gratiam, vel iuſtitiam temporalem præuia promiſſione, vel donatione apud Gubernatorem Vrbis, vel Burgi, vel apud Iudices Capitolij, vel ipſorum delegatos, vel apud ipſum Summum Pontificem, quatenus eſt Rex, ideſt quatenus habet temporale dominium cum Sede Apoſtolica, ſeu cũ iuriſdictione ſpirituali per accidẽs coniunctum, incurrere pœnas huius Extrauagantis; Nam in noſtra ſententia dicitur obtinere gratiã, vel iuſtitiã in Curia Romana, ſeu apud Sedem Apoſtolicam, quamquã oppoſita ſententia probabilis eſt; ſicut etiam probabiliſsimum eſt eũ non incurrere pœnas huius Extrauagantis qui aliquid tradit maiori domus præfecto, ſeu magiſtro domus Summi Põtificis, vt in famulatum, & obſequium tẽporale inſtar aliorum famulorum, qui alijs Principibus inſeruiunt admittatur, hoc enim propriè loquendo non videtur venire nomine gratiæ, vel iuſtitiæ. Secus ſi intendat obtinere munus, & officium adnexam habens exercẽdę iuriſdictionis obligationem; nã conſecutio huiuſmodi offi-

cij

cij ad gratiæ nomen reuocatur.

Tertiò eũ non ligari pœnis huius Extrauagantis, qui pecunia ſibi cõparat officium Auditoris, vel conſimile munus in Curia alicuius Cardinalis exercendum; modò hoc munus, & officium adnexum nõ ſit iuriſdictioni Papæ, hic enim nõ dicit obtinere gratiam, vel iuſtitiã apud Sedem Apoſtolicam; cum iſtud officium ad Sedem Apoſtolicam non pertineat, niſi remotiſsimè vt ſuppono, & Summus Pontifex hac ſua Conſtitutione intendat ſolum remouere ſordes à domo, & Curia ſua.

Quartò his pœnis non affici eos, qui gratiam, vel iuſtitiam Auinionis, Anconæ, aut alijs in locis iuriſdictioni Papæ ſubiectis obtinent apud Legatos, & eorũ iudices abſente ab illis locis Papa, & ipſius Curia. Ratio eſt quia non dicuntur obtinere gratiam, vel iuſtitiã apud Sedem Apoſtolicam, ſed extra Curiam, & vbi Papa nõ eſt. Ita DD. cit. contra Boccatium 3. parte q. 97. & 98. aſſerentem his conſtitutionibus non ſolum ligari eos, qui tradunt, vel promittunt aliquid pro obtinenda iuſtitia, vel gratia in Curia Romana; verum etiamſi tradant, vel promittant Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & alijs Iudicibus ſtatus Eccleſiaſtici.

Ex quo patet à fortiori impetrãtes gratiam, vel iuſtitiã apud Epiſcopos extra curiã Romanã exiſtentes, vel etiam à Legatis, vel Nũtijs, collectoribus, inquiſitoribus, alijſq; delegatis, & ſubdelegatis etiã ſpirituali auctoritate munitis extra Curiam miſsis non incurrere pęnas huius Extrauagantis; quamuis aliũde peccare poſsint. Ratio eſt quia non dicuntur obtinere gratiam, vel iuſtitiam apud Sedem Apoſtolicã; cum non obtineant intra Curiam Summi Pontificis, vel vbi Summus Pontifex eſt; propterea beneficia vacantia in manibus prædictorum legatorum, non dicuntur vacare apud Sedẽ Apoſtolicam, Clement. 1. de ſequeſt. poſſ. & c. 2. de præben. Si verò gratiam, vel iuſtitiam obtineãt à præfatis legatis Romæ exiſtentibus, incurrunt pęnas iſtius Extrauagantis; quia apud Sedẽ Apoſtolicam, & vbi Papa eſt dicuntur hæc obtinere, & impetrare, præuia Summi Pontificis auctoritate ipſis legatis conceſſa, vt hic ſuppono gratia exempli ad hanc rem ſolum explicandam, ſi caſus daretur.

SECVNDA PROPOSITIO.

6 Materia iſtius Conſtitutionis, ſeu id quod in hac Cõſtitutione prohibetur, eſt pactio, vel promiſsio, ſiue pro ſe, ſiue pro alio, acceptatio promiſsionis, ſeu pacti, datio, vel receptio alicuius rei pro gratia, vel iuſtitia, omiſsio denunciationis huius delicti intra triduũ vſus gratiæ, vel iuſtitiæ obtentæ: pacto, vel promiſsione alicuius rei tradendæ, aut alicuius rei traditione. Iſtæ actiones vetitæ etiã erant in Extrauagãti Bonifacij VIII. ſed per Extrauagantem Gregorij confirmatæ ſunt, quibus etiã aliæ actiones additæ ſunt, quarum tres ſunt principales, & aliæ tres acceſſoriæ.

Prima actio principalis eſt nundinariorum, qui cupiditate lucri, expeditiones negotiorum conquirunt innixi ſuffragationibus potentiorum.

Secunda eſt actio eorum, qui am-

Digitized by Google

biunt pollicitationibus, aut donis, ideſt accedunt ad eos, qui valent gratia alliciendo donis, vel pollicitationibus, vt pro ſe, vel pro alio gratiam, vel iuſtitiam apud Sedem Apoſtolicam obtineant, & cum iſta actio principaliter prohibeatur, ſequitur exercentes huiuſmodi actionem incurrere pœnam excommunicationis, licet effectus non ſit ſecutus, vel etiamſi alter, quẽ adiuit; pollicitationes, aut dona non acceptauerit, vt patebit ex dicendis.

Tertia eſt eorum, qui mentiendo confingunt ſe dediſſe pretium, vel munera pro opera præſtanda, vel præſtita ab ijs, qui gratia valent apud eum, qui gratiam, vel iuſtitiã conceſſurus eſt; & cum hæc actio principaliter prohibeatur, ſequitur huiuſmodi mendacem affici pœna excõmunicationis, etiamſi nullus alius effectus ſequatur, & mentienti nullum proueniat lucrũ. Ita Molina loco cit. verſ. tertia eſt, Nauar. loco cit. notab. 29. nu. 42. Hic tamẽ aduertẽda eſt differẽtia inter iſtas tres actiones additas à Gregorio XIII. & alias, quæ in Extrauaganti Bonifacij VIII. continebantur, quod ad incurrẽdam excommunicationem, & pœnas ob alias actiones in Extrauaganti Bonifacij contentas, nõ requiritur audacia, ſeu præſumptio, conſequenter ſufficit, vt quis iſtas actiones cum ignorantia iſtius prohibitionis mortaliter culpabili, vel cum ignorantia craſſa, & ſupina exerceat, iuxta tradita à nobis de Cenſuris diſp. 1. q. 2. puncto 1. nu. 10. & 11. ad incurrendam verò excommunicationẽ, & pœnas ob aliquam ex his tribus actionibus additis à Gregorio requiritur audacia, ſeu præſumptio; conſequenter non ſufficit, vt quis aliquam iſtarũ actionum exerceat cum ignorantia culpabili craſſa, vel ſupina, vel etiã affectata modò non ſit coniuncta cum ingenti temeritate, vt docui de cenſuris loco cit. Nam in Extrauaganti dicitur cõſtitutionem iſtã cum ſuis cenſuris, & pęnis omnibus innouamus, eaſdemquè omnes extendimus ad audentes qualecunq; horum facinorum, quæ adſcripſimus. Ita Molina loco cit. verſ. Cum Gregorius, Nauar. loco cit. notab. 23. nu. 33. vbi refert Cardinalem cõmuniter receptum. Aliæ tres actiones acceſſoriæ, & minus principales additæ à Gregorio XIII. ſunt auxilium, conſilium, vel fauor ad aliquam ex præcedentibus actionibus contentis in Bulla Bonifacij VIII. vel additis in Extrauaganti Gregorij XIII.

7 Quæres primò, vtrum omnes actiones, quæ hic prohibentur, vetitæ ſint iure naturæ, aut diuino.

Reſpõdent Nauar. loco cit. verſ. Tertio noto nu. 4. Molina diſp. 92. verſ. Nauarrus, Ioannes Monachus in Extrauagãti Bonifacij VIII. quę eſt prima in tit. de ſententia excõmunicationis, & alij, actiones, quæ hic vetantur, prohibitas eſſe iure naturæ, vel diuino. Ratio eſt tum quia Summus Pontifex in hac Conſtitutione intendit ſordes à domo, & Curia ſua auferre; iſtæ autem ſordes ſunt peccata iuxta illud, Apocalipſis vltimo, *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*; ſed non erant ſordes, aut peccata per aliam prohibitionem quam per ius naturæ, & diuinum; cum ante hanc Cõſtitutionem nulla alia iure humano inducta extaret, (cõſtitutio enim Bonifacij viij. reuocata fuerat à Clemẽte V. teſte

Nauar-

Nauarro, Caietano, & alijs ſuperius citatis) ergo actiones, ſeu ſordes, quas Summus Pontifex in hac Cõſtitutione intendit auferre, prohibitæ ſunt iure naturæ, vel diuino; alioquin ante hanc Conſtitutionẽ non appellatæ fuiſſent ſordes. Tum quia ex illis verbis, quæ cum peſsima ſint, & Curiæ exiſtimationẽ offendant &c. apertè colligitur, quæ hic prohibentur alias fuiſſe peccata, alioquin Summus Pontifex non appellaret illa peſsima, & exiſtimationis offenſiua; ſed non potuerũt eſſe peccata, niſi contra ius naturæ, vel diuinum ergo &c. Ego verò arbitror non omnes iſtas actiones, pręciſa præſenti Conſtitutione, vetitas eſſe, præſertim iure naturæ, vel diuino. His rõnibus ducor ad hoc aſſerendum. Tum quia ſequeretur hanc Conſtitutionẽ, quoad omnes actiones in ea vetitas, vbiquè ſub mortali ſeruandam eſſe, etiam vbi non eſt recepta, vt concedit idem Nauar. loco cit. verſ. tertio. Nam ius naturæ idem eſt apud omnes, & omnes vbiquè obligat. Tum quia perſpicuum eſt omnes iure naturæ, aut diuino non teneri intra triduũ Sedi Apoſtolicę deferre dantes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel iuſtitia obtinenda; ergo non omnes actiones in hac Conſtitutione contentæ vetitæ ſunt iure naturæ, vel diuino. Tum quia ſi tradẽs aliquid alteri pro munere, dignitate, vel officio apud Sedem Apoſtolicam obtinendo facit contra ius naturæ, vel diuinum, ſequitur etiam Summum Pontificem peccare vendendo officium Auditoris, & ſimilia, cũ etiã Summus Pontifex iuri naturę, & diuino ſubditus ſit, prætereа ſequeretur officia per ſe loquendo vendi non poſſe, contra Molinam, Rebellum, Suarez, & alios à me adductos de contractibus diſp. 3. q. 2. puncto 2. num. 10. Sed hoc eſt falſum, ergò falſum eſt omnes aliquid tradẽtes pro officio, vel gratia in Romana Curia obtinenda facere contra ius naturæ, vel diuinum. Ergo non omnes actiones hic vetitæ prohibitæ ſunt iure naturæ, vel diuino. Tum quia accepta pro re turpi poſt factum iure naturæ, vel diuino nõ ſunt obnoxia reſtitutioni; cum autem hic præcipiantur accepta reſtitui pauperibus, ſequitur actionem aliquam hic præcipi, vel prohiberi, quæ non eſt vetita, vel præcepta iure naturæ, vel diuino.

Ad primam rationem in contrariũ. Reſpondeo Summũ Pontificẽ habuiſſe intentionẽ auferendi peccata, & ſordes auaritiæ, & ſcandali quæ promiſsionibus, aut donationibus in gratia, vel iuſtitia conſequenda admittebantur non tamen hinc ſequitur oẽs actiones in hac conſtitutione poſitas vetitas eſſe iure naturali, aut diuino; Nam ad vitandum aliquod peccatum, & ad aliquod inconueniens auferendũ fieri poteſt, vt aliquando præcipiatur, vel prohibeantur aliqua ex ſe indifferentia, ſicut ſi ad tollenda homicidiorum pericula prohibeãtur arma noctu deferri, non ſequitur nocturnã armorum dilationem eſſe intrinſicè malam; quamuis homicidia ad quæ præcauenda prohibetur armorũ delatio, vetita ſint iure naturæ, & diuino, vt in ſimili docui de legib. & de cenſuris.

Ad ſecundam Reſpõdeo huiuſmodi actiones peſsimas eſſe, & Curię Apoſtolicę exiſtimationem minuere, dum aliquid obtinetur per ſimo-

ſimoniam, vel dum aliquid confertur indigno, vel dum aliæ ſimiles circunſtantiæ interueniunt, non tamen hinc ſequitur omnes actiones iſtius Extrauagantis vetitas eſſe iure naturali, aut diuino.

8 Quæres ſecūdò vtrum ficta promiſsio hic prohibeatur; conſequēter vtrum qui fictè promittit animo nō adimplendi promiſsionem ſubiaceat pœnis huius Conſtitutionis.

Ratio dubitandi pro parte affirmatiua eſt, tum quia fingit mentiēdo ſe aliquem inueniſſe qui pretio & muneribus gratiam obtineat, ſubiacet his pęnis, ergò etiā his pœnis ſubiacet qui fictè promittit. Tū quia huiuſmodi promiſsio in cauſa eſt, vt iudex, vel gratiæ collator intuitu promiſsionis gratiam, vel iuſtitiam conferat; ergò fictè promittens ſubiacet his pœnis, cum finis harum cōſtitutionum ſit vt gratia, vel iuſtitia non conferatur ſpe lucri. Tum quia acceptans huiuſmodi promiſsionem ſubiacet pœnis; ergo etiam promittens; nam correlatiuè ſe habent. His non obſtantibus arbitror fictè promittentē non ſubiacere his pœnis. Ratio eſt tum quia ficta promiſsio nō eſt promiſſio niſi oretenus, vt patet ex dictis de contractibus. Tum quia verſamur in materia pœnali conſequenter odioſa, conſequenter non extēdenda. Ita in ſimili docet Summa Corona parte 3. de ſimonia, nu. 14. fol. mihi 72. Leſsius lib. 2. cap. 35. nu. 11. dub. 1. Sotus lib. 9. de iuſt. quæſt. 8. art. 1. Tolet. lib. 5. cap. 9. ad finem. Hic tamen in foro externo præſumetur excommunicationem, aliaſque pœnas contraxiſſe; quia forum externū iudicat de externis.

Ad primam rationem in contrarium Reſpondeo hoc eſſe ſpecialiter conſtitutum in præfatis extrauagantibus de eo, qui ſe fingit talium operam, atque induſtriam pretio quæſiuiſſe, in pœnis autem non eſt argumentandum à minori ad maius, ſed ſtandum eſt verbis legis.

Ad ſecundam Reſpondeo huiuſmodi promittentem grauiter peccare, quia inducit ad peccata non verò ſubiacere pœnis huius Extrauagantis.

Ad tertiam Reſponderi poteſt primò acceptantē huiuſmodi promiſsionem ſubiacere pœnis. Tum quia quantum eſt ex parte ſua acceptat promiſsionem, & gratiam, vel iuſtitiam concedit intuitu promiſsionis. Tum quia non implicat recipientem aliquid his pœnis ſubiacere quāuis non ſubiaceat tradens vt ſi recipiens acceptet pro grā, tradēs vero tradat alio titulo.

Reſponderi poteſt ſecundò, nec ipſum acceptantem ſubiacere pœnis. Tum quia non dicitur acceptare promiſsionem; cum ficta promiſſio non ſit promiſsio. Tum quia cū hic ſit veluti contractus onerofus, qui non ſolet claudicare (quamuis reipſa non ſit verus contractus, cum huiuſmodi promiſsio, etiam ſi fiat animo adimplendi inualida ſit, vtpote de re, quæ ſine peccato adimpleri nequit) acceptans non cenſetur acceptare, niſi alter velit promittere; propterea licet acceptans peccet ob cōſcientiam erroneam, & ob affectū ad peccatum, tamen excuſandus videtur à pœnis; quia promiſsionem non acceptat, nec quicquam recipit.

Hoc tamē limita modò promittens

Digitized by Google

tens obtenta gratia, vel iuſtitia aliquid mutata voluntate non tradat intuitu præcedentis promiſsionis alioquin vtrumque ligari dicendũ eſſet vt patet ex verbis Extrauagantis.

9 Quæres tertiò vtrum promiſsio non acceptata prohibeatur in hac Conſtitutione, conſequenter vtrum promittens aliquid pro gratia, vel iuſtitia obtinenda pęnas huius Extrauagantis incurrat, etiamſi is, cui promittit non acceptet, ſed potius repellat promittentem.

Reſpondent affirmatiuè Molina loc. cit. verſ. Cum omnes, Virginius Boccatius 1. parte de pactis nu. 33. pag. 16. & Farinacius 3. parte crimi. quæſtione 111. artic. 13. num. 315. Ratio eſt quia promiſsio eſt actio principaliter prohibita in hac Extrauaganti, & non vetatur copulatiuè, ſed diſiunctiuè, vt patet illis verbis, qui aliquod pactum facerẽt, vel quid paruum, vel magnum promitterent, vel promiſsionem reciperent. Sed mihi dicẽdum videtur promittentem nõ incurrere pœnas iſtius Extrauagantis, altero, cui fit promiſsio, non acceptante promiſsionem, niſi aliquos pollicitationibus ambiat, quos gratia præſtare arbitretur. Ratio eſt quia de ratione promiſsionis, eſt acceptatio, cũ promiſsio ſit datio fidei, & fides nõ dicatur data niſi ſit acceptata; per hoc enim promiſsio differt a pollicitatione, quod pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſsio, vt patet ex dictis de contractibus quæſt. 11. puncto 1. & cum in materia odioſa verſemur, non eſt facienda extenſio promiſsionis ad pollicitationem.

Neq; obſtat ratio allata ad probandam Molinæ opinionem; nam licet promiſsio ſit actio principaliter prohibita tamen nõ dicitur propriè promiſsio, niſi acceptata ſit, & illa formula diſiunctiua adhibetur non ad excludendam promiſsionẽ propriè acceptam, ſed ad indicandum promiſsione acceptata nõ ſolum promittentem, verum etiã acceptantem his pœnis ſubiacere, ſecus dicendum eſt de ijs, qui aliquid dãt alteri, vt fiat pactio, vel receptio pro gratia, vel iuſtitia obtinenda; iſti enim ligantur pœnis huius Extrauagantis, quia dando, vel recipiendo efficiunt actionem principaliter in hac Extrauaganti prohibitam. Ita Azor. loco cit. quæſito 8.

Dixi niſi aliquos pollicitationibus ambiat, quos gratia præſtare arbitretur; nam qui aliquos, quos apud gratię collatorem, vel iuſtitię auctorẽ valere putant, præuijs pollicitationibus inquirunt, vt ea ratione gratiam, vel iuſtitiam ſibi, aut alijs apud Sedem Apoſtolicam acquirant, ligantur his pœnis etiamſi alter, cui fit promiſsio pollicitationem non acceptet. Nam hic caſus in Bulla exprimitur illis verbis, Alij alios, quos gratia præſtare arbitrãtur donis pollicitationibuſq; ambiant; illa autem particula quæ nõ accipitur copulatiuè, ſed diſiũctiuè, pro particula, vel; cõſtat enim Summum Pontificem voluiſſe non ſolum excludere donationes, verũ etiam ſimplices promiſsiones, & pollicitationes, ne Curia Sũmi Pontificis offendatur, vt dicitur in textu. Ita Molina loc. cit. verſ. Secunda eſt.

Vt hoc clarius intelligatur aduerte pollicitationem in hoc differre à promiſsione, quod pollici-

tatio eſt promiſsio non acceptata, promiſsio verò eſt acceptata, conſequenter pollicitatio dicit ſolum actum promittentis, promiſsio verò non ſolum dicit actum promittentis; verumetiam acceptantis, vt patet ex dictis de contractibus loco cit. quamobrem Summus Pontifex in hoc caſu vetuit non ſolum promiſsionem acceptatam, verumetiã ſimplicem pollicitationẽ, qua quis alterum præſtantem gratia allicit, vt ſibi, aut alteri gratiam, vel iuſtitiam apud Sedem Apoſtolicam acquirat.

10 Quæres quartò vtrũ ſub huius Conſtitutionis prohibitionem cadat promiſsio debiti ex gratitudine; conſequenter vtrũ pœnas huius Cõſtitutionis incurrat, qui promittit aliquid debitum ex gratitudine, & iure animi grati, vt ſi dicat omnia, quæ ego habeo dicata erunt tuo obſequio, & voluntati, vel de me, meiſq; rebus iuxta animi tui sẽſa diſponere poteris, aut nunquam me ingratum experieris, vel nunquã te pœnitebit exhibiti beneficij, vel tuus ero in poſterum, vel tui memor ero apud Deum, vel te commendatũ apud Deum, habebo, vel gratus tibi ero, vel loco, & tempore gratias tibi referam, vel gratũ me habebis, vel etiam ego tibi inſeruiam. Reſpondet Nauar. loc. cit. de datis, & acceptis notab. 11. negando has pœnas incurrere, modo ciuilem obligationem ſibi nõ imponat; ſed tãtummodo promittat iure animi grati, qui iure naturæ debetur conferentibus beneficiũ ſine animo aliter ſe obligandi, quam ex ſola gratitudine. Ratio eſt tũ quia Sũmus Pontifex nõ præſumit velle ea prohibere, quæ iure naturæ debentur; ſed iure naturæ gratitudo debetur ijs, qui nobis beneficia cõferunt, & de nobis benemeriti ſunt; ergo, &c. Tum quia expreſsio eius quod tacitè ineſt, eo tantũ modo, quo ineſt, non facit illicitam rem, alioquin licitam, cap. Significaſti de electione, & l. 3. ff. de leg. ſed recipiens beneficium tacitè, & iure naturæ tenetur obligatione gratitudinis ad ãtidora, & ad agendas debito loco, & tempore gratias; cum benefacienti benefaciendum ſit cap. cum in officijs de teſtamentis, & l. Si non ſortem ff. ſi libertus, iũcta Gloſſa verbo naturaliter; ergo expreſsio illius obligationis ad antidora, quę anteà tacitè inerat petitioni gratiæ, non efficitur illicita per expreſsionem. Azor. vero 3. parte lib. 12. cap. 23. puncto 1. putat has pœnas incurrere quoties huiuſmodi promiſsio talis, eſt vt moueat ad iuſtitiam, vel gratiã concedendam. Ratio eſt quia Bonifacius, & Gregorius in ſuis conſtitutionibus prohibẽt quęlibet pacta, vel promiſsiones occultas, vel manifeſtas verbis generalibus, vel expreſsis conceptas. Idem ſentit Monachus in Gloſſa Extrauagãtis Bonifacij viij. ver. Sub generalibꝰ, & Molina loc. cit. verſ. Vnde quod.

Mihi diſtinguendum videtur, vel hæc verba ſolum proferuntur vrbanitatis gratia abſquè animo vllius obligationis ſibi imponendæ, vel proferuntur animo re ipſa promittẽdi, ſeu ſe obligãdi, ſi proferuntur ſolum vrbanitatis gratia, cenſeo proferentem non incurrere pœnas à præfatis Pontificibus conſtitutas, vt patet ex rationibus pro ſententia Nauarri allatis. Si verò proferãtur animo promittendi, & hoc pacto in-

Digitized by Google

to inflectendi iudicem, aut gratiæ collatorem ad gratiam, vel iuſtitiã concedendam, arbitror promittẽtem ligari his pœnis. Ratio eſt tũ quia prohibita ſunt quælibet pacta, & promiſsiones etiam generales, & occultæ. Tum quia adminiſtratioribus iuſtitiæ, & collatoribus huiuſmodi gratiarum nihil ſimpliciter debetur ex gratitudine, cum aliundè habeant ſtipendiũ, & ſuſtentationem, nihilque de ſuo conferant, & obligatio ex gratitudine potius oriatur ex eo quod quis ex mera liberalitate cõfert, quã quod faciat id, quod ex officio, & munere ſuo pręſtarę debet. Tum quia huiuſmodi promiſsiones nihil aliud ſunt, quam munera in ſpe oblata; vetitum eſt autem aliquid tradere cum tacita promiſsione pro gratia, vel iuſtitia obtinenda. Ita ſentire videtur Azor. Molina, & Monachus loc. citatis.

Hinc patet primò iudicem aliũue gratiæ collatorem, qui intuitu huiuſmodi promiſsionis aliquid facit, ſubiacere pęnis enumeratis; nã dicitur acceptare promiſsionem, vel donationẽ pro iuſtitia, vel gratia; & hoc pręſertim valet in iudice, aut gratię collatore, qui nouit promittentem conſueuiſſe verba, ſeu promiſsionem opere implere. Ita Molina loc. cit. Ex allatis rationibus patet reſponſio ad rationes Nauar.

Secundò patet his conſtitutionibus prohiberi ea verba, quæ continent generalem promiſsionem, vt ſi quis dicat, recognoſcam labores tuos, vel non ero tibi ingratus, vel honeſtum eſt, vt laborans pro alio recognoſcatur. Hoc tamen intellige modò hæc verba non adhibeãtur ſolum cauſa vrbanitatis, aut modo non adſit intentio conferendi ſtipendium labori debitum. Farinacius 3. parte crimin. quæſt. 111. art. 3. nu. 325. & Virginius Boccatius in tract. de pactis prima parte num. 26.

11 Quæres quintò vtrum in hac Conſtitutione prohibeatur ſolum promiſsio, vel traditio pecuniæ, ſeu an ad incurrendas pęnas iſtius Extrauagantis neceſſe ſit, vt id, quod datur conſiſtat in pecunia.

Reſpondeo negatiuè ſed ſufficit alia quælibet materia, modo ſit notabilis. Nam Bulla abſolutè loquitur de datis, & acceptis pro gratia, vel iuſtitia obtinenda; quamobrẽ has pœnas incurrit, qui alteri prætioſam veſtem promittit, vel calicem, aut domum, vel longum iter in fauorem alterius, vel quid aliud &c. Ita Nauar. notab. 16. n. 28. Molina loc. cit. verſ. Porrò. Boccatius 1. parte de pactis num. 34. Farinacius num. 327.

12 Dixi modo ſit notabilis, vt indicarẽ ſolutionem illius difficultatis, qua quæritur vtrum quælibet res parua, aut magna promiſſa, data, vel acceptata pro iuſtitia, vel gratia, cadat ſub præſentem conſtitutionem, & ſufficiat ad incurrendas iſtius Extrauagantis pœnas.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt tum quia modica res non inducit ſimoniam, ſeu culpam ſufficientem ad incurrendas pœnas contra ſimoniacos cõſtitutas, cap. Et ſi quęſtiones de ſimonia; ergo neque ſufficit ad has pœnas incurrendas. Tũ quia de modicis non eſt curandum l. Scio ff. de reſtit. in integrum, & cap. re vera de conſecrat. diſp. 2. quod (inquit Decius ibi) procedit

dit ſaltem in extraordinarijs, & in quibus non militat eadem ratio. Tum quia ad incurrendas iſtas pœnas requiritur peccatum mortale, vt patet ex dictis de lege pœnali diſp. 1. quęſt. 1. puncto 7. §. 4. & ex dictis de cenſuris; ſed peccatũ mortale non incurritur ob parua munuſcula, & ob quamlibet rem modicam, ſuperior enim non ſtrictius hæc prohibet ſuis legibus, quam ius naturæ prohibeat ea quæ ſunt intrinſicè mala, in quibus dari poteſt paruitas materiæ excuſans à mortali; immo ſuperiorē non poſſe rem leuem ſub mortali prohibere docui ſupra de legibus diſp. 1. quæſtione prima, puncto 7. §. 4. num. 13. ergo ad incurrendas iſtas pœnas nō ſufficit quælibet res parua. Ita Azor. loc. cit. quæſt. 3. Molina tom. 1. de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 92. verſ. Vtrum vero, Nauar. notab. 3. ad finem, & notab. 10. nu. 20. vbi refert S. Thomam, idem ſentire debent DD. quos retuli ſupra de legib. puncto cit.

Obijcies in bulla dicitur, qui aliquid paruum, vel magnum promitterent, vel promiſsionem reciperēt &c. Ergo quodlibet munuſculum, quamuis paruum, ſufficit ad has pęnas incurrendas.

Reſpondeo rem paruuam ſufficere ad has pœnas incurrēdas modo non adeò parua ſit, vt non ſit ſufficiens ad mortale peccatum in hac materia, paruitas enim materiæ excuſat à mortali, & eſt incapax tantæ obligationis, pœnæ. Ita DD. cit.

Hinc ſequitur eum, qui rem modicam tradidit animo impetrandæ gratiæ, non affici his pœnis. Nam pe has pœnas incurrendas ſufficere non videtur vt datio, vel receptio mortifera ſit ſecundum intentionem, niſi etiam ſit ſecundum rē. Ita Nauar. notab. 10. n. 20. verſ. Per quæ omnia idem tradit de ſimonia Molina loc. cit. & alij. Intendens tñ aliquid dare, vel recipere, nō ligatur his pœnis, niſi adſit aliquod verbum, vel pactum externum. Ita Nauar. notab. 8. nu. 14. Bocacius 3. parte nu. 79. Farinacius num. 353. & alij.

13 Maior difficultas eſt quãti valoris res eſſe debeat, vt quis iſtis pœnis ligetur.

Reſpondent Menochius de arbitrarijs lib. 2. centuria 2. caſu 145. nu. 4. Virginius Boccatius 1. parte de pactis nu. 31. pag. 16. Azor. Molina, & Nauar. loc. cit. hoc relinquendũ eſſe iudicio prudentis viri, ſpectata qualitate dantis, & recipientis, gratiæ, aut iuſtitiæ obtinendæ alijſquè circunſtantijs concurrentibus. Vnde non eſt in hac re attendenda quantitas, quæ alias ſufficeret ad mortale peccatum furti, ſed inſpiciendum eſt, an res ſit tanti momenti, vt allicere, & peruertere poſsit accipientem: nam ſi ſpectatis omnibus circunſtantijs res non ſit tanti momenti, vt accipientem allicere poſsit, præſumendum nō eſt dantem, aut accipientem his pœnis irretiri. Immo inquit Nauar. tales perſonę, & tali loco, & tempore poſſunt eſſe dans, & accipiens, vt traditio vnius equi non videatur ſufficiens ad has pœnas incurrendas. Nam cauſa finalis huius Extrauagantis eſt ne muneribus obtineatur gratia, vel iuſtitia; fieri autem poteſt vt traditio vnius equi ſpectatis circunſtantijs notabiliter non moueat, nec probabiliter flexura præ-

Digitized by Google

præſumatur animũ recipiẽtis. Ego verò ſaluo meliori iudicio ad pœnas huius Extrauagantis incurrendas eam rem ſufficere probabilius arbitror, quæ ad mortale peccatũ furti ſufficit. Ratio eſt tum quia Summus Pontifex abſolutè, & ſine diſtinctione has pęnas iniungit dantibus, vel accipientibus, promittentibus, vel acceptantibus aliquid paruum, aut magnum, vbi autem ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, niſi adſit ſufficiens ratio diſtinguendi. Tum quia ad has pœnas incurrendas eam rem ſufficere cenſendum eſt, quæ in materia furti, vel ſacrilegij, aut in alijs materijs notabilis iudicatur, nec inconueniens eſt dicere id quod eſt notabile, & magnum in materia aliarum virtutum cenſeri magnum, aut ſaltem paruum in hac materia iuxta mentẽ Summi Pontificis prohibentis etiam promiſsionem rei paræ. Tum quia ferè nunquã conſtaret aliquem his pœnis irretitum eſſe, ſi certa rei quantitas ad has pœnas incurrendas aliqua ratione aſsignari non poſſet. Tum quia idcircò aliquid notabile cenſetur in materia furti, quia eſt contra domini voluntatem (furtum enim eſt contrectatio rei alienę inuito domino) illiquè notabile incommodum adfert ſpectatis regulis à nobis aſsignatis in tractatu de reſtitutionę; ergo illud idem cenſebitur notabile, vel ſaltem paruum ſecundum huius extrauagãtis tenorem, quod eſt iuxta recipientis voluntatem, illiquè notabile commodum afferre poteſt ſpectatis iiſdem regulis traditis de reſtitutione diſp. 2. quęſt. 8. puncto 1. nu. 7.

Obijcies primò, Summus Pontifex in hac Extrauaganti intentionẽ habuit auferendi, & prohibendi abuſus, & ſordes, quæ in gratia, vel iuſtitia obtinenda committebãtur per largitiones, & munera, ſed periculum non eſt vt gratia, vel iuſtitia obtineatur, aut concedatur largitione, vel acceptatione rei, quæ ſolum notabilis eſt in materia furti ergo materia ĩ materia furti nõ eſt contra intẽtionem Sum. Pont. nec ſub illius prohibitionem cadit.

Reſpondeo data maiori propoſitione, negandam eſſe minorem; nam fieri poteſt, vt accipiens aliquid, quamuis modicũ, re ipſa moueatur, & inducatur ad gratiam, vel iuſtitiam faciẽdam, quam alioquin non feciſſet, vel ſi re ipſa non mouetur, ſufficit, vt tradatur, vel acceptetur id quod aptum eſt ad flectendum animum, modò tanti momenti ſit, vt materia ſufficiens peccati mortalis iudicetur.

Obijcies ſecundò, vbi ceſſat cauſa finalis legis, ceſſat etiam legis diſpoſitio; cum autem cauſa finalis huius prohibitionis ſit, vt auctores gratię, vel iuſtitię occaſione munerũ non inducantur ad gratiam, vel iuſtitiam faciendam, ſequitur huius legis diſpoſitionem ceſſare, niſi res tanti valoris tradatur, quæ ſufficiat ad mouẽdos animos ad gratiam, vel iuſtitiam obtinendam, vel concedendam; conſequenter non ſufficit res quæ notabilis cenſeatur in materia aliarum virtutum.

Reſpondeo ceſſante cauſa finali legis in totum ceſſare legis diſpoſitionem; ſecus ſi ceſſet reſpectu particularis perſonę, vel in caſu particulari; alioquin ſequeretur Prælatum in Curia Romana accipientem mille aureos non ligari his pœnis,

nis, ſi nihil penitus moueatur mille aureis acceptis ad gratiam impertiendam: quamobrem ad cognoſcendam grauem legis transgreſſionem, nō ſolum recurrendum eſt ad finem legis extrinſecum, quem docui de legibus non cadere ſub legis obligationem; ſed recurrendum eſt ad finem intrinſecum, ſeu ad rem ipſam, quæ pręcipitur, vel prohibetur, vt patet ex dictis de legibus q. 1. pūcto vlt. finis autem intrinſecus, ſeu materia, quæ hic prohibetur eſt promiſsio, vel acceptatio promiſsionis traditio rei, vel receptio rei.

14 Quæres ſextò, vtrum hęc Conſtitutio prohibeat quamlibet dationem, & receptionem, antequam gratia obtineatur: conſequenter vtrum pœnis huius Extrauagantis ſemper afficiatur, qui aliquid dat, vel recipit, antequam gratiam obtineat, impetret, vel concedat.

Reſpondeo per ſe loquendo affici quoties dat, vel accipit pro gratia impetranda, vel concedenda. Ratio eſt quia à verbis legis non eſt recedendū, niſi aliqua iuſta cauſa ſuadeat; Ex verbis autem legis conditæ, & confirmatæ à Gregorio XIII. colligitur his pœnis affici dantem, vel recipientem pro gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda, etiāſi detur abſq; præuia pactione, vel promiſsione, modò detur ad obtinendam gratiam, vel iuſtitiam; nam in Bulla abſolutè dicitur dantes, & recipientes. Ita Nauar. not. 21. nu. 31. Boccatius 3. parte num. 78 Farinacius nu. 348. aſſerentes non eſſe vetitum aliquid dare, vel recipere, poſt gratiam iam obtentam.

Dixi per ſe loquendo, vt aduerterem aliquos excuſari poſſe ijs de cauſis quas à cenſuris excuſari tradidi de cenſuris diſp. 1. quæſt. 2. & de peccatis ad finem: hoc enim cō ſtat ex regulis generalibus ibi traditis.

Dixi quoties dat, vel accipit pro gratia impetranda &c. nam ſi det, vel accipiat alia iuſta de cauſa, ab his pęnis cōtrahendis excuſandus eſt. Nam leges non ſunt extendendæ vltra propriam verborum ſignificationem, & legiſlatoris voluntatem; legiſlator autem non vult his pœnis affici dantes alia de cauſa, quam pro gratia, vel iuſtitia impetranda, vel concedenda. Ita Nauar. Azor. & Molin. loc. cit.

His pœnis afficitur qui dat aliquid Iudici, vt aliquid arbitrarium faciat, ad quod ex iuſtitia non tenetur, ex. gr. vt det, vel non det maiorem dilationem, differat, vel anticipet ſententiam deferat, vel non deferat appellationem. Ita Virginius Boccatius 3. par. q. 95. pag. 78. Farinacius 3. parte crimin. q. 111. nu. 339. & Nauar. loco cit. notab. 9. num. 17.

Hinc ſequitur eos excuſari primò, qui dant ob meram liberalitatem, vel beneuolentiam, ſiue dent ante gratiam obtentam, ſiue ea iā obtenta. Ita Nauar. num. 21. Azor. quæſito 4.

Secundò, qui dant ad redimendam iniuſtam vexationem, vt à ſimili patet ex dictis de ſimonia; iſti enim nō dicuntur dare ad obtinendam iuſtitiam, ſed ad redimēdam vexationem in iure iam quæſito, & quamuis adſit turpitudo ex parte iudicis recipientis, ac proinde Iudex pœnas huius Extrauagantis incurrat, nulla tamen adeſt ex parte

Digitized by Google

dantis. Ita Nauar. Azor. & Molina locis cit. Farinacius nu.349. quamuis oppoſitũ teneat Virginius Boccatius 3. parte de pactis nu.96. hac ductus ratione, quia aliquid datur vel promittitur pro gratia, vel iuſtitia, & Iudex iudicat intuitu remunerationis. Sed ad hanc rationem reſpondetur non ſimpliciter dari pro iuſtitia, vel gratia, ſed pro vexatione remouenda.

Tertiò, qui dant, vel recipiũt xenia, vel ſportulas dari conſuetas, modò non adſit notabilis exceſſus vltra conſuetudinem, & hic exceſſus non dirigatur ad gratiam, vel iuſtitiam obtinẽdam, quamobrem ſi exceſſus gratis detur, & non dirigatur ad gratiam, vel iuſtitiam obtinendam, vel conferendam, nõ videntur hæ pęnæ incurri; quia nihil datur, vel accipitur quaſi in pretium pro gratia, aut iuſtitia obtinenda, vel vt ad illam concedendã proximè, aut remotè adducatur, qui gratiam conceſſurus eſt. Vide Molinam verſ. Quando aliquid. Quamquam Boccatius, & Farinacius locis ſtatim citandis putant hac conſtitutione nõ prohiberi xenia, ideſt exculenta, & poculenta, quæ intra paucos dies conſumi poſſunt, modò magni valoris, & momenti non exiſtimentur. Ita Boccatius 1. parte de pactis nu. 32. Farinacius 3. parte crimin. q.111. art. 13.nu.337.

Addo Iudicem poſſe propinas poſt ſententiam dari conſuetas, recipere, vt patet ex allata ratione. Ita Boccatius 3. parte de pactis nu. 64. & Farinacius nu.358.

Quartò, qui dant ad compenſandum damnum, quod teſtis cauſa ferendi teſtimonium paſſus eſt.

Quintò, qui dant aliquid tamquã ſtipendiũ laboris præſtiti, vt ſi dent aliquid aduocato, vel notario, vel procuratori, ſeu ſolicitatori, modò non adſit notabilis exceſſus, vltrà id quod dari ſolet, ſed tantummodò exigatur ſtipendium taxatum, aut boni viri arbitrio taxandum. Immo etiamſi adſit notabilis exceſſus, qui tamen non detur, neq; accipiatur pro iuſtitia, vel gratia obtinenda; ſed ſolum tamquam ſtipendium exceſsiuum miniſterij, & laboris præſtiti, non incurruntur prædictæ pœnæ, vt in ſimili patet in dictis de ſportulis. Nam hic exceſſus non datur ad alliciẽdum aliquem, vt ſententiam, vel gratiam concedat, vel obtineat in fauorem dantis. Sed datur tanquam ſtipendiũ exceſsiuum laboris, & miniſterij. Cõcedo tamen recipientem teneri ad reſtitutionem exceſſus, vtpotè non debiti, ſed ſupra æqualitatem accepti, niſi aliter conſtet de expreſſa, vel rationabiliter præſumpta tradentis voluntate iuxta dicta de reſtitutione. Vide Molinam loco cit. verſ. Quando aliquid, Farinacium nu.356. Boccatium 3. parte de pactis nu.63. poſt Io. Monachum, & Nauarrum locis citatis.

Sextò excuſantur, qui dant, vel recipiunt ad compenſandum damnum, modò non adſit notabilis exceſſus. Hac de cauſa Nauar. loco citato num. 51. Azor. loco citato, quæſito 2. excuſant cubicularios, ſecretarios, alioſque familiares principum, qui nõ recipiũt aliquid ob gratiam, vel iuſtitiam à principe impetrandam; ſed ad compenſandum damnum, quod ea de cauſa patiuntur, vt ſi ob gratiã ſemel impetratã non audeant poſteà quid-

quam

quã petere, vel ſaltẽ minus audeãt petere, vel minus obtineant. Addũt etiam præf. DD. aliquid exigi poſſe ob maiorem induſtriã,& operam præſtitam,quam alioquin præſtare teneantur; licet enim cubicularij ex. g. aut alij, familiares principum, vel iudicũ teneãtur mediocri diligentia aditum ſupplicaturis permittere, vel ſupplius libellos referre,& reſpõſa, vel libellos decreto munitos reddere,& conſequenter hac de cauſa nihil capere valeant; cum hæc gratis præſtare teneantur, & ſtipendium aliundè recipiant; nihilominus ſi maiorẽ præſtent operam, quam ex officio teneantur,poſſunt aliquid hoc titulo accipere, vt ſi humaniſsimè excipiant,vel doceant,vel moneãt partes ſupplicantes quid facere,& quo ſe pacto gerere debeant, aut aditũ faciliorem,aut frequentiorem, aut opportuniorem concedant in porrigendis libellis Principi,aut inſtẽt pro breui,& commoda expeditione,magis quam ex officio teneãtur; tunc enim non dicuntur quidquam accipere pro gratia vel iuſtitia, ſed pro maiori opera,& diligentia,quã alioquin ex officio præſtare tenerentur, modò nihil plus detur, vel accipiatur, quam maior illa diligentia mereatur,iuxta dicta in alijs caſibus. Ob id etiam excuſantur Notarij,vel procuratores,q̃ aliquid amplius recipiunt vltra conſtitutũ ſtipendium, quoties vtiliori, & meliori modo functi ſunt officio ſuo, quam tenerentur, vt eundo ad aliquem locum,monendo aliqua, inſtando diligentius, & expediendo breuiori tempore quam ex officio tenerentur. Hæc ſunt eadem ferè verba Nauarri nu. 51. Secus dicendum eſt de ijs, qui aliquid vltra iuſtum ſalarium tradunt aduocato, vel notario, arbitrantes ipſum ob familiaritatem, quam cum iudice habet,ſedulo acturum, & flexurum ad concedendam gratiam, vel iuſtitiam ferendam in ſui fauorem. Nam exceſſum ſalarij tradunt ad obtinẽdam gratiam, vel iuſtitiam; quamuis titulo,& ſpecie ſalarij palliare conentur. conſequenter à pęnis iſtius conſtitutionis cenſeo non eximendos ſaltem in foro conſcientiæ; quia magis inſpiciendum eſt, quod verè agitur, quam quod ſimulatè, iuxta rubricam, C. plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur cap. Ad audiẽtiam de empt. & vendit. Ita Nauar. notab. 21. nu. 34. verſ. nono dico.

Item qui aliquid dat,vel promittit,vt iudex cauſam citius expediat quam alioquin expediret, ligatur pęnis iſtius conſtitutionis, quia re ipſa dat pro iuſtitia,vel gratia. Cõtrarium tenet Nauarrus notabili 9. nu. 16 & Farinacius nu. 350.

Itẽ dans aliquid pro iuſtitia auferenda, vel differenda ligatur his pœnis, quia obtinet gratiam. Ita Boccatius 3. parte de pactis nu. 77. Nauar. notab. 9. nu. 19. contra Farinacium 3. parte quæſt. 111. nu. 351.

15 Quæres ſeptimò vtrum traditio, vel receptio poſt gratiam interdicatur in hac extrauaganti, conſequenter vtrum pęnis iſtius Extrauagantis afficiatur qui aliquid dat, vel recipit poſt gratiam, vel iuſtitiã impetratam.

Reſpondeo negatiuè, ſi dat, vel recipiat ſolum titulo gratitudinis, & liberaliter. Ratio eſt tum quia pœnæ non ſunt extendendæ. Tum quia hic non dicitur dare, vel accipere

cipere

cipere pro gratia, vel iuſtitia; ſed titulo gratitudinis occaſione gratię, vel iuſtitiæ iam impetratæ, modò id non dirigat etiam ad aliam in poſterum obtinendã, aut modo nõ det, vel recipiat ob præuiam promiſsionem, aut pactum, vel ob iuſtitiam, vel gratiã iam obtentam; tunc enim afficitur his pœnis, quia in Bulla extenduntur hæ pœnæ ad promittentes, vel acceptantes promiſsionem, ad dantes, & recipientes. Ita Azor. quæſito 4. Nauar. notab. 13. nu. 22. & notab. 19. nu. 21. & 29. Molina loc. cit. verſ. Porro qui.

Explicata materia, ſeu actionibus vetitis, aut præceptis in hac Cõſtitutione, explicandũ modo eſt ſubiectum, ſeu perſonæ, quas hæc Cõſtitutio complectitur.

TERTIA PROPOSITIO.

16 SVbiectũ iſtius Cõſtitutionis, ſeu perſonæ, quas afficit hæc Conſtitutio, ſunt non ſolum laici vtriuſquè ſexus, verũ etiam quicunque Clerici, & Religioſi, vt patet ex illis verbis excõminicauit, & anathematizauit omnes Clericos, religioſos, & laicos vtriusquè ſexus, ſiue familiares Curiæ, ſiue vndecũque alios.

Addo hac Conſtitutione ligari Epiſcopos immo etiã Cardinales iuxta valde probabilem nonnullorum Doctorum opinionem. Ratio eſt tum quia ipſi ſunt Clerici, & nomine Clericorum veniunt cap. Cleros 21. diſt. cap. Conſtantinus 96. diſt. & cap. duo ſunt 12. quæſt. 1. Tum quia in ſententia Nauar. & Molinæ actiones, quæ in hac Extrauaganti prohibentur, vetitæ ſunt iure naturæ in cuius confirmationẽ, & comprobationẽ addita eſt præſens conſtitutio, ſed Cardinales ligantur iure naturæ; ergo ligantur hac Conſtitutione. Tum quia lex generalis omnes ligat cap. 1. de Cõſtitutionibus; pręſens autem conſtitutio eſt lex generalis, vt conſtat ex illis verbis, omnes Clericos, laicos, & vndecunque alios. Tũ quia Cardinales iuxta communiorem Doctorum ſententiam ſubijciuntur legi fauorabili, etiamſi ipſorum nõ fiat mentio, ergo ſubijciuntur etiam legi pœnali, niſi peculiari priuilegio ſubtrahãtur. Tum quia non poteſt ſufficiens ratio afferri in contrariũ Farinacius 3. par. crimin. q. 111. art. 13. n. 306. & 307. pag. 126. Virgini' Boccatius j. par. de pactis nu. 12. & 13. pag. mihi 10. Molina lo. cit. verſ. Pœnæ Io. Monac. lo. cit. Vgol & alij quos retuli de cẽſuris diſp. 1. quæſt. 1. puncto 4. nu. 12. & de legibus quæſt. 1. puncto. 6. nu 34. contra Nauar. loc. cit. notab. 6. & alios.

Neque obſtat quod aliquando in legibus expreſſa Cardinaliũ mẽtio fiat, nam fit expreſſa mentio ad tollendũ omne dubiũ, & ad maiorem cautelam; abundans enim cautela non nocet l. Teſtamentum C. de teſtamenti.

Hinc ſequitur Epiſcopos, aliqd crimen contra hanc Conſtitutionẽ committentes ſubijci pęnis in hac Conſtitutione poſitis; quamquam nõ exiſtimo improbabilè Nauarri, Molinæ, & aliorum opinionem aſſerentium Cardinales, aut fortè etiã Epiſcopos eximi ſaltem à pœna amiſsionis beneficiorum, & officiorum obtentorũ ſine actione aliqua in hac Conſtitutione prohibita; præterea non ſubiacere infamiæ, & inhabilitati ad beneficia, & officia.

Ratio

Ratio eſt tum quia veriſimile eſt Sũmum Pontificem voluiſſe tám grauem pœnam ad viros in tanta dignitate conſtitutos extendere; cõſequẽter dicere poſſumus illos per epicheiam exceptos fuiſſe. Tũ quia Cardinales, aut etiam Epiſcopi in odioſis non veniunt nomine Clericorum iuxta Tiraquellum de nobilitate cap. *6*. nu. 52. Ambroſinum de immunitate cap. 22. nu. 3. & alios quos retuli de legibus puncto *6*. n. 34. Dices aut Cardinales his pęnis ligantur, aut nulla ratione in hac lege comprehenduntur, cum Summus Pontifex abſolutè, & generaliter loquatur nullis vlla in parte exceptis, ſciens in Romana Curia Cardinales adeſſe.

Reſpõdeo primò poſita Nauarri, aliorum opinione probabili non dedecere Cardinales hac Conſtitutione aliqua in parte ligari, non verò in alia, cũ enim ipſo per epicheiam, & tacitam Summi Pontificis intentionem eximamus, nõ incongruum videtur Cardinales ab vna hui⁹ extrauagãtis parte eximere, alia generaliter oĩnò intellecta.

Reſpondeo ſecundò probabiliter ſuſtineri poſſe Cardinales, nulla in parte legari hac conſtitutione; cum hæc Conſtitutio ſit pœnalis, & odioſa, & in odioſis Cardinales nõ veniant nomine Clericorũ nec ligentur legibus pœnalibus niſi exprimantur quamuis ligentur legibus diuinis, & naturalibus.

Hinc facilis eſt reſponſio ad rationes ſententiæ, quam ego probabiliorem, maioribus innixam fundamentis arbitror.

17 Quæres vtrum Summus pontifex ſi aliquid, pro gratia, vel iuſtitia facienda recipiat, pœnis huius Extrauagantis irretiatur?

Reſpondeo negatiuè, quia Summus Pontifex non tenetur ſuis legibus quoad vim coactiuam, vt multi Doctoribus allegatis docui de legibus quæſt. 1. puncto *6*. de irregularitate, & de ſimonia.

Addo cum Moliua loco citato verſic. Illud aduertendũ ab his pœnis excuſari, eum qui aliquam actionem in hac Extrauaganti prohibitam facit cum Summo Pontifice, Immo etiam eum qui aliquam facit cũ ipſius miniſtris de expreſſo, vel tacito Summi Pontificis conſenſu, tunc enim Summus Pontifex præſumitur diſpenſare, aut legem in ea parte abrogare, idem ſentire videtur Leſsius, Salas, Suarez, Sylueſter, & alij quos ſupra retuli de legibus quæſt. 1. puncto vlt. §. 3. nu. 32. Vide quæ ibidem, & quæ p. 6. diximus.

QVARTA PROPOSITIO.

18 MVltæ pœnæ imponuntur trãſgreſſoribus iſtius extrauagantis.

Primò imponitur excommunicatio, vt patet ex illis verbis excõmunicauit, & anathematizauit, cõtentis in Bulla Bonifacij VIII. quã Gregorius XIII. confirmauit; hæc excommunicatio nõ eſt minor, ſed maiorem excommunicationẽ cap. penult. de ſententia excommunic. Ita Nauar. tom. 3. in Commentarij de datis, & acceptis nota. 4. n. 8 Io. Monachus in extrauag. Bonifacij VIII. Molina diſp. *92*. verſ. Vtrum verò, & alij communiter quos retuli in tractatu de cenſuris.

Secũdò imponitur irritatio gratiæ, vel iuſtitiæ contra præſcriptum huius conſtitutionis obtentę.

Tertio vt is, qui gratia, vel iuſtitia

tia hoc modo obtenta ſciēter vtitur, ligetur excōmunicatione, aliiſque pœnis, quibus cęteri huius legis tranſgreſſores puniuntur.

Quartò, vt qui aliquid accepit cōtra hanc Conſtitutionem abſolui nequeat antequàm reſtituat pauperibus, quod accepit. Immò dicēdum videtur non ſolùm recipienti denegandam eſſe abſolutionē nondùm facta reſtitutione, verùm etiā danti. Nàm in bulla dicitur, ſed nec quiſquam admitteretur ad abſolutionis gratiam niſi priùs erogatum eſſet pauperibus quantum ille dediſſet; hoc tamen intelligitur modò per ipſum nō ſtet, quin reſtituatur; nam is qui dedit ſe rem traditam, nōdùm recuperauit nec aliud quidquam facere poteſt, vt re ipſa fiat reſtitutio, abſolui poteſt, idem dic de recipiente, vt probaui de cenſuris d.p q. 3. pun. 9. Addo non ſufficere, vt reſtitutio fiat tradenti; Nàm tradens dignus effectus eſt q priuetur re tradita in pęnam delicti perpetrati, & Summus Pontifex reſtitutionem pauperibus fieri prę cipit. Ità Nauar. notab. 20. Azor. pun. 8. Molina verſ. pęnę. Addo etiā non ſufficere, vt is qui tradit, condonet reſtitutionem accipienti; Nàm in pęnam criminis priuatur iure rei traditæ; Nullus autem pōt obligationem reſtituendi condonare, niſi habeat ius ita DD. cit.

Quintò, vt nullus abſolui queat extra mortis articulum, abſq; ſpeciali mandato, vt patet ex textu, in quo dicitur abſolutionem iſtius excommunicationis eſſe reſeruatā Summo Pontifici extrà mortis articulum. An verò Epiſcopus, aliuſque ab Epiſcopo deputatus poſſit virtute priuilegij Epiſcopis conceſſi in Tridentino ſeſſ. 24. cap. 6. abſoluere quandiù delictum eſt occultum, patet ex dictis de cenſuris d. p. q. 3. pun. 2.

Sextò, imponitur priuatio ipſo facto omnis beneficij eccleſiaſtici, & omnis officij, tam Eccleſiaſtici, quàm ſecularis, tàm perpetui, quā temporalis, vt patet ex verbis Extrauagantis. An verò ad hanc pœnam incurrendam requiratur ſententia criminis declaratoria ita vt reus non teneatur hanc pœnā ſpontè ſubire ante ſentētiam criminis, conſtat ex dictis de legibus loco ſtatim citando, ſententiam criminis declaratoriam requiri antequā delinquens hanc pœnam pati teneatur. Ita præter DD. ibi citatos Nauar. coment. de datis, & acceptis notab. 31. num. 44. Azor. loco cit q. 8.

Septimò, vt ſit perpetuò infamis, An verò infamia incurratur ante ſententiam Iudicis, patet à ſimili ex dictis de matrimonio. Vide Azorium loc. cit. vbi aſſerit huic pœnæ aliquem non ſubiacere niſi conuictus, vel confeſſus ſit crimen in iudicio, vel niſi notorius ſit per euidentiam facti. Idem à ſimili colligi videtur ex traditis de legib. diſp. 1. q. 1. pun. 7. §. 2. n. 10.

Octauò, inhabilitas ad illa omnia beneficia, & officia, & ad alia quælibet in poſterum obtinenda. Vtrum verò hæc pœna incurratur ante ſententiam criminis declaratoriam patet ex dictis de legib. d. 1. pun. 7. §. 2. nu. 7. & 9.

Nonò, vt is, qui nouit aliquod delictum contra hanc conſtitutionem, incurrat ipſo facto excommunicationem, niſi intra triduum deferat Summo Pontifici, aut alteri, qui

qui Summo Pontifici fideliter denuntiet.

19 Obſeruat tamen Sylu.v. excõmunicatio caſu 43. Nau. notab.22. n.37. Molina loc.cit. verſ. cum omnes,& Azor.loco cit.q.8. ad finem, eum ſolum qui in Romana Curia exiſtit ligari hac excommunicatione, niſi denuntiet delinquentem. Ratio eſt quia irrationabilis videretur conſtitutio,qua Summus Pontifex vellet pauperes ab extremis quaſi terræ finibus ad Sedem Apoſtolicam accedere ad denunciandos huiuſmodi delinquẽtes. Hanc opinionem exiſtimo probabilem, & tutam in praxi,ob grauem iſtorũ Doctorum auctoritatem. Nihilominùs probabilius arbitror hanc pœnam extendi etiam ad eos, qui extrà Romanam Curiam reperiũtur. Ratio eſt,tum quia lex generaliter loquitur lex autem generaliter loquens generaliter intelligenda eſt. Tùm quia pœnas iſtius extrauagantis non ſolùm incurrere poteſt, qui reliquã criminã in hac Conſtitutione prohibita comittit in Curia Romana, verum etiàm qui extra Romanam Curiam committit, vt concedit etiam Molinam to. 1. tract.2. de iuſt.diſp.92. ad finem; fieri enim poteſt, vt commorans extrà Curiam Romanam litteris Apoſtolicis per munera impetratis ſcienter vtatur, vel conſilium det aut aliquid tradat, vel promittat ad illas impetrandas; ergò illas ẽt incurrere poteſt, qui facientes contra iſtam Conſtitutionem non denũtiat. Tùm quia ſequeretur aliàs Conſtituciones ,quibus aliquid intra certum .Tempus Sum.Pont.denuntiandum præſcribitur,non ligare dum intra illud tempus denuntiatio fieri non poteſt; ſed conſequens eſt falſum ergò etiam falſum eſt id ex quo ſequitur. Conſequenter falſum videtur commorantes extra Vrbem non teneri ad denuntiandos delinquentes contra iſtam cõſtitutionem quam primum cõmode poſſet quamobrem præſcriptio termini tridui non apponitur ad finiendam obligationem,ſed ad eã ſollicitandam, itaut qui poteſt intrà triduum denuntiare, teneatur intrà hunc terminum denuntiare; qui verò intrà hunc terminum non potuit,aut noluit, teneatur adhuç elapſo hoc termino denuntiare, vt in ſimili docui de Cenſuris diſp. 2. q.6.pun.1.cum Sanchez, & alijs.

20 Sed modò ſuboritur difficultas, Vtrum qui nouit aliquod delictum commiſſum contra hanc Cõſtitutionem, teneatur delinquentẽ fraterna correctione admonere, antequam denuntiet.

Reſpondeo affirmatiuè, modò ex correctione fructum ſperet. Ratio eſt quia Prælato non eſt obediẽdum contra domini præceptum;nã Deo magis, quàm hominibus obedire oportet. Actorum 7. præceptum autem Domini, eſt vt frater delinquens priùs priuatim corrigatur, q̃ denuntietur, Corripe eum inter te, & ipſum ſolùm, inquit Chriſtus in Euangelio. Ità Nauar.lo.cit.notab. 22.nu.37. Azor.Vaſq.Sylu.& quamplures alij, quos retuli de Cenſuris loc.cit.nu. 17. & ſequentibus.

21 Quæres primo vtrum ad incurrendas huius Extrauagãtis pœnas requiratur effectus, ſeu conſecutio gratiæ, aut iuſtitiæ, vel potiùs ſufficiat ſimplex pactum, vel promiſſio, vel receptio non obtento effectu.

Reſpon-

Reſpondeo ad incurrẽdas iſtius Extranagantis pœnas non requiri effectum vltimum, ſed quamlibet iſtarum actionum ſufficere, etiamſi nihil poſteà detur, vel obtineatur. Ratio eſt, quia omnes iſtę actiones, ſaltem excepto conſilio, auxilio, vel fauore, principaliter prohiben tur verbis diſiunctiuè intellectis; ad verificandam autem propoſitio nem diſiunctiuam ſufficit alteram partem verificari. L. ſi hæredi plures ff. de condit. inſtit. & cap. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. Ita Nau. de datis, & acceptis notab. 8. n. 13. Molina to. 1. diſp 92. verſ. porrò qui Azor. 3. p. lib. 12. cap. 23 Farin. 3. p. crim. q. 111. ar. 13. n. 309.

Obijcies pœna impoſita facienti aliquid non ligat conantem facere, niſi ſequatur effectus, ergò qui promittit, vel acceptat promisſionem, vel rem promiſſam, aut aliam actionem hic vetitam facit non ligatur pęnis iſtius Conſtitutionis, effectu non ſecuto, ſeu nondum ob tenta gratia.

Reſpondeo pœnam impoſitam facienti non ligare conantem, modò conatus principaliter non prohi beatur; hic autẽ principaliter prohibetur conatus ad acquirendam gratiam per pactum, promisſionẽ, vel receptionem rei promiſſæ, vt pa tet ex forma verborum diſiũctiua. Ita Nauar. Mol. & Azor. loc. cit. Cõ cedo tamen dantes auxilium conſilium, vel fauorem non ligari his pœnis effectu non ſecuto; Ratio eſt quia iſtæ tres actiones vidẽtur prohiberi tãtumodò acceſſorie ad impediẽdas actiones principal. prohi bitas, vt patet ex ipſa bulla; quoties autem aliqua actio acceſſorie ſolũ prohibetur ſub cenſura non videtur cenſura incurri effectu nondùm ſecuto. Ita Mol. verſ. ad tres alias. Nauar. lo. cit. notab. 30. n. 43. Azor. q. 8. Farinacius loc. cit. n. 309. & alij, quos in ſimili adduxi de Cenſuris diſp. 2. q. 5. pun. 3. Immo Azor. putat dantem auxilium fauorem, vel conſilium non affici his pœnis, niſi gratia ipſa obtenta ſit. Ego verò omninò arbitror affici etiamſi ſola pactio, vel promisſio, vel receptio ſecuta ſit. Ratio eſt quia ad incurrendam cenſuram ſufficit actus principaliter prohibitus; ſed nõ ſola conſecutio gratiæ, verum etiam pactio, vel promisſio, vel donatio, vel receptio donationis, aut promisſionis principal. prohibetur; ergo dans auxilium, fauorem, vel cõſilium afficitur excommunicatione ſecuta pactione, vel promisſione, vel donatione, vel acceptatione ꝓmisſionis, aut rei promiſſæ, etiamſi gratia obtenta non ſit. Ità Nauar. loc cit. notab. 3. n. 43. verſ. animaduertendum. Molina to. 1. de iuſt. ar. 2. diſp. 92. ſub finem.

22 Quæres ſecundo vtrum ad incurrendas huius conſtitutionis pęnas requiratur ſcientia eiuſdẽ con ſtitutionis, vel ſufficiat ignorantia mortaliter culpabilis, vel craſſa vel affectata.

Reſpondeo requiri ſcientiam re ſpectu illarum actionum quæ additæ ſunt à Greg. XIII. nam Summus Pontifex requirit audaciam ad has pœnas incurrendas reſpectu actionum ad quas præſentem conſtitutionẽ contendit, reſpectu vero aliarum actionum quæ antea vetitæ erant ſufficit ignorantia craſſa vel ſupina, vel affectata, vt patet ex dictis de cenſuris diſp. 1. q. 2. pun. 1. n. 10. & ſeq. ad quæ vos remitto.

Prædictis addendum eſt, pęnas iſtarum conſtitutionum extẽdi ad quaſcunque perſonas, quæ dant, vel conſentiunt dari, vel promitti, vel quæ promittunt, vel recipiunt aliquid pertinens ad aliquam communitatem, ſeu Ciuitatem, ſeu locũ ſtatus Eccleſiaſtici. Amplia non ſolum ſi hoc fecerit apud Sedẽ Apoſtolicam verum etiam in quibuslibet tribunalibus, & coram quibuſcunque iudicibus, etiam laicis almæ vrbis, ac tam in Romana Curia, quam extra eam, in quibuslibet Prouincijs, Ciuitatibus, oppidis, terris, & locis ſubiectis temporali ditioni Sedis Apoſtolicæ. Videnda eſt bulla Clementis VIII. quæ eſt decima in ordine to. 3. pag. 8. in nouis, quæ incipit Pro cõmiſſa nobis.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO III.

De Accuſatore, Denunciatore, Reo, Teſte, Aduocato, & Procuratore.

PVNCTVM I.

De accuſatore, & denuntiatore.

1 *Quid ſit accuſatio.*

2 *Ad accuſationem quid requiratur.*

3 *Quæ differentia ſit inter accuſationem & denuntiationem.*

4 *Ante accuſationem per ſe loquendo non prærequiritur admonitio ſecreta.*

5 *Poſſumus alium accuſare de iniuria nobis facta.*

6 *Poſſumus, immo etiam aliquando tenemur alium accuſare ob aliorum vtilitatem, vt quando crimen vergit in damnum commune, vel tertiæ perſonæ, & adhuc eſt in fieri.*

7 *Qui delinquentem non accuſat peccat, & tenetur ad reſtitutionem ſi delinquentem accuſare tenebatur ex iuſtitia.*

8 *Qui non accuſat quem ex officio accuſare tenebatur non tenetur ad ſoluendam pœnam, quam delinquens perſoluiſſet ſi accuſatus fuiſſet.*

9 *Officiales tenentur accuſare facientes contra leges qui licentiam obtinerent, ſi eam petere vellent.*

10 *Quinam ab accuſatione repellantur.*

SEptē principaliter quæram in hoc puncto. Primo quid ſit accuſatio. Secundo quænam ad accuſationem requirantur. Tertio quæ differentia ſit inter accuſationem, & denuntiationem. Quarto an ſecreta monitio requiratur antequã fiat accuſatio. Quinto vtrũ poſſimus accuſare delinquentem de iniuria nobis facta. Sexto vtrũ teneamur accuſare delinquentes ob aliorum vtilitatem. Septimo quænam perſonæ repellantur ab accuſatione.

PRIMA PROPOSITIO.

1 ACcuſatio eſt delatio rei de crimine ad vindictã publicã libello facta. Ita Clauis Regia l. 12. cap. 14. nu. 11. Iul. Clarus pract. ſent. q. 112. Azor. l. 1. c. 19. Leſſius l. 2. c. 30. dubit. 1. & alij communiter quos approbat Farinacius to. 1. praxis crim. q. 12. nu. 2.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 AD accuſationem iure communi quinque requiruntur. Primò vt fiat in ſcriptis aut verbis modo notarius eam ſtatim in ſcrip-

tis referat L.libellorum. ff. de accuſatione.

Secundo requiritur nomen accuſatoris & accuſati L. libell.cit.

Tertio ſpecies delicti L. libell. cit.&c.locus,& tempus ſcilicet annus & menſis quo delictum fuit patratum. L.libel. cit. Non tamen neceſſe eſt omnino exprimere diem. Hoc tamen limitandum videtur iuxta tradita à Boſsio, Maccardo, Gomezio, Ploto, & alijs apud Farinaccium in praxi crimin. quæſt.1. num. 20. modo non petatur apponi diem quia reus ſe vult defendere & probare ſe alibi eo die fuiſſe.

Quinto requiritur inſcriptio accuſantis qua accuſator obliget ſe ad pœnam Talionis, quamquam hæc conditio in foro ſeculari modo non videtur in vſu. Immo neque videtur in vſu in Curia Romana teſte Sigiſmondo Scauia de Iudicijs cap. 51.num.13.excipe niſi per calumniam denunciauerit iuxtà bullam Pij V. Pontif. quæ eſt quinta in ordine. Vide Azorium cap. 19. Leſsium lib.1. Clauem Regiam lib.12.cap.14. Iulium Clarum cap. 5.quæſt. 81. Scauiam loco citato, & Farinacium quæſt. 16. num. 4. & ſequentibus. Quomodo autem, & quando falſus accuſator puniatur videri poteſt apud Farinacium loco citato quæſt.16.

TERTIA PROPOSITIO.

3 INter denuntiationem & accuſationem hæc eſt differentia quod accuſatio ſemper datur in ſcriptis cum ſolemnitatibus proximè recenſitis, in denuntiatione vero non ſunt neceſſariæ prædictæ ſolemnitates, nam denuntiatio fieri poteſt ſolis verbis. Præterea denuntiator non ſe ſubijcit pœnæ Talionis ferendæ; nec tenetur probare crimina, quę denuntiat; accuſator vero ſuſcipit in ſe onus probandi. Ita Azor. cap. 12. Clauis Regia lib.12.cap.14.nu.11. & alij communiter.

QVARTA PROPOSITIO.

4 ANte accuſationem non eſt neceſſaria ſecreta monitio ſi naturam accuſationis ſpectemus. Ratio eſt quia finis accuſationis non eſt emendatio delinquentis ſed punitio, vt exemplo vnius alij deterreãtur ne adſint mali factores & ne pax Reipublicæ perturbetur. Concedo tamen præmittendam eſſe ſecretam admonitionem quando ex accuſatione plus damni timetur quam ſperetur boni; vel quãdo delictum eſt occultum, & ex prę uia monitione ſpes adeſt emendationis nam maius bonum ex charitate præferendum eſt minori, & hoc a fortiori verum eſt in denuntiatione euangelica, quæ inſtituitur ad emendationem, vt conſtat ex dictis de cenſuris. Ita Azorius 3. parte lib. 13.c.19. dubio 3. Leſſius lib.2.cap.30. dubit. 3. Angelus v. Accuſatio num 1. Tabiena nu. 3. & alij apud Azorium; Contra Sotum lib.5.quæſt. 5.art. 1. & Sylueſt. v. Accuſatio pun.3. & alios aſſerentes ſemper ante accuſationem prę mittendam eſſe fraternam correptionem, Matth.18. *Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipſum ſolum, &c.* Sed ad hunc locum reſpondetur ibi ſermonem eſſe de denũtiatione euangelica quam præcedere debet ſecreta monitio cum

inſti-

Digitized by Google

inſtituta ſit ad emendationem delinquentis, non vero ſermo eſt de accuſatione, qua intéditur punitio in vtilitatem boni publici non habita ratione famæ delinquentis.

QVINTA PROPOSITIO.

5 LIcitè poſſumus alium accuſare de iniuria nobis facta, licet non teneamur. Ratio eſt quia accuſatio eſt actus virtutis Iuſtitiæ ſed actus Iuſtitiæ ſi debito modo fiat licitus eſt; ergo accuſatio ſi debito modo fiat licita eſt ſecluſa vindicta & odio. Vtrùm vero in cauſa ex qua vitæ periculum alteri immineat, præmittenda ſit proteſtatio qua accuſans oſtendit ſe non intendere pœnã ſanguinis, ſed res proprias vel ſatisfactionẽ ſibi debitã patet ex dictis de irregularitate.

Neque obſtat cõtra Propoſitionem, illud Matthæi ſexto, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimmittimus debitoribus noſtris*, Nam illis verbis. Non continetur præceptũ ſed conſilium dimmittendi iniurias factas. Vide Clauem Regiam loco cit. cap. 14. num. 1. & 2. Salonium 22. quæſt. 68. Bannem, Arragonium & Caietanum ibidem.

Dixi licet non teneamur vt aduerterem licitum eſſe iniuriam nobis irrogatam remittere, Matthæi 6. *Dimitte nobis debita noſtra ſicut &c.* & L. vnica C. vt nemo inuitus agere aut accuſare cogatur. Vide quæ diximus de Cenſuris diſp. 2. quæſt. 6. puncto 1.

SEXTA PROPOSITIO.

6 LIcitè poſſumus immo etiam tenemur multis in caſibus accuſare vel querelam deponere ob aliorum vtilitatem.

Primus caſus eſt quando crimina immediatè vergunt in damnum Communitatis quale crimen eſt hæreſis, & crimen læſæ maieſtatis, vt conſpiratio in Principem, rebellio falſificatio monetæ, & ſimilia dum ſunt in fieri vel in procinctu vt fiant. Ità Nauarrus cap. 25. nu. 25. Valentia 22. tomo 3. diſp. 5. quæſt. 12 pun. 1. Clauis Regia lib. 12. cap. 16. nu. 6. Toletus lib. 5. cap. 5. Bannes, Salonius, Arragonius & alij cum Sancto Thoma 2. 2. quæſt. 68. ar. 1. aſſerentes nos teneri de huiuſmodi criminibus dum ſufficienti teſtimonio probari poſſunt accuſationem interponere, vel ſaltem denunciare eo modo quo poſſumus. Ratio eſt quia quilibet tenetur impedire damnum publicum eo meliori modo quo poteſt, ergo ſi non poteſt aliter impedire quam accuſando tenetur accuſare.

Amplia primo etiãſi delinquenti promiſſum ſit ſecretum cum iuramento, modo non ſit ſecretum Confeſsionis, vt patet ex dictis de ſecreto in tractatu de Reſtitutione cenſetur enim Iuramentum de re illicita, & iuramentum tacitum habet conditionem modo licitè ſeruari poſsit. Ita Clauis Regia nu. 8. Nauarrus, Salonius, & alij locis citatis.

Amplia ſecundo etiamſi delinquens ob accuſationem damnum patiatur in fama. nam hoc ipſius culpæ imputandum eſt; cum damnum commune adeo graue ſit, vt ſuppono vt præponderet famę priuati. Ita Valentia tomo 3. diſp. 5. quæſt. 12. pun. 1. P. Nauar. lib. 2 cap. 4. nu. 190. & alij. Secus dicendum

eſt in alijs criminibus quæ iam patrata ſunt; nec vllo modo manent in actu, vt in homicidio occulto iã patrato &c. ceſſat enim ratio, ob quam accuſare, vel denuntiare tenebatur nec vllus obligatur ſuccurrere bono communi, quod non eſt adeo magni momenti cum tanto detrimento delinquentis, qui grauem iacturam, ex accuſatione pateretur. Ita Clauis Regia Toletus & alij locis citatis: cum igitur crimen iam patratum ſit ita, vt nullo modo maneat in actu, non tenemur delinquentem accuſare, vel denuntiare ſecluſo alio præcepto. nullum enim imminet malũ, quod impedire teneamur: tenebimur tamen Iudici iuridice interroganti reſpondere, vt patebit ex dicendis Ita Clauis Regia nu.2.

Secundus caſus eſt, quando crimen eſt in fieri contra tertiam perſonam priuatam, tunc enim quilibet tenetur delinquentem accuſare, ſi probare poteſt, vel ſaltem denuntiare; vt impediat damnum, quod eſt in fieri, vel in procinctu vt fiat. Ratio eſt quia quilibet tenetur ex charitate impedire damnum Proximi, quantum licitè poteſt: ſi ergo damnum alia ratione impedire nequeat, quam accuſando vel denuntiando tenetur accuſare, vel ſaltem denuntiare. Quamobrem ſi aliquem videas vitæ alterius inſidiantem, teneris illum accuſare, ſi damnũ alia via impedire nequeas. Ita Salon. Clauis Regia, & alij locis citatis.

Dixi quando crimen eſt contra tertiam perſonam, vt aduerterem non eſſe obligationem accuſandi; quando crimen non eſt in detrimentum tertij: quamuis crimen ſit in fieri, vel in procinctu vt fiat, tunc enim ſufficit correctionem fraternam adhibere, ſi ſpes adſit emendationis: nam in tali euentu non pręcipitur accuſatio, ſed correctio, Matthæi 18. Seruatis tamen regulis ſuperius traditis in explicatione primi pręcepti circa obligationem fraternæ correctionis.

7 Quęres vtrum, qui non accuſat, vel non denuntiat delinquentem peccet, & teneatur ad reſtitutionem.

Reſpondeo eum, qui non accuſat, vel non denuntiat delinquentem contra bonum publicum, vel priuatum peccare mortaliter contra charitatem; ſed non teneri ad reſtitutionem modo ex ſola charitate teneatur accuſare, vel denuntiare. Ratio cur mortaliter peccet contra charitatem, eſt quia quilibet tenetur ex charitate ſuccurrere proximo grauiter indigenti, vt patet ex dictis de charitate, cuilibet enim mandatum eſt de proximo ſuo. Quòd vero non teneatur ad reſtitutionem patet, quia obligatio reſtituendi non oritur ex violatione charitatis; ſed ex violatione iuſtitiæ. Ita Doctores ſtatim citandi.

Dixi modo ex ſola charitate teneatur, nam certum eſt eos ad reſtitutionem obligari, qui non accuſant, vel non denuntiant, cum ex iuſtitia denuntiare, vel accuſare tenentur, quamobrem, fiſcalis, cuſtos ſiluarum, gabellarum, &c. peccãt mortaliter contra iuſtitiam, & tenentur ad reſtitutionem damni illati ex omiſsione accuſationis, vel denuntiationis. nam qui non facit, quod tenetur ex officio, violat iuſtitiam, ex violatione

ne

Digitized by Google

ne autem Iuſtitiæ oritur obligatio reſtituendi. Ita Salon. 2.2 q. 68. art. 1. contro. 3. dub. 2. Clauis Regia n. 13. & alij communiter, quos innui de reſtitutione loco ſtatim citãdo.

8 Maior difficultas eſt, vtrùm qui non denuntiat, cum teneatur ex offitio denuntiare, obligetur ad ſoluendam pœnam, quam delinquens ſoluiſſet, ſi denuntiatus fuiſſet. Circa quam difficultatem, duplicem inuenio Doctorum ſententiam.

Prima eſt Clauis Reg. lib. 12. cap. 14. num. 18. Salonij q. 68. art. 1. contro. 5. Arrag. ibidem P. Nauarr. li. 3. cap. 4. num. 142. Azor. 3. p. lib. 13. c. 20. dub. 3. Molin. & aliorum, quos retuli de reſtit. diſp. 1. q. 2. pun. 5. n. 10. affirmantium teneri quia violarunt iuſtitiam ex violatione autem iuſtitiæ oritur obligatio reſtituendi.

Secunda ſententia eſt Nauar. c. 25. num. 34. Leſſij lib. 2. cap. 13. dub. 10. num. 72. Syluestri verbo reſtitutio. 3. q. 5. Cordubæ in ſumma q. *66.* & aliorum negãtium teneri ad ſoluendam pęnam. Ratio eſt tum quia in hac re multum facit vſus, & praxis bonorum, pauci autem ſunt, qui reſtituant, nec confeſſarij alioquin docti, & timoratæ conſcientiæ delinquentes ad huiuſmodi reſtitutionem obligare conſueuerunt, tũ quia huiuſmodi perſonæ non vidẽtur conſtituere directe ad denuntiandum, vt dominus, aut reſpublica ditetur, ſed vt damna impediantur, ſoluantur vectigalia, ſeruentur leges & cętera, ergo non videntur obligandæ ad ſolutionem pœnæ; niſi aliter conuenerint, ſicut etiam Iudex non condemnans reum, non videtur obligandus ad reſtitutionẽ pœnæ, quam reus ſoluiſſet ſi condẽnatus fuiſſet. Concedendum tamẽ eſt offitiales teneri ſaltem ad reficiendum damnum, quod contigit reipublicæ, vel priuatæ perſonæ ob omiſſam delinquentis denuntiationem. Peccarunt enim contra iuſtitiam cum dãno reipublicæ, vel priuatæ perſonæ, quòd ex offitio impedire tenebantur. quamobrem offitialis, qui non accuſauit defraudantem vectigalia, tenetur ſoluere vectigalia pro mercibus, quas defraudator tranſtulit non ſoluto vectigali ob conuentionem cum offitiali factam. Vide quæ diximus de mutuo, & non obſtante, in tractatu de reſtitutione diſp. 1. q. 2. pun. 5. vbi num. 11. ad finem.

Reſpondi ad argumentum primæ ſententiæ, nam ex violatione iuſtitiæ conſurgit obligatio reſtituendi ſolum quatenus inde damnum alteri illatum eſt, quod ex obligatione iuſtitiæ impediẽdum erat.

9 Secundo difficultas eſt vtrum offitiales teneantur denuntiare facientes contra leges, qui licẽtiam, ſeu diſpenſationem obtinuerunt ſi eam peterent, ſed eam ob rubeſcẽtiam, vel ob aliam rationem petere nollent.

Reſpondeo affirmatiue iuxta cõmunem Doctorum ſententiam Cordubæ in ſumma q. *66.* Medinæ C. de reſtitutione q. 12. dub. vltimo, Nauarri cap. 17. num. 122. P. Nauarri locorum dub. vltimo nu. *139.* Azor. loco cit. cap. 20. dub. 1., & aliorum contra Clauem Regiam lib. 12. ca. 14. num. 15. Ratio eſt quia ratione offitij tenentur denuntiare facientes cõtra legem. Sed hi faciunt contra legem ergo tenẽtur iſtos denũtiare. Minor probatur quia ſunt adhuc legibus ſubiecti, vt per ſe patet

uet, alioquin ſequeretur inhabiles contrahentes matrimonium non obtenta impedimenti diſpenſatione, aut comedentes carnem in die ieiunij, non obtenta facultate, quã obtinerent, ſi eam petere vellent, non peccare contrahendo, aut carnes comedendo; quod non eſt admittendum. nam ad eximẽdum aliquem ab obligatione legis non ſufficit habitualis voluntas eximẽdi; Sed requiritur actualis exemptio, res enim per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur: cum autem obligatio legis non inducat per tacitam, ſed per expreſſam legislatoris voluntatem, ſequitur legis obligationem nõ tolli per tacitam, ſed per expreſſam voluntatem legislatoris. Secus dicẽdum eſt circa obligationẽ reſtitutionis ad hãc enim auferendam ſufficiunt indicia, ex quibus colligatur dominos remittere obligationem, & non curare ſibi reſtitutionem fieri. Ratio eſt quia res aliena retineri non poteſt inuito domino. Tunc autem dominus non eſt inuitus, cum non curet ſibi reſtitutionem fieri, & potius cenſeatur inuitus quoad modum accipiendi quam quoad rem acceptam. ſolus autem modus accipiendi contrà voluntatem domini non inducit obligationem reſtituendi. Ita Nau. cap. 17. nu. 138. Caiet. in ſumma verbo furtum Clauis Reg. loc. cit. num. 15. Eman. Sà, & alij, quos retuli de reſtitutione diſp. 1. q. vlt. pun. 2. §. 2. num. 8.

SEPTIMA PROPOSITIO.

10 AB accuſatione repelluntur primo excommunicati in pœnam ſuorum delictorum, proditores, publici concubinarij, vſurarij, & quicunque iure infames. Ita Leſs. lib. 2. cap. 30. dub. 5. cum S. Th. & alijs communiter, quos ſequitur Clarus lib. 5. art. 10., & Farinacius in praxi crimin. q. 12. num. 27. & tr. de teſtibus q. 56. vbi etiam quærit quinam dicantur infames, & quomodo infamia probetur. Ratio cur repellantur eſt quia ad accuſandũ requiritur auctoritas, qua carent prædictæ perſonæ.

Excipe primo caſum hæreſis in deteſtationem ipſius hæreſis, & ob fauorem fidei.

Excipe ſecundo caſum proditionis, vel cri. læſæ maieſt. in quo nõ repelluntur à denuntiatione, ſed tenentur denuntiare Iudici indicando teſtes cum certis circunſtantijs vt videre vlterius iuridice procedere poſſit.

Obſerua tamen primo præfatas perſonas non repelli à denuntiatione euangelica, & à correctione fraterna quæ nec præſcribitur iure diuino.

Secundo proceſſum accuſatoris inhabilis eſſe validum niſi pars appoſuerit, aut videre repulerit, vide Farinacium de accuſ. q. 12. nu. 54.

Secundo repelluntur ſubditi reſpectu Prelatorum, ſerui reſpectu dominorum, filij reſpectu parentum niſi commune bonum poſtulet vt admittantur ad accuſandum, vel potius ad denuntiandum. Ita S. Thomas ſecunda ſecundæ q. 68. art. 1. ad 2. Salon. & Valent. loc. cit. Ratio cur repellantur, fundatur in decentia, ne hoc ex odio facere videantur, vel vt diſentiones inter domeſticos vitẽtur, vt patet ex dictis de cenſuris loco ſtatim citãdo.

Tertio ratione decentiæ ſtatus repel-

repelluntur clerici,ne laicos maxime in cauſa ſanguinis accuſent.

Excipe crimen hæreſis, crimen læſæ maieſtatis,& alia,quæ vergunt contra bonum publicum,aut priuatum innocẽtis,aut contra propriũ, præmiſſa prius proteſtatione, qua attendatur ſe non intendere vindictam ſanguinis,ſed bonum commune, vel proximi, vel proprium. Ita Couar. in Clement. ſi furioſus verſ. 3. Iulius Clarus in pract. lib.5. quæſito 14. Farinac. in praxi crim. q.12.n. duodecimo,& alij DD.citati. Ratio cur clerici in his caſibus poſſint accuſare, vel denuntiare præmiſſa proteſtatione, eſt quia iuræ naturæ vnicuique mandatum eſt de proximo ſuo, & vnuſquiſque poteſt ſibi conſulere, & remedia adhibere ad præcauenda propria damna;alioquin quam plures laici occaſionem arriperent liberius inſerendi damna clericis.

Quarto excluditur inimicus vt oſtendit Farinacius loc.cit.num.34. & Clarus q.14. Hic alias explicaui quomodo obligent, aut intelligenda ſint præcepta vel edicta ſuperiorum præcipientium aliquid denuntiari,ſub pęnis, & cenſuris. Verùm quia ſolutio iſtius difficultatis ſufficienter colligi poteſt ex dictis de cenſuris diſp. 2. q. 6.pun. 1. ad ibi dicta vos remitto,quæ omnino ſcitu digna ſunt ob frequentes caſus ad praxim pertinentes.

PVNCTVM II.

De Reo.

1 *Reus non tenetur iudicij interrogãti veritatem aperire dũ legitime nõ interrogatur ſeruato iuris ordine.*

2 *Quando nam iuris ordo ſeruari dicatur.*

3 *Denuntiator non facit ſemiplenam probationem.*

4 *An reus,aut teſtis teneatur aperire veritatem, dum dubitat ſe iuridice interrogari.*

5 *Reus non tenetur fateri crimen cum delictum eſt occultum.*

6 *Reus qui iuridice interrogatur tenetur verum fateri, etiamſi alioquin damnandus ſit ad mortem niſi aliter de rationabili iudicis voluntate præſumatur.*

7 *Non videtur improbabilis ſententia illorum qui aſſerunt reum non peccare mortaliter negando veritatem in cauſis grauibus modo denegata veritate ſpes ſubſit euadendi. Ideo confeſſarius non tenetur cogere reum ad veritatem aperiendam quamdiu ſpem habet euadendi.*

8 *Confeſſarius non tenetur cogere reum ad retractandum dictum, quoties retractato condemnaretur debet tamen illum admonere vt veritatem aperiat, ſi iterum interrogetur.*

9 *Iudex poteſt aliquando vti aliqua ſimulatione, vt veritatẽ extorqueat.*

10 *An reus vel ipſius aduocatus grauiter peccet & teneatur ad reſtitutionem aperiendo crimina teſtium occulta.*

11 *An reus peccet contra iuſtitiam dũ mendacij, & calumniæ notam accuſatori imponit.*

12 *An reus, qui accuſatori notam calumniæ impoſuit, aut veritatem negauit teneatur ad reſtitutionem famæ.*

13 *Reus poteſt è carcere fugere, niſi iurauerit ſe ibi permanſurum;etiamſi carcere detineretur ob debita, aut etiam ſi cuſtos carceris ob ipſius ſugam*

Digitized by Google

fugam damnum patiatur.

14 *Idem dic de damnato ad perpetuum carcerem, vel ad triremes.*

15 *Cui licitum eſt fugere è carcere licitum etiam eſt fugere ne capiatur.*

16 *Reus qui licitè fugere poteſt è carcere, poteſt etiam carcerem & vincula perfringere.*

17 *Reus tenetur ad reſtitutionem carceris perfracti fugiendo.*

18 *Reus non tenetur ad reſtitutionem etiamſi ob ipſius fugam reliqui vincti, & in carcere decenti occaſionem fugiendi arripuerint.*

19 *Licitum eſt fugam reo conuellere, aut inſtrumenta ad perfringendum carcerem præbere, non vero cooperari ad fractionem carceris.*

20 *An liceat decipere cuſtodem vt reus fugiendi an nanciſcatur occaſionẽ.*

21 *Illationes ex præcedenti concluſione.*

22 *Reus non tenetur per ſe loquẽdo abdere ſententiæ quæ nititur falſa præſumptione quamquã non poteſt per vim ſe tueri contra iudicem, ne hãc ſententiam exequatur.*

23 *Reus negans veritatem non tenetur ad ſoluendã pœnã, quam manifeſtata veritate perſolui ſſet modo ad eam pœnam non teneretur ante ſententiã, aut ex iure naturæ ob actionem iniuſtam, vel ob contractum.*

QVinque principaliter quærã in hoc puncto. Primo quandonam Reus teneatur veritatem aperire. Secundo vtrùm Reus detegere poſſet occulta crimina teſtium ad infirmandum ipſorum teſtimonium. Tertio vtrùm Reus fugere poſſit è carcere. Quarto vtrũ teneatur obedire ſententiæ, quæ nititur falſa præſumptione, aut ſe defendere poſſet contra iudicẽ. Quinto vtrum teneatur ſoluere pœnam quam ſoluiſſet ſi veritatem confeſſus fuiſſet.

PRIMA PROPOSITIO.

1 REus, qui nõ iuridice, aut nõ ſeruato iuris ordine interrogetur nõ tenetur veritatẽ aperire, vel iurare. Ratio eſt quia Iudex, qui iuridice nõ procedit, non põt Reo imponere obligationem ad crimẽ aperiendum, vel ad iurandum, & multò minus poteſt eum corporaliter torquere, cap. inquiſitionis, & cap. qualiter, & quando de accuſationibus. Si verò interrogetur iuridicè ſeruato iuris ordine tenetur veritatem aperire quia Iudex iuridicè procedens poteſtatem habet obligandi Reum ad aperiendam veritatem, alioquin vana eſſet iudicum poteſtas, ita communiter Doctores.

2 Sed modo dubium eſt primo quandonam ordo iuris ſeruari dicatur.

Reſpõdeo iuris ordinẽ nõ ſeruari qñ Reus interrogatur abſq; præcedente infamia, vel ſemiplena probatione, vel accuſatione vel manifeſtis inditijs iuxta ſuperius dicta. Qñ vero præceſſit infamia, vel manifeſta inditia, &c. Reus iuridicè interrogatur, conſequenter tenetur reſpondere, modò ipſi conſtet præceſſiſſe infamiã, vel ſemiplenã probationem, vel manifeſta inditia, quæ manifeſtè indicent hoc crimen, & hanc perſonam, & ſint manifeſta Iudici ab ipſoque manifeſtẽtur Reo, vt reus intelligat ſe iuridice interrogari ſeque teneri ad reſpondendum, alioquin non tenetur reſpon-

reſpondere. Ità Valent. tom. 3. diſp. 15. q. 13. pun 2. Nauar. cap. 25. num. 36. Azor. 3. p. lib. 13. cap. 25. dub. 3. Caet. 2. 2. q. 69. art. 1. Leſſius lib. 2. cap. 31. d. 3. num. 10. Emanuel Sà de Reo numer. 1. Reginald. lib. 24. num. 134. & 135.

Hæc ſufficienter conſtat ex dictis de modo procedendi, per inquiſitionem, per accuſationem, & denuntiationem.

Rogabis vtrum denuntians faciat ſemiplenam probationem, ita vt reus ex ſola ſimplici denuntiatione veritatem aperire teneatur.

Reſpondeo negatiuè ſed præter ipſum requiri alium teſtem omni exceptione maiorem, aut infamiã, vel ſaltem inditia ſufficientia iuxta ſuperius dicta de modo procedendi. Ita Valẽt. lo. ci. & alij cõtra Sotum exiſtimãtem denuntiantem ſufficere ad faciẽdam ſemiplenam probationem. Item actor, vel accuſator non ſufficit ad faciendam ſemiplenam probationem, cum non habeat locum teſtis nullus enim in propria cauſa eſt idoneus teſtis. L. nullus, dig. de Teſtibus, cum autem accuſator, ſeu denuntiator intendens punitionem ſuſcipiat cauſam tanquã propriam nõ debet tanquã teſtis idoneus admitti.

Secundo dubium eſt vtrũ reus, & teſtis teneantur veritatem aperire cum dubitant ſe iuridice, ſeu ſeruato Iuris ordine interrogari.

Reſpondeo duplicem eſſe ſententiam. Prima eſt Leſsij lib. 2. c. 31. dub. 3. n. 10. Clauis Regię loc. ci. Reginald. lib. 24. num. 46. Caiet. 2. 2. quæſt. 69. art. primo. Reg. libro 24. nu. 134. Azor. 3. par. lib. 13. cap. 28. & aliorum aſſerentium non teneri, tũ quia nemo tenetur cum graui ſuo vel alterius incommodo parere ſuperiori, niſi conſtet ipſum legitime præcipere, & habere auctoritatem obligandi, tum quia in dubio fauendum eſt reo. Idem a fortiori tenentur aſſerere Doctores, quos retuli de contractibus diſp. 2. q. 9. pun. 1. num. 7.

Secunda ſententia eſt Syluestri v. Inq. 1. q. 3. Paludani in 4. diſt. 19. q. 4. & aliorum affirmantium teneri, quia in dubio præſumendum eſt in fauorem ſuperioris habentis facultatem præcipiendi.

Mihi probabilior videtur ſecunda ſententia, vt patet ex rationibus allatis de contractibus loco citato, & de legibus diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 3. nu. 11. cum Suar. Vaſq. Salon. & alijs.

5 Ex dictis ſequitur primo, reum non teneri veritatem aperire, dum crimen eſt occultum. Ratio eſt tùm quia iuridice non interrogatur, tum quia ſi tenetur maxime, vt obediat Præcepto ſuperioris præcipientis aperire, ſed non tenetur obedire huic præcepto cum nimis durum ſit, & contra ius naturę videatur aliquẽ obligare ad manifeſtandum delictum occultum cum ſuo damno; ſecus ſi præceſſit infamia, aut ſi crimen ad iudicis aures peruenit per ſemiplenam probationem, vel per indicia grauia ſufficienter probata, vt ſi probatum ſit aliquem Reum eſſe fornicationis, & adulterij eo quod ſolus cum ſola in lecto compertus ſit, tunc enim Iudex dicitur legitimè, ſeu ſeruato Iuris ordine procedere conſequenter Reo imponere poteſt obligationem aperiendi veritatem, immo poteſt etiam pœnam imponere ſi ex certiſſima con-

coniectura ſufficienter probata præſumatur ipſum eſſe criminis Reum. Ità Emanuel Sà ff. de Reo, num. 13. Leſs. nu. 9. & alij.

6 Secundo ſequitur reum teneri veritatem aperire dum ſeruato iuris ordine interrogatur etiamſi manifeſtata veritate damnandus ſit ad mortem. Ita S. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 69. artic. primo Beia prima parte caſu 32. Nauar. cap. 25. numero 53. & alij contra Syluestrum ſi confeſſio delicti quæſito 1. Fum. numero octauo, & alios apud Leſſium loco ſtatim citando. Ratio eſt quia ſuperior legitime præcipit, & interrogat, ergo Reus tenetur obedire & veritatẽ aperire.

Excipe cum Michaele Laſonio 2. 2. quæſt. 69. artic. ſecundo, Leſſio libro ſecundo cap. 31. dub. 3. nume. 13. & alijs niſi aliter per Epicheiã iudicetur, & aliter de rationabili iudicio & voluntate præſumatur, vt in ſimili conſtat ex dictis de legibus. Quamobrem Titius, qui defendendo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel ſaltem abſque notabili exceſſu, ſeu ſine mortali culpa Caium occidit, non tenetur fateri ſe Caium occidiſſe, ſed negare poteſt etiam ſi de homicidio ab ipſo commiſſo præceſſerit infamia. Ratio eſt quia Iudex inquirit de occiſione criminoſa, qualis non eſt illa, quæ facta eſt ad ſui defenſionem abſquè notabili exceſſu. Idem dic de teſtibus. Præterea Titius, qui crimen non commiſit non tenetur illas circunſtantias fateri, ex quibus vehemens ſuſpitio incapi poteſt, ipſum fuiſſe criminis auctorem. Ideo negare poteſt hunc eſſe ſuum pugionem, quamuis re ipſa ſuus ſit, aut ſe eò loci fuiſſe, quamuis ibi vere fuerit, adhibita tamen conuenienti æquiuocatione, vel reſtrictione mentis, ſicut Reus, qui de crimine omnino occulto, ſeu non iuridice interrogatur dicere poteſt ſe nihil ſcire, vel ſe illud non commiſiſſe, adhibita reſtrictione in mente, vt teneatur illud aperire, & ſimilia. Ita Azor. l. 23. cap. 25. dub. 9. Bannes ſecunda ſecundæ quæſt. 69. Emanuel Sà §. de Reo num. 7. Reg. lib. 24. num. 38. & 42. & alij quoties enim iuxta de cauſa, æquiuocatio, vel reſtrictio adhibetur nihil fieri præſumitur contra rationabilem iudicis voluntatem.

7 Addo non improbabilem aliquibus Doctoribus videri opinionem aſſerentem Reum non peccare mortaliter negando crimen in cauſis, tam capitalibus, quam non capitalibus, in quibus imponeretur grauis pœna temporalis, exempli gratia, condemnatio ad triremes, vel ad carcerem perpetuum, confiſcatio bonorum, &c. modo adſit ſpes euadendi negato crimine vt ſi delictum ita ſit occultum, vt aliunde haberi nequeat cognitio ad condemnandum Reum, quam ex confeſſione ipſius rei, & modo Reus non iurauerit abſolute ſe dicturum veritatem; Ita Leſs. libro ſecundo cap. 31. numero decimotertio, Rodriquez to. 2. quæſtionum regul. q. 19. art. 4. P. Nauarri, libro ſecundo cap. quarto, numero 142. Emanuel Sà de Reo, numero ſexto, Reg. lib. 24. numero 37. Ratio eſt tum quia natura vehementem indidit hominibus inclinationem ad ſui conſeruationem ſummamque libertatem, & facultatem ad ſe tuendum tribuit, hac de cauſa licet

cet inuadentem inimicum occidere, & aliena ſurripere in extrema neceſſitate; Tùm quia præceptum humanum non videtur obligare cum tanto incomodo, tùm quia conſanguineus non poteſt cogi ad teſtandum contrà conſanguineum Lege 4. ff. de teſtibus, nec quiſquã cogi poteſt ad teſtandum cum ſuo graui damno, ergo à fortiori nullus videtur cogendus ad teſtandũ contra ſe ipſum; cum nullus ſit magis conſanguineus, quam quiſque ſibi ipſi.

Ex quo patet à fortiori Reum non teneri coram iudice iubente comparere cum vitæ bonorumque temporalium periculum imminet. Ità Sotus libro quinto de iuſtitia q.6.art.2.Reg.lib.24.num. 42. ad finem & alij.

Obijcies Iudex iuridicè interrogat, & iuſtè præcipit Reo veritatem aperire, ergo Reus tenetur obedire, & veritatem manifeſtare.

Reſpondeo negando conſequentiam; nàm vterquè vtitur iure ſuo. Iudex iuſtè, & iuridice interrogat ob commune bonum. Reus veritatem reticet, vt vitam propriam ſeruet, ad quam ſeruandam maximũm ius accepit à natura, quandiu ſpem habet vitæ ſeruandę.

Ex hac ſententia, quam probabilem eſſe diximus colligitur Reũ non teneri iuxta mentem Iudicis iurare ſed poſſe vti mentali reſtrictione, & amphibologia, & iuxta illam reſpondere, ita Reginaldus, Azor. Bannes, & alij locis citatis.

Ex quo vlterius patet Sacerdotem non teneri cogere Reum ad veritatem aperiendam; quandiu ſpem habet euadendi in cauſis, in quibus valde grauis pœna imponitur quæ facile tolli non poteſt; ſecus dicendum eſt in cauſis in quibus pœna ſpiritualis imponitur, vt pœna excommunicationis. Idem cenſeo in cauſis corporalibus, aut temporalibus, in quibus grauis pœna imponitur, ſed non adeſt ſpes euadendi, vt quando crimen plene probari poteſt, ideſt per duos teſtes omni exceptione maiores, tunc enim Sacerdos cogere debet Reum ad veritatem aperiendam, quia ceſſat ratio celandæ veritatis; cum non adſit ſpes euadendi.

Tertio dubium eſt vtrum confeſſarius Reum cogere teneatur ad retractandum dictum dum Reus interrogatus veritatem negauit in iuditio, qua manifeſtata condemnaretur.

Reſpondeo negatiuè cum Azor. tertia parte libro decimotertio capit. 25. dubio 5. Leſſio loc. citato, & alijs. Ratio eſt quia Sacerdos non debet cogere Reum ad ſe prodendum nullus enim tenetur ſe ipſum prodere L. nimis graue ff. de teſtibus. Tenetur tamen illum admonere, vt veritatem aperiat, ſi iterum interrogetur, quia Reus tenetur veritatem dicere dum iuſte, & legitime interrogatur. Quamobrem reo, qui non eſt habitualiter diſpoſitus, ſeu animo paratus ad veritatem confitendam iudici legitime interroganti deneganda eſt Sacramentalis abſolutio, quia non habet ſufficiens propoſitum vitandi peccata in futurum, niſi forte aliquis ſequi velit ſententiam,

tiam, quam diximus in præcedentibus non eſſe improbabilem, in cauſis in quibus grauiſsima pœna imponitur quandiu adeſt ſpes euadendi quæ ſententia intelligenda eſt modo Reus non iurauerit abſolute, ſed cum reſtrictionē ſe dicturum veritatem, nam qui abſolutè iurauit, tenetur etiam cum grauiſsimæ pœnæ periculo veritatem aperire, vt iuramentum ſeruet, iuramentum de re licita ſeruandum eſt, & periurum eſt intrinſecè malum.

9 Quarto dubiū eſt an Iudici aliquando liceat vti aliqua ſimulatione, vt à Reo, vel ab actore veritatem rei apud ſe dubiæ extorqueat.

Reſpondeo affirmatiue, vt conſtat exemplo Salamonis 3. Regum 3. dum ſimulauit occiſionem infantis viui fingens dimidium vtrique mulieri contendenti tradere, vt inde colligeret quænam vera eſſet illius infantis mater. Ratio eſt quia licitum eſt iuxta de cauſa vti amphibologia, & equiuocatione, ita Couar. 1. variar. capite ſecundo numero decimoſexto, Reginald. libro vigeſimoquarto numero 138. Farinacius praxi criminali puncto tertio quæſito 81. Antonius Gomez 3. variarum capite decimotertio, Farinacius in praxi crimin. tertia p. quæſt. 81. numero 304. & alij communiter teſte Farinacio loco citato.

SECVNDA PROPOSITIO.

10 Reus, vel ipſius aduocatus non peccat contra iuſtitiam aperiendo crimina quamuis occulta teſtium dum crimina, quæ aperiuntur valent ad infirmandum dictum teſtium, vt ſunt periurium, crimen falſi excommunicatio à qua teſtis nondum eſt abſolutus, & infamia iuris, vel facti vt conſtabit ex dicendis de Teſte. Ratio eſt quia Reus poteſt vti medijs ad ſui defenſionē ordinatis, media autem ordinata ad defenſionem ſunt detectio, ſeu manifeſtatio huiuſmodi criminū, fieri tamen poteſt, vt Reus aliquando peccet aperiendo crimina teſtium occulta, vt ſi criminis manifeſtatio non ſit neceſſaria ad propriam defenſionem, aut ſi Reus potuiſſet cum minori damno dictum teſtium iufirmare, quam detegendo ipſorum crimina, peccat enim contra iuſtitiam, qui proximo maius damnum infert, quam neceſſe ſit ad ſui defenſionem, vt patet ex dictis de charitate, & detractione, ita Valentia tomo tertio diſputatione quinta. q. 14. puncto tertio Sotus libro quinto q. 7. articulo tertio Regin. libro vigeſimo quarto numero 140. & alij ſtatim citandi.

11 Quæres vtrum Reus peccet contra iuſtitiam dum accuſatori notam mendatij, & calumniæ imponit.

Reſpondeo diſtinguendo, vel delictum eſt occultum, vel non eſt occultum, ſi non eſt occultum iuridice probari poteſt, Reus mortaliter peccat contra iuſtitiam dum huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi notā accuſatori imponit. Ratio eſt quia Reus nullum habet ius imponendi hanc notam cū accuſator iure ſuo vtatur nullumq; committat mēdatium accuſando. Si verò crimen eſt occultum, itaut iuridicè probari non poſſit, Reus non peccat mortaliter contrà iuſtitiam, dum hæc nomina accuſatori imponit, tunc enim accuſator famę iacturam nō patitur, cum etiam ab alijs, calumniator, & mendax præſumatur dum accuſationem interponit de crimine, quod probare nō poteſt. Ità Sylu. v. reſtitutio 3.q.4. Azor. 3.p.lib.5.cap.9.q.8. P. Nauar. lib.2.cap.4 num.348., & alij, apud Leſs.loc.cit. dubit. 2. Peccat tamen mortaliter Reus ſi aliter ſe tueri poterat, quam hæc crimina accuſatori imponenda, nam maius malum infert accuſatori, quam neceſſe ſit ad ſui defenſionem.

12 Hinc colligi poteſt cum Azor. 3.p.lib.5.cap.9.q. 8. Nauar. cap.18. num.48.& alijs, Reum, qui iuridice interrogatus accuſatori, vel denuntiatori notam mendatij, & calumniæ, impoſuit, teneri ad reſtitutionem famæ, nam peccauit contrà iuſtitiam imponendo hanc notam accuſatori; ex peccato autem contra iuſtitiam cum damno alterius oritur obligatio reſtituendi.

Addit Azor. loco citato cum Nauar.cap.18.num.48. Reum, qui non expreſsè impoſuit accuſatori notā mendatij, ſed tantummodò negauit veritatem teneri adhuc extrà iuditium poſtquam liber euaſit è carcere fateri accuſatorē, vel denūtiatorem non fuiſſe calumniatorem ſi adhuc periculum eſt, vt accuſator, vel denuntiator tanquā calumniator, & mendax reputetur; Ratio eſt quia cum Reus negauerit veritatem in iudicio, videtur fuiſſe cauſa iniuſta huius damni reſpectu accuſatoris.

Sed mihi diſtinguēdum videtur, vel accuſator delictū probauit plene, aut ſaltem ſemiplene, vel nulla ratione probauit, ſi plene, vel ſemiplene probauit, Reus, qui veritatē negauit, ad nihil tenetur, quia nullam inde accuſator infamiæ notā contrahit, cum ille ſolum calumniator cenſeatur, qui delictum non probat. niſi Reus aliter de ipſo detraxerit. iuxta dicta in ſolutione quæſiti; Si vero accuſator delictum nulla ratione probauit, Reus non tenetur ex obligatione iuſtitiæ fateri accuſatorem non fuiſſe calumniatorem cum ipſi nullam intulerit infamiam negando veritatem, quam reus fateri non tenebatur, cum accuſator, nec plene, nec ſemiplene probauerit, fieri tamen poteſt, vt teneatur ex obligatione charitatis ſeruatis regulis, traditis de charitate.

TERTIA PROPOSITIO.

13 Reus non ſolùm ante ſententiam verum etiam poſt Iudicis ſentētiā fugere poteſt è carcere niſi iurauerit ibi permanere iuxta dicta de iuramento. Ratio eſt quia ſicut effugere poteſt ne à iuſtitiæ miniſtris, capiat & in carcerem conijciatur, ita fugere poteſt ne in carcerem detineatur. Tum quia nō conijcitur in carcerem, vt ibi ſpontè maneat, ergò ius fugiendi retinet ita Doctores ſtatim citandi.

Amplia primo etiamſi in carcere detineatur ob debita, militat enim eadem ratio quanquā tenetur

Digitized by Google

data opportunitate ſatisfacere. Ita Salon.Em.Sà, & alij locis ſtatim citandis.

Amplia ſecundo etiam ſi cuſtos carceris ab ipſius fugam graue dãnum patiatur nam fugiendo vtitur iure ſuo, qui iure ſuo vtitur, nulli facit iniuriam ideo damnum, quod inde cuſtodi ſequitur, ſequitur per accidens reſpectu Rei, nec Reo fugienti imputãdum eſt præciſa charitatis obligatione, Ita Caiet.ſecunda ſecundę q.69.art.4.Salon.Arrag. ibidem. Reg. num. 148. Sotus 5. de Iuſtitia q.6.art.4.Azor.cap.24 dub. 3.Leſs.dub.5.num.31. Couar.1.var. cap.2.Val.to.3.diſp.5. q.13. pun.4. concluſ.3.Clauis Regia lib. 12. cap. 18.num.17,& 22. & alij contra Maiorem in 4.diſt.15.q.22. Hinc ſequitur primo Reum, qui damnatus eſt ad mortem, vel mutilationem poſſe è carcere, aut è vinculis fugere, tum propter rationem allatam, tũ quia natura tantum ius cuiquè tribuit ad vitę conſeruationem, vt ſententia, ſeu lex humana non videatur cum tanto periculo obligare dum adeſt ſpes, & facultas ſeruandæ vitæ, modo bonum publicũ aliter non poſtulet. Ita DD.citati. An verò damnatus ad mortem teneatur fugere dum poteſt, conſtat ex dictis de homicidio non teneri. Ita Salon. ſecunda ſecundæ q.69.ar. 4.Bannes, & Arragonius ibidem Clauis Regia cap.18.num.13.

14 Secundo ſequitur damnatum ad carcerem perpetuum, vel ad triremes poſſe inde fugam arripere, quia non damnatur, vt ibi ſponte maneat, & hæc videtur valde grauis pœna, quam reus non tenetur ſponte pati. Ita Salon. ſecunda ſecundæ, q.69.art.4. controuerſia 2. Bannes ibidem Leſs.loc.cit.Eman. Sà,§.de Réo num.10.& alij quamplures DD. apud Clauem Regiam lib.12.cap.18.num.11. contra Caiet.loc.cit. Azor.loc cit. dubit. 2. & alios; Damnatus verò ad temporaneum carcerem in pœnam ſui delicti non videtur poſſe fugam capeſcere, quia hæc nõ videtur adeo grauis pœna, quin ad eam ſpontè ſubeundam obligari poſſit ſicut obligatur ad exilium, & ad alias non valde graues pœnas. Ita Eman. Sà loco citato, Leſſius num.39. Angelus v. fugere num. 1. & alij apud Couar.loco citato num.10. Contra Couar.num.14. Sylueſt.v.fugere nu. 1.Azor. ex parte loco citato dub. 2. Caiet. & Sotum locis citatis abſolute docentes, Reum licitè poſſe è vinculis & è carcere fugam capere, quorum opinio non videtur improbabilis. Sicut neque improbabile eſt damnatum ad exilium grauiſſimum poſſe fugere. Ita Leſs.num.39.

15 Tertio à fortiori ſequitur Reo, cui licitum eſt è carcere fugere, licitum etiam eſſe fugere ne capiatur nec teneri coram iudice comparere dum ſibi vitæ periculum, vel bonorum omisſionem timet. Ita Reginald.lib.24.num.4. & 148. caueat tamen ne vim inferat miniſtris iuſtitiæ percutiendo, vulnerando, occidẽdo, vt patet ex dictis de homicidio.

16 Quæres primo vtrum Reus, qui poteſt licite fugere poſſit etiã vincula, & carcerem perfringere.

Reſpondeo affirmatiue cum Nauar.cap.17.num. 102. Leſſio nu.36. Val. loco citato pun. 4. Caiet. 2.2. q.69 art.4.dubit.3.Sal. ibidem contro.2.concluſione 3. Arrag. dub. 3. Bann. ibidem dub. 2. Sotus, & alijs

apud Azor. loc. cit. dub. 4. apud Leſs.nu.35 apud Clau. Reg.loc.cit. dub.8.num.18 & apud Reg.nu.150. contra Couar.1. variarum cap.2.n. 13.Sylueſt.& Angelum v.fugere. Ratio eſt tum quia cui licitus eſt finis, licita ſunt etiam media, ſed finis eſt fuga, medium ad fugam eſt fractio carceris,& vinculorum, ergo cui licita eſt fuga, licita etiam eſt effractio carceris, & vinculorum, tũ quia ſi Reus beſtijs deuorandus, vel igne cremandus traderetur poſſet belluas interimere, & ignem extinguere ad euitandam mortem ergo poteſt, etiam funes, & carcerem diſrumpere.

Dices per fractionem carceris,& vinculorum infertur iniuria Reipublicæ,& Iuſtitię, ergo non eſt licita fractio carceris, & vinculorum.

Reſpondeo cum Caiet.& Sot.lo. cit.non inferri iniuriam reipublicæ,aut iuſtitiæ, nam reſpublica, & iuſtitia, ſeu publica poteſtas non conſiſtit in vinculis, & lapidibus, ſed Iudice,& Miniſtris, quibus non licet vim, vel iniuriam inferre, ſicut re ipſa non infertur per ſolam carceris effractionem.

17 An vero Reus teneatur ad reſtitutionem, ſeu ad reparationem carceris perfracti, in quo iuſte detinebatur, diſſenſio eſt inter DD. nã Valentia loco citato poſt tertiam concluſionem Clauis Reg. lib. 12. cap.18.num. 22. Reginald. lib. 24. num.152.Bannes ſecunda ſecundæ q.59.art.4. dub.2. & alij exiſtimant non teneri. Ratio eſt quia non conſtat ex qua radice teneatur, & cum licite fugiat, non videtur Reus reſtitutionis. Salonius vero loco citato controuerſia 2. concluſione 2. Aragonius ibidem dub. 3. Toletus lib.5.cap.58.num.9.poſt Caietanum Sotum,& Nauarrum, quorum opinio mihi probabilior videtur, putant teneri ad reſtitutionem. Ratio eſt tum quia par non eſt, vt Reus fugam arripiat cum directo damno reipublicæ; perfractio enim carceris eſt directè damnificatiua. Tum quia cenſetur adeſſe tacitus cõtractus,quo Reus aſtringitur ad damni directè illati reparationem; cum enim licitè, & iuſtè detineatur videtur tacite conſentire in reparationem damni, ſi quod fugiendo directè inferat iuſtè detinenti.

Hinc patet reſponſio ad rationem contrariæ ſententiæ quanquã hæc reſtitutio vix eſt in vſu teſte Leſs.num. 38.

18 Maior difficultas eſt, vtrum Reus teneatur ad reſtitutionẽ reipublicæ, vel actoribus dum occaſione carceris ab ipſo fracti, cęteri vincti occaſionem fugiendi arripuerunt.

Reſpondeo non teneri quia fuga aliorum ſequitur per accidens ex facto rei, qui vtitur iure ſuo fugiendo, nec tenebatur aliorum fugam impedire ex obligatione iuſtitiæ. Ita Salonius quæſt.69.art.4.Leſſius lib.2.cap.31.dub.5. nu.39. Em. Sà v.Reus num.9. Reginald.lib.24. num.152.

19 Quęres ſecundo vtrum alij poſſint Reo fugam conſulere, aut illi inſtrumenta ad perfringẽdam carcerem præbere, aut ad perfringendum carcerem cooperari.

Ad primam partem. Reſpondeo affirmatiuè modo non ſint offitiales,& miniſtri iuſtitiæ. Ratio eſt q̃a licitum eſt conſulere, & ſuadere id ad quod alter habet ius, vt patet. ex dictis de reſtit.ita DD.ſtatim cit

Ratio vero cur miniſtri iuſtitiæ, vel officiales fugam conſulere nequeant, eſt quia ipſis incumbit onus ex offitio impediendi fugam, & curandi vt Reus detineatur. Ita Leſs. num. 40. Eman. Sà, Regin. lib. 24. nu. 151. Azor. dub. 5. Caiet. Sal. Tolet. & Sotus loc. cit.

Ad ſecundam partem. Reſpondeo cum Azor. cap. 24. dub. quinto, Caiet. ſecunda ſecundæ, quæſt. *69*. art. 3. Leſſio loco citato, dub. *6*. nu. 41. Sal. ſecunda ſecundæ, quæſt. *69*. art. 4. Clauis Regia lib. 12. cap. 18. num. 24. & alijs contra Sotum lib. 5. q. *6*. art. 4. Valentiam loco citato, pun. 4. Toletum lib. 5. cap. 58. num. *9*. Syluestrum verbo fugere, & alios, licitum eſſe præbere inſtrumenta Reo, quibus vincula, & carcerem perfringat, vt patet ex proximè allata ratione, quãuis præbens huiuſmodi inſtrumenta exponat ſe periculo pœnæ, & grauis punitionis ſicut ſe exponeret fugiens. Addo iuſtam ob cauſam prohiberi poſſe, ne quis auxilium, vel conſilium, vel inſtrumenta prębeat Reis, illique prohibitioni in conſcientia ſtandum eſſe iuxta dicta de obligatione legis pęnalis. Ratio eſt tum quia fieri poteſt, vt hæc prohibitio vtilis ſit ad bonum commune, tum quia alij non habẽt tantum iuris ad hęc facienda quantum habet Reus, vt ſuum maximum incommodum euitet. Vide Leſſium, Reginaldum, Azor. & alios loc. cit.

Ad tertiam partem. Reſpondeo non eſſe licitum cooperari ad perfringendum carcerem; Ratio eſt tum quia alij nõ habent tantum iuris quantum habet reus ad frangendum carcerem ob maximum quod ſibi imminet periculum. Tum quia alioquin ſequerentur maxima incommoda in republica, vix enim poſſet vllus delinquens puniri, ſed omnes delinquentes cum maximo reipublicę incommodo fugere poſſent. Ita Leſſ. loc. cit. dub. *6*. num. 44. vbi teſtatur de communi.

20 Quæres tertio, vtrum liceat decipere cuſtodem vt reus opportunitatem fugiendi capiat, ex. g. tradendo cibum, vel potum, vt ſomno corripiatur, vel aliquid aliud faciendo, vt cuſtos abſens ſit, donec Reus fugierit.

Reſpondeo præciſa vi, & iniuria licere. Ratio eſt quia Reus habet ius fugiendi ergo licite poteſt adhibere media licita ad fugiendum præciſa vi, & iniuria, in cuſtodem per vim autem, aut iniuriam non licet, quia cuſtos habet ius detinendi Reum, conſequenter ius ipſius violatur dum vis, aut iniuria illi infertur, ergo non licet decipere cuſtodem per vim, & iniuriam, Ita Azor. loc. cit. cap. 24. dub. 7. Clauis Regia lib. 12. cap. 18. num. 1*6*. Reg. lib. 24. nu. 150.

21 Hinc ſequitur primò, nullam fraudem adhiberi poſſe quam cuſtos cognoſcere, non poſsit ad fugam adhiberi, hoc enim pacto fieret iniuria cuſtodi, qui ius habet detinendi Reos, & vt ipſe inuitus non decipiatur, Ita Azor. loc. cit.

Secundò Reum non poſſe dum nondum euaſit carcerem trahere cuſtodem, qui ſe poſt ipſum tenet, ne fugiat; nam inferet vim cuſtodi qui ius habet ipſum detinendi, Emanuel tamen Sà nu. *9*. & alij oppoſitum ſentiunt.

Tertiò poſſe adhiberi inſidias, & æquiuocationes, quas cuſtos facilè potuiſſet cognoſcere, & probabiliter

babiliter conijcere. Ratio eſt quia licitum eſt iuſta de cauſa vti ſignis ambiguis, & æquiuocationibus, ergo etiam licitum eſt Reo huius modi ſignis vti ad vitam conſeruandã modo deſit mẽdatiũ. Ita DD. citati.

Quartò Reum, qui pecuniam, vel munus tradit cuſtodi intentione conciliandi ſibi eius beneuolentiã, vt inde occaſionem fugiẽdi capiat non peccare. Ratio eſt tum quia vtitur iure ſuo ad ſeruãdam vitam, tum quia non infert, vim cuſtodi nec facit illi iniuriam cum ſcienti, & volenti non fiat iniuria. Ita Clauis Regia nu. 15. Azor. dub. 7. Ang. v. Fugere num. 1. Tab. v. Accuſatio nu. 10. Secus ſi tradat pecuniam, vel munus directe petens, vt ſibi fugam cõcedat tunc enim petit rem, quam alter concedere nequit ſine peccato, conſequenter inducere videtur ad peccatũ, & directe cooperatur ipſius peccato iuxta regulas ſuperius traditas de peccatis. Ita Azor. cap. 24. dub. 6. & alij.

Quintò Reum excuſari dum cibum, aut potum cuſtodi porrigit, quo ſomno corripiatur, vt inde fugiendi opportunitatem nanciſcatur non enim infert vim cuſtodi, vel iniuriam, cum carceris cuſtos facilè cognoſcere potuerit hæc eſſe conſueta reorum ſtratagemmata. Secus dicendum eſt, ſi poculum veneno, aliove prauo liquore infectũ cuſtodi præbeat, tunc enim vim, & iniuriam cuſtodi infert. Ita Reginaldus nu. 150.

Sexto Reum non excuſari dum cuſtodes ligat, vel os obturat, ne clament, aut alio damno afficit vt fugere poſſet; Ratio eſt quia vim infert. Ita Reg. lib. 24. nu. 150. & alij DD. citati.

QVARTA PROPOSITIO.

22 Reus non tenetur in conſciẽtia ſeruare, ſeù obedire ſententiæ, quæ nititur falſa præſumptione, aut falſis probationibus. Hæc propoſitio colligitur ex ſupra dictis pun. 4. & ex dictis de legibus diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7 Ratio eſt quia ſententia eſt veluti lex priuata; ſed lex non obligat ad id quod eſt contrarium fini legis, ergo ſententia non obligat ad id quod eſt contrarium fini ſententię, cum autem finis ſententię ſit tribuere vnicuiq; ſuum quod non fit per iniuſtam ſententiam, ſequitur ſententiam, quæ nititur falſa præſumptione non obligare, & Reum non teneri obedire per ſe loquendo. Ita Val. loco cit. pun. 4. Sotus 5. de iuſtitia quæſt. 6. ar. 4. Reg. lib. 24 nu. 146. Leſsius loco cit. dubi. 4. vbi dicit hanc eſſe communiorẽ DD. ſententiã. Verum tamen eſt Reum non poſſe per vim ſe defendere contra Iudicem, vel ipſius miniſtros; ne hanc ſententiam exequantur. Ratio eſt tum quia inde ſequeretur ſcandalum, & perturbatio reipublicæ, ac boni communis, quod præferendum eſt priuato, tum quia hoc reputaretur crimen lęſæ maieſtatis, tum quia Iudex habet ius exequendi ſententiã, quam ſeruato iuris ordine tulit, vt ſuppono, ergo Reus facit illi iniuriam per vim ſe defendendo. Ita S. Thom. 2. 2. quæſt. 69. art. 4. Reginald. nu. 147. Clauis Regia, Suarez, & alij, quos ſupra retuli punct. 4. de contractibus. diſp. 2. quæſt. vlt. & c. 1. pun. 8. nu. 7. contra nõnullos alios apud Leſsium loco citato nu. 30. & apud Couar. 1. variarum cap. 2. nu. 13. ali-

13. aliter ſentientes in cauſa capitis.

QVINTA PROPOSITIO.

23 Reus negans veritatem in Iudicio non tenetur ad ſoluendam pœnam, quam ſoluiſſet, ſi veritatem aperuiſſet. Ratio eſt tum quia pœna non debetur ante ſententiam, tum quia negans veritatem in iudicio non peccat contra iuſtitiam commutatiuam, ſed contra iuſtitiam legalem. Obligatio autem reſtituendi conſurgit, ex violatione iuſtitiæ commutatiue. Ita Vaſquez, Sanchez, Clauis Regia, & alij, quos retuli de contractibus diſp. 1. quæſt. 1. pun. 1. nu. 4. & diſp. 3. quęſt. 8. pun. vlt. §. 3. ad finem nu. 6. Idem tradit Leſsius lib. 2. cap. 31. dub. 8. nu. 50. & 56. Reg. lib. 24. nu. 145. Nauar. cap. 18. nu. 49. Azor. loc. cit. cap. 25. dub. 4. contra Sotum 1. de iuſtitia q. 6. art. 6.

Hoc tamen limita primo ad pęnam, ad quam ſoluendam, Reus non tenebatur ante ſentẽtiam, nam ſi ad aliquam pœnam ſoluendam tenebatur ante ſententiam, non eximitur ab eius ſolutione ob denegatam veritatem in iudicio; Quãobrem qui tenetur ex contractu aliquid ſoluere non eximitur ab onere ſoluendi etiamſi neget veritatem in iudicio, vel à Iudice non condemnetur, nam occultatio veritatis non tollit obligationem antecedentem.

Secundo limita ad pœnam propriè acceptam, non vero ad pœnam, quæ iuræ naturę debetur ob actionem iniuſtam. Quamobrem qui negatione veritatis eſt alteri cauſa iniuſta damni tenetur ad reſtitutionem, quamuis ad illius reſtitutionem legitima iudicis ſententia non condemnetur. Ita Azorius loco cit. & alij quos retuli pun. 7.

Obijcies cum Soto Reus negans veritatem eſt cauſa iniuſta damni, eſt enim cauſa ne fiſcus e. g. acquirat bona, quę acquiſiuiſſet, ſi Reus veritatem aperuiſſet.

Reſpondeo primo pœnam illam non habere rationem damni, cum fiſcus non habeat ius ad illam, niſi ſecuta ſententia, ita DD. citati.

Reſponderi poteſt ſecundo Reũ negando veritatem eſſe cauſam tantummodo remotam, & per accidens damni. Ita videtur innuere Nauar. cap. 25. nu. 51. dum aſſerit teſtem negantem veritatem, propter quam negationem Reus abſoluitur, non teneri ad reſtituendum fiſco, id quod fiſcus acquiſiuiſſet, ſi Reus damnatus fuiſſet teſte dicẽte veritatem.

PVNCTVM III.

De Teſte.

1 *Vnde cognitio deſumatur ſine qua iudex non poteſt Reum condemnare.*
2 *Quænam requirantur, vt teſtes aliquid plene probent.*
3 *Quinam dicantur teſtes idonei, aut quinam repellantur à iure.*
4 *Teſtis legitime interrogatus tenetur veritatem fateri.*
5 *Teſtis tenetur veritatem aperire etiã ſi delictum tantummodo ſemiplene probari poſſit.*
6 *Nullus per ſe loquendo tenetur manifeſtare quod ſub ſecreto vel gratia concilij, vel auxilij accepit.*
7 *Nullus tenetur manifeſtare iuſtum compenſatorem.*

8 Nul-

8 *Nullus tenetur teſtari dum inde ſibi aut ſuis graue damnum timet.*

9 *Nullus per ſe loquendo tenetur offerre ſe ad teſtandum quoties ſuo dicto cauſa eſſet mortis alterius; Secus ſi iuridice interrogetur.*

10 *An teneamur offerre nos ad teſtandum in fauorem innocentis qui probatur nocens in iudicio cum periculo vitæ.*

11 *Non tenemur ex iuſtitia ſed ex charitate offerre nos ad teſtandum in alterius vtilitatem, præciſo pacto vel offitio.*

12 *Non peccat contra iuſtitiam qui fugit ne citetur ad ferẽdũ teſtimoniũ.*

13 *Probabiliter defendi poteſt eum non peccare contra iuſtitiam, ſed contra obedientiam qui poſt citationem fugit ne teſtimonium ferrat.*

14 *Teſtis non tenetur ex iuſtitia iurare, ſe veritatem dicturum.*

15 *Teſtis qui abſque culpa falſum teſtimonium dixit contra alterum non tenetur ad reſtitutionem. Secus ſi cum culpa, & antequam ſufficienter probatum eſſet delictum.*

16 *Is cuius falſo teſtimonio inferenda eſt alteri mors, tenetur falſum retractare cum periculo ſimilis pęnæ modo peccauerit in falſo teſtimonio ferendo, & credat retractationem profuturam.*

17 *Accipiens pecuniam pro vero teſtimonio ferendo non tenetur ad reſtitutionem accipiens vero pro falſo tenetur ad reſtitutionem pecuniæ ante factum. poſt factum vero tenetur ad reſtitutionem damni ſuo falſo teſtimonio illati.*

18 *Teſtis poteſt accipere quantum patitur cauſa teſtimonij ferendi.*

19 *An ſtandum ſit primo vel ſecundo, dicto teſtis, & an potius credendum ſit reo quam notario.*

QVinque principaliter explicabo in hoc puncto. Pimo quandonam teſtis teneatur teſtari, & veritatem aperire. Secundo vtrum teneatur offerre ſe ad teſtandum. Tertio vtrum teneatur ad reſtitutionẽ, dum renuit teſtari; Quarto vtrum teneatur ad reſtitutionem falſum teſtimonium ferendo. Quinto vtrũ teneatur ad reſtitutionem, dum aliquid accepit pro ferendo teſtimonio ſed antequam ad horum explicationem accedamus.

1 Præmittendum eſt primo ex triplici capite deſumi poſſe, notitiam, & cognitionem, ſine qua iudex aliquem condemnare non poteſt.

Primo deſumi poteſt ex confeſſione ipſius Rei, confitentis crimen.

Secundo ex deprehenſione Rei in flagranti, vt ſi iudex cum tribus vel quatuor alijs deprehẽdit Reum in flagranti crimine furti, adulterij, vel homicidij.

Tertio ex confeſsione teſtium, quibus Reus conuincitur. De cognitione, quæ hoc tertio modo acquiritur loquendum nobis eſt in hoc puncto ad hoc enim vt aliquid probetur in præiudicium alterius, & vt aliquis in cauſis criminalibus condemnetur, requiruntur duo teſtes omni exceptione maiores, qui ſint fide digni, & nullã patiantur exceptionem cap. Licet vniuerſis de teſtibus, & cap. cum eſſet de teſtamento, & cap. quod vero 2. quæſt 5. & cap. in omni negotio de teſtibus; cum enim facile ſit vnum peruertere, duos vero peruetere, & efficere, vt vniformiter idem teſtentur valde difficile ſit, iure optimo ſancitum eſt duos teſtes requiri ad condemnandum. Ita Iu-

lius Clarus lib.5.quæſt.21.nu.7.Ban nes 2.2. q.70.art.2. Atragon. & Salonius ibidem. Valentia loco cit. pun.2. Azorius 3.par.lib.13.cap.16. dub.2. Leſsius lib.2.cap. 30. dub.4. Clauis Regia lib.12.cap.21.nu. 24. quamquam in rebus leuioribus ſolent aliqui puniri aſſertione vnius; ideo ſurripientes fructus in hortis, vel ligna in ſyluis, puniuntur ex teſtimonio ſolius cuſtodis, & ſcholaris aliquando punitur in ſcholis delatione vnius cenſoris, vel exploratoris, abſolutè tamen dictum vnius in rebus grauibus non ſufficit ad condemnandum, niſi alia indicia accedant, aut niſi Reus ipſe crimen ſuum fateatur. Vide Caietanum 2.2. quæſt.70. art.2.Bannem ibidem. Salonium ibid.contr.1.cõcluſ.4. Valentiam 2 2.diſp.5.quæſt. 14. pun.2. Clauem Regiam lib.12. cap. 21.nu. 15. & 19. Leſsium loco cit.nu.31.

2 Præmittendum eſt ſecũdo quatuor requiri, vel duo teſtes aliquid plene probare dicantur.

Primo requiritur, vt in iudicio iurent, quod aſſerunt cap.fraternitatis, & cap.tuis de teſtibus, facilius enim eſt mentiri ſine iuramento quam cum iuramento.

Secundo vt ſint conteſtes, ideſt ambo teſtentur idem factum cõſequenter conuenire debent in loco, tempore, & ſpecie delicti.

Tertio vt ſint teſtes idonei, vt videlicet ipſis nihil iure opponi poſsit.

Quarto vt dicant ſe ſenſu externo percepiſſe, ex.g. ſe vidiſſe furantem, aut audiuiſſe blaſphemantem cap.ſi teſtes 4.queſt.3. Ratio eſt quia non ſunt certi ex facto externo, niſi ſenſu externo perceperint. Quamobrem teſtes de auditu non pleni probant delictum, quod non conſiſtit in voce, ſed in facto, ideo ſi duo dicant ſe audiuiſſe homicidium à Caio commiſſum fuiſſe, non plene probant, ſed ſolum faciunt indicium ad inquirendum. Vide Tabienam v. Teſtis nu. 5. Syluestrũ quæſt.6. Angelum nu. 25. Leſsium dub.4. nu. 31. Cardinalem Tuſcũ tomo 8.conclu.17 & 176. Azorium cap.17. Clauẽ Regiam lib.12. cap. 21.nu.21. & alij quos retuli de cenſuris, diſp.2.q 6.pun.1.

3 Rogabis quinam dicantur teſtes minus idonei, ſeu quinam repelluntur à iure.

Reſpondeo multos repelli & cõſequenter multos non eſſe teſtes idoneos.

Primo in cauſis criminalibus repelluntur mulieres iure canonico propter ſexus fragilitatem cap. mulierem 33.q.5. iure vero ciuili repelluntur ſolum à teſtamento L.qui teſtamento §.muliere ff. de teſtamentis. Vide Farinacium de Teſtibus quæſt. 54. & Clarum §. teſtamentum quæſt.55. Tuſcum tomo octauo concl.196.

Secundo in criminalibus repellitur minor 20.annis. Lege in teſtimonium ff. de teſtibus, quamquam ipſius dictum ſufficiens indicium præbet ad capiendas informationes, non vero ad torquendum, vel condemnandum in cauſis vero ciuilibus admittitur pubes ideſt maſculus 14.annorum, & fœmina annorũ 12. ſi ius commune ſpectemus cap. Teſtes 2.q.3. Vide Sylu.v.teſtis p.1. Gomez cap.12. Leſsium dub.5.

Tertio inimicus eius contra quẽ teſtimonium fertur in nullo caſu admittitur tanquam teſtis, modo præ

ceſſerit grauis inimicitia, vt grauis iniuria, aut lis in magna parte bonorum, & cæteri. Ita DD. citati, & alij quamplures apud Farinacium q. 12. num. 34. de inquiſit. & apud Cardinalem Tuſcum, to. 8. conclu. 222.

Quartò conſanguinei aſcendentes, vel deſcendentes, vel etiam collaterales vſque ad quartum gradũ; quamuis aliquando admitti poſſint ad defendendum Reum. Idem dic de affinibus. Leſſius lib. 2. cap. 30. num. 37. Gomez loco cit. num. 15. Clarus q. 24. Sylu. v. teſtis q. 1. Cardinalis Tuſcus to. 1. concl. 201. Farinacius de teſtib. q. 54.

Hinc ſequitur filios non poſſe teſtimonium ferre contra parentes. Immo peccare teſtimonium ferendo contra ipſos; faciunt enim contra reuerentiam parentibus debitã. Ita Simancas inſtit. Catol. tit. 29. n. 25. Clauis Regia lib. 12. cap. 19. nu. 24. Sylu. v. correctio q. 7. Reginald. lib. 20. num. 26. & alij quos ſupra retuli in explicatione 4. præcept. & q. 6. pun. 1. de cenſuris, vbi etiã quæſiui, an filij teneantur, aut ſaltem poſſint accuſare, vel denunciare parentes in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis.

Quinto repellitur domeſticus ipſius auctoris, in cauſa ipſius auctoris. Vide Farinacium de teſtibus quæſt. 55.

Sexto regulariter repelluntur infames iure, vel facto, præſertim in criminalibus. Vide Tuſcum tomo 1. concl. 192. & 209. Farinacium de teſtibus q. 56.

Septimo periurus, hic enim facile præſumitur iterum peieratum.

Octauo ſocius criminis ordinarie repellitur cap. veniens de teſtib. quamuis aliquando admittatur, vt in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, falſificationis monetæ, maleficij, furti famoſi, ſodomię &c. aut etiam in crimine, quod ſine ſocio committi non poteſt. ita DD. citati.

Vltimo repellitur homo vilis, & inops, quoties ſuſpicio eſt, vt pecunia correptus falſum deponat L. 3. ff. de teſtibus. Vide Iulium Clarum loco citato q. 14. Tuſcum tomo 1. concl. 206. & 215. Farinacium n. 48. alioſque præcit. DD.

Hinc conſtat quinam ſint teſtes idonei, & qui minus idonei. Obſerua tamen teſtes minus idoneos admitti tanquam idoneos, quando delictum eo tempore, vel loco patratum eſt, vt alij teſtes haberi non poſſint; vt ſi delictum fuit commiſſum in ſilua, campo, noctu, vel in cubiculo. Vide Leſſium loco cit. Valentiam tomo 3. diſp. 5. q. 14. pun. 15. Salonium 2. 2. q. 70. art. 3. Cardinalem Tuſcum to. 1. de teſtibus concl. 228. & Clauem Regiam lib. 12. cap. 21. num. 24. & Baldum in lege, ſi quis, ex argentarijs ff. de edendo vbi addit. vnum teſtem valde fide dignum poſſe aliquando ſupplere defectum alterius minus idonei. Idem docet Leſſius dub. 4. num. 25. his poſitis ſit.

PRIMA PROPOSITIO.

4 QVando index legitimè procedit, & interrogat, tenetur teſtis interrogatus reſpondere, & veritatem aperire, niſi iuſtam habeat reticendi cauſam. Ita Valẽtia loc. cit. pun. 1. S. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. Leſſius lib. 2. cap. 30. num. 6. Bannes 2. 2. q. 70. art. 1. Salonius, & Arragon. ibid. Clauis Reg. lib. 12.

cap. 20

cap.20 num.19. Reginaldus lib.24. nu.46. Azor.cap.27.in principio, & alij communiter. Ratio patet ex dictis de reo; nam iudex habet ius præcipiendi ad veritatem legitimè extorquendam. Quamobrem in inquiſitione generali, aut etiã in ſpeciali tenetur interrogatus manifeſtare delinquentem, modo iam diffamatus ſit, ſeu iam præceſſerit infamia publica delicti, & delinquẽtis; ſecus ſi dicta infamia non præceſſit; nam iudex non præſumitur alterum obligare ad manifeſtandum quod alter non poteſt licitè manifeſtare interrogatus autem in hac inquiſitione non poteſt manifeſtare delinquentem; niſi præceſſerit ipſius infamia iuxta ſupra dicta de modo procedendi per inquiſitionem. In inquiſitione verò mixta, qua inquiritur ſpecialiter de perſona, & generatim de crimine debet præcedere infamia; aut ſemiplena probatio, vel ſaltem manifeſta inditia criminis ab ea patrati, iuxta ſupra dicta de modo procedendi.

Quando verò iudex non procedit via inquiſitionis ſimpliciter; ſed via accuſationis, vel denunciationis, aut quærelæ ab alio porrectæ, interrogatus tenetur teſtari, ſeu veritatem aperire ſaltem cum delictum plenè probari poteſt. Ratio eſt tum quia alioquin nemo auderet accuſare. Si teſtis cogi non poſſet ad teſtandum, & probandum; quid enim accuſator probare poteſt; dũ teſtis cogi non poteſt ad probandum. Tum quia crimina ſępius impunita manerent.

5 Dixi ſaltem cum delictum plenè probari poteſt, nam quando nõ poteſt plenè probari, vt quando crimen notum eſt vni ſoli teſti, & accuſatori, controuerſia eſt inter Doctores an teſtis cui notum eſt crimen teſtari teneatur. Mihi placet ſententia Soti lib.5. de Iuſtitia q.7.art.1.Azor.cap.28. Salon. q.70. ar.1.contro.1.Arrag.ibidem ad finẽ in ſolutione ad 2.Clau.Reg.lib.12. cap.20.num.6.Valent.2.2.diſp.5.q. 14.pun.1. ad finem, & aliorum affirmantium teneri, cõtra Sylueſt. v. teſtis q.8. Armil. num. 10. & Angel. num. 28. Leſſium num. 49. qui ſibi contrarius videtur num.50. ad finẽ. Ratio eſt quia teſtis in eo caſu legitimè interrogatur, ergo tenetur reſpondere.

6 Ex dictis colligitur primo neminem teneri ad teſtandum dum interrogatur de eo quod audiuit in confesſione Sacramẽtali, vel quod extra confesſionem accepit ſub ſigillo ſecreti, aut gratia conſilij, vel auxilij niſi aliunde audierit. Ratio eſt quia perinde eſt ac ſi neſciret, tum quia fides alteri data ſeruanda eſt quoties licitè ſeruari poteſt; Tũ quia legitimè interrogatus non tenetur teſtari dum iuſtam habet cęlandæ veritatis cauſam. Tum quia multi peccatores retraherentur à conſilio, vel auxilio petendo. Hoc tamen intelligendum eſt, modo delictum non pendeat in futurum, illudque non teneamur impedire. Secretum enim non obligat ad rem iniquam. Hoc tamen non valet in ſecreto confesſionis, quia hoc ſemper obligat, vt alibi oſtenſum eſt. Ita Nauar.cap.25.num.42. Sotus de tegendo ſecreto, membr.2. quæſt.7. concluſ.4. Sylu. v. teſtis q. 8. Azor. cap.28. Leſſius dub.6.num.45. Bannes 2.2.q.70.art.1. Arrag.& Sal.ibidem Clau.Reg.lib.12. cap.20.num. 13. Petrus Nauar.lib.2.cap. 4. num. 223.

223. Reginal. lib. 24. num. 47. & alij communiter.

7 Secundo neminem teneri ad manifeſtandum, & teſtandum contrà iuſtum compenſatorem quia iuſtam habemus reticendi cauſam, vt patet ex dictis de Cenſuris diſp. 2. q. 6. pun. 1. Ita Nauar. cap. 17. num. 105. Leſsius num. 50. Clauis Reg. & alij quos retuli de cenſuris loco citato.

8 Tertio eos qui teſtando timent graue damni periculum contra ſe, aut ſuos non teneri ad teſtandum nam iuſtam habent celandæ veritatis cauſam; quod ſi interrogentur poſſunt vti æquiuocatione, & iuxta reſtrictionem mente conceptam iurare, & teſtari; habent enim iuſtã æquiuocandi cauſam, & lex charitatis non obligat ad ſubueniendũ proximo cum tanto incommodo niſi aliter poſtulet commune bonũ. Ita Sotus loc. citato Nauar. c. 25. nu. 50. Azor. cap. 27. dub. 6. Reginal. lib. 24. num. 48. & Leſsius dubit. 6. num. 50. & alij.

Ex quo patet conſanguineos, & affines raro teneri ad teſtandum contra alios ſibi ſanguine iunctos, nam damnum vnius redundat in alterum, & ex teſtificatione conſanguineorum orirentur familiarũ diſſenſiones, odia, & inimicitiæ, quæ bono communi, & paci reipublicę aduerſantur. Vide Clauem Regiam lib. 12. cap. 20. num. 27, & 28. Bannem, Reginaldum, & Salonium, locis citatis, & alios, quos retuli de cenſuris loc. cit.

SECVNDA PROPOSITIO.

9 NVllus per ſe loquendo tenetur offerre ſe ad teſtandum in fauorem alterius quoties ſuo dicto cauſa eſſet mortis alicui. Ita Nauar. cap. 15. num. 17. Molina, Leſsius, & alij quos retuli de homicidio loco proxime citando. Ratio patet ex dictis de charitate, & de homicidio; nam charitas non obligat ad ferendum vni auxilium cum tanto alterius detrimento; Quoties tamen iuridicè interrogamur tenemur teſtimonium ferre et cum periculo mortis alterius, vt ſi ex teſtimonio impendeat mors accuſatori, aut reo aut alteri. Ratio eſt, quia iudici iuridicè interroganti tenemur obedire.

10 Si quæras vtrum ego tenear offerre me ad teſtãdum in fauorem innocentis, qui probatur nocens in iuditio cum periculo damnationis ad mortem.

Reſpondetur ſolutionem huius quæſiti conſtare ex dictis de homicidio, vbi quæſitum fuit vtrum innocentem cum morte inuaſoris defendere teneamur. Vide Clauem Regiam in conſimili caſu lib. 12. cap. 20. num. 29. Leſſium, alioſque DD. quos retuli de homicidio q. vl. ſect. 1. pun. 11. num. 5.

TERTIA PROPOSITIO.

11 NEmo tenetur ex iuſtitia offerre ſe ad teſtandum ſed ſolum ex charitate dum ipſius dictum neceſſarium eſt ad vitandum proximi damnum. Ita Doctores ſtatim citandi. Ratio cur teneatur ex charitate dum ipſius dictum neceſſarium eſt ad teſtãdum, eſt quia quilibet proximo indigenti tenetur ex charitate ſubuenire. Ratio vero cur non teneatur ex iuſtitia eſt quia non magis tenetur ad teſtandum

ſtandum in fauorem proximi, quã ei teneatur in alijs neceſsitatibus ſubuenire, cum non adſit obligatio officij, vel conuentionis vt ſuppono.

Hinc ſequitur eum qui noluit offerre ſe ad teſtandum in fauorem alterius ipſius dicto indigentis non teneri ad reſtitutionem. Ratio eſt quia obligatio reſtituendi non oritur ex violatione charitatis, ſed ex violatione iuſtitiæ; hic autem non peccauit contra iuſtitiam ſed contra charitatem, vt probatum eſt.

12 Quæres vtrum qui fugit vel ſe abſcondit antequam legitimè citetur ad ferendum teſtimonium, peccet contra iuſtitiam, & teneatur ad reſtitutionem.

Reſpondeo negatiue cum Salonio ſecunda ſecundæ quæſt. 70. art. 1. contro. 3. Banne ibidem dub. 3. Leſsio lib. 2. cap. 30. dub. 8. num. 58. Rebello lib. 2. de reſtitutione q. 14. ſect. 8. num. 63. Clau. Reg. lib. 12. cap. 20. num. 26. Nauar. cap. 25. nu. 41 & alijs, contra Sotum lib. 5. de iuſtitia quæſt. 7. art. 1. & Reginald. lib. 24. num. 46. Ratio eſt quia nullus contrahit obligationem ex mãdato ſuperioris antequam mandatum ei debito modo imponatur. Clericus exempli gratia non tenetur ex pręcepto Epiſcopi ad aliquid faciendum dum ab ipſius conſpectu fugit ne præceptum ſibi imponatur, ergo qui fugit antequam legitimè citetur, non peccat contra iuſtitiam, nec tenetur ad reſtitutionem.

13 Maior difficultas eſt vtrum peccet contra iuſtitiam qui fugit poſt citationem aut aliqua arte, vel fraude vtitur, vt euitet teſtimonium poſtquam iuridicè, & legitimè citatus eſt.

Reſpondeo cum Molina, & alijs apud Leſs. loc. cit. num. 59. contra Nauar. cap. 25. nu. 41. Sotum 5. de iuſt. q. 7. art. 1. Salonium 2. 2. quæſt. 70. art. 1. contro. 3. concluſ. 1. Azorium, & Reginaldum citatis & quã plures alios apud Clauem Regiam lib. 12. cap. 20. num. 25. probabiliter defendi poſſe, non peccare cõtra iuſtitiam. Ratio eſt quia citatio ſuperioris non imponit citato obligationem iuſtitiæ, ſed obediẽtiæ ad teſtandum ſicut magiſtratus præcipiens alicui, vt ſuſcipiat curam pupilli, non imponit obligationem iuſtitiæ, & qui recuſat curam pupilli ſuſcipere non dicitur iniuſtus, ſed inobediens, & contumax contra Magiſtratum.

14 Hinc ſequitur teſtem non teneri ex iuſtitia reſpondere, aut iurare, ſe dicturum veritatem, dum interrogatur à Iudice; nam Iudex non imponit ipſi obligationem iuſtitiæ, ſed obedientiæ, conſequenter non reſpõdendo peccat potius contra obedientiam quam contra iuſtitiam. Addit Leſsius nu. 60. eũ qui iurauit ſe dicturum veritatem non teneri ex iuſtitia veritatem dicere; ſed contrarium dicendum eſt, quia hoc iuramentum eſt promiſſorium, ex iuramento autem promiſſorio conſurgit obligatio iuſtitię vtrum vero dicere falſum peccet contra iuſtitiã, & teneatur ad reſtitutionem conſtabit ex dicendis propoſitione quarta proxime ſequenti.

QVARTA PROPOSITIO.

15 TEſt is qui adhibita moral diligentia, quæ ad debii tæ recordandum, debiteque teſtandum-

ſtandum requiritur, pernicioſam facultatem dixit inaduertenter, ex obliuione. L. ex alia cauſa excuſante ab omni peccato, non tenetur ad vllam reſtitutionem damnorum, quæ alter paſſus eſt ob ipſius teſtimonium. Ita Syluester v. Teſtis q. 8. Sotus 5. de iuſt. quæſt. 7. art. 4. p. Caietanus 2.2. quæſt. 70. art. 4. Salonius ibidem concluſ. 5. Nauarrus cap. 25. num. 40. Valentia tomo 3. diſp. 40. quæſt. 14. pun. 4. Leſs. nu. 5. Reginaldus, Toletus, & alij locis proximè citãdis. Ratio eſt quia vel tenetur ratione Rei acceptæ, L. ratione iniuſtę damnificationis ſed non tenetur ratione Rei acceptæ, cum nihil extet apud ipſum teſtem; neque tenetur ratione iniuſtę damnificationis, cum excuſetur à culpa, & obligatio proueniens ex iniuſta damnificatione ſupponat culpam, & damnificationem formaliter iniuſtam; Secus ſi aduertenter falſitatem dixit, tenetur ad reſtitutionem ratione iniuſtæ damnificationis.

Dixi excuſante ab omni peccato, nam ſi excuſet ſolum à mortali, nõ vero à veniali; diſſenſio eſt inter Doctores, an ad aliquam reſtitutionem teneatur, quam difficultatem explicaui de contractibus. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 3. §. vnico propoſitione, vbi affirmatiuam ſententiam ſuſtinui, cum Petro Nauarro, Rebello, & alijs quibus addi Sotũ, & Reginald. locis cit. contra Leſsiũ Azorium, & alios.

Ex dictis colligi poteſt teſtem ſcientẽ, vel ignorantia craſſa ignorantem, ſuum dictum eſſe falſum teneri ad reſtitutionem omnium dãnorum, quæ alter paſſus eſt ob pernitioſam ipſius falſitatem, cenſetur enim efficaciter totum damnum intuliſſe, & iniuſtæ formaliter damnificaſſe. Ita DD. cit.

Vtrum vero teneatur ad reſtitutionem, qui falſum teſtimonium tulit poſtquam delictum ſufficienter probatum erat; & poſtquam Reus ita erat conuictus, vt dictum iſtius teſtis non profuerit ad inferendam pœnam, vel ad iniungendam grauiorem, patet ex dictis de reſtitutione diſp. 1. quæſt. 2. pun. 8. cum enim non cenſeatur cauſa efficax damni non videtur obligandus ad reſtitutionem, & ſicut ferẽs ſuffragium in cauſa mortis poſtquã alij tulerũt numerum ſuffragiorum ſufficientem ad mortem non obligatur ad reſtitutionem, vt docui de reſtitutione loco cit. num. 4. cum Salonio, Nauarro, Rebello, Molina, & alijs quibus adde Clauẽ Regiam lib. 12. cap. 19. nu. 9. Pet. Nauar. loco ſtatim cit. num. 254. Leſſium nu. 52.

16 Quæres vtrum ille, ob cuius falſum dictũ inferenda eſt alteri mors, vel mutilatio, teneatur ad retractãdum ſuum dictum cum periurio: ſimilis pęnæ incurrendæ.

Reſpondeo affirmatiue modo credat ſe profuturũ per retractationem, & modo in ferendo teſtimonio peccauerit. Ratio eſt quia in æquali damno habenda eſt potior ratio innocentis, vt patet ex dictis de reſtitutione diſp. 1. quæſt. vltima pun. 1. nu. 19. cum Valentia Banne, Azorio, Molina, & alijs. Tenetur etiam eos admonere, quos ad falſum teſtimonium ferendum induxit; vt falſum retractent; & ijs recuſantibus retractare, tenetur iudici fraudem aperire, vt innocens eripiatur, quamuis ſibi vitæ periculum

lum immineat melior enim eſt conditio innocentis. Ita Clauis Regia, & Pet. Nauar. locis cit. Leſsius lib. 2. cap. 30. nu. 54.

Dixi modo credat ſe profuturũ; quia credens ſe nihil profuturum non tenetur retractare, cum nullus ad opus inutile obligetur. Tenebitur tamen reſtitutionem damnorum facere, cum illorum cauſa iniuſta cenſeatur.

Dixi modo in ferendo teſtimonio peccauerit mortaliter, nam qui bona fide perniciosam aliquam falſitatem dixit in iudicio non tenetur cum tanto ſuo incommodo cognita veritate dictum retractare; cum ex nulla radice conſtet adhoc teneri. Ita Sotus, Nauar. & alij locis cit. Vide Toletum lib. 5. cap. 59. Pet. Nauar. lib. 2. cap. 3. par. 2. num. 252. Clauem Regiam lib. 2. cap. 15. nu. 8. & 9. Syluestrum loco citato, Sotum 5. de iuſtitia q. 7. art. 4. Naua. cap. 25. nu. 40. Leſsium loco citato dubit. 7. & Reginaldum lib. 24. num. 45.

QVINTA PROPOSITIO.

17 TEſtis qui pecuniam pro vero teſtimonio ferendo accepit, ad reſtitutionem pecuniæ acceptæ non tenetur. Ratio eſt quia teſtis tenetur ex ſola charitate teſtari, conſequenter nolens teſtari abſque pecunia, peccat ſolum cõtra charitatem, peccatum autem contra charitatem, non obligat ad reſtitutionem. Ita Clauis Regia loco citato. Valentia tomo 3. diſp. 5. q. 6. pun. 6. Sotus, Vaſquez, Bannes, Nauar. cap. 25. num. 43. & alios quos retuli de reſtitutione. d. 1. queſt. 3. pun. 2.

Dixi pro vero teſtimonio ferendo; nam accipiens pro falſo teſtimonio tenetur ad reſtitutionem ante factum, poſt factum vero non tenetur ad reſtitutionem pecuniæ acceptæ, licet teneatur reſtituere damnum illatum parti contra quã falſum teſtimonium tulit vt cum Vaſquez, Emanuele Sà, & alijs tradidi de reſtitutione loco cit. pun. 3. ad quæ vos remitto.

18 Quæres primo vtrum teſtis poſſit licite expenſas accipere, dum extra ſuum domicilium ad ferendũ teſtimonium proficiſcitur.

Reſpondeo affirmatiue, quia nõ tenetur cum ſuo damno, & expenſis, ferre teſtimonium, nec vllus tenetur ſuis ſtipendijs militare; ideo teſtis curare poteſt, vt ſibi reficiatur damnum emergens, & lucrum ceſſans pro tempore quo ſe cauſa ferendi teſtimonij detinuit cap. ſi teſtis 4. quæſt. 3. Ita Azorius cap. 28. dubio 9. Nauar. & Clauis Regia, locis citatis.

19 Quæres ſecundo, vtrum ſtandum ſit primo, an ſecundo dicto, cum teſtis contraria dicit.

Reſpondeo quando vnum dictũ eſt in iudicio, & alterum extra iudicium ſtandum eſt dicto in iudicio, ſiue hoc ſit primum, ſiue ſecundum; nam dictum in iudicio firmatur iuramento conſequenter præferendum eſt; tum propter iudicis auctoritatem, tum propter iuramẽti præſtiti religionem. Quando vero vtrumque fuit in iudicio, ſed in diuerſis actibus, & examinationibus ſtandum, eſt priori dicto, modo aliud non dicat, in articulo mortis coram iudice cum iuramento, tunc enim præſumitur verum dicere, quia nullus in mortis articulo præſu-

Digitized by Google

præſumitur immemor propriæ ſalutis. L. vltima. C. ad legem Iuliam. Vide Card. Tuſcum tom. 8. concluſ. 237. & 238. Azorium 3. par. lib. 13. cap. 18. Iulium Clarum lib. 5. recept. ſent. Menochium de arbitrarijs lib. 2. Centur. 2. caſu 108. Couar. lib. 2. var. & Clauem Regiam lib. 12. cap. 21. num. 6. Si quæras cuinam potius credẽdum ſit teſti, an notario, dum notarius vnum ſcripſit, & teſtis iuratus dicit ſe aliud dixiſſe Reſpondetur credendum eſſe notario, quia in fauorem ipſius ſtat præſumptio. cap. ad audientiam de præſcriptionibus, & cum ſit perſona publica, & approbata mendacium in ipſo non præſumitur.

PVNCTVM IV.

De Aduocato, & Procuratore.

1 *Quinam poſſint aduocati munus ſuſcipere & exercere.*

2 *Aduocatus tenetur gratis patrocinium præſtari, pauperi ipſius opera indigentis.*

3 *Aduocatus tenetur ad reſtitutionem, ſi ob negligentiam, & ob latam culpam, cauſam perdat.*

4 *Tenetur etiam ad reſtitutionem omnium damnorum quorum fuit cauſa, cauſam iniuſtam defendendo.*

5 *An aduocatus manifeſtans parti cõtrariæ ſecreta cauſæ, teneatur ad reſtitutionem.*

6 *An aduocatus poſſit tranſigere cum parte contraria.*

7 *Aduocatus non tenetur ad reſtitutionem fiſco, dum cauſam nocentis defendit.*

8 *Aduocatus poteſt cauſam ſuſcipere dum vtraque pars probabilis eſt.*

9 *Quodnam ſtipendium aduocatus recipere poſſit.*

10 *Non licet paciſci de quota litis.*

11 *An aduocatus poſſit integrum ſtipendium ſibi pro lite promiſſum recipere, etiam ſi cliens litem inchoatam deſeret.*

12 *Aduocatus, vel negotiorum geſtor poteſt integrum ſibi ſtipendium retinere aſſignata aliqua debita parte idoneo ſubſtituto.*

13 *An aduocatus, vel negotiorum geſtor qui ſcripturas, vel aliud gratis aut modico ſtipendio obtinuit, poſſit ſtipendium ſcripturarum petere à cliente.*

14 *An procurator, qui litigãtis cauſam non conductus ſuſcepit, poſſit peracta cauſa ſtipendium petere, quod alioquin alteri procuratori traditum fuiſſet.*

15 *An procurator fungens notarij, vel aduocati officio poſſit ſtipendium aduocato, vel notario debitum recipere.*

16 *An procurator grauiter peccet cauſarum expeditiones diſerendo. Idem quæritur de aduocato.*

QVatuor explicãda ſunt in hoc puncto. Primo quinam Aduocati munus exercere poſsint. Secundo vtrum Aduocatus teneatur patrocinium pauperum ſuſcipere. Tertio quandonam Aduocatus peccet, & teneatur ad reſtitutionem. Quarto vtrũ aliquando poſsit cauſam dubium tueri.

PRIMA PROPOSITIO.

1 QVilibet Aduocati offitium exercere poteſt, modo illud exercere valeat, & a iure non repellatur. Ratio eſt quia actus pa-

patrocinandi liber eſt, ergo à quolibet ſuſcipi, & exerceri poteſt.

Dixi modo illud exercere valeat; certum enim eſt neminem poſſe offitium illud exercere ad quod naturalem habet impotentiam, cũ actus ſupponat potentiam, & a potentia eliciatur, ideo iure canonico ab aduocandi munere repellũtur muti, ſurdi, furioſi, imo etiam adoleſcentes vſque ad decimum octauum annum, eo quod rationis vſum, & ſcientiam ad hoc munus rite obeundam nundum nacti præſumantur.

Dixi & a iure non repellatur, vt aduerterem ad hoc munus ex iuris diſpoſitione quaſdam perſonas nõ admitti ob decentiam, & ſtatus dignitatem, primo enim non admittuntur Religioſi excepta cauſa neceſsitatis monaſterij in qua cum Abbatis licentia religioſus poteſt Aduocati munus in ciuilibus exercere etiam coram Iudice laico cap. 1. & cap. finali de poſtulando. Secundo non admittuntur Clerici ſacris ordinibus initiati, vel etiam cõſtituti in minoribus habentes beneficium, cap. 1. & finali de poſtulando excipite in cauſa propria, vel pro Eccleſia ſua, vel pro coniunctis coniunctione carnali non habẽtibus aduocatum æque idoneum, vel pro miſerabilibus perſonis, in his enim poſſunt aduocati munus ſuſcipere etiam coram ſeculari iudice modo negotium ſit eccleſiaſticum cap. 1. de poſtulando; Clerici vero minoribus initiati non habentes beneficium non repellun tur ab hoc munere non ſolum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus; nam ſicut poſſunt ſine mortali ad laicalem ſtatum redire, ita etiam poſſunt hoc munus exercere Vide Nauar. cap. non dicatis 12. q. 1. comment. 2. Syluest. v. Aduocatus quæſito 7. Angelum eodem verbo num. 9. Clauem Regiam lib. 12. cap. 22. nu. 5. & ſequitur Panormitanum cap. 1. & vlt. de poſtulando. Azorium 3. par. lib. 13. cap. 29. dub. 2. Tabienam v. Aduocatus. S. Thomam 2. 2. quæſt. 71. art. 2. Reginald. lib. 25. nu. 663.

SECVNDA PROPOSITIO.

2 ADuocatus tenetur gratis patrocinari pauperi extrema, vel etiã graui neceſsitate laborãti, ipſiusq; opera indigenti, dũ nullius alius patrociniũ præſtiturus eſt. Ratio eſt quia quilibet tenetur ſubleuare laborãtẽ extrema, vel graui neceſſitate, ideo pauperi in graui neceſſitate cibi exiſtenti tenetur, qui cibum habet, exhibere cibum, vel pecuniam, qua cibum ſibi comparare queat. Ita Doctores citandi: Quamquam diſſenſio eſt inter DD. Vtrũ Aduocatus teneatur ſub mortali in graui neceſſitate patrociniũ pauperi ſuſcipere. Nauarrus cap. 25 num. 20. Caiet. 2. 2. q. 71. art. 1. & alij negant Sotus vero lib. 5. q. 8. art. 2. Leſſius, Bannes, Arragonius, Salonius, Valentia, Clauis Regia, Syluester, Angelus, & alij affirmant. Sed quid nobis ſentiendum ſit conſtat, ex modo dictis, & ex traditis de eleemoſina. Vide Valentiam to. 3. diſp. 5. q. 15. pun. 2. Leſſium lib. 2. cap. 31. dub. 7. Salonium 2. 2. q 71. artic. 1. contrario 2. concl. 3. Bannẽ, Caietanum, & Arragonium ibidẽ, Clauem Regiam lib. 12. cap. 23. nu. 7. & 8. Syluestrum verbo Aduocatus q. 18. Angelum eodem v. num. 16. Azo-

Digitized by Google

Azorium 3. parte lib. 13. cap. 29. dub. 6.

TERTIA PROPOSITIO.

3 ADuocatus peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem Clienti, dum Cliens cauſam perdidit ex Aduocati neglĭgētia, vel imperitia. Ratio eſt quia qui non facit quod ex officio facere tenetur, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem; ſed Aduocatus tenetur ex officio debitā adhibere diligentiam, ne Cliens cauſam perdat, ergo tenetur ad reſtitutionem, dum Cliens ex Aduocati negligentia cauſam perdidit.

Aduertendum tamen eſt Aduocatum non teneri in omnibus caſibus eandem adhibere diligentiā, ſed maiorem, vel minorem pro negotij, & cauſæ qualitate; ideo ne cauſa difficilis ſit, vel magni momenti tenetur maius ſtudium adhibere, quam teneatur dum cauſa facilis eſt, vel exigui momenti. Ita Doctores ſtatim citandi.

Ex dictis ſequitur primo Aduocatum teneri ad reſtitutionem, dū Cliens cauſam perdidit propter imperitiam aduocati, nam aduocatus ſaltem de lata culpa tenetur, & ex officio debeat eſſe conuenienter inſtructus, cum ſe talem gerat, & mercedem vt inſtructus accipiat. Ita Leſſius loc. cit. dub. 8. Rebellus, Syueſt. Sotus, Azorius, & alij quos retuli de contractibus diſp. 1. q. 2. pun. 8. nu. 20. & ſeq.

4 Addo aduocatum teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, quæ ex defēſione iniuſtæ cauſæ proueniunt, cenſetur enim cauſa efficax dāni. Vnde parti contrariæ teneatur ad reſtitutionem ex peccato commisſionis, quia fuit illi cauſa poſitiua damni. Clienti vero tenetur ex peccato ommisſionis quatenus ipſum non admonuit de iniuſtitiæ cauſa; nam ratione officij tenebatur admonere Clientem iniuſtitiam cauſæ ignorantem. Verum ſi Cliens non ignorabat iniuſtitiam cauſæ aduocatus licet non ſit liber ab obligatione reſtituendi parti contrariæ, cum fuerit illi cā poſitiua damni, liber tamen eſt ab obligatione reſtitutionis faciendæ Cliēti; quia non cenſetur illi facere iniuriam, cum ſcienti, & volenti nō fiat iniuria. Ita Doctores ſtatim citandi.

5 Secundo ſequitur aduocatum teneri ad reſtitutionem, dum parti contrariæ manifeſtauit ſecreta cauſæ, ob quorum manifeſtationem Cliens cauſam perdidit quam alioquin licitè viciſſet, fecit enim contra proprium officium, nec debitā adhibuit diligentiam ad cauſam in fauorem Clientis obtinendam. Ex quo patet aduocatum non debere ſecreta cauſæ parti contrariæ manifeſtare; ſic enim aduerſarium iuuaret contra Clientem, ſicque cōtra proprium officium faceret, vt bene Azorius, & alij locis ſtatim citandis.

Hoc tamen limita niſi forte periculum ſit, vt pars contraria graue damnum inique patiatur, quilibet enim tenetur quantum poteſt ſine ſuo graui damno proximi damnum impedire. Vide Clauem Regiam loco citato cap. 23. Leſſium lib. 2. cap. 31. Azorium 3. p. lib. 13. cap. 29. dub. 3. Reginaldum lib. 25. num. 668. & 674. dubit. 8. Valentiam 2. 2. diſp. 5. q. 15. pun. 4. Arragonium 2. 2. q. 71.

art.2.& 3.Salonium ibidem. Sotum 5.de iuſtitia q.8.art.3. Angelum, & Syluestrum loc.cit.

Quæres 1. vtrum aduocatus poſſit tranſigere,vel tranſactionem cõſulere cum parte contraria; dum in principio litis credebat cauſam eſſe iuſtam, ſed poſtea proceſſu temporis per examen teſtium, vel alia ratione comperit litem ex parte Clientis iniquam eſſe.

6 Reſpondeo nõ poſſe tranſigere cũ damno partis,quia trãſactio admittenda ſolum eſt in cauſa dubia. Ideo peccant conſiliarij inducentes ad tranſactionem,vel compoſitionem,dum aduertentes alteram partem proſequi cauſam iniuſtam inducunt alteram ad tranſactionẽ cum damno;ſi vero ad tranſactionẽ inducant ſine damno, aut ſine deceptione,ſine vi, aut metu non peccant; quia nulli faciunt iniuriam. Ita Valentia loc.cit.pun.4.Azorius loc.cit.Nauar. cap.25.num.28. Cla. Reg. loc. cit. num. 20. Leſſius loco cit num.40. & alij apud Clauem Regiam alioſque præcit.DD.

Quæres 2. vtrum aduocatus teneatur ad reſtitutionem Fiſco, dũ cauſam alicuius nocentis defẽdit, quam ſi non defendiſſet, Fiſcus illius nocentis bona recepiſſet.

7 Reſpondeo non teneri, quia pęna non debetur ante ſententiam, & ſicut reus non tenetur ad reſtitutionem,ita nec ipſius aduocatus.Ita Leſſius dubit.8.num.50.Salonius 2.2.q.71.art.4.controu.1.Bannes ibidem dub.53.Clauis Regia num.15. & alij quos ſupra in ſimili retuli de reo negante veritatem, cuius bona Fiſco applicata fuiſſent, ſi reus veritatem confeſſus fuiſſet.

QVARTA PROPOSITIO.

8 ADuocatus poteſt tueri cauſã actoris, aut rei, dum vtraque pars eſt probabilis quamuis altera pars quã ipſe nõ defendit probabilior ſit. Ratio eſt tum quia quilibet poteſt adhęrere opinioni probabili; Tum quia pars, cuius cauſa eſt probabilis non peccat ſe defendendo, aut accuſando, ergo neque peccat aduocatus cauſam ipſius defendẽdo. Vide Reginaldum lib. 25. nu.673.Azoriũ loc.cit.dub.3. quæſito 4.Leſſium lib.2. cap. 32. dub.9. Salonium loc.cit. concluſione 2.& quæ diximus in tractatu de peccatis de opinione probabili q. 4. p.9. num.16.

9 Quæres quale ſtipẽdium,& prætium procurator, aut aduocatus percipere poſsit.

Reſpondeo poſſe ſolum recipere ſtipendium taxatum à lege,vel conſuetudine,niſi maius liberaliter donetur. Ratio eſt quia quilibet tenetur legem iuſtè taxantem pretium ſeruare, alioquin peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem L.ſi quis §.de poſtulationibus, & patet ex ſupra dictis de legibus. Quando verò pretium non eſt iure, vel vſu taxatum aduocatus tantum recipere poteſt, quantum iudicio prudentis viri iuſtum videtur habita ratione laboris, dignitatis, ſciẽtiæ,aduocati, & difficultatis cauſæ: vt bene Clau. Regia lib. 12.cap.23. num.29.S.Thomas 2.2.q.71. art. 4. Salonius, Bannes, & Arragonius ibi. Toletus lib.5.cap.60.Azor.3.p. lib. 13.cap. 29. dub. 7. Reginaldus lib. 25.num.676.nam omnes iſtæ cauſæ iuſtã præbẽt augẽdi pretij rationẽ.

10 Ro-

Digitized by Google

10 Rogabis vtrum aduocatus paciſci poſſet de certa quantitate litis ſub conditione ſi vincat, vt de medietate &c.

Reſpondeo negatiuè huiuſmodi enim pactum vetitum eſt, ne via, & aditus aduocatis aperiatur vincendi lites per fraudes vt parte promiſſa fruantur. L.ſi qui. C. de poſtulationibus,& lege ſumptus ff. de pactis. Vide Clauem Regiam num. 30. Syluestrum q. 17.Nauar.cap.15. numero 30.

Non nego tamen quin liceat abſolutè paciſci de tanto pretio ſoluẽdo,ſiue cauſa obtineatur,ſiue non; tunc enim ceſſat periculum fraudis,& huiuſmodi promiſſio permiſſa eſt L.1. ff.mandati. Ita DD. cit. Exiſtimarem tamen aduocatũ per ſe loquendo teneri vi prædictæ pecuniæ promiſſæ pro tota cauſa proſequenda, non ſolum proſequi cauſam in primo iudicio; verum etiam interpoſita appellatione; quamuis enim hæc ſint diſtincta iudicia, tamen Cliens nondum cauſam viciſſe cenſetur, cum interpoſita appellatione ſuſpendatur ius primæ ſententiæ. Vide S.Antoninum 3.p.tit. 6.cap.2.§.2.& Clauem Regiam loco citato Nauar. loco citato Azor. loc.cit. dub. 8. Reginaldum lib.25. nu.678. Syluestrum loc.cit.

11 Sed modo dubium eſt primo vtrum aduocatus recipere poſſit integrum ſtipendium ſibi promiſſum abſolute pro lite, etiamſi Cliens litem inchoatam deſerat, ob idque aduocatus litem non proſequatur.

Reſpondeo poſſe recipere ſi ſtipendium abſolutè fuit aſſignatum pro labore, ſeu pro lite,non habita ratione temporis. Ratio eſt quia conductor, qui re conducta non vtitur ob culpam, ipſiuſmet conductoris tenetur integram penſionem ſoluere. L.qui operas.ff.locati, ergo locator poteſt eam recipere. Ita Molina;Reginal. Azorius & alij quos retuli de Contract. diſp. 3. q. 7.pun.4. nu.11.

Limita primo niſi aduocatus optaſſet ſuum laborem redimi, ſeque ab eo liberari ſoluto pretio, ſeu detracto ſtipendio; tunc enim de ſtipendio conuento tantum detrahi poſſe exiſtimo, quantum aduocatus laborem ſuum redimi optaſſet, aduocatus enim non cenſetur in hac parte inuitus, nullumque detrimentum inuoluntariè patitur,vt cũ Rebello,& alijs docui de Contract. loc.cit.pun.3.nu.8.

Limita ſecundo niſi aduocatus interim alteri inſeruiat, & æquale, vel maius ſtipendium recipiat; vt in ſimili probaui de Contract. loco cit.num.8. cum Reginaldo, Leſſio, Rebello,& alijs.

Limita tertio niſi promiſſum ſit habita ratione temporis,& laboris tunc enim debetur ſolum ad ratã.

Limita quarto niſi hoc proueniat ex culpa, vel impedimento ipſius aduocati, vt ſi aduocatus in morbum incidat, vel ſimile impedimentum contrahat cõductor enim per ſe loquẽdo non tenetur integrũ ſtipendium ſoluere; ſed ſolum ad ratam, dum re conducta vſus non eſt ob defectum ipſius locatoris,vt patet ex dictis locis cit. de Contract. ita Bartolus.L.diem fur,& ff.de off. auerſorum, quem citat & ſequitur Azorius dub 10.Clau.Reg. num.33. Syluest. & Reginal.loc.cit.

Ex dictis ſequitur aduocatum poſſe integrum ſtipendium ſibi promiſſum recipere,dum cauſam deſe-

Digitized by Google

rit ob Clientis defectum, vt quia Cliens aliquid confeſſus eſt, ex quo aduocatus cauſam iniuſtam eſſe cognouit. Ita Sylu. v. aduocatus q. 22. Tabiena eodem verbo in fine Cla. Reg. lib. 12. cap. 23. num. 33. Regin. lib. 25. nu. 678. & alij.

Secundo aduocatum poſſe integrum ſalarium ex pacto promiſſum recipere, dum litem non proſequitur, eo quod Cliens compoſitionem cum aduerſa parte fecerit, nam per ipſum non ſtat ne promiſſam operam præſtet. Amplia etiamſi aduocatus in cōpoſitione facienda mediator non fuerit; militat enim eadem ratio quamquam ab hac ampliatione diſſentit. Rodriquez in ſumma par. 1. cap. 4. Sylu. v. aduocatus q. 20. Azor. loc. cit. dub. 9. Regin. lib. 25. num. 678. & Clau. Reg. lo. cit. num. 32. cum Lopez, Tabiena & alijs.

Tertio aduocatum cui pro tota lege promiſſum eſt ſtipendium centum aureorum, poſſe integrum ſtipendium retinere, etiamſi breui, vel ante menſem lis perdita, vel ſuperata fuerit, ſi vero ſtipendium cētum aureorum non fuit aſsignatum ſimpliciter pro labore litis, ſeu pro tota lite; ſed in ſingulos menſes ſtipendium retineri poterit ſolum ad ratam temporis. Si ante menſem perdita, vel ſuperata fuerit lis; nam ſtipendium cenſetur tantummodo conſtitutum habita temporis ratione. Ita Clau. Reg. cap. 24. num. 7. & alij quos in ſimili retuli de Contr. diſp. 3. q. 7. pun. 4.

12 Secundo dubium eſt vtrū procurator, vel negotiorum geſtor, vel aduocatus, qui ſtipendio quinquaginta aureorum conductus prout in ſingulos annos, vel pro tota cauſa poſſit integrum ſibi ſtipendium retinere, ſi alium procuratorem, vel aduocatum idoneum. Subſtituat aſſignata illi dimidia ſolum, vel tertia ſtipendij parte, reliqua ſibi retenta.

Reſpondeo affirmatiuè modo hoc faciat de conſenſu ſolum tacito ſine damno eorum quorum patrocinium ſuſcepit. Ratio eſt, tum quia pecunia tradita eſt, vel promiſſa procuratori, vt ipſi dominiū acquiratur, ergo procurator poteſt ſibi partem retinere reliqua idoneo ſubſtituto tradita. Tum quia nulli facit iniuriam non enim facit iniuriam Clienti, cum tantum illi reſpondeat, quantum promiſit, & per alium ęque idoneum ſuppleat, neque facit iniuriam ſubſtituto, cum illi iuſtum ſtipēdium tradat, vt ſuppono, fieri enim poteſt, vt pretium non fuerit à lege taxatum, ſed alijs relictum ſit taxandum, vel latitudinem habeat &c. Ita in ſimili docui de Sacramentis diſp. 4. quæſt. vltima pun. 8. num. 18. cum Soto, Nauarro, Suarez, Reginaldo, Emanuele Sà Farinello, Vaſquez, Naldo, Rodriquez Henriquez, & alios contra Cordubam, Arragonium, & alios, quibus contra nos, adde Clauem Regiam lib. 12. cap. 14. num. 7 Toletum lib. 5. cap. 62. nu. 5 & Reginald. lib. 25. cap. 56. ad finem numero 683.

13 Tertio dubium eſt, vtrum aduocatus, vel procurator, qui actu, vel inſtrumenta gratis, vel modico pretio accepit à notario, poſsit ſibi ſtipendium notario dari conſuetū, vel alias debitum pro actis, vel inſtrumentis, à cliente accipere, vel acceptum retinere.

Reſpondeo deſtinguendo, aut

notarius

notarius gratis, vel modico ſtipendio conceſsit acta procuratori intuitu ipſius procuratoris, ſeu in perſonam ipſius procuratoris, aut indiſtinctè conceſsit modico, vel nullo contentus ſtipendio, aut conceſſit clienti indicans ſe gratia procuratoris, vel ob alium finem hoc ipſi clienti gratis, vel paruo ſtipendio concedere ſi indiſtinctè, aut etiã in gratiam procuratoris, vel ob alium finem conceſsit clienti, non poteſt procurator ſtipendium notario alias debitũ vel dari conſuetum recipere, vel retinere, nã res acquiritur illi cui donatur, ſicut empta noĩe alicuius fiũt illius cui⁹ nomine empta ſunt; hoc pacto intelligũtur ea, quæ tradidi de contractibus diſp.j. quæſito 2. pun.6.nu.14. ſi vero gratis, vel modico ſtipendio conceſsit acta procuratori intuitu ipſius procuratoris, ſeu in perſonam ipſius procuratoris, procurator poteſt ſibi ſtipendium alias notario debitum recipere, & retinere. Ratio eſt tum quia procurator obligationem naturaliter contrahit, erga huiuſmodi notarium, ergo par eſt, vt commodum, ex quo hæc obligatio naſcitur, ſentiat. Tum quia res aquiritur illi, cui dono datur; Tum quia ſicut emptor inquit Nauar.cap.17.num.96.verſiculo ſeptimo ſub finem; Qui alterius iuſſu aliquid emit, dicitque ſe plures emiſſe, quam re ipſa emerit, poteſt ſibi retinere illud, quo pluris ſe dicit emiſſe, ſi venditor intendit hunc exceſſum nõ illi dare pro quo emit; ſed intendit donare ipſimet emptori ergo: Ita DD. ſtatim cit.

Hinc ſequitur primo procuratorem, qui ſcripturas Clientis gratis obtinuit a notario exiſtimante illas ad ipſummet procuratorem pertinere, alioquin gratis non conceſſuro poſſe, ſibi ſtipendium, alias notario debitum, retinere, quia notarius intuitu, & in perſonam procuratoris gratis conceſsit: idem dic ſi notarius gratis eas procuratori concedat in remunerationem beneficiorum receptorum, vel recipiendorum. Ita Boerius deciſ.210. Panormit.in cap. finem litibus nu. 29. de dolo, & contumacia. Rota deciſ.180.in antiquis, & alij quos citat, & ſequitur Clauis Regia lib. 12.cap.24.num.5. & ad hoc faciunt quæ tradidi de contractibus diſp. 3. quæſt.5.pun. vnico n. 5.cum Leſſ. Ribello, Regin. Mol. Azor.& alijs.

Secundo ſequitur procuratorem cui notarius acta gratis conceſsit, non intuitu procuratoris, ſed quia ita viſum fuit in honorem Dei, vel ob alium finem, non poſſe ſibi ſalarium notario debitum retinere. Ita Reginal. nu.681.& alij DD.cit.

Quando autem dubitatur an notarius, acta gratis conceſſerit intuitu procuratoris, arbitror non præſumi conceſiſſe in gratiam procuratoris quia melior eſt conditio Clientis ſuam pecuniam poſſidentis, & fieri poteſt vt notarius intuitu ipſius clientis, vel in honorem Dei, vel alia de cauſa gratis acta conceſſerit.

14 Quarto dubium eſt vtrum procurator, qui litigantis cauſam ſponte ſuſcepit non conductus, poſſit peracta cauſa, & victoria reportata retinere ſibi ſtipendium quod litigans ſoluiſſet procuratori quem conduxiſſet. Io. Andreas, & alij apud Panormit. loco ſtatim citando, negant poſſe recipere, quia ſuſcepit alienum negotium, tantum

ex charitate; nullus autem petere poteſt compenſationem ob negotium ex ſola charitate præſtitum pro eadam ſentẽtia fertur deciſio Rotæ 183. in antiquis de ſentent.& re iudicata. Panormitanus vero cap.finem litibus de dolo,& contumacia, & alij quos citat & ſequitur Clauis Regia cap.26. & Reginaldus lib.25.n.682.eandem ſententiam admittunt, & approbant, modo procurator nullum damnum lucri ceſſantis, vel damni emergentis paſſus ſit; nam æquitas non patitur; nec iuſtitia poſtulat, vt quis ex ſuo bono opere damnum ſine rationabili cauſa patiatur.

Sed mihi diſtinguendum eſt, vel procurator gratis hoc offitium ſuſcepit, vel animo mercedis obtinendæ, ſi gratis ſuſcepit, nullum prætendere, vel ſibi retinere poteſt ſtipendium, etiamſi damnum lucri ceſſantis, vel damni emergentis ea occaſione paſſus ſit, nam eo ipſo quo gratis ſuſcepit, ceſſit iuri ſuo & ſtipendium aliaſque expenſas condonaſſe cenſetur. Si vero non gratis, nec liberaliter, ſed animo mercedis hoc onus ſuſcepit, poteſt mercedem quæ ordinario procuratori tradita fuiſſet; prætendere.Ratio eſt tum quia operarius dignus eſt mercede ſua; Tum quia traditionis quoties alia ſubeſt cauſa quã donationis non præſumitur donatio, vt alias docui, ita ſentire videtur Nauar.Leſſius, Vaſquez, & alij quos retuli de contractibus diſput. 3.quæſt.7.pun.4.nu.4. dum quærerem vtrum famulus, qui aliqua obſequia præſtitit, ad quæ alias non tenebatur, poſsit ſibi compenſationem in rebus domini facere; idem fateri tenentur DD.quos adduxi de ſacramentis diſp.5.quæſt. vltima pun.7.§.5. dum quærerem vtrum Sacerdos poſsit miſſas anticipate perſoluere,illisq; applicare; qui ſibi eleemoſynã poſtea tradet.

15 Quinto dubium eſt vtrum procurator fungi poſsit aduocati, vel notarij officio,& aduocati, vel notarij pretium recipere; dum hac munere fungitur.

Reſpondeo affirmatiuè, modo hoc faciat ſine clientis damno, & iniuria. Ratio eſt quia nullius ius violatur, nullisque fit iniuria. Ideo in hac parte non omnino approbo quod tradunt Toletus lib.5.cap.62. num.5. & 8. Reginaldus lib.25.nu. 680. & alij damnantes procuratores, qui notariorum inſtrumenta, & aduocatorum conſilia faciunt, rogantque notarios, & aduocatos, vt ſubſcribant ijs, quæ geſſerunt tanquam geſtis per ipſos notarios, & aduocatos;& modicum pro ſubſcriptione ſoluunt ſtipẽdium, quod aduocati recipiunt, quia ſatius arbitrãtur modicum lucrum recipere, quam nullum; timent enim fore, vt procuratores alios ad ipſos negotia non deferrent.

Ego vero exiſtimo huiuſmodi procuratores non facile damnandos eſſe; Ratio eſt quia hoc videtur lucrum induſtriæ, nullique dãnum iniuſtè infertur; cum ſubſcriptio totum ſtipendium non mereatur ipſisque procuratoribus liberum ſit, quem velint, aduocatum eligere,nec quicquam contra Cliẽtum voluntatem faciant; dum procuratores ad conſilia, vel inſtrumenta conficienda æque ſunt idonei, ac ipſimet aduocati, vel notarij vt ſuppono. Secus dicendum eſſe reor primo, dum procuratores

tores

tores conſilia non ita erudita conficiunt, inſcijs, vel reluctantibus clientibus, qui vellent conſilia per inſtructionis aduocatos non ſolum ſubſcribi, verum etiam proportionate confici. Secundo quando procurator non eſt tantæ dignitatis, & ſcientiæ vt tantum ſtipendium mereatur.

16 An vero aduocati, vel procuratores peccent conſiliorum, vel cauſarum expeditiones differendo cum clientis præiudicio perſpicuũ eſt peccare, & ad damni reſtitutionem obligari, faciunt enim contra proprium offitium cum detrimento aliorum. Ideo peccare videntur, qui cauſas prius acceptatas alijs poſtponunt, aut qui plures cauſas acceptant, quam poſſint intra præfixum terminum abſoluere, & expedire, niſi eas acceptent; ſcientibus hoc ipſis clientibus, tunc enim excuſari poſſunt, quia ſcienti, & volenti non fit iniuria. Vide Reginaldum nu. 68. Toletum Clauem Regiam aliosque præcitatos DD. locis cit.

PVNCTVM VLT.

De Notario.

1 *Notarius habere debet ſcientiam ſaltem mediocrem eorum, quæ ad proprium officium pertinent.*

2 *Notarius fideliter referre debet in ſcriptum quæ a partibus aſſeruntur & fiunt.*

3 *Notarius grauiter peccat, dum renuit inſtrumenta conficere, aut dũ confecta occultat, vel non extendit vel in regiſtro non collocat.*

4 *Conficiens inſtrumentum carentis vſu rationis grauiter peccat, & Tract. de Decal. tenetur ad reſtitutionem.*

5 *Notarius tenetur legata præſertim, pia manifeſtare.*

6 *Non poteſt quicquam vltra taxam accipere, alioquin tenetur ad reſtitutionem.*

7 *Peccat ſi aliquid ſponte ablatum accipiat contra prohibitionem; non tamen obligatur ad reſtitutionem.*

8 *An clericus poſſit offitium tabellionis ſuſcipere.*

SVppoſitis iis, quæ puncto præcedente diximus de procuratore & aduocato, hic aliqua ſolum per compendium breuiter adnotabo cum Toleto lib. 5. cap. 6. Nauar. cap. 25. nu. 52. Reginaldo lib. 25. cap. 57. num. 684. & ſequentibus locis cit. cap. 24. alijsq; qui plura de his diſſerunt.

1 Aduertendum eſt primo, Procuratorem, ſeu notarium teneri ad ſcientiam ſaltem mediocrem eorũ, quæ ad proprium ipſius officium pertinent, vt ſunt clauſulæ. quæ in contractibus opponi conſueuerunt aliæque ſolemnitates, quæ ſeruari, & adhiberi ſolent; Quilibet enim ea ſcire tenetur, quæ ad proprium offitium pertinent, vt ritè ſuo munere fungi poſſit; ſolemnitates autem, quæ ad validũ, & authenticum inſtrumentum requiruntur; ſunt Inuocatio nominis Dei, Annus eiuſdem, Indictio, dies, menſis, in quo celebratur contractus, locus in quo legitur inſtrumentum, teſtes, nomen, & ſignum tabellionis. Quãobrem ſi ob notarij negligentiam, vel ignorantiam prætermiſſa eſt aliqua ſolemnitas cuius omiſsione pars aliquod damnum patiatur notarius tenetur ad illius reſtitutionem,

nem, ob id in Tridentino ſeſſ. 22. cap. 10. ſancitum eſt vt Epiſcopus valeat eorum ſufficientiam ſcrutari, & minus idoneos a negotijs Eccleſiaſticis repellere. Ita Panormitanus in cap. 1. de fide inſtrumentorum, Angel. v. Tabellio num. 6. Reginaldus loco citato, Couarruuias pract. quæſt. cap. 20. Clauis Regia loco cit. cap. 21. nu. 2. Vide Tridentinum loco cit.

2 Aduertendum ſecundo, Notarium debere fideliter in ſcriptum referre, quæ a partibus aſſeruntur, modo deſit mendacium, quamquã non peccat ſi partes fatentur ſe pecuniam recepiſſe, ſcribat, pecuniã acceptam fuiſſe, quamuis re ipſa accepta non fuerit, nam perinde eſt, ac ſi pecunia accepta fuerit, cum pars iuri ſuo cedat, & notarius non propriè aſſerat pecuniam realiter acceptam fuiſſe, ſed potius referat confeſsionem partium. Ita Clauis Regia & Reginaldus locis cit. Nauarrus cap. 25. nu. 52. & alij. Secus ſi dicat pecuniam coram ſe exburſatam fuiſſe, cum re vera coram ſe exburſata nõ fuerit, vt in contractu cenſus in quo ad ipſius validitatẽ actualis ſolutio præſcribitur.

3 Aduertendum eſt tertio, notarium grauiter peccare, dum ſine cauſa renuit conficere inſtrumenta, aut dum inſtrumenta iam confecta occultat, vel non extendit, eſt enim perſona publica, & ad obſequium omnium ex officio deputata, conſequenter tenetur ad reſtitutionem damni, quod pars ex denegato ſibi inſtrumento, ſeu tranſumpto originalis inſtrumenti patitur, cum faciat contra proprium officium cũ damno alio-rum. Ita Nauar. num. 53. Toletus num. 5. Reginaldus num. 186. Clauis Regia nu. 8. & 9. idem dic ſi non collocet in regiſtro.

4 Aduertendum eſt quarto conficientem teſtamentum alicuius carentis iudicio, ſeu non vtentis, ratione peccare, & teneri ad reſtitutionem legitimis hæredibus, qui ab inteſtato ſuccesſiſſent, cenſetur enim cauſa efficax damni legitimis hæredibus cum efficiat teſtamentum inualidum; cuius cauſa hæredes damnum iniuſtè patiuntur; limita, modo non confecerit bona fide, neſciens teſtatorem iudicio carere; tunc enim ſicut à peccato excuſatur, ita etiam ab obligatione reſtitutionis, cum ex nulla radice appareat, qua ad reſtitutionem obligari debeat. Ita Nauarrus loco cit. num. 54. Sylueſter v. Tabellio q. 8. Clauis Regia nu. 14. Regin. nu. 687.

An vero peccet aut excommunicationem incurrat conficiendo inſtrumentum vſurarium conſtat ex dictis de vſuris. Vide Suarez de cenſuris. diſp. 13. ſect. 5. nu. 25. excommun. 9. Nauar. cap. 27. num. 103. & Reginald. lib. 25. nu. 490.

An vero notarius conficiens inſtrumentum contra libertatem Eccleſiaſticam incurrat excommunicationem, patet ex cap grauem, & ex cap. nouerit de ſententia excommunicationis. Vbi exprimitur excommunicatio. Vide Syluestrum v. Excommunicatio 9. num. 31. Angelum excommunicatio 7. caſu 5. Regin. lib. 9. n. 363. & lib. 25. n. 691.

5 Aduertendum eſt quinto, notarium teneri legata manifeſtare, præſertim facta ad cauſas pias. Vnde notarius in noſtra Diœceſi, qui

poſt-

Digitized by Google

poſtquam nouit mortuum eſſe teſtatorē intra tres menſes non denunciat legata pia, elapſis tribus menſibus ipſo facto in excommunicationem incidit ex Cōcilio Prouinciali 2. Decreto 7. Vide Toletū lib.5.cap.61.num.6. & Clauem Regiam nu.15.Reginaldum lib.25.nu. 688.

6 Aduertendum eſt 6. Notarium non poſſe pretium iniuſtum, aut aliquid vltra taxam exigere, dum pretium à lege taxatum eſt, vt patet ex dictis puncto præcedenti numero 9.

Addo notarium aliquid vltra taxam in notabili quantitate accipientem peccare mortaliter contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionē exceſſus, cum illum ſine cauſa iniuſtè acceperit, niſi fortè exceſſus dono ſibi traditus ſit, vt patet à ſimili ex ſupra dictis de datis, & promiſſis. An vero notarius, qui in ſuſceptione tabellionatus iurauit ſe leges ſui officij, & conſtitutiones pretij taxam præſcribentis ſeruaturū, peccet mortaliter, etiamſi medicum quid vltra taxam accipiat conſtat ex dictis de iuramento.

7 Rogabis vtrum notarius accipiens aliquid ſpontè oblatum peccet, aut teneatur ad reſtitutionem, dum lege ſancitum eſt, vt notarius aliquid vltra taxam non accipiat; etiamſi ſpontè offeratur.

Ad primum reſpondeo cum cōmuni DD. ſententia, peccare ſi aliquid vltra præſcriptum accipiat occaſione ſui officij, ſeu ratione ſcripturæ, facit enim contra legem, & contra iuramentum de ſeruanda lege pretij. Ita DD. ſtatim citandi. Excipe niſi aliquid accipiat ob laborem, & induſtriam extraordinariam ob quam aliquid accipi poſſe conſtat, cum ſit pretio æſtimabilis; nec aliquid vltra taxam accipi dicatur, cum pretium extraordinarij laboris à lege taxatum non fuiſſet. Ita Doctores ſtatim citandi.

Ad ſecundum reſpondeo non teneri ad reſtitutionem. Ratio eſt tū quia lex prohibet receptionem, non vero præcipere reſtitutionem rei acceptæ; tum quia lex non facit accipientem inhabilem dominij; tum quia non retinet contra voluntatem domini. Ita Petr. Nauar. lib. 3.cap.3.num.15. Rodriquez 2. p.ca. 2 Toletus loc. cit. cap. 61. ad finem Reginaldus lib.25. num.694. & alij apud Clau. Reg. lib. 12. cap. 25. num. 18. contra Salonium 2.2. q. 71. in fine, & Medinam li.1.c.19.§.5. verſic. ſi ommiſſis ijs quos retuli de reſtitutione de datis ob turpem cauſam.

8 Aduertendum eſt vltimo Clericum minoribus initiatum poſſe officium notarij, etiam imperialis ſuſcipere; quia hoc illi nullo iure vetatur, clericum vero initiatum maioribus, aut habentem beneficium non poſſe Cæſarei notariatus officium ſuſcipere, vel exercere in foro publico ſeculari, aut eccleſiaſtico, nam omnis clericus arcetur à negotijs ſecularibus. Vide Panormitanum in cap. ſicut te ne clerici, nec monaci. Hortenſium ibidem, Couar. practicarum quæſtionum capite decimonono, & alios quos refert Clauis Regia, loco citato, numero ſeptimo, qui etiam oſtēdunt an inſtrumenta facta à Monacho ſine licentia Abbatis valida ſint.

DISPV-

DISPVTATIO VLT.

De Præceptis Eccleſiæ.

CIRCA Præcepta Eccleſiæ nobis ſolum hic ſupereſt agendum de ieiunio, & decimis, quia de Præcepto Miſſæ diebus feſtis audiendæ; de Eucharistia in Paſchate ſumenda, & de confeſſione ſemel in anno facienda ſufficienter egimus in tractatu de Sacramento Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ, ad ibi dicta vos remitto.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESTIO PRIMA,

De primo Eccleſiæ præcepto, ideſt ieiunio.

PVNCTVM PRIMVM.

Quot modis accipiatur, & quid ſit ieiunium.

1 *Quot modis accipiatur ieiunium.*
2 *Quandonam peccetur contra temperantiam.*
3 *Ebrietas non ſemper imputatur ad culpam.*
4 *Quid ſit ieiunium.*
5 *Quare ieiunium dicatur abſtinentia à cibo.*
6 *Qui ſæpius bibit in die ieiunij ad expellendam famem non peccat mortaliter contra præceptum ieiunij.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 IEiunium quatuor modis accipi poteſt. Primo pro abſtinentia à vitijs, & fuga peccatorum, vt benè docet S. Auguſt. tract. 13. in Ioannē, & Sanctus Baſilius homil. 1. de ieiunio; *Verum ieiunium*, inquit, *eſt ab omnibus vitijs eſſe alienum*. Idem docet S. Thomas 2.2. quæſt. 147. artic. 2. & alij DD. ſtatim citandi.

Secundo accipitur pro abſtinētia à qualibet re ſumpta per modū cibi, & potus, & hoc dicitur ieiuniū naturale, quod frangitur quoties aliquis cibus, vel potus tranſmittitur ad ſtomachum, vt patet ex dictis de Euchariſtia quæſt. 6. pun. 2. num. 6. qui verò deguſtat aliquid, illudque ad ſtomachum non tranſicit, ſed ſtatim ejicit, nō dicitur frāgere ieiunium naturale, vt benè obſeruat Reginaldus lib. 4. num. 125. & patet ex dictis de Euchariſtia loco citato.

Tertio pro ieiunio Eccleſiaſtico, quo præcipitur vnica comeſtio in die, ideſt à media nocte ad mediā vſque noctem futuram, vt obſeruat Nauar. cap. 21. num. 11. Tolet. lib. 6. cap. 1. num. 6. & alij communiter.

Quarto pro parſimonia, & temperantia, quæ in hoc poſita eſt, vt non plus cibi, & potus ſumatur, quā ratio naturalis dictet. Ideò peccatum contra hoc quartum ieiunij genus, ſeu contra temperantiam committitur.

2 Primo quando finis vltimus in cibis, & ingluuie conſtituitur, inſtar eorum, quorum Deus vēter eſt, dicuntque comedamus, & bibamus, cras enim moriemur Iſa. 22.

Secundo quando quis carnibus humanis extrà neceſſitatem veſcitur; hoc enim contra dictamen rationis eſſe docuimus tract. de pecc.

Tertio

Tertio quãdo quis cibo, & potui ita indulget, vt inde ſibi graue nocumentum præuideat euenturum; hac enim in cauſa dat cauſam huiuſmodi nocumento, & aliter facit, quàm ratio naturalis dictet.

Quarto qñ quis per intemperantiã dat cauſam ebrietati; ebrietas enim eſt intrinſicè mala, & eſt peccatum mortale ex ſuo genere. Ratio eſt, tum quia notabiliter aduerſatur rectæ rationi, tum quia dans cauſam ebrietati pòteſt excõmmunicari, excommunicatio autem non incurritur niſi ob peccatum mortale, tum quia ebrius excluditur à regno cœlorum 1. Corinth. 6. *Nec ebrij regnum Dei poſſidebunt*; nullus autem à regno cœlorum excluditur ob ſolum veniale, ſed ob mortale peccatum.

3 Obſerua tamen ebrietatem nõ ita intrinſece malam eſſe, quin ob iuſtam circunſtantiam poſſit aliquando permitti. ideo aliquis poteſt abſque peccato mortale magnam potus quantitatem de conſilio medici ſumere cauſa ſanitatis, quamuis inde ſecuturam præuideat ebrietatem, hic enim non dicitur ebrietatem intendere, & procurare, ſed ex iuſta cauſa permittere; ſicut aliquando licet pollutionem iuſta ex cauſa permittere, quãuis eam intendere, & procurare non liceat, vt dictum eſt de matrimonio quæſt. 4. pun. 10. Ita Caietan. in ſumma verbo ebrietas num. 4. Idem ſentire videtur, Azorius 1. p. lib. 7. cap. 33. q. 5. & alij contra Tabienam verbo ebrietas numero 4. Angelum eodem verbo numero ſecundo, & alios. Ex oppoſito non videtur excuſandus à peccato qui ſe inebriat, vt Tyranni, vel hoſtis ſæuitiam minus ſentiat; hic enim intendit ipſamet ebrietatem, quæ eſt intrinſicè mala; intendere autem opus malum eſt malum, nec ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Ita Caietan. 2. 2. q. 150. art. 2. Azor. loco cit. & alij. Ex quo patet à fortiori Germanos, alioſque non eſſe dignos excuſatione dum vino ità indulgent, vt ſecuturam præuideãt ebrietatem, Secus ſi graui ex cauſa magnam vini quantitatem ſumant, non intendentes ebrietatem; tunc enim dicuntur ſolum permittere ebrietatem.

His poſitis, de ieiunio Eccleſiaſtico hic nobis agendũ eſt, cuius definitionem in ſequenti propoſitione trademus.

SECVNDA PROPOSITIO.

4 IEiunium eccleſiaſticum eſt voluntaria abſtinentia à cibo iuxtà præſcriptum Eccleſiæ, vel receptam conſuetudinem. Ita communiter DD.

Hinc ſequitur eum, qui circa meridiem prandet, & in Veſperis cenat, non ieiunare, quia non abſtinet à cibo iuxtà præſcriptum Eccleſiæ, qui verò vnica refectione contentus eſt, dicitur ieiunare; quia voluntariè abſtinet à cibo iuxtà præſcriptum Eccleſiæ, vel communem vſum. Item qui ſuaui odore ex carnibus, vel ex alijs rebus prodeunte reficitur, & recreatur, non dicitur ieiunium violare, niſi plures refectiones ſumat; adhuc enim verum eſt hunc voluntariè abſtinere à cibo, iuxta conſuetudinem, vel præſcriptũ Eccleſiæ, cum non perfruamus odore adinſtar ſumptionis cibi, quamuis natura ſuaui odore confor-

conſortetur, & roboretur. Ita Abulenſis in cap. 6. Matth. q. 167. Reginaldus nu. 172. & alij communiter.

5 Dicitur voluntaria abſtinentia, vt aduerterem ad ſatisfaciendum præcepto ieiunij requiri voluntatẽ, ſeu intentionem ieiunandi, ſeu faciendi opus præceptum. Ideò qui inuitus omninò abſtinet à cibo, vel qui non comedit, quia non habet cibum, non dicitur ieiunare, vt patet ex dictis de legibus pun. 10. nu. 2. cum Sanchez, & alijs, & idem docet Reginal. lib. 4. nu. 125.

Dicitur à cibo, vt aduerterem ieiunium non conſiſtere in qualibet abſtinentia, ſed in abſtinentia à cibo; duplex enim eſt appetitus in homine, vnus humidi, & frigidi, qui dicitur ſitis, cui principaliter ſatisfieri ſolet per potùm; alter eſt appetitus calidi, & ſicci, & hæc dicitur fames, quæ repellitur cibo principaliter inſtituto contra famem, vt pane, piſcibus, pomis, piris, nucibus, herbis, alijsque ſimilibus, quę loco refectionis ſumuntur in prandio, & cęna. Ieiunium ergo Eccleſiaſticum non conſiſtit in abſtinentia à potu, ſed in abſtinentia à cibo, qui principaliter inſtitutus eſt contra famem, ſiue cibus ſit denſus, vt panis, caro, &c. ſiue ſit liquidus, vt lac, iuſculum, &c. Et quamuis homines olim etiam à vino tempore ieiunij abſtinerent, vt conſtat ex Griſoſtom. hom. 6. ad populum Antiochenum, attamen hoc tempore non extat apud nos huiuſmodi obligatio, conſequenter, qui tempore ieiunij ſumit vinum, vel alium liquorem per modum potus, vt aquam, ceruiſiam, &c. non violat præceptum ieiunij, ſiue ſumat ante, ſiue poſt prandium; quamuis peccet contra temperantiam bibendo intemperanter. Ita S. Tho. 2. 2. quæſt. 147. artic. 6. ad 2. Leſsius lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 10. Regin. nu. 151. Nauar. cap. 21. num. 13. Valentia tom. 3. diſp. 9. quæſt. 2. pun. 3. Abulens. in cap. 6. Matth. quæſt. 164. Rodriquez 1. par. cap. 23. num. 1. ad finem, & alij communiter teſte Azorio lib. 7. cap. 10. q. 7.

Item non violat præceptum ieiunij, qui tempore ieiunij, pharmaca, ſeu electuaria ſumit. Ratio eſt, quia non ſumit titulo cibi, ſed medicamenti, ſecus ſi ea ſumat in magna quantitate in fraudem ieiunij; Nam quod ſupereſt potiùs per modum cibi, quam medicamenti ſumi cenſendum eſt. Ità Nauar. cap. 21. nu. 13. Leſsius lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 8. & 10. Emanuel Sà loco cit. Azor. cap. 10. quæſito 7. ſub finem, Reginaldus num. 133. & 167. Abulens. in cap. 6. Matth. quęſt. 168. & 169. & alij.

6 Maius dubium eſt, Vtrum, qui ſæpius bibit in die ieiunij, non ad ſedandam ſitim, ſed potius ad expellendam famem, violet præceptum ieiunij. Reſpondendum mihi videtur negatiuè. Ratio eſt, quia ex conſuetudine communiter recepta conſtat potus ſumptionem non prohiberi præcepto ieiunij; ergo ſumptione vini, vel alterius liquoris inſtituti ad ſedandam ſitim non violatur præceptum ieiunij, quãuis intentione ſumatur, cum nõ prohibeatur intentio, ſed externa refectio cibi; alioquin neque liceret vinum ſumere ad leuandam ſitim, cum vinum ex ſui natura aptũ ſit ad nutriendum. Ità Nauar. loco cit. contra Medinam C. de ieiunio quæſt. 11.

quæſt. 11. verſ. in his Reginaldū lib. 4. nu. 153. Abulenſem in cap. 6. Matthei quæſt. 164. in reſponſione ad 1. S. Antoninum, & alios quibus adhærere videtur Azor. lib. 7. cap. 10. quæſito 7. ad finem verſiculo ſciendum.

Obijcies, qui facit aliquid in fraudem legis non minus peccat, quàm ſi contra legem ipſam faceret; Sed ſumens vinum in die ieiunij ad leuandam famem, facit aliquid in fraudem ieiunij, cum is dicatur in fraudem legis facere, qui ſaluis verbis legis eius ſententiam circumuenit L. contra legem ff. de legibus; ergo ſumens vinum ad extinguendam famem, non minus peccat, quam ſi contra legem ipsā ieiunij faceret.

Ad hoc argumentum, quod videtur Achilles, Medinæ, & Reginaldi locis cit.

Reſpōdeo falſam eſſe minorem propoſitionem, is enim non dicitur aliquid in fraudem legis facere, qui iure, & libertate ſua vtitur; Vnicuique autem liberum videtur tempore ieiunij, vinum, aliumque liquorem ad tollendam ſitim inſtitutum adhibere, ita permittente conſuetudine; fieri tamen poteſt, vt delictum committatur contra temperantiæ virtutem vt per ſe patet.

Dicitur iuxtà præſcriptum Eccleſiæ, cum enim ab Eccleſia inductum ſit ieiunium de quo loquimur, ſeruanda eſt regula ieiunij, quam Eccleſia præſcripſit, regula autem ieiunij ab Eccleſia præſcripti in tribus præcipuè conſiſtit: Primo in abſtinentia à quibuſdam cibis. Secundo in vnica refectione, ſeu in abſtinentia à pluribus refectionibus. Tertio in hora determinata, quamquam aliqui DD. putant ad ſubſtantiam ieiunij non pertinere circūſtantiam temporis, ſed de hac re infra.

PVNCTVM II.

A quibus cibis abſtinendum ſit tempore ieiunij.

1 *Abſtinendum eſt à carnibus, & quænam dicantur carnes.*

2 *An tempore ieiunij abſtinendum ſit à lacticinijs.*

3 *Obtinens priuilegium comedendi carnes in die ieiunij per ſe loquendo tenetur abſtinere a multiplici refectione.*

4 *Vtrum cui probibentur carnes, probibeantur etiam lacticinia.*

5 *Vtrum in die ieiunij petenda ſit licentia comedendi carnes, cum neceſſitas comedendi carnes aduenerit.*

6 *Quibus cibis veſci poſſit qui vouit ieiunium aut cui ieiunium à confeſſario iniunctum eſt.*

7 *Qui ventrem valde replet ſatisfacit præcepto ieiunij, modo abſtineat à cibis vetitis, & à multiplici refectione.*

VNICA PROPOSITIO.

1 CErtum eſt apud Catholicos tempore ieiunij abſtinendum eſſe a carnibus, vt ex Sanctis Patribus Concilijs, & vſu Eccleſię docet Azorius lib, 7. cap. 10. quęſito 6. & alij DD, ſtatim citandi. Nomine carnium illiguntur illæ quæ à piſcibus contra diſtinguuntur, iuxtà

Digitized by Google

tā communem Chriſtianorum vsū, aut Medicorum iudicium. Ideo ſi dubitetur an aliquid ad naturam carnium accedat, conſulendus eſt communis Chriſtianorum vſus, ſi autem de vſu conſtare nequeat, cōſilium à Medicis, petendum eſt, an magis ad naturā piſcium, aut aliorum animalium accedant. Non leue autem iudicium eſt attendere vtrum animalia diù naturaliter viuere, queant extra aquam vt docet Maior. in 4. d. 15. quæſt. 3. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 10. quæſito 6. ad finem. Reginaldus lib. 4. num. 143. Sed maius indicium deſumitur ex conſuetudine, & communi vſu. Ideo iudicamus eſum coclearum, ranarum, & teſtudinum licitum eſſe tempore ieiunij, quia horum carnes comedi conſueuerunt in diebus ieiunij. Ita DD. ſtatim citandi.

2 Sed modo dubium eſt, vtrum tempore ieiunij abſtinendum ſit à lacticinijs, ouis, butiro, & caſeo.

Reſpondetur attendendam eſſe locorum conſuetudinem; Conſuetudo enim optima eſt legis interpres, & ſicut poteſt legem inducere, ita etiam poteſt abrogare. Addo in iure, pæciſo quadrageſimali tempore, nullum textum haberi, qui ſub mortali obliget à laticinijs abſtinere; ergo ſolum inſpicienda eſt locorum conſuetudo. Ita Syluester v. Ieiunium no. 18. Nauar. ca. 21. num. 15. Leſsius loco cit. Azor. j. par. lib. 7. cap. 10. quæſt. 1. Valentia tom. 3. diſp. 9. quæſt. 1. pun. 3. Reginald. lib. 4. num. 144. & ſeq. & alij communiter. An vero conſuetudo obliget ſub mortali, recurrendum eſt ad regulas generales ſuperius traditas de legibus in genere.

Ex dictis colligi poteſt comedentem carnes, aut alium cibum vetitum in die ieiunij grauiter peccare quia facit contra præceptum Eccleſię in re graui, niſi fortè valdè modicum fruſtulū comedat; Nam comedens valdè exiguum carnis fruſtulum excuſari poſſe videtur à mortali, ob paruitatem materiæ, conſequenter etiam excuſatur à caſu reſeruato ijs in locis, in quibus comeſtio carnis prohibetur ſub reſeruatione. Ita Lodouicus Carbo. par. 4. de Præceptis Eccleſię, & alij quibus aſſentire videtur Rodriquez prima parte capit. 23. num. 1. ad finem.

3 Quæres primo, Vtrū priuilegiū obtinens comedēdi carnes in die ieiunij teneatur ieiunare, & conſequenter abſtinere debeat à multiplici refectione in die ieiunij.

Reſpondent Azor. Tolet. & alij locis ſtatim citandis non teneri, quia abſtinentia à carnibus eſt de ſubſtantia ieiunij; qui autem ſubſtantiam ieiunij ſeruare non poteſt non tenetur ad ieiunium. Alij vero reſpondent diſtinguendo hoc modo, aut priuilegium comedendi carnes conceſſum eſt ob debilitatem naturæ, quæ indiget meliori alimento, & multiplici refectione aut conceſſum ob odium, ſeu nauſeam, vel damnum piſcium; Si priuilegium conceſſum eſt ob naturæ debilitatem, non tenetur ieiunare ſeu abſtinere à multiplici refectione; Nam recta ratio dictat hoc priuilegium ità eſſe ampliandum propter cauſam, cuius intuitu conceſſum eſt. Ita DD. ſtatim citandi. Si vero conceſſum eſt ob nauſeam, vel damnum peſcium, tenetur adhuc ieiunare, & non poteſt plures refe-

refectiones in die ieiunij ſumere. Ratio eſt quia hoc priuilegium cẽſetur odioſum, vt potè contra ius commune, conſequenter ſtrictè explicandum eſt. Ita Leſsius dub. 6. num. 45. Nauar. cap. 21. num. 22. Reginald. lib. 4. num. 168. Emanuel Sà v. Ieiunium nu. 11. Corduba in Summa quæſt. 143. Victoria quem ſequitur, & citat Rodriquez in ſumma par. 1 cap. 24. num. 9. Additionator ad Toletum lib. 6. cap. 2. ad finem, Valentia to. 3. diſp. 9. quæſt. 2. pun. 5. verſ. qui autem, & alij contra Azorium lib. 7. cap. 10. quæſito 3. Toletum lib. 6. cap. 3. nu. 4. & alios arbitrantes abſtinentiam à carnibus eſſe de ſubſtantia ieiunij, conſequẽter eum cui conceſſum eſt priuilegium comedendi carnes in die ieiunij, nulla ratione teneri ad ieiunium vt patet ex prima opinione. Sed mihi dicendum videtur abſolutè teneri ad ieiunium quatenus ieiunium importat obligationem abſtinendi à multiplici refectione, modo à multiplici refectione abſtinere poſsit, iuxtà dicenda de cauſis excuſantibus à ieiunio. Ratio eſt, quia hoc priuilegium eſt odioſum, & contra ius commune; priuilegium autem odioſum ſtrictè interpretandum eſt, quantum patitur ſenſus verborum, vt patet ex dictis de priuilegijs. Vt hæc clarius intelligantur, aduertendum eſt in ieiunio duo præcepta diſtincta includi, Vnum negatiuum, quod conſiſtit in abſtinentia à cibis vetitis, aliud affirmatiuum, quo præcipitur vnica comeſtio, ex ſuppoſitione quod aliquis velit comedere in die ieiunij; Hæc autem præcepta inter ſe diſtincta eſſe facilè colligitur tũ ex natura præcepti affirmatiui, & negatiui. Tum quia pluribus conceditur facultas ſumendi plures refectiones in die ieiunij; paucis verò conceditur facultas comedendi cibos vetitos; ergo ſignum eſt priuilegium conceſſum in vno præcepto non extendi ad aliud, & eum, cui conceſſa eſt facultas comedendi carnes, non poſſe ex vi huius priuilegij multiplicem refectionem ſumere, niſi ratio aliqua cogat ad huiuſmodi extẽſionem faciendam; nulla autem ratio ad huiuſmodi extẽſionem faciendam cogere videtur, dum comeſtio carnis conceditur ſolum ob nauſeam piſcium, vel ob detrimentum, quod ex ipſorum comeſtione naſcitur, vel dum ſufficit comeſtio carnium abſque multiplici refectione. Ità Leſsius dub. 6. num. 45. Nauar. Reginald. & alij locis cit. & patet ex dictis de legibus.

4 Quæres ſecũdo, vtrum cui prohibentur carnes prohibeantur etiã lacticinia.

Reſpondeo negatiuè niſi aliter exprimatur. Ratio eſt, tum quia ſunt res diſtinctè, quarum vna prohiberi poteſt, alia non prohibita, & vna concedi poteſt, alia non cõceſſa, vt experientia docet in ſexta feria, & ſabato in quibus conceditur vſus lacticiniorum, & vſus carnium prohibetur, ex Azorio lib. 7. cap. 10. quæſito 2. & 5. Palud. in 4. d. 15. quæſito 4. art. 4. concluſ. 2. Reginaldo lib. 4. nu. 145. & 161. Contra Couar. 4. var. cap. 20. nu. 14. tum quia interdicto vſu ouorum non cẽſetur conſequenter interdictus vſus carnium ex Syluestero v. Ieiunium num. 27. & Reginaldo num. 146. ergo

go à fortiori interdicto carniũ vſu non ſtatim interdictus cenſetur lacticiniorum vſus, qui facilius permitti conſueuit. tum quia, ſicut quando conceditur vſus ouorum, non cenſetur hoc ipſo concedi vſus aliorũ lacticiniorũ, (ſunt enim res diſtinctæ quarum vna concedi poteſt alia non conceſſa, & conceſsio eſt odioſa, vtpotè contra ius commune; quamuis Reginaldus lib. 4. nu. 170. Medina in inſtr. conf. c. 14. li. 2. par. 10. Azor. lib. 7. cap. 10. q. 4. & alij appoſitum in hac parte ſentiunt.) itá cui prohibentur carnes non censẽtur hoc ipſo vetita lacticinia. {Vtrũ verò conceſſa facultate comedendi carnes, cenſeatur etiam conceſſa facultas comedendi oua, & cętera lacticinia, patet ex dictis de legibus cum Sanchez, & alijs.

5 Quæres tertio. Vtrum aduenien te neceſsitate comedẽdi cibos vetitos in die ieiunij petẽda ſit licẽtia.

Reſpondeo negatiuè per ſe loquendo, modo neceſsitas ſit euidẽs, & certa. Ratio eſt quia obligatio legis tollitur ob ſuperuenientem neceſsitatem; ergo non eſt neceſſe licentiam petere.

Dixi per ſe loquendo, nam ratione ſcandali, vel alterius circunſtantiæ fieri poteſt, vt licentia petẽda ſit. Itá DD. ſtatim citandi.

Dixi modò neceſsitas ſit euidẽs, & certa; Nam ſi dubitetur de ſufficientia neceſsitatis petenda eſt licentia ab Epiſcopo, vel à Parocho, ſi Epiſcopus commodè adiri nequeat iuxtà Leſsium loc. cit. Eman. Sà v. ieiunium. Azor. cap. 18. q. 3. Rodriquez c. 24. nu. 11. Sylu. v. ieiunium num. 2. Reginald. lib. 4. n. 221. & alios arbitrantes Parochum poſſe in hac materia ob frequentes caſus licentiam dare, & eximere ſibi ſubditum à ieiunio dum ad Epiſcopum aditus non patet. Immò etiam ſi pateat aditus ad Epiſcopum putant Parochum poſſe ſibi ſubditum à ieiunio eximere ijs in locis in quibus conſuetudo introducta eſt, vt Parochus eximat. Nàm per conſuetudinem acquiri poteſt iuriſdictio, vt dictum eſt de pœnitentia. In noſtra tamen diœceſi deſignari ſolent aliquæ particulares perſonæ, præſertim tempore quadrageſimæ, à quibus facultas comedendi cibos vetitos obtinenda eſt; De hac re nonnulla pun. vlt. ad finem diſcutienda ſunt.

6 Quęres quarto quibus cibis veſci poſsit, qui vouit aliquo die ieiunare, aut cui indictum eſt ieiunium à Confeſſario, vel à Papa in Iubileo.

Reſpondeo extra quadrageſimã poſſe veſci lacticinijs, aut alijs cibis, qui iuxta locorum conſuetudinem permittũtur in temporibus anni, & priuilegijs Sanctorum, Nam hic dicitur ieiunare; Et votum, aut Confeſſarij præceptum ita eſt intelligendum, & obſeruandum, ſicut intelliguntur, & obſeruantur præcepta Eccleſiæ, vt docui de voto, & de pœnitentia. Ita Azor. cap. 10. q 2. ad finem. Reginaldus loc. cit. n. 148. Paludanus apud Azorium, & alij quos retuli de voto.

Dixi extra quadrageſimam, quia in quadrageſima abſtinendum eſt à lacticinijs ob peculiare præceptũ Eccleſiæ cap. denique diſt. 4. quo tunc temporis præcipitur abſtinentia à lacticinijs; etiam in diebus dominicis quadrageſimæ quamuis ijs diebus non extet obligatio ieiunãdi. propterea pueri capaces vſus

Digitized by Google

orationis, aut alij, qui aliqua de cauſa excuſantur à ieiunio, non poſſunt tempore quadrageſimæ comedere lacticinia. Ratio eſt quia ſunt capaces præcepti, vt ſuppono, ergò tenentur obſeruare præceptũ cuius obligatione afficiuntur; & à cuius obſeruantia non excuſantur ob iuſtam aliquam cauſam. Ità Sanchez in ſumma lib.4.cap 11.num.53.Sylueſter v. ieiunium n. 17. Reginald. loc.cit.num. 150. & alij DD. ſtatim citandi.

Quæres quinto, an præcepto ieiunij ſatisfaciat, qui ſeruata ciborum qualitate ventrem adeò replet, vt ieiunij difficultatem non ſolùm non ſentiat, nec carnis vitia comprimat, ſed potiùs libidinem excitet, & foueat.

Reſpondetur ſatisfacere, modo à cibis in die ieiunij vetitis abſtineat, nec plures refectiones ſumat. Ratio eſt, tum quia ille dicitur præcepto ſatisfacere, qui præſtat id, q̃ præceptum eſt; ſed qui à cibis in die ieiunij vetitis, & à multiplici refectione abſtinet, præſtat id quod præceptum eſt, ergo ſatisfacit præcepto ieiunij; etiamſi cibum immoderate capiat, carnis illecebras nõ comprimat, & ieiunij finem, aut meritum non aſſequatur. Ita Couar.4. var.cap.20.num. 11. Abulenſes in c. 6. Matthæi q. 166. verſ. dicendum pag. mihi 98. Reginaldus lib.4. nu. 163. Medina C. de ieiunio q.6. Caiet. & alij apud Couar. loco cit. omiſſis ijs quos in ſimili ſupra retuli de legibus contra nonnullos alios quos tacito nomine innuit Abulenſis loco cit. verſ. dicunt quidam, eos tamen exprimit Couarr. loco citato.

Obijcies ille non ſatisfacit præcepto ieiunij, qui facit contra intentionem, & finem Eccleſiæ præſcribentis ieiunium; Nam reg.88. iuris in 6. dicitur, is committit in legem, qui verba legis complectens contra legis nititur voluntatem, ſed qui cibum immoderatè capit nititur contra voluntatem, & finem legis, qua præſcribitur ieiunium ad comprimenda carnis vitia, & ad exercendam temperantiæ virtutẽ, ergo committit in legem; ergo non ſatisfacit præcepto ieiunij.

Reſpondet Medina, & Reginaldus loc.cit. eum non ſatisfacere præcepto qui facit contra intentionem obiectiuam, non verò qui facit contra intentionem finalem; Intentio obiectiua eſt illa, quæ reſpicit id q̃ præſcribitur, & præcipitur; Finalis verò reſpicit finem, & effectum ad quem conſequendum lex aliquid præcipit; cum ergo intentio obiectiua legis ieiunij reſpiciat abſtinentiam à cibis vetitis, & à multiplici refectione, non verò finem, & effectum ieiunij, ſequitur illum ſatisfacere præcepto ieiunij, qui à cibis vetitis abſtinet, ſemelque tantum in die comedit, quamuis fine, & fructu ieiunij defraudetur, ſuperflua ciborum copia, & varietate.

Hæc reſponſio mihi non diſplicet, nec multum differt ab ea, quam tradunt Abulenſis loc.cit. in reſpõſione ad primum, & quamplures alij, quos in ſimili retuli de legibus, vbi docui illum non ſatisfacere præcepto, qui facit contra intentionẽ legis verbis expreſſam, nõ verò qui facit contra intentionem, & finem, ad quem lex dirigitur, vt patet in obſeruatione omnium legum poſitiuarum, quarum finis eſt ciues bonos efficere inquit Ariſtot. 2. Ethic.

&

Digitized by Google

& tamen non peccat contra leges politicas, qui eas obſeruat etiam ſi bonus non efficiatur; lex enim dirigit quidem ad finem, ſed non eſt de fine; ſed de eo quod dirigit ad finem; Cum ergo ſemel in die comedens, & abſtinens à cibis vetitis, nõ faciat contra intentionem verbis expreſſam, non dicitur violare præceptum ieiunij, ſed ſolum dicitur facere contra finem ieiunij, ſi delicatioribus ępulis veſcatur, & magna ciborum copia perfruatur; & quamuis faciat contra temperantiam; non tamen facit contra temperantiam, vt eſt præſcripta ab Eccleſia, cum Eccleſia non præcipiat omnes conditiones temperantiæ, ſed ſolum aliquas cum abſtinentia à cibis vetitis, & ſumptione vnicæ refectionis tali hora ſumendæ.

PVNCTVM III.

Quotuplex refectio ſumi poſſit, in die ieiunij.

1 *Vnica refectio ſumenda eſt in die ieiunij.*

2 *Licita eſt refectiuncula in veſperis, modo non adſit exceſſus in cibi quãtitate.*

3 *An qualitas cibi culpabilem reddat refectiunculam, quæ in veſperis ſumitur.*

4 *Paruitas cibi excuſat à mortali.*

5 *Qui priuilegium habet bis comedendi, non peccat multoties comedendo, aut horam præueniendo.*

6 *Non peccat, ſaltem mortaliter qui mane ſumit refectiunculam, dilato in veſperas prandio.*

7 *Qui ſæpius comedit in die ieiunij peccat ſolum mortaliter in ſecunda refectione, modo non veſcatur cibis vetitis.*

8 *An qui ſæpius comedit in die ieiunij non aduertens eſſe diem ieiunij, teneatur poſita aduertentia ieiunij adhuc ieiunare.*

9 *Inuitans alium ad cænandum ſecum in die ieiunij peccat, etiamſi conuitans non teneatur ieiunare.*

10 *An interrumpens prandium dicatur ieiunare.*

11 *Quomodo ſe gerere debeat pœnitens in explicandis peccatis violatione ieiunij perpetratis.*

VNICA PROPOSITIO.

1 VNica refectio præcipitur in die ieiunij; conſequenter vnica refectio ſumenda eſt, & abſtinendum eſt à multiplici refectione. Hæc propoſitio euidens eſt, & certa teſte ipſa conſuetudine, & omnium conſenſu; quamuis nullus afferri poſſit textus, in quo vnica refectio præcipiatur. Ita S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. Couar. 4. var. cap. 20. Medina C. de ieiunio q. 1. verſ. ieiunium Eccleſiæ, Reginald. lib. 4. nu. 154. Emanuel Sà num. 8. & alij DD. ſtatim citandi.

Dices ſi vnica refectio in die ieiunij præcipitur; ſequitur eos peccare mortaliter, qui veſpere ſumunt ientaculum, ſeu ſecundam refectiunculam.

2 Reſpondeo cum Nauar. cap. 21. n. 13 & 14. Armilla v. ieiunium n. 1. Azor. lib. 7. cap. 8. Reginaldo lib. 4. num. 184. Toleto, & alijs communiter, negando hoc ſequi, modò in ſumptione ſecũdę refectiunculæ nõ excedatur in quantitate. Ratio eſt, tum quia illa non dicitur refectio, ſed refectiũcula. tùm quia huiuſmo

di refectiuncula cõſuetudine,& modibus vtentium comprobata eſt; quamuis ſumatur cauſa alendi corpus, aut non adſit bibendi neceſſitas,aut voluntas; nam refectiuncula in veſperis videtur ſimpliciter,& abſolutè introducta; quamuis conſuetudo illius ſumẽdæ fortè inchoata fuerit ob aliquam neceſſitatem. Ità Azor. Reginald. & alij locis cit. contra nonnullos apud Azorium.

Dixi modò nõ excedatur in quãtitate,quia non eſt introducta conſuetudo ſumendi magnam cibi quãtitatem,ſed exiguam,dum ientaculum veſperi ſumitur. ideò aliqui, vt Azor. cap 8. q. 8. & Emanuel Sà nu. 8. ſentiunt non eſſe excedendam quantitatem trium,vel quatuor vnciarum. Alij verò vt Reginaldus n. 185 non eſſe notabiliter excedendum quartam partem eorum, quæ ieiunanti ſufficerẽt ad ordinariam ſuam cœnam; hic enim videtur ſemicenare qui ferè mediam partem ſumit eorum, quæ ad completam cœnam ſufficerent.

Sed mihi dicendum videtur in hac materia ſtandum eſſe conſuetudini receptæ in ſingulis regionibus; nam refectiuncula fuit per cõſuetudinem introducta; ergo ſumi poteſt iuxtà limites receptæ conſuetudinis;hoc tamen limita,modò tanta cibi quantitas non ſumatur per quam refectiuncula tranſeat in cœnam; tunc enim non diceretur ſeruari ieiuniũ quo pręcipitur vnica refectio, nec limites receptæ cõſuetudinis obſeruarẽtur. Ita Tolet. lib. 6. c. 2. nu. 7.

3 Obſerua tamen in ſecunda refectione non ità ſtrictè prohiberi cibi qualitatem, ſicuti interdicitur quantitas; quamuis enim communiori vſu receptum ſit, vt in ſecunda refectione ij ſumantur cibi, quibus ĩ die ieiunij veſcimur ante vel poſt prãdium, vt ſunt vua, nuces, poma, vel alia ex ſaccharo,aut melle confecta; licitè tamen etiam ſumi poteſt iuſculum, modò non ſit ex coctis cibis, qui tempore ieiunij interdicuntur. Poſſet etiam comedi piſciculus, aut exigua pars piſcis maioris; immò multæ res in eadem refectiuncula deguſtari poſſunt, adhuc enim ſubſiſtit ſubſtantia ieiunij, quam non excludunt cibi permiſſi tempore ieiunij, modo cibi quantitas non excedatur, & refectiuncula non efficiatur cęna, nec aliud pręceptum obſtet. Ex quo patet in ſecunda refectiuncula tempore ieiunij ſumenda magis ſeruandam eſſe quantitatem, quam cibi qualitatem, modò ijs cibis non vtamur, qui tempore ieiunij in prima refectione prohibentur. Vide Azorium cap. 8. q. 7. & 8 Toletum lib. 6. cap. 20. Caiet. v. ieiunium, & 2. 2. q. 147. art. 6. Abulenſem in cap. 6. Matthæi q. 164 & 165. Reginald. lib. 4. num. 184. & 185. quamuis aliqui DD. aliter ſentiant præſertim circa cibi qualitatem.

4 Ex dictis colligi poteſt primo eum peccare mortaliter, qui plures refectiones ſumit in die ieiunij, niſi excuſetur ob paruitatem materiæ; parùm enim pro nihilo reputatur, ideò ſumens duos ficus, vel quid ſimile non peccat mortaliter. immò non ſolùm à mortali, verùmetiã à veniali excuſari poteſt, qui ob vrbanitatem,vel preces amici, vel nepotus noceat, exiguam quid ſumit in die ieiunij, e. g. duas caſtaneas, duos ficus, vel quid ſimile, vt fieri ſolet, dum amicus amicum viſitat

in die ieiunij. Cauendum tamen eſt ne ſæpius in die ieiunij modicū cibi ſumatur ſine iuſta cauſa, nam multa modica continuari poſſunt, ita ut vnam notabilem quātitatem ſufficientem ad mortale peccatum conſtituant, vt patet ex dictis de peccatis. Ita Emanuel Sà v. Ieiunium num.8. Reginaldus lib. 4. nu. 174. & 189. Abulenſis in cap.6. Matthæi quæſt.165. verſ. dicendū, & alij DD. citati.

5 Secundo eum, cui conceſſa eſt facultas comedendi bis in die ieiunij, non peccare ſæpius eo die comedendo, modo non comedat cibos eo tempore vetitos, & ſuperior non præſcripſerit, vt ab alijs refectionibus abſtineat, vt innuit Abulenſis loco cit. cum Innocentio. Ratio eſt, quia per huiuſmodi facultatem exemptus eſt ab obligatione ieiunij, qua præcipitur vnica refectio; exemptus autem ab obligatione legis non peccat contra legem. Ita Nauar.cap 21.num.21. Emanuel Sà v. Ieiunium nume. 12. Caiet.2.2.quæſt.145.art.7. Azor. li. 7.cap.9. quæſito 3. Reginaldus lib. 4.nu. 180. Hinc etiam inferendum videtur, eum qui facultatem obtinuit bis in die comedendi, poſſe horam comedendi præuenire, etiā ſi nullam habeat iuſtam præueniēdi cauſam. Ratio eſt, quia tempus comedendi in die ieiunij præſcribitur tamquam accidens, & circūſtantia iuxta probabilem aliquorū ſententiam, ergo ſublata obligatione ieiunij tollitur etiam obligatio obſeruandæ horæ; Nam ſublato eſſentiali, tollitur etiam accidentale. Ita Caietanus quem ſequitur Valentia 2. 2. d.9. quæſito 2. pun.5. & alij contra Nauar.cap.21. numero 21. Reginaldus num. 182.

6 Quæres primo, vtrum peccet, qui mane ſumit refectiūculam, quę veſperi ſolet ſumi, dilato prandio ad veſperas, vel ad noctem.

Reſpondeo peccare venialiter, ſi hoc faciat abſque cauſa; Ratio eſt quia conſuetudine receptum eſt vt refectiuncula diferatur in veſperas, & non transferatur in tempus matutinum; qui autem facit contra conſuetudinem legitime introductam peccat ſaltem venialiter. Ita Tolet.lib.6.cap.2.num.9. In propoſito tamen caſu non videtur mortaliter peccare contra præceptum ieiunij, quia non ſoluit ſubſtantiam ieiunij; ſed illius tantum circunſtantiam variat, translata refectiūcula in aliud tempus, quam per cōſuetudinem receptum ſit, pręſertim ſi refectiuncula circa horam prandij ſumatur. Eccleſia enim permittit prandium cum vna refectiuncula; Si ergo refectiuncula mane ſumatur dilato ad veſperas prandio, non videtur ieiunium quoad ſubſtantiam violari; ſed ſolum, circa temporis circunſtantiam. Addo hanc circunſtantiam ob rationabilem aliquam neceſsitatem ſuperuenientem licitè & ſine peccato variari poſſe; ſic enim vſu receptum eſt, etiam apud viros doctos, & probos, vt ex graui neceſsitate (ex. g. ob iter peragendum, ob concionē faciendam, ob ſtudium, ob debilitatem, &c.) mane ſumatur refectiuncula dilato in veſperas prandio, conſuetudo autem Doctorum & proborum hominum non facilè carpenda eſt. Ita Leſsius dubio 2. Tolet.lib.6. cap.8. Angles de ieiunio quęſt.9. art.2. difficultate 4. Naldus v. Ieiunium ad finem, contra

Nauarrum cap. 21. num. 14. Azor. lib. 7. cap. 8. quæſito 6. Reginaldum lib. 4. num. 186. Fumum verbo Ieiunium num. 1. & alios apud præcitatos DD.

7 Quæres ſecundo, vtrum, qui ſæpius comedit in die ieiunij, tot peccata mortalia committat quot ſunt comeſtiones.

Reſpondeo negatiue, ſed tantummodo peccare mortaliter in ſecunda refectione. Ita DD. ſtatim citandi. Ratio eſt, tum quia qui ſæpius in aliqno ieiunij die comedit, non ſolet in confeſsione numerum comeſtionum exprimere, ſed ſolum dicit ſe, toties non ieiunaſſe, ergo ſingulæ comeſtiones nõ ſunt peccata mortalia numero diuerſa; cum numerus pecatorum mortalium exprimendus ſit in confeſsione, tum quia in die ieiunii præcipitur vna comeſtio facienda, poſito quod aliquis velit in die ieiunij comedere; ſed, qui ſumpſit ſecundam refectionem, non poteſt amplius ſeruare pręceptum ieiunij, ſiue iterum comedat, ſiue non; ergo qui ſumpta ſecunda refectione iterum comedit, nõ peccat ſaltem mortaliter, cum non ſit amplius in ipſius poteſtate ſeruare præceptum quo ad vnicam comeſtionem, nec quiſquam peccet non ſeruãdo pręceptum quod ſeruare non poteſt. Hoc tamen intellige primo, modo non adſit conſcientia erronea, vel alia circunſtantia peccaminoſam reddens comeſtionem, vt patet ex regulis generalibus traditis de peccatis. Secundo modo non ſumantur carnes, alijque cibi vetiti. Ideo hic notanda eſt differentia inter pręceptum negatiuum de non ſumendis cibis vetitis in die ieiunij, & præceptum affirmatiuum de vnica refectione ſumenda, quod comedens cibos vetitos in die ieiunij toties peccat mortaliter, quoties cibos vetitos ſumit, modò inter vnã, & alteram comeſtionem moralis diſtantia interponatur, itaut comeſtiones numero diſtinctæ moraliter videantur, vt patet ex dictis de numerica peccatorum diſtinctione. Ratio differentiæ eſt quia ſumptis ſemel cibis vetitis adhuc viget obligatio non comedendi cibos vetitos, quæ ſeruari poteſt; cum præceptum negatiuum obliget ſemper, & ad ſemper; ſumpta vero ſecunda refectione non poteſt amplius ſeruari præceptum affirmatiuum de vnica refectione ſumenda, vt oſtenſum eſt. Ita Valentia tom. 3. diſp. 9. quæſt. 2. pun. 3. verſ. nihilominus, Nauar. num. 14. Syluest. v. ieiunium quæſito 8. Angelus eod. v. nu. 21. Leſſ. lib. 4. cap. 2. dub. 3. num. 15. Azor. cap. 9. q. 2. Emanuel Sà nu. 13. Reginald. lib. 4. num. 178. Tolet. lib. 6. cap. 3. nu. 5. Rodriquez 1. par. cap. 23. num. 1. & alij contra Medinam quæſt. 5. Couar. lib. 4. cap. 20. num. 13. & alios apud Azorium loco cit.

8 Obijcies, qui ex inaduertentia, vel ignorãtia ieiunij aliquo die bis comedit, non eſt immunis, ab obligatione ieiunij; ſed adhuc tenetur eo die ieiunare, poſtquam aduertit illum eſſe diem ieiunij, ergo præceptum affirmatiuum ieiunij ſeruari poteſt poſt ſecundam refectionẽ, conſequenter peccata multiplicantur iuxtà multiplicatas comeſtiones.

Reſpondent Valentia to. 3. d. 3. quæſt. 11. pun. 3. Azor. & Emanel. Sà locis cit. Nauar. Viualdus, & alij apud

apud Leſsiũ num.19.negando conſequentiam, & hanc differentiæ rationem aſsignant, quia qui comedit bis ex inaduertentia ieiunij nõ violauit præceptum ieiunij, niſi materialiter; cum ad violationem formalem præcepti requiratur notitia ipſius præcepti; conſequenter ſecunda, vel tertia comeſtio facta ex inaduertentia præcepti non imputatur ad peccatum. Qui vero ex inaduertentia ieiunii bis comedit, violauit præceptum formaliter. Ego verò ſaluo meliori iudicio exiſtimarem etiam eum, qui ex inaduertentia, aut ignorantia præcepti ieiunij bis comedit in notabili quãtitate non teneri amplius eo die ieiunare. Ratio eſt tum quia non poteſt amplius eo die ſeruare ſubſtantiam ieiunii, quæ conſiſtit in vnica refectione. Tum quia, qui in die ieiunii ſcienter ſumpſit ientaculum etiamſi abſque culpa ſumpſerit, vt ſi ientauit intentione ſeruiliter laborandi, aut iter laborioſum eo die ſuſcipiendi, non tenetur in ſententia Sylueſtri v. Ieiunium nu. 21. Nauar. cap.21.num.27.Lesſij lib. 4. cap.2.dub.3.num.18. & aliorum eo die ieiunare, etiamſi poſtea ſeruiliter non laboret, aut iter non ſuſcipiat, & tamen hic materialiter ſolum violauit ieiunium, ſumendo ientaculum abſque culpa; ergo a fortiori non tenetur ieiunare, qui bis in notabili quantitate comedit ex inaduertentia, vel ignorantia ieiunii. Tum quia ſi Titius ſumpta multiplici refectione diſcedat Bergomo, vbi tali die non ieiunatur, & veſperi peruenturus ſit Mediolanum, vbi ieiunatur, non tenetur Mediolani veſperi ieiunare, licet teneatur Mediolani à carnibus abſtinere ob præceptum negatiuum non comedendi cibos vetitos in die ieiunii, ergo etiam qui ſæpius aliquo die ieiunij inaduertenter comedit in notabili quantitate, non tenetur amplius eo die ieiunare; cum par in vtroque caſu ratio eſſe videatur.

Dixi in notabili quantitate nam ſi leuem quantitatem non ſufficientem ad fractionem ieiunij ſuſcepit, tenetur reliquo tempore ieiunare, ac ſi nihil comediſſet; Nam adhuc ſeruare poteſt ieiunium, quoad vnicam refectionem, ob id etiam qui ientaculum in loco ieiunij mane ſuſcepit, ſiue cum culpa, ſiue abſque culpa, tenetur reliqua diei parte ieiunare; quia poteſt adhuc ieiuniũ, quoad vnicam refectionem obſeruare; conſequenter tenetur à prandio eo mane abſtinere ſi abſtinere poteſt ſine incommodo. Ità Leſſ. loco cit. nu. 18. & alij apud Emanuelem Sà, nu 10. quamquam Nauar.nu.27. Viualdus de ieiunio nu. 60. Naldus num.4. & alij, quorum ſententiam probabilem putat Leſſius num. 19. cenſent eum qui ex inaduertentia, vel ignorantia ieiunij ientaculum ſumpſit, teneri ſe proinde gere, ac ſi nihil comediſſet; conſequenter poſſe cum alijs prandium ſumere; non enim eſt habenda ratio illius ientaculi, cum non fuerit ſumptum ex aduertentia ieiunij, & nullum præceptum violetur ſine aduertentia, & conſenſu. Verum hæc ratio mihi non probatur, alioquin ſequeretur etiam non violari ieiunium ab eo qui pranſus eſt neſciens eſſe diem ieiunij, & poſtea iterum prandet poſita ieiunij aduertentia.

9 Quæres tertio, vtrum habens

cauſam non ieiunandi peccet inuitando ſero amicum ad cęnandum ſecum, etiamſi credat ipſum habere conſuetudinem cænandi in die ieiunij, aut paratum eſſe ad cœnam.

Reſpondetur affirmatiuè, cum Leſsio lib.4.cap.2.dub.3.num.20. Caietano 2.2.quæſt.147.art.4. Azorio 1.par.lib.7.cap.20. quæſito 12. Toleto lib.6.cap.5.num.5.Reginaldo lib.4.n.195. & alij contra Nauar. c.21.n.24. Rodriquez c.23.n.6.Emanuelem Sá v. Ieiunium num.8. Valentiam pun.3. dub.2. & alios quos in ſimili retuli de pœnitentia, & de peccatis. Ratio eſt,quia petit rem iniquam, & malam, quam amicus præſtiturus eſt cum peccato;petens autem rem illicitam, & malam peccat, quia videtur cooperari actioni iniquæ, & prauæ, vt conſtat ex dictis de pœnitentia, & de peccatis.

Hinc ſequitur primo, eos grauiter peccare, qui prætextu vrbanitatis, & hoſpitalitatis eum inuitant ad cęnandum ſecum, quem certo norunt, vel probabiliter credunt, vel dubitant teneri ad ſeruandum ieiunium. Secundo patet a fortiori, quid dicendum ſit de patre familias miniſtrãte ſine iuſta cauſa cibum filijs, famulis, aut ſeruis, aut non præbente cibum ſufficientem cum quo ieiunium ſeruare queant; de qua re vide Azorium loco cit.q. 12.Reginaldum num. 196. & ſeqq. Si vero quæras an famulus, vel ancilla peccet cibos parans, aut miniſtrans domino ieiunium violaturo.

Reſpondeo non peccare, ſi hoc ex iuſta cauſa faciat nempè ratione miniſterij, & officij, quod ei incumbit ratione famulatus,& obſequij; hæc enim non eſt cooperatio ad fractionem ieiunij, ſed actio, quæ ipſi competit ratione famulatus, quæ ex ſe indifferens eſt,quamuis dominus ea male vtatur,poſito ieiunij præcepto. Ita Caiet. loco cit.Azor. loco cit. quæſito 11. Reginaldus loco cit. num. 194. & alii quos retuli de peccatis, vbi hanc eandem difficultatem diſſolui, & pręterea explicaui, an caupo peccet apponendo cibos hoſpiti ieiunium non ſeruaturo. Vide Medinam C. de ieiunio quæſt. 11. ſub finem, Reginaldum lib.4.num. 204. Valentiam loco cit. punc.3.Rodriquez 1.par.cap.23.nu. 6. vbi refert Caietanum aſſerentem non peccare, ſi miniſtret neſciens an habeat iuſtam cauſam, vel ſi hoſpites adhuc cęnaturi ſint apud alium ſi caupo cęnam deneget.

Item docui cauponem non poſſe in locis Catholicorum apponere cibos vetitos, præſertim carnes;quia ex recepta conſuetudinę violatur ieiunium vſu ciborum vetitorum, præſertim carnium, conſequenter hęc videtur cooperatio ad perfringendum ieiunium. Ita Toletus c. 5.nu.4.& alii.

Excipe primo caſum euidentis neceſsitatis, quia neceſsitas non habet legem. Excipe ſecundo priuilegium quia priuilegiatus ab obligatione legis eximitur. Idem dic de alia iuſta cauſa excuſationis cauſa. In locis vero hæreticorum in quibus extat cõſuetudo apponendi carnes, Leſsius loco cit. dub.4. num. 23. & alii putant cauponem poſſe carnes apponere, ſeruatis duabus conditionibus.

Prima eſt, vt nequeat recuſare ſine ſuo graui incommodo, vt ſi alio

quin

quin vexaretur à prætore. Ratio eſt, quia appoſitio carnium non eſt adeo mala, quin ex iuſta cauſa cohoneſtari poſſit.

Secunda eſt, vt non apponat niſi petatur; alioquin præberet anſam violandi præcepta niſi forte ſimul apponat carnes, & piſces, relicta cuique poteſtate alterutrum eligẽdi. Hæc tamen intellige modo non adſit contemptus religionis. Vide quæ diximus de peccatis, dum quærerem quot peccata committat, qui proximo præbet occaſionem peccandi. An verò grauiter peccẽt, qui tempore ieiunij cibos vetitos venales exponunt, patet ex dictis de contractibus, & de peccatis, & præter DD. ibi citatos, videri poteſt Azor. loc. cit. cap. 20. q. vlt. Reginaldus nu. 202.

10 Quæres quarto vtrum, qui ob negotium interrupit prandium, nõdùm complete ſumpta refectione, poſſit abſoluto negotio refectionẽ reaſſumere, & perficere.

Reſpondeo cum Nauarro cap. 21. num. 15. Leſſio loco ſtatim citãdo. Reginaldo lib. 4. nu. 177. Caiet. v. ieiunium cap. 1. Toleto lib. 6. cap. 2. num. 4. poſſe ſi interrupit animo continuandi; Nam continuatio refectionis non conſtituit duplicem refectionem; ſed vnam integrat, vtpotè procedentem ab vna voluntate continuata; Et hoc verum videtur, etiamſi lõga temporis mora interceſſerit, vt patet ex allata ratione, licet Reginaldus loc. ci. & Azor. cap. 9. q. 1. cum Maiore exiguam requirãt interruptionem arbitrio boni viri. Si verò interrupit abſque animo continuandi, non poteſt amplius licite prandium reaſſumere poſtquam longa interceſſit mora, quia comeſtio non diceretur phyſicè, aut moraliter continuari; conſequenter duplex prandium reputaretur, ſi verò modica interceſſit mora, is qui à menſa receſſit animo non continuandi, poterit adhuc mutata voluntate cõtinuare, & ad conuiuas redire, ſi nondum eſt perfectum prandium, quia moraliter cenſetur vnicum prandium ob exiguam diſtantiam. Ità Leſſius lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 11. ob eandem rationem, nonnulli putant ieiunium non ſolui ab eo, qui ſtatim poſt prãdium rogatus ab amico aliquid comedit, ſed hoc non facile admiſerim ſi receſſit animo non amplius comedendi, nam prandium completum eſt.

Hinc patet quid dicendum ſit de coquo, aut alio, qui cibum prægustat, vt dominus caueat à toxico, vel vt infirmus cibos habeat ritè conditos, vel vt alij cibos habeant accommodatos, hos enim à peccato excuſari communis eſt Doctorũ opinio, ſiue prægustatio fiat mane, ſiue à prandio, ſiue fiat in quadrageſima, ſiue alio tempore, ſiue res deguſtata ſit pulmẽtum, ſiue iuſculum, ſiue piſces, ſiue etiam oua, vel carnes, ſiue ſtatim eijciatur, ſiue ad ſtomachum tranſmittatur. Ratio eſt, tum quia prandium ex iuſta cã interrumpitur animo reaſſumendi. tùm quia Eccleſia eam vetuit refectionem, quæ inſtituta eſt ad reficiẽdum corpus; hęc autem non aſſumitur ad reficiendum corpus; ſed ex cauſa obſequij erga dominos vel ægros. Ità Rodriquez cap. 23. nu. 1. Nauar. cap. 21. num. 13. Reginald. lib. 4. num. 166. & 174. Abulenſ. in cap. 6. Matthæi q. 171. & 165. & alij DD. citati. Item qui aliquid prægustat,

Digitized by Google

ſtat, antequàm alta voce legat ad menſam in Monaſterijs, ſeu Collegijs, aut inſeruiat menſæ, non videtur grauiter peccare; nam huiuſmodi prægustatio eſt initium prandij, quod ex iuſta cauſa interrumpitur animo perficiendi. Ità Leſſius lo.ci. dub. 2. num. 11. Nau. cap. 21. num. 13. Tolet. lib. 6. cap. 2. Abulenſ. q. 145. Caiet. v ieiunium, & alij apud Reginaldum lib. 4. num. 175. Verũ hoc ego ſolùm admiſerim dum alioquin inſeruientes, aut intenta voce legentes nimium defatigarẽtur, vel debilitarentur, non prægustato aliquo cibo; non enim licet ſine cã prandium interrumpere, aut multiplicem refectionem capere. Ità Abulenſ. in cap. 6. Matthæi q. 144. 145, & 165. & Reginaldus loco citato.

11 Quæres quo pacto ſe gerere debeat pœnitens in exprimendis peccatis violatione ieiunij perpetratis.

Reſpondeo teneri aperire, an ieiunij præceptum violauerit anticipatione horæ, an multiplici refectione, an eſu ciborum vetitorum; cũ enim aperiẽda ſint peccata, quoad numerum, & quoad ſpeciem, vt cõfeſſarius in cognitionem ſtatus pęnitentis veniat, & dignoſcat leprã à lepra, mortale à veniali, aſſerendũ eſt debere pœnitentem fateri an præceptum ieiunij violauerit anticipatione horæ, an multiplici refectione, & an vſu carnium; Nam violans anticipatione iuxta probabilẽ ſententiam peccat ſolùm venialiter; violans multiplici refectione mortaliter peccat in ſecunda ſumptione; quamquam ſi poſt ſecundam refectionem alias refectiones eadẽ die ſumpſit non tenetur in noſtra ſententia has aperire, quia in ſumptione aliarum refectionum non peccauit mortaliter contra præceptum ieiunij, quamuis fieri poſſit, vt mortaliter peccauerit contra virtutem temperantiæ conſequenter teneatur hanc culpam confeſſioni ſubijcere. Violans verò præceptum ieiunij vſu carnium aliorumque ciborum in die ieiunij vetitorum, confiteri debet ſe toties in die ieiunij cibos vetitos comediſſe; alia enim eſt tranſgreſſio præcepti affirmatiui, quod ſecunda refectione violatur, alia negatiui, quæ incurritur toties quoties cibi vetiti adhibentur. Ex quo ſequitur eum qui in ſecunda refectione carnes adhibuit non ſatisfacere dicendo ſe vna vice non ieiunaſſe, ſed teneri dicere, ſe vna vice non ieiunaſſe ſimulque toties carnes adhibuiſſe. Ita Reginaldus lib. 4. num. 192. & alij quos retuli pun. 3. num. 3. Addit Reginal. Azor. cap. 20. q. 7; Rodriquez cap. 23 num. 4. eum, qui non ieiunauit ea die, qua ieiunandum erat ex duplici pręcepto, vt in vigilia S. Matthię, dum incidit in aliquem diem quadrageſimæ, teneri hanc circunſtantiam in confeſſione exprimere; qa vel eſt duplex peccatum, vel vnum duplo grauius. Sed hoc nos reiecimus in tract. de peccatis. Rurſus addit idem Reginaldus cum Azorio quæſito 8. eum, qui ſemel decreuit non ieiunare pluribus quadrageſimæ diebus teneri exprimere, quot dies decreuerit violare; nam vel ſunt tot numero peccata, quot ſunt illi dies, vel ſaltem numerus dierũ eſt circunſtantia aggrauans, verùm quid nobis in hac re ſentiendum ſit conſtat ex dictis de peccatis de Pęnitentia, & in ſimili de Cenſuris

ris de multiplici transgreſsione ob quam cenſuræ multiplicantur.

PVNCTVM IV.

Qua hora ſumenda ſit refectio in die ieiunij.

1 *Refectio ſumenda eſt circa meridiem.*

2 *Circunſtantia temporis non videtur de ſubſtantia ieiunij.*

3 *Qui prandium anticipate ſumit non peccat mortaliter.*

4 *Qui circa meridiem prandet ſatisfacit præcepto etiam ſi tunc non eſuriat.*

5 *Qui priuilegium prandendi ante horam conſuetam obtinuit, aut horam prandendi anteuertit, tenetur ſeruare ieiunium quoad reliqua.*

VNICA PROPOSITIO.

1 REfectio in die ieiunij ſumenda eſt circa meridiem.

Hęc propoſitio patet ex conſuetudine fidelium, qui ad illud vſque tempus refectionem prorogare cõſueuerunt, quamuis in ipſorum libertate poſitum ſit longius protrahere prandium, quia dilatio conducit ad maius meritum, & auget difficultatẽ ieiunij, quæ ſentiri ſolet ante prandiũ. Ita Abulenſ. q. 172. Sylu. v. ieiunium num. 14. Azor. lib. 7. cap. 11. quæſito 5. Nauar. cap. 21. nu. 27. Reginald. lib. 4. nu. 158. & alij DD. ſtatim cit.

Obſerua tamen iuſta de cauſa, vt cauſa itineris ſuſcipiẽdi licitum eſſe prandium anticipatè ſumere.

2 Nam circunſtantia tẽporis non eſt de intrinſeca ratione ieiunij, & hora ſumendæ refectionis non eſt de ieiunij ſubſtantia, in ſententia aliquorum doctorum apud Rodriquez cap. 23. nu. 1. ſed eſt illius circunſtantia; quia conditio temporis non tanti æſtimatur ab Eccleſia, quin aliquandò comutari poſſit, cũ refectio antiquitus veſperi ſumeretur; Et quamuis anticipatio difficultatem ieiunij matutinam minuat, tamen veſpertinam difficultatem auget; cum longius diferatur refectio veſpertina, quam alioquin differretur ſi prandium ad tardiorem horam protraheretur. Ita DD. ſtatim citandi.

3 Hinc colligi poſſe videtur primo eum, qui prandium in die ieiunij notabiliter anticipat ex. gr. per vnam, vel etiam per duas horas ante meridiem, non peccare mortaliter iuxtà probabilem opinionem, quam ſequitur Tolet. lib. 6. cap. 3. n. 8. & alij DD. ſtatim citandi. Sed tantummodò venialiter, ſi hoc faciat abſque iuſta cauſa, non enim violat ſubſtantiam ieiunij; ſed illius circunſtantiam, quæ non videtur ſufficiens ad mortale. Ita Tolet. lib. 6. c. 2. Angel. q. 2. Carbo loc. cit. ca. 5. Leſsius cap. 2. dub. 2. num. 13. & alii apud Azor. lib. 7. cap. 11. quæſito 4. num. 27. Contra Nauar. cap. 21. nu. 27. Couar. lib. 4. var. c. 20. num. 16. ad finem, & alios apud Leſsium lo. cit. apud Azorium lib. 7. cap. 11. quæſito 1. ad finem, & apud Reginaldum n. 156. & 160. & 191. qui verò prandiũ notabiliter anticipatè ſumit ex iuſta cauſa non ſolùm non peccat mortaliter, verùm neq; venialiter. Ratio eſt, tum quia qui aliquid ex iuſta cauſa facit, prudenter operatur. Tum quia circunſtantia temporis in ſententia nonnullorum DD. non

tudinem vt ſtatim oſtēdam aut per votum. Sed hic loquor de obligatione per legem vniuerſalem impoſita.

Hinc ſequitur non eſſe ieiunandum iure diuino; cum nullum ieiunium fuerit à Deo impoſitum. Ratio eſt, tũ quia ſi aliquod ieiunium eſt iure diuino impoſitum, maximè eſt ieiunium quadrageſimale; ſed hoc non fuit inſtitutum a Deo, ſed ab Eccleſia, ſeu ab Apoſtolis tamquam Eccleſiæ Doctoribus, & Rectoribus, vt patet, tùm ex D. Leone ſerm. 6. de quadrageſima, Clem. lib 5. Conſt. Apoſt. cap. 12. Hieron. epiſt. 16. ad Marcellam, & ex aliis apud Leſsiũ lib. 4. cap. 2. dub. 5. nu. 30 & apud Reginaldum lib. 4. num. 130 tum quia non fuiſſet inducta circa hoc ieiunium tanta variatio in modo, in hora, in cibis in ætate ieiunantium, ſi hoc ieiunium fuiſſet à Chriſto inſtitutum; quamquā nonnulli DD putant hoc ieiunium iure diuino inſtitutum fuiſſe ob auctoritatem Diui Ambroſii ſerm. 23. 25. & 27. Non leue peccatum eſt, inquit S. Ambroſius, indictam à Domino quadrageſimam non ieiunare, & ieiunia conſecrata ventris voracitate diſſoluere. Idem ſentire videtur S. Auguſt. in pſal. 110. dũ ait quadrageſimam nobis præcipi ex lege, & ex Prophetis, & ex ipſo Euangelio, Sed ad hoc.

Reſpondetur quadrageſimā dici indictam à Domino, aut præſcriptam in Euangelio, aut conſecratam à Chriſto, quia Eccleſia occaſionem præcipiendi quadrageſimam ſumpſit ex Chiſti exemplo, ex prophetis, & ex Euangelio.

2 Quæres an obligatio ieiunii poſſit per conſuetudinem induci, vel auferri?

Reſpondeo induci, & auferri poſſe ſeruatis conditionibus ſuperius allatis in tractatu de legibus. Ratio eſt tum quia legitima conſuetudo vim legis habet L. de quibus ff. de legibus, cap. dilecti de arbitris. Tũ quia aliqua ieiunia de facto fuerunt per conſuetudinem abrogata, vt ieiunium rogationum, ieiunium aduentus, ieiunium quartæ, & ſextæ feriæ, vt docet Azorius tom. 1 lib. 7. cap. 15. Bellarminus tom. 3 lib. 2. cap 17. Medina C. de ieiunio q. 8. Reginald. lib. 4. nu. 133. Leſsius lib. 4. cap. 2. dub. 9. Ex quo ſequitur veſcentes butiro, & lacte in quadrageſima excuſari a peccato vbi conſuetudo obtinuit veſcendi lacte, & butiro. Ita Reginaldus nu. 147. & alii apud Valentiam tom. 3. diſp. 9. q. 2. pun. 3. in principio.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 EX præcepto ieiunandum eſt diebus ab Eccleſia pręſcriptis; Hæc propoſitio euidens eſt, & clara. Nam præcepta ſeruanda ſunt iuxtà præcipientis determinationem, quos autem dies Eccleſia præceperit ieiunio colendos, videri poteſt apud Azorium 1. par. lib. 7. c. 12. 13. & 14. Valentiam tom. 3. diſ. 9. quęſt. 2. pun. 4. & Reginaldũ lib. 4. cap. 12. a nu. 128. vſque ad 139. & apud Abulenſem in cap. 6 Matthæi q. 152. & ſeq.

Dixi ex præcepto, nam ex deuotione, aut ex voto certum eſt alijs etiam diebus ieiunium ſuſcipi poſſe; Nam ieiunium eſt opus ſanctum, & meritorium, vt bene docet Valentia loco cit. punc. 2. Azor. cap. 22. quæſito 3. Reginaldus lib. 4. nu.

282. &

282.& ſequenti, opus autem ſanctum, & meritorium quouis die præſtari poteſt. Ita DD.cit.

Sed modo dubium eſt vtrum fas ſit hoc tempore die dominico ieiunare.

Reſpondeo affirmatiuè cum Nauar.cap.21.num.227. Azorio 1. par. lib.7.cap.16.quæſito 7. & 8. Bellarmino tom.3.controu. 3. lib. 7. cap. 23.Reginald.lib.4.num.138. Valentia tom.3.diſp.9.q.2.pun. 4. Eman. Sà v.Ieiunium nu.7. Leſſio loco cit. dub.9.ad finem num.68. Sanchez & aliјs quos retuli de voto. Ratio eſt quia ieiunio colitur Deus,& Dominica dies in honorẽ Dei fuit conſtituta, ergo licitũ videtur, eo die ex honeſto fine ieiunare, præciſo tamen ſcandalo, contemptu, & alio peccato. Vide quæ diximus in ſecundo Decalogi præcepto de voto ieiunandi die Dominico, & ex ibi dictis patet reſponſio ad cap. vnicum de conſecrat. diſp. 3.vbi vetitũ erat ieiunium die Dominico.

Obſerua tamen ab Eccleſia, & communi fidelium vſu receptum eſſe, vt vigiliæ ieiunium ſi in diem Dominicum incidat, perſoluatur præcedenti die ſabbati cap.ex parte de obſeruatione ieiuniorum. Ita Azor.1.par.lib.7. cap. 20. quæſito 5. Reginald.num.188.& alij quos refert Emanuel. Sà verbo Ieiunium num.5.

PVNCTVM VI.

Quinam teneantur ex præcepto ieiunare.

1 *Omnes fideles completo vigeſimo primo anno per ſe loquendo tenentur ad ieiunia ab Eccleſia præſcripta.*

2 *An poſſit quis per alium ieiunare.*

3 *Qui aliquo die ieiunare nõ poteſt, non tenetur aliquid loco ieiuniј facere, vel alio die ieiunare.*

4 *Qui vouit ieiunare, tenetur ad ieiunium iuxta ipſius vouentis intentionem.*

5 *Religioſi non tenentur ad ieiunia ab Epiſcopis indicta, vel per conſuetudinem particularem introducta. Secus ad recepta per conſuetudinem generalem.*

6 *An viatores, & aduenæ teneantur ieiuniјs locorum.*

VNICA PROPOSITIO.

1 QVilibet fidelis, completo vigeſimo primo anno, tenetur ſeruare ieiunia ab Eccleſia præſcripta, & præcepta. Hæc propoſitio patet ex communi vſu & praxi, & ratio eſt, quia quilibet fidelis eſt ſubditus Eccleſię, ergo tenetur ſeruare ieiunia ab Eccleſia præſcripta, ſubditus enim tenetur parere legibus ſuperioris.

Dixi completo vigeſimo primo anno, quia licet fideles teneantur aliјs legibus per ſe loquendo obedire poſtquã ad rationis vſum peruenerunt, non tamen ſtatim adepto rationis vſu obligantur lege ieiunij ab Eccleſia indicti, quia cum adoleſcentes ob creſcentem ætatẽ, & caloris abundantiam crebriore cibo indigiant, Eccleſia, teſte conſuetudine, noluit hanc ipſis obligationem imponere ante vigeſimũ primum annum. Ita communiter Doct.

Dixi ieiunia ab Eccleſia præſcripta, vt aduerterem ad alia ieiunia aliquando teneri, vt patebit ex dicendis; conſtat enim teneri ad ieiu-

ieiunia debita ex voto, vel ex pœnitentia, vel ex obligatione, qua tenetur carnis vitia cōterere, quoties alio pacto conterere, & ſuperare non poteſt, quam ieiunio; quilibet enim tenetur adhibere media neceſſaria ad ſuperandas tentationes, ne peccatis ſuccumbat.

2 Quæres primo, an poſſit, quis per alium ieiunare, & ieiunij præcepto ſatisfacere.

Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt quia obligatio ieiunij perſonalis eſt, vt potè ab Eccleſia impoſita ad affligendum corpus, & carnem edomandam; obligatio autē perſonalis non poteſt per alium adimpleri. Ita Azor. 1. par. lib. 7. cap. 21. quęſito vltimo ad finem, Reginaldus lib. 4. nu. 187. & quamplures alij quos in ſimili adduxi in tractatu de legibus, & de pœnitentia, dum loquerer de ſatisfactione iniuncta à confeſſario. Vtrum verò poſſit aliquis pro alio ieiunare, itaut ſatisfactio ieiunij proſit illi, pro quo ieiuniam ſuſcipit. Reſpondetur affirmatiuè vt docui de Sacramentis; & idem præter DD. ibi citatos tradunt Reginaldus, & Azorius locis cit. quibus adde Gloſam cap. preſbyter diſtin. 82. & cap. pœnitentia diſt. 3.

3 Quæres ſecundò, an qui aliquo die ieiunare non poteſt, teneatur aliquid aliud loco ieiunij perſoluere, vel alio die ieiunare.

Reſpondeo ad primam partem non teneri aliquid loco ieiunij perſoluere, vt patet a ſimili ex dictis de Miſſa ex pręcepto Eccleſiæ audienda, aut de diuino officio quotidie à Sacerdotibus perſoluendo. Ratio eſt, tùm quia L. manifeſte C. de ſolutionibus habetur debitorē vnius Rei non liberari ſoluendo aliam. Tum quia lex non magis obligat, quam verbis exprimatur. Ita Nauar. cap. 21. num. 22. Reginaldus lib. 4. nu. 187. dub. 13 & quamplures alij, quos retuli de Miſſæ ſacrificio, & de horis canonicis.

Ad ſecundam partem quæſiti.

Reſpondeo neq; teneri alio die iejunare, niſi forte virtute alicuius priuilegii tranſtulerit ieiunium in aliam diem, quo priuilegio fratres minores gaudere ſentit Rodriquez in ſum. 1. par. cap. 23. n. 1. ſub finem, vbi aſſerit ipſos, ſi dum iter faciunt neceſſitate pręmantur, poſſe ieiunium in aliam diem transferre. Nos verò loquimur de ieiunio debito ex præcepto Eccleſiæ, præciſo Eccleſiæ, priuilegio. Ratio cur non teneatur alio die ieiunare eſt quia obligatio ieiunij ab Eccleſia præſcripti eſt affixa diei, & tranſit cum ipſo die, vt patet a ſimili de præcepto audiendæ Miſſæ in die feſto, & de obligatione recitandi diuinum officium reſpectu Sacerdotum, vel beneficiatorum. Ita Nauar. cap. 21 num. 27. Azor. 1. par. lib. 7. cap. 20. quæſito 5. Reginald. lib. 4. num. 188. Leſſius lib. 4. cap. 2. dub. 3. num. 18. & alii communiter, teſte Leſſio, & Azorio contra Paludanum in 4. diſ. 15. quęſt. 4. articulo 5.

4 Rogabis vtrum hoc idem valeat in ieiunio debito ex voto.

Reſpondeo in ieiunio debito ex voto ſtandum eſſet intentioni vouentis; ſicut enim lex vim habet ex voluntate legislatoris, ita etiam votum ex intentione vouentis, qui legem, & obligationem voti ſibi imponit. Ex quo ſequitur eum, qui vouit bis in hebdomada non deter-

terminatis diebus ieiunare, poſſe quibus voluerit diebus ieiunare; non enim magis obligatur, quam voto expreſſerit; Verum ſi nulla die ieiunauit vſque ad ſextam feriam tenetur ea feria ſexta, & die Sabbati proxime ſequenti ieiunare; nā ex voto tenetur ea hebdomada ieiunare, & poteſt illis diebus ieiunare, nec ſuperſunt alij dies, quibus voto ſatisfacere valeat, ergo debet illis duobus diebus ieiunare. Ità Azor. Reginaldus, & alij locis citatis.

5 Quæres tertio, vtrum Religioſi teneantur ad ieiunia, quæ ſeruantur in oppido, in quo ſuum habent Monaſterium.

Reſpondeo non teneri, ſi ea ieiunia ſunt tantummodo per conſuetudinem particularem introducta, vt ſi ea celebrentur ſolum à laicis, vel a clericis. Ratio eſt tùm quia laici, & clerici ſeculares non tenentur ieiuniis apud Religioſos per conſuetudinem introductis; ergo neque Religioſi tenentur ad ieiunia conſuetudine laicorum, aut clericorum recepta. Tum quia cōſuetudo vim habet legis, & obligat quatenus recepta eſt. Sed hæc non eſt recepta apud Religioſos, qui ſeorſim ab aliis viuunt; ergo non obligat Religioſos, præciſo tamen ſcandalo. Ità Sylueſt. v. ieiunium quæſito 2. Palud. & alii apud Azorium lib. 7. ca. 19. quæſito 2. Si verò ieiunia generali conſuetudine recepta ſunt, ſeruari debent etiam à Religioſis. Ratio eſt, tum quia cōſuetudo generalis omnes generaliter obligat, igitur obligat etiam Religioſos. Tum quia Religioſi tenentur feſtis, qui communi vſu coluntur in oppido, in quo poſitum eſt Monaſterium, ergo tenentur etiā ieiuniis oppidi. Ita Reginaldus lib. 4. nu. 135. Azorius loco cit. quæſ. 2. & alii.

Sed maior difficultas eſt, vtrum Religioſi teneātur ieiuniis ab Epiſcopo præſcriptis in diœceſi, vel oppido, intra cuius terminos poſitum eſt monaſterium.

Reſpondeo negatiuè, nam Religioſi exempti ſunt à iuriſdictione Epiſcoporum, vt ſuppono; ergo ipſorum legibus non ligantur. Ità Azor. loco cit. contra nonnullos alios, quos ipſe tacito nomine refert.

Obiicies Religioſi tenentur ſeruare interdictum, cui Epiſcopus Ciuitatem ſubiecit, præterea tenētur colere dies feſtos, quos Epiſcopus ex præcepto colendos inſtituit; ergo tenentur etiā ad ieiunia, Epiſcoporum auctoritate indicta.

Reſpondeo negando conſequentiam præciſo ſcandalo. Ratio diſparitatis eſt, quia iure communi ſancitum eſt, ac Religioſi ſeruent interdictum generale, & dies feſtos, non vero latum eſt præceptum ieiunandi. Ità Azor. loco cit.

6 Si quæras vtrum aduenæ, aut viatores teneantur ieiuniis locorum, per quæ tranſeunt.

Reſpondetur ſolutionem iſtius difficultatis conſtare ex dictis de legibus, de ſubiecto legum pun. 6. vbi oſtendi per ſe loquendo non teneri, niſi decreuerint eo loci maiore anni parte commorari. Vide Azorium lib. 7. cap. 19. quæſito 4. Reginaldum lib. 4. num. 136. Abulenſem in cap. 6. Matthæi quæſt. 140. Sanchez, Leſſium, & alios, quos retuli de legibus loco cit.

PVN-

PVNCTVM VLT.

De cauſis excuſantibus à ieiunio.

1 *Impotentia excuſat à ieiunio.*
2 *Infirmi & conualeſcentes excuſantur.*
3 *Fœminæ grauidæ excuſantur à multiplici refectione, non vero à carnibus.*
4 *Senes ſeptuagenarij excuſantur.*
5 *Pauperes non habentes alimentum ſufficiens ad vnicam refectionem excuſantur.*
6 *Excuſantur pueri, & adoleſcentes qui vigeſimum primum annum nondum compleuerunt, modo non ſint religioſi profeſſi tenentur tamē à cibis vetitis abſtiuere.*
7 *An qui in die ieiunij complet vigeſimum primum annum teneatur eo die ieiunare.*
8 *Grauis labor excuſat à ieiunio.*
9 *Fabri, Agricolæ &c. excuſātur à ieiunio dum ſeruiliter laborant, etiāſi neceſſitatem non habeant ſeruiliter laborandi.*
10 *Excuſantur textores, piſtores, ſutores &c.*
11 *Excuſantur longum iter pedeſtre ſuſcipientes.*
12 *Barbitonſores, ſartores, pictores, & ſcholares, non excuſantur.*
13 *Opera pietatis quæ cum ieiunio præſtari non poſſunt excuſant à ieiunio.*
14 *Quandonam excuſetur vxor, vel maritus ratione debiti.*
15 *Qui dubiam habet non ieiunandi cauſam, tenetur ieiunare, niſi diſpenſationem obtineat.*
16 *Qui dubitat an expleuerit vigeſimum primum annum, non tenetur ad ieiunium eccleſiaſticum.*
17 *A quo petenda ſit facultas non ieiunandi.*
18 *Epiſcopus non poteſt ieiunium iure communi impoſitum auferre.*
19 *Qui ieiunium bona fide non ſeruat, putans ſe iuſtam non ieiunandi cauſam habere, non peccat.*

CAuſæ à ieiunio excuſantes ad tria capita reuocari poſſunt. Primum eſt impotentia. Secundum labor. Tertium pietas de quibus ſingulis per ſingulas propoſitiones agendum eſt in hoc puncto.

PRIMA PROPOSITIO.

1 IMpotentia excuſat à ieiunio. Ratio eſt quia ad impoſſibile nemo tenetur & hoc valet ſiue impotentia ſit phyſica ſiue moralis.

Impotentia phyſica contingit, quando quis non poteſt abſolutè ieiunare; Moralis contingit quando non poteſt abſque notabili damno ieiunare; quapropter ob impotentiam moralem excuſantur.

2 Primo infirmi, & conualeſcentes quibus non ſufficit vnica refectio in die, etiamſi infirmitatem propria culpa contraxerint; non enim eſt attendenda culpa præterita, ob quam infirmitas contracta eſt; ſed habenda eſt ratio præſentis impotentiæ, ob quam ieiunium ſeruari non poteſt ſine grauis detrimenti periculo. Ita DD. ſtatim citandi, & hoc verum eſt præſertim cum medicus ità conſulit; ſtandum enim eſt conſilio medici, vel ſuperioris auctoritati, quoties dubitatur an liceat non ieiunare, aut carnibus veſci, quamquam maior infirmitas requiri ſolet ad vſum carnium, quam ad multiplicem refectionem conce-

dendam, quia carnes ſtrictius vetãtur præcepto negatiuo. Vide Sylu. v. ieiunium quæſito 9. Angel. nu. 15. Lesſium dub. 6. num. 40. Abulenſ. q. 148. Reginaldum, Azorium, Nauarrum, & Tolet. locis ſupra cit.

Addo eum excuſari poſſe, qui aliquid cibi capit, vt ſomnum neceſſarium capiat, vel capitis vertiginẽ aut membrorum tremorem euitet, vel vt choleram reprimat, vel ne nimium debilitetur, aut viribus deficiat ob mediam. Ratio eſt, tum quia hoc potius ſumitur per modũ medicinæ quam cibi. Tum quia præſumitur impotentia moralis, cum eccleſia non cenſeatur velle ad ieiunium cum tanto incõmodo obligare. Ità Syluest. v. ieiunium num. 9. Armilla eodem v. quæſito primo, Medina C. de ieiunio q. 11. verſ. ſequitur etiam, Abulenſ. in cap. 6. Matthæi q. 165. & alij apud Reginaldum lib. 4. num. 175. & 209. ad finem.

3 Secundo excuſantur fœminæ grauidæ, aut lactantes, quibus opus eſt cibo, non ſolùm pro ſe, verumetiam pro fetu. Ita DD. citati; non tamen licitè poſſunt carnes comedere, vt ait Tolet. lib. 4. cap. 6. quia carnibus non egent quamuis nonnulli DD. illis etiam permittant carnes, hac ducti ratione, quia videtur illis concedendum quod ipſis paruulis infantibus vſu rationis carentibus conceditur; Infantibus autem carnes conceduntur. Verùm hæc ratio non ſolido nititur fundamento; Nam infantibus ſeptenium nondum attingentibus licet carnes comedere, quia nondum aſtringuntur eccleſiæ præceptis, vt bene Emanuel Sà v. ieiunium num. 17. Naldus v. ieiunium nu. 5. Tolet. lib. 6. cap. 4. num. 3. Sanchez, & alij quos retuli pun. 6. de legibus. Mulieres verò grauidæ lactantes obligantur præceptis Eccleſiæ & conſequenter tenentur à carnibus abſtinere, licet non teneãtur abſtinere à ſecunda refectione. Nam hæc ſunt inter ſe diuerſa; conſequenter cui vnum conceditur, non ſtatim cenſetur conceſſum aliud, vt patet ex ſupradictis.

4 Tertio ſenes ſaltẽ ſeptuagenarios excuſari à ieiunio, quia vt plurimũ ſunt infirmi, vel egent crebriore refectione, ne inedia nimium debilitentur. Immò quamplures DD. eximunt quoſcunque ſexagenarios ab obligatione ieiunij. Nam ſexagenarij, ſunt ſenes; ſenectus autem eſt morbus incurabilis, & moderato, & frequenti cibo protrahi poteſt licet auferri nequeat. DD. huius ſententiæ videri poſſunt apud Nauarrum cap. 21. num. 16. apud Azor. loc. cit. q. 4. apud Valentiam tom. 3. d. 9. q. 2. pun. 5. apud Lesſium dub. 6. num. 41. & apud alios ſtatim citandos. Ego verò cum Abulenſi q. 147. Valentia loco citato, Rodriquez cap. 24. num. 1. Reginaldo nu. 209. Lesſio, & Nauarro loc. cit. Sylu. q. 9. & alijs exiſtimo non eximendos eſſe, dum conſtat non eſſe debiles, vel infirmos; nam adhuc afficiuntur præceptis Eccleſiæ. Si verò dubitetur an ſint robuſti, & habiles ad ieiunium, non tenẽtur ieiunare, quia ieiunando exponerent ſe periculo grauis incommodi, ad quod Eccleſia nõ videtur obligare. Ita Lesſius loc. cit. & alij.

5 Quarto excuſantur pauperes, qui propter paupertatem alimento carent ſufficienti ad vnam refectionem in die ieiunij ſumendam.

Ita

Digitized by Google

Ità Azor. lib. 7. cap. 17. quæſito 7. Abulen. q.142. Reginaldus nu. 111. Sylueſt. Nauar. & alij DD. citati. Immò liceret illis vſus carnium ſi aliũ cibum inuenire non poſſent; Nam eccleſia non obligat cum graui incommodo ſicut enim Chriſti iugũ ſuaue eſt; ita etiam eccleſiæ. Ita Nauarrus loco citato, Sylueſter quæſito 9. Azor. q. 7. Tolet. lib. 6. cap. 4. nu. 4. Valentia loc. cit. Abulenſ. loc. cit. q. 42. & alij.

6 Quinto excuſantur adoleſcentes, qui vigeſimum primum annum nondum compleuerunt; Nam eccleſia non intendit eos ad vnicam refectionem in die ieiunij obligare, cum ob creſcentem ætatem, & caloris abũdantiam multiplici refectione indigeant; obligantur tamen ad qualitatem ciborum, itaut non poſſint cibis in die ieiunij vetitis veſci; Nam in die ieiunij extant duo præcepta vnum affirmatiuum de vnica refectione ſumẽda, & ad hoc non tenentur adoleſcentes nondũ completo vigeſimoprimo anno; alterum negatiuum de non comedẽdis carnibus, & ad hoc tenentur homines poſtquam ad rationis vſum peruenerunt, niſi alia iuſta de cauſa excuſentur. Ita Nauar. Toletus, Rodriquez, Leſſius, Azorius, Abulenſis, Reginaldus, & alij locis ſtatim citandis, contra Medinam C. de ieiunio q. 9. Angelum v. ieiunium q. 13. & alios aſſerentes adoleſcentes teneri ad ieiunium.

Obijcies adoleſcentes profeſsi tenẽtur ſtatim ad onera, & ieiunia religionis, quamuis nondum peruenerint ad vigeſimumprimum annum ergo etiam alij tenentur ad ieiunia eccleſiaſtica ante vigeſimum primum annum.

Reſpondeo negando conſequẽtiam, nam Religioſi profeſsi tenentur ſolùm ante vigeſimumprimum annum ad ieiunia, ad quæ ſe adſtrinxerunt ex vi profeſsionis; non verò tenentur ex præcepto Eccleſiæ; cum huiuſmodi adoleſcentes Eccleſia non obligauerit ad ieiunium. Ità Sylueſter loco. cit. q. 6. Rodriquez p.p. cap. 24. Naldus v. religioſus nu. 21. Emanuel Sâ v. ieiunium num. 3. Azor. lib. 7. cap. 17. quæſito 2. & 3. Reginaldus, Leſsius, & alij DD. ſtatim citandi. Verùm licet Eccleſia non obligauerit adoleſcentes ad ieiunium ante vigeſimumprimum annum, nihilominus Cõfeſſarij, aut alij quibus adoleſcentum cura demandata eſt, debent eos ad ieiuniũ inducere prout expedire iudicauerint, tùm vt adoleſcentes incipiant aſſueſcere ieiunijs, tùm vt turpes carnis motus, & illecebras comprimant, quibus quamplures adoleſcẽtes ſępius ſuccũbunt, quilibet enim tenetur aſſumere medium neceſſarium ad vitanda peccata ieiunium autem remedium optimum eſt ad ſuperandas carnis tentationes, & ad vitanda luxuriæ peccata. Ita Nauar. cap. 20. num. 18. Leſſius loc. cit. num. 40. Reginald. lib. 4. nu. 205. 207. & 208. Abul. in cap. 6. Matthæi quæſt. 139. Tolet. lib. 6. cap. 3. ad finem.

An verò adoleſcentes teneantur ad ieiunium, vt conſequantur iubileum.

Reſpondeo affirmatiue, vt oſtendi de indulgentiis, & idem tradit Azor. lib. 7. cap. 18. q. 3. Naldus nu. 6.

7 Sed modò dubiũ eſt, vtrum qui explet annum vigeſimumprimum in die ieiunij, teneatur eo die ieiunare.

Reſpondeo non teneri nondum completa hora, quæ complet vigeſimumprimum annum. Ratio eſt, quia nondum compleuit tempus à lege præſcriptum; tranſacta verò illa hora tenetur ieiunare, modo ieiunare poſsit, nec antea ſuſceperit plures refectiones, vt patet a ſimili de eo, qui in die ieiunij diſcedit à loco, in quo non eſt præceptum ieiunij, & veſperi peruenturus eſt ad locum ſui domicilij, in quo ieiunatur; hunc enim teneri in loco domicilij ieiunare ſuperius innui; modo plures refectiones antea non ſuſceperit, nā eſt capax præcepti, & reperitur in loco, in quo præceptum obligat. Ita Sanchez lib.2. de matrimonio diſp.24 num. 23. & in ſumma lib.1.cap.12. nu. 33. & alij quos retuli de ſubiecto legū in tract. de legibus.

SECVNDA PROPOSITIO.

8 LAbor, cum quo non ſufficit laboranti vnica refectio in die ieiunij, excuſat à ieiunio. Ratio eſt quia Eccleſia non obligat cum graui incommodo; labor autem, cum quo non ſufficit laboranti vnica refectio, is dicendus eſt, ex quo grauis, vel mediocris afflictio ſequeretur; ſeruato ieiunio, nam Eccleſiæ præcepta benignè accipienda ſunt; Secus dicendum eſt de leui afflictione; Eccleſia enim præcepit ieiunium præuidens indè aliquam afflictionem ſecuturam, vt corpus in ſeruitutem redigatur. Ita Azor.lib.7.cap. 17. Emanuel Sà v. Ieiunium, Leſsius, Reginald. Abulenſis, Rodriq. & alij locis ſtatim citandis.

9 Hinc ſequitur primo, agricolas fabros ferrarios, vel lignarios, vel cementarios, argentarios in pecunijs cudendis, vel vaſis conficiendis laborantes, vel alios operarios qui opera laborioſa exercent, nec ita robuſti ſunt, vt ea cum ieiunio commodè præſtare queant excuſari à ieiunio. Ità Azor. Leſsius, Abulenſ. Reginaldus, & alij locis ſtatim citandis.

Addo non ſolum operarius pauperes, verū etiam diuites, qui nulla neceſsitate compelluntur ad ſeruiliter laborandum, vel curant ſuos famulos exercere opera ſeruilia, quę cum ieiunij obſeruatione. Stare non poſſunt, excuſari à ieiunio ijs diebus, quibus ſeruiliter laborant. Ratio eſt, tum quia ſic declaratum fuit ab Eugenio 4. inquit Leſsius nu.42. Toletus cap.4.nu. 5. Syluestr. v. Ieiunium quæſito 21. tum quia in hac parte nō ſunt deterioris conditionis alijs, cum in omnibus eadē ratio excuſationis reperiatur, nec præceptum ieiunij obliget abſtinere ab opere ſeruili, vt ieiunetur. Contrarium docuit Toler. capit.5. Azor. 1.par. lib.7. cap. 20. q. 12. & cap. 17.q.8.& 9. Reginald.lib.4.nu. 201.& 213. & 218. Emanuel Sà v. Ieiunium num.16. Abulenſ. in cap. 6. Matthæi quæſt.143.& 141. Rodriquez cap. 23.num.5. & alij loquentes de patre familias, qui familiam compellit ad opera quæ cum ieiunio ſtare non poſſunt, & alioquin opera ſeruilia in alium diem commode transferri queunt; Contrarium etiam tenet Caiet. cap.3. Nauar.cap.21.num. 17. & Abulenſis q. 140. Toletus lib.6.cap.4. num. 8. & Reginaldus nu. 220. loquentes de eo, qui peregrinationem voluntarie ſuſcipit ad loca ſancta, & Rodri-

driquez num.7. contra Medinam idem tradit de eo, qui defatigatur ludendo, & de eo, qui longum iter facit cauſa delectationis, vel recreationis, vel ad quærendam amaſiam de qua re nos in tractatu de peccatis ſub finem.

Addo cum Medina de Inſtruct. Confeſſ. lib.1.cap.14. & alijs, quorum opinionem probabilem putat Azor. loco cit. q.8. Reginald. num. 214. & in ſimili Abulenſ q.141. ad finem, operarios non ſolum excuſari à ieiunio eo die, quo laborant verum etiam eo die, quo laborem intermittunt, vt ſi ſuperueniat dies feſtus, vel alia occupatio, quæ ex ſe non adferat impedimentum ieiunio Cenſeo enim hos excuſari ab obligatione ieiunij, ſi ieiunãdo graue ſentirent incommodum ob laborem præcedentis diei, aut ſi redderentur inepti ad laborem ſequenti die ſuſcipiendum iuxtà prudentis viri iudicium. Eandem enim excuſationis cauſam habent.

10 Secundo excuſari textores, argentarios, piſtores, & ſutores cõficientes calceos; alioſque operarios, qui nequeunt offitio ſuo fungi cum ieiunio, & hoc valet ſiue opus ſit corporis, ſiue ingenij, non enim attenditur an labor ſit corporis, an animi, ſed attenditur impotentia moralis ieiunandi ſuſcepto ſeruili opere. Ita Leſſius lib.4.cap.2.dub. 6.num.43. quamuis contrarium ſentire videatur Abulenſ.q.143.& Reginald.nu.216.

11 Tertio excuſari ſuſcipientes longum iter pedeſtre, vt ſi ſuſcipiant iter quindecim, aut viginti milliarium. Ita S. Thomas 2.2. quæſt.147.art.4. Tolet.cap. 4. num. 5. Reginaldus num.217. & alij communiter teſte Azorio q.9. hic enim cenſetur grauis labor; Secus dicendum videtur, regulariter loquendo, de ijs, qui equeſtre iter aggrediuntur; nam hoc genus itineris facilius peragitur cum ieiunio quam expleto ventre.

12 Quarto non excuſari barbitonſores, ſartores, pictores, ſcholares, & alios, quorum labor eſt exiguus. Ita Leſſius Tolet. num.5. loco cit. num. 43. Abulenſ. quæſt. 143. Azor. q.8. Reginaldus num.216. & alii; quamuis Ledeſma in 4. num. 2. d.17. excuſet ſartores, & barbitonſores.

TERTIA PROPOSITIO.

13 Opera pietatis, & miſericordiæ, quæ cnm ieiunio nõ poſſunt exerceri, excuſant a ieiunio; ideo qui concionantur, vel adminiſtrant Sacramenta, vel infirmos uiſitant, vel ornant tẽpla &c. excuſantur à ieiunio, & hæc opera exercere nequeant cum ieiunio, nàm cenſetur adeſſe moralis impotentia, nec Eccleſia imponit hominibus obligationem abſtinendi ab his operibus, vt ieiunio vacent; vt patet ex dictis de peccatis, ſub finem. Nauar.cap.21.num.16. Reginald.lib.4.nu.218. Valentia punc. 5. Tabiena verbo ieiunium nu. 21. Eman. Sà num.9. & alij. Et hoc mihi verum videtur, etiamſi hæc opera ſuſcipiantur ob mercedem, vt patet ex allata ratione, cõtra Nauar. num.17. Reginaldum num. 219. & alios.

14 Addo à ieiunio excuſari vxorem, quæ ob timorem prauæ valetudinis, aut deformitatis vel metu viri non permittitur ieiunare; ſecus

ſi non permittatur ieiunare in contẽ ptum Eccleſiæ, aut religionis, vt patet ex dictis de peccatis; Excuſatur etiam maritus à ieiunio, dum nequit reddere debitum ieiunãdo. Ita Emanuel Sà num. 9. Leſsius lib. 4 cap. 2. Nauar. cap. 21. nu. 16. Caiet. de ieiunio cap. 3. Medina C. de ieiunio q. 9. Reginald. loco cit. num. 217. & num. 221. Tolet. loco citato num. 4. Abulenſis q. 149. Azor. 1. pa. cap. 18. lib. 7. Ratio eſt quia Eccleſia ſicut non præſumitur velle impedire opera neceſſaria, ita neq; opera debita.

15 Quæres vtrum dubitans an habeat iuſtam non ieiunandi cauſam teneatur ieiunare.

Reſpondeo teneri, niſi diſpenſationem non ieiunandi obtineat à ſuperiore, vel niſi dubium deponat conſilio Parochi, vel Confeſſarij, vel alterius viri boni, aut alia ratione. Ratio eſt, quia in dubio fauendum eſt poſsidenti; ſed poſſeſsio ſtat pro lege, ergo fauendum eſt legi, ergo ſeruanda eſt lex ieiunij. Ita Leſsius d. 5. num. 34. Toletus cap. 4. num. 9. ad finem Sanchez & alij quos in ſimili de conſcient. dubia retuli in tract. de peccatis, idem docet Azor. lib. 7. cap. 18. q. 2. Nauar. cap. 21. num. 21. Angelus v. Ieiunium nu. 20. Abulenſis q. 150. & alij apud Azor. loco cit.

16 Vtrum verò qui dubitat, an compleuerit vigeſimum primum annum teneatur ieiunare patet ex dictis de reſtitutione diſp. 1. quæſt. 2. pun. 2. §. vnico nu. 11. & ex dictis de legibus conſtat vtrum peregrinus teneatur ad ieiunia loci in quo reperitur, ibique & alibi alias quæſtiones ad hanc rem facientes explicaui, quas per tempus non licet hic repetere, ne contra conſuetum meæ breuitatis inſtitutum facere videar.

17 Sed modo dubium ſuborjtur primo à quo petenda ſit, facultas non ieiunandi, dum cauſa dubia eſt.

Reſpondeo per ſe loquendo petendam eſſe ab Epiſcopo, quia ad ipſum pertinet diſpenſatio iuris cõmunis ijs in caſibus, qui frequenter accidunt, vt patet ex ſupradictis de diſpenſationibus Sylueſt. tamen, & alij apud Azorium lib. 7. cap. 18. q. 3. & apud Reginaldum lib. 4. num. 224. & 228. putant Parochum poſſe diſpenſationem concedere. Idem ſentiunt de Prouinciali, Guardiano, & alio ſimili reſpectu religioſorum. Ego vero præciſa conſuetudine alicubi recepta cenſeo Parochum, aut alium ſimilem, non poſſe diſpenſare quia poteſtatem non habet ſupra ius commune; poteſt tamen declarare, an cauſa ſit iuſta, & ſufficiens; ſicut etiam poteſt Medicus, Confeſſarius, & alius vir probus. Ità Rodriquez cap. 24. nu. 3. Sylueſt. v. Ieiunium q. 7. Angelus n. 10. & alij apud Azorium, apud Reginald. nu. 222. & 228.

Secũdo dubium eſt, vtrum Epiſcopus poſsit ieiunium iure communi impoſitum auferre.

18 Reſpondendum eſt negatiuè immo neque Concilio Prouinciali poteſt tollere huiuſmodi ieiunium, quia diſpenſare non poteſt in iure communi, vt probatum eſt de diſpenſationibus, quamquam Caiet. v. ieiunium cap. 3. Sylueſt. q. 7 & Reginal. lib. 4. num. 224. Naldus v. Ieiunium num. 7. putant Epiſcopum poſſe ieiunium ab vno die in alium

tran-

Digitized by Google

transferre, vt ſi ieiunium vigiliæ S. Ioannis incidat in feſtum corporis Chriſti, poteſt illud transferre in diem præcedentem. Sed hoc ego non facile admiſerim exceptis caſibus particularibus, vt docui de diſpenſationibus, & excepto priuilegio.

Tertio dubium eſt, vtrum qui ieiunium non ſeruat, putans ſe iuſtam non ieiunandi cauſam habere, peccet non ieiunando; ſi re ipſa cauſa non ſit iuſta.

19 Reſpondeo non peccare, quia bona fides ipſum excuſat, vt docui de peccatis. Ita Reginald. lib. 4. num. 222. Tolet. lib. 6. cap. 4. ad finem. Valentia loco cit. pun. 5. ſub finem, Emanuel Sà v. Ieiunium nu. 14. & alij quos retuli de cauſis excuſantibus à peccatis contra leges, &c.

Digitized by Google

QVAESTIO SECVNDA.

De ſecundo Eccleſiæ præcepto, quod eſt de obligatione Miſſæ in die feſto audiendæ.

QVAE ad huius præcepti explicationem pertinent ſufficienter pertractata ſunt in tractatu de Sacramentis, diſput. quarta, quæſtione vltima, puncto 11. & ſequentibus. Ad ibi dicta vos remitto.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO TERTIA,

De tertio Eccleſiæ præcepto, quo peccatorum confeſsio ſemel in anno præcipitur.

SOLVTIO earum difficultatum, quæ ad hoc tertium Eccleſiæ præceptum ſpectant, ſatis conſtat ex dictis de Sacramentis diſput. quinta, quæſtione quinta ſectione ſecunda, ideò à ſuperuacanea illarum repetitione hic ſuperſedeo.

Digitized by Google

QVAESTIO QVARTA,

De quarto præcepto, quo de obligatione Euchariſtiæ in Paſchate ſumendæ peragitur.

CVM materia huius quarti præcepti explicata ſit in Tractatu de Sacramentis diſput. quarta, quæſtióne ſeptima puncto primo, & ſecundo, ſuperfluum arbitror hæc eadem repetere, cum per vos quę ibi tradita ſunt, commodè conſulere valeatis.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO QVINTA.

De præcepto ſoluendi decimas.

PVNCTVM PRIMVM.

Quid ſit decima, & quo iure ſoluenda ſit.

1 *Quid nomine decimæ intelligatur.*
2 *An decima ſit res ſpiritualis, vel temporalis.*
3 *Quo iure debita ſit decima.*
4 *An Eccleſia decimam rite taxauerit.*
5 *An Eccleſia decimæ dominium habeat antequam res ei tradatur.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 NOmine decimæ intelligitur quota bonorum debita, Eccleſiæ miniſtris in ipſorum ſubſidium, & ſuſtentationem, ſicut enim eccleſiæ miniſtri nobis ſpiritualia præbent, & pro nobis laborem, operam, & induſtriam ſuam præſtant, ita par eſt, vt nos ipſis corporalia conferamus, quibus ſuſtentari queant. Ita Hoſtienſis, quem citat, & ſequitur Azor. p. 1. lib. 7. c. 34. quæſito primo, Alexander Moneta, de decimis c. 2. Card. Tuſcus concl. 62. & alij DD. infra citandi.

2 Si quæras an decima ſit res ſpiritualis, vel temporalis.

Reſpondeo decimam dupliciter conſiderari poſſe. Primo quatenus dicit fructus ipſos, qui ſoluuntur in ſubſidium miniſtrorũm eccleſiæ. Secundo quatenus dicit ius exigendi fructus. Si decima primo modo conſideretur eſt res temporalis, conſtat enim fructus rem temporalem eſſe. Si vero ſecundo modo cõſideretur eſt res ſpiritualis quia miniſtris eccleſiæ competit ius exigẽdi fructus ob miniſterium rerum ſpiritualium e. g. ob Sacramentorũ adminiſtrationem iuxtà illud 1. Corinth. *Qui ſpiritualia ſeminant, temporalia metunt.* Ita communiter DD.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 DEcima ſi conſideretur, vt dicit, quotam, non debetur iure diuino, vel naturali ſed eccleſiaſtico; Si vero conſideretur, vt dicit partem aliquam non definitam neceſſariam ad miniſtrorũ eccleſiæ ſuſtentationem, debetur iure naturæ, & diuino, pro intelligẽtia huius propoſitionis.

Notan-

Notandum eſt decimas dupliciter conſiderari poſſe; primo vt dicunt aliquam partem non definitã, neceſſariam ad miniſtrorũ ſuſtentationem, & hæc pars ipſis debetur iure diuino, vt patet ex loc. cit. 1. Corinth.*9.* & Lucæ 10. Immo hæc pars debetur etiam iure naturæ, ius enim naturæ dictat ſuſtentationem deberi miniſtris eccleſiæ, ſicut debentur tributa Principibus, & ſtiẽdia alijs miniſtris publicis. Secundo conſiderari poſſunt quatenus dicunt partem determinatam, ideſt decimam partem fructuum, & hæc pars debetur iure eccleſiaſtico. Ratio eſt; tum quia eccleſia hanc partem taxauit, & poteſt hanc taxam accipere, tum quia ex nullo iure, aut ſcripturę loco conſtat Deũ præcepiſſe decimam potius partẽ, quam aliã miniſtris eccleſiæ perſolui. Præterea licet in veteri teſtamẽto pręcepta eſſet decima nihilominus cum præceptum illud non fuerit morale, ceſſauit poſt Chriſti paſſionem, vt patet ex dictis de Sacramentis, & tradit Molfeſius, & Vaſquez locis citatis; Tum quia huiuſmodi quota, ideſt pars determinata poteſt per conſuetudinem præſcribi, vt infra oſtendam, hoc autem fieri nõ poſſet, ſi decima ſoluẽda eſſet iure diuino, cum ius diuinum, aut naturale per conſuetudinem abrogari nequeat, ergo decima quatenus dicit partem fructuũ determinatam non eſt ſoluenda ex iuris diuini diſpoſitione, & decreto, neque obſtat cap. Parochianos; cap. tua nobis, & alij Textus, in quibus dr̃ decimas diuino præcepto ſoluendas eſſe, nam intelligendi ſunt quoad imitationem, & exemplum diuinæ legis antiquitus traditæ. Ità Valentia tom. 3. diſp. *6.* q. 5. pun. 1. Riccius deciſ. 605. num 5. Reginaldus lib. 19. num. 84. Molfeſius in ſum. tract. *6.* c. 4. num. 22. Toletus lib. *6.* c. 20. Communiter Teologi contra Can. apud Leſs. lib. 2. c. *39.* num. *6.* apud Azorium 1. parte lib. 7. c. 34. q. 4. Apud Monetam c. 1. Apud Suarez de religione tract. 2. lib. 1. c. *9.* & 10. Vaſquez in opuſculo de beneficijs can. 1. §. vnico numero 4.

4 Quæres primo vtrum eccleſia quotam ſeu decimam partem iuſtè taxauerit.

Reſpondeo iuſtè taxaſſe, tum ad imitationem Dei, qui iam in veteri lege taxauerat, tum quia miniſtri eccl. ſiæ indigent decimis non ſolum vt ipſi alantur, ſed etiam ne contemptibiles alijs exiſtant, ſicut enim pauperes ab aliquibus contemnuntur, ità facili negotio contemnerentur Sacerdotes niſi certa fructuum pars fuiſſet ipſis ab eccleſia aſsignata, non ſolum ad vitæ ſuſtentationem, verum etiam ad ſui ſtatus conſeruationẽ, tum quia opus eſt decimis ad reparationem ſacrarum ædium, tum q̃a miniſtri eccleſiæ patres pauperum appellantur, conſequenter pauperibus ſubuenire debent. Quomodo autem poſſent pauperibus ſubuenire ſi certa fructuum pars non eſſet ipſis aſsignata? Alias rationes. Vide apud Leſs. l. c. Suarez tom. 1. de Religione tom. 2. loc. cit. cap. *9.*, & 11. Azor. lib *7.* c. *26.* q. 10. Vaſquez loc. cit. dub. 1. num. *7.* Alexandrum Monetam tractatu de decimis c. 1. num. *19.* Valentiam tom. 3. d. *6.* q. 5. pun. 1. ad finem.

5 Quæres ſecundo vtrum eccleſia dominium decimæ habeat antequam

tequam ei tradatur conſequenter, vtrum eccleſia decimam petat actione rei vendicationis, quæ eſt actio realis.

Reſpondeo non habere dominium nec eā petere actione rei vendicationis, ſed potius ex Canone .i. ex lege Canonica, vel Diuina, vel vſu comprobata. Ratio eſt, tum quia regula generaliter recepta eſt rei dominium non transferri abſque traditione; Tum quia res ità meis permixta, vt a meis diſcerni nequeat, mea eſt, vt patet ex dictis de contractibus. Ita Rebuffus trac. de decimis. q. 3. & 9. Moneta cap. 8. num. 35. Federicus de Senis conſilio 74 & alij nonnulli recentiores contra Panormit. cap. Commiſſum & cap. tua nobis de decimis Azor. cap. 34 quæſt. 9. Innocentium Hoſtienſem, & alios apud Suarez cap. 36. nu. 2. neque obſtat cap. tua nobis. Vbi Deus dicit decimas, & primitias ſuas eſſe.

Reſpondetur enim decimas eſſe Dei, ſeu Eccleſiæ, non quia Eccleſiæ acquiſitum ſit dominium ante traditionem, ſed quia Eccleſiæ debetur lege iuſtitiæ.

PVNCTVM II.

Quotuplex ſit Decima.

1 *Decima triplex eſt.*
2 *Decima quæ debetur ex vinea non eſt ſoluenda in vuis, ſed in vino.*
3 *Decima prædialis debetur etiam ex nonalibus.*

VNICA PROPOSITIO.

1 DEcima triplex eſt. Perſonalis, prædialis, & mixta. Perſonalis eſt decima pars fructuū prouenientium ex induſtria, & opera perſonæ, vt ex mercatura, venatione, piſcatione, bello, ex ludo dū ex eo alicuius lucri dominiū acquiritur, ex ſcientia, militia, famulatu, & ex omni alio hominis artificio. Vide Sylu. v. Decima, q. 6. Ang. eod. v. n. 5. Azorium loc. cit. q. 3. cap. 34. & cap. 35. quæſito 9. Monetam, Vaſquez cap. 7. dub. 6. Tuſcum deciſ. 63.

Prædialis, ſeu realis eſt decima pars fructuum qui ex prædijs percipiuntur, vt eſt vinum, oleum, frumentum, olera, rapæ, caſtaneæ, legumina, poma, pira, fœnum, palea, cauli, lupini, & alij fructus ex terra, & arboribus, prouenientes quos recenſet Suarez ca. 34. Molfeſius, Azor. & alij communiter.

2 Obſerua tamen primo Decimā, quæ debetur ex vinea, non eſſe ſoluendam in vuis, ſed in vino quia fructus vineæ propriè conſiſtunt in vino, cum vinea conſtruatur, vt vinum colligatur. Ita Riccius in Collectanea deciſ. cap. 142. Molfeſius in ſum. tract. 6. cap. 4. num. 33. & alij.

3 Secundo Decimam prædialem deberi non ſolum ex agro, qui alias coli conſueuerat, verum etiam ex agro de recenti ad culturam redacto, c. 25. de Decimis in 6. nā huiuſmodi ager eſt in bonis noſtris, ex bonis autem noſtris ſoluenda eſt decima; Ità Molfeſius loco citato, 34. Suarez lib. 1. cap. 22. nu. 9.

Addo cum Moneta cap. 4. num. 67. Vaſquez in opuſculis de beneficijs cap. 1. §. vnico dub. 5. num. 27. Molfeſio trac. 6. cap. 4. num. 47. & alijs apud Suarez loco citādo, cum qui

qui priuilegium obtinuit non ſoluendi decimas, teneri ſoluere noualia, cum enim priuilegium ſit odioſum, vt potè contra ius commune, & odia reſtringenda ſint ſequitur hoc priuilegium laico conceſſum non extendi ad noualia niſi aliter exprimatur; vel ſaltem niſi verba priuilegij, adeò generalia ſint, vt iuxtà propriam ipſorum ſignificationem omnia comprehendantur vt bene Suarez capit.23.nu. 5. & patet ex dictis de Legib. Vide Alexandrum Monetam cap.4. cit. vbi plura de noualibus tractat ſimulque diſputat, vtrum religioſi ad noualia teneantur.

3 Decima mixta eſt illa, quæ partim ex hominis induſtria, partim ex prædijs prouenit, vt ſunt primo fœtus animalium qui partim ex paſcuis, partim ex animalibus proueniunt interueniēte hominum induſtria in illis alendis, cuſtodiendiſque; ſecundo lana, lac, & caſeus, quę ex animalibus percipiuntur; Nō verò decima debetur in pinguedine, quia pinguedo non eſt fructus, ſed pars animalis, & animal iam decimatum eſt. Ita Molfeſius num. 35. tertio mel, & cæra, quæ ex apibus colliguntur; quarto lucrū quod ex furno præcipitur à piſtore. Vide Suarez loco citato. Toletum lib.6.cap.20.nu.4. Leſſium dub. 3. num.12. Molfeſium num.29. Regin. lib.19.num.83. Vaſquez loco citato num. 31. Monetam cap. 4. de decimis, Nauarram, Valentiam, Azorium, & alios locis citat. quamuis Suarez ca.6. & alij velint dari duas tantummodo ſpecies decimarum.

PVNCTVM III.

Quinam ad ſoluendas decimas teneantur, & quibus.

1 *A quibus, & cui ſoluenda ſint decimæ.*

2 *A quibus & cui ſoluenda ſit decima perſonalis.*

3 *Soluenda eſt decima omnium bonorum quæ per induſtriam licite acquiruntur.*

4 *Cui ſoluenda ſit decima dum quis habet duo domicilia.*

5 *A quibus & cui ſoluenda ſit decima prædialis.*

6 *Laici etiam infideles tenentur ſoluere decimas prædiales quæ antea ſolui conſueuerat, vel dum acquirunt bona alicui Eccleſiæ ſubiecta, cui præſcribitur decimam ſolui.*

7 *Loca pia & monaſteria tenentur ſoluere decimas, niſi priuilegio eximantur.*

8 *Clerici tenētur ſoluere decimas corā ad quorum titulum promoti ſunt.*

9 *Cui onus incumbat ſoluendi decimas dum plures colligunt fructus.*

10 *Dominus agri nō tenetur ſoluere decimas fructuum, quos percepiſſet, ſi agrum coluiſſet defendiſſet &c.*

11 *Eccleſia quæ ius habet exigendi decimas non ſolum agere poteſt contra emptorem prædiorum decimæ ſubiectorum verum etiam contra venditorem.*

12 *An Epiſcopus teneatur ſoluere decimas ex bonis menſæ.*

13 *Parochus tenetur ſoluere decimas illi Eccleſiæ Parochiali in cuius territorio habet prædia præciſa in contrarium conſuetudine.*

14 *An ſoluenda ſit decima Epiſco-*

Digitized by Google

copis, vel Papa.

15 *Quomodo ſoluenda ſint decimæ mixta.*

16 *Vtrum clericis diuitibus ſoluendæ ſint decimæ.*

17 *Quot peccata committat, qui decidecimam non ſoluit.*

18 *In ſoluendis decimis realibus nō ſunt detrahendę expenſæ ſecus in perſonalibus.*

TRiplicem diximus eſſe decimam, perſonalem, prædialem, & mixtam; Agendũ modo eſt in hoc puncto per ſingulas propoſitiones à quibuſnam illæ ſoluendę ſint, & quo in loco.

PRIMA PROPOSITIO.

1 DEcimę perſonales ſoluendæ ſunt ab ijs qui Sacramenta ſuſcipiunt. Ita communiter Doctores. Ratio eſt; quia decimæ inſtitutæ ſunt in ſuſtentationem eorum, qui Sacramenta adminiſtrant; Soluendæ autem ſunt illi Eccleſiæ in qua ſuſcipiuntur Sacramenta niſi aliter conſuetudine receptum ſit. Cap. Eccleſias 13. quæſt. 3. Cap. Paſtoralis de ijs, quæ fiunt à Prælato. Cap. cum ſint de decimis. & Cap. Ad Apoſtolicę, de decimis.

Dixi niſi aliter conſuetudine receptum ſit, quia multis in locis cōſuetudo inualuit, vt huiuſmodi decimæ nō ſoluantur, ſicut etiam alicubi decimæ prędiales, vel mixtæ non ſoluuntur in totum, vel in partem, quia miniſtris Eccleſiæ aliunde prouiſum eſt. Ita Leſs. dub. 5. num. 22. Suarez cap. 28. & 29. Azor. cap. 25. quæſito 9. Valentia, & alij communiter.

Ex dictis ſequitur primo, Scholarem in ſtudio commorantem debere decimas perſonales ſoluere Parochiæ ſtudij, quia in ea recepit Sacramenta, quæ à Parochis recipi conſueuerunt. Ita Federicus de Senis conſilio 253. quem citat, & ſequitur Cardinalis Tuſcus tom. 2. concl. 67. nu. 1.

Secundo eum qui in duabus Eccleſijs Sacramenta percipit debere decimas perſonales diuidere pro rata temporis. Ità Rebuffus de decimis q 6. num. 2. Moneta cap. 17. num. 18. Verum ſi quis Sacramenta in Eccleſijs religioſorum recipiat, non debet illis decimam ſoluere, ſed proprio Parocho, quia Parocho incumbit onus adminiſtrandi Sacramenta, neque per ipſum ſtat ne adminiſtret. Ità Federicus de Senis conſilio 252. Moneta, & Rebuffus locis cit.

Tertio eum, qui mutato conſilio tranſtulit ſe ad alium locum non teneri decimas perſonales ſoluere Parocho primi domicilij, ſed ſecundi, vbi Sacramenta recipit. Ità Moneta num. 24. Rebuffus loco cit. nu. 24. & alij.

Quarto eum qui domum habet in confinio duarum Parochiarum; itaut diſcerni nequeat, ad quam Parochiam domus illa ſpectet debere decimam inter Parochias diuidere quia non eſt maior ratio vnius quam alterius. Ita Moneta, & Rebuffus locis cit. Ad diſgnoſcendum autem ad quam Parochiam domus pertineat, inſpiciendum eſt ianuæ principalis ſitum vt cōmuniter tradunt DD. aſſerentes domum ad eum ſpectare Parochiam, in qua ianua principalis domus ſita eſt. Ita Moneta nu. 13. poſt Bartholum, Rebuffum, & alios.

2 Quæ-

2 Quæres primo an ſoluenda ſit decima omnium bonorum, quæ per induſtriam acquiruntur.

Reſpondeo ſoluendam eſſe. Ratio eſt, quia ſoluendæ ſunt decimę perſonales huiuſmodi autem ſunt quæcunque per induſtriam acquiruntur de acquiſitis tamẽ per eleemoſinam, aut donationem, aut hæreditatem, aut legatum &c. non videtur ſoluenda decima perſonalis, quia hæc bona non dicuntur acquiſita ex hominis induſtria, ſed ex voluntate traditis, iuxtà Monetam cap.4.num.37. Azor. cap.25.q.8. & 11. Valentiam 2.2.to. 3. diſp.6. q.5. p.3. Suarez cap.31.num.6. & alios.

Maior difficultas eſt vtrum decima, vel oblatio de illicitè acquiſitis, ſolui, aut fieri poſsit. DD. ferè cõmuniter putant huiuſmodi oblationem, vel decimã recipi nõ poſſe ne turpis actus approbari videatur. Ita Reginaldus num. 85. Azor. loco cit. quæſito 3. & alij. Sed mihi dicendum videtur cum Suarez lib.1. de diuino cultu to.1. de relig.c.6. nu.6. & cap.7.nu.22. & cap. 31.n. 9. vbi refert S. Tho. Sylueſtrũ, & alios, quos ſequitur Moneta ca. 14. num.39. & Valentia quęſito 3. Molfeſius tract.6.cap.quarto num. 30. præciſo ſcandalo aliaque ſpeciali prohibitione, aut circumſtantia actum ipſum vitiante, huiuſmodi decimam tradi, & recipi poſſe. Ratio eſt, tum quia ex illicitè acquiſitis fieri poteſt eleemoſyna modò rei dominium pęnes tradentem ſit, nec tradens impotens fiat ad ſoluendum vt patet ex ſupradictis de eleemoſyna, & de reſtitutione; Tum quia recipiens oblationes, vel decimas rerum illicite acquiſitarum, non cooperatur actioni prauæ cum oblatio ſit verus religionis actus, & collectio decimæ ſit actus iuſtitiæ; Tum quia, qui turpiter lucratur non debet eſſe melioris conditionis eo, qui licite lucratur; niſi aliter de rationabili, vel expreſsa Eccleſiæ voluntate cõijciatur.

Vtrum vero denegari poſsint Sacramenta non ſoluentibus decimas dum ſunt ſoluendæ nec iuſtam habent excuſationis cauſam.

Reſpondeo affirmatiuè, vt patet ex dictis de Sacramentis d. 5.q. 7.p. 4.§.2.num. 20. cum S. Thoma Caiet. Nauar. & Praxi Neapolitana, quibus adde Reginaldum lib. 29. ad finem nu. 102. Molfeſium in ſum. tract.6.cap.4. num.53. & 61. Suarez lib.1. de religione cap. 38. & Alexãdrum Monetam de decimis cap. 7.num.37.

3 Quęres ſecundo, cui ſoluenda ſit decima perſonalis dum quis habet duo domicilia, in duabus Parecijs poſita, & partim habitat in vno domicilio, partim in alio.

Reſpondeo ſoluendam eſſe in illa Parecia in qua domicilium principalius habet, & in qua habitat maiore anni parte. Cap. vltimo de Parochijs. Ita Rebuffus de decimis q.2.num.2. ſi vero æqualiter habitat in duobus domicilijs, decima perſonalis diuidenda, & ęqualiter inter ipſas Parochias, vt ſi in vno domicilio habitat hyeme, in altero æſtate. Vide Suarez capit. 21. & 22. & Azorius capit. 25. quæſito 14.

SECVNDA PROPOITIO.

4 Decimæ prædiales ſoluendæ ſunt ab illis omnib. q prædia

dia titulo non ſpirituali poſſident, cap. à nobis de decimis. Soluendæ autem ſunt illi eccleſiæ cui ſubiecta ſunt prædia niſi conſuetudine intro ductum ſit, vt alteri ſoluantur cap. vltimo de Parochijs. Vide Valentiam tom. 3. diſp. 6. q. 5. pun. 5. Cardinalem Tuſcum tom. 2. Monetam cap. 7. Suarez c. 21. 28. & 31. deciſ. 64. Azor. prima parte lib. 7. c. 35. q. 14. Leſs. lib. 2. c. 39 num. 17. Regin. lib. 19. num. 89.

5 Hinc ſequitur primo omnes laicos, etiam infideles, paganos habitantes in terris eccleſiæ ſubiectis, ſeu quæ eccleſijs debentur, teneri ad ſoluendas decimas; Ratio eſt, tum quia prædia tranſeunt cū onere, & decima ſoluenda eſt illi eccleſiæ cui prædia ſubiecta ſunt. Tum quia ſic decernitur cap. quarto de vſuris. Ita Panormit. cap. de terris de decimis, Tuſcus concl. 80. Moneta cap. 5. Azor. loco cit. quæſito 2. Vaſquez in opuſculis de beneficijs cap. 1. §. vnico dub. vltimo num. 39. Suarez cap. 16. num. 6. Sylueſt. v. decima q. 7. Ob id etiam ipſi Clerici, Parochi, & Epiſcopi tenentur ſoluere decimas ex bonis, ex quibus decimæ anteà ſoluebātur; nam vna eccleſia non amittit ius decimæ ſibi debitæ, licet prædia ad perſonā eccleſiaſticam deuoluantur. Ità Leſs. num. 23. S. Thomas 2. 2. q. 87. ar. 4. Reginal. lib. 19. num. 87. Suarez c. 17. Cardinalis Tuſcus tom. 2. concl. 65. Moneta cap. 5.

Addo etiam ipſum Papam teneri niſi ſe ipſum eximat, vt patet ex allata ratione. Obiectiones vero & earum ſolutiones videri poſſunt, apud Suarez loc. cit.

6 Secundo ſequitur pia loca, vt monaſteria &c. teneri ad ſoluendas decimas niſi ob neceſſitatem excuſentur, vel niſi aliquo priuilegio, vel conſuetudine, vel alio titulo fuerint exempta, cap. nuper de decimis. Ita Valentia puncto 5. Vaſquez loc. cit. num. 37. dub. 8. Reginald. num. 88. & 93. Suarez lib. 1. cap. 17. & alij communiter. Ratio eſt, quia bona tranſeunt cum onere.

7 Tertio Clericum teneri ad decimam de eo quod percipit ex patrimonio ad cuius titulum promotus fuit, vt patet tum ex allatis rationibus. Tum quia eccleſia non debet rè ſibi debita defraudari ob ſuſceptionem ordinis ſacri. Tum quia res tranſit cum ſuo onere L. traditio ff. de acquir. rerum dominio L. alienatio ff. de potentia. Ita Molfeſius num. 39. Moneta c. 5. Riccius in praxi deciſ. 605. cum Cæpolla, & alijs.

8 Quæres primo cui onus incumbat ſoluendi decimas prędiales dū plures ex ijſdem prædijs fructus colligunt, vt ſi colonus partiarius colligat fructus cum onere, & pacto eos diuidendi cum Domino, aut ſi Dominus percipiat omnes fructus facta cum aliquibus colonis conuentione tradendi aliquotam partem in ſtipendium laboris, aut ſi Dominus locet prædia, pro certa penſione ſibi ſoluenda, aut ſi vendat ius nonnullorum fructuum conſtitutione cenſus.

Reſpondeo onus ſoluendi decimas incumbere illi qui ius primario, & principaliter habet in fructus pro rata iuris niſi hoc onus in alterum reiecerit. Ratio eſt, quia qui ſentit cōmodum fructuum par eſt, vt ſentiat onus pro rata fructuū ſibi primario debitorum.

Ex quo ſequitur primo dimidiam

decimam ſoluendam eſſe à Domino agri, & dimidiam à colono, quando Dominus agri locauit agrũ colono cum onere diuidendi fructus æqualiter, nam vterque ſentit æquale cõmodum, & vterque principaliter ius fructuum habet, nec colonus cenſetur in ſe onus ſoluendi decimam integrè ſuſcepiſſe.

Secundo integram decimã ſoluẽdam eſſe à conductore, quando Dominus locauit prædia colono ꝑ certis menſuris, aut pecunia ſibi ſoluenda, translato iure fructuum in cõductorem. Ratio eſt, tum quia Dominus tranſtulit hoc onus in cõductorem minori contentus pretio, ob onus reiectum in conductorem, & ipſius penſio iam cenſetur virtualiter decimata, tum quia cõductor in hoc caſu dicitur primario, & principaliter ius in fructus habere.

Obſeruat tamen Abulenſis in c. 23. Matthæi, q. 204. Dominum locatorem, qui prædia locauit colono, pro certa fructuum parte, vel pecunia, teneri ſoluere decimam perſonalem ex ea fructuum parte, vel pecunia, quia hoc lucrum debetur illi ratione iuris, & dominij; Hoc autẽ ius perſonale eſt, ſed hoc mihi non placet. Ratio eſt, quia decima perſonalis debetur ex lucro proueniẽte ex induſtria, & perſonali actione, hoc autem lucrum non prouenit ex perſonali actione, ſed debetur Domino ratione Dominij, & ratione fructuum, quorum ius, & onus tranſtulit in conductorem; vt bene Suarez cap. 35. num. 14.

Aduertit tamen Suarez loco cit. probabilius ſibi videri in rigore loquendo ipſum conductorem non ſolum teneri ad decimam prædialem verum etiam ad perſonalem; nam quidquid lucri ſoluta decima prædiali, ſupereſt, cenſetur lucrum propriæ actionis, & induſtriæ, ergo ex illo ſoluenda erit decima perſonalis detractis expenſis, & ęſtimatione proprij laboris. Sed oppoſitum mihi verius videtur. Tum quia conductor ſuccedit in locum locatoris, ſicut autem dictum eſt locatorem non teneri, ita etiam dicendum videtur non teneri conductorem, tum quia ſequeretur conductorem ad duplicem decimam teneri quod non eſt vſu receptum; Tũ quia conductor non percipit hos fructus titulo induſtriæ, & proprij laboris, ſed ratione vſus fructus rei, ex qua fructus prædiales percipit.

Tertio decimam prędialem non eſſe ſoluendam à colono mercenario, qui conductus fuit ad colendum agrum pro certa fructuum parte. Ratio eſt, tum quia pars debita huic colono locum tenet expenſarum, decima autem non eſt ſoluenda deductis expenſis, ſed ante omnia integro manente iure colono ad exigendam partem, quæ ſibi in ſtipendium promiſſa fuit; Tũ quia onus ſoluendi decimas incumbit illi, qui primario, & principaliter ius habet in fructus, niſi hoc onus in alterum transferat, Dominus autem agri ius habebat in fructus, nec tranſtulit onus in colonũ, cuius operam certa fructuum parte conduxit. Non nego tamen, quin hic colonus mercenarius teneatur ad decimam perſonalem, vbi receptum eſt, vt decima perſonalis ſoluatur, quia eſt lucrum induſtriæ. Ita Suarez, & Abulenſis locis citatis.

Quarto eum qui ius habet certæ penſio-

penſionis,& cēſus exigendi ex fructibus, qui colliguntur ex prædio oneri decimarū ſubiecto non teneri decimam prædialem perſoluere. Ratio eſt, tum quia penſio ſoluitur ex fructibus iam decimatis; Tum quia onus ſoluendæ decimæ ad eū pertinet, qui primario, & principaliter ius in fructus, habet, cenſualiſta autem non habet primariò ius in fructus, ſed cenſuarius, qui ſe obſtrinxit ad certam fructuum percipiendorum, partem ſoluendam; an autem cenſualiſta ideſt is, qui percipit cenſum, vt penſionem, teneatur ad decimam perſonalem colligi poteſt ex dictis in tertia illatione Teneri. In prædictis ferè omnib. traditis in explicatione dubij proximè propoſiti conſentit Panorm. ex gloſ. cap. Tua nobis de decimis. Suarez loc. cit. num. 13. Azor. p. p. lib. 7. c. 35. quæſito 4. Alex. Moneta tract. de decimis c. 6. q. 4. num. 59. & ſeqq. licet ipſi nullam tradant regulam generalem, ſed tantummodò caſus aliquos particulares afferant.

9 Quæres ſecundo vtrum Dominus agri, qui ſua culpa non percepit fructus, eo quod noluerit agrum colere, aut ab eluuione defendere, teneatur ad reſtitutionem Eccleſiæ pro decimis, quas eccleſia percepiſſet, ſi agrum coluiſſet, & defendiſſet &c.

Reſpondeo non teneri. Ratio eſt tum quia non violauit iuſtitiam non colendo agrum: obligatio autem reſtituendi ob delictum oritur ex violatione iuſtitiæ. Tum quia decima ſoluenda eſt ex fructibus collectis, non verò ex colligendis, vel ex ijs, q colligi potuiſſent. Ideò tenemur ſoluere decimas ex ſuppoſitione quod eas collegerimus, etiamſi decimæ perierint poſtquā fructus collecti fuerunt, non tamen tenemur ad ſolutionem decimarū, quas non collegimus.

Addunt aliqui DD. eum, qui iniuſtè ſegetes combuſſit, aut conculcauit, etiamſi fuerit dominus agri, teneri ad reſtitutionem decimarū, quæ ſolutæ fuiſſent, ſi ſegetes combuſſæ, aut conculcatæ non fuiſſent, nam cenſetur cauſa efficax huius damni Eccleſiæ, quæ habebat ius exigendi decimas.

Ego verò probabilius exiſtimo non teneri, quia Dominus agri non tenetur ſoluere decimas agri ex fructibus, quos ſua culpa non collegit ergo neque tenetur ſi ſegetes combuſſit antequam fructus colligeret. Prætereà qui impedit aliquē iniuſtè ne feras, aut piſces capiat, quorum decima ſoluēda fuiſſet, nō tenetur ad reſtitutionem; ergo neq; tenetur qui ſegetes nondum collectas combuſſit. Ita Molina diſp. 49. Leſſius lib. 2. cap. 5. dub. 7. num. 38. ad finem contra Couar. par. 2. §. 8. num. 18.

10 Quæres tertio vtrum eccleſia qui ius habet exigēdi decimas poſſit agere contra emptorem prædij, & ab eo decimas à venditore tempore præterito non ſolutas exigere.

Reſpondeo liberum illi eſſe exigere decimas tam ab emptore ad quem res tranſijt cum onere quam a venditore qui eccleſiā defraudauit. Ratio cur poſſit à venditore decimam exigere eſt quia fructus percepit decimam non ſoluit, & eccleſiam defraudauit. Ratio verò cur poſſit emptorem conuenire, eſt q a rem habet decimæ obligatam; Res

autem tranſit cum ſuo onere, cap. ex litteris de pignoribus, & L. Imperatores §. de Publicanis, vbi decernitur in tributis ipſa prædia nō perſonas obligari. Ita S. Thomas 2.2.q. 87. art.2. Federicus de Senis conſil.81. Tuſcus concl.65. num. 2. Panor. cap. Paſtoralis, & cap. cum homines de decimis, Leſs. lib. 2.c. 39.num.15.ad finem. Moneta ca. 6. q.3. Azor.1.p. lib. 7. cap. 35. q. 2. & 18.& alij apud Suarez cap. 38. n. 8. vbi cum diſtinctione loquitur. Poterit tamen emptor qui cogitur ſoluere decimas tantum exigere à venditore quantum valent decimæ, quia vēditor percepit fructus obnoxios decimis, non uero emptor. Ita Azor. q.2. cit. Suarez c.36.n.10.

Ex dictis colligi poſſe videtur Chriſtianos cogi poſſe ad ſoluendas decimas prædiorum pro tempore quo infideles occupantes illa prædia, decimas non ſoluerunt, quę antea ſolui conſueuerant. Ita ſentire videtur Panor. cap. de terris de decimis, & alij apud Azor. cap. 35. q.2. ſub finem.

11 Quæres quarto vtrum epiſcopus teneatur decimas ſoluere non ſolum ex bonis, ex quibus decimam anteà ſoluere conſueuerat, vt dictum eſt in prima illatione, verum etiam, quæ percepit tanquam epiſcopus ex bonis menſæ epiſcopalis.

Reſpondeo cum Panormit. cap. 2. de decimis, Moneta c 5. non teneri decimas ſoluere, niſi ſummo Pontifici. Ratio eſt, quia ſicut Parochi non tenetur ex prædijs ſuæ Parochiæ ſoluere decimas, eo quod Sacramenta alijs adminiſtrent, multò minus tenebuntur epiſcopi, qui potiori iure, & onere tenentur ſuis ouibus in ſpiritualibus ſaltem ſubuenire, ſecus dic, ſi hęc bona in aliq transferantur ceſſat enim ratio eſti mationis.

12 Quæres quinto vtrū Parochus, cuius prædia ſita ſunt intra terminos alterius Parochię, teneatur ſoluere decimas illi eccleſiæ, in cuius Parochia ſita ſunt prædia.

Reſpondeo affirmatiuè cum Rebuffo lib. 2. de decimis. Reginaldo num.88. Moneta c.4.num.79. & c.5. num.6. Gutierez cap.21.num.54.ca. 17.num.8 §.1 contrà Sotum, Arragonium, & alios apud Suarez c. 17. num. 28. Ratio eſt, tum quia in cap. eccleſiæ, cap. Si quis Laicus, 18 q.1. & cap. quicunque 16.q.1. dicitur eccleſias antiquiores non eſſe priuandas decimis prædiorū pp nouas eccleſias in eis ædificatas; ergo à fortiore non ſunt priuādæ decimis ob eccleſias in alio territorio exiſtentes; Tum quia regula generalis, eſt vt decima prædiorum ſoluatur illi eccleſiæ cui ſubiecta ſunt prædia; Tum quia eccleſia graue damnum pateretur alijs eccleſijs prædia intra ipſius terminos acquirentibus; hoc tamen intelligitur pręciſa conſuetudine in contrarium, nam legitima conſuetudine introduci poteſt, vt decima, quæ iure vni eccleſię debetur alteri ſoluatur nam iuri humano derogari poteſt per conſuetudinem. Decima autem quatenus dicit quotam debita eſt iure humano. Et adhoc facit cap. cum ſint homines. & cap. Ad Apoſtolicæ de decimis. Quantum vero temporis requiratur, vt vna Parochia poſſit iure conſuetudinis exigere decimas, quæ iure communi debentur alteri Parochiæ diſſenſio eſt inter DD. Nam Panormitanus cap. cum ſint homines Couar. & Gutier. & apud

Suarez

Digitized by Google

Suarez lib. 1. de religione cap. 22. num. 2. putant ſufficere decennium Suarez vero ibidem num. 7. Reginaldus lib. 19. nu. 95. & 97. & Molfeſius nu. 49. requirunt ſpatium 40. annorum. Hæc opinio probabilior mihi videtur; vt patet ex ſupradictis diſp. 1. quæſt. 1. puncto vltimo, §. 3. num. 32. cum eodem Suarez, Leſsio, Couar. Salas, Molina, Sanchez, & alij.

Obſerua tamen hanc conſuetudinem non extendi ad noualia antea nullo modo poſſeſſa. Ratio eſt; tum quia ad hoc facit illud axioma iuris peritorum: tantum preſcriptum, quantum poſſeſſum, & ſicut præſcriptio nō admittitur ab vno prædio ad aliud, ita neque admittitur à predio culto ad aliud omnino in cultum, ex quo nihil antea percipiebatur. Tum quia præſcriptio ſupponit poſſeſsionem, agri autem, de quibus nulli fructus antea percipiebantur non fuerunt in poſſeſsione alterius Eccleſiæ, vt ſupponimus; Tum quia ſic colligitur ex cap. tua de decimis, vbi dicitur in huiuſmodi caſibus licentiā non eſſe ampliandam, ſed potius reſtringendam. Ita Couar. loco cit. cap. 19. Gutierez cap. 21. num. 78. Suarez cap. 22. num. 9. Molfeſius nu. 48. Vaſquez loc cit. Molfeſius ca. 4. num. 79. Idem procedit in præſcriptione.

13 Quæres ſexto, an Clerici, & Epiſcopi teneantur ſoluere decimas Papæ.

Reſpondeo teneri, ſi exigantur; Poteſt enim Papa eas exigere, non ſolum à Clericis, verum etiam à Laicis. Ratio eſt, quia poteſt obligare ad ſoluēdas decimas alijs, ergo poteſt etiam pro ſe ipſo exigere, ipſe enim non eſt deterioris conditionis, alijs: de facto tamen non ſolet eas exigere præciſa Eccleſiæ neceſsitate, ſed ex beneficijs, quæ in Curia Romana obtinentur, ſolet accipere annatas, vt ait Panormit. cap. Inter cetera de offitio Iudicis ordinarij. Vide Monetam iure de hac re diſputantem toto cap. 9. Leſs. dub. 5. num. 28. Tuſcum loco cit.

An vero Epiſcopis ſoluenda ſit aliqua decima, quæ quarta nuncupatur videri poteſt apud Tuſcum conclu. 79. & apud Suarez cap. 31. & alios communiter de quarta.

TERTIA PROPOSITIO.

14 Decimę mixtę ſoluendę ſunt iuxta receptam locorum conſuetudinem, cap. Ad Apoſtolicam de decimis in fine; Ita Suarez cap. 22. num. 11. Molfeſius, & alii communiter, præciſa vero conſuetudine ſi decimæ magis accedunt ad perſonales, ſoluendæ ſunt ſicut perſonales. Si magis accedunt ad prædiales, ſoluendæ ſunt ſicut prædiales; Ideò decimæ animalium ſoluendæ ſunt eo in loco, vbi animalia paſcuntur, & commorantur pro rata temporis, nam talis decima accedit ad prædiales. Ita Gloſſa cap. Ad Apoſtolicam de decimis Azor. 1. par. lib. 7. cap. 35. quæſito 15. Cenſeo vero decimas diuidendas eſſe inter Parochias, quando animalia in vna Parochia commorantur, & in alia paſcuntur. Ita Nauar. concl. 2. de decimis, Gloſſa & Azor. locis cit. & alii apud Suarez cap. 21. n. 8. par enim eſt vtriuſque rātio; Ob id etiam quando Eccleſiæ ſunt diuerſę diuidenda videtur

tur decima animalium inter Eccleſiam, in qua ſuſcipiuntur Sacramenta, & Eccleſiam cui ſubiecta ſunt prædia, in quib. animalia paſci cōſueuerunt. Ita Reginald. num. 89. ad finem, & alij DD. cit.

15 Quæres primo, vtrum ſoluendæ ſint decimæ clericis diuitibus aut improbis.

Reſpondeo ſoluendas eſſe clericis in populi vtilitatem laborantibus, ſiuè diuites ſint, ſiuè improbi. Ratio eſt, tum quia decimæ non debentur clericis ob ipſorum inopiam, & probitatem, ſed ob laborem quem in populi vtilitatem impendunt. Tum quia Chriſtus præcepit reddi tributa Imperatori infideli & decimis improbis Iudeorū Sacerdotibus vt tradit S. Hieron. in eum locum Matthæi 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*. Vide Reginald. lib. 19. nu. 90. Monetam cap. 7. nu. 32. & 33. Panormit. cap. tua nobis de decimis, & Rebuffum de decimis quæſt. 7. n. 15. Syluest. v. decima nu. 14.

16 Quæres ſecundo quot peccata committant qui decimas non ſoluunt.

Reſpondeo committere duo peccata. Primum eſt contra Iuſtitiam quia faciunt contra ius ꝙ alter habet ad exigendas decimas, conſequenter tenentur ad reſtitutionem niſi decimas ſoluunt dum petuntur iuxta locorum conſuetudinem, immo tenentur ad reſtitutionem non ſolum quando nullam decimam, omnino ſoluunt verum etiam quando ſoluunt tantummodo partem, aut quando mala fide aſſignant partem deteriorem. Sicut enim non tenentur eligere partem meliorem, ad ſoluendas decimas, ita neque poſſunt eligere deteriorem, ſed mediocrem prout res ſe offert ſeruata bona fide. Ita Leſſ. lib. 2. cap. 39. d. 3. nu. 16. Suarez lib. primo cap. 12. num. 12. & cap. 36. de decimis, Azor. cap. 14. quæſt. 8. & alij. Secundo peccare vidētur peccato Sacrilegij, qa ex Card. Tuſco concl. 71. num. 1. Molfeſio, & alijs quia non ſoluunt rem Eccleſiæ debitam ob ſacrum miniſterium, & ſacris vſibus deputatum, propterea hoc peccatum appellatur ſacrilegium apud Canones quamquam propriè & ſtrictè loquendo mihi non videtur ſacrilegium quia decima ſecundum ſe eſt res temporalis, nec vſui ſacro vt ſic videtur deſtinata.

17 Quæres tertio vtrum in ſoluēdis decimis detrahendę ſint expenſæ factę in fructibus colligendis ſeu in colendis agris, vel in alio lucro percipiendo.

Reſpondeo in ſoluēdis decimis prædialibus non eſſe detrahendas expenſas factas in colendo agro, aut in meliorandis prædijs, vel domibus neque detrahendam eſſe ſeminis æſtimationem, aut tributum vel cenſum qui alteri ſoluitur, ſed ante omnia ſoluēdas eſſe decimas ex omnibus fructibus antequam deducantur expenſæ, vel tributa, aut alia debita, cap. cum non ſit, cap. quod non eſt in poteſtate, cap. paſtoralis, & cap. tua nobis de decimis, vbi aſſignatur ratio quia ſoluūtur decimæ in recognitionē dominij vniuerſalis Dei quod cum excedat omnia dominia, & iura, ſeq; ad omnes fructus extendat, æquum eſt vt ante omnia debita ſoluantur decimæ in recognitionem dicti dominij. Ita DD. ſtatim cit.

Hinc ſequitur decimas ſoluendas

eſſe

Digitized by Google

eſſe ex fructibus collectis nondum detractis expenſis, aut tributis, aut penſione cenſuali alteri ſoluenda. Ideò verum eſt illud axioma decimam integre ſoluendam eſſe nulla prius deducta penſione. Cõtractus enim de ſoluenda penſione celebrari non potuit cum iniuria, & dãno Eccleſiæ, vt bene Suarez capit. 35. num. 12. & alij communiter.

Dixi in ſoluendis decimis prædialibus ad diſtinctionem decimarum perſonalium, ex quibus detrahendæ ſunt expenſæ; nam decimæ perſonales ſoluuntur ex lucro acquiſito per hominis induſtriam; lucrum autem dicitur, quod ſupereſt deductis expenſis. Ita Suarez ca. 23. & 35. num. 10. Leſſius lib. 2. cap. 39. dub. 3. num. 16. Azor. cap. 35. q. 4. circa medium, Reginaldus lib. 19. num. 101. Valentia tomo 3. diſp. 6. quæſt. 3. pun. 3. Molfeſius tract. 6. cap. 4. num. 51. Vaſquez in opuſculis tract. de benefitijs §. vnico dub. 6. num. 32. Cardinalis Tuſcus tom. 2. conclu. 66. & 68. num. 1. Germinianus conſilio 85. num. 2. Alexander Moneta cap. 6. quæſito 4. concluſ. 2. & 3. Toletus libro 6. capitolo 20.

PVNCTVM IV.

Quandonam, & vbi ſoluendæ ſint decimæ.

1 *Decima perſonalis vel prædialis vbi ſoluenda ſit.*

2 *An decima ſoluenda ſit antequam petatur.*

3 *Vbi decima ſoluenda ſit.*

PRIMA PROPOSITIO.

1 Decima perſonalis ſoluenda eſt poſt lucrum acquiſitum. Ratio eſt quia talis decima ſoluitur ex lucro, ergo ſoluenda eſt poſt lucrum acquiſitum ſeruata tamen conſuetudine quæ alicubi inualuit vt in fine anni ſoluatur. Ita Leſsius loco cit. num. 26. ad finem, Reginal. num. 98. Molfeſius nu. 52. Moneta num. 6.

Decima vero prædialis ſoluenda eſt ſtatim ac fructus collecti ſunt ſiue ager pluries in anno fructus ferat ſiue ſemel tantum. Ratio eſt tũ quia debetur ex fructibus collectis Tum quia ſic decernitur cap. cum homines de decimis. Ideo decima ex fructibus animaliũ ſoluitur quando fœtus peruenit ad ſtatum vtibilem, decima ex caſeo debetur poſtquam caſeus perfectus eſt lege ſi eius de vindicatione. Seruanda tamen eſt conſuetudo quæ pro loco tempore, & rei qualitate recepta fuerit, vt bene Leſs. dub. 3. num. 16. Suarez cap. 37. Reginal. nu. 98. Molfeſius num. 52. Moneta cap. 6. q. 2.

2 Quæres vtrum decimæ ſoluendæ ſint antequam petantur.

Reſpondeo ſtandum eſſe conſuetudini, nam alicubi ſoluuntur, antequam exigantur alibi non ſoluuntur niſi exigantur iure tamen communi videntur ſoluendę antequam petantur nam debitum ſoluendi decimas non pendet a petitione illius, cui ſoluendæ ſunt cum ab ipſo non fuerint impoſitę quãuis ipſius vtilitatem reſpiciant. Præterea terminus interpellat pro creditore, ergo non eſt neceſ-

ſe vt explicite petatur a creditore. Vide Suarez cap.12. num. 12. cap. 37.num.1 & 2.& cap.38. Monetam cap.6.conclu.3. Azor.cap.25.q. 17. & Leſſ.dub.3. num. 14.& 16. contra nonnullos alios apud Suarez c. 37.nu.2.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 Decima ſoluenda eſt in loco in quo ex recepta conſuetudine ſolui conſueuit. Potuit enim in hac re legitima conſuetudo introduci cum non aduerſetur diſpoſitioni iuris ob id Suarez ca.37. Regin.num 99.& alij putant hanc cõſuetudinem ſeruandam eſſe ſi ſpatio decem annorum fuit introducta & vſu recepta quamobrem pluribus in locis vſu receptum eſt vt fructibus collectis admoneatur is cui ſoluendę ſunt decimæ vt accedat ad aream ad ſuos fructus recipiendos antequam fructus indecimati in horrea mittãtur, (par enim non eſt vt ipſo inconſulto fructus inhorrea mittantur, quia periculum eſſet alicuius deceptionis & fraudis, & quod omnes tangit ab omnibus approbari debet reg. 29. iuris in ſexto) quod ſi admonitus, & requiſitus renuat accedere ad ſuam decimam recipiendam poterunt fructus inhorrea mitti relicta decima in agro in quo ſolui conſueuit, niſi aliter ferat conſuetudo. Ita Suarez loco cit. num. 8. Reginald. num.100.Couar.1. var.cap.17. Molfeſius loco cit. nu.50.

An vero fideles teneantur proprijs expenſis deferre decimam inhorrea Clericorum diſſenſio eſt inter DD. mihi dicendum eſt cum Suar.loco cit. num.7. Rota, Molfeſio, & alijs per ſe loquendo non teneri quia ius hoc non præcipit. Contrarium tenet Tuſcus conclu.67.nu. 8.& alij quamplures apud Monetã cap. 6.

Dixi per ſe loquendo nam ſi legitima conſuetudine receptum ſit, vt laici decimam inhorrea Clericorum deferant ſeruanda erit conſuetudo quia vim legis habet. Erit autem legitima conſuetudo ſufficiens ad hanc obligationem inducendam ſi ſpacio decem annorum tanquam ex obligatione ſeruata fuerit, nam conſuetudo quæ iuri nõ aduerſatur ſpacio decem annorum introduci poteſt, & vim legis habere. Ita Suarez cap.37. num. 8. ad finem, Molfeſius loco citato & alij quamplures quos ſupra retuli de legibus.

PVNCTVM V.

Quibus modis tolli poſsit obligatio ſoluendi decimas.

1 *Obligatio ſoluendi decimas tolli poteſt priuilegio Papæ.*
2 *An priuilegium ſine cauſa conceſſũ valeat.*
3 *Poteſt etiam tolli per compoſitionem.*
4 *Auferri etiam poteſt conſuetudine & præſcriptione.*
5 *Non eſt idem acquirere ius decimarum, & fieri immunem a decimis.*
6 *Quantum temporis requiratur ad præſcribendas decimas titulo præſcriptionis vel conſuetudinis.*
7 *Solutio illius difficultatis qua quæritur vtrum communitas facta fuerit*

rit immunis ab obligatione decimarum, eo quod multis annis decimam non ſoluerit.

PRIMA PROPOSITIO.

1 OBligatio ſoluendi decimas quatenus decimæ dicunt quotam fructuum ideſt determinatam partem poteſt priuilegio Papæ condonari, & auferri. Ratio eſt qa obligatio ſoluendi decimas eſt inducta auctoritate Papæ ergo poteſt auctoritate Papæ auferri res enim per quas cauſas naſcitur per eaſdẽ diſſoluitur. Ita ſentire debent DD. aſſerentes decimas quatenus dicunt quotam deberi iure eccleſiaſtico.

Dixi quatenus dicunt quotam fructuum quia decima ſi conſideretur non quatenus dicit quotam, ſed quatenus dicit eam partem quę neceſſaria eſt ad ſuſtentationẽ miniſtrorum eccleſiæ non poteſt auctoritate Papę auferri niſi aliunde prouiſum ſit de neceſſarijs ad illorum ſuſtentationem. Nam huiuſmodi decima debetur iure diuino, & naturæ, in quo Papa diſpenſare non poteſt. Vide Suar. c. 14. Sylueſt. v. decima q. 5. Reginal. lib. 19. num. 96. Rebuffum tract. de decimis q. 13. Azor. c. 37. q. 6. Vaſquez in opuſc. de beneficijs c. 1. §. vnico nu. 24. dub. 4. Molfeſius in ſum. tract. 6. c. 14. n. 47. Monet. c. 5. num. 46.

2 Vtrum vero priuilegium non ſoluendi decimas conceſſum ſine cauſa à Sede Apoſtolica validum ſit.

Reſpondetur valide quidem, ſed illicite concedi, vt patet ex dictis de diſpenſationibus cum Sanchez, Salas, & alijs quibus adde Suarez loco cit. c. 15. Molfeſium, & Reginald. loc. cit. Videndus eſt Suar. loc. cit. c. 17. & ſeqq. vbi plura differit de Priuilegijs quibus ius decimarũ acquiritur, vel amittitur, & cap. 20 num. 6. optime oſtendit priuilegiũ non ſoluendi decimas monaſterio conceſſum amitti alienatione prædiorum quæ virtute priuilegii monaſterio conceſsi ab onere decimarum exempta erant. Idem in ſimili tradit Moneta c. 5. nu. 25. cum Baldo, & aliis. Nam illud priuilegium non erat reale, ſed conceſſum erat intuitu religionis, ergo ceſſat alienatione prædiorum alias rationes adducit Suarez quæ apud ipſum videri poſſunt.

SECVNDA PROPOSITIO.

3 OBligatio ſoluendi decimas in futurum auferri poſſe videtur per compoſitionem interueniente Sum. Pont. auctoritate. Ita DD. ſtatim citandi. Ratio eſt quia ſicut poteſt auferri per priuilegium Papæ Ita etiam per compoſitionẽ interueniente ipſius conſenſu abſq; conſenſu vero Papæ per ſolã Epiſcopi auctoritatem auferri non poteſt obligatio ſoluendi decimas in futurum. Ratio eſt tum quia decima iure communi debetur Eccleſijs, & ius commune non poſſit per Epiſcopũ auferri; ſequitur obligationem ſoluendi decimas in futurũ cum ſolo Epiſcopi conſenſu auferri non poſſe. Tum quia ad alienationem iurium, & bonorum eccleſiaſticorum præſertim factam ſine euidenti eccleſiæ vtilitate requiritur aſſenſus Apoſtolicus, vt patet ex dictis de contractibus loco proxime cit. Vide Azor. loc. cit. q. 5. Monetam

tam c.5.Suar.loc.cit.c.14. 20. & 38. num.*6*.& 7. Molfeſium n.*66*. An vero Prælatus eccleſiæ aut beneficiarius poſſit decimas ſibi debitas cōdonare perſpicuum eſt poſſe quia iure ſuo cedere poteſt Immo etiam Prælatus eccleſiæ poteſt iuſta de cauſa abſque aſſenſu apoſtolico cō poſitionem, vel remiſsionem facere de præteritis decimis quia nulla interuenit ſimoniæ labes vel prohibitio. Ita Moneta c.4.num.*76*. Suar.c. 28.num. *6*. Molfeſius n.*66*. Moneta n.12.c.*6*. Toletus locis cit. cum Panormit. Nauar.& Caiet.

TERTIA PROPOSITIO.

4 PEr cōſuetudinem, & præſcriptionem auferri poteſt obligatio ſoluendi decimas quatenus decima dicit quotam fructuum id eſt certam partem puta decimam ſextam, vel quintam. Ita Suar.loc. cit.cap.12. Leſs.Azor.Molfeſ.& alij communiter. Pro intelligētia iſtius propoſitionis.

Aduertendum eſt primo conſuetudinem, & præſcriptionem inter ſe differre. Primo quia ad conſuetudinem introducendam requiritur conſenſus communitatis, ad pręſcriptionem vero ſufficit factum perſonæ peculiaris; vnde conſuetudo dicitur quid iuris; præſcriptio quid facti, & ſicut per conſuetudinem acquiritur ius Communitati, ita pręſcriptione acquiritur ius priuatis perſonis. Secundo quia ad præſcriptionem requiritur bona fides, ad conſuetudinem vero non requiritur bona fides nec titulus iuxta ſupradicta de conſuetudine in tract.de Legibus.

5 Aduertendum eſt ſecūdo aliud eſſe acquirere ius exigendi decimas aliud fieri immunem à decimis; nam laici poſſunt legitima cōſuetudine; vel pręſcriptione fieri immunes à decimis non vero poſſunt præſcribere ius primarium decimarum, vt patet ex dictis de præſcriptione. Sunt enim incapaces iuris ſpiritualis, vt bene Azor c. 34. & 36. Vaſquez dub.7. Suar.cap.30. Molfeſius, & Reginaldus locis cit. Card.Tuſcus tomo 2.concluſ.72.& alij communiter apud Alexandrum Monetam tract. de Decimis cap.5. concluſ.6.num. 114. Dico ius primarium, vt aduertam ius decimarum eſſe duplex primarium ſcilicet, & ſecundarium. Primarium eſt ius exigendi decimas pro miniſterio eccleſiaſtico, & hoc ius non poteſt laicis competere, aut vllo tempore præſcribi cap. 7. de præſcriptione, & cap.ad hæc 15.de decimis ratio eſt quia hoc ius eſt quid ſpirituale, vtpotè fundatum in titulo ſpirituali; ſecundarium vero eſt illud quod alicui competit non ratione miniſterij eccleſiaſtici, ſed alio titulo; vt eſt ius quo nonnulli Principes poſſunt ex Priuilegio Papę decimas exigere, vt eccleſiam tueantur, aut ius quod alicui confertur ab eo qui ius primarium habet, vt ſi habens ius exigendi decimas pro ſacro miniſterio conferat alteri aliud ius ad eas exigendas, vt ſi donet alteri fructus, aut vendat, vt elocet. Hoc enim ius, quod donatione, aut venditione, aut elocatione obtinetur ab eo, qui ius primarium habet dicitur ſecundarium, & præſcribi poteſt à laicis non vero primarium, quia laici ſunt incapaces iuris ſpiritualis, non vero fructuum decimarum, qui temporales ſunt. Ita Valentia

Digitized by Google

lentia loc.cit.p.4. Suarez lib.1.cap. 25.num.3. Molfeſius num.57.Vaſq. num.35. dub.7. & alij locis citatis. Quãto autem tempore hoc ius prę ſcribi poſſit à laicis patet ex dictis de præſcript. Vide Suarez cap. 27. Vaſquez dub.7. Couar.ca.17.Molf. num. 59.

6 Aduertendum eſt tertio ad prę ſcribendum aliquid contra eccleſiam in ijs, quæ ſimul ſunt contra ius commune requiri ſpatium quadraginta annorum cum titulo, aut ſaltem tempus immemoriale ſine titulo poſito enim tempore immemoriali præſumitur bona fides, & titulus; quod ſcilicet maiores obtinuerint priuilegium exemptionis, aut alia ratione onus ſoluendi decimas compenſauerint, vt docui de contract.diſp.1.q.vltima p.2.§.2.n. 25. & 26. cum Maſcardo, Couar. Tuſco,& alijs. Hinc ſequitur Clericum non poſſe decimam ſine titulo præſcribere niſi ſpatio immemorabili.Ita Couar loc.cit.num.7. Vaſq. loc.cit. dub.7.n. 86. Molfeſius tract. 6.cap.4.Suar.cap. 27. Tuſcus concl. 63.n.10. Ad hoc vero vt quis per cõſuetudinem fiat immunis à decimis,requiritur, vt communitas conſueuerit non ſoluere decimas ſpatio quadraginta annorum, quamuis enim in abrogandis legibus eccleſiaſticis nonnulli DD.requirant tantummodo decẽnium, tamen ad introducendam legitimam conſuetudinem contra ius eccleſiæ requiritur ſpatium quadraginta annorum ex S.Tho.2.2.q.89.art.1. ad 5.Vaſq. lo.cit.dub.2.& 3.Molf.lo.cit. Azor. c.37.q.2.nu.45.Regin.lib.19.nu.97. verſ. neque videtur Moneta ca.5.n. 103.Valent.loc.cit.pun.2. Suar.lib. 1.de relig.cap.12.& cap.13.Couar. 1.var.c.17.n.8.& Leſs.lib.2.c.6.n.47. dub.14.& ali,s, quos ſupra retuli de legib.diſp.1.q.1.pun.vlt.§.3.num.32 his poſitis.

Dico primò obligationem ſoluẽdi decimas quatenus decimę dicunt certam partem fructuum,poſſe per conſuetudinem communitatis quadraginta annorum ſpatio auferri. Ratio eſt quia lex per conſuetudinem abrogari poteſt, ergo poteſt etiam abrogari obligatio ſoluendi decimas, quia ex lege eccleſiaſtica originem trahit. Ita DD.citati.

Dixi quatenus decimæ dicunt certam partem fructuum, ſeu quotã,quia ſi decima non conſideretur quatenus dicit quotam, ſed quatenus dicit partẽ fructuum neceſſariã ad ſuſtentationem miniſtrorum eccleſię obligatio ſoluendæ huiuſmodi decimæ non poteſt per conſuetudinem abrogari, quia huiuſmodi decima debetur iure naturæ, conſuetudo autem non poteſt legẽ naturalem abrogare.Ita DD.cit.

Dico ſecundo particulares perſonas liberari poſſe, & immunes fieri per legitimam præſcriptionẽ ab obligatione decimarum. Ita DD. cit.quibus adde deciſ.Rotæ 303. apud Farin.n.3. legitima præſcriptio in hac materia contingit quando quis conſueuit non ſoluere decimas per tempus immemoriale, nullo interueniente titulo, aut qñ conſueuit non ſoluere ſpatio 40.annorum interueniente titulo ſaltẽ probabiliter præſumpto, vt dictum eſt in tertio aduertendo; quæ autem dicatur immemorialis poſſeſſio, ſiue tempus immemoriale diſſenſio eſt inter DD.nã Ant.Gab.comm.1. lib.5.tit.de præſcr.concl.1.num.71.

Mone-

Digitized by Google

Moneta de decimis cap.5.nu.75.& alij putant poſſeſsionem centenariam appellari immemorabilem; alii verò rectius meo iudicio cenſent eam dici immemorabilem, cuius initij non extat memoria, ſiuè poſſeſsio ſit maior contenaria, ſiuè minor; hæc autem poſſeſsio probari, poteſt, tum per antiqua inſtrumenta, tùm per teſtes aſſerentes ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & nunquam vidiſſe contrarium, & idem à maioribus audiuiſſe, ſicque communiter teneri ab ijs, inter quos huius rei cognitio eſt. Ita Gab. & Monet. locis cit. Couar.reg. poſſeſſor 2 par.§.3.num.7. Maſcardus probat conclu. 483. Menoch. de præſump. lib. *6*. præſumpt. 86. qui in hac re videri poterunt dum caſus ita poſtulauerit.

Ex dictis colligi poteſt irretitum excommunicatione, ſi à Papa priuilegium obtineat non ſoluendi decimas, ſicque prætextu talis priuilegij bona fide non ſoluat decimas ſpatio 40. annorum titulo pręſumptionis remanere in futurũ liberũ, & immunem ab obligatione decimarum, nam intercedit bona fides cum titulo præſumpto, & legitimo tempore, licet enim priuilegium excommunicato collatum ſit inualidum, niſi obtineatur cum abſolutione ab excommunicatione; nihilominus cum excommunicatio ignoretur, præſumitur priuilegium validum eſſe, & titulum verum eſſe, ſpatio autem 40. annorum cum bona fide; & titulo pręſumpto currit præſcriptio contra ius commune cap. 1. de præſcriptione in *6*. Ita DD. cit.

7 Ex dictis colligi poteſt ſolutio illius difficultatis, quæ annis præteritis propoſita fuit in congregatione Pœnitentiariæ Mediolanenſis me præſente, & conſulente. Vtrum videlicet populus cuiuſdam oppidi, qui decimam ſuo Parocho ſpatio 40. annorum non ſoluerat immunitatem decimarũ acquiſierit. Ego Reſpondeo affirmatiuè non propter præſcriptionem, cum elapſum non ſit tempus immemorabile, ſed propter conſuetudinem, quia communitas illius oppidi decimam ſpatio 40. annorum non ſoluere conſueuerat; per conſuetudinem autẽ commmunitatis ſpatio 40. annorũ acquiritur immunitas decimarum, etiamſi non adſit titulus, nec bona fides, modo tamen Parocho aliunde prouiſum ſit de neceſſarijs ad ipſius ſuſtentationem.

Neque obſtat obiectio, quam vir eruditiſsimus nixus auctoritate Suarez in contrarium afferebat contẽdens prædictum populum ab obligatione decimarum immunem non eſſe, eo quod ad illius populi conſudinem non acceſſerit conſenſus Papæ.

Reſpondetur .n. adfuiſſe cõſensũ tacitum iuxtà ea, quæ ſuperius tradidi de legibus loco proximè citato num 34. ad introducendam autem conſuetudinem, qua lex antiqua abrogetur non requiritur expreſſus conſenſus Principis, ſed ſufficit tacitus, ſeu iuridicus. Neque mihi aduerſatur Suarez cum dicat obligationem ſoluendi decimas, abrogari poſſe per conſuetudinem, præſertim ſi intercedat conſenſus ſummi Pontificis notanda enim eſt illa particula præſertim, quæ non excludit conſenſum tacitum, & iuridicum, ſed hunc ſenſum parit, obligationem ſoluendi decimas abrogare

rogari poſſe per conſuetudinem maximè interueniente Summi Pontificis conſenſu expreſſo, & perſonali, quis autem dicatur conſenſus iuridicus tacitus, vel expreſſus patet ex dictis de legibus loco proxime citato.

PVNCTVM VI.

Coram quo Iudice petenda ſit decima, & cauſa decimæ agendę.

1 *Decima vt dicit ius percipiendi fructus ob ſacrum miniſterium petenda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico.*

2 *Iudex Ciuilis non poteſt ſimul cum Eccleſiaſtico cauſam decimarum cognoſcere.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Decima petenda eſt coram Iudice eccleſiaſtico, & non ciuili, Ita DD. ſtatim citandi. Ratio eſt, tum quia cauſa decimarum eſt eccleſiaſtica, cum decimæ ob ſacrum miniſterium debeantur cauſa autem ſpiritualis, & eccleſiaſtica coram Iudice eccleſiaſtico agenda eſt, cap. Parochianos de decimis; tùm quia ſic decernitur ca. Ad hęc de decimis.

2 Hinc colligi poteſt Iudicem ciuilem non poſſe ſimul cum Iudice eccleſiaſtico cauſam decimarum cognoſcere etiam titulo compromiſſi, cap. contingit de arbitris, Ita Cardinalis Tuſcus concluſ. 73. num. 7. Suarez, Moneta, Molfeſius, & alij DD. ſtatim citandi. Quamquam Summus Pōtifex poteſt Principi ſeculari dare facultatem cognoſcendi cauſas decimarum, vt colligitur ex ſupradictis, ſicut etiā poteſt illi priuilegium exigendi decimas concedere, vel eas dare in feudum ob benemerita erga Eccleſiam, vel titulo permutationis, vel donationis; Sicut etiam Epiſcopus ante Concilium Lateranenſe celebratum ſub Innocentio tertio poterat eas in feudum dare, nunc vero non poteſt, quia facultas illi adempta eſt, cap. quamuis 17. de decimis, niſi fortè dicamus cum Moneta num. 59. Molfeſio, Regin. & alijs Epiſcopum non poſſe propria auctoritate ius percipiendi decimas concedere laico, poſſe vero ipſaſmet decimas, ſeu fructus concedere, vt eas quodammodo nomine eccleſiæ percipiat. Vide Suar. c. 26. & 38. n. 16. Vaſquez dub. 7 Valentiam tom. 3. diſp. 5. quæſt. 5. pun. 5. Molfeſium tract 6. cap. 4. nu. 67. Monetam cap. 5. & 8. Reginaldum num. 92. Azorium lib. 7. cap. 36. & Leſſium dub. 4. num. 18. & 19. Cardinalem Tuſcum tom. 2. concl. 72. & 75. Aduerte tamen cum Suarez & Azorio locis cit. beneficiarium, cui ſublati ſunt à laico fructus decimarum, qui iam ſoluti erant, poſſe coram ſeculari Iudice hanc cauſam agere, nam in cauſa temporali ſequendum eſt forum rei, fructus autem ſunt res temporalis, non ſpiritualis, nec amplius connexionem habent cum titulo ſpirituali; Verum hæc intelligenda ſunt modo aliter, non poſtulet priuilegium iuriſdictionis Epiſcopi particularis, ſed ius commune ſpectetur iuxta dicta in octauo decalogi præcepto.

PVN-

PVNCTVM VII.

An lata ſit aliqua pœna contra non ſoluentes decimas aut earum ſolutionem impedientes.

1 *De pœnis latis contra impedientes, vel non ſoluentes decimas.*

VNICA PROPOSITIO.

1 Contra non ſoluentes decimas, aut impedientes earum ſolutionem lata eſt excõmunicationis pœna cõminatoria, vt cõſtat ex Tridentino ſeſſ.25. de Reformatione cap.12. & cap. ſtatuimus 16. quæſt. 1. Verum tamen eſt eum cui decima condonata eſt ab eo, cui ſoluenda erat, non ſubiacere excommunicationi, vt patet ex dictis de cenſuris diſp. 1. q.2. pun. 4. Addit Tridentinum loco cit. ſubtrahentes decimas, aut earum ſolutionem impedientes non ſolum excommunicandos eſſe, verum etiam non eſſe abſoluendos, niſi facta plena reſtitutione intellige modo non adſit impotentia reſtituendi, vt docui de cenſ.diſp. 1. q. 3.pun. 9. nu. 4. vt in terminis tradit Henriquez lib. 13.cap.28.num.1.lit. B. Nauar. in Manu.cap. 17. nu. 59. ad finem Moneta cap. 8. q. 5. Molina de Iuſtit. tract.2. diſp. 756. num. 5.pag. 1098. Sanchez in opere morali lib.2.cap.20.num.19.ſub finem & Rodriquez in ſum. 1. parte cap. 87. nu.8. Ratio eſt tum quia Concilium Tridentinum videtur ei abſolutionem denegare, qui tenetur reſtituere, & peccat non reſtituendo; tùm quia non eſt veriſimile Concilium velle pœnitentem obligare ad impoſsibile. Extant etiam peculiares pœnę contra Religioſos, nam Clementina 1. de decimis extat ſuſpenſio ab adminiſtratione officii, vel beneficij contra Religioſos, qui iniquè vſurpant decimas ad ſe non pertinentes, vel in hoc defraudant Eccleſiam aliquo ex modis ibi recẽſitis.ſi intra duos menſes requiſiti ſatisfactionem nõ præſtiterint. Immo etiam extat excommunicatio contra Religioſos, qui non habentes officia, vel beneficia ſibi applicare præſumunt noualia, aut alias decimas Eccleſiis debitas, vel alios retrahunt à ſoluendis decimis; hæc tamen excommunicatio iure communi non eſt reſeruata. Vide Azorium loco cit. cap.37.quæſito 9. Toletum lib.1.ca. 39.num.3. Nauar.cap.27.num. 138. Sylueſt.excom. 9.nu.72.caſu 26.

Lata ẽt eſt excõmunicatio contra religioſos confeſſarios, qui pœnitentibus conſcientiæ ſcrupulum circa decimarum ſolutionem facere negligunt, Clement. cupientes de pęnis. Vide Suarez de cenſuris diſp.31. ſect.6.num.21. Syluest.loco citato num.88 caſu 45. Nauar.cap. 27.num.145. Azorium loco citato, Monetam cap. 5. num. 19. Toletum lib.6.cap 20.ad finem nu.6.

PVNCTVM VLT.

De primitijs, & oblationibus.

1 *Quid nomine primitiarum intelligatur.*

2 *Vtrum fideles ad primitiarum ſolutio-*

lutionem obligentur.

3 *Quid nomine oblationum intelligatur.*

4 *Ad quem pertineant oblationes.*

DVO principaliter explicabo in hoc puncto. Primo quid nomine primitiarum intelligatur. Secundo quid nomine oblationis.

PRIMA PROPOSITIO.

1 NOmine primitiarum intelliguntur primi fructus, qui ex agris, aut arboribus percipiuntur, Deoque immediatè offeruntur in recognitionem beneficiorum, quę à Deo accipiuntur. Ita DD. infra citandi.

2 Quęres vtrum fideles aliquo iure ad primitiarum ſolutionem obligentur.

Reſpondetur nullo iure obligari; quia nullum ius afferri poteſt in noua lege obligans ad primitias ſoluendas, vel ſi aliqua lex, aut præceptum alias extitit dicendum eſt contraria conſuetudine abrogatū fuiſſe. Ita S. Thomas 2.2. q.86. Suarez tom.1. de relig. lib.1. de diuino cultu cap.5. nu.2. & cap. 8. qui hoc idem afferunt de oblationibus, cōtra Azorium cap.38. q.2. & alios, oſtenduntque obligationem ſoluendi decimas poſſe per conſuetudinē, introduci ſpatio decem annorum. de qua re nos alibi diſſeruimus.

SECVNDA PROPOSITIO

3 NOmine oblationis intelligitur quidquid Deo in recognitionem dominij, & excellentię ipſius offertur, ſiuè ſint primi fructus, ſiuè alii, ſiuè ſit aliqua res mobilis, ſiue immmobilis. Ita DD. ſtatim cit.

Ex dictis colligi poteſt quomodò primitię, & oblationes differant inter ſe, & à decimis, nam primitiæ, & oblationes offeruntur in cultum, & honorem Dei, decimę offeruntur ad ſuſtentationē miniſtrorū Eccleſiæ tanquam ipſis debitæ. Ita S. Thomas 2.2. q.85. art.3. Reginaldus lib.19. num.86. Azor. 1. par. lib. 7. cap. 38. q.6. & 9. Suarez tom.1. de relig. lib.1. cap.3. Molfeſius in ſum. tract.6. cap.4. num.27. Azor 1. parte lib.7. cap.38. q.9. Moneta de decimis cap.2. num.9. quamplures alios DD. allegans.

4 Quæres ad quem pertineant oblationes.

Reſpondeo iure communi pertinere ad Rectorem, ſiue Parochum illius Eccleſiæ, vel ſacelli, vel imaginis, in qua fiūt oblationes iuxta Abbatem in capite Paſtoralis de ijs, quæ fiunt à Prælatis, & Azorium li. 7. cap. 38. Reginald. lib. 19. num. 85. Hoc tamen mihi limitandum videtur, niſi offeratur hac intentione, vt in honorem, vel ornatum imaginis, vel ſacelli inſumantur, ſicut enim legatum perſoluendū eſt iuxta mentem diſponentis, ita oblationes iuxta mentem offerentis.

Dixi iure communi, vt aduerterē aliquibus in locis aliter receptum eſſe per contrariam conſuetudinē, vel præſcriptionem q̃ hac in re ſeruāda eſt, quia cōſuetudo vim legis habet, & præſcriptio ius confert. Vide Suar. to.1. de relig. tract.2. c.7. & Marianum Socinum de oblationibus vbi de his fuſiſſimè diſputat præterea vidēda ſunt Acta Eccleſię Mediolanenſis, in quibus multa ad oblationes pertinētia decernītur.

Ro-

Rogabis ad quem pertineant oblationes, quæ ad manum ſacerdotis in miſſa fieri ſolent.

Reſpondeo ex conſuetudine ferè communiter recepta pertinere ad Parochum, vel ad alium Sacerdotem, ad cuius iuriſdictionem actare ſpectat, vt bene obſeruat Reginaldus lib. 19. nu. 85. vt colligitur ex dictis in præced. Hoc tamen limitandum eſt cum Azorio q. 13. modo non tradantur Sacerdoti tanquam ſtipendium ſui laboris.

Quæ vero perſonæ admitti poſſint ad oblationes, vel ex quibus rebus faciendæ ſint oblationes, videri poteſt apud Suarez cap. 6. & 7. & apud Azorium cap. 38. q. 17.

Et hæc dicta ſint in honorem omnipotentis Dei, Beatiſſimæque Virginis ſaluo ſemper in omnibus meliori iudicio.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

Continens ſingulas diſputationes, quæſtiones, puncta paragrapha, & difficultates, quæ in vniuerſo Tractatu de Legibus, & Peccatis, & Decalogo continentur.

DISPVTATIO PRIMA.

De legibus in genere, & in particulari.

QVAESTIO I.

De ijs, quæ pertinent ad legem præceptiuam, & pœnalem.

Punctum I. Quid ſit lex. pag. 3
Punctum 2. Quotuplex ſit lex. 7
Punctum 3. Quis poſſit legẽ condere 12
Punctum 4. Quanam conditiones requirantur ad legem condendam. 36
Punctum 5. De materia legum. 54
Punctum 6. De ſubiecto legum de ijs videlicet, qui legum obligatione afficiũtur. 59
Punctum 7. De effectu legis humana. pag. 87
§ 1. *Vtrum lex humana obliget, aut obligare poſſit in conſcientia.* Ibid.
§ 2. *Vtrum lex pœnalis obliget in conſcientia.* 88
§. 3. *Vtrum lex iniuſta obliget in conſciẽtia.* 106
§. 4. *Vnde poſſimus cognoſcere legẽ humanam ſub mortali obligare.* 114
§. 5. *Vtrum actus factus contra legem prohibentem, vel irritantem, aut preſcribentem certam ſolemnitatem irritus ſit, & inualidus.* 125
Punctum 8. Quomodo explicanda ſit lex humana. 136
Punctum 9. Quibus actibus ſatisfiat præcepto. 151
Punctum 10. Qua intentione ſatisfaciendum ſit præceptis ſeu legibus. 154
Punctum vlt. Quibus modis, ſeu quibus de cauſis lex, & ipſius obligatio ceſſet pag. 163
§. 1. *Vtrum lex ceſſet per contrariam legem vel per ipſius diſpenſationẽ.* 163
§. 2. *Vtrum lex ceſſet per ceſſationem cauſa, vel per Epicheiam.* 165
§. 3. *Vtrum lex ceſſet per contrariam cõſuetudinem.* 169

QVAESTIO II.

De Diſpenſationibus.

Punctum I. Quiſnam diſpenſare poſſit in lege humana. pag. 188
Punctum 2. Quid requiratur, quidq; ſeruandum ſit, dum aliqua diſpenſatio de mandato Summi Pontificis expeditur. 197
Punctum 3. Vtrum ad diſpenſationẽ cauſa requiratur. 205
Punctum 4. Vtrum diſpenſatio ob narrationẽ falſi aut taciturnitatem veri inualida, ſeu obreptitia, & ſubreptitia redd datur. 218
Punctum 5. Vtrum diſpenſatio reddatur inualida ob taciturnitatẽ alicuius qualitatis, quam iura ſpecialiter exprimi volunt. 230
Punctum 6. Vtrum diſpenſatio per metum, aut dolum obtenta valida ſit. pag. 240
Punctum 7. Vtrum valida ſit diſpenſatio, quam quis obtinet, non exprimendo,

 do,

do, ſe illam antea petiiſſe, ſed non obtinuiſſe. 242

Punctum 8. Vtrum valida ſit diſpenſatio obtenta ſine mentione alterius diſpenſationis de eadem re prius obtenta. 244

Punctum 9. Vtrum habens plura impedimenta, ſeu vincula, validè obtineat diſpenſationem vnius non explicatis alijs, quibus obſtrictus tenetur. 247

Punctum 10. Quibus modis diſpenſatio vim ſuam amittat. 249

§. 1. Vtrum diſpenſatio vim ſuam amittat, ceſſante cauſa, ob quam conceſſa fuerat. 250

§. 2. Vtrum diſpenſatio iam conceſſa vim ſuam amittat per mortem concedentis aut per reuocationem, vel per renuntiationem diſpenſationis. 255

§. 3. Vtrum diſpenſatio vim ſuam amittat per primum actum. 258

Punctum 11 Cuius expenſis obtinenda ſit diſpenſatio. 259

QVAESTIO III.

De priuilegijs.

Punctum 1. Quid, & quotuplex ſit priuilegium. 269

Punctum 2. A quo, & cui concedenda ſint priuilegia. 270

Punctum 3. Vtrùm priuilegium, vel diſpenſatio obtineri poſſit abſque ſcientia, vel mandato priuilegiarij, & vtrũ vim ſuam habeat, antequam acceptetur. 271

Punctum 4. De materia, & effectu priuilegij. 277

§. 1. Quanàm ſit materia, & effectus priuilegij reſpectu illius, cui priuilegium conceditur. ibid.

§. 2. Quid requiratur ad validitatem actuum, quos priuilegiarius virtute priuilegij facit. 278

Punctum 5. Vtrum priuilegiarius poſſit vti priuilegio in quolibet loco concedentis. 280

Punctum 6. Vtrum priuilegiarius poſſit extra territorium concedentis vti priuilegio abſque determinatione loci conceſſo. 281

Punctum 7. Quomodo explicandum ſit priuilegium, quando ipſius verba ſunt obſcura; ſeu dubia. 285

§. 1. Quomodo explicandum ſit priuilegium tàm fauorabile, quàm odioſum. ibidem.

§. 2. Vtrùm priuilegium cenſeatur conceſſum ſolũmodò perſonis, aut rebus, quæ in priuilegio ſunt expreſſa, an etiã cenſeatur alijs conceſſum. 294

Punctum 8. Quibus modis priuilegium amittatur. 298

§. 1. Vtrum priuilegium amittatur per mortem concedentis, aut illius, cui conceditur. Ibid.

§. 2. Vtrum priuilegium amittatur lapſu temporis, aut ceſſatione cauſæ propter quam conceſſum fuerat. 314

§. 3. Vtrùm priuilegium amittatur per renocationem. 315

§. 4. Vtrùm priuilegium amittatur per renuntiationem. 324

§. 5. Vtrùm priuilegium amittatur per non vſum. 325

§. 6. Vtrùm priuilegium amittatur per contrarium vſum, ideſt per actum contrarium priuilegio. 328

§. 7. Vtrùm priuilegium amittatur per abuſum. 334

DISPVTATIO II.
De peccatis.

QVAESTIO I.
De peccato Originali.

Punctum 1. Vtrùm detur peccatum Originale. 306

Pun-

Digitized by Google

Punctum 2. Quid ſit peccatum originale, & vtrum veram habeat peccati rationem. 308
Punctum 3. Quinam, & à quo peccatum originale contrahant. 311
Punctum 4. Quam pœnam patiantur, qui cum ſolo Originali decedunt. 316

QVAESTIO II.

De peccato actuali, & habituali.

Punctum 1. Quid ſit peccatum actuale. pag. 319
Punctum 2. Quid ſit peccatum habituale. 325
Punctum 3. Quid requiratur ad peccatum actuale. 327
Punctum 4. Vtrum dari poſſit actus indifferens, qui nec bonus, nec malus ſit in genere moris. 332
Punctum 5. Quanta ſit peccati malitia. pag. 334

QVAESTIO III.

De peccato mortali, & veniali.

Punctum 1. Vtrùm detur peccatum mortale, & veniale. 337
Punctum 2. Vnde peccatum veniale ſuã accipiat denominationem. 338
Punctum 3. Quotuplex ſit peccatum veniale. 340
Punctum 4. Vtrum peccatum veniale, differat à mortali. 344
Punctum 5. Vtrum peccatum mortale poſſit aliquando fieri veniale, & è contra. 345

QVAESTIO IV.

De diſtinctione ſpecifica, & numerica peccatorum.

Punctum 1. Vtrùm omnia peccata ſint connexa, aut paria. 356
Punctum 2. Vnde numerica peccatorum diſtinctio deſumatur. 362
§. vnic. Quot peccata committantur ab eo, qui alium ſuo conſilio, vel malo exẽplo, vel alia ratione ad peccatum inducit. 368
Punctum 3. Vnde ſpecifica peccatorum diſtinctio deſumatur. 381
Punctum 4 Vtrum peccatum omiſſionis ſpecie differat à peccato commiſſionis. pag. 386
Punctum 5. Vtrum peccata cordis, oris, & operis ſpecie differant. 399
Punctum 6. Vtrum peccet, & qualiter peccet, qui facit aliquid contra conſcientiam. 401
Punctum 7. Vtrum faciens aliquid cum conſcientia dubia peccet. 411
Punctum 8. Vtrum faciens aliquid cum ſcrupulo peccati peccet. 419
Punctum 9. Vtrum peccet qui ſequitur opinionem probabilem relicta tutiore, vel probabiliore. 423

QVAESTIO V.

De cauſis peccatorum efficientibus.

Punctum 1. Quanam ſint cauſæ peccatorum. 435
Punctum 2. Vtrum Deus dici poſſit cauſa peccati. 436

QVAESTIO VI.

De ſubiecto peccati.

Punctum vnic. In quonam tanquam in ſubiecto ſit peccatum. 438

QVAESTIO VII.

De effectibus peccati.

Punctum 1. Quinam ſint effectus peccati. 441
Punctum 2. Vtrum vnum peccatum poſſit eſſe pœna alterius peccati. 442
Punctum 3. Vtrum aliquis puniri poſſit pro peccato alterius. 443

Digitized by Google

QVAESTIO VIII.
De cauſis excuſantibus à peccatis.

Punctum 1. *Vtrum diſpenſatio, & impotentia excuſet à peccato.* 445
Punctum 2. *Vtrum vis abſoluta, aut metus excuſet à peccato.* 452
Punctum 3. *Vtrum ignorantia inuincibilis excuſet à peccato.* 459

DISPVTATIO III.
Circa primum Decalogi præceptum.

QVAESTIO PRIMA.
De Adoratione.

Punctum 1. *Quid, & Quotuplex ſit Adoratio.* 472
Punctum 2. *De adoratione Sanctorum, Angelorum, hominũ, & Chriſti.* 474
Punctum 3. *Vtrum licitus ſit vſus, & adoratio Sacrarum Imaginum.* 478
Punctum 4. *Vtrum reliquiæ adorandæ ſint, & qua Adoratione.* 482

QVAESTIO II.
De Fide.

Punctum 1. *Quid ſit fides.* 490
Punctum 2. *De neceſſitate Fidei.* 493
Punctum 3. *An homo teneatur aliquando fidem exterius confiteri.* 501
Punctum 4. *Vtrum liceat de rebus Fidei diſputare.* 512
Punctum 5. *Vtrum prohibita ſit communicatio cum infidelibus.* 513
Punctum 6. *Quot ſint ſpecies Infidelitatis & vtrum ſpecie differant.* 516
Punctum 7. *Vtrum Infideles cogi poſsint ad fidem ſuſcipiendam.* 517

QVAESTIO III.
De Spe.

Punctum 1. *An detur Spes, & quid ſit.* pag. 519
Punctum 2. *Vtrum extet præceptũ Spei, & quandonam obliget.* 520

QVAESTIO IV.
De Charitate.

Punctum 1. *Quid ſit Charitas.* 524
Punctum 2. *Quando nam præceptũ Charitatis erga Deum obliget.* 525
Punctum 3. *Vtrum teneamur ex Charitate proximum diligere.* 527
Punctum 4. *Vtrum teneamur ex charitate neceſſitati proximi ſubuenire cum periculo propriæ vitæ, aut facultatum.* pag. 530
Punctum 5. *Vtrum vnum proximum magis quàm aliũ diligere teneamur.* 533
Punctum 6. *Vtrum teneamur ex charitate proximum noſtrum in ægeſtate cõſtitutum ſubleuare per eleemoſynam.* pag. 536
Punctum 7. *Vtrum teneamur ex præcepto charitatis ſubuenire proximo per correctionem.* 551
Punctum vlt. De charitate, in quo agitur de odio, aliiſque vitiis charitati contrariis. 561
§. 1. *De odio in Deum, & proximũ.* 561
§. 2. *De Inuidia.* 566
§. 3. *De Accidia.* 568
§. 4. *De Diſcordia, & contentione.* 569
§. 5. *De ſchiſmate.* 571

QVAESTIO V.
De Superſtitione.

Punctum 1. *Quid eſt quotuplex ſit ſuperſtitio.* 580
Punctum 2. *Quid ſit Idololatria, & quale peccatum.* 581
Punctum 3. *De Diuinatione.* 583
Punctum 4. *De vana obſeruatione.* 593
Punctum 5. *De Maleficio.* 601

QVAESTIO VI.
De Sacrilegio.

Punctum vnicum. Quid ſit ſacrilegium, & quale peccatum. 607

QVAESTIO VII.
De Immunitate Eccleſiarum.

§. 1. *An Eccleſiis, aliiſue locis ſacris* 608.

conceſſa ſit immunitas, & quo iure. pag. 617

§. 2. *Quibus Eccleſijs competat immunitas, ita vt delinquẽs ex illis per vim extrahi non poſſit.* 618

§. 3. *Quinam gaudeant immunitate Eccleſiæ.* 621

§. 4. *In quibus caſibus immunitas ſuffragetur.* 628

§. 5. *De effectibus Immunitatis.* 638

§. 6. *De culpa, & pœnis extrahentium delinquentes è loco Sacro.* 641

§. 7. *Vtrum delinquens qui ſe in Eccleſiã, aliumuè locum immunem recepit, tradendus ſit curiæ ſeculari.* 645

QVAESTIO VIII.
De Blaſphemia.

Punctum 1. *Quid, & quotuplex ſit Blaſphemia.* 649

Punctum 2. *Quibus modis committatur blaſphemia.* 651

Punctum 3. *Cui virtuti Blaſphemia opponatur, & quale peccatum ſit.* 655

Punctum 4. *Vtrum Blaſphemia contra Deum differat ſpecie à blaſphemia in Sanctos, & vtrum qualitas Blaſphemiæ aperienda ſit in confeſſione.* 657

QVAESTIO IX.
De tentatione Dei.

Punctum vnicum. Quid quotuplex, & quale peccatum ſit tentatio Dei. 659

DISPVTATIO IV.
Circa ſecundum Præceptum.

QVAESTIO PRIMA.
De Iuramento.

Punctum 1. *Quid ſit Iuramentum.* 664

Punctum 2. *Quotuplex ſit iuramentum.* pag. 668

Punctum 3. *Vtrum iuramentum ſit licitum, & quid requiratur vt iuramẽtum licitum ſit.* 669

Punctum 4. *De qua re fieri debeat Iuramentum, ſeu quænam ſit materia iuramenti.* 674

Punctum 5. *Vtrum iuramentum factum contra legem ciuilem obliget, & ſeruandum ſint.* 676

Punctum 6. *An promiſsio iuramentum, & alia facta contra prius iuramentum valida ſunt.* 678

Punctum 7. *Vtrum ex iuramento facto animo ficto oriatur obligatio.* 680

Punctum 8. *An iuramentum dolo, vel errore præſtitum obliget.* 683

Punctum 9. *An Iuramentum metu extortum obliget.* 684

Punctum 10. *Quinam poſsint Iuramentum emittere.* 686

Punctum 11. *Vtrum iuramentum ab eo poſsit exigi, qui creditur peieraturus.* pag. 689

Punctum 12. *Vtrum poſsimus iurare alio ſenſu quàm alter intelligat.* 691

Punctum 13. *Vtrum iurans ex conſuetudine peccet mortaliter.* 696

Punctum 14. *An violans iuramentum peccet mortaliter.* 698

Punctum 15. *Vtrum obligatio iuramenti tranſmittatur ad hæredes, & ſucceſſores iurantis.* 700

Punctum 16. *Quo modo explicandum ſit iuramentum.* 702

Punctum 17. *Quibus modis tollatur, aut impediatur obligatio iuramenti.* 711

Punctum vlt. De Adiuratione. 717

QVAESTIO II.
De voto.

Punctum 1. *Quid ſit Votum.* 724

Punctum 2. *Quotuplex ſit votum.* 734

Punctum 3. *Quandonam irritum reddatur votum defectu libertatis, & intentionis ipſius vouentis.* 739

§. 1 *An votum factum per metum ſit validum.* 739

§. 2. *Vtrum votum factum per errorem, aut dolum ſit validum.* 744

Pun-

Punctum 4. De materia voti. 750
§. 1. Vtrum opus malum poſſit eſſe materia voti &c. 750
§. 2. Vtrum votum de re indifferente ſit validum, ſeu vtrum res indifferens poſſit eſſe materia voti. 755
§. 3. Vtrum materia, quæ vouetur debeat eſſe in noſtra poteſtate. 760
§. 4. Vtrum validum ſit votum, cuius materia partim eſt bona, & partim indifferens, partim poſſibilis, & partim impoſſibilis; partim honeſta, & partim turpis. 763
§. 5. Vtrum validum ſit votum diſiunctiuum cuius vna pars eſt apta materia voti altera verò non. 765
§. 6. An votum, promiſſio, & geſta contra prius votum ſint valida. 766
Punctum 5. De obligatione voti. 767
§. 1. Vtrum votum obliget ſtatim ad ſui adimpletionem ſeu quo tempore adimplendum ſit votum. 767
§. 2. Vtrum obligatio voti tranſeat ad hæredes, ſeu an hæres teneatur adimplere vota defuncti. 774
§. 3. Vtrum votum ita obliget voventem, vt nequeat per aliam adimplere votũ perſonale, reale, aut mixtum. 784
§. 4. Vtrum ſit peccatum violare, & nõ adimplere votum. 787
§. 5. Ad quid obliget votum caſtitatis, & non nubendi. 793
§. 6. Ad quid obliget Votum Religionis. pag. 796
Punctum 6. Quomodo explicandum ſit votum. 807
Punctum 7. De cauſis, & modis, quibus obligatio voti tollitur. 817
§. 1. Vtrum obligatio voti tollatur ceſſatione cauſæ, aut notabili mutatione ſuperueniente. 817
§. 2. Vtrum obligatio voti tollatur irritatione. 819
§. 3. Vtrum obligatio voti tollatur per commutationem, & quinam poſſint uota commutare. 832
§. 4. Vtrum obligatio uoti tollatur per diſpenſationem. 842

DISPVTATIO V.
Circa tertium Decalogi præceptum.

QVAESTIO VNICA.

Punctum 1. Ad quem pertineat Diem feſtum inſtituere. 866
Punctum 2. Quænam opera permiſſa, uel probibita ſint in die feſto. 868
Punctum 3 De cauſis excuſantibus laborantes ſeruiliter in die feſto. 884

DISPVTATIO VI.
Circa quartum Decalogi præceptum.

QVAESTIO VNICA.

Punctum 1. Quid nomine honoris, & quid nomine patris, & matris intelligatur in hoc præcepto. 893
Punctum 2. Vtrum filij teneantur reuerentiam Parentibus exhibere, & qualem. 895
Punctum 3. Vtrum filij Parentes amare teneantur. 897
Punctum 4. Vtrum filius teneatur obedire Patri. 898
Punctum 5. Vtrum filij Parentibus ſubuenire teneantur. 899
Punctum 6. An Pater filiorum curam habere teneatur. 902
§. 1. Vtrum parentes, qui alimenta filijs non præſtant, grauiter peccent. 904
§. 2. Vtrum parentes teneantur filiæ nubenti dotem conſtituere. 909
§ 3. Vtrum filius aliquando priuari poſſit hæreditate, alimentis, aut dote. 913
Punctum 7. Vtrum maritus uxori, & uxor marito amorem, & honorẽ, & obedientiam præſtare teneatur. 921

Pun-

Punctum 8. & vlt. De cura, & amore dominorum, & ſuperiorum in ſeruos, & ſubditos, & è contra. 933

DISPVTATIO VII.
Circa quintum decalogi præceptum.

DISPVTATIO VIII.
Circa ſextum, & nonum Decalogi præceptum.

QVAESTIO VNICA.

Punctum vnic. Quid ſexto, & nono decalogi præcepto caueatur. 941

DISPVTATIO IX.
Circa ſeptimum, & decimum decalogi præceptum.

DISPVTATIO X.
Circa octauum Decalogi præceptum.

QVAESTIO PRIMA.
De Mendacio.

Punctum 1. Quid, & quotuplex ſit mendacium. 947
Punctum 2. Vtrum omne mendacium ſit peccatum, & quale peccatum ſit. pag. 949

QVAESTIO II.
De iudicio publico.

Punctum 1. De poteſtate, & iuriſdictione Iudicis. 954
De Clericorum exemptione à laica poteſtate.
§. 1. *Vtrum Clerici exempti ſint à laica poteſtate ita vt à Iudice laico examinari, iudicari, aut puniri nequeant. pag.* 957
§. 11. *Quinam veniant nomine Clericorũ gaudentium libertate Eccleſiaſtica. pag.* 976
§. 3. *An Clerici iudicari poſſint à laica poteſtate interueniente conſuetudine, vel priuilegio Summi Pontificis, vel conſenſu ipſorum Clericorum.* 979
§. 4. *Vtrum in iure extent aliqui caſus, in quibus Clerici foro ſeculari, & laica ſubijciantur.* 982
§. 5. *Quam culpam, aut pœnam incurrat, qui cauſam agit coram iudice laico incompetente, & quam culpam, aut pœnam incurrat iudex iudicando perſonas Eccleſiaſticas.* 994
Punctum 2. De veritate Iudicis. 995
Punctum 3. De ſcientia Iudicis, eiuſque puritate, & celeritate in iudicando. pag. 1000
Punctum 4. De forma iuris, quam Iudex ſeruare debet in ferẽda ſententia. 1001
Punctum 5. De forma iuris quam Iudex in modo procedẽdi ſeruare debet. 1005
Punctum 6. De modo procedendi per accuſationem, & denunciationem. 1013
Punctum 7. Vtrum Iudex pœnam a lege taxatam remittere poſſit. 1015
Punctum 8. Vtrum Iudici aliquid tradi, ab eoq; accipi poſſit. 1019
§ *Incidens. De pœna excommunicationis contra dantes, vel recipientes.* 1022

QVAESTIO III.

De Accuſatore, Denũciatore, Reo, Teſte, Aduocato, & Procuratore.

Punctum 1. De accuſatore, & denunciatore. 1015
Punctum 2. De reo. 1051
Punctum 3. De Teſte. 1052
Punctum 4. De Aduocato, & Procuratore. 1071
Punctum vlt. De Notario. 1079

DISPVTATIO VLT.
De Præceptis Eccleſiæ.

QVAESTIO PRIMA.
De primo Eccleſiæ præcepto, ideſt ieiunio.

Punctum 1. *Quot modis accipiatur, & quid ſit ieiunium.* 1083
Punctum 2. *A quibus cibis abſtinendum ſit tempore ieiunij.* 1086
Punctum 3. *Quotuplex refectio ſumi poſſit, ſit in die ieiunij.* 1091
Punctum 4. *Qua hora ſumenda ſit refectio in die ieiunij.* 1099
Punctum 5. *Quo iure, & quibus diebus ieiunandum ſit.* 10200
Punctum 6. *Quinam teneantur ex præcepto ieiunare.* 10202
Punctum vlt. De cauſis excuſantibus à ieiunio. 10205

QVAESTIO II.

De ſecũdo Eccleſiæ præcepto, quod eſt de obligatione Miſſæ in die feſto audiendæ. 10212

QVAESTIO III.
De tertio Eccleſiæ præcepto, quo peccatorum confeſsio ſemel in anno præcipitur. 10213

QVAESTIO IV.
De quarto præcepto, quo de obligatione Euchariſtiæ in Paſchate ſumendæ peragitur. 10214

QVAESTIO V.
De præcepto ſoluendi decimas.

Punctum 1. *Quid ſit decima, & quo iure ſoluenda ſit.* 10215
Punctũ 2. *Quotuplex ſit Decima.* 10217
Punctum 3. *Quinam ad ſoluendas decimas teneantur & quibus.* 10218
Punctum 4. *Quandonam, & vbi ſoluendæ ſint decimæ.* 10227
Punctum 5. *Quibus modis tolli poſſit obligatio ſoluendi decimas.* 10228
Punctum 6. *Coram quo Iudice petenda ſit decima, & cauſa decimæ agenda.* pag. 10233
Punctum 7. *An lata ſit aliqua pœna contra non ſoluentes decimas aut earum ſolutionem impedientes.* 10234
Punctum vlt. De primitijs, & oblationibus. ibid.

Digitized by Google

INDEX EORVM OMNIVM,

Quæ in vniuerſo Tractatu de Legibus, de Peccatis, & de Præceptis tàm Decalogi, quàm Eccleſiæ, continentur.

A

Abbates poſſunt leges cōdere in ſuis Diœceſibus diſp.1.quæſt 1.pun.3.n.28. pag.30

Abbatiſſa non poteſt in votis monialium diſpēſare diſp.4.q.2.pun.7.§.4.num.29. pag.861

Abortum fœtus tam animati, quàm inanimati procurantes quas pœnas incurrant diſp.2.q.1.pun.4.nu.4.5.& 6. 316

Abſentes tempore promulgationis legis, tenentur legibus diſp. 1. q. 1. pun.6. nu. 4. 62

Abſolutio hæretici quoad cenſuram, qui ſe conuerſum finxit, inualida eſt diſp.1.q 2. pun.4.num.11. 223

Acedia quid ſit diſp.3.q.4.pun.vlt.§.3.num. 1 568

Acedia eſt peccatum mortale ex ſuo genere charitati contrarium, & inter capitalia numerandum ibidem num.2.3.4 & 5. 569

Acta contra prius iuramentum an valeant diſp.4.quæſt.1. pun.6.nu.2. 679

Acta a Iudice laico contra Clericum facta, non tenent diſp. 10. quæſt. 2. pun. 1.§.1. num.6. 963

Acta Beneficiarij criminoſi facta ante criminis declarationem, valent diſp.1. q.1. pun.7.§.2. num.12 97

Acta Vicarij poſt mortem Epiſcopi facta, inualida ſunt diſp.1.q.3.pun.8.§. 1. num. 30 313

Actiones, quæ ſunt cauſa omiſſionis ſunt malæ,& peccaminoſæ diſp.2.q.4.pun.4. num.13. 394

Actiones quænam cenſeantur cauſa omiſſionis præter actum internum voluntatis ibidem nu.16. 395

Actiones huiuſmodi ſunt malæ,etiamſi ſint indifferentes,vel bonæ ibid.num.17. 396

Actiones huiuſmodi reuocantur ad malitiā peccati omiſſionis ibid.num.26. 398

Actiones iſtæ an aperiendæ ſint in confeſſione ibidem num.27. 399

Actiones iniuriarum in iudicio proſequens contra inimicum ex prauo affectu peccat contra charitatem diſp.3.q.4 pun vl. §.1.nu.7. 563

Actiones humanę ſunt materia legum diſp. 1.q.1.pun.5.nu 2. 54

Actiones ex ſe indifferentes, poſſunt eſſe materia legum ibid. nu.4. 55

Actu vnico an poſſimus pluribus præceptis ſatisfacere diſp.1.q.1.pun 9. nu.4. 153

Actus factus contra legem irritantem, inualidus eſt in vtroque foro diſp. 1.q.1.p. 7.§.5.num.2. 127

Actus irritus ipſo facto a lege quomodo cognoſcatur ibidem nu.4. 128

Actus irritatio ipſo facto impoſita an ſtatim incurratur ibid. nu. 5. 128

Actus irritatio, vt incurratur, an requiratur ſcientia legis irritantis ibid. n.6. 128

Actus humana lege irritus an obliget in cōſcientia ibid num. 7. 129

Actus factus contra legem prohibentem an ſit inualidus ibid. num.8. 129

Digitized by Google

Actus quandonam ſit irritus iure naturæ ibid num.9. 130
Actus factus contra ius commune quomodo ſit irritus ibid.nu.10. 130
Actus celebratus non ſeruata forma præſcripta inualidus eſt in vtroque foro ibi. num.14. 132
Actus an reddatur irritus ob quamlibet omiſſionem formæ ſubſtantialis ibidem num.21. 135
Actus ex iuſta, vel etiam ex vrgentiſſima cauſa factus ſine debita ſolemnitate inualidus eſt ibid.num.22 135
Actus quarumcunque virtutum ſunt materia legum diſp.1.q.1.pun.5.nu.3. 54
Actus omnes omnium virtutum nequeunt lege humana præcipi ibid.num.4. 55
Actus omnes vitioſi an poſſint ab Eccleſia prohiberi ſub cenſuris, & grauibus pœnis ibid.nu.6. 56
Actus interni poſſunt aliqua ratione præcipi, vel prohiberi ibid.num.7. 56
Actus interni dupliciter conſiderantur ibi. num.8 56
Actus, quo quis ſecum in propria lege diſpenſat, non dicitur propriè diſpenſatio diſp.1.q.2.pun.1 num.11. 191
Actus priuilegij, vt valeant, requiritur, vt ſeruetur forma ſubſtantialis in priuilegio contenta diſp.1.q.3.pun.4.§.2.nu.1. 279
Actus vt dicatur contrarius priuilegio, debet fieri a priuilegiario diſp.1.q.3.pun.8. §.6.num.4. 329
Actus debet eſſe contrarius priuilegio materialiter, & formaliter, vt priuilegium amittatur ibidem nu.6. 330
Actus huiuſmodi debet aduerſari toti priuilegio, vt priuilegium ceſſet in totum ibidem num.11. 332
Actus nullus datur in indiuiduo deliberatus, qui ſit indifferens d.2.quæſt.2.pun.4. num.1 333
Actus verſantes circa omiſſiones, quarum actus contrarius bonus eſt, ſunt mali ibi. num.4.
Actus indeliberatus poteſt eſſe indifferens ibid. num.5. 333
Actus dantur aliqui, qui ſecundum ſpeciem nec boni, nec mali ſunt ibid. nu.6. 333
Actus, quo quis ſibi graue malum imprecatur, eſt mortaliter peccaminoſus diſp.2. q.3.pun.3.num.7. 341
Actus imperfectus ex indeliberatione, vel aduertentia eſt venialis ibid. nu.9. 341
Actus voluntatis ſub conditione eliciti an ſint peccaminoſi diſp. 2. quæſt. 4. pun.4. num.15. 398
Actus an ſit bonus, quem aliquis facit ex conſcientia erronea dictante bonum eſſe, cum re ipſa ſit prohibitus, & malus diſp.2.q.4.pun.6.num.23. 408
Actus voluntaris moraliter interrupti conſtituunt tot peccata numero diſtincta diſp.2.q.4.pun.2.num.5. 364
Actus voluntatis quandonam moraliter interrumpatur ibid. num.6. 365
Actus huiuſmodi explicandi ſunt in confeſſione, ſi pœnitens illorum recordetur ibid.nu. 7. 365
Actus voluntatis quandonam cognoſcetur ita interrumpi, vt neque virtualiter duret ibidem nu.14 367
Actus fidei quandonam homo elicere teneatur diſp. 3.quæſt. 2.pun. 2. à num.8. vſque ad 12 496
Actus facti a laico iudice erga delinquentem per vim extractum ab Eccleſia irriti ſunt diſp.3.q.7.§.5.num.2. 640
Accuſare quibus ſit interdictum diſp. 10.q. 3.pun.1.num.10. 1050
Accuſatio quid ſit diſp. 10.q.3. pun. 1.num. 1 1045
Accuſatio, vt vera ſit, quot conditiones requirantur ibid.num.2. 1045
Accuſatio differt a denunciatione ibidem num.3. 1046
Accuſatio in quibus caſibus neceſſaria ſit tam ob noſtram, quàm aliorum vtilitatem, & an teneatur ad reſtitutionem, qui non denunciat, vel accuſat, maximè ſi teneatur ex officio ibidem num. 5. 6. 7. & 8 1047
Accuſatio quibus ſit prohibita ibidem nu. 10. 1050
Adam creatus fuit in gratia iuſtificante, & originali, diſp.2.q.1.pun.2. num. 1. & 2. pag. de peccatis. 308
Adam iuſtitiam originalem accepit a Deo pro ſe, & eius poſteris ibid. nu.3. 308
Adiurans creaturas irrationales per ſe an mortaliter peccet diſp.4.quæſt.1. punct. vltimo nu.4. 718
Adiuratio quid ſit diſp. 4. q. 1. pun. vltimo num.1. 717
Adiuratio quibuſnam facienda ſit ibid. nu. 2. 718
Adiuratio Dæmonũ quib.cõpetat ib.n.7. 719

Digitized by Google

Adiuratio differt à Iuramento ibidem nu. 10. 720
Adiuratio poteſt fieri cum peccato mortali ibid.nu.11. 720
Adiurator an peccet adhibẽdo rutam, ſtercus caprenum &c. diſp.4.quæſt.1.punct. vltimo nu.12. 721
Adiurator conniuendo, vel concedendo aliquid Dœmoni è corporibus humanis egreſſuro, an peccet ibid.nu.13. 721
Adiurator an poſſit à Dœmone ſignum petere, quo indicet ſe è corpore egredi,& non rediturum ibid.nu.14. 722
Adiuratus non tenetur præſtare id, quod ab eo petitur diſp.4.quæſt.1.pun. vltimo num.6. 719
Adoratio quid ſit d.3.quæſt.1.pun.1. num. 1. 472
Adoratio, & honor non eſt idem ibidem num.2. 473
Adoratio quotuplex ibid.nu.4. 473
Adoratio tribui debet Sanctis, Angelis, & viris probis diſp.3.quæſt.1. p.2.nu.1.474
Adoratio quænam tribui debeat Chriſto ibid.nu.4.5. & 6. 476
Adoratio propter quid exhibeatur diſp. 3. q.1.pun.4.num.2. 482
Adoratio eadem tribuitur reliquijs, quæ tribuitur perſonæ, cuius ſunt reliquiæ ibid.nu.4. 483
Aduenæ, præciſo ſcandalo, non tenetur legibus particularibus locorum, ad quæ diuertit per aliquod tempus d. 1. quæſt. 1.pun.6.nu.48. 77
Aduena non tenetur ſeruare ieiunia,& dies feſtos, qui ſeruantur in loco, quo ſe trãſtulit ibidem nu.49. 78
Aduena tenetur leges locorum particularium, quò ſe transfert ſeruare, ſi eas non ſeruando ſcandalum oriretur ibid.num. 50. 79
Aduena tenetur contractus omnes, excepta dote, celebrare iuxta ſolemnitatem locorum, quò ſe transfert ibidem num. 51. 79
Aduena tenetur leges ſeruare, quæ ſeruantur in proprio Territorio ibid.nu.52. 80
Aduena tenetur leges loci, ad quem diuertit, ſeruare, ſi eorum violatio vergat in damnum, vel iniuriam prædicti loci ibid.nu.53. 80
aduena non tenetur ſeruare leges proprij Territorij, quando illæ eædem non ſeruantur in loco, vbi reperitur ibid. num. 59. 83
aduena non tenetur ſeruare dies feſtos proprij Territorij, qui non ſeruantur in loco, vbi reperitur ibid.nu.62. 85
aduena non tenetur ad huiuſmodi feſtos dies, quamuis ipſius ſuperior intendat illum obligare ibidem nu.65. 85
aduena quandonam ligetur legibus proprij domicilij ibid.nu.67. 86
aduertentia malitiæ alia pœna, & alia ſemiplena diſp.2.q.2.pun.3. nu. 2. pag. de peccatis, 328
aduertentia quænam ſufficiat ad mortale peccatum ibid.nu.3. 328
aduertentia malitiæ quæcumque ſufficit ad mortale ibid.num.14. 331
adulter in Eccleſia non poteſt capi à laica poteſtate diſp.3.q.7.§.4.nu.4. 630
adulterium committit, qui coniugatam carnaliter cognoſcit, quamuis eam non vt cõiugatam cognoſcat diſp.2.q 4.pun. 1.nu.9. 362
aduocati officium quis poſſit exercere diſp. 10.q. 3.pun.4. nu.1. 1071
aduocatus peccat non ſuſcipiendo patrocinium pauperum diſp.3.quæſ. 4. pun. 6. num.9. 540
Aduocatus quænam opera præſtate poſſit in die feſto diſp.5.quæſ. vnica pun.2.nu. 13. 874
aduocatus non peccat contra Iuſtitiam aperiendo crimina teſtium ad infirmanda eorum dicta diſp.10.quæſ.3.pun.2.num. 10. 1056
aduocatus gratis patrocinari debet pauperi extrema, vel etiam graui neceſſitate laboranti, dum nullus alius patrocinari vult diſp.10.quæſ.3.pun.4.nu.2. 1072
aduocatus in quibus caſibus teneatur ad reſtitutionem cauſam Clienti perdendo ibid.num.3.4.& 5. 1073
aduocatus peccat contra Iuſtitiam, ſi ex imperitia, vel negligentia cauſam Clientis perdat ibid nu.3. 1073
aduocatus non poteſt tranſigere cum damno partis ibid.nu.6. 1074
aduocatus non tenetur ad reſtitutionem fiſcho, ſi cauſam nocentis defendat ibid. nu.7. 1074
aduocatus poteſt ſequi ſententiam probabilem relicta probabiliore ad patrocinãdum ibid.nu.8. 10 9
aduocatus quale pretium percipere poſſit ibid.num.9. 1074

Digitized by Google

aduocatus non poteſt paciſci de certa quantitate litis ex ſuppoſitione quod vincat cauſam ibidem num. 10. 1075
aduocatus an poſſit recipere ſtipendium abſolutè promiſſum etiamſi cliens litem inchoatam deſerat ibid. nu. 11. 1075
aduocatus, qui certum ſtipendium ſingulis annis habet, an poſſit totum illud recipere, ſi alium ſubſtituat aſſignato tantum medio eo ſtipendio ibid. nu. 12. 1076
aduocatus quandonam poſſit ſtipendium notario dari conſuetum, à Cliente accipere ibid. nu. 13. 1076
aduocatus qui ſponte, & ſine pretio cauſā inchoauit, an poſſit ea finita ſtipendium exigere ibid. nu. 14. 1077
aduocatus peccat differendo cauſam cum damno Clientis ibid. nu. 16. 1079
Aequalis in iuriſdictione poteſt diſpenſare in lege ab anteceſſore condita diſp. 1. q. 2. pun. 1. nu. 7. 190
Aequiuocatione non licet vti abſque iuſta cauſa diſp 4 q. 1. pun. 12 nu. 2. 692
Aetatem legitimam ad beneficium curatū in reſcripto bona fide tacens, poteſt virtute illius diſpenſationis beneficium ſimplex obtinere diſp. 1. quæſ. 2. pun. 4. num. 18. 226
agentia naturalia quomodo agant diſp. 3. q. 5 pun. 4. nu. 18. 597
agni Dei ex cera confecti, & à Papa benedicti coli, & adorari poſſunt, & quid circa hos agnos ſit aduertendum diſp. 3. quæſ 1. pun. 4. nu. 11. & 12. 488
agni huiuſmodi à quibus tangi, & contrectari poſſint ibid. nu. 13. 488
agrorum depopulatores non gaudent immunitate Eccleſiæ diſp. 3 quæſt. 7. §. 4. nu. 6. 631
alienans bona Eccleſiaſtica non ſeruata debita ſolemnitate, an priuetur ipſo facto beneficio diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 2. num. 16. 98
alienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine debita ſolemnitate, eſt inualida diſp. 1. q. 1. pun. 7. §. 5. nu. 15. 132
alienatio fundi dotalis an valeat, ſi fiat cū Iuramento contra prius factam non alienandi diſp. 4. q. 1. pun 6. nu. 3. 679
alimenta filijs an teneantur parentes præbere diſp. 6. quæſ vnica pun. 6. §. . 904
alimenta filijs præbere ad quos pertineat facto diuortio ibid. nu. 5. 906
alimentorum nominæ quid veniat diſp. 6. q. vnica pun. 6. §. 1. 904
alimentorum obligatio ad quos hæredes tranſeat ibid. nu. 7. & ſeq. 907
alimentorum loca relecta filio; ad quem ſpectent poſt ipſius mortem ibid. num. 11. 908
alligantes Dæmones nō ſunt ipſo facto excommunicati diſp. 3 q. 5. pun. 3. num. 22. 592
àmens inualidè vouet diſp. 4. q. 2. pun. 1. nu. 4. 716
amens ſubiectus eſt legibus diſp. 1. quæſt. 1. pun. 6. nu. 4. 61
amor filiorum erga parentes in quo conſiſtat diſp. 6. quæſt. vnica pun. 3. nu 1. 897
Ancilla, quæ poſt 25. annos luxurioſam vitam elegit, poteſt dote priuari diſp. 6. quæſ. vnica pun 6. §. 3. nu. 6. 917
angeli an debeāt adorari vide v Adoratio.
anniuerſaria in quotuplici differentia ſint diſp. 1. q. 1. pun. vltimo §. 3. nu. 11. 174
anniuerſarijs non intereſentes, non poſſunt per conſuetudinem ſtipendia recipere diſp. 1. quæſt. 1. pun. vltimo §. 3. nu. 10. 174
appellatio an licita ſit in die feſto diſp. 6. q. vnica pun. 2. nu. 13. 874
appellatio facienda eſt coram eccleſiaſtico Iudice, quando cauſa fuit ſemel deciſa per duos Iudices vnum eccleſiaſticum, alterum verò laicum, in quos cauſa fuerat compromiſſa diſp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. nu. 31. 975
apoſtata apoſtatando à fide duplex peccatum committit diſp. 3. q. 2. pun. 6. num. 3. 516
aquas inuenire adhibita virga non eſt ſuperſtitioſum diſp. 3. queſt. 5. pun. 4. nu. 14. 596
archiepiſcopus poteſt diſpenſare in votis ſuorum ſuffraganeorum diſp. 4. quæſt. 2. pun. 7. §. 4. nu. 7. 846
archiepiſcopus an poſſit ferre leges diſp. 1. quæſt. 1. pun. 3. nu. 25. 27
archiepiſcopus inualidè diſpenſat ſine cauſa in decretis Concilij Prouincialis diſp. 1. q. 2. pun. 3. nu. 4. 209
ars notoria quid ſit diſp. 3. q. 5. pun. 4. nu. 5. 594
ars inueniendi aquas adhibita virga, non eſt ſuperſtitioſa ibid. nu. 14. 596
articuli fidei quinam explicitè credēdi ſint diſp. 3. q. 2. pun. 2. nu. 6. pag. 495. & num. 13. 498

arti-

Digitized by Google

articuli fidei explicitè credendi, an ſint memoriæ mandandi 16.nu.14. 499
articuli nomine quid intelligatur ibid.nu. 17. 500
aruſpices non ſunt ipſo facto excommunicati diſp.3.quæſt.5.pun.3.nu.22. 592
aſſaſſini priuatur Eccleſiæ immunitate d. 3.q.7.§.4.nu.17. 635
aſſaſſini nomen quotupliciter accipiatur ibid.nu.18. 635
aſſaſſinium an committatur tam occidendo infidelem, quam fidelem diſp.3.q. 7.§.4.nu.19. 636
aſſaſſinium propriè committitur ſolum dum datur mandatum occidendi, non verò mutilandi tantum ibidem nu. 20. 636
aſtrologica quælibet an ſit ſuperſtitioſa d. 3.q.5.pun.3.nu.10. & 11. 587
attentio præcipitur ab Eccleſia recitanti officium diſp.1.quæſt.1.pun.5.num.9. 57
auguſta coniux Principis cōdentis legem, tenetur ex natura rei legem conditam ſeruare diſp.1.q.1.pun.6.nu.10. 64

B

Barbæ fricatio ob vtilitatem eſt actus bonus diſp.2.q.2.pun.4.num.3.pag. de peccatis. 333
Beati non vtuntur virtute fidei, vel ſpei diſp.3.q.2.pun.1.num.7.& 8. 492
Beatis nondum canonizatis quænam adoratio tribui debeat, & an hi poſſint publicè inuocari, pingi, oſculari &c. vide v. Sancti, & v. Adoratio.
Beatiſſima Virgo habuit debitum contrahendi, non tamen de facto contraxit peccatum originale diſp.2.q.1.pun.3 num.2.& 3.pag.de peccatis 312
Benedictinus, qui ſe transfert ad Curiam Regis ſine Præpoſiti licentia, animo illum accuſandi, excommunicationem incurrit diſp.1.q.1.pun.5.num.16 59
Beneficia conferens alicui an poſſit excludere inimicum diſp.3.q.4.pun.3.num. 7. 530
Beneficiarius quandonam poſſit beneficium retinere, quo eſt priuatus ipſo facto ob delictum diſp.1.quæſt.1.pun.7.§.2. num.11. 97
Beneficiarius quandonam teneatur beneficium relinquere ante ſententiam ibi. num.15 98
Beneficiarius omittens recitationem diuini officij, tenetur fructus reſtituere ante ſententiam ibid. num.19. 100
Beneficiarius, qui non vult reſidere, afficitur excommunicatione, ſi contra ipſum à proprio Epiſcopo feratur, quamuis exiſtat in aliena Diœceſi diſp.1.q.1.pun. 6.num.68. 86
Beneficiarius an teneatur expendere fructus beneficij in eleemoſynam diſp.3.q. 4.pun.6.num.25. 549
Beneficiarius qui priuilegium obtinuit, vt pro tēpore, quo abeſt cauſa ſtudij, fruatur beneficij fructibus, non poteſt eos percipere, quando ſtudijs nō vacat diſp. 1.q.3.pun.8.§.7.num.6.pag de Legibus. 336
Beneficiarius, qui plura beneficia habet, non committit plura peccata, ſi vno die officium non recitet diſp.2.q.4.pun. 3.num.14. 386
Beneficiarius non poteſt quicquam accipere exercendo officium Iudicis, ſi beneficio adnexum eſt onus iudicādi diſp. 10.q.2.pun.8.nu.3. 1019
Beneficij collationem validè obtinens, nō verò poſſeſſionem, gaudet priuilegio fori eccleſiaſtici diſp.10.q.2.pun.1.§.4. num.12. 988
Beneficium Parochiale habens, ſi intra annum propria culpa Sacerdotium non recipiat, tenetur beneficium relinquere diſp.1.q.1.pun.7.§.2.num.17. 99
Blaſphemans ex habitu quandonam peccet mortaliter diſp.3.quæſt.8 pun.3.nu. 3. 656
Blaſphemi an gaudeant immunitate Eccleſiæ diſp.3.q.7.§.3.num.4.625.&§.4. num.3. 630
Blaſphemia ſæpius repetita ex eodem impetu iræ, non conſtituit plura peccata diſp.2.q.4.pun.2.num.11. 366
Blaſphemia quid ſit, & quotuplex diſp.3. q.8.pun.1.nu.1.& 2. 649
Blaſphemia hæreticalis non eſt, renegare aliquem Sanctum ibid. nu.3. 650
Blaſphemia ſimplex quænam dicatur ibi. num.4. 650
Blaſphemia quibus modis committatur diſp.3.q.8.pun.2.num.1 651
Blaſphemia in quibus caſibus committatur, & è contra ibidem num.2.& ſequentibus 651

Blaſphemia cui virtuti opponatur,& quale peccatum ſit diſp.3.q.8.pun.3.num.1 & 2. 656
Blaſphemia propriè non eſt maledicere proximo ibidem nu.4. 656
Blaſphemia in Deum an differat ſpecie à blaſphemia in Sanctos diſp. 3. q.8.pun. 4.num.1. 657
Blaſphemiæ cognitio ad quem pertineat diſp.3.q.8.pun.1.nu.5 650
Blaſphemiæ qualitas an explicanda ſit in confeſſione diſp.3. q. 8. pun. 4.num 2. 658
Blaſphemas non deferentes quam pœnā incurrant diſp.3.quæſt 8 pun.1. num.6. 650
Bona ſuperflua vitæ habens, non tenetur pauperes inquirere diſp. 3. q. 4. pun. 6. num. 0 540
Bona ſuperflua vitæ habens, ſed non ſtatus an teneatur eleemoſynam facere ibi. num.11 540
Bona relicta a patre filijs loco alimentorum poſt mortem filij, regrediuntur ad patrem, vel ad eius hæredes diſp. 6. q. vnica pun.6.§.1.num.11 908
Bonorum Eccleſiæ alienatio facta ſine debita ſolemnitate, inualida eſt diſp.1. q.1.pun.7.§.5. num.15 132
Breuiarij proiectio in mare ad hoc vt quis fiat impotens ad recitandum officium, eſt peccaminoſa diſp.2.q.4.pun.4.num. 15. 394
Breuiarium in mare proijciens, vt eximatur nauigationis tempore ab obligatione recitandi officium, peccat mortaliter diſp.2.q.8.pun.2.num.11 449
Bulla cruciatæ non fuit reuocata anno Iubilæi diſp 1.q.3 pun.8.§.3.num.13.pag. de Legibus 319
Bulla Gregorij xiiij De Immunitate, non poteſt per cōſuetudinem abrogari diſp. 3.q.7.§.6.num.3 642
Bulla hæc an obliget vbi vſu non eſt recepta ibid. num.4. 643

C

Cancellariæ cōſtitutiones non ſunt propriè leges diſp. 1. q.1. pun.4. num. 14 39
Canonicus poteſt poſt reſignationem Canonicatus, cognoſcere de cauſa, quæ ſibi perſonaliter tempore Canonicatus conceſſa fuerat diſp.1.q.3.pun.8.§. 1.nu. 14 304
Cantans in diuino officio vana, aut turpia an mortaliter peccet diſp.3. q 5. pun.1. num.3, 580
Capita ex quibus peccata ita creſcunt, vt grauiora, & deteriora fiant diſp. 2.q.4. pun.1.num.6. 358
Capita ex quibus peccatum mortale, fit veniale, & è contra diſp. 2.q. 3. pun.5. 346
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ſede vacante poteſt ſtatuta facere donec reuocentur ab Epiſcopo diſp. 1. q. 1. pun. 3. num.19 30
Capitulum eccleſiæ non cathedralis an poſſit leges ferre ibid.num.31 32
Carcere detentus non peccat ſi, dum exiſtit in carcere, putet ſe peccare non audiendo ſacrum diſp. 2. q. 4. pun.6.num. 24 408
Cardinales ligantur legibus generalibus iuris communis latis a Papa, & conſtitutionibus Concilij generalis, niſi eximantur per priuilegium diſp.1.q.1.pun. 6.num 34. 73
Cardinales dantes, permittentes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel iuſtitia in Curia Romana obtinenda, an ligentur excommunicatione ſuper hoc à Pontificibus lata diſp.10. q. 2. pun.8.§. Incidente num 16 1039
Cardinalibus decedentibus penes quem ſtet electio Papæ diſp.1. quæſt.1.pun.3. num.27 29
Cardinalis poteſt ferre leges pro ſuo territorio diſp. 1.q.1.pun.3.num.26 27
Cardinalium declarationes quam vim habeant diſp.1.q 1.pun 8.num.4 139
Cardinalium declarationes ab omnibus amplectendæ ſunt ibid. num.5 140
Cardinalium declarationes an imponant obligationem tam quoad prçterita, quā quo ad futura ibid.nu.7. 141
Carnes porrigentes infidelibus tempore ieiunij non peccant diſp.1.quæſ.1.pun. 6.nu 3. 62
Carnes porrigentes amentibus excuſantur à peccato ibid.nu. 5. 62
Carnes humanas comedens ex metu graui an excuſetur à peccato diſp. 2.q. 8. pun. . .nu.13. 457
Carnes humanas an poſſit comedere Carthuſianus, vel alius voto, vel lege abſtinen-

ſtinentiæ à carne obſtrictus ibid. nu. 16. 457

Caro, quæ aliquando apparet in Sacramento, latriæ adoratione colenda eſt diſp. 3. q. 1. pun. 1. num. 8 478

Carthuſianus, vel alius voto, vel lege abſtinentiæ a carne obſtrictus, an poſſit ob periculum vitæ carnes comedere. Vide v. Carnes.

Caſtellanus, qui diebus ſabbathi non tenetur in proprio loco à lacticinijs abſtinere, tenetur ab ijs abſtinere, ſi illis diebus illuc ſe transferat, vbi viget ius commune ab ijs abſtinendi diſp. 1. q. 1. pun. 6 num. 56 82

Caſtitas quotuplex ſit diſp. 8. quæſt. vnica pun. vnico num. 3 942

Caſtitatem non tenetur ſeruare ille, qui inualidè ſuſcepit ordines ſacros diſp. 4. q. 2. pun. 1. nu. 11 728

Caſtitatis voto aſtringitur, qui in ordinatione renuit vouere Caſtitatem diſp. 4. q. 2. pun. 1. num. 8. 727

Caſtitatis votum ad quid obliget vide v. votum.

Caſus ex quibus cognoſcatur in lege non comprehendi, quamuis verba legis ad ipſum extendenda videantur diſp. 1. q. 1 pun. vlt. §. 2. num 9 168

Catechumenorum vota non poſſunt à Prælatis diſpenſari, vel commutari diſp. 4. q. 2 pun 7. §. 4. num. 8. 846

Catechumenus non afficitur legibus eccleſiaſticis diſp. 1. quæſt. 1. puncto 6. num. 1. 62

Caupones parantes cœnam, vel ientaculum viatoribus in die ieiunij, quandonã excuſentur à peccato diſp. 2. q. 4. pun. 2. §. vnico num. 37. & 38 379

Cauſa non requiritur vt ſit vera, quando litteræ Romam mittuntur pro diſpenſatione diſp. 1. q. 2. pun. 10. §. 1. num 2. 250

Cauſa iuſta ſubſiſtente ad diſpenſandum non ſemper tenetur ſuperior diſpenſare diſp 1. q 2. pun 3. num. 22 216

Cauſa an maior requiratur ad diſpenſandum in ijs, quæ ſunt de iure diuino, vel naturali, quàm ijs, quæ ſunt de iure humano diſp. 1. q. 2. pun. 3. num. 21 216

Cauſa motiua, ſeu finali legis in totum, & reſpectu totius communitatis ceſſante, ceſſat obligatio legis diſp. 1. q. 1. pun. vlt. § 1. num 1 165

Cauſa quando dubitatur an ceſſauerit in totum, an præſumenda ſit in totum ceſſaſſe ibidem num 3 169

Cauſa re vera non ſubſiſtente an diſpenſatio teneat, ſi illam petens credebat cauſam ſubſiſtere diſp. 1. q. 2. pun. 3. num. 8. 210

Cauſa tantum narrata; eaque falſa in diſpenſatione obtinenda, redditur inualida diſp. 1. q. 2. pun. 4. num. 18 222

Cauſa faciendi aliquid indifferẽs, ex quo alij occaſionem peccandi arripient, quãdonam dicetur iuſta diſp. 2. q. 4. pun. 2. §. vnico nu. 18. 375

Cauſa diſpenſationis ceſſante diſpẽſatione nondum executioni mandata, probabilius eſt etiam ipſam diſpenſationem ceſſare diſp. 1. q. 2. pun. 10. num. 5. 252

Cauſa ad diſpenſandum debet ſubeſſe, quando inferior vult vti facultate diſpenſandi ibid. nu. 4. 252

Cauſa Eccleſiaſtica non eſt cognoſcenda à laico Iudice diſp. 10. q. 2. pun. 2. §. 1. n. 12. 965

Cauſæ eximendi aliquem ab obligatione legis, ſeu in ea diſpenſandi, quænam ſint diſp. 1. quæſ. 2. pun. 3. nu. 20. 215

Cauſæ, quibus legis obligatio ceſſat d. 1. q. 1. pun. vltimo. 163

Cauſæ copulatiuæ, & disiunctiuæ per quas particulas exprimantur diſp. 1. q. 2. pun. 4. nu. 9. 223

Cauſæ iuſtæ variandi iudicium iam factũ, ſeu deponendi dubium ſpeculatiuum quænam ſint diſp. 2. q. 4. pun. 7. num. 13. 415

Cauſæ peccatorum quænam ſint diſp. 2. q. 5. pun. 1. nu. 1. 435

Cauſæ, quę excuſant laborantes in die feſto, quænam ſint diſp. 5. quæſ. vnica toto puncto 3. 885

Cauſæ excuſantes à ieiunio quænam ſint diſp. vltima quæſ. 1. pun. vltimo. 1105

Cęremonijs hæreticorum aſſiſtens quandonam peccet diſp. 3. q. 2. pun. 3. nu. 21. 508

Celebrationis feſtorum præceptum quotuplex ſit d. 5. q. vnica nu. 1. 865

Cenſura incurritur etiamſi peccatum præceſſerit diſp. 2. q. 4. pun. 4. nu. 7. 391

Cenſura an ſit ſeruanda quando dubitatur an ſit acceptata. Vide v. Dubium.

Cenſuram non incurrit, qui cum ignorantia

tia comitante aliquid facit, cui cenſura eſt annexa diſp.2.q.8.pun.3.nu.36. 470
Cerei accendi poſſunt reliquijs, & Imaginibus Sanctorum diſp.3.q.1.pun.4.nu. 10 488
Characteribus vtens ad diuinandum, vel aliquid obſeruandum, an ſit ſuperſtitioſus diſp.3.q.5.pun.4.nu.10. 595
Charitas quid ſit diſp.3.q.4.pun.1.num.1. 524
Charitas erga quos ſit adhibenda d.3 q.4. pun.3.nu.2. 527
Charitas obligat ad ſubueniendum extremæ neceſſitati ſpirituali d.3.q.4.pun.4. nu.2. 531
Charitas non obligat ad ſubueniendum particulari perſonę, non exiſtenti in extrema neceſſitate ibid.nu.4. 532
Charitatį opponuntur multa peccata d.3. q.4.pun.vltimo § 1.nu.2. 561
Charitati quænam peccata odij opponātur ibid.nu.7. 563
Chyrurgus tenetur operam ſuam indigenti præſtare diſp.3.quæſ.4.pun.6.num. 9. 540
Chriſti humanitas per ſe ſumpta adoratur adoratione Hyperduliæ d.3.quæſ. 1. pun 2.nu.6 477
Chriſtiani capti à Turcis an peccent remigando contra Chriſtianos d. 2. q. 4. pun.2.§.vnico nu.25. 377
Chriſtianus in quibuſnam caſibus teneatur, & in quibus eximatur ab obligatione fidem, exterius confitendi d.3.q. 2.pun.3. à numero 3. vſq; ad 13. 502
Chriſtus, vt homo, qua adoratione adorari debeat diſp.3.quæſ.1 pun.2. num. 4 476
Chriſtus dum colitur, colitur natura humana, vt aſſumpta à verbo diuino, eique vnita ibid.nu.5 476
Chriſtus non habuit peccatum originale diſp.2.quæſ.1. pun.3.nu. 9 pag. de peccatis. 315
Cibi qualitas an culpabilem reddat refectiunculam, quæ diebus ieiunij ſerò ſumitur diſp.vltima quæſ.1. pun. 3. num. 3. 1092
Circunſtantiæ, ex quibus ita peccata creſcunt, vt grauiora, & deteriora fiant d. 2.q.4.pun.1.nu.6 358
Circunſtantiæ ad hoc, vt addant nouam malitiam peccato, an debeant expreſsè intendi ibid.nu.8. 360
Circunſtantię inducentes legiſlatorem ad ferendas leges obligatorias diſp. 1. q. 1. pun.7.§.4 nu.20 121
Citatio facta in die feſto præciſa neceſſitate, non tenet diſp.5.quæſt.vnica pun. 2.nu.14 874
Citatio facta in die feſto an obliget ſaltē ad comparendum die profeſto ſequenti ibid.nu.15 875
Citatio facta pro tali die, in quem incidit dies feſtus, an obliget pro die ſequēti ibid nu.16 875
Citatio facta ad comparendum intra octo dies valet, etiamſi intra illos dies aliquis feſtus incidat ibid nu. 17. 875
Citatio die feſto facta an poſſit de nouo intimari die profeſto, & an huiuſmodi citatio teneat ibid.nu 18 876
Citatus an peccet, & teneatur ad reſtitutionem, ſi fugiat, ne teſtimonium in iudicio ferat diſp. 10.q. 3.pun 3.nu.12 & 13 1068
Ciues quænam opera præſtare poſſint diebus feſtis diſp. 5.quæſ vnica pun.2.nu.9 871
Ciuitas non poteſt dies feſtos inſtituere diſp.5.q.vnica pun.1.nu.4 867
Ciuitates exemptæ poſsūt ferre leges pro Territorio ipſis ſubiecto d.1.q.1.pun.3 nu.11 18
Ciuis Mediolanenſis, qui ſe transfert Bergomum illis quatuor diebus antecedentibus primam dominicam quadrageſimæ, quo tempore Mediolani non ieiunatur, nec abſtinetur à carnibus &c. an teneatur Bergomi ſeruare ieiunia &c. d.1.q.1.pun.6.nu 55 81
Clamoroſa inſinuatio quid ſit d. 10. q. 2. pun.5.nu.5. 1006
Claui, quibus Chriſtus fuit ligno Crucis affixus, non verò alij illos repræſentantes, adorantur d 3.q.1 pun 3.nu.8. 481
Clauſula legitimationis probis in reſcriptis poſita quid operetur d.1 q.2. pun. 2. nu 18 204
Clauſula, motu proprio, in reſcriptis poſita quid operetur d.1 q.2.pun.4 num. 23 229
Clericalem ſtatum aſſumens poſt patratum delictum, an poſſit à laica poteſtate iudicari, & puniri diſp. 10.q 2. pun. 1.§.1.nu 16 968
Clericalem ſtatum quem aſſumpſiſſe in frau-

Digitized by Google

fraudem fori ſecularis, vndenam ſit dignoſcendum ibid.nu. 7 959
Clericalem habitum hoc modo aſſumens ſubijcitur Iudici ſeculari ſolum quo ad pœnam pecuniariam, non verò quo ad corporalem ibid nu. 8 970
Clericalem ſtatum in fraudem aſſumptũ fuiſſe, ad quem pertineat onus probandi ibid.nu. 19 970
Clericalem ſtatum hoc modo aſſumens eſt deponendus, ſi ob delictum dignus ſit mutilatione. vel morte ibid. nu. 20. 970
Clerici non tenentur legibus ciuilibus ex vi coactiua d.1.q.1.pun.6 nu 29 71
Clerici tenentur ſeruare taxam monetarum, & alias leges Principis ibid.num. 30 72
Clerici vendentes triticum, & expendentes pecuniam vltra taxam peccant contra iuſtitiam ibid nu.31 72
Clerici tranſgrediendo leges ciuiles, non grauiter peccant ibid.nu.33 73
Clerici exempti ſunt à laica poteſtate tã in cauſis ſpiritualibus, quàm temporalibus diſp.10.q.2.pun.1 § 1.nu.1 959
Clerici quo iure exempti ſint à laica poteſtate ibid.à nu.2.vſq; ad 5 959
Clerici non poſſunt iudicialiter etiam auctoritatiuè interrogari,examinari &c. à laica poteſtate ibid.nu 5 962
Clerici nomine gaudentis Eccleſiaſtica libertate quinam veniant d.10.q.2.pun. 1 §.1.nu.1 976
Clerici criminoſi in quibus caſibus priuētur priuilegio clericali, & laico iudici ſubiciantur diſp.10.quæſt.2.pun.1.§.4. à nu.1.vſq; ad 9. 983
Clerici incorrigibiles, vel artem ignominioſam exercentes, in quibus caſibus amittant ipſo facto priuilegium fori abſque alia declaratione ibid. num.7.& 8. 984
Clerici amittunt fori priuilegium niſi tonſuram, & habitum deferant, & in Seminario non maneant, vel alicui Eccleſiæ non inſeruiant de mandato Epiſcopi ibid.nu 9 987
Clericis iniuriam inferentes à quo Iudice puniri poſſint diſp.10.q.2.pun.1.§.1. nu.32 975
Clericum percutiens arrepta per vim ab altero manu non peccat, quamuis falſò putet ſe peccare d.2.q.4 pun.6 num. 26 419
Clericus, qui metu mortis dimittit habitum, vel non recitat officium in terris hæreticorum, non dicitur peccare contra fidem d.3.q.2.pun.3 nu.10 505
Clericus deferens vnius horæ ſpatio tormentum igneum, excommunicationẽ incurrit d 1.q.1 pun 7 § 4.nu 18 110
Clericus falſum deponens coram Iudice laico, non poteſt vlla pœna ab eo puniri diſp.10.q.2 pun 1.§.1.nu.21 971
Clericus in quibus caſibus poſſit capi à laica poteſtate ibid nu.22 971
Clericus, qui vendito agro conuenitur vt condemnetur, conueniendus eſt coram Iudice eccleſiaſtico ibid. nu.23 972
Clericus exercens officia ſecularia in quibus cauſis nequeat conueniri coram Iudice laico ibid nu.24 972
Clericus, qui tanquam hæres in bona laici ſucceſſit, non poteſt ratione illorum bonorum ad laicale forum trahi ibid. nu.25 972
Clericus,qui in iudicio ſeculari depoſitum recepit, non poteſt pro illius reſtitutione coram Iudice laico conueniri ibid. nu.26 973
Clericus citatus,qui comparuit coram Iudice laico, non tenetur illius ſententiæ ſtare ibid nu.27 973
Clericus non poteſt coram Iudice laico contra alium clericum agere ibid num. 28 973
Clericus, qui cum alijs laicis delictũ commiſit, à quo Iudice ſit iudicandus ibid. nu 30 974
Clericus etiam conſentiens non poteſt à Iudice laico iudicari, licet poſſit illum vt Arbitrum eligere d.10.q.2.pun. 1.§. 3.nu 4.& 5 981
Clericus laicus putatus, & citatus ad comparendum coram Tribunali laico,ſi cõparere neglexerit ad allegandum priuilegium clericale. damnandus eſt in expenſis ad petitionem actoris d.10. q.2. pun.1.§. 1.nu 8 964
Clericus non poteſt à laico Iudice abſolui ibid.nu 9 964
Clericus, cui reſeruata fuit penſio vt Clerico, non gaudet priuilegio fori,niſi habitum, & tonſuram ferat d.10.q.2.pun. 1.§ 4.num 11 988
Clericus, qui beneficij collationem obtinuit, non verò poſſeſſionem illius, an fruatur priuilegio fori diſp.10.q.2.pun. 1.§.4 n.12. 988

Digitized by Google

Clericus, qui bis, vel ter tantum eccleſiæ inſeruit, priuilegio non gaudet ibid. nu. 13 989
Clericus, qui aliquoties habitum dimittit non amittit priuilegium ibidem num. 14 989
Clericus incedens ſine habitu an amittat priuilegium ante admonitionem ibid. nu. 15. 990
Clericus ex iuſta cauſa habitum dimittēs, non amittit priuilegium ibidem nu. 16. 991
Clericus qualem habitum deferre debeat, vt clericali habitu incedere dicatur, & quid ſit agendum, quando controuertitur an habitus, cum quo inuentus eſt ſit clericalis ibidem num. 17. & 18. 991
Clericus non præſtans ea, quæ habentur in Tridentino, cui Iudici ſit ſubijciendus ibidem num. 19. 992
Clericus amiſſo priuilegio fori, non amittit priuilegium Canonis, & è contra ib. num 20 993
Clericus conueniens alium Clericum coram Iudice laico committit ſacrilegiū, & excommunicationem incurrit diſp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. nu. 1. 994
Clericus minoribus ordinibus inſignitus, poteſt Notarij etiam Imperialis officiū exercere diſp. 10. q. 3. pun. vltimo num. 8. 1081
Clericus poteſt moderatè percuti a ſuo ſuperiore diſp. 6. q. vnica pun. 8. num. 9. 937
Clericus delinquens poteſt à miniſtris Eccleſiæ extrahi è loco ſacro diſp. 3. q. 7. §. 3 nu. 6. & 7 6 6
Coactio excuſat laborantes in die feſto diſp. 5. q vnica pun 3. nu. 16. 889
Ceremonijs hæreticorum aſſiſtens quandonam peccet diſput. 3. q. 1. pun. 3. num. 21 508
Cognitio ſine qua Iudex non poteſt reum condemnare, vnde deſumenda diſp. 10. quæſt. 3. pun. 3. num. 1. 1063
Cognitionem legis aliquam habens non peccat eam tranſgrediendo, ſi adhibita diligentia veritatem non cognouit diſp. 2 q. 8 pun. 3. num. 15 463
Collegio admiſſus cum onere vt ſit Collegij priuilegijs priuatus, ſi tale delictū patrarit, eo patrato an ſit ante ſententiam ijs priuilegijs priuatus diſp. 1. q. 1. pun. 7. § 2. num 26 102
Collegium an habeat poteſtatem ferendi legem diſp. 1. q. 1. pun. 3. nu. 31 32
Comedens ſæpius intemperanter mortaliter peccat diſp. 2. quæſt. 3. pun. 5. num. 18 354
Comedens intemperanter, & præuidens fore vt ob nimium cibum fiat impotens ad celebrandum, ad recitandum officiū, vel ad votum adimplendum, an peccet contra hæc præcepta diſp. 2. q. 8. pun. 1. num. 15 450
Comminatio alicui facta, vnde dignoſcatur fieri abſque ira, & paſſione diſp. 4. q. 1. pun. 14. num. 4 700
Commiſſiones conceſſæ Ordinarijs ad diſpenſandum, cenſentur conceſſæ nomine perſonæ diſp. 1. q. 3 punct. 1. num. 15. 269
Commiſſiones alicui factæ vt plurimum ſunt perſonales diſput. 1. q. 3. pun 8 §. 1. num. 5 300
Commiſſiones factæ diœceſano, ſeu Vicario Epiſcopi, expediri poſſunt per ſucceſſorem in officio eo mortuo, vel amoto ab officio ibidem 301
Commiſſiones datæ Vicario ſub nomine dignitatis, poſſunt expediri per ſucceſſorem Vicarium, etiamſi Epiſcopus ſit tantummodò confirmatus, & non conſecratus, modò poſſeſſionem cœperit ibid. nu. 6 301
Commiſſiones huiuſmodi non poſſunt expediri per Vicarium Capituli ibid. nu. 7. & 8 301
Commiſſiones, ſeu diſpenſationes, quarū expeditio concredita fuit Vicario, ſeu officiali epiſcopi, expediendæ ſunt per officialem principaliorem, vel eius ſucceſſorem ibid. nu. 10 303
Commiſſiones factæ Vicario Epiſcopi, nō poſſunt fieri ab ipſo Epiſcopo eo mortuo, vel etiā ad Epiſcopatum aſſumpto ibid. nu. 12 304
Commiſſiones factæ legato etiam ſub nomine dignitatis, extinguuntur finita legatione, nec tranſeunt ad ſucceſſorem ibid. num 15 304
Commiſſiones tam iuriſdictionis, quàm nudi miniſterij, tranſeunt ad ſucceſſorē ibidem num. 16. pag. de priuilegijs 305
Commiſſiones perſonales vt teneant, ſufficit vt is, cui commiſſio committitur, in dignitate exiſtat tempore impetrationis, ſeu datæ ibid. num. 17 305
Communicatio cum infidelibus eſt prohibita, ſi adſit periculum peruerſionis diſ.

Digitized by Google

3.q.2.pun.5.num 1 513
Communicatio cum Iudæis in quibuſnã caſibus prohibeatur fidelibus ibidem n. 2 513
Communitas perfecta poteſt leges ferre diſp.1.q.1 pun 3.num.10 20
Communitas quandonam dicatur amittere aliquod priuilegium ei conceſſum diſp.1.q.3.pun.8 § 6. nu.15. 333
Communitatis nomine quid intelligatur, quando dicitur legem eſſe à tota communitate acceptandam diſ. 1. quæſt. 1. pun.4.num 33. 47
Communitatis minor pars peccat non obediendo legi, quãdo maior pars eam acceptauit ibidem num. 14 48
Commutatio votorum quid ſit diſp. 4.q.2 pun 7.§.3. num.1 833
Commutatio votorum ad quos pertineat ibidem num.9 836
Commutatio votorum per priuilegium facta, ſufficit ſi fiat in minus ibid.num. 11 836
Commutatione voti facta liberum eſt vouenti ſeruare primum votum diſp. 4.q. 2.pun.7.§.3.num.20 841
Commutationem voti caſtitatis in confeſſionem menſtruam à Papa obtinens, quandonam teneatur eam facere diſp. 1.q.2.pun.2 num 11 202
Compromiſſores certæ litis tali die diuidendæ, quomodo teneantur ſtare iuramento diſp.4.q 1.p.18.num.8. 708
Conceptus ante peccatum Adæ ſi quis fuiſſet non contraxiſſet peccatum originale diſp.2.q.1 p.3.num.10. pag.de peccatis 315
Conceſſio diſpenſandi in particulari caſu ſponte ſuperiori occultato, ne ea diſpẽſatio petenti denegaretur, an valeat d. 1.q.2.pun.5.num.2. 240
Concilia generalia facta auctoritate Papæ, an poſſint leges, & ſtatuta generalia ferre diſp.1.q.1.pun 3.num.13 22
Concilia Prouincialia, Nationalia, & Synodalia an poſſint leges ferre ibidem num.14 23
Concilium Tridentinum an liceat interpretari diſp.1.q.1.pun.8.nu.3. 138
Concilium Prouinciale poteſt ſine cauſa in proprijs decretis validè diſpenſare diſp.1.q.2.pun 3.nu.5 209
Concio non eſt audiẽda eo præcepto, quo fideles tenentur dies feſtos colere diſp. 5.q.vnica pun.2.num.27 880
Concio quo tempore habenda ſit ad populum, & quandonam peccent paſtores concionem omittendo ibid. à num 28 vſque ad 31 882
Concionibus hæreticorum aſſiſtens, quandonam excuſetur à peccato diſp. 3. q.2. pun.3. num.21 508
Concupiſcentia non eſt peccatum originale diſp.2.q.1.pun.2.nu.7. pag. de peccatis 310
Conditiones requiſitæ in Iudice adhoc vt rectè iudicet diſp.10. q.2. punct.2. & 3. 995
Conditiones requiſitæ ad veram accuſationem diſp.10.q.3 pun.1.num.2. 1045
Conditiones requiſitæ ad hoc vt teſtes plenè probent in iudicio diſp. 10. q.3.pun. 3.num.2 1064
Conditiones requiſitæ adhoc vt verum emittatur iuramentum diſp.4.q.1.pun.3. num.3 670
Conditiones requiſitæ ad iurandum nomine alterius diſp.4.q.1.pun.10.num.5. 688
Conditiones requiſitę adhoc vt votum de re indifferente obliget, quænam ſint d. 4.q.2.pun.4.§ 2.num.4 756
Conditiones ad legem humanam condẽdam requiſitæ quot ſint diſp.1.q.1.pun. 4.num 1 38
Conditiones ad ferendam legem humanã requiſitæ diſp.1.q.1.pun.1. num.4 5
Conditiones requiſitæ ad conſuetudinem introducendam diſp.1.q.1.pun.vlt. §.3. num.6 173
Conditiones requiſitæ, dum aliqua diſpẽſatio de mandato Papæ expeditur, diſp. 1.q.2 pun.2.num.2 198
Conditiones requiſitæ ad licitam materiam priuilegij diſp.1.q.3.punct.4.§.1. num.1 277
Confeſſarius, qui facultatem habet abſoluendi a reſeruatis, validè etiam ab illis abſoluit poſt reuocationem priuilegij priuatim factam, & ſibi ignotam diſp.1. q.3.pun.8.§.3.num. 21. pag. de priuilegijs 324
Confeſſarius quænam opera iniungere debeat illi, qui voti alicuius obtinuit diſpẽſationem à Papa diſp.1.quæſt. 1. pun.2. num.9 202
Confeſſarius non tenetur reum cogere ad iterum retractandam veritatem prius in iudicio negatam, ſi ea detecta condemnaretur diſp. 10.quæſt.3. pun 1.nu-

mero 8 1055
confeſſarius quomodo ſe debeat gerere erga ſcrupuloſos circa præteritas confeſſiones diſp.2.q.4.pun.8.num.4. 410
confeſſarius poteſt ſe aliquando conformare opinioni minus probabili, quam ipſius pœnitens ſequitur diſp.2.q.4. pun. 9.num.8 427
confeſſarius audita confeſſione an poſſit pœnitentem abſoluere iuxta ipſius pœnitentis opinionem minus probabilem, quam confeſſarius non ſequitur ibidem num. 9. 427
confeſſarius tenetur pœnitentem interrogare circa articulos fidei, quando ſcit eos ab ipſo ignorari diſp.3. q.2. pun. 2. num.15. 500
confeſſarius quomodo ſe debeat gerere quando reperit pœnitentem ea ignorare, quæ ſcire tenetur ibidem num. 16 500
confeſſarius quid teneatur petere a malefico, dum illius confeſſionem audit diſp. 3.q.5 pun.5.num.11 605
Confeſſio menſtrua quandonam diſpenſatis à confeſſario ſit imponenda diſp. 1.q.2.pun 2.num.10 202
confeſſio facta Sacerdoti ignaro conceſſionis ſibi ab Epiſcopo factæ ad confeſſiones excipiendas, tenet ſi ea conceſſio iã ab ipſius Nuncio, vel Procuratore acceptata fuit diſp.1.q.3.pun.3. num.7 274
confeſſionem menſtruam quandonam teneatur facere diſpenſatus in voto caſtitatis à Papa diſp.1.q.2. pun.2. num.11. 202
Confirmatio legis alia eſt eſſentialis, & alia accidentalis diſp.1.quæſt.2. pun.1. num.16 193
coniuges an poſſint vouere religionem, vel continentiam diſp.4.quæſt.2.pun.5. §.6.num.8 799
coniux indignus quiſnam dicatur diſp. 6. q vnica pun.6.§.2.num.2 911
conſcientia quid, & quotuplex ſit diſp. 2. q.4.pun 6.nu.1.& 2 402
conſcientia quamuis erronea obligat ad faciendum id, quod conſcientia dictat ibid num.8 403
conſcientia alia eſt erronea vincibilis, alia inuincibilis ibid num.10 404
conſcientia inuincibiliter errans magis obligat, quàm præceptum ſuperioris, ibidem num.17 406
conſcientia temerè, & ſine fundamento concepta deponi poteſt ibid.nu.30 410
conſcientia vt practicè vincatur, & deponatur dubium ſpeculatiuum quid requiratur diſp.2.q.4.pun.7.num.11 415
conſcientiam practicè dubiam habens, dũ aliquid operatur, quo peccato peccet diſp.2 q.4.pun.7.num.1 412
conſenſus quotuplex ſit diſput. 1.q.1. pun. vlt §.3.num.35 182
conſenſus requiritur ad peccatum diſp. 2. q 2 pun.3.num.15 331
conſenſus alius directus, alius indirectus ibid.num 16. pag. de peccatis 331
conſenſus quandonam cenſeatur ſufficiẽs ad mortale ibid.num.19. 331
cõſtitutio particularis facta circa aliquid, quod etiam habetur in iure communi, quomodo ſit explicanda diſp.1 q.1.pun. 8.num.21 147
conſtitutiones cancellariæ non ſunt propriè leges diſp.1 q.1.pun.4.num.14 39
conſuetudinem introducens contra legẽ, ſeu contra conſuetudinem legitimè receptam quanto tempore peccet diſp. 1. q.1 pun.vlt.§.3.nu.45 186
conſuetudinis proprietas quænam ſit d.1. q.1.pun.vlt §.3.num.4 172
conſuetudinis interruptio per actum contrarium, an impediat vim conſuetudinis ibidem nu.33 181
conſuetudo quid ſit diſp.1.q.1.pun.vlt.§.3 num.2 171
conſuetudo quotuplex ſit ibidem num.3. 172
conſuetudo contraria legitimè introducta efficit vt prior lex vim obligandi amittat diſp.1.quæſt.1. pun. vltimo § 3. num.1 171
conſuetudo vt legitimè introducatur quas conditiones habere debeat ibidem nu. 6 173
conſuetudo non poteſt legitimè introduci contra ius naturale ibid. nu.8 173
conſuetudo non poteſt introduci contra commune bonum ibid. nu 9 174
conſuetudo recipientium ſtipendia, quam uis non interſint Anniuerſarijs defunctorum, non eſt legitimè introducta ib. nu.10 174
conſuetudo an poſſit legem abrogare, quamuis ea ſit reprobata a lege ibid n. 36 183
conſuetudo recepta an poſſit abrogari per legem ibid.nu.38 184
conſuetudo noua poteſt conſuetudinem

antiquam

antiquam contrariam abrogare ibid.n. 44 184
conſuetudo, & præſcriptio diſtinguuntur ibid.num.46 1:6
conſuetudo iurandi per ſe non eſt peccatū diſp 4.q.1 pun.1:.nu.1. 696
conſuetudo huiuſmodi quot modis habeatur ibidem num. 2 696
conſuetudo huiuſmodi in quibus caſibus ſit peccaminoſa, & è contra ibidem nu. 3.& ſeq. 697
conſuetudo aliquid faciendi tali ſolum tẽpore, vel die, an ſit ſuperſtitioſa diſp.3. q.5 pun.4. nu.12 596
cõſulens minus malum parato facere maius, non peccat diſp. 2.q.4. pun.2.§.vnico nu.39 380
cõtemptus ſpecialis facit peccatum, quod erat veniale mortale diſp.2.q.3. pun.5. num.6 347
contemptus alius formalis, & alius materialis ibid. nu.7 347
contemptus vnus dicitur legislatoris, alter rei præceptæ ibid. nu 8 :47
contemptus formalis explicandus eſt in confeſſione ibid num 16 350
contentio quid ſit, & in quo differat a diſcordia diſp.3.q.4.pun. vltimo §.4.numero 4 570
contentio an ſit peccatum mortale, & cui virtuti apponatur ibid.nu 5 571
continentiam an poſſent coniuges vouere; vide v.Coniuges.
contractum vſurarium inaduertenter celebrans non peccat diſp 2. q.2 punct.3. num.8.pag. de peccatis. 319
contractus ſine debita ſolemnitate requiſita celebrati, inualidi ſunt in vtroque foro diſp.1.q.1.pun.7.§.5.nu.16 132
contractus celebratus in die feſto tenet d. 5.q.vnica pun.2.num.11 873
conuicia eadem repetens multoties ex eodem impetu iræ, peccat vnico peccato diſp.1.q 4 pun.2.num.11 366
copula habita cum eadem poſtquam Papa facultatem diſpenſandi Epiſcopo dedit, non impedit diſpenſationem diſp.1 q.2 pun 5.num.4 232
copula ſecreta reddit inualidam diſpenſationem, ſi concedebatur ſub conditione modò ea non interceſſerit ibidem num. 14 2:6
copula ſecreta eſt aperienda Iudici interroganti ad hoc vt diſpenſatio teneat ibidem
correctio legis efficit vt lex vim obligandi amittat diſp.1.quæſt.1.pun vltimo § 1. num.1 164
correctio proximi peccantis facienda eſt ex præcepto naturali, & diuino diſp. 3. q.4 pun.7. num.1 552
correctio tam à Chriſtianis, quàm fidelibus facienda eſt ibid num 2 552
correctio omnium peccatorum mortaliū facienda eſt ibid num.3 553
correctio eorum omnium facienda eſt, de quibus eſt ſpes emendationis ibidem num.5 553
correctio quandonam facienda ſit, & quandonam omittenda ibidem num.6. 554
correctio an ſit facienda, quando dubitatur an ſit profutura ibid nu.7 555
correctio leuioris peccati poteſt omitti, vt delinquens reſipiſcat a maiori ibid. num.8 556
correctio differri poteſt ſi ſtatim eam faciendo non ſperetur fructus ibidem nu. 9 556
correctio an ſit facienda quando proximus ex ignorantia peccat ibidem num. 10 556
correctio an obliget cum periculo vitæ, vel magni damni ibidem num.11 557
correctio fraterna quo ordine ſit facienda ibid.num. 12 558
correctio cur facienda adhibitis teſtibus ibid.nu.13 558
correctio poteſt fieri adhibitis gradatim alijs teſtibus ibid. num.14 558
creatura aliqua quotupliciter poſſit in teſtem adduci diſp. 4. q. 1. pun. 1. num. 5. 667
creatus nunc à Deo miraculoſè, non contraheret peccatum originale diſp. 2.q.2 pun 3.num.7. pag. de peccatis. 315
crucis lignum adoratur adoratione latriæ diſp.5.q.1. pun.3.nu.6 480
crux vera Chriſti adorari poteſt eadem adoratione, qua aliæ cruces diſp. 3.q.1. pun 3.num.7 4 0
cultus alius dicitur ſuperfluus, & alius falſus diſput 3. quæſt.5. pun. 1.num.2.& 4. 580
curam ſubditorum an, & qualem habere debeant Domini, & ſuperiores diſp.6. q.vnica pun.8 934
curator quænam vota filiorum minorum puberum poſſit irritare diſp. 4 q.2 p 7. §.2.nu.25 827

Curator poteſt eleemoſynam facere de bonis filij, cuius curam habet diſp. 3. q. 4. pun.6.nu.16 549
Cuſtodes vinearum quandonam peccent ſe occultando, vt viatores deprehendãt diſp.2.q.4.pun.2.§.vnico nu.28 378

D

Damnati equalem pœnam damni patiuntur diſp.2.q.4.pun.1.num.3. 357
Damnati amiſerunt fidem, & ſpem diſp. 3 q.2.pun.1.num.9 492
Damnato vt fame moriatur non tenemur cibum dare diſput.3.q.4.pun.6. num. 17 545
Damnatus non eſt diligendus ex charitate diſp.3.q.4.pun.3.num.2 527
Damnatus ad Triremes, vel perpetuum carcerem, poteſt fugere carcerem etiam frangendo diſput.10.q.3.pun.2.num.14. 1058
Damni qualiſnam periculum excuſet à tranſgreſſione legis humanæ, & à peccato diſp.2.q.8 pun.2.nu 4 454
Debita mariti mortui ab ipſo contracta ad familiam alendam, à quibus ſint ſoluenda diſput.6.q vnica pun.7. num.13. 9 6
Debitor, qui iurauit debitum intra menſem ſoluere, adhuc tenetur eo tranſacto ſi non ſoluit diſp.4.q.1.pun. 16. à nu.11. vſque ad 14 709
Debitor extremam patiens neceſſitatem, an teneatur debitum ſoluere creditori in ſimili neceſſitate exiſtenti diſp.3.q.4. pun.6 nu.14 542
Debitores omnes gaudent eccleſiæ immunitate diſp.3.q 7.§ 4.nu.2 619
Decima an ſit res ſpiritualis an temporalis diſp.vltima q.5.pun.1. nu. 2. 1215
Decima quo iure ſit ſoluenda ibidem nu. 3 1215
Decima an ritè taxata fuerit ab eccleſia, & an eccleſia habeat eius dominium ante traditionem ibidem num.4.& 5. 1216
Decima quotuplex ſit diſp.vlt.q.5. pun.2. num.1 12 7
Decima, quæ debetur ex vinea non eſt ſoluenda in vuis, ſed in vino ibidem num. 2 1217
Decima prædialis debetur etiam ex noualibus ibidem num.3 1217
Decima quandonam, & vbi ſit ſoluenda diſp.vltima q.5.pun.4.nu.1.& 3 1227
Decima an ſit ſoluenda antequam petatur ibid.nu.2 1227
Decimarum partem per diſpenſationem non ſoluens, ſi ampliorem diſpenſationem deſiderat, debet prioris meminiſſe d.1.q.2.pun.8.nu.4 246
Decimas non ſoluentes quot peccata cõmittant d.vlt.q.5.pun.3.nu.16 1226
Decimas reales ſoluens non debet detrahere expenſas Secus in perſonalibus ibid.nu 17 1226
Decimas ſoluendi obligatio quibus modis, ſeu quibus de cauſis tollatur d. vlt. q.5.pun.5. 1229
Decimas non ſoluens quas pœnas incurrat d.vlt.q.5.pun.7 1234
Decimæ à quo, & quibus ſint ſoluendæ d. vlt.q.5 pun 3.nu 1 1219
Decimæ perſonales à quo, & quibus ſint perſoluendæ ibid.nu.2 1220
Decimæ cui ſint ſoluendæ, dum quis habet duo domicilia ibid.nu 3 1220
Decimæ ſoluendę ſunt de omnibus bonis per induſtriam acquiſitis ibi. n.2. 1220
Decimæ prædiales à quo, & quibus ſint ſoluendæ ibid.nu.4 1220
Decimæ à quibus perſonis, & locis pijs ſint ſoluendæ ibid. à num. 5. vſq; ad 8. 1221
Decimæ à quonam ſint ſoluendæ, dum plures colliguntur fructus ibidem num. 8. 1221
Decimæ non ſunt ſoluendæ ex fructibus quos Dominus percepiſſet, ſi agrum coluiſſet, defendiſſet &c. ibidem nu. 9. 1223
Decimæ an ſint ſoluendæ ab Epiſcopis, Parochis, & Clericis, & cui ibid.nu.11 12.& 13 1224
Decimæ mixtæ quomodo ſint ſoluendæ ibid.nu.14 1225
Decimæ ſoluendæ ſunt Clericis, quamuis diuitibus, vel improbis ibidem num. 15 1226
Decimæ coram quo Iudice ſint petendæ, & cauſæ decimę agendæ d.vlt.q.5.pun. 6 1233
Decimæ nomine quid intelligatur d. vlt. q 5.pun.1.nu.1 1215
Declarationes Cardinalium quam vim habeant diſp.1 quæſt.1. pun.3. num. 4. 139
Declarationes Cardinaliũ ſequendæ ſunt à Iudicibus in ſententijs ferendis ibid.n. 6 141

Digitized by Google

Declarationes Cardinalium ab omnibus amplectendæ ſunt ibid nu.5 140
Declarationes Cardinalium an imponant obligationem tam quoad præterita, quàm quo ad futura ibid nu.7 141
Decretum Pij V. circa Medicos quomodo ſit intelligendum d.4.q.1.pun.16.nu.11 12.& 13 709
Definitio legis quænam ſit d.1.q.1.pun.1. nu.1 4
Definitio peccati originalis d.2.q.1. pun. 2.nu.4.pag.de peccatis. 308
Definitio peccati actualis à priori, & formaliter diſp.2.quæſt.2.pun.1.n.12. 324
Definitiones peccati actualis à poſteriori & materialiter d 2.q.2 pun.1.nu.1.pag. de peccatis 310. & nu 5.& 6 322
Degradandus an ſit qui aſſumpſit habitum clericalem, vel Religioſum in fraudem fori ſecularis vide verbo Clericalem ſtatum.
Delegatio, niſi aliter ex circunſtantijs colligatur, cenſetur ſemper perſonalis diſp.1.q.3.pun.8 § 1.nu.5 300
Delegatio facta Vicario, ſeu officiali Epiſcopi expediri poteſt per ſucceſſorem remoto primo ob officio ibid. 301
Delegationes datæ officiali Epiſcopi, non poſſunt expediri ab eo, qui fuit ab Epiſcopo electus tantummodo ad expediẽdas commiſſiones Pontificias d.1 q.3. pun.8.§.1.nu.11 303
Delegatus, cui aliquid expediendum à Sede Apoſtolica committitur, debet in dignitate exiſtere tempore impetrationis, ſeu datæ diſp 1.q.3.pun.8.§.1.nu. 17.pag.de legibus. 305
Delegatus à Papa ad diſpenſandum non poteſt per alium diſpenſationẽ expedire, poteſt verò receptionem teſtiũ, & informationem alteri committere ibid. nu 18 306
Delegatus non poteſt diſpenſare cauſa diſpenſationis ceſſante d.1.q 2.pun.10.§. 1.nu 3 151
Deliberatio virtualis an ſufficiat ad votũ d 4.q.2.pun.1 nu.5 726
Delicta Religioſorum quomodo ſint à ſuis Prelatis cognoſcẽda d.10.q.2. pun. 5 nu.16 1012
Delictum committens prope Eccleſiam ſpe confugiendi ad illam, non priuatur Eccleſiaſtica immunitate d.3.q.7. §.4. nu 13 613
Delictum committens ob quod ipſo facto ipſius bona publicantur, non tenetur ea fiſcho tradere ante ſententiam d.1. q.1.pun 7.§.2.nu 20. 100
Delinquens non tenetur ſe officio, vel beneficio priuare ante ſententiam criminis declaratoriam, ſi hoc præſtare nequeat ſine periculo grauis infamiæ d.1, q.1.pun.7.§.2.nu.10 97
Dæmon per quam corporis partem ingrediatur, vel egrediatur d.4.q. 1. pun. vlt.nu.16 722
Dęmon an ſemper vexet corpus, & quam poteſtatem in illud habeat ibid.nu. 17. & 18 722
Dęmon non amiſit ſcientiam naturalem per peccatum diſp.3.q.5.pun 5.num. 2. 602
Dæmone vno expulſo vt plurimum omnes è corporibus exeunt d 4.q.1.punct. vlt nu.15 722
Dæmonem adiurans an peccet adhibendo rutam, ſtercus, caprinum &c. d.4. q.1.pun.vlt.nu.12 721
Dæmonem alloquens, vel aliquid ex curioſitate, vel leuitate ab eo petens, an mortaliter peccet ibid nu.9. 720
Dæmonem alligantes, & inuocantes non ſunt ipſo facto excommunicati d.3. q. 5 pun.3.nu 22 592
Dæmones amiſerunt fidem, & ſpem d.3. q.2.pun.1 nu.9 492
Dæmones quam ſcientiam habeant rerũ futurarum d 3.q.5.pun.1.nu.2 585
Dæmones qua adiuratione adiurentur d. 4.q 1.pun.vlt.nu.2 717
Dęmones adiurare non licet, vt opem ferant ad fugandas grandines &c ibid.n. 5 718
Dæmones adiurandi facultas quibus competat ibid nu.7 719
Dæmoni humanum corpus obſidenti an liceat aliquid petere d.4.q. 1. pun. vlt. nu.8 719
Dæmonis pactioni conniuens adiurator an peccet diſp.4.q.1.pun.vltimo nu.13. 721
Denunciãdus an ſit officio Inquiſitionis, qui vtitur arte medendi vulneratis applicando remedium vitiis ſanguine infectis d.3.q 5.pun.4.n.19 599
Denunciatio iudicialis diſtinguitur ab accuſatione diſp.10.quæſt.2.pun.5. nu. 6. 1007
Denunciatio ab officialibus facienda eſt eorum, qui contra legem faciunt, qui li-

licentiam obtinerent, ſed ob aliquam cauſam eam petere, negligunt diſp. 10. q.3.pun.1.num.9 1049

Denunciatio peccatoris, qui correctioné adhibitis teſtibus non acceptauit, an ſtatim poſſit fieri Prælato diſp.3.q.4. pun. 7.num.14 559

Denunciatio an poſſit fieri Prælato non adhibitis teſtibus ibid.nu.15. 559

Denunciatio an fieri debeat Prælato, quãdo ſua ſponte frater reſipuit à delicto ibid. nu.16 560

Denunciationem criminis omittens, cum teneretur ex officio, an pœnam, quam paſſus fuiſſet delinquens, ſoluere teneatur diſp.10.q.3.pun.1.nu.8. 1049

Denunciationum duo ſunt genera diſp.10 q.2.pun.5.num.2. 1005

Denunciator non facit ſemiplenam probationem diſp.10.quæſt.3.pun.2.num.3 1053

Depopulatores agrorum non gaudent priuilegio immunitatis diſp. 3. q. 7.§.4.nu. 6 631

Deſperationis actus poteſt reperiri in hæreſi diſp.3.q.3.pun.2.n.5 522

Deus non eſt cauſa peccati diſp.2.q.5.pun. 2.num.1 436

Deus non impellit voluntatem hominis ad malè agendum ibid.num 2. 437

Deus non poteſt falſum reuelare diſp. 3. q.2.pun.1.num.6 491

Deus diligendus eſt ſuper omnia appretiatiuè, non verò intenſiuè diſp.3.q.4. pun. 1.num.2 525

Deus diligendus eſt tanquam finis vltimus ibid.nu.3 525

Deus an poſſit odio haberi diſp.3.q.4.pun. vltimo §.1.num.4. 562

Deus an poſſit diſpenſare in lege naturali diſp.1.q.1.pun.2.num 10 10

Dies natalis alicuius Sancti nondum canonizati, poteſt celebrari priuatim tanquam feſtiuus diſp.3.q.1.pun. 2. num.2 475

Dies feſtos inſtituere ad quem pertineat. Vide v.feſtus dies.

Differentia inter votum caſtitatis, & alia onera ordini ſacro annexa diſp. 4. q. 2. pun. 1.nu.8 727

Differentia inter Clericum habentem beneficium, & eum, qui eccleſiæ inſeruit, vel in Seminario degit &c.diſp 10. q.2. pun.1.§.4. num.10 988

Differentia inter accuſationem, & denunciationem diſput.10. q. 3.pun.1.num.32 1046

Differentia inter iuramentum, & adiurationem diſp.4.q.1. pun.vlt.num.10.710

Differentia inter diſpenſationes, quæ pro foro externo, & eas, quæ pro conſcientiæ foro conceduntur diſp.1.q.2. pun.2. num.1 198

Differentia inter reſcriptum gratiæ, & iuſtitiæ diſp.1.q.2.pun.4.num.2 209

Differentia inter Concilium, legem, & præceptum d.1.q. 1. pun.7.§.2.n.4 92

Differẽtia inter legem, & præceptum diſp. 1.q.1.pun.1.num.3 5

Differentia inter leges diuinas, & humanas d.1.q.1.pun.4.num.24 43

Differentia inter reuocationem, & non acceptationem legis ibid.nu.30 79

Differentia inter conſuetudinem legi contrariam, & deſuetudinem, ſeu non vſum ibidem num.40 49

Differentia inter conſuetudinem, & deſuetudinem diſp.1.q.1.pun.4.num. 47 52

Differentia inter diſpenſationem voti, iuramenti, & aliarum legum diſp. 1.q.2. pun.10.§.2. nu.6 258

Differentia in explicandis priuilegijs contentis in iure communi, & ijs, quæ in eo non continentur diſp. 1. q. 3.pun. 7.§.1. num 6 288

Differentia inter præceptum, ſtatutum, & conſtitutionem diſp.1.q.3.pun.8.§. 1.n. 16.pag.de legibus 312

Differentia inter peccata carnalia d. 2.q. 2.pun.1.nu.10.pag. de peccatis 323

Differentia inter peccatum mortale, & veniale d 2.q.3.pun 2 num 4 pag. 339. & pun 4 nu.1.& 2 344

Differentia inter ſcrupulum, dubium, & opinionem diſp.2.quæſt.4.pun 6 nu.6. 402

Differentia inter eum, qui carcere detinetur, & eum, qui infirmus domi iacet, putantes ſe grauiter peccare omittendo ſacrum ibid.nu.25 409

Differentia inter honorem, & adorationem d.3.q.1.pun 1.nu.2 473

Differentia inter iram, odium, & indignationem diſp.3.quæſt.4 pun. vlt. §. 2.nu. 8 505

Differentia inter inuidiam, & reliqua peccata d.3.q.4.pun.vlt.§.2.nu.2 567

Differentiæ inter vanam obſeruationem & obſeruantiam euentuũ d.3.q.5. pun. 4.nu.22 601

Dili-

Diligentia quænam ſit adhibenda ad ſuperandam ignorantiam alicuius legis præuia aliqua cognitione, vel cogitatione d.2.q 8.pun.3.nu.14 465
Diſcordia quid, ſit quale peccatum, & cui virtuti opponatur d.3.q.4.pun.vlt.§. 4. nu.1.& 2 569
Diſcordia non ſemper charitati opponitur ibid.nu 3 570
Diſpenſans ſecum in propria lege non dicitur propriè diſpenſare d. 1.q. 2.pun.1. nu.11 191
Diſpenſare in Iuramentis quibus concedatur præter Papam d.4.q.1 pun.17. n. 9. 714
Diſpenſatio validè obtenta excuſat à tráſgreſſione legis diſp.2.quæſ.8.pun.1.nu. 1. 456
Diſpenſatio in lege humana ſine cauſa à legiſlatore conceſſa, vel ab alio habente facultatem legiſlatoris, valida eſt ſed illicita diſp.1 quæſt.2.pun.3.num. 1. 206
Diſpenſatio ab Epiſcopo facta ſine cauſa in propria lege, vel conſtitutione, quãuis facta in Synodo, valida eſt ibid.nu. 2. 208
Diſpenſatio an valeat conceſſa bona fide credenti ſubeſſe iuſtam cauſam illam obtinendi, ſed re vera non erat ſufficiens ibid nu.8 210
Diſpenſatio obtenta expreſſa falſa cauſa, probata tamen per falſos teſtes, inualida eſt d.1.q.2.pun.3.nu.10 211
Diſpenſatio tenet ſi vera cauſa probetur falſis teſtibus ibid nu.11 212
Diſpenſatio facta ab inferiore in lege ſuperioris, inualida eſt ibid.nu.12 212
Diſpenſatio facta in iure diuino, vel naturali, inualida eſt ibid.nu 14 212
Diſpenſatio in foro conſcientiæ data ſine cognitione cauſæ valet, ſi adſit iuſta cauſa, quamuis poſſit reuocari ibid.nu. 17 213
Diſpenſatio per nutus, & ſigna, vel ratihabitionem ſine cognitione cauſæ cõceſſa tenet ibid nu 18 214
Diſpenſatio inualida eſt ſi taceatur, vel falsò aliquid narretur, quo cognito ſuperior non eam conceſſiſſet diſp. 1.q.2. pun 4.nu 3 210
Diſpenſatio valet etiamſi taceatur proprium nomen ibid.nu.5 211
Diſpenſatio voti tenet, ſi eam petens fingat ſe doctum, ſtudioſum &c. ibid. nu. 4 221
Diſpenſatio tenet etiamſi erretur in nomine perſonæ ibid. nu.6 221
Diſpenſatio inualida eſt quando impedimentum certum narratur ſub dubio ibi. nu.7 222
Diſpenſatio non tenet narrata vna tantũ cauſa, & ea falſa ibid.nu.8 222
Diſpenſatio voti non nubendi facti in fauorem alterius, non valet, niſi hoc exprimatur in ſupplicatione ibid. nu. 10. 223
Diſpenſatio tenet, quando aliquid falſi narratur, vt ea facilius obtineatur ibid. nu.12 224
Diſpenſatio obtenta per ſubreptionem an valeat, ſi ponatur in reſcripto clauſula, motu proprio, ibid.nu.21 227
Diſpenſatio irrita eſt tacita qualitate, quæ de iure exprimenda eſt diſp.1 q. 2. pun.5 nu.1 231
Diſpenſatio inualida eſt non expreſſo gradu affinitatis, conſanguinitatis, vel publicæ honeſtatis ibid.nu.2 231
Diſpenſatio eſt cauſa vt lex antea recepta vim obligandi amittat d.1.q. 1.pun. vlt.§.1.nu 3 165
Diſpenſatio vt valeat quid requiratur d. 1.q2.pun.1.nu.1 189
Diſpenſatio inualida eſt non facta expreſſione diuerſorum titulorũ ratione quorum duo ſunt affines d.1.q.2.pun.5. nu. 3 232
Diſpenſatio non impeditur, ſi, dum Papa diſpenſandi facultatem Epiſcopo tribuit, diſpenſandus iterum copulam habet cum ea, pro qua diſpenſatio impetratur ibid.nu.4 232
Diſpenſatio inualida eſt quando non exprimitur linea in conſanguinitate, affinitate, vel publica honeſtate ibid.nu. 5 233
Diſpenſatio vt teneat exprimendum eſt an cognatio ſpiritualis ſit filiatio, vel compaternitas ibid nu.6 233
Diſpenſatio vt teneat eſt explicandum in quonam gradu ſit publicę honeſtatis impedimentum ibid nu.7. 234
Diſpenſatio ad contrahendum cum affine &c. inualide obtinetur, niſi exprimatur Inceſtus poſtea ſubſecutus ibid. nu 9 234
Diſpenſatio inualida eſt ſi interceſſit copula occulta, quando in priuilegio dicitur, modò copula non interceſſerit,

ibid.num.14 236
Diſpéſatio ſinualida eſt ſi committatur error in gradu viciniori ibid. nu.15 237
Diſpenſatio tenet ſi quis contrahat cum vxore q. ſui patrui, expreſſo ſolum ſecundo affinitatis gradu ibidem numero 18 238
Diſpenſatio irregularitatis contractæ ob homicidium Sacerdotis, valida eſt, quamuis non fuerit expreſſa circunſtantia Sacerdotij ibid.nu.20 239
Diſpenſatio obtẽta per metum valida eſt diſp.1.q.2.pun.6. num.1. 240
Diſpenſatio obtenta per dolum, & mendacia verſantia circa cauſam finalem inualida eſt ibidem nu. 2 241
Diſpenſatio valida eſt, etiamſi non exprimatur illam aliàs petijſſe, ſed non obtinuiſſe diſp.1 q.2. pun.7. num 1 242
Diſpenſatio ab inferiore obtenta, quam ſuperior petenti negauerat, & è contra, valet ibid.nu.4.& 5 243
Diſpenſatio amplior obtenta ſine mentione prioris ſtrictioris de eadem re, regulariter eſt inualida diſp.1.q.2. pun. 8.num.1 244
Diſpenſatio alicuius impedimenti reſpectu habentis plura, alijs non expreſſis an valeat diſp.1.q.2.pun.9.num.1 247
Diſpenſatio quot modis uim ſuam amittere poſſit ibid.pun.10 249
Diſpenſatio ad hoc vt valeat, non requiritur, vt cauſa ſit vera, quando literæ Romam mittuntur diſp.1.q.2.pun. 10.§.1. num.2. 250
Diſpenſatio ceſſat ceſſante cauſa finali diſpenſationis, eaque nondum executioni mandata ibid nu.5 252
Diſpenſatio iam obtenta, & executioni mandata, non ceſſat, nec poteſt reuocari ceſſante ipſius cauſa finali ibidem nu. 11 254
Diſpenſatio vim ſuam non amittit per mortem concedentis ibidem.§.2.num.1 256
Diſpenſatio reuocata ante ipſius effectũ vim ſuam amittit ibid.num.2. 256
Diſpenſatio abſolutè conceſſa non finitur primo actu ibid.§.3. num.1 258
Diſpenſatio quorum expenſis ſit obtinenda diſp.1.q.2.pun.11. 260.& 261
Diſpenſatio validè obtinetur abſque mandato, vel ſcientia illius, pro quo obtinetur diſp.1.q.3 pun.3.num.1 272
Diſpenſatio conceſſa in tertio gradu extenditur ad ſecundum cum tertio diſp. 1.q.3.pun.7.§.1.nu.7 289
Diſpenſatio contra ius commune ſtrictè eſt explicanda ibid.nu.8.289.& num.14 191
Diſpenſatio, cuius expeditio concredita fuit Vicario, ſeu officiali Epiſcopi, vel talis Diœceſis, expedienda eſt per officialem principaliorem, vel eius ſucceſſorem diſp.1.q.3.pun.8. num.10. 303
Diſpenſatio votorum quid ſit, an extet in eccleſia, & apud quos reſideat huiuſmodi poteſtas diſp.4.q.2.pun.7.§ 4. num.1 2. & 3 844
Diſpenſatio voti requirit iuſtam cauſam ibid.num.24 858
Diſpenſatio iuramenti an poſſit à ſuperiore dari nolente eo, in cuius fauorem factum eſt iuramentum diſp.4.q.1.pun.17. num.8 714
Diſpenſationem obtinens ab inferiore in lege ſuperioris, poteſt ea vti ſi adſit iuſta cauſa diſp 1. quæſt.2.pun.3.num.19. 215
Diſpenſationem obtinens, & poſtea dubitans an ſuperior ſufficientem diſpenſandi cauſam habuerit, poteſt ea vti diſp. 1 q.2.pun.3.num.9 211
Diſpenſationem adhibere nolens, an poſſit ea vti mutata voluntate diſp. 1. q. 2. pun.10 §.2. num.5 257
Diſpenſationes conceſſæ à Legato Apoſtolico, vel à Summo Pœnitentiario non ſpirant morte Papæ re adhuc integra diſp.1.q.3.pun.8.§.1. nu.29. de Legibus 313
Diſpenſationes gratis ſunt expediendæ diſp.1.q.2.pun.2. num.17 204
Diſpenſationes expediens, quas conditiones habere debeat ibidem toto pun. 2. 198
Diſpenſationis nomine quid intelligatur diſp.1.q.2. pun.1. num.2 189
Diſpenſatus à Papa, vt poſſit a quocunque diſpenſari in votis ſibi reſeruatis, poteſt diſpenſari etiamſi ante illorum abſolutionem in ſimilia incidat diſput.4 q. 2. pun.7.§.4 num.23 858
Diſpenſatus in vna quadrageſima ad veſcendum carnibus, ſi aliàs hanc diſpenſationem quærat, non tenetur prioris mẽtionem facere diſp.1.q 2.pun. 8. num.6. 246
Diſpenſatus ad contrahendum cum conſanguinea, vel affine, ſi hac diſpenſatione

ne

Digitized by Google

ne non ſit vſus, vel aliam ſimilem petat nó tenetur prioris mentionem facere diſp. 1. q. 2. pun. 8. num 6 — 146
Diſpenſatus bis non tenetur prioris diſpẽſationis inualidæ mentionem facere ib. num. 7 — 147
Diſpenſatus in lege humana, vel diuina, peccat ſi ea diſpenſatione vtatur ceſsãte cauſa finali diſpenſationis diſp. 1. q 2 pun. 10. § 1. num. 8 — 253
Diſpenſatus à Papa in voto Caſtitatis, quandonam teneatur confeſſionem mẽſtruam ſupplere diſp. 1. q. 2. pun. 2. num. 11 — 202
Diſpoſitio valida eſt, quoties aliquid falſi narratur, quo expreſſo facilius obtineretur diſpoſitio diſp. 1. q. 2. pun. 4. num. 12 — 224
Diſputatio de rebus fidei ad quos pertineat diſp 3. q 2 pun. 4. num. 1 — 512
Diſtinctio numerica peccatorum vndenã deſumatur diſp. 2 q. 4. toto pun. 2. — 362
Diſtinctio peccatorum non deſumitur ex multiplicitate obiectorum ibidem nu. 1 — 363
Diſtribuens in plures duos, vel tres panes in die ieiunij nó peccat mortaliter diſp. 2. q. 3 pun. 5 num 26 — 354
Diuertens aliò intentione ibi manẽdi maiori anni parte acquirit domicilium parochiale tam quoad Sacramenta quoad ſepulturam diſp. 1. q. 1. pun. 6. num. 44. pag. 76 & nu. 46 — 77
Diuertens ad aliquem locum, vt negotiũ expediat, ad quod perſoluendum requiritur maior anni pars, tenetur legibus illius loci ibid. nu 45. — 77
Diuinatio quid ſit diſp. 3. q. 5. pun. 3. num. 1 — 583
Diuinatio quot modis contingat ibidem num 3 — 584
Diuinatio cum expreſſa Dęmonis inuocatione quot modis contingat ibidem nu. 5 — 585
Diuinatio cum tacita Dęmonis inuocatione quot modis contingat ibidem nu. 9 — 586
Diuinatio per ſortes quotuplex ſit ibidẽ num. 12 — 588
Diuinatio eſt peccatum mortale ibidem num. 16 — 590
Diuinatio per ſortes, & ſomnia eſt peccatum mortale diſp 3. q. 5. pun. 3. num. 18. 591
Diuinatio facta cum tacita Dęmonis inuocatione, eandem malitiam continet, quam ea, quę ſit cum expreſſa ibidem num. 19 — 591
Diuinatio facta tam per aerem, quam per aquam &c. eſt eiuſdem ſpeciei in genere moris ibidem num. 20 — 592
Diuinator, qui ioci cauſa oſtendit velle futura diuinare, excuſatur à mortali diſ. 3. q. 5. pun. 3. num 7 — 598
Diuinatores quomodo à Dęmone doceantur ea, quæ diuinant diſp. 3. q. 5 pun. 3. num. 3 — 584
Diuinatores non ſunt ipſo facto excommunicati ibid. num. 22 — 592
Diuiſiones legis diſp. 1. q. 1. pun. 2. numero 1 — 8
Diuites multi qui nórunt alicuius indigentiam, an teneantur ſinguli eleemoſynã facere diſp. 2. q. 4. pun. 6. num 12 — 548
Docens in die feſto practicè dubitans id ſibi tunc temporis licere, quamuis ſpeculatiuè certus ſit abſolutè id licere, peccant docendo diſp. 2 q. 4. pun. 7. num. 6. 415
Doctores multos poteſt quis adire, vt aliquem inueniat, qui iudicet iuxta petentis mentem diſp. 2. q. 4. pun 9. num. 10 — 418
Doctores poſſunt etiam cum lucro diebus feſtis conſulta conficere diſp. 5. q. vnica pun. 1. num. 8 — 875
Dolor peccatorum præcipitur ſuſcipienti Sacramentum pœnitentiæ diſp. 1 q. 1. pun. 5. num. 0 — 57
Dolus, & mendacia circa cauſam finalem, reddunt diſpenſationem inualidã diſp. 1. q. 2. pun 6 num. 2. — 248
Dolus quid ſit ibid. nu. 3 — 248
Dolus quandonam verſetur circa cauſam finalem ibid. nu. 4 — 248
Dolus circa quas cauſas verſetur d. 4. q. 2. pun. 8. nu. 1. & 2 — 685
Dolus adhibitus in Iuramento an illud vitiet ibid nu. 3. & 4 — 685
Dolus circa quas alias cauſas præter annotatas, verſetur diſp. 4. quæſt. 2. pun. 3. §. 2. nu. 1. — 745
Domicilium alicubi quomodo contrahatur d. 1. q. 1. pun. 6. nu. 39 — 75
Domicilium contrahi poteſt in duobus locis ibid. nu. 42 — 76
Domini ſuorum ſubditorum curam habere tenentur d. 6. q. vnica pun. 8. num. 1. 914
Domini grauiter peccant præbendo ſer-

uis peccandi occaſionem, vel eos non corrigendo ibid.nu.2 934
Domini grauiter peccant famulos afficiẽdo grauibus iniurijs, eiſque alimenta denegando ibid.nu.6 935
Domini tenentur domos ſeruos expellere ne concubinæ conſortio vtantur ibid. nu.8 936
Domini an,& in quib. caſibus poſſint vota ſeruorum irritare diſp.4.q.2.pun.7.§. 2.a nu.7.vſq; ad 10 821
Dominica dies cur inſtituta ſit ab Eccleſia loco Sabbathi d 5.quæſt.vnica nu.3. 866
Dominica non eſt obſeruanda iure diuino,ſed canonico ibid.nu.4 866
Domus tàm Parochorum, quàm Canonicorum, Epiſcoporum, vel Regularium, an gaudeant immunitate d.3.q.7 §.2.n. 6.7.& 8 620
Domus vel fundus filio à patre loco alimentorum datus, ad quos pertineat poſt eius mortem d.6.q vnica pun. 6. §. 1.nu.11 908
Donatarius non tenetur ad vota donantis diſp.4.quæſt.2.pun.5.§ 2.nu.21 783
Donatio facta à Nouitio ante duos menſes profeſſionis inualida eſt d.1.q.1.pun. 4.nu.21 43
Dormiens dum celebratur miſſa, vel recitans orationem, dum dormit ex voto, vel ex alio præcepto debitam, non ſatisfacit d.1.q.1.pun.10.nu.3 155
Dormiens immoderatè peccat venialiter ex ſuo genere diſput.2. q.3.pun.3.nu.8. 341
Dormientes ſunt ſubiecti legibus d.1.q.1. pun 6.nu.4 61
Dos an ſit à parentibus filiæ nubenti conſtituenda d.6. quæſt. vnicâ pun. 6. §. 2. 910
Dos ex quibus bonis ſit tradenda, & ad quas pertineat dotare. Vide v. Pater, & Mater.
Dos nunquam præſumitur denegari filiæ à parentibus diſp.6.q.vnica pun. 6. §. 3. nu.4 917
Dos poteſt denegari Ancillæ, quæ poſt 25.annos vitam luxurioſam elegit,non verò filiæ diſp.6.quæſt.vnica pun.6.§.3. nu 6 917
Dos poteſt à patre illi filiæ denegari, quã etiam poteſt exhæredare ibid. num. 11. 920
Dos ſi pereat caſu fortitudo, maritus tenetur vxorem alere diſp.6.q.vnica pun. 7.nu.8 924
dos an ſit aliquando adhibenda ab vxore ad perſoluenda debita mariti defuncti, ibid nu.13 926
dubitans an lex promulgata fuerit acceptata,an præſumere debeat eſſe acceptatam d.1.q.1.pun.4.nu.44 51
dubitans an cauſa diſpenſationis ceſſauerit, præſumere debet non ceſſaſſe d 1. q.2.pun.10.§.1.nu.10 254
dubitans an conſenſus fuerit ad mortale ſufficiens, vnde hoc dignoſcere poſſit diſp.2.quæſt.2.pun.3.nu.19.pag de peccatis. 335
dubitans de prima diſpenſatione, validè ſecundam obtinet, etiamſi primæ mentionem non faciat diſp.1.quæſt.2. pun. 8.nu 2 245
dubitans practicè in vtramque partem peccat, niſi minus malum eligat d.2.q. 4.pun.7.nu.8 413
dubitans an excommunicationem contraxerit, non tenetur ſe tanquam excommunicatum gerere ibidem num.15 416
dubitans an votum, vel iuramentum emiſerit, non tenetur votum,vel iuramentum ſeruare ibid.nu.18 417
dubitans de legitima poſſeſſione rei,quam bona fide accepit, poteſt dubium deponere ibid.nu.20 417
dubitans an homicidium ſua culpa contigerit, debet ſe tanquam irregularem gerere ibid.nu.21 418
dubitans an votum emiſerit non tenetur illud ſeruare diſp.4.q.2.pun.5.§.4.nu.9. & 10 790
dubitans an vouerit caſtitatem omnimodam,tenetur tantum ex vi voti abſtinere à coniugio ibid.nu.10 790
dubitans an verum tacuerit, aut falſum expreſſerit in obtinenda diſpenſatione voti, poteſt ea vti d.4.q.2.pun.7.§.4.n. 36 863
dubium,priuilegium an iudicandum ſit reale, aut perſonale diſp.1.q.3.pun.1.nu.7. 267
dubium quid ſit d.2.q.4.pun.6.nu. 5. 402. & pun.7.nu.1 411
dubium habens de re aliqua quomodo ſe debeat gerere in praxi d.2.q.4.pun. 7.n. 2 412
dubium ſpeculatiuum quomodo deponatur d.2.quæſt.4.pun.7.nu.12 415

Digitized by Google

dubium ſi ſuboriatur an impoſita ſit aliqua lex, præceptum, vel aliqua Cenſura, &c. iudicandum eſt in fauorem dubitantis, modò præmittatur debita diligentia ibid.nu.17 417
dubium ſi oriatur an aliqua lex, vel cenſura ſit acceptata, quodnam iudicium ſit ferendum diſp.2.quæſt.4. pun.7. nu. 19 417

E

EBrietas non ſemper imputatur ad culpam d.vltima quæſt.1.pun.1. num. 3. 1084
Ebrius non ſatisfacit aſſiſtendo miſſæ, vel recitando orationem ex voto, vel alio præcepto d.1.q.1.pun.10 nu.3 155
Eccleſia an poſſit ſub cenſuris omnes vitioſos actus prohibere d.1.q.1.punc. 5. nu.6 56
Eccleſia præcipiendo recitationem officij præcipit etiam attentionem ibid.nu. 9. 57
Eccleſia præcipiendo confeſſionem Sacramentalem, ſimul etiam præcipit dolorem de peccatis ibid.nu.10 57
Eccleſia, quę ius habet exigendi decimas non ſolum agere poteſt contra emptorem prædiorum decimæ ſubiectorum, ſed etiam contra venditorem d.vlt. q. 5.pun.3.nu.10 1223
Eccleſia dicitur regula proponens res fidei credendas diſp. 3.q.2.pun.1.num.5. 491
Eccleſia cur inſtituerit diem dominicũ loco ſabbati d.5.q.vnica nu.3 866
Eccleſias ſpolians, & affringens committit ſacrilegium, & excommunicationẽ incurrit d.2.q.6.pun.vnico nu.10. & 11 609
Eccleſiaſtici non tenentur legibus ciuilibus ex vi coactiua d.1.quæſt.1.pun.6 n. 29 71
Eccleſiæ nomine gaudentis priuilegio immunitatis, quid intelligatur d.3.q.7. §. 2.nu 5 610
Effectus legis humanæ d.1.quæſt.1.pun.7 87
Effectus priuilegij reſpectu priuilegiarij conſiſtit in facultate aliquid faciendi, vel omittendi d.1.q.3.pun.4.§.1.num.2 277
Effectus peccati quinam ſint d.2.q.7.pun. 3.nu.1 441
Effectus immunitatis Eccleſiaſticæ quot, & quinam ſint diſp.3.quæſt.7.toto §. 5. 638
Electio ad officia eccleſiaſtica facta per ſortes non eſt ipſo facto irrita d.3.q.5. pun.3.num.13 589
Eleemoſyna facienda eſt ex præcepto diuino, & naturali d.3.q.4.pun.6. num.1. 537
Eleemoſyna quo tempore facienda ſit ib. nu.3 537
Eleemoſyna ex quibus bonis facienda ſit ibid.nu.5 538
Eleemoſyna an ſit facienda etiam extra neceſſitatem ibidem, n.4. 6. 7. & 8. 539
Eleemoſyna an ſit facienda ab eo, qui habet bona ſuperflua vitæ, ſed non ſtatui, ibid.nu.11 540
Eleemoſyna a quo ſit facienda quando multi diuites norunt alicuius indigentiam ibid.n.12 541
Eleemoſyna quibus facienda ſit d.2. q. 4. pun.6.nu.18 546
Eleemoſyna ex quibus bonis facienda ibi. nu.21 547
Eleemoſyna an poſſit fieri de iniuſtè acquiſitis ibid.nu.22 548
Eleemoſyna an poſſit fieri ex bonis, quæ ipſo facto propter alicuius delictum ſunt addicta fiſcho ibid.nu.23 548
Eleemoſyna à quibus poſſit fieri ibid.n.24 549
Eleemoſyna quo ordine ſit facienda ibid. nu.28 550
Eleemoſynam leuem denegans pluribus pauperibus, quibus ſub veniali tenebatur illam tradere, an peccet mortaliter d.3.q.4.pun.6.nu.13 542
Eleemoſynam non dicitur facere, qui pauperi aliquid dat aliquo contractu ibid. nu.15 543
Eleemoſynam accipiens alijs diſtribuẽdã an poſſit eã ſibi applicare ibi.n.27 550
Eleemoſynam pauperi in extrema neceſſitate denegans, non tenetur eam ſoluere tranſacto neceſſitatis tempore ib. nu.29 550
Eleemoſynæ nomine quid intelligatur d. 3.q.4.pun.6.nu.1 536
Epicheia an cenſeatur eximere aliquos caſus ab obligatione legis d.1.q.1.pun. vlt.§.2.nu.8. 167
Epiſcopus electus ipſo facto priuatur Epiſcopatu ante ſententiam, ſi intra ſex menſes conſecratus non fuerit d.1.q. 1. pun.

pun.7.§.2.nu.18 99
Epiſcopus poteſt leges Eccleſiaſticas ferre pro ſua diœceſi d.1 q.1.pun.3.nu.21 26
Epiſcopus excommunicans ſine ſcriptura,vel expreſſione cauſæ,valide excommunicat diſp.1.q.1.pun.7.§.5. num.14. 134
Epiſcopus ludens aleis contra propriam conſtitutionem, excommunicationem à ſe latam non incurrit diſp.1. q 1.pun. 6.num.16 67
Epiſcopus ludens cum eo, qui contraxit excommunicationem à ſe latam, incurrit excommunicationem à iure communi poſitam ibid.nu.18 67
Epiſcopus in quibuſnam legibus nequeat diſpenſare diſp.1.q.2.p.1.num.13.& 14. 192
Epiſcopus an diſpenſare poſſit in lege ſuperioris, quando dubitatur an res egeat diſpenſatione ibid.num.18 195
Epiſcopus an poſſit diſpenſare in lege ſuperioris vrgente neceſſitate, quando ipſe poteſt per literas, vel aliter Papam admonere ibid. nu.9 196
Epiſcopus non poteſt commiſſionem factam ipſius Vicario, perficere, eo mortuo,vel etiam ad Epiſcopatum aſſumpto diſp.1.q.3.pun. 8.§.1.nu.12 304
Epiſcopus quo iure,& cum quibus diſpenſare poſſit in votis diſp.4.q.2.pun.7 §.4. num.4. & 5 845
Epiſcopus poteſt cum ſuis ſubditis in votis diſpenſare, extra propriam Diœceſim ibid.num 6 845
Epiſcopus an poſſit diſpenſare in votis religioſorum ſine ſuorum ſuperiorum licentia ibid.num.9.& 10 846
Epiſcopus in quibus caſibus poſſit in votis caſtitatis diſpenſare ibidem num. 15. 851
Epiſcopus, vel alius,qui facultatem diſpẽſandi habet, poteſt etiam pœnam perfractionem voti incurſam, commutare ibid. num.18. 854
Epiſcopus in quibus caſibus poſſit diſpenſare in voto religionis ibidem num. 21. 856
Epiſcopus in quibus caſibus poſſit diſpenſare in votis in fauorem tertij emiſſis ibidem num. 25 859
Epiſcopus an, & quo iure inſtituere poſſit dies feſtos diſp 5.q.vnica p.1.nu.2. 867
Epiſcopus vbinam inſtituere poſſit dies feſtos,quorum auxilio, & an diſpenſare poſſit in diebus feſtis ibidem num. 2. & 3 867
Epiſcopus in quibus caſibus peccet negligendo animarum ſibi ſubditarum curam,& quodnam ſit ipſius munus, & officium diſp 6.q.vnica pun.8.num.5 935
Epiſcopus an teneatur ex bonis menſæ decimas ſoluere diſp.vlt. q.5. pun.3.num. 11 1114
Epiſcopus an poſſit reliquias approbare tam in Diœceſi, quam extra illam diſp. 3.q.1.pun.4. num 5 485
Epiſcopus an tenetur ſtare proceſſui facto à Iudice ſeculari.ad hoc vt reum,qui ad eccleſiam confugerat, reſtituat diſp.3. q.7.§.7.num.3 647
Epiſcopus debet certò, & plenè ſcire cauſam rei antequam eum curiæ ſeculari tradat ibid.num.4 647
Epiſcopus antequam reum tradat Curiæ ſeculari,non tenetur exigere cautionem à Iudice reum non puniendi pœna ſanguinis ibid num.5 648
Epiſcopus poteſt abſoluere vouentem,vel iurantem ſe non amplius luſurum ſub pœna vt non poſſit abſolui, niſi à Papa diſp.4.q.2.pun 1.num.19 735
Epiſcopus recipiens aliquid pro gratia obtinenda in Curia Romana an ligetur excommunicatione à Bonifacio viij. & Gregorio xiij.ſuper hoc lata diſp.10.q. 2.pun.8.§.Incidente num.16 1019
Epiſcopalis domus an gaudeat immunitate eccleſiaſtica diſp. 3.q.7 §.2.num.8. 621
Epiſtolæ Pontificiæ quandonam vim legis habeant diſp. 1. q.1.pun. 4. numero 11 39
Erroneè putans vtramque contradictionis partem eſſe peccatum, an peccet alterutram partem ſequendo diſp. 1. q.4. pun.6 num.27 409
Error circa quas cauſas verſetur diſp. 4.q. 1.pun.8 num.1.& 2 683
Error adhibitus in iuramento an illud vitiet ibidem num.3 & 4 683
Error circa quas cauſas verſetur diſput. 4. q.2.pun.3.§.2.nu.1 745
Error in gradu viciniori commiſſus in obtinenda diſpenſatione, eam inualidat diſp.1.q 2.pun.5. num.15 237
Euchariſtiæ Sacramentum abſolutè, & nõ ſub conditione adorari poteſt diſp.3.q. 8.pun.2.num.7 477

Digitized by Google

Examen teſtium die feriato inceptum, an poſſit in die feſto continuari diſp. 5 q. vnica pun.2. num.21 877
Excommunicatio lata à Pontificibus contra dantes, promittentes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel iuſtitia in Curia Romana obtinenda, à quibus perſonis, & in quibus caſibus incurratur, & quas pœnas incurrant violantes has Conſtitutiones diſp.10.q.2.pun.8.§. Incidente 1022
Excommunicatio huiuſmodi an comprehendat Cardinales, Epiſcopos, & Papã ibid.num 16.& 17 1039
Excommunicatio lata ab Epiſcopo ſine ſcriptura, tenet, diſput. 1. q.1.pun.7.§.5. nu.19 134
Excommunicatio à Iudice lata ſeruanda eſt, quando dubitatur an ea ſit iuſta, vel iniuſta diſp.2.q.4.pun.7.num.16. 416
Excommunicatio, quæ fertur contra laicos de rebus fidei diſputantes, quomodo ſit intelligenda diſp. 3. q. 2.pun. 3.num.3 512
Excommunicatio lata contra ſpoliantes, & effringentes eccleſias, & alia loca ſacra, non incurritur ab ijs, qui alteram tantum actionem committunt, nec ab ijs, qui res ſacras furantur, nec denique eſt Papæ reſeruata diſp.3.q.6. pun.vnico num. 11.12.13.& 14 609
Excommunicatio contenta in Conſtitutione Gregorij iv. de Immunitate, afficit mandantes extrahi reum per vim è loco ſacro diſp.3.q.7.§.6.num.6 644
Excommunicatio hæc afficit Iudicem, qui reum per uim extractum eccleſiæ reſtituere renuit, quamuis ipſe non curauerit extrahi ibid nu.7 644
Excommunicatio huiuſmodi an tolli poſſit à quolibet confeſſario ibidem num.8. 644
Excommunicatus, qui in Paſchate nõ ſumpſit Euchariſtiam ob negligentiam in petenda excommunicationis abſolutione, peccat diſp.2.quæſt.8.pun.1.num.12 449
Excommunicatus, qui in excommunicationem incidit, præuidens fore vt eo tẽpore non poſſit miſſam audire, non peccat miſſam non audiendo ibid. num. 13 449
Excommunicatus iniuſtè non afficitur effectibus excommunicationis diſp.1.q.1. pun.7.§.3.num.4 109
Excommunicatus gaudet eccleſiæ immunitate diſp 3 q.7.§.3. num 9 617
Exemptus abſque iuſta cauſa a ſuperiore ab obligatione ſeruandi taxam pretij ad vendendum triticum &c.conſtituti, peccat, & tenetur ad reſtitutionem diſp. 1.q.1.pun.6.num.32 72
Exemptus ab obligatione ſoluendi partẽ decimarum, ſi ampliorem diſpenſationem deſiderat, debet prioris mentionẽ facere diſp 1.q.2.pun.8. nu.4. 246
Exhæredatio filiorum quibus de cauſis reuocetur diſp.6. q.vnica pun.6.toto §.3. præſertim num.12 920
Exiſtens in alieno territorio ad breue tẽpus non tenetur ſeruare leges proprij territorij, quando ille non ſeruantur in loco vbi reperitur diſp.1.quæſt.1.pun.6. num.59 83
Exiſtens in alieno territorio quandonam ligetur legibus proprij domicilij ibidẽ num.67 86
Exiſtens extra proprium territorium, ſi iactu ſagittæ occidat exiſtentem in proprio territorio, ligatur legibus, & pœnis proprij territorij ibidem num.69 86
Expenſæ pro diſpenſatione obtinenda a quonam ſint faciendæ d. 1.q. 2. pun.11. num.2 260
Expuens in terram, credenſque committi irreuerentiam, & ſacrilegium, reus eſt ſacrilegij diſp.2.q.4.pun.6.num. 19 407
Extrahens delinquentem è loco ſacro peccat peccato ſacrilegij, & iniuſtitiæ diſp. 3.q.7.§.6. num.1. 641
Extrahens delinquentem per vim tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum, quæ reus inde patitur ibid.num.2 642
Extraneus quomodo cõtrahere poſſit domicilium in aliquo loco diſp.1.q.1.pun. 6.num.39 75

F

Faciens aliquod malum, quod ipſa conſcientia dictat faciendum, peccat diſ. 2.q.4.pun.6.nu.14 405
Faciens aliquid contra conſcientiam erroneam vincibilem, & culpabilem, an grauius peccet, quam ſi faciat id, quod cõſcientia dictat ibid nu.15 405
Faciens aliquid contra conſcientiam erroneam, falsò credens eſſe peccatum, committit peccatum eiuſdem ſpeciei, quam conſcientia apprehendit ibid.n.18 407

Digitized by Google

Faciens aliquid quod falſo putat eſſe peccatum non apprehendens grauitatem, aut leuitatem peccati, peccat mortaliter ibid.nu.2 407
Faciens opus indifferens credens eſſe malum, quod peccatum faciat ibid. num. 21 407
Faciens opus malum, quod falsò putat eſſe bonum an peccet ibidem num. 23. 408
Faciens aliquid illicitum cum dubio conſcientiæ, quomodo ſe debeat gerere in confeſſione ibid.nu.29 410
Faciens aliquid cum conſcientia practicè dubia quo peccato peccet d. 2 q.4 pun. 7.nu.7 412
Facultas diſpenſandi obtenta à ſuperiore in quodam caſu, quem ei petens ſponte manifeſtare recuſat, ne ei conceſſit denegetur, an valida ſit d.1.q.2 pun.5. nu.22 240
Facultas ad diſpenſandum obtenta latè eſt explicanda ordinariè loquendo d. 1. q.3.pun.7.§.1.nu.14 291
Facultas legitimandi ſtrictè eſt explicanda ibid.nu. 16 292
Facultas quandonam dicatur delegata, & in fauorem perſonæ in priuilegio deſignatæ, & in fauorem perſonæ, cui facultas delegatur d.1.q.3.pun.8.§.1.nu. 20.pag.de legibus. 309
Facultas commiſſa alicui generatim excepta iuriſdictione contentioſa, non ſpirat morte concedentis ibidem num.23 310
Facultas audiendi confeſſiones, vel abſoluendi à Cenſuris, ceſſat morte concedentis ibid.nu.24 311
Facultas diſpenſandi cum aliquo in voto, vel impedimento, vel abſoluendi à reſeruatis re non integra, non ceſſat morte concedentis ibid.nu 25 311
Facultas commutandi vota non extenditur ad reſeruata Papæ, niſi hoc ſpecialiter exprimatur d.4.q.2.pun.7.§.3. nu. 13 837
Facultas commutandi vota non extenditur ad facultatem diſpenſandi in ijs d. 4.q.2.pun.7.§.4.nu.30 861
Facultatem obtinens à Papa excommunicandi ſurripientes, non afficitur eadem excommunicatione, ſi ipſe furetur d.1. q.1.pun.6.nu 28 71
Facultatem habens diſpenſandi in lege ſuperioris, an poſſit pœnam pecuniariam imponere ei, cum quo diſpenſat d. 1.q. 2.pun.3.nu.13 217
Facultatem habentes diſpenſandi in votis poſſunt etiam ea commutare d. 4.q. 2 pun.7.§.3 nu.10 836
Facultatem habentes delegatam commutandi, vel diſpenſandi in votis poſſunt etiam diſpenſare, & commutare vota poſt conceſſionem habitam facta ibi.n. 12 837
Facultatem habens diſpenſandi in votis cum alijs, poteſt alteri facultatem dare, qui ſecum diſpenſet d.4 q.1.pun.7.§. 4.nu.31 861
Facultatem habens diſpenſandi, vel commutandi vota, non tenetur diſpenſare, vel commutare ibid.nu.33 862
Facultates Bullæ Cruciatæ abſoluendi à reſeruatis, & facultates Epiſcopis cōceſſæ in Tridentino, latè explicandæ ſunt d.1.q.3.pun.7.§.1.num.17.18.& 19 292
Falſitas in ſupplicatione appoſita, non ſēper inualidat diſpenſationem d.1. q. 2. pun.4.nu.12 226
Famuli, qui coacti laborant in die feſto, excuſantur à peccato d.5.q. vnica pun. 3 nu.16 889
Famuli an teneantur, & in quibus caſibus peccent non exhibendo dominis honorem, & obedientiam d.6.q.vnica pun.8. nu.13 938
Famulus an poſſit eleemoſynam facere. Vide v.Eleemoſyna.
Famulus comitans herum ad meretricandum poteſt excuſari à peccato d.2.q. 4. pun.2 §.vnico nu.26 377
Famulus vitam Domini cū periculo propriç defendere non tenetur d. 6. q. vnica pun 8.nu.15 939
Famulus quis dicatur ibid n. 16 939
Feſti diei obſeruantia continet præceptū affirmatiuum, & negatiuum d.5.q.vnica pun.1.nu.1 869
Feſtis diebus quænam opera prohibeantur d.5.q vnica toto pun 2 868
Feſtis diebus non tenemur ex præcepto contritionem elicere, neque à peccatis abſtinere vi illius præcepti ibid. nu.2 & 3 869
Feſtis diebus permittuntur opera animæ ibid.nu.6 871
Feſtis diebus in quibus caſibus liceat laborare ibid.nu.7.8.& 9 871
Feſtis diebus eſt illicita quælibet ſententia,

Digitized by Google

tia, quæ ſit cum ſtrepitu iudiciali ibid. nu.12 875
Feſtis diebus an licita ſit citatio. Vide v. Citatio, & v. Reus.
Feſtis diebus an teneantur fideles concionem audire d.5.q.vnica pun.2.num.27. 880
Feſtis diebus ſeruiliter laborans poteſt à peccato excuſari ob paruitatem operis & quænam pars notabilis cenſeatur in præſenti materia d.5.q.vnica pun.3.nu.1.& 2 885
Feſtis ſingulis diebus aliqua parua opera ſeruilia præſtans, non peccat mortaliter, etiamſi perueniat ad notabilem quantitatem ibid nu.3 885
Feſtis diebus faciens contra plures obligationes diuerſæ rationis in materia leui non peccat mortaliter ibidem num.5 886
Feſtis diebus laborantes in honorem Dei an peccent ibid.nu.6 886
Feſtis diebus laborantes ex neceſſitate, obedientia, vel coactione, in quibus caſibus excuſentur d.5.q.vnica pun.3. a n.9.vſq; ad 18 888
Feſtis diebus abſentes à loco, vbi feſtus dies colitur ſi laborent excuſantur ibid. nu.17 890
Feſtis diebus laborandi licentia à quibus ſit petenda ibid.n.21 891
Feſtorum præceptum quotuplex ſit diſ.5. q.vnica nu.1 865
Feſtus dies a quibus ſit inſtituendus d.5.q. vnica pun.1.nu.1.2.3.& 4 867
Feſtus dies quandonam incipiat, & terminetur ibid.nu 6 868
Feſtus dies poteſt inſtitui colendus ſolum vſque ad meridiem ibid nu 7 868
Fidei actus quandonam homo elicere teneatur d.3.q.2.pun.2.nu. 8. 9. 10. 11. & 12 496. 497. & 498
Fidei articuli quinam explicitè credendi ſint ibid n.13
Fidei articuli huiuſmodi an ſint memoriæ mandandi ibid.nu.14 499
Fidei obiectum formale, & materiale d.3. q.2.pun 1.nu.3.& 4 491
Fideles omnes baptizati gaudent Eccleſię immunitate d.3.q.7.§.3.nu.1 624
Fideles non baptizati an gaudeant immunitate ibid nu 5 625
Fidelibus in quibuſnam caſibus ſit prohibita communicatio cum Iudæis d.3 q. 2.pun.5 nu.2 513
Fidem tenetur homo aliquando exterius confiteri, & quo tempore d.3.q.2.pun. 3.nu.2.& 3 502
Fidem non tenetur homo confiteri, quando priuata auctoritate interrogatur ibid. nu.4 503
Fidem in quibus caſibus teneatur homo confiteri, & in quibuſnam eximatur ib. a nu.4.vſq; ad 13 504 505 & 506
Fidem tenetur aliquando homo exterius confiteri ob particularia aliqua decreta & quandonam ibidem num.14.& 15 506
Fidem negans dictis vel factis in quibuſnam caſibus peccet ibid.a nu.17 vſq; ad 25 507
Fides quid ſit d.3. quæſt.2. pun.1.num.1. 490
Fides eſt in intellectu tanquam in ſubiecto ibid.nu.2 490
Fides non reperitur in Beatis ibid. num.7 491
Fides non eſt in dęmonibus, & damnatis ibid.nu.9 492
Fides ſupernaturalis non eſt in hæreticis ibid.nu.20 493
Fides quotupliciter ſumatur d.3.q.2 pun. 2.nu.2 494
Fides habitualis neceſſaria eſt ad ſalutem ibid.nu.4 495
Fides actualis explicita aliquorum articulorum neceſſaria eſt neceſſitate medij ibid nu.5 495
Fides explicita quorum myſteriorum neceſſaria ſit, neceſſitate medij ib.n 6 495
Fides actualis neceſſaria eſt neceſſitate medij, & præcepti ibid.n.7 496
Fides ex præcepto negatiuo nunquam eſt neganda dictis, vel factis d.3.q.2. pun. 3.nu.16 506
Fides an poſſit aliquando negari, & celari à Nuncio miſſo apud infideles, tum vt euitet mortem, tum vt nunciet Chriſtianis in Reipublicæ vtilitatem quæ ibi aguntur ibid.nu 26.& 27 509
Fides à quibus docenda, & quibus de ea diſputare ſit permiſſum d.3.q.2. pun. 4. nu.1 512
Filia, quæ per vim opprimitur, an teneatur inuaſorem pudicitiæ occidere, ſi poſſit d.8 q. vnica pun.vnico nu.9 944
Filia inuitis parentibus nubens ſeruata Tridentini forma attento iure Canonico non poteſt exhæredari, Imò neque poteſt attento iure Cæſareo, niſi filia

Digitized by Google

ſit minor 25. annis, & parentibus volentibus illam in matrimonium coniungere, renuerit, & luxurioſam degere vitam elegerit d.6.q. vnica pun. 6.§.3.n.5 916

Filia, quæ bis copulam commiſit, non poteſt hæreditate priuari ibidem num. 5. 917

Filia, quæ poſt vigintiquinque annos luxurioſam vitam elegit, non poteſt hæreditate priuari, poteſt verò Ancilla ibid. nu 6 917

Filia quæ ante viginti quinque annos luxurioſè viuit, poteſt à patre exhęredari ibid num.7 918

Filia, vel filius, quem pater viuens non exhæredauit, quamuis ſciret pater exhæredationis cauſam, non poteſt ab hæredibus exhæredari ibid. num.8. 919

Filia, & filius quibus de cauſis exhæredentur ibid.num.10 919

Filij an ſint alendi à patre, vel matre facto diuortio diſp.6.quæſt. vnica pun 6.§.1. nu.5 906

Filij tenentur parentibus reuerentiam exhibere, & qualem diſp 6.q. vnica pun. 1. num. 1 & 2 895

Filij conijcientes maledicta in parentes mortaliter peccant ibid nu.3 895

Filij in quibus caſibus peccent maledicta conijciendo in parentes, vel eos verberando, dedignando, accuſando &c. ibid. num 4 896

Filij tenentur amare parentes, in quo conſiſtat hic amor, & in quibus caſibus peccent eos non amando, & dehonorando diſp 6.q. vnica pun.3 897

Filijs minoribus non competit reſtitutio in integrum, quando ſe credunt notabiliter læſos in votis diſp.4 q 2.pun.7.§.1. num.24 827

Filiorum minorum pubertum vota quis poſſit irritare diſp.4.q.2.pun.7 §.1. nu. 25 827

Filius qui iurauit patri ſe non luſurum donec ipſe Roma non redijſſet, non poteſt amplius ludere, ſi pater Romæ moriatur diſp 4.q.1 pun.16. nu 6 708

Filius familias an poſſit facere eleemoſynam vide v. eleemoſyna.

Filius non poteſt pro delictis parentum corporaliter puniri diſp.2.q.7.pun.3. n. 5 443

Filius an teneatur patri obedire; in quibus caſibus peccet non obediendo, & an ſemper mortaliter peccet non obediendo patri in ijs, in quibus eſt ei ſubiectus diſp 6.q. vnica pun.4 nu.1.2.& 3 898

Filius tenetur in neceſſitate tam corporali, quam ſpiritali parentibus ſubuenire, & in quibus caſibus peccet hoc non præſtando diſp. 6. q vnica pun.5.num.1.& 2 899

Filius an teneatur alere patrem à Iudice damnatum vt fame pereat ibid. num.3. 900

Filius an teneatur abſtinere ab ingreſſu religionis, & poſt ingreſſum egredi ad ſubueniendum patris neceſſitati etiam poſt profeſſionem ibidem à num. 4. vſq; ad 8 900

Filius qui hoc fine è religione eſt egreſſus, quomodo ſeruare teneatur præcepta religionis ibid. num.9 902

Filius vel filia quibus de cauſis poſſint à patre exheredari, & è contra diſp.6.q. vnica pun.6.§.3.num.1 914

Filius luxurioſè viuens, vel matrimonium contrahens inuitis parentibus non poteſt exhæredari ibid.num.9 919

Filius qui per vim à parentibus, vel præceptoribus cogitur intereſſe ſacro, ſi ei aſſiſtat cum intentione ſatisfacit, ſecus ſi omnino inuitus, & mente diſtractus ei aſſiſtat diſput. 1.quæſt.1. pun.10.num.5. & 6 156

Filius non gaudet priuilegijs obtentis à patre excepta nobilitate diſp.1.q.3.pun.7. §.2.nu.7 & 10 296

Filius an teneatur aliquando ſoluere debita patris mortui ab ipſo contracta ad alendam familiam diſp 6.q. vnica pun 7 num.13 916

Fiſchus, cui bona patris ob delictum ſunt addicta, an teneatur eius filios alere diſp.6.q vnica pun.6.§. 1.num.11 908

Fœmina, quæ virginitatis defectum medijs bonis tegit, non peccat mortaliter diſp.10.q.1.pun.2. num.8 911

Fœmina, cui relictum eſt legatum, ſi caſtè vixerit, tenetur ante ſententiam illud reſtituere ſi turpiter viuat diſp.1.q.1.pun. 7 §.2. num.25 102

Fœmina, quæ obtenta diſpenſatione fornicatur, tenetur ad integras expenſas diſpenſationis diſput. 1. q.1.pun.11.num.9 263

Fœmina inualidè contrahens coram Parocho propriæ paretiæ, ſi ſe transferat ad domum ſponſi in alia paretia manē-

Digitized by Google

tis, intentione ibi ſemper manendi, non poteſt coram priore Parocho matrimonium conualidare diſp. 1. q. 1 pun. 6. nu. 40 56
Fœmina, quæ iurauit ſe non habituram regreſſum ad paterna bona, tenetur ſtare iuramento diſp. 4. quæſt. 1. pun. 5. num. 3 677
Fœmina, quæ religionem vouit, non tenetur extra Prouinciam adire, ſi ad eam Prouincia non admittatur diſp. 4. q. 2. pun 5. §. .. num. 14 802
Fœminam carnaliter cognoſcens, quam putat habere votum caſtitatis, vel eſſe conſanguineam poteſt peccare peccato fornicationis, vel inceſtus, vel contra votum diſp. 2. q. 4. pun. 6. num. 20 407
Fœminam carnaliter cognoſcens, quam certò credit eſſe propriam vxorem, excuſatur à peccato adulterij diſp. 2. q. 8. pun. 3. num. 20 465
Fœminæ grauidæ excuſantur à ieiunio diſp vltima q. 1. pun. vlt n. 3 10106
Fœminæ an poſſit delegari poteſtas condendi leges eccleſiaſticas, & ſpirituales diſp. 1. q. 1. pun. 3. num. 35 34
Forma aliqua, vel ſolemnitas quandonã dicatur ſubſtantialis, vel accidentalis d. 1. q. 1. pun. 7. § 5. num. 17 132
Forma adhibenda in promulganda lege nulla eſt determinata d. 1. q. 1. pun. 4. nu. 8 39
Forma verborum certa, & determinata non eſt neceſſaria in cõcedenda diſpenſatione diſp. 1 q. .. pun. 1. num. 19 105
Forma iuris, quam iudex in iudicando ſeruare debet, quænam ſit diſp. 10. q. 2. pun. 4 1001
Forma iuris circa modum procedendi à Iudice quænam ſit ibid pun 5 1005
Formale, & materiale peccati in quo conſiſtat diſp. 2. q. 2. pun. 1. num. 13. pag de peccatis. 314
Formæ ſubſtantialis quælibet omiſſio an reddat actum irritum diſput. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 5 num. 21 135
Franciſcanus non ieiunans die Veneris, in quem incidit aliqua vigilia, committit duo peccata diſput. 2. q. 4 pun. 3 num. 7 384
Frater an teneatur alteri fratri, vel ſorori alimenta, & dotem tradere, & an poſſit illos verberare diſp. 6. q. vnica pun 8. nu. 11. & 12 937. & 938
Fraus quandonam committatur accipiendo aliquid alterius diſp. 6. q. vnica pun. 7. n. 14 910
Fricatio barbæ, vel manus ob vtilitatem eſt actus bonus diſp. 2. q. 2. pun 4. nu. 3. pag. de peccatis 333
Fuga an poſſit reo conſuli, vel ei inſtrumẽta exhiberi, vt carcerem frangat diſp. 10 q 3. pun 2 nu. 19 1059
Fundus filio a patre loco alimentorum datus, ad quos pertineat poſt eius obitum diſp. 6. q. vnica pun. 6. §. 1. num. 11 908
Fundus totalis an validè alienetur, ſi hoc fiat cum iuramento contra prius votum illum non alienandi diſput. 4. q. 1. pun. 6. num. 2 679
Fur, qui ſæpius furando peruenit ad notabilem quantitatem, peccauit mortaliter vbi primum peruenit ad materiam notabilem, & ſequentibus vicibus diſp. 2. q. 3. pun. 5 num. 24 353

G

Genera rerum ſacrarum, quarum violatione committitur ſacrilegium, quot ſint diſp. 3. q 6. pun. vnico num. 2. 608
Generales religionum à Papa approbatarum an poſſint leges ferre diſp. 1. q. 1. pun. 2. num. 15 23
Generales transgredientes proprias, vel aliorum generalium leges puniri poſſunt, & qua pœna diſp. . quæſt 1. pun. 6. num. 13 65
Genitus ſi quis fuiſſet ante peccatum Adæ non contraxiſſet peccatum originale diſp 2. q. 1. pun. 3. num. 10. pag. de peccatis 315
Genus infidelitatis exprimendum eſt in confeſſione d 3 q. 2. p. 6. num. 3 5 6
Geſta contra obligationem iuramenti an valeant diſp. 4. q. 1. pun 6. nu 2 679
Geſta contra prius votum an valeant d. 4. q. 2. pun 4. §. 6. num. 2 767
Geſta facta a priuilegiario poſtquam per Nuncium, vel Procuratorem priuilegiũ accepit, valida ſunt diſp 1. q. 3. pun. 3. nu. 6 274
Gradus affinitatis, vel conſanguinitatis in diſpenſatione obtinenda ſi non exprimatur inualidat diſpenſationem diſp. 1. q. 2. pun 5 num. 2 231
Gradus vicinior non expreſſus inualidat diſpenſationem, quamuis contigerit per errorem ibidem num. 15 237
Gradus propinquioris ſtipiti quandonã

ſit facienda expreſſa mentio, quando duo æqualiter diſtant à ſtipite ibidem num. 16 237
Gradus propinquior non expreſſus efficit vt ordinarius diſpenſationem concedere nequeat donec exprimatur ibidem num 17 238
Graduum diſtantia non expreſſa in obtinenda diſpenſatione, eam inualidã reddit diſp. 1. q. 2. pun. 5 num. 5 233
Gratia iam facta, & ſimpliciter ſine conditione conceſſa, non ceſſat per mortem concedentis diſp. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. num. 19. pag. de legibus. 307
Gratia quænam dicatur facta, & quæ facienda ibid. num. 21 309
Gratiam obtinens à miniſtris Papæ in Curia Romana præmia promiſſione, traditione, vel acceptatione alicuius rei, excommunicationem incurrit. Secus ſi ab alijs diſp. 10. q. 2. pun. 8 §. vnico num. 3. 1025
Gratiæ nomine quid intelligatur diſp. 10. q. 8. pun. 8. §. Incidente nu. 1. 1024

H

HAbituale peccatum eſt macula à peccato actuali relictã diſput. 2. q. 2 pun. 2. nu. 1. pag. de peccatis 325
Habitualis peccati macula in quonam cõſiſtat diſp. 2. q. 2. p. 2. nu. 2 325
Herbas medicinales colligere ſolum tali tempore, vel die, an ſit ſuperſtitioſum diſp 3. q. 5. pun. 4 num. 12 596
Hæres tenetur ſoluere pęnam realem, quã ſoluere debebat defunctus ob delictum prohibitum ſub pęna ipſo iure lata diſp. 1. q 1. pun. 7 §. 2. num. 35 105
Hęres, qui non confecit inuentarium, non tenetur in conſcientia ad ſoluendum creditoribus teſtatoris vltra vires hæreditatis ibid. § 3. nu 8 110
Hæres tenetur defuncti filijs alimenta prębere diſp. 6 q. vnica pun. 6 §. 1. num 7. & ſequentibus 907
Hęres iurantis in quibus caſibus obligetur iuramẽto loco defuncti diſp. 4. q. 1. pun. 15. num. 3 700
Hęres tenetur adimplere vota realia defuncti, qui votum diſiunctiuum emiſerat, cuius vna pars erat realis, & altera perſonalis diſp. 4. q. 2. pun. 4 §. 5. num. 5. 766
Hęres quam obligationem habeat adimplendi vota defuncti diſp. 4. q. 2. pun. 5. §. 2. à num. 1. vſque ad 13 776
Hæres an teneatur ad vota realia defuncti, quamuis hæres contrarium declararit ibid. nu. 12 779
Hæres quomodo ſe debeat gerere, ſi defunctus duas res eiuſdẽ rationis vouit duabus eccleſijs, diuerſas tamen quoad valorem ibid. num. 13 779
Hæres quomodo ſe debeat gerere in perſoluendis votis, quando bona defuncti non ſufficiunt pro omnibus ibidem nu. 14 780
Hæres an teneatur præferre vota legatis, vel debitis ex iuſtitia, vel è contra ibid. num. 16 781
Hæres qui dubitat an defũctus votum reale perſoluerit, tenetur illud adimplere ibid nu. 17 781
Hæres vouentis quomodo ſe debeat gerere in votis diſiunctiuis adimplendis diſ. 4. q. 2. pun 6. à num. 33. vſque ad finem 816
Hæres in dubio an teneatur votum ſoluere ſecundum maiorem, vel minorem quantitatem ibid num. 35 816
Hæres non poteſt exhæredare filium, quẽ pater poterat exhæredare, & noluit d. 6. q vnica pun. 6 §. 3 nu. 8 919
Hæreſim committens, vel aliud crimen, non tenetur ante ſententiam bona fiſcho tradere diſp. 1. q. 1. pun. 7. §. 2. num. 20 100
Hæreſim internam prodentes ſigno externo excommunicantur diſp. 1 q. 1. pun. 5. num 15 58
Hęreſis poteſt continere actum deſperationis diſp. 3. q. 3. pun. 2 num 5 522
Hæretici non habent fidem ſupernaturalẽ diſp 3. q. 2. pun 1. num 10 493
Hæretici cogi poſſunt ad ſuſcipiendam veram fidem diſp. . q 2. pun. 7. nu. 1 517
Hæretici non gaudent immunitate eccleſiæ diſp. 3. q 7. §. 3. num. 2. 6 & 4. & §. 4. nu. 21 637
Hęreticus, qui ſe finxit conuerſus, inualidè obtinet à ſuperiore cenſurarum abſolutionem diſp. 1. q. 2. pun. 4. num 11 223
Hæres non poteſt famulorum vota irritare diſput 4 quæſt. 2. pun. 7. §. 2. num 9. 822
Hypocrita ſanctitatem fingendo an mortaliter peccet diſput. 10. q. 1. pun. 2. num. 9 912
Homicida grauius peccat quàm qui induci-

cit ad fornicationem diſp. 1. q. 4. pun. 2. §. vnico num. 14 373
Homicidium non imputatur è feneſtra ſaxum proijcienti, quod credebat eſſe pomum, & caſu quem occidit diſp. 1. q. 2. pun. 3. nu. 7 pag. de peccatis 329
Homicidium in eccleſia committens, non gaudet immunitate diſp. 3. q. 7. §. 4 num. 7. 631
Homicidium non eſt licitum, quo quis carnem humanam comedat ob ſanitatem diſp. 2. q. 8. pun. 2. nu. 14 457
Homicidium committens ex ignorantia comitante excuſatur à reſtitutione ratione homicid j diſp. 2. q. 8. pun. 3. num. 37 470
Homicidium committens an gaudeat immunitate, ſi homicida exiſtens in eccleſia occidat exiſtentem extra eccleſiam diſp. 3. q 7. §. 4. nu. 8 631
Homines tam fideles, quàm infideles contrahunt originale peccatum diſp. 2 q. 1. pun. 3. num. 1 pag. de peccatis 311
Homines in hoc mundo patiuntur multas pœnas ob originale peccatum diſp. 2. q. 1. pun. 4 num. 9. pag. de peccatis 318
Homo duplicem habet inclinationem, ſeu propenſionem, rationalem videlicet, & ſenſitiuam d. 2. q. 1. pun. 1. num. 8. pag de peccatis 313
Homo dupliciter cõſiderari poteſt diſp. 2. q. 7. pun 3. num 2 443
Homo nullus, ſi ſecundum ſe ſpectetur, poteſt pro peccato alterius puniri pœna propriè dicta ibidem num. 3 443
Homo an, & in quibus caſibus poſſit veſci carnibus humanis diſp. 2. q 8. pun. 2, nu. 13. 14. & 15 457
Homo quoſnam articulos fidei credere explicitè teneatur diſput 3. q. 2. pun. 2. num. 6 495
Homo quandonam teneatur elicere actus fidei diſp. 3 q 2. pun 2. num. 8. 9. 10 11. & 12 4 6. 497. & 498
Homo an teneatur memoriæ mandare fidei articulos ibid. nu. 14 499
Homo tenetur ex præcepto affirmatiuo fidem exterius confiteri, & quandonam diſp. 3 q. 2 pun. 3. num 2 & 3 502
Homo quandonam teneatur, & quandonam eximatur ab obligatione fidem exterius confitendi ibid. nu. 4. & ſequentibus 503
Homo tenetur aliquando fidem confiteri exterius ob particularia aliqua decreta ibidem num. 14 506
Homo tenetur ex præcepto negatiuo abſtinere à dictis, vel factis, quibus fides negatur ibidem num. 16 506
Homo quandonam peccet contra hoc præceptum negatiuum ibidem à num. 17. vſque ad 25 506
Homo an excuſetur à legis obligatione nõ ſolum quando certò ſcitur ſed etiam quando probabiliter creditur caſum aliquem non contineri in lege diſp. 1 q. 1. pun vlt §. 2 nu. 10 168
Honor, & adoratio non eſt idem diſp. 3. q. 1. pun 1. num. 2. 473
Honor quid ſit diſp 6. q. vnica pun. 1. num. 1 893
Honor exhibendus eſt à filijs parentibus, & è contra ibid. nu. 3 494
Hora ſumendæ refectionis in die ieiunij quænam eſſe debeat diſp. vlt. q. 1. pun. 4 1099
Humanitas Chriſti qua adoratione ſit digna diſp. 3. q. 1. pun. 2. n. 6 477

I

IDolatria vndenam dicta diſp. 3. quæſt. 5 pun. 2. num. 1 581
Idolatria quotuplex ibidem num. 2 582
Idolatria quid ſit ibidem num. 3 582
Idolatria ex ſuo genere eſt grauiſſimum peccatum ibidem num. 4 582
Idolatria poteſt prohiberi non baptizatis diſp. 3 q. 1. pun. 7. num. 3 517
Idolytis licitum eſt veſci in graui vitæ periculo diſp. 2. q. 8. pun. 2. nu. 18 458
Idolum colens ficto animo, vt mortem euitet mortaliter peccat diſput. 3. q. 5. pun. 2. num. 5 582
Ieiunans, vel reſtituens per vim abſolutã non ſatisfacit præcepto ieiunij, & iuſtitiæ diſp. 1. q. 1. pun 10. nu. 7 156
Ieiunij die complens vigeſimum primum annum an teneatur ieiunare diſp. vlt. q. 1. pun vlt. num. 7 1207
Ieiunij onere an ligentur dubitantes an ætatem compleuerint ibidem num 15. & 16 1210
Ieiunij diſpenſatio a quo ſit petenda ibidem num. 17. & 18 1210
Ieiunij tempore abſtinendum eſt a carnibus, & quænam dicantur carnes diſput. vlt. q. 1. pun. 2. num. 1 1086
Ieiunij tempore an abſtinendum ſit à lacticinijs ibid. nu. 2 1087

Ieiu-

Ieiunij tempore obtinens priuilegium comedendi carnes, regulariter tenetur abſtinere a multiplici refectione ibid. num.3 1087
Ieiunij tempore ſi adueniat neceſſitas comedendi cibos vetitos an ſit petenda licentia ibid.num.5 1089
Ieiunij præcepto ſatisfacit, qui ventrem cibis tunc temporis non vetitis replet ibi. num.7 1090
Ieiunij tempore quotuplex refectio in die ſumenda ſit diſp.vlt.q.1.pun.3 1091
Ieiunij tempore licita eſt in veſperis refectiuncula ibid.nu.2 1091
Ieiunij tempore quandonam peccet ieiunans multoties comedendo, quando licentiam non habet ibidem num.4. & 5. 1092
Ieiunij tempore an peccet qui mane refectiunculam ſumit, dilato in veſperis prandio ibid.nu.6 1093
Ieiunij tempore multoties comedens non toties peccat mortaliter ibid. num.7 & 8 1094
Ieiunij tempore cauſam habens non ieiunandi, an peccet inuitando veſpertino tempore amicum ad cœnam ibidem n. 9 1095
Ieiunij tempore an poſſit prandium reaſſumere, qui illud ob negotia ſæpè interrumpit ibid nu.10 1097
Ieiunij tempore peccata in comedendo perpetrata, quomodo ſint explicanda in confeſſione ibid.num. 11 1098
Ieiunij tempore qua hora ſumenda ſit refectio diſp.vlt.q.1. pun.4 1099
Ieiunij obligatio poteſt per conſuetudinẽ induci, & auferri diſp. vlt. q.1.pun.5.nu. 2 1201
Ieiunij tempore diſtribuens duos, vel tres panes in plures non peccat mortaliter diſp.2 q.3 pun 5.num.26 354
Ieiunij ignarus non peccat ſi illud non ſeruet diſp.2.q.2.pun.3.num.5. pag.de peccatis 329
Ieiunium non obligat non habentes ętatẽ requiſitam, & quænam ſit diſp.vlt q.1. pun.vlt.nu.6 1207
Ieiunium non ſeruantes eo quod credant habere iuſtam non ieiunandi cauſam, non peccant diſp.vlt. q.1.pun. vlt. num. 19 1211
Ieiunium omittens aliquo die, in quem incidunt tempora ſimul cum vigilia alicuius Sãcti, vnum tantum peccatum committit diſput.2.q.4. pun.3. num.10 385
Ieiunium infringit qui ſæpius exiguum quid ieiunij die comedit diſput. 2. q.3. pun.5 num.27 354
Ieiunium qui ſeruare non poteſt niſi vſq; ad veſperas, non tenetur ad illud vſque tempus ieiunare diſp.2. q 8 pun.1.num. 6 447
Ieiunium perfringens eo quod credat inuincibiliter ſe ad illud non teneri ob aliquam cauſam, non peccat diſput.2.q 8. pun 3 num 23 466
Ieiunium vnius anni integri ex voto faciẽdum an ſemper ſit iterandum, quoties vouens illud, per aliquos dies interrumpit. Vide v. Votum.
Ieiunium quot modis accipiatur diſp.vlt. q.1.pun.1 num.1 1083
Ieiunium quid ſit ibid.num.4 1084
Ieiunium quare dicatur abſtinentia à cibo ibidem num. 5 1085
Ieiunium non violatur ab eo, qui ſæpius bibit, vt famem expellat ibidem. num.6 1085
Ieiunium quo iure ſit ſeruandum diſp. vlt. q.1.pun.1.num. 1200
Ieiunium an liceat die dominica, & quo die ieiunandum ſit ibid.num.3 1201
Ieiunium quoſnam obliget diſp. vlt. q. 1. pun.6.num. 1 1202
Ieiunium non poteſt per alium adimpleri ibid num.2 1203
Ieiunium vouens tenetur ad illud iuxta vouentis intentionem ibidem num. 3. 1203
Ieiunium debitum ex voto quomodo ſit ſeruandum ibid.nu.4 1203
Ieiunium ab Epiſcopo indictum an obliget religioſos ibidem nu. 5 1204
Ieiunium alicuius oppidi an obliget peregrinos illuc confugientes ibidem num.6 1204
Ieiunium relinquendi quænam ſint iuſtæ cauſæ diſp.vlt.q.1.pun.vlt. 1205
Ignorans latam eſſe legem talis contractus reſciſſoriam, quamuis non peccet, non valide tamen celebrat illum contractum diſp.1.q 1 pun.4. num.20 42
Ignorans inuincibiliter promulgationem legis, tenetur legibus diſp. 1. q. 1.pun.6. num.4 62
Ignorantia ieiunij excuſat à peccato, ſi illud quis frangat diſp.2.q.2.pun.3.nu.5. pag.de peccatis 329

Igno-

INDEX.

Ignorantia quid ſit,& quotuplex diſp.1 q. 8 pun.3 à num. 1 vſque ad 7. 460.& 461
Ignorantia legum humanarum etiam iuris diuini, myſteriorum fidei, & aliquorum præceptorum naturalium, dari poteſt diſp.8 q.8.pun.3. nu.8 9 & 11 461
Ignorantia inuincibilis tam iuris quam facti excuſat à peccato ibidem num 12 462
Ignorantia inuincibilis quomodo poſſit probari in foro externo ibidem num.13 463
Ignorantia inuincibilis excuſat illum, qui aliquid facit contra proprium officium ibid.num.18 464
Ignorantia ita poteſt peccatum minuere, vt de mortali faciat illud veniale ibid. num. 21 465
Ignorantia quælibet legum humanarum coniuncta cum bona fide, modò non ſit craſſa, & ſupina, poteſt à peccato excuſare ibid.nu.22 465
Ignorantia inuincibilis vnius circumſtantiæ non excuſat ab obligatione alterius circumſtantię non ignoratæ ibid.nu.24 466
Ignorantia inuincibilis per ſe ſumpta an ſit peccatum ibid.nu 31 468
Ignorantia vincibilis ad quam peccati ſpeciem reuocetur, & cui virtuti opponatur ibid.nu.32 468
Ignorantia inuincibilis pœnæ non excuſat à peccato ibid nu.33 469
Ignorantia comitans excuſat actionem externam à peccato ibidem num 34. 469
Ignorantia comitans excuſat à Cenſuris incurrendis annexis illi actioni cum ignorantia factæ ibid.nu.36 470
Ignorantia comitante ſi quis inferat aliquod damnum, non tenetur ad reſtitutionem, vel ad damni reſtaurationem ibid.nu.37 470
Ignorantia per ſe loquendo non excuſat à peccato mortali commiſſo contra ſextum, & nonum decalogi præceptum d. 8 q.vni.pun.vnico nu.7 944
Ignorantia inuincibilis mendacij an detur d.10.q.1.pun.2.nu.4 950
Illegitimus prius diſpenſatus, ſi ampliorem diſpenſationem deſiderat, debet prioris mentionem facere d.1.q.2.pun. 8.nu.3 146
Illegitimus ad ordines diſpenſatus cenſetur diſpenſatus tantum ad Ordines minores, niſi aliter conceſſione colligatur d.1.q.3.pun.7.§ 1 nu.10 290
Imagines Dei, & Angelorum permittendæ ſunt d.3.q.1.pun.3.nu.2 478
Imagines propriè adorantur ibid.num.3. 479
Imagines poſſunt vnà cum protothypo adorari ibid.nu.4 479
Imagines ſacræ, in quibus Dæmon apparet adorari poſſunt ſine peccato Idololatriæ ibid.nu.5 479
Imagines, quibus à Papa conceſſæ ſunt Indulgentiæ, modò publicè non exponantur, ea poſſint exponi, & an amittant priuilegium publicè ſemel expoſitis d.2 q.1.pun.4.nu.5 484.& 485
Imagines ſacras proijcere in flumen, vt pluuat, ſuperſtitioſum eſt d.3.q.5.pun. 4.nu.13 596
Imaginibus vtens ad aliquid obſeruandũ an ſit ſuperſtitioſus d.3.q.5.pun.4.nu. 10 595
Imaginibus ſanctorum poſſunt accendi cerei d.3.q.1.pun.4.nu.10 488
Imaginum ſacrarum vſus licitus eſt d.3.q. 1.pun.3 nu.1 478
Imago alicuius ſancti nondum canonizati poteſt in domibus priuatis retineri non tamen poteſt pingi in Templo d.3. q.1.pun.2.nu.2 475
Immunitas quibus Eccleſijs ſit conceſſa d.3.q.7.§.1 nu.1 617
Immunitas Eccleſiaſtica eſt induſta iure Eccleſiaſtico ibid.nu.2 618
Immunitas quibus Eccleſijs, & locis competat ita vt reus ex illis extrahi nequeat d.3.q.7.§.2 nu.1.& ſeq. 619
Immunitas prodeſt tàm in cauſis ciuilibus quàm criminalibus, exceptis caſibus in Iure expreſſis d.3.q.7.§.4.nu.1 628
Immunitas in quibus caſibus ſuffragetur, & quibus, & è contra ibid à nu.2.vſque ad 7 629
Immunitas amittitur, vel per mutilationem, vel tantum per occiſionem factã in Eccleſia ibid.nu.10 632
Immunitas non amittitur ob delicta in Eccleſia commiſſa, præter homicidium vel mutilationem ibid.nu.12 633
Immunitas non amittitur ab eo, qui delinquit propè Eccleſiam ſpe confugiendi ad eam ibid.nu 13 633
Immunitas non amittitur ab eo, qui ſolũ attentat aliquem proditoriò occidere ibid.nu.16 634

Im-

Immunitas Eccleſiaſtica quos effectus pariat d.3.q.7.toto § 5 618
Immunitate Eccleſiæ quænam perſonæ gaudeant d.3.q.7.§.3.nu.1 624
Immunitate Eccleſiæ priuantur aſſaſſinii Rei d.3.q 7.§.4.nu.17 635
Immunitatem Eccleſiaſticam violens qui bus pœnis afficiatur d.3.q.7.§.6.num.5 644
Immunitatis priuilegium an poſſit tolli per conſuetudinem diſp.3.q.7.§.6.num. 3 642
Impedimentis pluribus detentus, ſi vnius diſpenſationem petat, alijs non expreſſis, an validè diſpenſetur diſp.1.q.2.pun. 9.num.1 247
Impedimentum matrimonij quandonam dicatur publicum diſp.1.q.2. pun. 2.nu. 7. 200
Impedimentum certum narratum ſub dubio inualidat diſpenſationem diſp. 1.q. 2 pun.4.num.7 222
Impedimentum publicæ honeſtatis explicandum eſt in quo gradu ſit, vt diſpenſatio valeat d.1.q.2.pun.5. num.7 234
Impedimentum dirimens matrimonium antea promiſſum, ſi alterius contrahentis culpa oriatur, tenetur is ad integras diſpenſationis expenſas diſp.1.q.2.pun. 11.num.21 268
Imperator non poteſt leges ferre in vniuerſum orbem diſp.1.quæſt.1.pun 3.nu. 5 17
Imperator non tenetur ſeruare ſtatuta, ſeu leges municipales oppidorum, & Prouinciarum ſibi ſubditarum diſp.1.q. 1.pun 6. nu.26 70
Impij diligendi ſunt diſp.3.q.4. pun.3.§nu. 2 517
Impotens voluntariè factus, ne teneretur adimplere præceptum, an eximatur ab ipſius obligatione diſp.2.q.8.pun. 1.nu. 9 448
Impotentia adimplendi præceptum excuſat à peccato diſput.2 q.8.pun.1 num.2. 446
Impotentia vna eſt moralis, altera phyſica ibidem nu.3 446
Impotentia adimplendi totum præceptũ, non excuſat ab adimpletione partis poſſibilis, quæ notabilis ſit ibidem num. 4 446
Impotentia, quam quis ſponte incurrit, vt eximeretur ab obligatione adimplendi præceptum, an eximat ab eius adimpletione ibid.num.9. 448
Impotentia an, & quos eximat à ieiunio diſp.vlt.q.1.pun. vltimo à num. 1. vſque ad 8 1205
Impubes quiſnam dicatur diſp.4. quæſt.2. pun.7.§ 2 num. 20 825
Inceſtus completus commiſſus dum contrahendi diſpenſatio petitur, eſt exprimendus in ſupplicatione diſput. 1. q 2. pun.5.nu 9.10.& 11 234
Inceſtus non ſemper eſt Papæ manifeſtandus pro diſpenſatione obtinenda ibid. num.13. 236
Inclinatio in homine duplex eſt. rationalis videlicet, & ſenſitiua diſput. 2.q.2. pun.1.nu.8.pag. de peccatis. 323
Indifferens quodnã dicatur d.4.q. 2. pun. 4.§.2.nu.1 755
Indifferens opus faciens, quo quis abutetur ad peccatum, quod tamen alter præſtaret non peccat mortaliter d. 2.q. 4. pun.2.§.vnico nu. 5 379
Indifferenter operari quandonam poſſit quis, ſi alij ex eo opere occaſionem peccãdi ſint arrepturi d.2.q.4.pun.2.§.vnico nu.18 379
Inditia quid ſint d.10.q.2.punc.5.num. 5. 1007
Indignatio, odium & ira, non ſunt idem d.3.q 4.pun vlt.§.1.nu.8 565
Indignus coniux quiſnam dicatur d. 6. q. vnica pun.6.§.2.nu.2 911
Inducens alterum ad peccatum & intendens eius ruinam ſpiritualem, quot peccata committat d.2.q.4 pun.1.§. vnico nu.8 371
Inducens alterum ad peccatum prædicto modo, tenetur hanc circumſtantiam in confeſſione exprimere ibidem num. 9. 371
Inducens alterum ad peccatum veniale intentione vt alter inductus venialiter tantum peccet, venialiter peccat ibid.n. 10
Inducens alterum ad peccatum non intendendo eius ruinam ſpiritualem, committit peccatum, quod inductus facit ibid.nu.12 372
Inducens alterum ad peccatum non intendens eius ruinam, nec cum eo conſumans peccatum, quot peccata committat ibid.nu.13.
Inducẽs ad fornicationem minus peccat, quàm homicida ibid.nu.14 373
Inducens alterum, & cum eo conſuman

peccа-

peccatum, reus eſt ſaltem duorum peccatorum ibid.nu.15 373
Inducens alterum ſuo exemplo ad damnificandum non tenetur ad reſtitutionem ibid.nu.40 380
Inducens alterum ad peccatum, tenetur hoc exprimere in confeſſione ibid.n. 41 380
Inducens ad diſpenſandum ſine cauſa, vel ea falſa allegata, peccat eo peccato, quo peccat diſpenſator d.1.q.2. pun. 3. nu.16 213
Infamia quid ſit, & quot homines ad infamiam requirantur diſp.10.q.2.pun.5. num.4 1006
Infans ſi moriatur cum ſolo originali, puniendus eſt pœna damni, non ſenſus d. 2.q.1.pun.4.nu. 2. & 3. pag. de peccatis 316
Infans adducendus eſt in iudicium finale ibid.nu.8 318
Infantem retinens in lecto ſpatio cuius quadrantis non adhibita cautione, an incurrat excommunicationem diſp.1.q. 1.pun.7.§.4.nu.19 120
Inferior regulariter non poteſt in legi, ſuperioris diſpenſare diſp.1. q. 2.pun.1.n. 12 191
Inferior nequit diſpenſare in ſtatuto inferioris a ſuperiore confirmato ibid.num. 15 192
Inferior non poteſt in lege ſuperioris diſpenſare, niſi in caſibus illi permiſſis ibi. num.17 194
Inferior inualidè diſpenſat in lege ſuperioris diſp.1.q.2.pun.3.nu.12 212
Inferior diſpenſans in lege ſuperioris, poteſt ex iuſta cauſa aliquando priuilegiū reuocare diſp. 1.q.3. pun.8 §.3.nu.10. pag de priuilegijs 317
Infideles tenentur ſub mortali corrigere proximum peccantem diſp. 3. quæſt. 4. pun.7.num.2 552
Infideles baptizati cogi poſſunt ad fidem ſuſcipiendam. Secus de non baptizatis diſp.3.q.2.pun.7. num.1.& 2 517
Infideles non baptizati prohiberi poſſunt ab Idololatria ibid.num.3
Infidelis non afficitur legibus eccleſiaſticis diſp 1.q.1.pun.6.num.2 62
Infidelium ritus an licitè permittantur diſp.3 q.2.pun 7.num.4. 518
Infidelium libri an tolerandi ſint in eccleſia ibid.nu.5 518
Infidelitatis, ſpecies quot ſint diſp.3. q.2. pun.6.num.1 516
Infidelitatis ſpecies differunt inter ſe ibid. num.2
Infidelitatis ſpecies exprimenda eſt in cōfeſſione ibid.nu.3 516
Infirmi excuſantur à ieiunio diſp vlt.q.1. pun.vlt.nu.2 1205
Infirmi curam habens domi excuſatur ſi tunc temporis miſſam non audiat d. 2. q.8.pun.1.nu.14 450
Inimici diligendi ſunt d.3.q.4.pun.3. nu.2 527
Inimicis indigentibus an teneamur ſubuenire d.3.q.4.pun.6.nu.20 546
Inimico veniam petenti an teneamur ſigna reconciliationis exhibere, & ſatisfactionem condonare d.3.q.4.pun.3. nu.5 529
Inimicum nos ſalutantem reſalutare tenemur d.3.q.4.pun.3.nu.4 528
Inimicus an ſit ſalutandus, dum nobis occurrit d.3.q.4.pun.3.nu.3 528
Inimicus an poſſit ab eo excludi, qui alicui vult conferre beneficium ibid. nu.7. 530
Iniuria Dei, quæ in peccatis reperitur nō eſt intrinſecè infinita d.2. q.2.pun.5.n. 1.pag.de peccatis. 334
Iniuria huiuſmodi eſt infinita extrinſecè & terminatiuè ibid.nu 3 336
Iniuriam inferens Clerico puniri poteſt tàm à Iudice laico, quàm ab Eccleſiaſtico d.10.q.2 pun.1.§.1.nu.31 975
Iniuriam quando duo ſibi inuicem inferunt, quinam prius ſatisfacere teneatur d.3.q.4.pun.3.nu.6 529
Iniuriæ ſpecies alteri illatæ an ſit explicanda in confeſſione d.2.q.4.pun.2. nu. 13 367
inquiſitio triplex eſt d.10.q.2.pun.5.nu.3. 1006
inquiſitio generalis non requirit infamiā, nec quicquam aliud, ibidem num. 7. 1008
inquiſitio ſpecialis requirit infamiam, vel clamoroſam inſinuationem ibidid. nu. 10 1009
inquiſitione mixta quomodo iudex procedere debeat diſ.10.q. 2.pun.5.nu.12. 1009
inquiſitionis officio an ſit denunciandus, qui curat infirmos vulneratos applicando remedium vitiis eorum ſanguine infectis d.3.q.5 pun 4.nu 19 599
inſinuatio clamoroſa quid ſit diſp. 10.q.2.

pun. 5. nu. 5 1007

inſtrumenta an poſſit quis præbere reo, vt carcerem frangat, & fugiat d. 10. q. 3. pun. 2. nu. 19 1059

inſtrumenta ſine cauſa renuens conficere grauiter peccat d. 10. q. 3. pun. vlt. nu. 3. 1080

inſtrumenta, quæ in Chriſti paſſione fuerunt adhibitæ, adorantur adoratione latriæ, non verò ea, quæ ad ipſius ſimilitudinem fiunt d. 3. quæſt. 1. pun. 3. nu. 8. 481

intemperanter ſæpius comedens peccat mortaliter d. 2. q. 3. pun. 5. nu. 28 354

intendens orare in aliqua Capella, ſi dum meditatur ibi celebretur miſſa, ei nô ſatisfacit d. 1. q. 1. pun. 10. nu. 4 156

intentio quænam requiratur vt adimpleatur lex, ſeu præceptum d. 1. q. 1. pun. 10. nu. 10 155

intentio ſatisfaciendi præcepto non eſt de eſſentia d. 1. q. 1. pun 10 nu. 9 157

intentio concedentis priuilegium quando clara eſt ſeruanda eſt; ſi obſcura, recurrendum ad coniecturas, vt inueſtigetur d. 1. q 3 pun. 7. §. 1. nu. 3 286

intentio boni finis minuit peccatum d. 2. q. 4. pun. 1 nu. 7 359

intentionem duplicem habere poteſt, qui alicui præcepto ſatisfacere intendit d. 1. q. 1. pun. 10. nu. 1 155

interceſſio pro reo apud iudicem facta, periculoſa eſt diſp. 10. quæſt. 2. pun. 7. n. 7. 1018

interdictus gaudet immunitate Eccleſiæ d. 3. q. 7. §. 3. nu. 8 627

interrogatus poteſt aliquando reſpondere iuxta opinionem probabilem relicta probabiliore, diſp. 2. q. 4. pun. 9. nu. 6 427

interrogatus à iudice, aut per cenſuras cōpulſus, quænam teneatur in generali inquiſitione manifeſtare d. 10. q. 2. pun. 5. nu. 9 1008

interpretari leges humanas licet d. 1. q. 1. pun. 8. nu. 2 138

interpretari an liceat Concilium Tridentinum ibid. nu. 3 138

interpretatio legum pœnalium in dubio quomodo ſit facienda d. 1. q. 1. pun. 8 n. 15 143

interpretatio quomodo ſit facienda, quando verba legis plures habent ſenſus, & ignoratur quinam ſit intentus à legiſlatore ibid. nu. 18 145

interpretatio quomodo facienda quando lex poteſt explicari iuxta propriam ſignificationem verborum, & iuxta communem loquendi modum ibid. num. 13 145

interpretatio extrinſeca alia eſt neceſſitatis, alia congruitatis, ſeu voluntatis ib. nu. 27 149

inuaſor iniuſtus poteſt occidi, quamuis ſit in peccato mortali d. 3. q. 4. pun. 4. nu. 3. 531

inuidia quid ſit d. 3. q. 4 pun. vlt. §. 2. num. 1 566

inuidia ex ſuo genere eſt mortale peccatum charitati contrarium ibid. nu. 3. & 4 567

inuidia eſt connumeranda inter peccata capitalia ibid. nu. 5. 568

inuocantes Dœmonem an ſint ipſo facto excommunicati diſp. 3. q. 5. pun. 3. num. 21 592

ira, odium, & indignatio non ſunt idem d. 3. q. 4. pun. vlt. §. 1. nu. 8 565

irregularis diſpenſatus ad beneficia, cenſetur diſpenſatus ad beneficia ſimplicia, non ad curata, vel dignitates, &c. niſi aliter ex conceſſione colligatur d. 1. q. 3. pun. 7. §. 1. nu. 9 290

irregularis cenſendus eſt ille, qui dubitat an homicidium ſua culpa contigerit d. 2. q. 4. pun. 7. nu. 21 418

irregularitatis contractæ ob homicidium Sacerdotis, diſpenſatio valida eſt, quãuis in ea obtinenda non fuerit expreſſa circumſtantia Sacerdotij d. 1. q. 2. pun. 5. nu. 20 239

irritatio actus ipſo facto impoſita, an ſtatim incurratur diſp. 1. quæſt. 1. §. 5. nu. 5 128

irritatio actus vt incurratur, an requiratur ſcientia legis irritantis ibid. num. 6 128

iter faciens in die feſto cum dubio præſtandi rem illicitam, peccat d. 2. q. 4. pun. 7. nu. 7 413

iubilęi tempore an, quæ vota, & quibus modis poſſint commutari. Vide verbo Vota.

iudex ſecularis non poteſt de re ſpirituali iudicare: Immo facit contra iuſtitiam iudicando, vel puniendo perſonas Eccleſiaſticas diſp. 10. quæſt. 2. pun. 1. nu. 4 957

iudex debet habere iuriſdictionem, vt validè iudicet d. 10. quæſt. 2. pun. 1. num. 1.

Digitized by Google

1 954
iudex poteſtatis laicæ quam iuriſdictioné habeat in clericos clericali priuilegio gaudentes diſp. 10. quæſt. 2. pun. 1. toto §. 1 959
iudex quinam ſit adeundus quando pro Eccleſiaſtica libertate Eccleſiaſticus adiri non poteſt ibid. nu. 11 955
iudex laicus non poteſt de cauſa Eccleſiaſtica cognoſcere ibid. nu. 12
iudex Eccleſiaſticus non tenetur clericos punire pœnis lege ciuili impoſitis ibid. nu. 29 974
iudex tàm Eccleſiaſticus, quàm laicus punire poteſt inferentes iniuriam clerico ibid. nu. 32 975
iudex laicus non poteſt per conſuetudiné acquirere ius iudicandi clericos d. 10. q. 2. pun. 1. §. 3. nu. 1 979
iudex laicus poteſt de licentia Papæ Clericos iudicare ibid. nu. 2 980
iudex laicus iudicare non poteſt clericos conſentientes, licet poſſit eligi vt arbiter ibid. nu. 4. & 5 981
iudex laicus quibus pœnis afficiatur iudicando perſonam Eccleſiaſticam d. 10. q. 2. pun. 1. §. 5. nu. 2 995
iudex iudicare debet in veritate d. 10. q. 2. pun. 2. nu. 1 595
iudex an poſſit condemnare innocentem probatum nocentem ibidem num. 2. 996
iudex Eccleſiaſticus an aliquid accipere poſſit pro iudicio ferẽdo d. 10. q. 2. pun. 8. 1019
iudex quandonam legitimè procedat per viam accuſationis d. 10. q. 2. pun. 6. nu. 1 1013
iudex quid facere conſueuerit, dum ad ipſum crimen delatum eſt ibidem num. 2 1014
iudex aliquando procedit per querelam, aliquando per inquiſitionem cognito delicto ibid. nu. 3 1014
iudex quandonam legitimè procedat via denuntiationis ibid. nu. 4. & 5 1014
iudex inferior regulariter loquendo non poteſt pœnam à lege taxatam remittere: arbitrariam verò poteſt auferre, vel minuere d. 10. q. 2. pun. 7. nu. 1 1015
iudex remittens pœnam cum damno partis tenetur ad reſtitutionem ibid. nu. 2. 1016
iudex ſupremus poteſt ex iuſta cauſa pœnam remittere ibid. nu. 3 1016
Iudex quandonam mortaliter peccet liberando reum ibid. nu 5 1017
Iudex non debet ſe facilem exhibere in cõmutanda pœna corporali in pecuniariã ibid. nu. 6 1017
Iudex an poſſit aliquando exorari pro liberatione delinquentis diſp 10. q. 2. pun. 7. num 7 1018
Iudex non poteſt per ſe loquendo eum ad mortem condemnare, à quo delicti cõfeſſionem extorſit promiſſione impunitatis, aut minis, vel deceptionibus ibid. num. 8 1018
Iudex quænam munera accipere poſſit d. 10 q. 2. pun. 8 1019
Iudex ſecularis poteſt accipere expenſas, quas facit dum proficiſcitur extra domicilium, non verò eccleſiaſticus exceptis duobus caſibus ibidem n. 6 1021
Iudex aliquando poteſt minuere pœnas in lege præſcriptas diſp. 1. q. 1. pun. 7. §. 2. num. 2 90
iudex debet ferre ſententiam iuxta Cardinalium declarationes diſp. 1. q. 1. pun. 8. nu. 6 141
Iudex inferior non poteſt condemnare innocentem publicè probatum, quem tamen ſecretò ſcit eſſe nocentem diſp. 10. q. 2. pun. 2. nu. 5. & 6 598
Iudex in conferendis publicis officijs an teneatur ſequi ſcientiam publicam omiſſa priuata ibid. num. 7 1000
Iudex debet iudicare cũ cõſcientia, puritate, & celeritate, nõ peccabit tamen mortaliter ſi in peccato mortali exiſtens iudicet d. 10. q. 2. pun. 3. n. 1. 2. 3. & 4 1000
iudex quam formam iuris tenere debeat in ferenda ſententia diſp. 10. q. 2. pun. 4. num. 1 1001
iudex iudicare debet ſecundum verba legis, per ſe loquendo, ibid. nu 2 1002
iudex quam formam iuris in modo procedendi ſeruare debeat diſp. 10. q. 2. pun. 5. 1005
iudex quomodo ſe debeat gerere in inquiſitione generali diſp. 10. q. 2. pun. 5. num. 8 1008
iudex an poſſit ad ſpecialem inquiſitioné procedere per ſola inditia manifeſta ib. num. 12 1009
Iudex in quibus caſibus procedere poſſit ad inquirendum tam in genere, quàm in ſpecie de delicto ibidem numero 15. 1011
iudex poteſt aliquando vti aliqua ſimula-

tione, vt veritatem ab ijs, quos interrogat extorqueat diſp. 10. q. 3. pun. 2. nu. 9 1056
iudex vndenam deſumere debeat notitiã, ſeu cognitionem ad hoc vt iudicium formet diſp. 10. q. 3. pun. 3. n. 1 1063
iudex in dijudicando partium iure aliquã do poteſt ſequi opinionem probabilem diſp. 1. q. 4. pun. 9. num. 13 & 14 419
iudex poteſt opinionem probabilem in ferenda ſententia ſequi tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus ibidem num. 15 430
iudex, qui alicui iuſtam pœnam cum iuramento eſt comminatus, tenetur iuramẽtum ſeruare diſp. 4. q. 1. pun. 14. num. 3. 699
iudex competens, coram quo laicus iurãs conueniendus eſt, quinam ſit diſp. 4. q. 1. pun. 15. nu. 4 702
iudex, qui non vult eccleſiæ reſtituere reũ per vim ab illa extractum, quamuis illum extrahi non curauerit, excommunicationem incurrit diſp. 3. q. 7. §. 6. nu. 7 644
iudex, qui per vim extrahit delinquentẽ è loco ſacro quot peccata committat, & quibus pœnis afficiatur. Vide v. Extrahens.
iudex laicus an poſſit per conſuetudinem acquirere ius extrahendi delinquentes è loco ſacro diſp. 3. q. 7. § 6. num. 3 642
iudex in quibus caſibus poſſit petere iuramentum ab eo, qui creditur peieraturus diſp. 4. q. 1. pun. 11. num. 2 689
iudicem laicum adiens, vt impediat iuriſdictionem eccleſiaſticam, ne cenſuras ipſi infligat, grauiter opprimit libertatẽ eccleſiaſticam diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 10 965
iudicio finali aderunt etiam paruuli, diſp. 2. q. 1. punct. 4. num. 8. pag. de peccatis. 318
iudicium iuramenti in quonam conſiſtat diſp. 4. q. 1. pun 3. num. 8 673
iudicium pro quo ferendum ſit quando dubium eſt pro quo ſtet poſſeſſio diſp. 2. q. 4. pun. 7. num. 14 416
iudicum ſecularium praxis excuſari poteſt qui ex denunciatione publici officialis, vel alterius, vel ex querela partis, accedunt ad capiendas informationes, & ijs habitis ſpecialem inquiſitionem formant diſp. 10. q. 2. pun. 6. nu. 5 10 4
iuramenta an poſſint diſpenſari ab habẽte facultatem diſpenſandi in votis di 4. q. 2. pun. 7. §. 4. num. 32 8
iuramenta irritata non reuiuiſcunt p mortem irritantium diſp. 4. q. 1. pun. num. 6 7
iuramenta an poſſint diſpenſari nolei eo, in cuius fauorem facta ſunt ibid num 8
iuramenta an poſſint commutari ab ha te facultatem commutandi vota il num. 11 7
iuramenta in Dei honorem facta poſſi ab ipſomet iurante in melius commu ri ibidem num. 10 7
iuramenti veritas, iuſtitia, & iudicium quonam conſiſtant diſp. 4. q. 1. pun. 5. 8. & 9 671 &
iuramenti materia debet eſſe res licita, non indifferens diſp. 4. q. 1. pun. 4. n 1. & 2
iuramenti obligatio an tranſeat ad ha des diſp. 4. q. 1. toto pun. 15.
iuramenti obligatio quot modis impe tur, & auferatur diſp. 4. q. 1. pun. 17. n & 2
iuramenti obligatio non poteſt auferr ne iuſta cauſa à ſuperiore, qui in iura tum ſubditorum conſenſit ibidem n 5
iuramenti obligatio ceſſat ceſſante ip cauſa finali diſp. 4. q. 2. pun. 3. §. 2. n 10
iuramento tenetur qui adhibet verba, falsò putat importare iuramentum q. 1. pun. 1. num. 6
iuramentum quid ſit, & in quibus ca committatur, & è contra diſp. 4. qu pun. 1. num. 1. & 2
iuramentum poteſt fieri etiam cum t ſolum Dei inuocatione ibid. nu. 3
iuramentum an ſemper ſit quoties cre ra in teſtem adducitur ibid. nu. 4
iuramentum non ſemper admittit, qu hibet verbum, iuro, ibid. nu. 7
iuramentum quotuplex, & an ſit ein ſpeciei diſput. 4. q. 1. pun. 2. num. 1 688. & 689
iuramentum an licitum ſit, & quid r ratur ad hoc vt fiat licitum diſp. 4. pun 3 nu. 1. 2. 3. & 4. 670. &
iuramentum aſſertorium in omni m eſt peccatum mortale ibid. nu. 6.
iuramentum emittens in quibus c peccet ibid num 6
iuramentum emittens quam dilige

Digitized by Google

adhibere teneatur ad inueſtigandam veritatem rei, quam iurat ibidem num. 7 672
iuramentum factum contra legem ciuilẽ an obliget diſp.4. q.1.pun.5.num.1.& 2 677
iuramentum factum contra bonos mores naturales non obligat ibid.n 3 678
iuramentum an confirmet contractus d.4 q.1.pun.5.nu.5 678
iuramentum factum contra prius validũ non obligat d.4.q.1. pun 6.num.1 679
iuramentum verum veram inducit obligationem d.4.q.1.pun.7.n.10 680
iuramentum factum animo ficto an inducat obligationem diſp.4.q.1.pun. 7. nu. 1.2.& 3. 680.&681
iuramentum,vt obliget, non requiritur vt iurans formalem ſe obligandi intentionem habeat ibid.num.4 681
iuramentum factum cum animo illud nõ adimplendi, inducit obligationem ibid. nu.5 682
iuramentum præſtitum cum errore, vel dolo an obliget diſp.4.q.1.pun.8.num.3 & 4 683
iuramentum metu extortum an obliget d 4.q.1.pun.9.num.1 684
iuramentum metu extortum obligat ſub mortali ibid nu.3 685
iuramentum metu factum eſt ſeruandum, quamuis iurans dubitet an intentionẽ habuerit ſe obligandi in eo euentu ibid. num.4. 686
iuramentum in iudicio emittere quibuſnam prohibeatur diſp.4 q.1.pun.10.nu. 1 686
iuramentum præſtari poteſt per Nunciũ, vel Procuratorem ibid.nu.2 687
iuramẽtum an ſemper obliget illum, cuius nomine præſtatur ibidem num. 3. & 4. 688
iuramentum nomine alterius faciendum quas conditiones requirat ibid. num.5. 688
iuramentum an poſſit exigi ab eo,qui creditur peieraturus diſp.4.q.1.pun.11.nu. 1 689
iuramentum in quibus caſibus poſſit peti ab eo,qui creditur, peieraturus ibidem num 2
iuramentumq; petens abſque iuſta cauſa ab eo,qui creditur peieraturus, quod peccatum admittat ibid num.3 692
iuramentum addens orationi ambiguæ, ad quid teneatur, & an peccet mortaliter diſp.4.q.1.pun.12.num.9.& 10 696
iuramentum promiſſorium violans in re magni momenti peccat mortaliter diſ. 4.q.1.pun.14 698
iuramentum hoc violans in re parua an mortaliter peccet ibid. num.2
iuramentum ſeruare tenetur,qui alicui iuſtam pœnam cum iuramento comminatus eſt ibid.nu.3. 699
iuramentum cadens ſupra promiſſionem habentem tacitam aliquam conditionẽ ex intentione iurantis,vel ex diſpoſitione,vel ex conſuetudine, explicatur, & obligat ad modum promiſſionis diſp.4. q.1.pun.16.num.1 703
iuramentum promiſſorium in caſibus particularibus quomodo explicandum ſit ibid.num.2
iuramentum in dubio ita explicandum eſt, vt quantum fieri poteſt minus obliget ſeruata verborum proprietate ibid. num 3 706
iuramentum non ludendi quomodo ſit explicandum ibid num.4.5.& 6 706
iuramentum emittens non ludendi donec alter Romam redeat non poteſt vnquam ludere, ſi alter Romæ moriatur ibidem num.6
iuramentum emittens ſoluendi debitum intra menſem eo tranſacto adhuc tenetur ibid.nu.7
iuramentum medicorum quomodo ſit intelligendum ibid.num.9 709
iuramentum non violat,nec dicitur periurus qui non obſeruat id, in quod iuramentum fuit commutatum diſp. 4. q. 1. pun.17 num.12 716
iuramentum præſtans alicui ratione dignitatis an teneatur idem ſucceſſoribus in dignitate præſtare ibid.num.13 716
iuramentum huiuſmodi non eſt ſeruandũ, ſi is priuetur dignitate, vel abdicet ſe ab officio ibid.num.14
iuramentum non ceſſat, neque ſuſpenditur quoties ſuperuenit notabilis mutatio, quæ tamen ſi à iurante fuiſſet præuiſa adhuc iuraſſet diſp.4.q.1.pun.7.§.1. num.7 819
iurans ſe non amplius luſurum ſub pœna vt non poſſit abſolui niſi à Papa, adhuc poteſt ab epiſcopo abſolui diſput.4.q.1. pun.1.num.29 731
iurans animo ficto, vel cum intentione nõ adimplendi iuramentum, quale peccatum

tum committat diſp.4.q.1.pun.7. num. 6 682
iurans ſoluere vſuras, vel redire in carcerē, an teneatur iuramentum ſeruare diſp.4. q.1.pun.9.num 2 685
iurans alio ſenſu quam alter intelligat ex iuſta cauſa non peccat diſp. 4. q. 1. pun. 12. num.4 692
iurans alio ſenſu quam alter intelligat in quibus caſibus excuſetur à peccato, & è contra ibidem num.5 692
iurans alio ſenſu quam alter intelligat ſine iuſta cauſa, an teneatur ſtare iuramēto, an peccet, & an teneatur ad reſtitutionem damni illati ibidem num.6. & 7. 695
iurans ex conſuetudine, ſed non mentiens, non eſt in ſtatu peccati mortalis diſp.4. q.1.pun.13 697
iurans hoc modo, & mentiens peccat mortaliter ibid. nu.4
iurans, & mentiens, ſed non coniungens mendacium cum iuramento an ſit in ſtatu peccati mortalis ibidem num.5 697
iurans hoc modo quomodo poſſit ſe liberare à ſtatu peccati ibid.num.6
iurans, & mentiens ex conſuetudine an poſſit abſolui ibid.nu.7 698
iurans ſe daturum eleemoſynam pauperi, ſi amplius luſerit, tenetur ſtatim iuramento violato eleemoſynam tradere d. 1.q.1.pun.7 §.2.num.18 103
iurare quibuſnam licitum ſit diſput.4.q.1. pun.10 686
iuris ordo quandonam dicatur ſeruari d. 10.q.3.pun.2.num.1 1052
iuriſdictio neceſſaria eſt adhoc vt iudex validè iudicet diſp.10.q.2.pun.1. num.1. 954
iuriſdictio quotuplex ſit ibidem numero 3 955
iuriſdictio conceſſa Vicario epiſcopi, non poteſt ab ipſo epiſcopo exerceri, quamuis Vicarius mortuus ſit, vel etiam ad Epiſcopatum aſſumptus diſp.1.q.3.pun. 8.§.1.num.12 304
iuriſdictio alicui generaliter conceſſa, excepta iuriſdictione contentioſa non ſpirat morte concedentis ibidem num.13. pag. de legibus 310
iuriſdictio abſque determinatione temporis alicui conceſſa ab ordinario ad confeſſiones audiendas, vel ad abſoluendū à Cenſuris, ſpirat morte concedentis ib. num.14 310
iuriſdictio alicui conceſſa ſub nomine d gnitatis non ſpirat morte concedent ibidem num 32.pag. de legibus 31
iuriſdictionem, delegatam habentes po ſunt leges condere diſp.1.q.1.pun.3.n 32
iuriſdictionem æqualem habens poteſt d ſpenſare in legibus ab anteceſſore co ditis diſp.1.q.2.pun.1. num 7 1
iuſtitia iuramenti in quonam conſiſtat 4 q.1.pun.3. num 9 6

L

Labor an, & quoſnam excuſet à ieiun diſp.vlt.q.1. pun. vlt. à num. 8. vſq ad 13 11
Laborans ſeruiliter ſpatio vnius horæ die feſto peccat mortaliter diſp. 1. q pun.7.§.4.num. 17
Laborans ſeruiliter in die feſto per vn horæ quadrantem, non peccat mort ter diſp.2.q.3.pun.5. num.25
Laborantes in die feſto ſeruiliter poſ excuſari ob paruitatem operis, & q nam pars notabilis in hac materia c ſeatur diſp.5.q.vnica pun 3. num.1. 885
Laborantes pluribus diebus feſtis mod quid facientes in ſingulos dies, non p cant mortaliter etiamſi perueniant materiam notabilem ibid.num.3
Laborantes in die feſto in honorem an peccent ibid nu.6
Laborantes non peccant ſi die feſto ceant opus pietatis per ſe ibid. nu 887
Laborantes in die feſto ex neceſſitate alia iuſta de cauſa, excuſantur ibid.
Laborantes in die feſto ex neceſſita quibus caſibus excuſentur ibid. à nu vſque ad 16
Laborantes ex obedientia, & coac excuſantur ibidem num.16
Laborantes, ſi ſint diſpenſati, non pe ibid.num.20
Laborantes in die feſto tenentur ad piſcopum, ſi commodè poſſunt, v tem Parochum, ad petendam labc licentiam ibidem num. 21
Lacticinia an illi prohibeantur, cui vetitæ ſunt diſp. vlt. q. 1. pun. 2. 1088
Laici non poſſunt per conſuetudin feſtum inſtituere diſp. 5. q. vnica nu

num.5 868
Laicis deferri poteſt Thus in eccleſia diſp. 3 q 1.pun.2.num.3 476
Laicis eſt prohibitum ſub excommunicatione de rebus fidei diſputare diſp. 3.q. 2 pun.4.num.2 512
Laicus iurans conueniendus eſt coram Iudice eccleſiaſtico diſput.4. q.1. pun. 15. num.4 702
Latrones publici non gaudent eccleſiæ immunitate, & quinam dicantur latrones diſp.3.q.7 §.4.num 5 630
Legata an ſint manifeſtanda à Notario diſp. 10.q 3.pun.vlt. num.5 1080
Legatus Papæ poteſt in ſua Prouincia leges ferre diſp.1 q.1.pun.3. num.12 22
Legatus Papæ poteſt facultatem ferendi leges alteri delegare ibid. nu.13 22
Lege humana non poſſunt præcipi omnes actus omnium virtutum diſp.1.q.1.pun. 5.num.5 55
Legem humanam præceptiuam, aut pœnalem in materia graui, vel leui non obſeruans, contra quam virtutem peccet diſp.1.q.1 pun.7.§.4.num. 32 125
Leges humanas interpretari licitum eſt diſp.1.q.1.pun.8.num.2 138
Leges tam fauorabiles, quam odioſæ non debent explicari vltra proprietatem verborum naturalem, & ciuilem ibidē num.14 142
Leges pœnales in dubio quomodo ſint interpretandæ ibid num.15 143
Leges inſtitutæ ſine animo obligandi neque ad pœnam, neque ad culpam, non ſunt propriè leges diſp. 1.q.1. pun.7.§.2. num. 5 91
Legi eſt obediendum quando dubitatur de ipſius iuſtitia, vel obligatione diſp.1. q.1 pun.7.§.3.num.11 108
Legi iuſtæ reſiſtentes ſine cauſa an incurrant aliquam pœnam, ſi ipſorum cauſa lex non acceptetur diſp.1.q.1. pun.4.n. 39 49
Legis obligatio ob quas cauſas ceſſet diſp. 1.q.1.pun.vlt. 163
Legis obligatio ceſſat in ijs caſibus, qui p̄ Epicheiam non cenſentur comprehenſi in lege, quamuis verba legis eos caſus comprehendere videantur diſput. 1.q.1. pun.vlt.§.2.n.8 167
Legis obligatio an ceſſet, quando probabiliter creditur caſum aliquem non comprehendi ſub lege ibid.num.10 168
Legis definitio quænam diſp.1.q.1.pun.1. num.1 4
legis obligatio à quibus capitibus ſit deſumenda d.1.q.1.pun.7.§.4.nu.1 115
legis materia grauis, vel leuis vndenam dignoſcenda ibid.nu.14 119
legiſlator poteſt intra decennium compellere ſubditos ad ſeruandam legem d.1.q.1.pun.4.nu.46 51
legiſlator condens abſolutè legem an cenſeatur in conſcientia, & ſub mortali obligare d.1.q.1.pun.7.§.4.nu.2 115
legiſlator poteſt in materia graui obligare ſolum ſub veniali ibid.nu.23 121
legiſlator non ſeruans propriam legem non ſubiaceat pœnis tranſgreſſoribus talis legis impoſitis d.1.q.1. pun. 6. nu. 15 66
legiſlator non obſeruans proprias leges peccat contra eandem virtutem, contra quam reliqui peccant ibid. num. 14 69
Legiſlator quomodo ciuiliter obligetur ſuis legibus ibid nu.25 69
Legiſlator quilibet poteſt in ſua lege diſpenſare d.1.q.2.pun.1.nu.5 190
Legiſlator poteſt ſecum in ſuis legibus diſpenſare ibid.nu 9 191
Legiſlator validè, ſed illicitè diſpenſat ſecum ſine cauſa diſp.1.quæſt.2.pun.3 n. 6 209
Legiſlator an peccet diſpenſando, ſi cauſam habeat, ſed dubitet, an ſit ſufficiens ad diſpenſandum ibid.nu 7 209
Legiſlatoris mens quomodo ſeruanda in dubio legis pœnalis diſp.1.q.1.pun.8.n. 19 144
Legiſlatoris mens vnde conijcienda in dubijs ibid.num.21 146
Legitimationis prolis clauſula in diſpenſatione appoſita quid operetur d.1.q.2. pun.2.nu.18. 204
Lex condēda debet eſſe iuſta d.1.q.1.pun. 1.nu.4 5
Lex debet promulgari ibid.nu 5 5
Lex debet ferri à legitimo ſuperiore ibid. nu.6 5
Lex eſt ferenda ob bonum commune mediatè, vel immediatè ibid. nu.7 6
Lex omninò inutilis communitati non obligat ibid.nu 9
Lex alias inutilis, & modò vtilis facta, obligat ibid.nu.12 7
Lex quotuplex ſit d.1.quæſt.1.pun.2.num. 1. 8
Lex æterna quid ſit d.1.q.1.pun.2.nu.2 8

Lex diuina quid, & quotuplex ſit ibid. nu. 3. & 4 8
Lex humana quid, & quotuplex ſit ibid. n. 5. & 6 8
Lex naturalis quid ſit ibid. nu. 7 8
Lex naturalis quotuplex ſit ibidem. num. 8. 9
Lex naturalis an ſemper obliget ibid. nu. 9. 9
lex gentium quænam ſit ibidem num. 14. 11
lex gentium an ſit naturalis, vel poſitiua ibid. nu. 15 11
lex ciuilis eſt quæ ſimpliciter auctoritate hominum decernitur ibidem num. 16. 11
lex quænam ſeruanda, ciuiliſne, an Canonica, quando Ciuilis Canonicæ repugnat ibid. nu. 17 11
lex alia eſt affirmatiua, alia negatiua ibid. nu. 18 12
lex quandonam cognoſcetur eſſe affirmatiua, vel negatiua ibid. nu. 19 12
lex ferri debet ab habente publicam poteſtatem, iuriſdictionem, & vim cogendi d. 1. q. 1. pun. 3 nu. 1 15
lex vt obliget non requiritur vt ſingulis intimetur d. 1. q. 1. pun. 4 nu. 9 39
lex reuocatoria alterius legis antiquæ non obligat ante promulgationem ibid. nu. 13. 39
lex condita à legitimo ſuperiore cum intentione obligandi populum, quamuis legẽ non acceptet, an valida ſit populo ipſam non acceptante d. 1. q. 1. pun. 4. n. 29 46
lex obligat ſolum quo ad eam partem, quæ acceptatur ibid nu. 30
lex obligat ſolum in ea Prouincia, in qua eſt recepta ibid. nu. 32 47
lex non acceptata poteſt ſubſequenti tempore acceptari ibid. nu. 37 49
lex promulgata præſumitur acceptata, quando de hoc dubitatur ibid. num. 44 51
lex adhuc cenſetur acceptata, quamuis caſus legis per multos annos non accedat ibid. nu. 48 52
lex lata ſub pœna graui corporis, obligat ſub mortali d. 1. q. 1. pun. 7. §. 4. num. 27. 123
lex continens leuem pœnam, non obligat ſub mortali ibid. nu. 28 123
lex lata ſub graui cenſura, obligat ſub mortali ibid. nu. 30 123
lex an obliget ſub mortali, quando dubitatur an obliget ſub mortali, vel ſub veniali tantum ibid. nu. 31 124
lex odioſa quomodo explicanda d. 1. q. 1. pun. 8. nu. 8 141
lex naturalis quomodo explicanda in materia fauorabili ibid. nu. 9 141
lex partim odioſa, partim fauorabilis quomodo explicanda ibidem num. 12 142
lex pœnalis ob paritatem rationis non debet extendi ab vno caſu ad alium d. 1. q. 1. pun. 8. nu. 23 14
lex fauorabilis ob paritatem rationis a poſſit extendi ab vno crimine ad aliu ſeu ab vno caſu ad alium, ſeu ab vn perſona ad aliam ibid. nu. 16 1
lex antea recepta vim obligandi amitt per legem poſteriorem contrariam d q. 1. pun. vlt. §. 1. nu. 1 1
lex antea recepta vim obligandi amit per diſpenſationem iuxta diſpenſat nis quantitatem ibid. nu 3
lex non ceſſat ſimpliciter, niſi cauſa ge raliter ceſſet d. 1. q. 1. pun. vlt. §. 2. nu 167
lex ſeruanda eſt in ijs caſibus, ad quos ba legis iuxta ſuam ſignificationem tenditur ibid. nu. 11
lex vim obligandi amittit per contrar conſuetudinem legitimè introduc d. 1. q 1. pun. vlt. § 3. nu. 1
lex an poſſit contrariam conſuetudi abrogare, ſicut poteſt cõſuetudo le ibid. nu. 38
lex vniuerſalis abrogat conſuetudi contrariam vniuerſalem ibid. num 184
lex vniuerſalis an poſſit abrogare co tudines ſpeciales locorum ibid. nu 185
lex reſpicit ferè ſemper bonum co ne d. 1. q. 1. pun. 1. nu. 2
lex humana, tàm ciuilis, quàm Eccle ca, poteſt obligare in conſcienti q. 1. pun. 7. §. 1. nu. 1
lex humana non ſemper obligat i ſcientia præſertim ſub mortali ib 2
lex alia eſt præceptiua, alia pœnal q. 1. pun. 7. §. 2. nu. 1
lex tàm præceptiua, quàm pœnalis obligare tàm ſub mortali, quàm li, attenta grauitate, vel leuita teriæ &c. ibid. nu. 3

Digitized by Google

lex inferens ipſo facto pœnam tranſgreſſoribus, an obliget ad pœnam ante Iudicis ſententiam ibid.nu.6 93
lex quot modis dicatur iniuſta diſp.1.q.1. pun.7 §.3.nu 1 107
lex iniuſta an obliget in conſcientia ibid. nu.2 108
lex, quæ aduerſatur iuri diuino, aut bono communi, aut quæ excedit facultatem legiſlatoris non obligat ibid. nu.3. 108
lex verbis præceptiuis impoſita quandonam obliget ſub mortali d.1.q.1.pun.7. §.4.nu 6 116
lex videtur ſemper obligare ſub mortali, ſi grauis materia pręcipiatur ibid.nu. 13. 119
lex an ſit ſeruanda quando dubitatur an ſit acceptata. Vide v. Dubium.
lex humana quandonam obliget cum periculo vitæ d.2.q.8 pun.2.nu.6 455
lex non obligat cum periculo vitæ, quamuis pœnam capitis tranſgreſſoribus pręſcribat ibid.nu.8 456
lex humana ſeruanda eſt etiam cum periculo vitæ, quando quis mortem minatur niſi legem humanam violet in contemptum legis, vel in odium Religionis ibid.nu. 12 457
lex quandonam reſpiciat bonum commune, & quando bonum priuatum d.4.q. 1 pun 5.nu.4 678
lex aliqua circa beneficia eccleſiaſtica, an poſſit apponi à Principe ſeculari diſp. 10.q.2.pun.1.§ 1. num.13 966
libertas eccleſiaſtica lęditur ab eo, qui adit laicum Iudicem, vt impediat eccleſiaſticum, ne ei Cenſuras infligat diſp. 10. q.2.pun.1.§.1.nu.10 965
libertate eccleſiaſtica gaudentes quinam ſint diſput.10.q.2.pun.1.§.2.num.2. & 3 976
libri infidelium an tolerandi ſint in eccleſia diſp 3.q.2.pun.7.num.5 5 8
licentia comedendi cibos vetitos tempore ieiunij, an ſit petenda diſput. vlt. q.1. pun.2.num.5 1089
licentia non ieiunandi à quo ſit petenda, quando cauſa excuſans eſt dubia diſp. vlt.q.1.pun vlt.num.17 1210
licentia alicui data non ieiunandi, vel quid aliud agendi, non ceſſat morte concedẽtis diſp.1.q.3.pun.8 §.1.num.17 pag.de legibus 312
licentia laborandi in die feſto à quibus ſit petenda diſp.5. q. vnica pun.3.num.2 891
literæ Pontificiæ quandonam vim legis habeat diſp.1.q.1.pun.4. nu.12 39
literæ Apoſtolicæ, diſpenſationum ſcilicet quandonam ſint dilacerandæ diſput. 1. q.2.pun.2. num.16 204
literæ Pontificiæ non poſſunt auctoritatiuè recognoſci à magiſtratibus, vel Principibus diſp.10.q.2.pun. 1.§ 1.num.15. 967
loca ſacra quænam ſint, quorum violatione incurritur ſacrilegium diſput. 3. q. 6. pun. vnico num.9 609
loca gaudentia priuilegio immunitatis quænam ſint diſp. 3. q.7. §. 2. à num.1. vſque ad 10 619
locans bona eccleſiaſtica vltra triennium an incurrat excommunicationem diſp. 1.q.1.pun.4.num.31 47
locantes domos vſurarijs, & meretricibus, an peccent diſp.2.q.4.pun.2.§. vnico nu. 22.& 23 377
læſę maieſtatis rei in perſonam Principis, non gaudent eccleſiæ immunitate d.3. q.7.§ 4 num.22 637
ludens aleis cum Epiſcopo incurrit excommunicationem, ſi hoc decretum duret, niſi vim talis edicti Epiſcopus ſuſpendat diſp.1.q.1.pun 6. num.17 67
ludus quo quis tempore audiendi ſacri detinetur, eſt peccaminoſus diſp. 2.q.4. pun.4.num. 14 394

M

MAcula peccati habitualis, in quo conſiſtat diſp.2.q.2.pun 2.num. 2. pag. de peccatis 125
Magia an ſit ſpecies maleficij, & ſuperſtitionis, & quotuplex ſit diſp.3.q.5.num. 4 604
Magiſter poteſt moderatè diſcipulos verberare diſp.6. quæſt.vnica pun.8.num.9 937
Magiſtratibus non licet auctoritatiuè epiſtolas Pontificias recognoſcere diſp.10. q.2.pun.1.§.1.num.15 967
Magiſtratus inferior non poteſt in legibus communibus diſpenſare diſp.1.q.2.pun. 1.num 13 192
maledicens proximo non propriè blaſphemat d.3.q.8 pun.3 num.4 656
Maledicens creaturis irrationalibus an peccet mortaliter ibid. num.5. 657

Digitized by Google

Maleficij quot ſint genera diſp.3.q.5. pun. 5.num.3 602
Maleficis nullo pacto licet vti diſp. 3. q.5. pun 5 num.5 603
Maleficium quid ſit diſp.3.q 5.pun.5.num. 1 602
Maleficium non poteſt diſſolui per aliud ibid.nu.6 604
Maleficium quibus remedijs curetur ibid. num.10 605
Maleficus poteſt rogari vt tollat maleficium per modum licitum tantum d. 3. q.5.pun.5 num.8 604
Maleficus quomodo ſit interrogandus in confeſſione, & quid ab eo ſit inquirendum ibid.num.11 605
Maleficus quibus modis cognoſcatur ibid. num. 12 606
Malitia peccati quotuplex ſit diſp. 2. q. 6. pun.1 num.1 438
Malitia actualis peccati quotuplex ibid. num.2 439
Malitia actualis peccati eſt in voluntate tanquam in ſubiecto, per denominationem verò extrinſecam eſt in alijs, potentijs ibidem num.3 439
Malitia obiectiua peccati quibuſnam actibus conueniat ibidem num 4. 440
Malitia motuum ſenſualitatis formaliter reperitur in voluntate ibid.n.6 440
Malitia peccati ſemper debet eſſe præcognita aliquo modo, & nō ſufficit vt quis ad illam debuerit aduertere, vt peccatū ipſi imputetur diſp.2.q.2. pun.3.nu. 13. pag.de peccatis 330
Malitia peccati tam actualis, quam habitualis non eſt intrinſecè infinita diſp. 2. q.2.pun.5.num.1. & 2. pag. de peccatis. 334
Malitia hæc eſt infinita extrinſecè, & terminatiue ibid.num.3 336
Malitia peccati omiſſionis quo tempore incurratur diſp.2.q 4 pun.4 num 5 389
Malitiæ aduertentia alia eſt plena, & alia ſemiplena diſp 2.q.2.pun. 3.num.2.pag. de peccatis 328
Malitiæ aduertentia quænam ſufficiat ad mortale ibid.nu.14 331
Malum an quis ſibi ipſi poſſit optare d.3. q.4.pun vlt.§.1.num.11. 566
Malum quot modis voto adiungatur d.4. quæſt.2.pun.4 §.1.num.8 753
Malum rebus alienis exoptans an committat peccatum odij diſput.3.q.4.pun.vlt. §.1.num.9 565
Mandans homicidium, vel mutilationem committi in eccleſia, non priuatur ecclesiaſtica immunitate diſput.3.q.7.§.4 num.11 63
Mandans extrahi reum per vim ab eccle ſia excommunicationem incurrit diſp 3.q.7.§.6.nu 6 64
Mandata Chriſti cur appellentur minim diſp 2.q.3 pun.1.nu.1 33
Mandatum, vel ſcientia illius, pro quo pri uilegium, vel diſpenſatio obtinetur, no eſt de eſſentia ad valorem priuilegij 1.q.3 pun.3.num.1 2
Mandatum accipiens à Papa excommu candi ſurripientes, non remanet exc municatus, ſi ipſe fatetur diſ. 1.q.1 p 6 num.28
Manus fricatio ob vtilitatem eſt actus l nus diſp.2.q.2.pun.4.num.3
Manus Sancti nondum Canonizati p ſunt oſculari diſput.3.q.1.pun.2.nun 475
Maria Virgo debitum habuit contral di peccatum originale, non tamen i de facto contraxit diſp.2.q.1.pun.3 2 & 3
Mariti debita eo mortuo à quibus ſin uenda diſp.6.q.vnica pun.7.nu.13.
Maritus poſtquam conſenſit voto c nentiæ ab vxore facto, an poſſit petere debitum diſput.4.q 2.pun.5 nu.9
Maritus an, & in quibus caſibus poſſi vxoris irritare diſp.4.q.2.pun.7.§. 10.vſque ad 15.
Maritus valide poteſt irritare vota de ipſius licentia emiſſi ibidem nu 823
Maritus ſecundum probabilem op poteſt omnia vota vxoris irritare num.16
Maritus tenetur vxori amorem, hor & obedientiam præſtare diſp.6.c pun.7. num.1
Maritus verba infamatoria profer tra vxorem, aut præceptorum a tionem impediens, aut grauite rans mortaliter peccat ibidem 922
Maritus quandonam peccet vxor alendo ibid.num.3
Maritus, vel vxor quandonam ex a ieiunio ratione debiti diſp.vl vlt.nu.14
Maritus non tenetur alere vxor

Digitized by Google

renuit ſecum habitare, poſtquam ipſe ſæuitiam depoſuit diſp.6.q vnica pun.7. nu.4 923
Maritus in quibus caſibus teneatur vxorẽ alere ibid.à n.5.vſque ad 11 924
Maritus tenetur relinquere filijs prioris matrimonij ea, quæ ex bonis primæ con iugis ad ipſum peruenerunt ibid. num. 16 933
Maritus, qui habet ſuſpectum de vxoris adulterio, non peccat aſſumendo teſtes ad indagandam veritatem diſput.2.q.4. pun.2.§ vnico nu.32 378
Mater quænam alimenta filijs prębere teneatur diſp.6 q.vnica pun.6.§.1. num.3 905
Mater non tenetur ſub mortali filio proprium lac præbere,tenebitur tamen bonam nutricem quærere ibid nu.4 906
Mater non tenetur per ſe loquendo dotẽ filiæ conſtituere diſp.6.q.vnica pun.6.§. 2.num.5 912
Mater an teneatur ſpurium dotare, vel an ſpectet hoc ad patrem ibidem num.8. 913
Materia legum poteſt eſſe grauis reſpectu circumſtantiarum,& finis diſput.1. q.1. pun 7.§ 4.num.20.& 21 121
Materia odioſa legum quomodo explicanda diſp.1.q.1.pun.8.num.8 141
Materia legum in fauorabilibus quomodo explicanda ibid.nu.9 142
Materia legis quænam ſit diſp. 1. q.1.pun. 5. num.1 54
Materia legum ſunt actiones humanæ ibi. num.2
Materia legum ſunt actus quarundam virtutum, & ſunt actiones ex ſe indifferentes ibid.num.3.& 4.54.& 55
Materia priuilegij debet eſſe honeſta,fauo rabilis, & conſiſtere debet in aliqua facultate ad aliquid agendum, vel omittẽdum diſp.1.q.3.pun.4.§.1.num.1 277
Materia neceſſaria correctionis ſunt omnia peccata mortalia diſp.3.q.4.pun.7. num 3 553
Materia iuramenti eſt res licita, & quæ nõ ſit indifferens diſp. 4.q 1 pun.4. num.1. & 2 674
Materia voti debet eſſe res bona, & honeſta diſp 4.q.2.pun.1.num.18 730
Materia voti quænam ſit diſp. 4. q.2. toto puncto 4 750
Materia voti debet eſſe in noſtra poteſtate diſp.4.q.2.pun.4.§.3.num.1 760
materia voti partim poſſibilis, & partim impoſſibilis,vel indifferens &c.an obliget d.4.q.2.pun.4.§ 4 763
materia voti vndenam dignoſcenda grauis,vel leuis diſp.4 q.2.pun.5.§.4. num 5 789
materia voti ſi ſit debita ex alio præcepto violans illam duo ſaltem peccata committet ibid.num.11 791
materiale, & formale peccati in quo conſiſtat diſp.2.q.2.pun.1. num.13. pag.de peccatis 324
materia legis vndenam dignoſcere poſſimus eſſe grauem,aut leuem diſp. 1.q. 1. pun.7.§.4.num.14 119
materiæ paruitas non excuſat à mortali in peccato odij diſp.3.q 4.pun.vlt §.1.nu.3 561
matrimonij contrahendi diſpenſationem obtinens ceſſante cauſa finali diſpenſationis non poteſt illud contrahere diſp. 1.q.2.pun.10.§ 1.num 7 253
matrimonium clandeſtinum inualidum eſt diſp.1.q.1.pun.7.§.5.nu.15 132
matrimonium ſine denunciationibus factum tenet ibid.nu.18 134
matrimonium celebratum ſine Parocho, & teſtibus, vbi Tridentinum non eſt acceptatum validum eſt diſp.1.q.1.pun.4. num.36 48
matrimonium contrahens cum vxore q. ſui Patrui,validè contrahit, quamuis in diſpenſatione obtinenda expreſſerit tãtum ſecundum affinitatis gradum diſp. 1.q.2.pun.5 nu.18 238
matrimonium contractum coram Sacerdote facultatem habente ab Ordinario, vel Parocho,valet,ſi talis licentia ab ipſo Sacerdote, vel eius Nuncio fuit acceptata diſp.1.q.3.pun.3. num.8 274
matrimonium a tali Sacerdote contractũ non tenet,ſi ab alio, quam ab eius Nuncio facultatem ſibi eſſe conceſſam cognouerit ibid num 9 275
matrimonium validè contrahit, qui per procuratorem,vel nuncium diſpenſationem obtinet contrahendi cum affine, vel conſanguinea,quamuis nondum ad ipſius aures peruenerit cõceſſio talis priuilegij ibid.num. 15 276
matrimonium contrahens, & poſtea dubitans de illius valore,ſi ad aliam accedat nondum depoſito dubio,peccat peccato adulterij diſput 2.q.4 pun.7.num.5 413

matrimonium bona fide contrahens, & poſtea dubitans de ipſius validitate, poteſt dubium deponere ibidem num. 20 417
matrimonium quiſnam dicatur contrahere cum indigno diſp.6.q.vnica pun. 6.§. 2.num.2 911
medici non tenentur ſeruare decretum Pij V.de non viſitandis infirmis poſt tertiũ diem non confeſſis, dum infirmitas non eſt periculoſa diſp. 4. q 1. pun.16.num. 13 710
medici non incurrunt caſum reſeruatum habendo curam infirmi, qui confiteri noluit, & eſt in vitæ periculo, ſi illum deſerant ibid. num.14 711
medici non admonentes ægrum vt confiteatur illumque poſt tertium diem viſitantes,an ſint periuri diſp.4.q.1. pun.16. num.9 709
medici quomodo obligentur ad ſeruandũ Decretum Pij V. ibid num 10
medici non admonentes ægrum vt confiteatur quandonam incurrant caſum reſeruatum ibid.num. 11 710
medici non incurrunt caſum reſeruatum, ſi confeſſarius infirmo confeſſionis tempus proroget ibid.num. 12 710
medicorum iuramentum quomodo ſit explicandum diſput. 4. q. 1. pun 16.num.9 709
medicus an poſſit ſemper in applicandis medicinis ſequi opinionem probabilem relicta probabiliore,& quænam regulæ circa hoc ſint ſeruandæ diſp.2.q.4. pun. 9.num.20.21.22.& 23 434
medicus peccat tradendo pharmacum, quod probabilius creditur nociturum ibid num.24
medicus grauiter peccat tradendo infirmo pharmacum, vt de ipſo experimentum ſumat ibid.num.25 435
medicus præbens carnes Carthuſiano eis indigenti non peccat diſp. 2. q.8. pun.2. num.17 458
medicus peccat non ſuſcipiendo curam pauperis infirmi diſp.3 q.4.pun.6.num. 9 540
mendacium circa cauſam finalem, irritat diſpenſationem diſp. 1.q.2.pun. 6. num. 2 241
mendacium non committitur ab eo, qui profert verba duplicem ſenſum habentia diſp.4.q 1.pun.12. num.1 691
mendacium quid ſit,quotuplex, & quotupliciter contingat tam ſi conſideretu ex parte finis,quàm alia ratione diſ. 10 q.1.pun.1.n.1.2.& 3 94
mendacium quodlibet eſt peccatum diſp 10 q 1.pun.2. num.1 94
mendacium iocoſum, vel officioſum no eſt ex ſuo genere mortale. Secus dicer dum de pernicioſo mendacio ibide num. 5 & 6
mendacium à D.Petro commiſſum, qua do Chriſtum negauit, fuit mortale pe catum ibid num.7 9
mendacium mortale in quibus caſibus c mittatur ibid.à num. 7. vſque ad fine 951
mens legislatoris quomodo ſeruanda dubio legis pœnalis diſput.1.q.1.pun num.17 1
mens legislatoris vnde conijcienda in bijs ibid.num. 21
mercatores amphibologicè iurantes i tractibus quandonam peccent diſpu q.1.pun.12.num.8
mercatus factus in die feſto an teneat q.vnica pun.2.num 11
metus excuſat regulariter a tranſgreſſi legis humanæ, & à peccato diſp. 2. pun.2.num.3
metus mortis,vel vitæ excuſat à tranſ ſione ieiunij,diei feſti, vel alterius humanæ ibid num.7
metus non excuſat peccantes contr tum, & nonum Decalogi præcept 8.q.vnica pun.vnico num.8
metus non inualidat diſpenſatione q.2.pun 6.num.1
metus quotuplex ſit diſp.4.q.2. pun. num.1.& 2
milites quandonam excuſentur a do inſignia infidelium diſp.3.q.2. num.20
minæ non excuſant peccantes con tum, & nouum Decalogi præce 8.q.vnica pun.vnico num. 8.
miniſter à Tyranno conſtitutus a candum, valdè, & licitè ſenten diſp.1.q.1 pun.7.§.3.num 13
minor poteſt addito iuramento p reſtitutionis in integrum, renu 1 q.3 pun.8.§.6.num.8. & 9. pa gibus 3
miraculoſè ſi quis nunc à Deo c non contraheret peccatum diſp.2.q.1.pun.3 num.7. pag. tis

Digitized by Google

miſericordiæ opera quot ſint diſp 3. q. 4. pun 6. num 1 536
miſſam audiens attentè non debet habere intentionem ſatisfaciendi pręcepto miſſæ d. 1. q 1. pun. 10. num. 10 157
miſſam vnam audiens, qui duas audire tenetur ex voto, & pœnitentia, putans ſe poſſe vna tantum vtrique obligationi ſatisfacere, ſatisfacit ibid. nu 16 160
miſſam audiens cum intentioue non ſatisfaciendi præcepto an teneatur intra tẽpus obligationis animum mutare, ſi aliã non audiat ibid. nu. 22 161
miſſam non tenentur amplius audire, qui aliquo ſe tranſtulerũt, vbi dies feſtus celebratur, ſi eã in proprio territorio audiuerunt diſp. 1. q. 1. pun. 6. num. 58. 83
miſſam non audiens in die dominico, in quem incidit dies feſtus alicuius ſancti, vnico peccato peccat diſp. 2. q. 4. pun. 3. num. 11 385
miſſam integram non audiens ob impotẽtiam tenetur ad eius partem notabilem poſſibilem diſput. 2. q. 8. pun. 1. num 8. 448
miſſam celebrans ob metum grauem ſine veſtibus &c. excuſatur à peccato diſp. 2. q. 8 pun. 2. num. 9 456
miſſam non tenetur ſummo mane audire in die feſto, qui eo mane peruenturus eſt ad locum, vbi feſtus dies non colitur diſput. 5. q. vnica pun. 3. num. 17. & 18 890
miſſarum Sancti Gregorij vſus non eſt ſuperſtitioſus diſput. 3. q. 5. pun. 4. num. 16 597
modus procedendi in iudicio quotuplex ſit, & quinam ſeruari debeat à Iudice d. 10. q 2. pun. 5 1005
modus procedendi per inquiſitionem mixtam quinam ſit ibid num. 13 1010
monaſteria an gaudeant immunitate d. 3. q. 7. §. 2. num. 7 620
monaſterium an teneatur ad vota realia religioſi d. 4. q. 2 pun. 1. §. 2. n. 7 777
monaſterium tenetur alere filium ſpurium illius, qui poſt profeſſionem in religione, reliquit ei omnia ſua bona diſp. 6. q. vnica pun. 6. §. 1. num. 5 907
moniales an poſſint recipere puellas in monaſterijs diſp. 1. q. 1. pun. 3. nu. 20 16
moniales introducentes pueros nondum capaces vſus rationis in monaſterium, an ligentur excommunicatione diſp. 1. q. 1 pun. 6. nu. 7 63
moniales egredientes è monaſterio quandonam dicantur peccaſſe, & excommunicationem incurriſſe diſp. 4. q. 2. pun. 6. num. 20 813
monitio ſecreta non eſt neceſſaria ante accuſationem, ſi accuſationis natura ſpectetur diſp. 10. quæſt. 3. pun. 1. num. 4. 1046
monſtrum non contrahit peccatum originale diſp. 2. q 1. pun 3. n 8 315
moriens cum ſolo originali punitur pœna damni non ſenſus diſp. 2. q. 1. pun. 4. nu. 2. & 7. pag. de peccatis. 316. & 317
mors concedentis non reddit diſpenſationem inualidam diſp. 1. q. 2. pun. 10. §. 2. num. 1 256
mortale peccatum quandonam fiat veniale, & è contra diſp. 2. q. 3. pun. 5. num. 1. & ſeqq. 346
mortale peccatum vt incurratur requiritur affectus actualis, nec ſufficit habitualis ibid. num. 3 347
mortale peccatum manens idem in genere moris, non poteſt fieri veniale, vel è contra ibid. num. 21 351
motus alij ſunt primò primi, & alij ſecundò primi diſp. 2. q. 2. pun. 3. num. 1. pag. de peccatis 327
mulcta pecuniaria à quibus poſſit imponi ijs, cum quibus diſpenſatur d. 1. q. 2. pun. 3. num. 23 217
munera an poſſint recipi pro diſpenſationibus expediendis diſp. 1. q. 2. pun. 2. nu. 17 204
munera offerens concubinę Iudicis an peccet d. 2. q. 4. pun. 2. §. vnico num. 24 377
munera, quæ à litigantibus Iudici dantur, quomodo appellentur, & a quo Iudice accipi poſſint d. 10 q. 2. pun. 8 1019
Munerum genera, quæ Iudici à litigantibus dantur, quot ſint d. 10. q. 2. pun. 8. n. 1 1019
Mutilantes in Eccleſijs non gaudent immunitate d. 3. q. 7. §. 4 nu 7 631
Mutilantes an gaudeant ſi dum in Eccleſia exiſtunt, mutilent exiſtentem extra Eccleſiam ibid nu. 8
Mutilantes in Eccleſia an gaudeant, ſi mutilatus extra Eccleſiam moriatur, ibid. nu. 9 632

N

NEceſſarium quot modis aliquid dicatur d. 3. q. 2. pun. 2. nu. 1 493

Digitized by Google

Neceſſitas ſpiritualis duplex eſt d. 3. q. 4. pun.4. nu.1 531
Neceſſitas quotuplex diſp.3. q.4 pun.6. n. 4. 538
Neceſſitas in quibus caſibus excuſet laborantes in die feſto d.5. q. vnica pun.3. à nu.9. vſq; ad 16 888
Neceſſitati ſpirituali extremæ ſubueniendum eſt ex charitate d.3.q.4.pun.4. nu. 2. 531
Neceſſitati non extremæ ſpirituali, non tenemur proximo ſubuenire ex charitate ibid.nu.4 532
Neceſſitatis tempore vnus proximus magis dilingendus eſt quam alius d.3.q.4. pun.5.nu.1 534
Negans in iudicio veritatem an teneatur ad ſoluendam pęnam, quam ſoluiſſet veritate detecta d.1.q.1.pun.7.§. 2. nu. 21 100
Negligentiam leuem admittens in repellendis tentationibus, non peccat mortaliter d.2.q.2.pun.3.nu.17.pag.de peccatis. 331
Nobiltas obtenta à viro communicatur vxori, & filijs d.1.q.3 pun.7.§.2. num.7 296
Nomen proprium reticens in diſpenſatione petenda, ne à diſpenſatore cognoſcatur, vel diſpenſatio negetur, validè diſpenſationem obtinet d.1.q.2.pun.4. nu.5 221
Nomen vnius poſitum pro altero non inualidat diſpenſationem ibidem num.6.
Nomina ſacra Ieſus, & Mariæ, &c. adorantur. Ratione eius, quem repræſentant d.3.q.2.pun 3.num.9 481
Nomine legis propriè non veniunt leges, quæ non obligant neque quoad culpā, neque quo ad pœnam d.1.q.1.pun.7.§. 2.nu.5 92
Nomine Communitatis quid intelligatur d.1.q 1.pun.4.nu.33 47
Nomine diſpenſationis quid intelligatur d.1.q.2 pun.1 nu.2 189
Nomine rerum Sacrarum, quarum violatione committitur ſacrilegium, quid veniant d.3.q.6.pun.vnico nu.4 608
Notarius quam ſcientiam habere debeat d.10.q.3.pun.vlt.nu.1 1079
Notarius fideliter referre debet inſcriptum quæ à partibus aſſeruntur, & fiunt ibid.nu.2 1080
Notarius ſine cauſa renuens conficere Inſtrumenta, grauiter peccat ibid.nu.3
Notarius tenetur manifeſtare legata ibid. nu.5 1080
Notarius quodnam pretium exigere poſſit d.10.q.3.pun.vlt.nu.6.&7 1081
Notarius accipiens aliquid vltra taxam, etiam ſpontè oblatum, an peccet ibid. nu.7
Notarius etiam Imperialis poteſt eſſe Clericus minoribus Ordinibus inſignitus ibid.nu.8 1081
Notitia, ſine qua Iudex non poteſt reum condemnare, vnde deſumenda d. 10. q. 3.pun.3 nu.1 1063
Nouitij donatio facta ante duos menſes profeſſionis, inualida eſt d.1. pun.4. n. 21 43
Nouitij in Religione poſſunt ab ijs caſibus reſeruatis abſolui à quibus poſſunt profeſſi d.4.q.2.pun.7.§.4.nu.28 860
Nouitiorum vota an poſſint à Prælato irritari d.4.q.2.pun.7.§.2.num. 32.& 33. 810
Nouitiorum vota an poſſint à Prælatis diſpenſari d. 4. q.2.pun.7.§. 4.num 27. 860
Nouitius è Monaſterio egreſſus nec habēs beneficium, vel ſacros Ordines, à quo Iudice iudicandus ſit de delicto in Monaſterio tempore nouitiatus commiſſo d.10.q.2.pun. 1.§.2.nu.5 978
Nuntius Papæ poteſt ferre leges in ſua Prouincia d.1.q.1.pun.3 nu.12 22
Nutrix, quæ apud ſe retinet infantem nō adhibita debita cautione vnius quadrantis ſpatio, incurrat excommunicationem diſp.1.quæſt.1 pun.7.§. 4. nu. 19 110

O

OBedientia excuſat laborantes in die feſto d.5.q.vnica pun.3. nu.18 889
Obediendum eſt legi quando dubitatur de ipſius iuſtitia, & obligatione d. 1.q. 1.pun.7 §.3.nu.11 112
Obiectum materiale, & formale fidei quodnam ſit diſp 3.q.2.pun.1.num.3.& 4. 491
Obiectum ſpei quodnam ſit d.3.q 3.pun. 1.nu 3 519
Oblationes quid ſint, & ad quem pertineant d vlt.q.3.pun vlt nu.3.& 4 1235
Oligatio iuramenti an tranſeat ad hæredes d.4.q.1.toto pun.15 700
Obligatio contractus, ſupra quem cadit iura-

iura-

Digitized by Google

iuramentum, tranſmittitur ad hæredes ibid.nu.2

Obligatio iuramenti quibus modis auferatur, vel impediatur d. 4. q. 1. toto pun. 17 712

Obligatio ſoluendi Decimas quomodo tollatur d.vlt.q.5.pun.5 12.9

Obligatio an oriatur ex voto facto abſque intentione ſe obligandi d.4 q.1.pun. 1. nu.12 728

Obligatio voti an tranſeat ad hæredes d. 4 q.2.pun.5 nu 2 7.6

Obligatio voti quibus cauſis, vel modis tollatur d 4.q.2.pun.7 817

Obligatio alendi filios ad quos hæredes tranſeat d 6.q.vnica pun.6 §.1.nu.7.& ſeq. 907

Obligatio ieiunij poteſt per conſuetudinem auferri,& induci d.vlt.q. 1. pun. 5. nu.2 1201

Obligatio legis à quibus capitibus ſit deſumenda d 1.q.1.pun.7 §.4 nu.1 115

Obligatio legis ob quas cauſas ceſſet d. 1. q.1.pun.vlt. 163

Obligatio legis an ceſſet non ſolum quando certò ſcitur, ſed etiam quam probabiliter creditur caſum aliquem non cõprehendi ſub lege d.1 q.1.pun.vlt.§ 2.n. 10 168

Obligatio legis vt inducatur non requiritur vt ſingulis intimetur d.1.q.1.pun. 4. nu 9 39

Obligatio legis ceſſat quamuis Princeps ignoret legem non eſſe amplius vſu receptam ibid.nu.45 51

Obligationibus multis detenſus cuinam ſatisfaciat, qui aliquid multis titulis præſtare debet, ita vt illud multiplicare teneatur diſp.1 q.1.pun.10. num.12. 158

Obſeruantia euentuum quid ſit d. 3. q. 5. pun.4 nu.21 600

Obſeruantia euentuum differt à diuinatione ibid.nu.22 601

Obſeruatio vana ſemper eſt peccatũ mortale d.3.q.5.pun 4.nu.23 601

Obſeruatio vana quandonam contingat diſp.3 q.5 pun.4.num.1 593

Obſeruatio vana quid ſit,& quotuplex ib. num.3.& 4 594

Obſeruatio ſanctitatum quid ſit ibid.nu.7 595

Obſeruationis vanæ nomine quid veniat diſp.3.q.5.pun.4.num.2 594

Obſtantes ſine cauſa legi iuſtæ, & impedientes ne ea acceptetur, an incurrant aliquam pœnam d ſp.1.quæſt. 1. pun.4.nu. 39 49

Obtinens facultatem à Papa excommunicandi ſurripientes, non afficitur ipſe excommunicatione illa, ſi furetur diſp.1. q.1.pun.6.nu.28 71

Obtinens commutationem voti Caſtitatis in menſtruam confeſſionem, ſatisfacit confitendo quacumque die cuiuslibet menſis diſp.1.q.2 pun.1.num.11 202

Obtinens huiuſmodi commutationem nõ tenetur confeſſiones præteritis menſib. omiſſas ſupplere ibidem nu. 12 203

Obtinens huiuſmodi diſpenſationem non ſatisfacit vnica confeſſione in menſe, quo tenetur etiam ex præcepto eccleſiaſtico confiteri ibid num.13 203

Obtinens diſpenſationem ab inferiore in lege ſuperioris validè poteſt ea vti, ſi cauſa verè ſubſit diſp.1.q.2.pun.3. num. 19 215

Occidens ſacerdotem committit plura peccata diſp.2.q.4.pun.3.n.8 184

Occidens iactu ſagittæ hominem exiſtentem in proprio territorio, quamuis ipſe non eſſet in eodem territorio, afficeretur tamen excommunicatione proprij territorij, ſi ea lata eſſet contra occidentes diſp.1.q.1.pun.6.num.69 86

Occidere poſſumus iniuſtum inuaſorem, quamuis ſciamus illum eſſe in peccato mortali diſp.3.q 4.pun 4.num.3 531

Odij peccatum an committat ille, qui malum rebus alienis exoptat diſput. 3. q.4. pun.vlt.§.1.num.9 565

Odij ſpecies eſt aperienda in confeſſione ibid num.10

Odio an quis ſe ipſum haberi poſſit diſp.3. q.4.pun.vlt §.1.nu.11 566

Odioſa lex quomodo explicanda d.1.q.1. pun.8.nu.8 141

Odium Dei eſt grauiſſimum peccatum d. 3.q.4.pun.vlt.§.1.nu.1 561

Odium non continet in ſe materiæ paruitatem ita vt delinquentem à mortali excuſet ibid num.3

Odium generale reperitur in omni peccato non verò ſpeciale ibid.num.5 562

Odium proximi, eſt mortale peccatum charitati oppoſitum ibid.nu.6 563

Odium, ira, & indignatio non ſunt idem ibid num.8 565

Offenſa

Offenſa Dei, quæ in peccatis reperitur eſt infinita extrinſece, & terminatiuè, non verò intrinſecè diſp.2.q 2.pun.5.num.1. & 3.pag. de peccatis 334.& 336
Officiales iuſtitiæ quoſnam accuſare, vel denunciare teneantur diſp. 10. q.3 pun. 1.num.8.& 9 1049
Officio S. Inquiſitionis an ſit denunciandus curans vulneratos, applicato remedio vittis eorum ſanguine infectis d. 3. q.5.pun.4. num.19 599
Officio diuino admiſcens vana, vel turpia an mortaliter peccet diſp 3.q. 5.pun. 1. num.3 580
Officium diuinum non recitans tenetur ad reſtitutionem fructuum ante Iudicis ſententiam diſp. 1.q. 1.pun.7.§.2.num. 19 100
Officium diuinum recitans cum intentione non ſatisfaciendi illa recitatione, an teneatur ſaltem intra tempus obligationis animum mutare, ſi officium recitare amplius non poſſit d. 1.q.1.pun.10. num.21 163
Officium totum qui ob infirmitatem, vel aliam cauſam recitare non poteſt tenetur ad eius partem notabilem, quam recitare poteſt diſput. 2.q.8. pun.1.num.7 447
omne peccatum eſt malum quia prohibitum eſt aliqua lege diſp.2.q.2.pun.1 nu. 2.pag. de peccatis 321
omiſſio qualibet formæ ſubſtantialis an reddat actum irritum diſp.1.q.1.pun.7. § 5.num.21 135
omittens tertiam vnius horæ partem diuini officij, non peccat mortaliter diſp.2. q.3.pun.3.num.14 343
omittens ſæpius orationem angelicam, vel leuem eleemoſynam ſingulis diebus ex voto faciendam quandonam peccet mortaliter ibid. nu.23 352
opera miſericordiæ quot ſint diſp. 3. q. 4. pun.6.num.1 536
opera noſtra alia ſunt corporis, & alia animæ diſput. 5. q.vnica pun.2.num.5 870
opera animæ permittuntur in die feſto ib. num 6 871
opera corporalia propriè ſeruilia prohibentur in die feſto ibidem num.23.& 24 879
opera corporalia quænam licitè exerceantur in die feſto ibid.num.25
opera in die feſto licita, erūt licita etiamſi cum lucro fiant ibid. num.1 88
opera in die feſto licita, erunt etiam tempore concionis licita ibid. nu.27
opera modica ſeruilia præſtans ſingulis diebus feſtis, non peccat mortaliter etiamſi perueniat ad materiam notab lem diſp.4.q vnica pun.3 num 3 88
opera pietatis per ſe in die feſto præſtat non peccat mortaliter ibid.nu 7 8
opinio quid ſit diſp.1.quæſt.4 pun 6.nu 4 4
opinio probabilis quænam dicatur diſp. q.4.pun.9. nu.1 4
opinio aliquando eſt tutior, quæ eſt mi probabilis, aliquando eſt probabilio quæ minus tuta eſt ibid.nu.3
opinio minus probabilis relicta proba liore poteſt aliquando ſequi abſq; p cato, niſi immineat aliquod pericul ibid.nu.4.& 5
opinio minus probabilis poteſt ſequi quando non ſolum eximendo pet ab obligatione, verum etiam oblig nem imponendo ibid. n.7
opinio contraria communi quando & à quo poſſit aliquando ſequi ib num.11
opinio communis quænam dicatur num. 12
opinio probabilis quandonam poſſit dice ſequi ibid.num.13
opinio probabilis relicta probabili materia Sacramentorum, non eligi ibid. nu 18
opus præſtans cum intentione non plendi præceptum per illud opus tisfaciat præcepto diſput.1.q.1.p num.19
opus malum an poſſit eſſe materia 4.q.2.pun.4 § 1
opus meritorium eſt religionem v & ad illam alias inducere diſpu pun.5.§.6. num 1
opus ſeruile quodnam dicatur diſp vnica pun.2.num.4
opus indifferens præſtans, quo al tetur ad peccatum, quod tam feciſſet, non peccat mortaliter 4.pun.2.§.vnico num.35
opus malum præſtans, quod falsò conſcientia erronea eſſe bonu cet diſp.2.q.4.pun.6. num.23
opus aliquod præſtans, quod c

Digitized by Google

malum, excuſatur, ſi dum opus præſtat conſcientiam erroneam deponit ibid. num. 28 409
orationes adhibere in curationibus morborum non eſt ſuperſtitioſum diſp. 3. q. 5. pun. 4. nu. 15 597
oratorium auctoritate Epiſcopi fundatũ gaudet immunitate diſp. 3. q. 7. §. 2. num. 9 621
ordinarius qui facultatem diſpenſandi in lege ſuperioris obtinuit, an poſſit pœnã pecuniariam ei, cum quo diſpenſat, imponere diſp. 1. q. 2. pun. 3. num. 23 217
ordinarius non debet admittere diſpenſationem quoaduſq; gradus propinquior expreſſus non fuerit diſp. 1. q. 2. pun. 5. num. 17 238
ordinarius poteſt diſpenſationem admittere, ſi quis contrahere volens cum vxore ſui patrui, exprimat tantum ſecundum affinitatis gradum diſp. 1. q. 2. pun. 5. num. 19 239
ordinem ſacerdotalem non recipiens propria culpa intra annum, ſi habeat beneficium Parochiale tenetur ſtatim beneficium deſerere diſp. 1. q. 1. pun 7. §. 2. n. 17 99
ordines ſuſcipientes à Schiſmaticis quas pœnas incurrant diſp. 3. q. 4. pun. vlt. §. 5. num. 13 579
ordines ſacros inualidè recipiens non tetur ad caſtitatem diſp. 4. q. 2. pun. 1. num. 10 728
ordinibus ſacris initiatus duplex peccatũ committit conſentiendo in actum venereum diſp. 2. q. 4. pun. 3. nu. 6 384
ordo ſeruandus in dilectione parentum diſp. 3. q. 4. pun. 5. num. 2 534
ordo iuris quandonam dicatur ſeruari d. 10. q. 3. pun. 2. nu. 1 1052
originale peccatum vndenam ſit dictum d. 2. q. 1 pun 1. nu. 1. pag. de peccatis. 306
originale peccatum datur ibidem nu. 2.
originale cum ſolo veniali peccato poteſt inueniri ibid num. 3 307
originale peccatum quid ſit diſp. 2. quæſt. 1 pun. 1. nu. 4 pag. de peccatis. 308
originale peccatum quomodo dicatur cõſiſtere in priuatione iuſtitiæ originalis ibidem num 5 pag. de peccatis 309
originale peccatum non eſt ipſamet animæ ſubſtantia ibid. nu. 6 310
originale peccatum non eſt concupiſcentia ibid. nu. 7
Originale peccatum habet veram rationẽ, & malitiam peccati ibid. nu. 10
originale peccatum contrahunt omnes homines tam fideles, quam infideles d. 2. q. 1. pun. 3. nu. 1. pag. de peccatis 311
originale peccatum contrahunt omnes ex peccato Adæ per ſeminalem generationem ibid. num. 4 313
originale peccatum non traducitur à proximis parentibus, ſed ab Adamo ibidem num. 5. pag de peccatis. 314
originale peccatum non contraxiſſent poſteri Adamo non peccante ibidem numero 6
originale peccatum non haberet qui miraculosè de nouo crearetur ibid. num. 7. pag. de peccatis 315
originale peccatum non contraxiſſet, ſi quis genitus, conceptus, vel ſeminatus fuiſſet ante peccatum Adæ ibidem numero 10
originale peccatum quo modo traducatur ab Adamo ibid. nu. 11.
ornamenta mulieri vendens, quibus ipſa abutetur ad peccatum, quæ tamen alter ei venderet excuſatur diſp. 2. q. 4. pun. 2. §. vnico nu. 36 379

P

Papa an poſſit diſpenſare in iure naturę diſp. 1. q. 1. pun. 2. num. 11 10
Papa poteſt ferre leges eccleſiaſticas in toto orbe diſp. 1. q. 1. pun. 3. num. 5 14
Papa an accipiat poteſtatem ferendi leges à Chriſto, vel à Concilijs ibidem num. 5 16
Papa à quibus debeat eligi mortuis omnibus Cardinalibus diſp. 1. q. 1. pun. 3. nu. 27 19
Papa non poteſt iuriſdictionem alteri concedere ferendi leges in totam eccleſiã independenter ab ipſius ſpeciali approbatione ibid. nu 34 33
Papa non poteſt irritare omnia vota laicorum, aut clericorum diſp. 4 q. 2. pun. 7 §. 2. num. 2 871
Papa quænam vota irritare nequeat, & è contra ibid. à num. 3. vſque ad 7.
Papa non cenſetur facultatem concedere diſpenſandi in votis caſtitatis, & religionis, ſi longè minora tantum excipiat diſp. 4 q. 2. pun. 7. §. 4 num. 13 850
Papa poteſt aliquando diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis, & religionis ibidem num. 22 857

Papa poteſt Iudici laico priuilegium concedere puniendi, & iudicandi Clericos, licet hoc priuilegium reuocari poſſit d. 10.q.2.pun 1.§.3. num.2 & 3 980
Papa ſi aliquid pro gratia concedenda reciperet, non ligaretur excommunicatione à Bonifacio viij.& Gregorio xiij. lata diſ. 10.q.2.pun.8.§. Incidente n.17. 1039
Papa poteſt in legibus Apoſtolicis tanquã ab Epiſcopis latis, diſpenſare diſp. 1.q. 2.pun 1.num 8 190
Papa poteſt ante matrimonium conſumatum reuocare diſpenſationem contrahentibus iam conceſſam diſp.1.q.3 pun. 8.§.1.num.9.pag de priuilegijs 317
Parentes, & alij, qui permittunt pueros decedere ſine baptiſmo, grauiter peccant diſp.2.q.1.pun.4.nu.3. pag.de peccatis 316
Parentes ſemper præſumuntur velle filiæ dotem tradere, eamque in matrimoniũ coniungere diſp.6.q.vnica pun.6.§.3.n. 4 917
Parentes poſſunt moderate filios verberare diſp.6.q vnica pun.8 num.9 937
Parentes poſſunt filios non ſolum verberare ad emendam, verum etiam ad puniendа delicta commiſſa ibid.num.10
Parentes occaſionem peccatorum filijs nõ auertentes, eos deprauantes, non obiurgantes, eiſque alimenta, & dotem non præbentes, peccant diſp. 6.q vnica pun. 6.num.3.4.5. & 6 903
Parentes an mortaliter peccent exponendo filios Hoſpitali diſp.6.q.vnica pun.6 §.1.num.6 906
Parentes, qui aliquibus annis alimenta filijs denegarunt, non tenentur ad illorũ reſtitutionem ibid.num. 12 909
Parentum nomine quinam veniant diſp.6 q.vnica pun. 1.num.2 894
Parentum obligatio alendi filios ad quos hæredes tranſeat diſp.6.q. vnica pun.6. §.1.nu.7. 907
Parochus in quibus caſibus peccet curam animarum ſibi ſubditarum non habendo, & quodnam ſit ipſius munus, & officium diſp. 6. quæſt. vnica pun.8.num.3. 9 4
Parochus non peccat ſi ob metum mortis tempore Paſchatis non deferat ad Epiſcopum, vel tanquam interdictos non denunciet eos, qui Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta non ſuſceperunt diſp.2.q.8.pun.2.nu.10 456
Parochus tenetur peſtis tempore aſſiſtere, & Sacramenta infectis adminiſtrare ib. num.11.456.& diſp.3.q.4. pun.4.num 5. 531
Parochus non poteſt in votis diſpenſare abſque licentia diſp.4.q.2.pun.7. §.4. n. 26 859
Parochus an peccet non habendo concionem ad populum, quando in eo loco, vbi reperitur adſunt alij concionatores diſp 5.q.vnica pun.2.num 29 882
Parochus quandonam peccet omittendo concionem eo quod faciat contra præceptum Tridentini etiam præciſa ſubditorum neceſſitate ibid. num. 31
Parochus, qui pluribus menſibus abſque iuſta cauſa concionem prætermiſit, ſi poſtea deſiſtat à munere concionandi, toties peccat, quoties concionem omittit ibid num. 32 884
Pars tutior ſequenda in ferenda ſententia quænam dicatur diſp.2.q.4.pun.9.num. 2 425
Particulæ, &, vel, aut, quomodo intelligendę diſp.1.q.1.pun.8 n.28 150
Particulæ, ſeu, ſiue, & vè, an explicandæ ſint diſiunctiuè, an copulatiuè ibidem num. 29 150
Paruitas materiæ excuſat à mortali peccato, & an detur huiuſmodi paruitas in qualibet materia diſp.2.q.3. pun 3. nu. 10 & 11 342
Paruuli adducendi ſunt in iudicium diſp.2. q.1.pun.4.num 8 pag.de peccatis. 318
Paſtores tempore perſecutionis non poſſunt à ſuis eccleſijs fugere cum periculo, vt fides Chriſti deſeratur à ſubditis d.3. q.2.pun.3. num 9 505
Pater tenetur abſtinere ab ingreſſu religionis, vt filijs ſuccurrat egentibus d.6. q.vnica pun.5.nu.8 902
Pater tenetur curam filiorum habere, & curare vt diſcant, & ſeruent præcepta Dei.& Eccleſiæ diſp.6.quæſt.vnica pun. 6.num.1. & 2 902
Pater qui filio, quamuis ſpurio alimenta abſque iuſta cauſa denegat, mortaliter peccat diſp 6.q. vnica pun. 6. §. 1.num.2 904
Pater tenetur filiæ nubenti dotem conſtituere etiamſi filia ſit diues, aut monaſterium ingredi velit, aut nubat inuito patre, aut etiam indigno. Secus ſi filia indigno nubens ſit minor viginti quinque

anni

annis, & diues ſit, patriſque alimentis non indigeat diſp. 6. q. vnica pun. 6. §. 2. num. 1 910
Pater quantam dotem teneatur filiæ aſſignare ibid num. 3 911
Pater, qui competentem dotem non tradidit, tenetur defectum ſupplere ibidem num. 4 912
Pater an eximatur ab obligatione dotandi filiam, quoties alter vult eam dotare ibid. num. 6
Pater quibus bonis cenſeatur dotare filiã, quando habet bona filiæ propria, & an teneatur ſpuriam dotare ibid. num. 7. & 8 913
Pater putatus non verus non poteſt vota realia filiorum irritare diſp 4. q. 2. pun. 7. §. 2. num. 23 827
Pater quibus de cauſis poſſit exhæredare filium, vel filiam, & in quibus poſſit filius, vel filia patrem exhæredare diſp. 6. q. vnica pun. 6 §. 3. num 1. & 2 914
Pater poteſt filiam minorem 25. annis luxurioſè viuentem exhæredare, quamuis ipſe luxurioſè viuat. Secus dicendum de matre luxurioſè viuente ibidem num. 7. 918
Pater quibus de cauſis tollat exhæredationem ibid. nu. 12 920
Pater cæteris paribus magis diligendus eſt quam cæteri d. 3. q. 4. pun. 5. num. 2. 534
Pater qui conſenſit in iuramentum filij, non poteſt illud abſque iuſta cauſa licitè irritare d 4. quæſt. 1. pun. 17. num. 5 713
Pater quęnam vota filiorum poſſit irritare d. 4. q. 2. pun 7 §. 2. nu 21 826
Pater non poteſt vota realia filiorum irritare relata in tempus, qua filij erunt ſui iuris ibid. n. 22 826
Patriarchæ an poſſint in ſua Diœceſi leges ferre d. 1. q. 1. pun. 3. nu. 25 27
Patribus ſanctis an data fuerit facultas ferendi leges diſp. 1. q. 1. pun. 3. num. 36. 34
Patruus an poſſit nepotes verberare d. 6. q. vnica pun. 8 nu. 11 937
Pauperes non habentes alimentum ſufficiens ad vnicam refectionem excuſantur a ieiunio d. vlt. quæſt. 1. pun. vlt. nu. 5 1106
Peccata commiſſa ob violationem ieiunij quomodo ſint exprimenda in confeſſione d. vlt. q. 1. pun. 3. n. 11 1098
Peccata, quæ prohibentur ſexto, & nono Decalogi præcepto quænam ſint, & cui virtuti opponantur d. 8. q. vnica punc. vnico nu. 1. & 2 942
Peccata, quæ in his præceptis continentur ſunt mortalia ex ſuo genere, nec ignorantia videtur à peccato in hac materia excuſare ibidem num. 6. & 7. 944
Peccata omnia non ſunt mala, quia formaliter ſint contra legem Dei æternam d. 2. quæſt. 2. pun. 1. nu 4. pag. de peccatis. 321
Peccata carnalia alia fiunt iuxta modum, & finem ordinarium naturæ, alio non ſeruato hoc modo, & fine d. 2. q. 2. pun. 1. nu. 9. pag. de peccatis. 322
Peccata venialia multa non poſſunt conſtituere vnum mortale d. 2. q. 3. pun. 5. nu. 22 351
Peccata non omnia ſunt inter ſe connexa d. 2. q. 4. pun. 1. nu. 1 357
Peccata dicuntur connexa quatenus vnũ eſt via ad aliud ibid. nu. 2
Peccata non omnia ſunt æqualia, & paria ibid. nu. 4
Peccata inferioris ordinis ſecundum rationem ſpecificam conſiderata, non poſſunt ęquare, vel ſuperare malitiam peccatorum ſuperioris ordinis ibid. nu. 5. 358
Peccata ex quibus circumſtantijs, ſeu capitibus ita creſcant, vt deteriora fiant ibid nu. 6
Peccata facta ex intentione boni finis sũt leuiora ibid. nu. 7 359
Peccata interna ſunt confitenda d. 1. q. 1. pun 5. nu. 11 57
Peccata non ſunt tot numero quot ſunt obiecta, circa quæ idem actus eodem tempore verſatur d. 2. q. 4. pun. 2. nu. 10 363
Peccata ſunt tot numero quot ſunt actus moraliter diſtincti ibd. nu. 5 364
Peccata interna ſæpius multiplicantur quàm externa ibid nu 10 366
Peccata diſtinguuntur ſpecie per ordinem ad diuerſas ſpecie perfectiones, quibus priuant d. 2 q 4. pun. 3. à nu. 1. vſq; ad 5 382
Peccata non diſtinguuntur ſpecie, vel numero per ordinem ad diuerſa præcepta quibus aliquid præcipitur, aut prohibetur ex eodem motiuo ibidem num. 5. 383

Peccata omiſſionis differunt ſpecie à peccatis commiſſionis d.2.q.4.pun.4.nu.1. 387
Peccata commiſſionis cæteris paribus grauiora ſunt peccatis omiſſionis ibid. nu.2 388
Peccata cordis differunt ſpecie à peccatis operis,& oris d.2.q.4.pun.5.nu.1 400
Peccata cordis, oris,& operis quotupliciter conſiderentur ibid.nu.1 339
Peccata cordis, & oris, ſi conſiderentur vt origo peccati operis non differunt ſpecie ibid.nu.3 400
Peccati omiſſionis malitia quo tempore incurratur d.2.q.4.pun.4.nu.5 389
Peccati omiſſionis formalis ratio in quo conſiſtat d.2.q.2.pun.1.num.14. pag.de peccatis 324
Peccati habitualis macula in quo cõſiſtat d.2.q.2.pun.2.nu.2 325
Peccati tàm actualis,quàm habitualis malitia non eſt intrinſecè infinita, ſed extrinſecè, & terminatiuè tantum d.2.q.2.pun.5.nu.1.2.& 3. pag. de peccatis. 334
Peccato alterius quandonam quis dicatur cooperari d.2.q.4.pun.2.§. vnico n. 17 374
Peccatorum numerica diſtinctio vndè deſumatur d.2.q.4.toto pun.2 363
Peccatorum ſpecifica diſtinctio vndenam deſumatur d.2.q.4. toto pun.3 382
Peccatum omiſſionis quo tempore incurratur d.2.q.4 pun.4.nu.3 388
Peccatum commiſſionis quandonam imputetur ad culpam d.2.q.4.pun.4.nu. 8. 391
Peccatum omiſſionis regulariter loquendo coniunctum eſt cum aliquo actu incompoſſibili, qui ſit cauſa omiſſionis ſaltem extrinſeca d.2.q.4.pun.4.nu. 12 393
Peccatum committit qui facit aliquid mali, quod ipſa conſcientia dictat faciendum d.2.q.4.pun.6.nu.14 405
Peccatum quotupliciter conſideretur d.2. q.7.pun.2.nu.1 442
Peccatum per ſe,& formaliter conſideratum non poteſt eſſe pœna alterius peccati ibid.nu.2
Peccatum ita poteſt per ignorantiam minui, vt ex mortali fiat veniale d.2.q.8. pun.3.nu.21 465
Peccatum commiſſum ex ignorantia culpabili eſt eiuſdem ſpeciei cum peccato facto cum ipſius licentia d.2.q 8.pun.3. nu.29 467
Peccatum grauius per ſe loquendo committitur ab eo,qui curat adduci falſum Deum, in teſtem veri, quàm verum Deum in teſtem falſi d.4.q.1.pun. 11.n. 4 690
Peccatum præſertim mortale eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam d.2. q.2.pun. 1.nu.5. pag. de peccatis 322
Peccatum eſt actus contra rectam naturam hominis,vt homo eſt ibid.nu.6
Peccatum à priori,& formaliter definitur quod ſit priuatio debitæ rectitudinis d. 2.q.2.pun.1.num. 12. pag. de peccatis. 324
Peccatum habet materiale, & formale ib. nu.13
Peccatum habituale eſt macula relicta à peccato actuali d.2.q.2.pun.2. num. 1. pag.de peccatis. 325
Peccatum mortale quam aduertentiam requirat d.2.q.2.pun.3. num.3 pag. de peccatis. 328
Peccatum ſemper committitur cum aliqua inconſideratione ibid.nu 4 329
Peccatum duplex non committit qui ad vnam tantum malitiam peccati aduertit ibid.nu.9 329
Peccatum mortale vt quis committat, nõ ſufficit vt aliquis potuerit ſimpliciter, vel debuerit malitiam conſiderare d. 2. q.2.pun.3.nu.12.pag.de peccatis. 330
Peccatum non committitur ſine conſenſu ibidem num. 15. pag. de peccatis. 331
Peccatum mortale non committit,qui leuem negligentiam admittit in repellendis tentationibus ibid nu.17
Peccatum quandonam cognoſcitur eſſe mortale in dubio an conſenſus fuerit ſufficiens nec ne ibid.nu.19
Peccatum mortale,& veniale datur d.2.q. 3.pun 1.nu.1 337
Peccatum veniale quid ſit d.2.q. 3. pun. 2. nu.1 338
Peccatum veniale quotuplex d.2.q.3.pun. 3.nu.1 340
Peccatum veniale ex genere quomodo di gnoſcatur à mortali ex genere ibidem num.5
Peccatum odij, blaſphemiæ, luxuriæ, & Homicidij eſt mortale ex ſuo genere ibid.nu.6 341
Peccatum ſit de mortali veniale ex indelibe-

liberatione, vel ex imperfectione actus & ex prauitate materiæ ibid.nu. 10. & 11 341. & 342
Peccatum vnde cognoſcatur eſſe veniale ratione paruitatis materiæ ibid.nu.12
Peccatum veniale differt à mortali, & in quo d.2.q.3.pun 4.nu.1.& 2 344
Peccatum mortale ex ſuo genere quandonam fiat veniale, & è contra d. 2.q.3. pun 5.nu.1. & ſeq. 346
Peccatum veniale manens idem in genere moris, nunquam poteſt fieri mortale, vel è contra ibid.n.21 351
Peccatum originale vnde dictum d.2.q.1. pun.1.nu.1 pag.de peccatis. 306
Peccatum veniale poteſt reperiri cum ſolo Originali ibid.nu.3 307
Peccatū originale quomodo dicatur conſiſtere in priuatione Iuſtitię originalis d.2.q.1.pun.2.num.5. pag. de peccatis. 309
Peccatum Originale vnuſquiſque contrahit ex peccato Adami per ſeminalem generationem d.2.q.1.pun.3.nu.4.pag. de peccatis. 313
Peccatum Originale quomodo traducatur ab Adamo d.2.q.1.pun. 3.num. 11. pag.de peccatis 315
Peccatum actuale quomodo definiatur à poſteriori, & materialiter d. 2. q. 2. pun.1.nu.1. pag de peccatis. 320
Peccatum omne eſt malum quia prohibitum eſt aliqua lege ibid.nu.2 321
Peccatum contra temperantiam quandonam committatur d.vlt.q.1.pun.1.nu.2 1083
Pecunia, vel quid aliud an poſſit recipi pro diſpenſationibus expediendis d. 1. q.2.pun.2.nu.17 204
Pecuniam ad quam Reus fuit condemnatus, tenetur ſoluere, ſi petatur d.1.q.1. pun.7.§.2.nu.30 103
Pedes ſancti nondum canonizati poſſunt oſculari, modo non adſit ſcandalum d. 3.q 1.pun.1.nu.2 475
Percuſſio plurium vno actu facta eſt explicanda in confeſſione d.2.q.4.pun.2. nu. 2 363
Percuſſio ſæpius repetita ex eodem impetu iræ non conſtituit plura peccata diſtincta ibid.nu.11 366
Percutiens aliquem, quem dubitat eſſe perſonam Eccleſiaſticam, peccat mortaliter contra iuſtitiam, & reuerentiā Eccleſiaſticis debitam diſp. 2.q.4.pun.7 nu.4 413
Peregrini quænā ieiunia ſeruare teneantur d. vlt.q.1 pun.6.nu.6 1104
Peregrini ligantur legibus generalibus à Papa latis, & acceptatis in loco vbi reperiuntur d.1.q.1 pun 6.nu 35 73
Peregrini an ligentur legibus particularibus locorum, vbi reperiuntur ibidem nu.36
Peregrini an poſſint ligari particularibus legibus ibid.nu.38 74
Peregrini ligantur legibus loci, in quo reperiuntur, ſi habeant animum ibi manendi maiore anni parte d.1.q.1.pun.6 nu.43 76
Peregrini hac intentione alicubi habitantes fiunt Parochiani illius loci quoad Sacramenta ibid.num.44 77
Peregrini aliò diuertentes intentione ibi manendi maiore anni parte, poſſunt ibi ſepeliri ibid.num. 45. & 46
Peregrini, præciſo ſcandalo, non tenētur legibus particularibus locorum, ad quæ diuertunt abſque intentione ibi manēdi maiori anni parte ibid.num.48 77
Peregrini tenentur ſeruare leges locorum, ad quæ ſe transferunt, ſi ſit periculum ſcandali eas violando ibid.num.50 79
Peregrini an teneantur ad feſtas dies, qui celebrantur in loco, in quo reperiuntur diſp.5.q.vnica pun 3.num.19 851
Peregrini tenentur celebrare contractus iuxta ſolemnitatem locorum, quò ſe transferunt, excepto dotis contractu, d. 1.q.1.pun.6. nu.51 79
Peregrini tenentur leges locorum, in quibus reperiuntur ſeruare, quæ in proprio territorio ſeruantur ibid. nu.52 80
Peregrini tenentur leges loci, in quo reperiuntur ſeruare, quando violatio legum vergeret in damnum, vel iniuriam loci ibid.nu.53
Peregrini non tenentur iterum pręceptum adimplere in loco, quò ſe transferunt ſi illud in proprio territorio iam adimpleuerunt diſp.1.q.1.pun.6.nu.57 83
Peregrini non tenentur miſſam audire in loco, vbi reperiuntur ſi eam in proprio territorio audierunt ibid. nu.58
Peregrini non tenentur ſeruare leges proprij territorij, quæ non ſeruantur in loco, vbi reperiuntur ibid. num.59
Peregrini non tenentur ſeruare feſta proprij territorij, quæ non ſeruantur in loco, vbi commorantur ibid.nu.62 85
pe-

Peregrini non tenentur ad huiuſmodi feſta, quamuis proprius ſuperior intendat eos obligare ibid.nu.65 85
Peregrini quandonam ligētur legibus proprij domicilij ibid.num 67 86
Peregrinos è ciuitatibus ſuis expellētes an peccent diſp.3.q.4.pun.6.num.19 546
Periculum probabile grauis damni excuſat à peccato diſput.2.q.8.pun.2.num.3 453
Periculum qualis damni excuſet à tranſgreſſione legis humanæ, & à peccato ib. num.4 454
Periurus non dicitur qui non obſeruat id, in quod iuramentum fuit commutatum d.4 q.1.pun.17.n.11 716
Perſona vna Sanctiſſimæ Trinitatis poteſt diſtinctè ab aliis adorari diſp.3.q.1.p.1. num.3 473
Perſonæ, quarum læſione incurritur ſacrilegium quænam ſint diſput.3. q. 6.pun. vnico nu. 3 608
peſtis tempore an teneatur Parochus reſidere. Vide literam P.verbo Parochus.
petens aliquid ab eo, qui paratus eſt facere malum, an peccet diſp.2. q.4.pun.1.§. vnico num.21 776
pietatis, & miſericordiæ opera in quibus caſibus excuſent à ieiunio diſp. vltima q.1. pun.vlt.num.13 & 14 1109
pinges imaginem puellæ precibus adoleſcentis, qua ipſe abutetur peccat mortaliter diſp.2.q.4.pun.2.§.vnico n.29 378
placitum quid ſit, & an liceat in die feſto diſput.5.q.vnica pun.2. num. 10. & 12. 872. & 873
pœna an poſſit reo à Iudice remitti. vide litteram I. verbo Iudex.
pęna excommunicationis à Bonifacio viij. & Gregorio xiij. latæ contra dantes, vel recipientes, vel promittentes aliquid pro obtinenda gratia, vel iuſtitia à Papa in quibus caſibus, & à quibus perſonis incurratur, & quas pœnas incurrant violantes has conſtitutiones diſp. 10 q. 2.pun.8.§. Incidente 1022
pœna, quam delinquens ſoluiſſet ob perpetratum delictum, ſi accuſatus, vel denuntiatus fuiſſet ab eo, qui accuſare, & denunciare tenebatur ex officio, an ſit ab iſto ſoluenda diſp. 10.q.3. pun.1. nu. 8 1047
pœna quælibet per fractionem voti incurſa tolli poteſt ab Epiſcopo, vel alio facultatem diſpenſandi in votis habente diſp.4.q.2.pun 7.§.4.num.18 854
pœna peccatorum quotuplex diſp. 2. q.7. pun.3.num.1 448
pœna damni eſt æqualis in damnatis d.2. q.4.pun.1.nu 3 357
pœna alia dicitur lata ipſo iure, alia ferenda diſp.1.q.1.pun.7.§.2.nu.7 93
pœna conuentionalis regulariter eſt ſoluenda ante ſententiam diſp.1. q.1. pun. 7.§.2.num.23 101
pœna conditionalis obligat ante ſententiam iudicis ibid.num 24
pœna alia eſt ſenſus, & alia damni diſp. 2. q.1.pun 4.num.1.pag.de peccatis 316
pœna damni, non ſenſus puniuntur, qui decedunt cum ſolo peccato originali ibid. num.2.& 7. 316.& 317
pœna alicui iuſtè cum iuramento comminata, eſt infligenda diſp.4. q.1. pun.14. num.3 699
pœna impoſita contra eos, qui ad religionem alios inducunt quænam ſit diſp.4. q.2 pun.5.§.6.num.2 797
pœnam realem tenetur ſoluere hæres, quā ſoluere tenebatur defunctus ob delictū prohibitum ſub pœna ipſo iure lata diſ. 1.q 1.pun.7.§.2.num. 35 105
pœnæ contra non ſoluentes decimas latæ quænam ſint, diſp.vlt.q.5.pun.7 1234
pœnæ, quæ incurruntur à violatoribus excommunicationum Bonifacii viij. & Gregorij xiij. latarum contra dantes, vel recipientes aliquid pro gratia, vel iuſtitia obtinenda in Curia Romana, quænam ſint diſp.10.q.2.pun.8.§. Incidente 1040
pœnæ, quibus afficiuntur violatores eccleſiaſticæ immunitatis, quænam ſint d.3. q.7.§.6.num.5 644
pœnæ impoſitæ ijs, qui non deferunt ad Inquiſitores blaſphemos, quænam ſint d.3.q.8 pun.1.num 6 650
pœnæ aliæ nō mandantur executioni abſque hominis actione aliæ verò nullam hominis actionem requirunt diſp. 1. q.1.pun.7.§.2.nu.9 95
pœnæ ſubeundæ à reo poſt ſententiam Iudicis, quænam ſint ibid.nu.29 103
pœnitentiam differens vſque ad ſenectutē ſpe veniæ potius peccat contra præceptum pœnitentiæ, quam contra ſpem diſp.3 q 3.pun.1 nu 6 520
pœnitens non tenetur exprimere in confeſſione num peccatum commiſerit ſcientèr, vel ex ignorantia culpabili d. 2.q.8. pun.

pun.3.nu.36 467

pœnitens tenetur in confeſſione exprimere an peccatum odii fuerit in Deum, vel in proximum diſp.3 q.4 pun.vlt.§.1.nu.10 565

pœnitens non tenetur in confeſſione exprimere rem, per quam facta eſt diuinatio diſp.3.q.5.pun.3.nu.21 592

pœnitens abſens non poteſt à peccatis abſolui d.2 q 4.pun.9.nu.17. 432

pœnitens excuſatur ab obligatione repetendæ confeſſionis, qui aliquod peccatũ prætermiſit inuincibiliter ignorans ſe teneri ad illius confeſſionem diſp.2.q.8 pun.3.num.17 464

pœnitens qui pœnitentiam adimplet per metum grauem, ſatisfacit præcepto d.1.q.1.pun.10 num.8 157

pœnitens qui tenetur quotidie miſſam audire, ſatisfacit ſuæ obligationi, & præcepto Eccleſiæ vnicam miſſam audiendo in die feſto d.1. quæſt.1. pun.9.num.7 153

pęnitens quomodo exprimere debeat peccata tempore ieiunij illud violando cõmiſſa diſp.vlt q.1.pun.3.num.11 1098

pollutionem patiens non plenè à ſomno excitatus, non peccat mortaliter diſp.2. quæſt.2.pun.3.num.10.pag.de peccatis. 313

populus reuocare nequit poteſtatem condendi leges Imperatori permiſſam d.1. q.1.pun.3.num.6 18.& 19

poſteri non contraxiſſent peccatum originale, ſi Adam non peccaſſet diſp.2.q.1. pun.3.num 6.pag.de peccatis. 314

poteſtas alia eſt denominatiua, & alia iuriſdictionis diſput.1.q.1.pun.3.num.3. 14

poteſtas in Iudice neceſſaria eſt adhoc vt poſſit rectè iudicare diſp.10. q 2 pun.1. num.1 954

poteſtas in Iudice requiſita quotuplex ſit ibid nu.3. 954

poteſtas laica quam iuriſdictionem habeat in Clericos diſp.10.q.2 pun.1.toto §.1 959

poteſtas concedendi priuilegium ordinariè loquendo latè explicanda eſt, & extenditur ad caſus adaptabiles caſibus in poteſtate expreſſis, non verò ad eos in ea non comprehenſos diſput.1.q.3. pun.7.§.1.num.14.& 15 291

poteſtas hæc aliquas admittit limitationes ibid.nu.19 292

poteſtatem obtinens à Papa excommunicandi ſurripientes, non afficitur eadem excommunicatione ipſe, ſi furetur diſp.1.q.1.pun.6 nu.28 71

præcepta, quæ ſcire tenetur non diſcens ex negligentia mortali, quo tempore peccet, ſi faciat contra illa præcepta d.2.q.4 pun.4.num 9 392

præcepto alicui ſatisfacere intendens duplicem intentionem habere poteſt diſp.1.q.1.pun.10 num.1 155

præcepto ieiunii, vel iuſtitiæ non ſatisfacit qui per vim cogitur ieiunare, vel reſtituere ibid. nu.7 156

præceptis pluribus an poſſimus vnico actu ſatisfacere diſp. 1. q 1.pun 9.num.4 153

præceptis pluribus poſſumus eodem tempore ſatisfacere per diuerſos actus, modò vnus actus non impediat alium ibid. num.8 154

præceptis pluribus æqualibus detentus, cuinam ſatisfaciat ſi vnum eorum adimpleat diſp.1.quæſt.1 pun.10.num.17 160

præceptum adimpleri poteſt per actum ex aliqua circumſtantia malum diſp. 1. q.1.pun.9.num.1 152

præceptum poteſt aliquando adimpleri non adimpleto modo, & è contra ibid. num. 2 152

præceptum non deferendi arma ob ſcandalum non ceſſat, etiamſi ceſſet ſcandalum diſp. 1. quæſt. 1. pun.vlt.§.2.num.2 166

præceptum celebrationis feſtorum quotuplex diſp.5.q.vnica num. 1 865

præceptum obſeruandi dies feſtos partim eſt affirmatiuum, & partim negatiuum diſp.5.q.vnica pun.2. num 1 869

præceptum diei feſti non obligat ad contritionem eo die eliciendam, vel ad abſtinendum à peccatis ibid. num. 2.& 3

præceptum de honorandis parentibus obligat filios in parentes, & è contra d.6.q vnica pun.1.num.3 894

præceptum in proprio territorio ſemel adimpletum non eſt iterum adimplendum, ſi quis ſe transferat aliquò, vbi nondum lapſum eſt tempus talis præcepti, quamuis habeat intentionem ibi contrahendi domicilium diſput. 1. q.1. pun.6.nu.57 83

pręceptum aliud eſt affirmatiuum, aliud negatiuum d 3.q.2. pun.3.nu.1 502

Præ-

præceptum negatiuum fidei confitendæ ſemper obligat ibidem nu.16 506
præceptum negatiuum ſpei obligat ſemper & ad ſemper d.3.q.3.pun.2.n.2 521
præceptum negatiuum charitatis obligat ſemper : affirmatiuum verò dum inſurgunt tentationes d.3.q.4.pun.2.nu.1.& 2 516
præceptum tàm diuinum quàm naturale obligat ad eleemoſynam faciendam d. 3.q.4.pun.6.nu.2 537
præceptum maius ſeruandum eſt quando eodem tempore duo incompoſſibilia concurrunt diſp.2.q.4.pun.4. num. 18. 396
præceptum naturale diuinum ſeruandum eſt quoties concurrit cum diuino ſolum ibid.num.19 397
præceptum diuinum, & naturale præpunderat humano ibid. nu.20
præceptum negatiuum ſeruadnum eſt, ſi concurrat cum affirmatiuo ibid. nu.21
præceptum curandi infirmum præpunderat præcepto audiendi miſſam ibidem num.23
præceptum leuius adimplens relicto grauiori peccat ibid.nu.24 397
præceptum totum qui non poteſt adimplere an teneatur ad eius partem vide litteram I.v.Impotentia.
præceptum an teneatur adimplere qui voluntariè ſe conijcit in impedimentum vt eximatur ab ipſius obligatione d. 2. q.8 pun.1.nu.9 448
præceptum aliquod non adimplens ob inaduertentiam, vel ignorantiam, quæ ipſius culpa contigit excuſatur à peccato d.2.q.8.pun.3.n.28 467
prælati locorum immunitate gaudentiũ an teneantur tradere Reum Curię ſeculari, qui ad ea loca confugerat d. 3.q.7. pun.7.nu.1 646
prelati exempti habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, poſſunt in ſua Diœceſi leges ferre d. 1.q.1.pun.3 30
prælati Religioſorum quomodo ſe debeant gerere in inquirendis ſuorum Religioſorum delictis d.10.q.2.pun. 5.nu. 16 1012
prælato diſpenſanti in regula ſine iuſta cauſa, non tenentur ſubditi obedire d. 1.q.1.pun.3.nu.17 24
prælato an poſſit deferri incorrigibilis nõ adhibitis teſtibus. Vide l. D. v. Denũciatio.
prælatus non poteſt prohibere verbum otioſum ſub mortali d.2.q.3.pun.3.num. 11 343
prælatus iudicialiter procedere poteſt cõtra delinquentem per correctionem non emendatum d.3.q.4.pun.7.num.17 560
prælatus poteſt ſub mortali præcipere ſilentium d.1.q.1.pun.7.§.4.nu.21 121
Prælatus non poteſt Religioſis præcipere tranſitum ad arctiorem regulam, quam non vouerunt diſ.1.q. 1.pun.3.num.18 24
Prælatus non poteſt ferre legem obligantem Religioſos ad clauſuram perpetuã ibid. nu 19 25
Prælatus poteſt in votis nouitiorum diſpenſare, non verò ea irritare d. 4. q. 2. pun.7.§.2.nu 32.& 33 830
prælatus an poſſit in votis Catechumenorum diſpenſare vide L. v. verbo Vota.
Prælatus an poſſit in votis nouitiorum diſpenſare d.4.quæſt.2.pun.7.§.4.num.27 860
Prælatus, vel alius qui habet facultatem diſpenſandi aliorum vota, poteſt alteri licentiam dare, qui ſecum diſpenſet ibi. nu.31. 861
Præſcriptio, & conſuetudo diſtinguuntur d.1.q.1.pun.vlt.§.3 nu.46 186
Præſumptio alia eſt periculi, alia facti d. 1.q.1.pun.7. §.3 nu.10 111
Præſumptio eſt mortale peccatum d. 3.q. 3.pun.1.nu.5 519
Præſumptioni opponitur ſpes diſp. 3.q 3. pun.1.nu.4 519
Prætium taxatam Aduocato, vel Procuratori quodnam ſit diſp.10.q.3.pun.4.nu. 9 174
primitiarum nomine quid intelligatur d. vlt.q.5.pun vlt.nu.1 1235
primitiæ à quibus ſint ſoluendæ d.vlt.q.5. pun.vlt.nu.2 1235
princeps an poſſit leges ferre circa Eccleſiaſtica beneficia d.10.q.2.pun.1.§.1. n. 13 966
princeps non habet poteſtatem conuocãdi Epiſcopos, ne Eccleſiaſtica libertas minuatur ibid.num 14. 967
princeps non poteſt licitè auctoritatiuè recognoſcere apoſtolicas literas ibidem nu.15
princeps ſupremus tenetur lege declaratoria, vel confirmatoria Iuris diuini, vel naturalis d.1.q.1.pun.6.n.11 65

prin-

Digitized by Google

Princeps non tenetur præciſo ſcandalo ſuorum prædeceſſorum leges obſeruare ibid.num.12 65
Princeps non tenetur ex vi coactiua proprias leges ſeruare ibid nu.14
princeps tenetur ex vi directiua proprias leges ſeruare ibid.nu.19 67
princeps tenetur leges proprias ſeruare, quæ habent materiam ipſi accommodatam ibidem num.20 68
princeps non tenetur proprias leges ſeruare, ſi ſecum ex iuſta cauſa diſpenſet ibid.nu.21 68
princeps qui vna cum populo leges condit,tenetur omninò proprias leges ſeruare ibid nu.22 68
princeps non obſeruans proprias leges nõ peccat mortaliter ibid.nu. 23 69
princeps non tenetur ſeruare ſtatuta,& leges municipales oppidorum,vel prouinciarum ſibi ſubditarum ibidem num.26 70
princeps validè diſpenſat ſine cauſa in lege prædeceſſoris, vel ſubditi diſp.1.q.2. pun.10.§.2.nu.5 257
princeps non requiritur vt ſciat legem nõ eſſe vſu receptam, vt amplius ea non obliget diſp.1.q.1.pun.4.nu.45 51
princeps poteſt ſubditos intra decennium compellere ad ſeruandas leges ibidem num.46
priuata perſona non poteſt renunciare priuilegio conceſſo intuitu boni communis diſp.1.q.3.pun.8.§.6.num 10. pag.de legibus 331
priuilegia, quæ præbent occaſionem liberius peccandi, vel quæ conceduntur ad lites, vel quæ vergunt in tertij præiudicium contra ius ipſi tertio quæſitum, ſtrictè explicanda ſunt diſp.1. q.3.pun. 7.§.1.nu 11 12 & 13 290
priuilegia contenta in Concilijs generalibus an cenſeantur reuocata à Papa per clauſulam generalem irritantem omnia priuilegia diſp.1.q 3.pun.8.§ 3.num.13. pag.de priuilegijs. 319
priuilegiarius meretur priuari priuilegio ob ipſius abuſum diſp. 1. q.3. pun.8.§.7. num. 2 & 3. pag.de priuilegijs. 335
priuilegiarius in quibus caſibus teneatur vti ſuo priuilegio diſp. 1. q. 3.pun.4.§.1. nu.3 278
priuilegiarius poteſt vbique priuilegio ſibi abſolutè conceſſo vti, niſi aliter colligatur de mente concedentis diſp. 1.q. 3.pun.5.num.1 280
priuilegiarius non poteſt priuilegio ſibi à ſupremo ſuperiore conceſſo vti,quando hoc eſt contra prohibitionem ſuperioris alterius territorij diſp.1. q. 3. pun.6. num 8 284
priuilegiarius poteſt per ſe loquendo vbique etiam extra concedentis territoriũ, vti priuilegio perſonali ſibi cõceſſo abſque determinatione loci, modò in alieno territorio non extet ſpecialis prohibitio diſp.1.q.3 pun.6. num.4 282
priuilegij reuocatio, vt valeat requiritur reuocationis publicatio diſp.1.q.3.pun. 8.§ 3.nu.20 pag.de priuilegijs 323
priuilegii reuocatio conceſſi communitati Collegio &c.vt valeat, non eſt neceſſe, vt ſingulis intimetur, ſed ſufficit ſi maiori parte ibid. nu.24 324
priuilegii verba ſi ſint clara, ſeruanda eſt intentio concedentis,ſi dubia, recurrẽdum ad coniecturas, vt ipſius animus inueſtigetur diſp 1.q.3. pun.7.§.1.num. 3 286
priuilegii materia quas conditiones habere debeat diſp. 1. q. 3. pun.4 §.1.num. 1. 277
priuilegio clericali quinam gaudeant, & in quibus caſibus amittatur diſp.10 q.2. pun.1.§.4 982
priuilegio clericali quinam gaudeant diſp. 10.quæſt. 2. pun.1 §. 2. num.1.2.3. & 4. 976
priuilegio quis poſſit renuntiare diſp. 1.q. 3.pun.8.§.6. num. 7. pag. de priuilegijs. 330
priuilegio conceſſo intuitu boni communis non poteſt perſona priuata renuntiare diſp. 1.q.3.pun.8.§.6.nu.10 331
priuilegio abuti quandonam quis dicatur diſp.1 q.3.pun.8.§.7.nu.4 335
priuilegium aliud eſt abſolutè conceſſum, aliud iniuncto aliquo onere diſp. 1.q 3. pun 4 §.2.nu 2 279
priuilegium conceſſum ad aliquid agendũ de alterius conſilio non valet, niſi petito conſilio &c. ibid.nu. 3 279
priuilegium obtinens cum pacto,vt teneatur conſilium petere, non tenetur poſtea conſilium ſequi eo petito ibidem num.6 280
priuilegium aliud eſt perſonale aliud locale,aliud perſonale,& locale ſimul d. 1. q.3.pun.6.num.1 282
priuilegium à Papa conceſſum in iure cõ-

nnni abſque determinatione loci, valet vbique terrarum ibid. num.3
priuilegium vnum eſt fauorabile, alterum verò odioſum diſp 1.quæſt 3. pun.7. § 1 num.1 286
priuilegium explicandum eſt iuxta verborum proprietatem ibid. nu.2
priuilegium fauorabile latè eſt explicandum, quantum rationabiliter iudicatum fuerit ſeruata verborum proprietate d. 1.q.3 pun.7 §.1.nu.4 287
priuilegium odioſum ordinariè ſtrictè eſt interpretandum, & explicandum ibid. num.5
priuilegium in iure communi contentum non eſt ſtrictè explicandum ibidem nu. 6 288
priuilegium contra ius commune, & etiam contra ſtatutum, vel conſuetudinem, niſi aliter conſtet de mente concedentis ſtrictè eſt explicandum ibidem num.8. 289
priuilegium, quod conceditur ad inſtar alterius, quomodo explicandum ſit diſp. 1.q.3.pun.7.§.1.num.10 293
priuilegium cenſetur ſolum conceſſum perſonis, & rebus, quæ ſunt in priuilegio expreſſæ, vel aliquo modo comprehenſæ propter ſignificationem vocis, vel materiæ connexionem, vel ob iuris diſpoſitionem diſp.1.q.3.pun.7.§.2.num.1 294
priuilegium conceſſum religioſis alicuius ordinis extenditur ad moniales illius ordinis, modò illis adaptari poſſit, vel niſi aliter in priuilegio exprimatur ibi. num.2 295
priuilegium conceſſum filiis extenditur ad filias, & priuilegium conceſſum fratrib. extenditur ad ſorores ibidem num. 3. & 4 295
priuilegium conceſſum bonis mariti extenditur ad bona vxoris, vbi bona coniugum ſunt communia ibid. num.5
priuilegium ſacerdoti conceſſum vt celebrare poſſit tempore interdicti, extenditur etiam ad illum, qui miſſæ inſeruit ibid.num.6
priuilegium alicui conceſſum vt tempore interdicti diuina officia audiat, extenditur etiam ad ipſius familiares ibidem nu.8 296
priuilegium non poteſt extendi ad alios caſus, vel perſonas propter ſimilitudinē rationis ibid.num. 11
priuilegium perſonale amittitur per mortem illius, cui conceſſum fuerat d 1.q 3. pun.8.§.1. nu 1 299
priuilegium reale non ſpirat morte priuilegiarii ibid.num 2
priuilegium quandonam cenſeatur perſonale, & quandonam reale ibid.nu.3
priuilegium perſonale vt teneat ſufficit vt is, cui diſpenſatio committitur exiſtat in dignitate tempore impetrationis, ſeu datæ ibidem num. 17. pag. de priuilegiis 305
priuilegium quid ſit diſp 1.q.3.pun.1.nu.1 265
priuilegium quotuplex ſit ibidem num.2
priuilegium vnum eſt ſcriptum, alterum verò non ibid.num 3 266
priuilegium vt conſuetudine introducatur quantum temporis requiratur ibidem num.4
priuilegium aliud reale, & aliud eſt perſonale ibid.nu.5 267
priuilegium reale, aut perſonale quodnā ſit ibid. nu 6
priuilegium in dubio an iudicandum ſit reale, aut perſonale ibid nu.7
priuilegium vnum eſt gratioſum, aliud verò remuneratorium ibid. nu. 8
Priuilegium vnum eſt conuentionale, & alterum purum ibid. num.9. 267
priuilegium aliud reſpicit immediatè bonum commune, aliud priuatum ibidem nu.10 268
priuilegium vnum eſt fauorabile, & alterū odioſum ibid num.11
priuilegium vnum eſt perpetuum, & alterum temporale ibid.num.12 269
priuilegium non ſemper finitur morte concedentis ibid.num.13. & 14 269
priuilegium vnum eſt in foro interno, alterum in externo ibid.n.16 270
priuilegium a quibus poſſit concedi d.1.q. 3.pun.2. nu.1.2.3 & 4 270
priuilegium contra ius poteſt concedi ſubditis aliqua ratione ibid.nu.5 271
priuilegium poteſt obtineri abſque mandato, vel ſcientia illius, pro quo obtinetur diſp.1.q.3.pun.3.num.1 272
priuilegium gratioſe conceſſum vt valeat, debet acceptari ab eo, cui conceditur, vel ab eius nuncio ibid.nu.5 273
priuilegium alicui conceſſum ante acceptationem, poteſt à concedente reuocari ibid.nu.12 275
priuilegium aliud eſt merę libertatis, aliud neceſ-

igitized by Googl

neceſſitatis ibid num 13 276

priuilegium obtinens per nuncium, ne poſſit ab alio excommunicari, iſte priuilegio ſtatim gaudebit, poſtquam ab ipſius nuncio fuerit acceptatum ibid num.14. 276

priuilegium prodeſt priuilegiario antequã innoteſcat illi, in cuius damnum conceditur ibid n.16 277

Priuilegium vt ceſſet in totum requiritur vt actus contrarius aduerſetur toti priuilegio d.1.q.3.pun.8.§.6.nu.11.pag. de leg. 332

Priuilegium nunquam amittitur per vſum ipſi contrarium, præciſa tamen legitima præſcriptione, & modò priuilegiũ non conſiſtat in vnico actu, ſed habeat tractum ſucceſſiuum ibidem num. 11. pag.de priuilegijs. 332

Priuilegium, quod habet tractum ſucceſſiuum non amittitur per quemlibet actum contrarium priuilegio ibidem nu. 14

Priuilegium amittitur per contrarium vſum in vtroque foro non ſolum per legitimam præſcriptionem, verum etiã per tacitam renunciationem ibidem num.16

Priuilegium regulariter non amittitur ipſo facto per abuſum d.1.q.3.pun.8.§.7. nu 1.pag. de priuileg. 334

Priuilegium amittit ipſo iure quoad effectum qui eo abutitur vltra limites ipſius priuilegij d.1.q.3.pun.8.§.7.nu.5 336

priuilegium ritè, ſimpliciter, & ſine conditione obtentum, non ceſſat morte cõcedentis d.1.q.3.pun.8.§.1.n.19 pag. de priuilegijs. 307

priuilegium quomodo dignoſcatur eſſe conceſſum in fauorem, & perſonæ in priuilegio deſignatæ, & perſonæ, cui facultas delegatur ibid. nu 20 309

priuilegium quandonam dicatur obtentũ vel obtinendum ibid nu.21

priuilegium non ieiunandi, vel celebrandi in Oratorio priuato &c. alicui conceſſum, non ſpirat morte concedentis ibid.nu 27 312

priuilegium ante mortẽ concedentis non acceptatum, ceſſat morte ipſius concedentis ibid.nu. 28

priuilegium finitur lapſu temporis præſcripti, ſeu ceſſatione conditionis, ſub qua conceſſum fuerat d.1.q.3.pun.8.§.2.n.1 pag.de priuilegijs. 314

priuilegium conceſſum ad vnum actum tantum, ceſſat eo finito ibid n.2

priuilegium ad beneplacitum concedentis conceſſum ceſſat eo mortuo ibidem nu.3

priuilegium, quod eſt contra leges, & ius alterius amittitur, & finitur ceſſante tota ipſius cauſa ibid.nu.4 314

priuilegium aliud eſt contra leges, & ius alterius, aliud verò non ibidem num.5 314

priuilegium gratuitum non oneroſum, quo ſubdito, non alteri conceditur facultas faciendi contra ius, poteſt ex iuſta cauſa à concedente, vel à ſucceſſore, vel ab eius ſuperiore reuocari d. 1. q. 3. pun.8.§.3.à nu.1.vſq; ad 8.pag. de priuileg. 316

priuilegium quandonam expreſsè reuocetur ibid.nu.11 318

priuilegium à Papa in foro externo conceſſum non reuocatur per clauſulam generalem priuilegia reuocantem ibid. nu 12 318

priuilegium quandonam tacitè reuocetur d.1.q.3.pun.8.§.3.nu.14 320

priuilegium contentum in corpore iuris non cenſetur reuocatum per legem ſubſequentem, niſi illius fiat mentio ibid. nu.15.& 16

priuilegium præcedens non inſertum corpori iuris an reuocetur per ſubſequens priuilegium ibid.nu.17. pag.de priuilegijs. 321

priuilegium reuocatur per ſententiam iuſtam contra priuilegium latam ab habẽte poteſtatem priuilegia auferendi, modò priuilegij conſcius ſit ibid. num. 18. pag.de legib.& priuileg. 322

priuilegium amittitur per voluntariam renunciationem factam à priuilegiario & acceptatam a concedente diſp.1.q.3. pun.8.§.4.num. 1. 2.& 3.pag.de priuilegijs. 324

priuilegium vnum eſt affirmatiuum, & aliud negatiuum, & quotuplex ſit affirmatiuũ d.1.q.3.pun.8.§.5.n.1.& 2. 325

priuilegium affirmatiuum quod vergit in grauamen aliorum, amittitur per non vſum ibid nu. 3. pag. de priuilegijs. 326

priuilegium, quod non vergit in aliorum grauamen, regulariter non amittitur per non vſum ipſius priuilegij ibid. nu. 4.& 5

priuilegium in quibus caſibus amittatur per non vſum ibid. nu. 5 137
priuilegium amittitur per vſum materialiter, & formaliter contrarium priuilegio d. 1. q. 3. pun. 8. §. 6. nu. 1. pag. de priuileg. 328
priuilegium à Papa iudici laico conceſsũ iudicandi, & puniendi Clericos reuocari poteſt diſp. 10. q. 2. pun. 1. §. 3. num. 3. 981
priuilegium conceſſum ſine ſcriptura non ſpirat morte concedentis d. 1. q. 1. pun. 4 nu. 51 53
priuilegium per ſubreptionem obtentum an valeat, ſi apponatur in reſcripto clauſula, motu proprio d. 1. q. 2. pun. 4. n. 21 217
priuilegium conceſſum motu proprio abſque recipientis diſpenſatione, valeat, ſi veritas ſola taceatur ibidem num. 22. 219
priuilegium quam vim habeat ob clauſulam, motu proprio, in eo poſitum ibid. nu. 23
probatio ſemiplena quid ſit d. 10. q 2. pun. 5. nu. 5 1007
proceſſui facto contra Reum à Curia ſeculari, vt Reus extrahi poſſit è loco ſacro, an teneatur Epiſcopus ſtare. Vide L. E. v. Epiſcopus.
proceſſus contra Clericum exemptum à laico Iudice factus, non tenet d. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. nu. 6. & 7 963
procurator quale pretium percipere poſſit eius officium exercendo d. 10. q. 3. pu. 4. nu 9 1074
procurator, qui certum ſtipendium habet ſingulis annis, an poſſit totum illud exigere, ſi alium ſubſtituat tradito ſolum dimidio ibid. nu. 11 1076
procurator quandonam poſſit à Cliente recipere ſtipendium Notario dari conſuetum ibid n. 15
procurator qui ſponte ſine pretio cauſam clientis ſuſcepit, an poſſit finita cauſa ſtipendium exigere ibidem num. 14. 1077
procurator an poſſit fungi Aduocati, vel Notarij officio, eorumque ſtipendium recipere ibid. nu. 5 1078
procurator peccat differendo, expeditionem cauſæ cum damno Clientis ibid. n. 16 10 9
procurator quam ſcientiam habere debeat d. 10. q. 3. pun. vlt. nu. 1 1079
proditores non gaudent Eccleſiaſtica immunitate d 3. q. 7. §. 4. nu. 14 634
proditoriè occidens infidelem nihil tale præuidens, an gaudeat immunitate d. 3. q 7. §. 4. nu. 15 634
proditoriè aliquem occidere attentans ſolum, an priuetur immunitate ibidem nu. 16
profeſſus in vna Religione, quam aliam eſſe credebat, inualidè eſt profeſſus d. 4. q. 2. pun. 3. §. 2. nu. 4 745
prohibitio iuris naturæ reſpectu peccatorum iuri naturæ oppoſitorum conſiſtit in diſconuenientia rei cum natura rationali d. 2. q. 2. pun. 1. nu 4. pag. de peccatis. 311
prolis legitimationis clauſula in reſcriptis poſita quid operetur d. 1. q. 2. pun. 2. nu. 18 204
promiſſio facta contra priorem validam non obligat d. 4. quæſt. 1. pun 6. num. 1. 679
promiſſio per dolum, vel errorem extorta, non habet vim voti d. 4. q 2. pun. 1. n. 7. 717
promiſſio facta contra prius votum validum, non tenet d. 4. q. 2. pun. 4. §. 6. nu. 1. 767
promiſſionem matrimonij non ſeruans ob ſuperuenientem deformitatem in altero contrahente, non tenetur ad integras diſpenſationis expenſas d. 1. q. 2. pun. 11. nu. 7 262
promulgatio legis ad hoc vt obliget neceſſaria eſt d. 1. q. 1. pun. 4. nu. 6 38
promulgatio vbi, & quotuplex facienda, vt lex obliget ibid. n. 15 40
promulgationis nomine quid intelligatur d. 1. q 1. pun. 4. nu. 6 38
propenſio in homine vna eſt rationalis, & altera ſenſitiua d. 2. q. 2. pun. 1. nu. 8. pag. de peccatis. 323
proponens non vti diſpenſatione an poſſit ea vti mutata voluntate d. 1. q. 2. pun. 10 §. 2. nu 5 257
proprietas verborum; vna eſt ciuilis, naturalis altera d. 1. quæſt. 1. pun. 8. num. 1. 137
prouinciæ non habentes in particulari caſu legem, an teneantur caſum illum decidere iuxta legem Pontificiam, vel Imperatoriam d. 1 quæſt. 1. pun. 3. num. 5. 18
proximi nomine quiſnam intelligatur d. 3. q. 4. pun. 3. 517

pro-

Proximo maledicere nõ eſt propriè blaſphemare diſp.3.quęſt.8.punct.3. num. 4 656

Proximus diligendus eſt diſp.3.quæſt.4. punct.3.nu.1. 527

Proximus vnus an magis diligendus ſit, quàm alius in neceſſitate diſp.3.quæſt. 4. punct.5. nu. 1. 534

Proximus an ſit corrigendus quando ex ignorantia peccat diſp.3.quæſt.4 punc. 7. nu. 10. 556

Pubes quinam dicatur diſp. 4. quæſt. 2. p. 7. §. 2. n. 20. 825

Publicatio reuocationis priuilegij requiritur ad hoc vt ipſa reuocatio valida ſit d.1.q.3.p.8 §. 3. nu.20. pag. de Priuilegijs 323

Pudenda abſq; iuſta cauſa oſtendens peccat mortaliter diſp.2. quæſt.4. punct.2. §. vnico nu. 30. 378

Puella, quæ ſe præbet adoleſcenti conſpicienda, à quo ſe credit turpiter concupiſcendam, mortaliter peccat diſp. 2. quæſt. 4. p.2. §.vnico nu.27. 377

Puella, quæ per vim ab alio opprimitur, an teneatur pudicitiæ in valorem occidere diſp.8. quæſt. vnica puncto vnico num.9. 944

Puella, quæ per vim opprimitur an teneatur clamare, & opem implorare, ne violetur ibid. n. 10. 945

Puellæ an poſſint recipi ĩ monaſterijs Monialium diſ.1. quæſt.1. p.3. nu.20. 26

Puer moriens cum ſolo originali punitur pœna damni non ſenſus diſp. 2. quæſt. 1. p.4. n.2. & 7. pag. de peccatis 316 & 317

Pueri adducendi ſunt in Iudicium ibid. nu.8. 318

Pueri carentes vſu rationis non aſtringuntur legibus diſp.1.q.1.pun.6.n.6. 63

Pueri vſu rationis pollentes obligantur ſtatim legibus Eccleſiaſticis ibid. num. 8. 64

Pueri quando dubitatur an habeãt vſum rationis, non poſſunt veſci lacticinijs in die ieiunij, ſi compleuerunt ſeptenniũ ibid.nu.9. 64

Pueri excuſantur à ieiunio diſp.vlt quæſt. 1. p. vlt. nu. 6. 1107

Q

Qvadrageſimę tempore obtinens diſpenſationem veſcendi carnibus, ſi in alia quadrageſima hanc eandem petat, non tenetur prioris mentionem facere diſp.1.q 2.p.8.n.5. 246

Quadrageſimæ tempore diſpenſationem obtinens non ieiunandi ob infirmitatẽ tenetur ceſſante infirmitate ieiunare, diſp.1.quæſt.2.p.10. §.1. nu. 6. 253

Quadrageſimæ tẽpore priuilegium obtinens veſcendi lacticinijs ob inopiam piſcis, & olei, non poteſt hoc priuilegio vti in loco vbi piſcis, & olei eſt copia diſp.1.quæſt.3.punct.6.nu.4 283

Quadrageſimæ tempore habens priuilegium non ieiunandi non amittit tale priuilegium, ſi poſt Paſcha ieiunet d 1. q 3 p 8. §. 6. nu. 3 pag. de Legibus, & Priuilegijs 329

Qualis damni periculum excuſet à tranſgreſſione legis humanæ, & à peccato diſp. 2.q.8.p.2.n.4. 454

Qualitas vitioſa tantum non dicitur peccatum Originale diſp.2. q. 1. p.2. nu.8. pag. de Peccatis 310

Qualitas blaſphemiæ explicanda eſt in confeſſione diſp 3.q.8.p.4.nu.2. 658

Quantum temporis requiratur ad præſcriptionem Priuilegiorum d. 1. q. 3. p. 8 §.6.nu.13. pag. de Legibus, & Priuilegijs 332

Quo tempore incurratur peccatũ omiſſionis, & ipſius culpa diſp.2. q.4. p 4. n. 3. 4. & 5. 388 & 389

R

Ratio formalis peccati omiſſionis in quo conſiſtat diſp.2.q 2. p.1. nu.14 pag. de peccatis 314.

Reatus tantum non eſt peccatum originale diſp.2. q. 1. p.2. nu.9. pag. de peccatis 310

Rectores Eccleſiarum alienantes bona eccleſiaſtica abſque ſolemnitate requiſita, an priuentur ipſo facto beneficio diſp.1 q. 1. p.7. §.2. nu. 16. 98

Refectio quotuplex ſumi poſſit in die ieiunij diſp.vlt. q.1. p.3. 1091

Refectio qua hora ſit ſumenda in die ieiunij d. vlt.q.1. p.4. 1099

Regina Regni domina poteſt ferre leges diſp. 1. q.1. p.3. nu.8. 19

Regina Regni domina an poſſit contracto matrimonio ferre leges ibid. nu. 9.

Regina coniux Principis condentis legẽ tenetur ex natura rei legem conditam

ſeruare

ſeruare diſp.1.quæſt. 1. pun.7. num.10. 64
Regula ad dignoſcendum an conſenſus ſit ſufficiens ad mortale peccatum diſp 2. quæſt.1.pun.3.num.19.pag.de peccatis. 331
Regulæ Cancellariæ non ſunt propriè leges d.1.q.1.pun.4.num.14 39
Regulæ ad dignoſcendam obligationem legis d.1.q.1.pun.7.toto §.4 114
Regulæ ad dignoſcendum an lex irritet aliquem actum ipſo facto diſput.1 q.1. pun.7.§.5 num.4 128
Religionem an poſſint vouere coniuges. Vide litteram C. verbo coniuges.
Religionem ex iuſta cauſa impediens ſi promiſit matrimonium, tenetur ſoluere partem expenſarum in obtinenda diſpenſatione factarum diſp.1. q.2.pun. 11.num. 162
Religionis votum ad quid obliget vide litteram V.verbo votum.
Religioſi cuiuſcunque ordinis gaudent priuilegio libertatis eccleſiaſticæ diſp. 10.q.2.pun.1.§.2.num.4 978
Religioſi, qui patrato delicto religionis habitum aſſumunt, an gaudeant priuilegio fori ibidem nu.6 979
Religioſi an teneantur ad ieiunia, quæ in oppido, vbi monaſterium habent, ſeruantur diſput vlt.quæſt.1.pun.6.num 5. 1204
Religioſorum Prælati quomodo ſe debeãt gerere in inquirendis ſuorum religioſorum delictis diſp.10.q.2. pun.5. num.16 1012
Religioſorum vota à quibus poſſint tolli diſp.4.q.2.pun.7 §.4 nu.9 846
Religioſorum delicta quomodo ſint à ſuis Prælatis inquirenda diſp.10.q.2. pun.5. num.16 1011
Religioſus è religione egreſſus vt parentibus ſuccurrat, quomodo teneatur ſeruare præcepta religionis diſput.6. q.vnica pun.5.nu.9 902
Religioſus quænam vota poſſit emittere abſque ſuperioris conſenſu diſp.4. q.2. pun.7 §.2.num.34 831
Religioſus an poſſit eleemoſynam facere vide litteram E. verbo eleemoſyna.
Religioſus diſcedens à proprio monaſterio, non tenetur præciſo ſcandalo ſeruare leges, quæ ſeruantur in monaſterio, vbi manet tanquam peregrinus d.1. q.1.pun.6.num.37 74
Religioſus Franciſcanus non ieiunans die Veneris, in quem incidit aliqua vigilia, eſt reus duorum peccatorum diſp.2.q.4. pun.3.nu. 384
Reliquiarum nomine quid intelligatur d. 3.q.1.pun.4.nu.1 482
Reliquias habens ad collum appenſas, nõ committit ratione illarum nouum peccatum in confeſſione aperiendum, ſi tũc temporis furetur, vel fornicetur &c. d.3 q.1.pun.4.num.8 487
Reliquias ſurripiens peccat peccato furti, & ſacrilegij ibid.num 9
Reliquiæ Sancti nondum canonizati non ſunt publicè exponendę diſp.3.q.1.pun. 2.num.2 475
Reliquiæ adorandæ ſunt, & deuotè cuſtodiendæ diſp.3.q.1.pun.4. nu.3 482
Reliquiæ an adorandæ ſint abſolutè an ſub conditione diſp.3.q.1. pun.4.num.5 483
Reliquiæ an poſſint ab Epiſcopo approbari non ſolum in Diœceſi, verum etiam extra Diœceſium ibid.num.5 485
Reliquiæ, quæ dicuntur eſſe in vno loco alijs perhibẽtibus eſſe in alio, an poſſint abſolutè adorari ibid.nu. 6 486
Reliquiæ poſſunt appenſæ ad collum deferri ibid num.7
Reliquiis eadem adoratio tribuitur, quæ tribuitur perſonæ, cuius ſunt reliquiæ d. 3.q.1.pun.4. num.4 483
Reliquiis poſſunt accendi cerei diſp.3. q.1. pun.4.num.10 488
Remedia adhibenda ad arcendos ſcrupulos vide litteram S. verbo ſcrupuli.
Remedia adhibenda cõtra Maleficia quænam ſint diſp.3. quæſt.5 pun.5.num.10. 605
Renunciatio diſpenſationis acceptatæ à diſpenſante, inualidat diſpenſationem, ſi ea nondum executioni demandata non fuerit diſp. 1.q 2. pun.10.§.2.num. 3 257
Renunciatio diſpenſationis, an poſſit reuocari ibid. num.5 257
Renunciatio tacita priuilegii eſt cauſa ſufficiens amiſſionis priuilegii diſp. 1.q.3. pun.8.§.6.pag.de legibus, & priuilegiis 333
Reo an poſſit conſuli fuga, vel inſtrumenta præberi vt fugiat diſp. 10. q.3. pun.2. num.19 1059
Res, quæ vſibus ſacris inſeruiunt, in prophanos vſus cõuerti non poſſunt d. 3. q. 1.pun.4

Digitized by Google

1.pun.4 num.14 489

Res quandonam dicatur integra in materia iudiciali diſp.1.q.3.pun.3 §.1.nu.12. pag.de legibus, & priuilegiis. 310

Reſcriptum Apoſtolicum de mandato Papæ expediens quas conditiones habere debeat diſp. 1.q.2. pun.2.num.1 & ſeq. 198

Reſcriptum aliud eſt gratiæ, & aliud Iuſtitiæ d.1.q.2.pun.4.nu.1 209

Reſcriptum an. & quomodo vitietur per ſubreptionem diſp.1. q.2 pun. 4. à nu. 14 vſq; ad 21 215.& 216

Reſcriptum quam vim habeat ob clauſulam motu proprio in eo poſitum ibid. nu.23 219

Reſcriptum obtinens, quo poſſit diſpenſari à Confeſſario, poteſt diſpenſationem à quouis poteſtatem habente obtinere d.1.q.2.pun 7.nu.6 243

Reſcriptum obtinens à Sede Apoſtolica ad diſpenſandum, non poteſt per aliū diſpenſationem expedire d.1.q.3.pun. 8.§.1.nu.18.pag. de legib. 306

Reſiliens à promiſſione matrimonij ob ſuperuenientem in altero contrahente deformitatem, non tenetur ſoluere integras expenſas diſpenſationis d.1.q.2. pun.11.nu.7 262

Reſiſtens ſine iuſta cauſa legi iuſtæ, an incurrat aliquam culpam, ſi eius cauſa non acceptetur d.1.q.1.pun.4 num 39. 49

Reſpublica, quæ per ſe, gubernatur, poteſt ferre leges d.1.q.1.pun.3. num 10. 20

Reſpublica non poteſt dies feſtos inſtituere d 5.q.vni.pun.1.nu.4 867

Reſtituens per vim abſolutam non ſatiſfacit præcepto Iuſtitiæ d.1.q.1.pun.10. nu.7 116

Reſtitutio an ſit facienda eorum, quæ acceptata, & conſumpta fuerunt tempore neceſſitatis extremæ d.3.q.4.pun. 6. nu.16 544

Reſtitutio legis efficit vt lex vim obligandi amittat iuxta reſtrictionis qualitatē d.1 q.1.pun.vlt § 1.nu.7 164

Reuelationem habens ſuæ damnationis an adhuc ſperare poſſit d.3 q. 3.pun. 2. nu.4 521

Reuocatio Priuilegij facta per legem, vt valeat, requiritur reuocationis publicatio d.1.q.3 pun.8.§.3.nu.20.pag. de priuilegijs. 323

Reuocatio prioris legis inducit nouam legem d 1.q.1.pun.vlt §.1.nu.1 164

Reus non tenetur ſubire pœnam ante ſententiam, quæ eſt tantum comminatoria d.1.q.1.pun.7.§ 3.nu.13 97

Reus, qui ob delictum non eſt ipſo facto priuatus bonis, ſed priuandus, poteſt ante ſententiam bona diſtrahere, locare, vendere &c.ibid n. 14

Reus, quandonam teneatur ſubire pœnam ante iudicis ſententiam ibidem num.15 98

Reus, qui veritatem in iudicio negauit, an teneatur pœnam ſoluere, quam ſoluiſſet veritate detecta d.1 q.1. pun. 7.§. 2.nu 21 100

Reus quas pœnas teneatur poſt ſententiā Iudicis ſubire ibid n 29 103

Reus tenetur ſi petatur ſoluere pecuniam ad quam fuit condemnatus ibid.nu.30. 103

Reus an teneatur ſecuta ſententia per ſe ipſum bona fiſcho deferre, an ſatisfaciat non impediendo ibidem num. 31. 104

Reus tenetur ſecuta ſententia in exilium proficiſci, perſiſtere in carcere, aſcendere ſcalas patibuli &c. ibidem num.32 105

Reus an poſſit ſibi venenum propinare, vel abſtinere à cibo &c. iubente iudice ibid.nu.34 105

Reus, qui iniuſtè eſt condemnatus ad ſoluendam pecuniam, poteſt compenſationem facere d.1.q.1.pun.7.§.3 nu.6. 109

Reus læſæ Maieſtatis in perſonam principis priuatur Eccleſiaſtica immunitate d 3.q.7.§ 4 nu.22 637

Reus, qui ob aliqua delicta priuatur immunitate; ob aliqua verò non, non poteſt capi in Eccleſia ob delicta, quibus non eſt adiuncta immunitate priuatio ibid nu.23 637

Reus per vim extractus ab Eccleſia, cui Eccleſiæ reſtituendus ſit d 3.q.7.§.5.n. 3 640

Reus, qui ad locum immunem confugit, an ſit tradendus Curiæ ſeculari d.3.q.7. §.7.nu 1 646

Reus qua cautione conſignandus ſit Curiæ ſeculari ibid.nu 2

Reus exiſtens in loco, vbi dies feſtus non celebratur licet celebretur, in loco Iudicis, vel è contra, an poſſit citari, diſp. 5.q.

5.q.vnica pun.2.nu.19 876
Reus an teneatur ad reſtitutionem fracti carceris, in quo iniuſtè detinebatur d. 10.q.3.pun.2.nu.17 1059
Reus non tenetur ad reſtitutionem Reipublicę, vel Actoribus, dum carcerem frangendo occaſionem præbet alijs fugiendi ibid.nu 18
Reus in quibus caſibus licitè decipere poſſit cuſtodem carceris, vt poſſit fugere d. 10.q.3.pun.2.nu 20.& 21 1060
Reus non tenetur in conſcientia obedire ſententiæ iniuſtæ ibid.n.22 1061
Reus negans veritatem in Iudicio non tenetur pœnam ſoluere, quam ea detecta non ſoluiſſet ibid.nu.23 1062
Reus qui crimen ſuum cõfeſſus eſt in quibus caſibus poſſit de crimine ſociorum interrogari diſp.10.q.2.pun.5.num.17. 1013
Reus, ſi è loco ſacro extrahatur, quandonam ſit cauſa vt extrahentes ſacrilegiũ committant d 3.q.7.§.1.nu.10 622
Reus an capi poſſit à Satellibus dum amplexatur Sacerdotem deferentem Euchariſtiam ibid.nu 11 624
Reus iuridicè non interrogatus, nõ tenetur veritatem in Iudicio aperire d. 10. q.3.pun.2.nu.1 1052
Reus an teneatur veritatem fateri, ſi dubitet an ſeruato iuris ordine interrogetur ibid.nu.4 1053
Reus in quibus caſibus teneatur in iudicio veritatem aperire ibidem num.5. 6.& 7.
Reus non eſt cogendus à Confeſſario ad retractandam veritatem in iudicio, quã prius negauerat, ſi hoc prę ſtando damnaretur ad mortem ibid.nu.8 1055
Reus non peccat contra iuſtitiam aperiendo crimina teſtium ad infirmanda eorum dicta ibid.nu.10 1056
Reus an peccet contra iuſtitiam dum accuſatori mendacij, vel calumniæ notã imponit, & quandonam hoc præſtando teneatur ad reſtitutionem ibid.n.11 & 12
Reus etiam poſt ſententiam poteſt è carcere fugere, illum etiam frangendo, niſi iurauerit ibi manere ibid.nu.13 14.& 16 1057
Reus qui è carcere licitè fugere poteſt, poteſt etiam fugere ne capiatur, neque comparere tenebitur, ſi ei malum immineat ibid.nu.15 1058
Rex poteſt pro ſuo Regno leges ferre d.1. q.1.pun.3 n.7 19
Rex non poteſt Epiſcopos conuocare, ne Eccleſiaſtica libertas minuatur d.10.q. 2 pun.1.§.1 nu.14 967
Ridens immoderatè peccat venialiter ex ſuo genere d.2.q 3.pun 3 nu.8 341
Ritus Infidelium an licitè permittantur d.2.q.2 pun.7.nu.4 318
Rœthi, qui nouum Calendarium non acceptarunt, ſi ſe transferant Mediolanum quo tempore in proprio loco non eſt perfecta Quadrageſima, Mediolani verò ſit completa, carnibus, & lacticinijs veſci poſſunt d.1.q. 1.pun.6. nu. 64 85
Ruſticus faciens aliquid contra legẽ conſulto parocho, non peccat d.1.q.8.pu. 3.nu 16 464

S

SAbbatum quid ſignificet diſp.5.quæſt. vnica nu 2 866
Sabbatum cur Eccleſia mutauerit in diem Dominicam ibid. num.3
Sacerdos deferens Euchariſtiam an gaudeat immunitate, ita vt reus illum amplexans capi nequeat diſp. 3.q.7.§ 2.n. 11 614
Sacerdos non poteſt abſque licentia in votis diſpenſare diſp.4 q.2.pun.7.§.4.num. 26 859
Sacerdos latinus tranſiens per Græciam, & Græcus tranſiens per Eccleſiam latinam, poſſunt tam in Azymis, quam in fermentato conficere diſp.1.q.1. pun.6. num.63 85
Sacerdos vnica recitatione diuini officij ſatisfacit tam obligationi beneficij, quã ordinis diſput.1.quæſt.1.pun.9. num.6 153
Sacerdotem occidens cõmittit plura peccata diſp.2 q 4. pun.3. num.8 384
Sacramenta adminiſtrans an poſſit opinioni probabili adhærere relicta probabiliore diſput.1. q.4 pun.9. num.18.& 19 432
Sacramentum Pœnitentiæ recipiens ſine dolore, non ſatisfacit præcepto confeſſionis diſp.1. quæſt.1. pun.9 numero 3. 152
Sacrarum rerum nomine, quarum violatione ſacrilegium incurritur, quænam veniant d.3.q.6.pun. vnico num.4. 608

Digitized by Google

Sacrilegium quid ſit diſp.3.q.6. pun.vnico num.1 608
Sacrilegium per quas res ſacras læſas incurratur ibid.nu. 2
Sacrilegium per quas perſonas lęſas incurratur ibid num.3
Sacrilegium, & excommunicatio incurritur effringendo, & ſpoliando eccleſias, & quomodo explicetur hæc excommunicatio ibid.nu. 0.11.12. & 13 609
Sacrilegium committitur per iniurioſam ſanguinis, vel ſeminis effuſionem ibid. num 15 610
Sacrilegium committit, qui perſonas è loco ſacro extrahit exceptis aliquibus caſibus ibid.num.16 610
Sacrilegium committit qui aliquid in eccleſia quomodocunque exiſtẽs, furatur ibid.nu.17
Sacrilegium non committit qui in eccleſia exiſtit animo furandi, vel aliquem occidendi, modò non intendat delictũ ibi committere ibid.nu. 18 611
Sacrilegium eſt peccatum mortale ex ſuo genere diſp. 3. q. 6. pun. vnico num. 19. 611
Sacrilegium quandonam ſit explicandum in confeſſione ibid.num.20 611
Sacrilegium contra loci ſacri reuerentiã, & immunitatem in quibus caſibus committatur diſp.3.q.7.§.2. num.10 622
Sacrilegium committit qui per vim delinquentes extrahit è loco ſacro diſp. 3. q. 7.§.6.num.1 641
Sacrilegium committit qui furatur in eccleſia, quamuis non intendat iniuriam inferre eccleſiæ diſp.2. q 4. pun.1.num. 10 362
Sacrilegium in quibus caſibus committatur diſp 3.q.6. pun.vnico num. 5.6.7.& 8 608
Sacrilegium ob quænam loca prophanata incurratur ibid.num.9 609
Solus alia dicitur prima, alia ſecunda diſp. 3.q.2.pun.2 nu.3 495
Sancti adoratione ſunt digni vide litteram A.verbo Adoratio.
Sancti nondum in numerum Sanctorum relati digni ſunt adoratione reſpectiua non verò publica diſp. 3. quæſt. 1.pun.2. num.2 474
Sancti huiuſmodi poſſunt oſculari, priuatim inuocari in orationibus &c. ibidem
Sancti huiuſmodi reliquias non licet publicè adorandas exponere ibid. 475
Sancti nondum canonizati non poſſunt in officijs, & orationibus publicis inuocari ibid.num.2 475
Sanguinem voluntariè effundens in eccleſia duplex peccatum committit d.2. q.4 pun.3.num.9 385
Sanguis qui aliquando apparet in Sacramento, adorandus eſt adoratione latriæ diſp.3.q.1.pun.2.nu.8 478
Satellites an poſſint capere reum amplexantem Sacerdotem Euchariſtiam deferentem diſput.3.quæſt.7.§.2.num.12. 614
Satisfactio à quo prius ſit exhibenda, quãdo duo ſibi inuicem iniuriam intulerunt diſp.3.q.4.pun.3 num.6 530
Saxum proijciens per feneſtram nihil aduertens ad periculum peccati, non peccat diſp.2.q.2.pun.3.num.6.pag.de peccatis. 329
Saxum proijcienti, quod putat eſſe pomũ, non imputatur homicidium ſi quem occidat ibid.,num.7
Scandali cauſa quandonam quis dicatur diſp.2.q 4.pun.2 §.vnico nu.17 374
Scandalum quotuplex ſit diſp. 2. q. 4.pun. 2.§.vnico num 1.2.3 4.5 6.& 7 370
Schiſma quid ſit diſp.3.q.4.pun.vlt.§.5.nu. 1 571
Schiſma eſt mortale grauiſſimum ex ſuo genere diſput.3. q.4.pun.vlt.§.5.num.3. 574
Schiſma an vnam tantummodo malitiam habeat ibid.num 5
Schiſmatici quinam dicantur diſp. 3. q. 4. pun.vlt.§.5.num.2 572
Schiſmatici à quibus poſſint abſolui ibid. num.6 575
Schiſmatici quibus pœnis afficiantur ibid. num.7.9.& 10
Schiſmatici an amittant iuriſdictionem antequam nominatim denuncientur ibid.num 8
Schiſmatici an incurrant ipſo facto priuationem beneficiorum, quæ ante Schiſma poſſidebant ibid.num.11 578
Schiſmatici non ſunt irregulares, niſi ſint notorij ibid nu.12
Schiſmatis peccatum quinam committãt, ſeu quinam dicantur Schiſmatici diſp.3. q.4.pun.vlt.§ 5.num 2 572
Scholares, qui ſe aliquò transferunt ſtudiorum cauſa, ibi non contrahunt domicilium diſp 1 q.1.pun.6. num. 41 76
Scholares ſepeliendi ſunt in loco vbi ſtudiorum cauſa manent, niſi alibi ſepultu-

nmni abſque determinatione loci, valet vbique terrarum ibid. num.3

priuilegium vnum eſt fauorabile, alterum verò odioſum diſp 1.quæſt 3. pun.7. § 1 num.1 286

priuilegium explicandum eſt iuxta verborum proprietatem ibid. nu.2

priuilegium fauorabile latè eſt explicandum, quantum rationabiliter iudicatum fuerit ſeruata verborum proprietate d. 1.q.3 pun.7 §.1.nu.4 287

priuilegium odioſum ordinariè ſtrictè eſt interpretandum, & explicandum ibid. num.5

priuilegium in iure communi contentum non eſt ſtrictè explicandum ibidem nu. 6 288

priuilegium contra ius commune,& etiam contra ſtatutum,vel conſuetudinem,niſi aliter conſtet de mente concedentis ſtrictè eſt explicandum ibidem num.8. 289

priuilegium, quod conceditur ad inſtar alterius, quomodo explicandum ſit diſp. 1.q.3.pun.7.§.1 num.10 291

priuilegium cenſetur ſolum conceſſum perſonis,& rebus,quæ ſunt in priuilegio expreſſæ,vel aliquo modo comprehenſæ propter ſignificationem vocis, vel materiæ connexionem, vel ob iuris diſpoſitionem diſp.1.q.3.pun.7.§.2.num.1 294

priuilegium conceſſum religioſis alicuius ordinis extenditur ad moniales illius ordinis, modò illis adaptari poſſit, vel niſi aliter in priuilegio exprimatur ibi. num.2 295

priuilegium conceſſum filiis extenditur ad filias. & priuilegium conceſſum fratrib. extenditur ad ſorores ibidem num. 3. & 4 295

priuilegium conceſſum bonis mariti extenditur ad bona vxoris, vbi bona coniugum ſunt communia ibid. num.5

priuilegium ſacerdoti conceſſum vt celebrare poſſit tempore interdicti, extenditur etiam ad illum, qui miſſæ inſeruit ibid.num.6

priuilegium alicui conceſſum vt tempore interdicti diuina officia audiat, extenditur etiam ad ipſius familiares ibidem nu.8 296

priuilegium non poteſt extendi ad alios caſus, vel perſonas propter ſimilitudinē rationis ibid.num. 12

priuilegium perſonale amittitur per mortem illius,cui conceſſum fuerat d 1.q 3. pun.8.§.1. nu 1 299

priuilegium reale non ſpirat morte priuilegiarii ibid.num 2

priuilegium quandonam cenſeatur perſonale, & quandonam reale ibid.nu.3

priuilegium perſonale vt teneat ſufficit vt is, cui diſpenſatio committitur exiſtat in dignitate tempore impetrationis, ſeu datæ ibidem num. 17. pag.de priuilegiis 305

priuilegium quid ſit diſp 1.q.3.pun.1.nu.1 265

priuilegium quotuplex ſit ibidem num.2

priuilegium vnum eſt ſcriptum, alterum verò non ibid.num 3 266

priuilegium vt conſuetudine introducatur quantum temporis requiratur ibidem num.4

priuilegium aliud reale, & aliud eſt perſonale ibid.nu.5 267

priuilegium reale, aut perſonale quodnā ſit ibid. nu 6

priuilegium in dubio an iudicandum ſit reale,aut perſonale ibid nu.7

priuilegium vnum eſt gratioſum, aliud verò remuneratorium ibid. nu.8

Priuilegium vnum eſt conuentionale,& alterum purum ibid. num.9. 267

priuilegium aliud reſpicit immediatè bonum commune, aliud priuatum ibidem nu.10 268

priuilegium vnum eſt fauorabile, & alterū odioſum ibid num.11

priuilegium vnum eſt perpetuum, & alterum temporale ibid.num.12 269

priuilegium non ſemper finitur morte concedentis ibid.num.13. & 14 269

priuilegium vnum eſt in foro interno,alterum in externo ibid.n.16 270

priuilegium a quibus poſſit concedi d.1.q. 3.pun.2. nu.1.2.3 & 4 270

priuilegium contra ius poteſt concedi ſubditis aliqua ratione ibid.nu.5 271

priuilegium poteſt obtineri abſque mandato,vel ſcientia illius, pro quo obtinetur diſp.1.q.3.pun.3.num.1 272

priuilegium gratioſe conceſſum vt valeat, debet acceptari ab eo, cui conceditur, vel ab eius nuncio ibid.nu.5 273

priuilegium alicui conceſſum ante acceptationem, poteſt à concedente reuocari ibid.nu.12 275

priuilegium aliud eſt merę libertatis,aliud neceſ-

Digitized by Google

neceſſitatis ibid num 13 276
priuilegium obtinens per nuncium, ne poſſit ab alio excommunicari, iſte priuilegio ſtatim gaudebit, poſtquam ab ipſius nuncio fuerit acceptatum ibid num. 14. 276
priuilegium prodeſt priuilegiario antequã innoteſcat illi, in cuius damnum conceditur ibid n. 16 277
Priuilegium vt ceſſet in totum requiritur vt actus contrarius aduerſetur toti priuilegio d. 1. q. 3. pun. 8. §. 6. nu. 11. pag. de leg. 332
Priuilegium nunquam amittitur per vſum ipſi contrarium, præciſa tamen legitima præſcriptione, & modò priuilegiũ non conſiſtat in vnico actu, ſed habeat tractum ſucceſſiuum ibidem num. 11. pag. de priuilegijs. 332
Priuilegium, quod habet tractum ſucceſſiuum non amittitur per quemlibet actum contrarium priuilegio ibidem nu. 14
Priuilegium amittitur per contrarium vſum in vtroque foro non ſolum per legitimam præſcriptionem, verum etiã per tacitam renunciationem ibidem num. 16
Priuilegium regulariter non amittitur ipſo facto per abuſum d. 1. q. 3. pun. 8. §. 7. nu 1. pag. de priuileg. 334
Priuilegium amittit ipſo iure quoad effectum qui eo abutitur vltra limites ipſius priuilegij d. 1. q. 3. pun. 8. §. 7. nu. 5 336
priuilegium ritè, ſimpliciter, & ſine conditione obtentum, non ceſſat morte cõcedentis d. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. n. 19 pag. de priuilegijs. 307
priuilegium quomodo dignoſcatur eſſe conceſſum in fauorem, & perſonæ in priuilegio deſignatæ, & perſonæ, cui facultas delegatur ibid. nu 20 309
priuilegium quandonam dicatur obtentũ vel obtinendum ibid nu. 21
priuilegium non ieiunandi, vel celebrandi in Oratorio priuato &c. alicui conceſſum, non ſpirat morte concedentis ibid. nu 27 312
priuilegium ante mortẽ concedentis non acceptatum, ceſſat morte ipſius concedentis ibid. nu. 28
priuilegium finitur lapſu temporis præſcripti, ſeu ceſſatione conditionis, ſub qua conceſſum fuerat d. 1. q. 3. pun. 8. §. 2. n. 1 pag. de priuilegijs. 314
priuilegium conceſſum ad vnum actum tantum, ceſſat eo finito ibid n. 2
priuilegium ad beneplacitum concedentis conceſſum ceſſat eo mortuo ibidem nu. 3
priuilegium, quod eſt contra leges, & ius alterius amittitur, & finitur ceſſante tota ipſius cauſa ibid. nu. 4 314
priuilegium aliud eſt contra leges, & ius alterius, aliud verò non ibidem num. 5 314
priuilegium gratuitum non oneroſum, quo ſubdito, non alteri conceditur facultas faciendi contra ius, poteſt ex iuſta cauſa à concedente, vel à ſucceſſore, vel ab eius ſuperiore reuocari d. 1. q. 3. pun. 8. §. 3. à nu. 1. vſq; ad 8. pag. de priuileg. 316
priuilegium quandonam expreſsè reuocetur ibid. nu. 11 318
priuilegium à Papa in foro externo conceſſum non reuocatur per clauſulam generalem priuilegia reuocantem ibid. nu 12 318
priuilegium quandonam tacitè reuocetur d. 1. q. 3. pun. 8. §. 3. nu. 14 320
priuilegium contentum in corpore iuris non cenſetur reuocatum per legem ſubſequentem, niſi illius fiat mentio ibid. nu. 15. & 16
priuilegium præcedens non inſertum corpori iuris an reuocetur per ſubſequens priuilegium ibid. nu. 17. pag. de priuilegijs. 321
priuilegium reuocatur per ſententiam iuſtam contra priuilegium latam ab habẽte poteſtatem priuilegia auferendi, modò priuilegij conſcius ſit ibid. num. 18. pag. de legib. & priuileg. 322
priuilegium amittitur per voluntariam renunciationem factam à priuilegiario & acceptatam a concedente diſp. 1. q. 3. pun. 8. §. 4. num. 1. 2. & 3. pag. de priuilegijs. 324
priuilegium vnum eſt affirmatiuum, & aliud negatiuum, & quotuplex ſit affirmatiuũ d. 1. q. 3. pun. 8. §. 5. n. 1. & 2. 325
priuilegium affirmatiuum quod vergit in grauamen aliorum, amittitur per non vſum ibid. nu. 3. pag. de priuilegijs. 326
priuilegium, quod non vergit in aliorum grauamen, regulariter non amittitur per non vſum ipſius priuilegij ibid. nu. 4. & 5

Digitized by Google

priuilegium in quibus caſibus amittatur per non vſum ibid.nu.5 137
priuilegium amittitur per vſum materialiter, & formaliter contrarium priuilegio d.1.q.3. pun.8. §.6.nu.1.pag.de priuileg. 328
priuilegium à Papa iudici laico conceſsũ iudicandi, & puniendi Clericos reuocari poteſt diſp. 10.q. 2.pun.1.§.3.num.3. 981
priuilegium conceſſum ſine ſcriptura non ſpirat morte concedentis d.1.q.1.pun.4 nu.51 53
priuilegium per ſubreptionem obtentum an valeat, ſi apponatur in reſcripto clauſula, motu proprio d.1.q.2.pun.4. n.21 227
priuilegium conceſſum motu proprio abſque recipientis diſpenſatione, valeat, ſi veritas ſola taceatur ibidem num. 22. 229
priuilegium quam vim habeat ob clauſulam, motu proprio, in eo poſitum ibid. nu.23
probatio ſemiplena quid ſit d.10.q 2.pun. 5.nu.5 1007
proceſſui facto contra Reum à Curia ſeculari, vt Reus extrahi poſſit è loco ſacro, an teneatur Epiſcopus ſtare. Vide L.E. v. Epiſcopus.
proceſſus contra Clericum exemptum à laico Iudice factus, non tenet d.10.q.2. pun.1.§.1.nu.6.& 7 963
procurator quale pretium percipere poſſit eius officium exercendo d.10.q.3.pu. 4.nu 9 1074
procurator, qui certum ſtipendium habet ſingulis annis, an poſſit totum illud exigere, ſi alium ſubſtituat tradito ſolum dimidio ibid.nu.12 1076
procurator quandonam poſſit à Cliente recipere ſtipendium Notario dari conſuetum ibid n.13
procurator qui ſpontè ſine pretio cauſam clientis ſuſcepit, an poſſit finita cauſa ſtipendium exigere ibidem num. 14. 1077
procurator an poſſit fungi Aduocati, vel Notarij officio, corumque ſtipendium recipere ibid.nu. 5 1078
procurator peccat differendo, expeditionem cauſæ cum damno Clientis ibid.n. 16 10 9
procurator quam ſcientiam habere debeat d.10. q.3.pun.vlt.nu.1 1079
proditores non gaudent Eccleſiaſtica immunitate d 3.q.7.§.4.nu.14 634
proditoriè occidens infidelem nihil tale præuidens, an gaudeat immunitate d. 3.q 7.§.4.nu.15 634
proditoriè aliquem occidere attentans ſolum, an priuetur immunitate ibidem nu 16
profeſſus in vna Religione, quam aliam eſſe credebat, inualidè eſt profeſſus d. 4.q. 2.pun.3.§.2.nu.4 745
prohibitio iuris naturæ reſpectu peccatorum iuri naturæ oppoſitorum conſiſtit in diſconuenientia rei cum natura rationali d.2.q.2.pun.1.nu 4.pag. de peccatis. 321
prolis legitimationis clauſula in reſcriptis poſita quid operetur d.1.q.2.pun.2. nu.18 204
promiſſio facta contra priorem validam non obligat d.4.quæſt.1.pun 6. num. 1. 679
promiſſio per dolum, vel errorem extorta, non habet vim voti d.4.q 2.pun.1.n. 7. 727
promiſſio facta contra prius votum validum, non tenet d.4.q.2.pun.4. §.6.nu.1. 761
promiſſionem matrimonij non ſeruans ob ſuperuenientem deformitatem in altero contrahente, non tenetur ad integras diſpenſationis expenſas d 1.q. 2. pun.11.nu.7 262
promulgatio legis ad hoc vt obliget neceſſaria eſt d 1.q.1.pun.4.nu.6 38
promulgatio vbi, & quotuplex facienda, vt lex obliget ibid.n.15 40
promulgationis nomine quid intelligatur d.1.q 1.pun.4.nu.6 38
propenſio in homine vna eſt rationalis, & altera ſenſitiua d.2.q.2.pun.1.nu.8.pag. de peccatis. 323
proponens non vti diſpenſati one an poſſit ea vti mutata voluntate d.1.q.2.pun. 10 §.2.nu 5 257
proprietas verborum, vna eſt ciuilis, naturalis altera d.1.quæſt.1. pun. 8. num. 1. 137
prouinciæ non habentes in particulari caſu legem, an teneantur caſum illum decidere iuxta legem Pontificiam, vel Imperatoriam d.1 quæſt.1.pun.3. num. 5. 18
proximi nomine quiſnam intelligatur d. 3.q.4.pun.3. 517

pro-

Digitized by Google

Proximo maledicere nõ eſt propriè blaſphemare diſp.3.queſt.8.punct.3. num. 4 656
Proximus diligendus eſt diſp.3. quæſt. 4. punct.3.nu.1. 527
Proximus vnus an magis diligendus ſit, quàm alius in neceſſitate diſp.3.quæſt. 4. punct.5. nu. 1. 534
Proximus an ſit corrigendus quando ex ignorantia peccat diſp.3.quæſt.4 punc. 7. nu. 10. 556
Pubes quinam dicatur diſp. 4. quæſt. 2. p. 7.§. 2.n. 20. 825
Publicatio reuocationis priuilegij requiritur ad hoc vt ipſa reuocatio valida ſit d.1.q.3.p.8 §3. nu.10. pag. de Priuilegijs 323
Pudenda abſq; iuſta cauſa oſtendens peccat mortaliter diſp.2. quæſt.4. punct.2. §. vnico nu. 30. 378
Puella, quæ ſe præbet adoleſcenti conſpicienda, à quo ſe credit turpiter concupiſcendam, mortaliter peccat diſp. 2. quæſt.4. p.2. §.vnico nu.27. 377
Puella, quæ per vim ab alio opprimitur, an teneatur pudicitiæ in valorem occidere diſp.8. quæſt. vnica puncto vnico num.9. 944
Puella, quæ per vim opprimitur an teneatur clamare, & opem implorare, ne violetur ibid. n. 10. 945
Puellæ an poſſint recipi ĩ monaſterijs Monialium diſ.1. quæſt.1. p.3. nu.20. 26
Puer moriens cum ſolo originali punitur pœna damni non ſenſus diſp. 2. quæſt. 1. p.4. n.2. & 7. pag. de peccatis 316 & 317
Pueri adducendi ſunt in Iudicium ibid. nu.8. 318
Pueri carentes vſu rationis non aſtringuntur legibus diſp.1.q.1.pun.6.n.6. 63
Pueri vſu rationis pollentes obligantur ſtatim legibus Eccleſiaſticis ibid. num. 8. 64
Pueri quando dubitatur an habeãt vſum rationis, non poſſunt veſci lacticinijs in die ieiunij, ſi compleuerunt ſeptenniũ ibid.nu.9. 64
Pueri excuſantur à ieiunio diſp.vlt quæſt. 1. p. vlt. nu. 6. 1107

Q

Qvadrageſimę tempore obtinens diſpenſationem veſcendi carnibus, ſi in alia quadrageſima hanc eandem petat, non tenetur prioris mentionem facere diſp.1.q 2.p.8.n.5. 246
Quadrageſimæ tempore diſpenſationem obtinens non ieiunandi ob infirmitatẽ tenetur ceſſante infirmitate ieiunare, diſp.1.quæſt.2.p.10. §.1.nu.6. 253
Quadrageſimæ tẽpore priuilegium obtinens veſcendi lacticinijs ob inopiam piſcis, & olei, non poteſt hoc priuilegio vti in loco vbi piſcis, & olei eſt copia diſp.1.quæſt.3.punct.6.nu.4 283
Quadrageſimæ tempore habens priuilegium non ieiunandi non amittit tale priuilegium, ſi poſt Paſcha ieiunet d 1. q 3. p 8. §. 6. nu. 3 pag. de Legibus, & Priuilegijs 329
Qualis damni periculum excuſet à tranſgreſſione legis humanæ, & à peccato diſp. 2.q.8.p.2.n.4. 454
Qualitas vitioſa tantum non dicitur peccatum Originale diſp.2. q 1. p.2. nu.8. pag de Peccatis 310
Qualitas blaſphemiæ explicanda eſt in confeſſione diſp 3.q.8.p.4.nu.2. 658
Quantum temporis requiratur ad præſcriptionem Priuilegiorum d. 1. q.3.p. 8 §.6.nu.13. pag. de Legibus, & Priuilegijs 332
Quo tempore incurratur peccatũ omiſſionis, & ipſius culpa diſp.2. q.4. p 4. n. 3.4. & 5. 388 & 389

R

Ratio formalis peccati omiſſionis in quo conſiſtat diſp.2.q 2. p.1. nu.14 pag. de peccatis 324
Reatus tantum non eſt peccatum originale diſp.2. q. 1. p.2. nu. 9. pag. de peccatis 310
Rectores Eccleſiarum alienantes bona eccleſiaſtica abſque ſolemnitate requiſita, an priuentur ipſo facto beneficio diſp.1 q. 1. p.7. §.2. nu. 16. 98
Refectio quotuplex ſumi poſſit in die ieiunij diſp.vlt. q.1. p.3. 1091
Refectio qua hora ſit ſumenda in die ieiunij d. vlt.q.1. p.4. 1099
Regina Regni domina poteſt ferre leges diſp. 1. q.1. p.3. nu.8. 19
Regina Regni domina an poſſit contracto matrimonio ferre leges ib d. nu. 9.
Regina coniux Principis condentis legẽ tenetur ex natura rei legem conditam

ſeruare

ſeruare diſp.1.quæſt. 1. pun.7. num.10. 64
Regula ad dignoſcendum an conſenſus ſit ſufficiens ad mortale peccatum diſp. 2. quæſt.2.pun.3.num.19.pag.de peccatis. 331
Regulæ Cancellariæ non ſunt propriè leges d.1.q.1.pun.4.num.14 39
Regulæ ad dignoſcendam obligationem legis d.1.q.1.pun.7.toto §.4 114
Regulæ ad dignoſcendum an lex irritet aliquem actum ipſo facto diſput.1 q.1. pun 7.§.5 num.4 128
Religionem an poſſint vouere coniuges. Vide litteram C. verbo coniuges.
Religionem ex iuſta cauſa impediens ſi promiſit matrimonium, tenetur ſoluere partem expenſarum in obtinenda diſpenſatione factarum diſp.1. q.2.pun. 11.num. 162
Religionis votum ad quid obliget vide litteram V.verbo votum.
Religioſi cuiuſcunque ordinis gaudent priuilegio libertatis eccleſiaſticæ diſp. 10.q.2.pun.1.§.2.num.4 978
Religioſi, qui patrato delicto religionis habitum aſſumunt, an gaudeant priuilegio fori ibidem nu.6 979
Religioſi an teneantur ad ieiunia, quæ in oppido, vbi monaſterium habent, ſeruantur diſput vlt.quæſt.1.pun.6.num.5. 1204
Religioſorum Prælati quomodo ſe debeāt gerere in inquirendis ſuorum religioſorum delictis diſp.10.q.2. pun.5. num.16 1012
Religioſorum vota à quibus poſſint tolli diſp.4.q.2.pun.7 §.4 nu.9 846
Religioſorum delicta quomodo ſint à ſuis Prælatis inquirenda diſp. 10.q.2. pun.5. num.16 1011
Religioſus è religione egreſſus vt parentibus ſuccurrat, quomodo teneatur ſeruare præcepta religionis diſput.6. q.vnica pun.5.nu.9 902
Religioſus quænam vota poſſit emittere abſque ſuperioris conſenſu diſp.4. q.2. pun.7 §.2.num.34 831
Religioſus an poſſit eleemoſynam facere vide litteram E. verbo eleemoſyna.
Religioſus diſcedens à proprio monaſterio, non tenetur præciſo ſcandalo ſeruare leges, quæ ſeruantur in monaſterio, vbi manet tanquam peregrinus d.1. q.1.pun.6.num.37 74
Religioſus Franciſcanus non ieiunans die Veneris, in quem incidit aliqua vigilia, eſt reus duorum peccatorum diſp.2.q.4. pun.3.nu. 384
Reliquiarum nomine quid intelligatur d. 3.q.1.pun.4.nu.1 482
Reliquias habens ad collum appenſas, nō committit ratione illarum nouum peccatum in confeſſione aperiendum, ſi tūc temporis furetur, vel fornicetur &c. d.3 q.1.pun.4.num.8 487
Reliquias ſurripiens peccat peccato furti, & ſacrilegij ibid.num 9
Reliquiæ Sancti nondum canonizati non ſunt publicè exponendę diſp.3.q.1.pun. 2.num.2 475
Reliquiæ adorandæ ſunt, & deuotè cuſtodiendæ diſp.3.q.1.pun.4. nu.3 482
Reliquiæ an adorandæ ſint abſolutè an ſub conditione diſp.3.q.1. pun.4.num.5 483
Reliquiæ an poſſint ab Epiſcopo approbari non ſolum in Diœceſi, verum etiam extra Diœceſium ibid.num.5 485
Reliquiæ, quæ dicuntur eſſe in vno loco alijs perhibētibus eſſe in alio, an poſſint abſolutè adorari ibid.nu. 6 486
Reliquiæ poſſunt appenſæ ad collum deferri ibid.num.7
Reliquiis eadem adoratio tribuitur, quæ tribuitur perſonæ, cuius ſunt reliquiæ d. 3.q.1.pun.4. num.4 483
Reliquiis poſſunt accendi cerei diſp.3. q.1. pun.4.num.10 488
Remedia adhibenda ad arcendos ſcrupulos vide litteram S. verbo ſcrupuli.
Remedia adhibenda cōtra Maleficia quænam ſint diſp.3. quæſt.5 pun.5.num.10. 605
Renunciatio diſpenſationis acceptatæ à diſpenſante, inualidat diſpenſationem, ſi ea nondum executioni demandata non fuerit diſp. 1.q 2. pun.10.§.2.num. 3 257
Renunciatio diſpenſationis, an poſſit reuocari ibid. num.5 257
Renunciatio tacita priuilegii eſt cauſa ſufficiens amiſſionis priuilegii diſp. 1.q.3. pun.8.§.6.pag.de legibus, & priuilegiis 333
Reo an poſſit conſuli fuga, vel inſtrumenta præberi vt fugiat diſp. 10. q.3. pun.2. num.19 1059
Res, quæ vſibus ſacris inſeruiunt, in prophanos vſus cōuerti non poſſunt d. 3 q. 1.pun.4

Digitized by Google

1.pun.4 num.14 489

Res quandonam dicatur integra in materia iudiciali diſp.1.q.3.pun.8 §.1.nu.12. pag.de legibus, & priuilegiis. 310

Reſcriptum Apoſtolicum de mandato Papæ expediens quas conditiones habere debeat diſp. 1.q.2. pun.2.num.2 & ſeq. 198

Reſcriptum aliud eſt gratiæ, & aliud Iuſtitiæ d.1.q.2.pun.4.nu.1 209

Reſcriptum an. & quomodo vitietur per ſubreptionem diſp.1. q.2. pun. 4. à nu. 14 vſq; ad 21 225.& 226

Reſcriptum quam vim habeat ob clauſulam motu proprio in eo poſitum ibid. nu.23 229

Reſcriptum obtinens, quo poſſit diſpenſari à Confeſſario, poteſt diſpenſationem à quouis poteſtatem habente obtinere d.1.q.2.pun.7.nu.6 243

Reſcriptum obtinens à Sede Apoſtolica ad diſpenſandum, non poteſt per aliũ diſpenſationem expedire d.1.q.3.pun. 8.§.1.nu.18.pag. de legib. 306

Reſiliens à promiſſione matrimonij ob ſuperuenientem in altero contrahente deformitatem, non tenetur ſoluere integras expenſas diſpenſationis d.1.q.2. pun.11.nu.7 262

Reſiſtens ſine iuſta cauſa legi iuſtæ, an incurrat aliquam culpam, ſi eius cauſa non acceptetur d.1.q.1.pun.4 num.39. 49

Reſpublica, quæ per ſe, gubernatur, poteſt ferre leges d.1.q.1.pun.3. num 10. 20

Reſpublica non poteſt dies feſtos inſtituere d 5.q.vni.pun.1.nu.4 867

Reſtituens per vim abſolutam non ſatiſfacit præcepto Iuſtitiæ d.1.q.1.pun.10. nu.7 106

Reſtitutio an ſit facienda eorum, quæ acceptata, & conſumpta fuerunt tempore neceſſitatis extremæ d.3.q.4. pun. 6. nu.16 544

Reſtitutio legis efficit vt lex vim obligandi amittat iuxta reſtrictionis qualitatẽ d.1 q.1.pun.vlt § 1.nu.7 164

Reuelationem habens ſuæ damnationis an adhuc ſperare poſſit d.3.q.3.pun.2. nu.4 521

Reuocatio Priuilegij facta per legem, vt valeat, requiritur reuocationis publicatio d.1.q.3 pun.8.§.3.nu.20.pag. de priuilegijs. 323

Reuocatio prioris legis inducit nouam legem d 1.q.1.pun.vlt §.1.nu.1 164

Reus non tenetur ſubire pœnam ante ſententiam, quæ eſt tantum comminatoria d.1.q.1.pun.7.§ 3.nu.13 97

Reus, qui ob delictum non eſt ipſo facto priuatus bonis, ſed priuandus, poteſt ante ſententiam bona diſtrahere, locare, vendere &c. ibid n. 14

Reus, quandonam teneatur ſubire pęnam ante iudicis ſententiam ibidem num.15 98

Reus, qui veritatem in iudicio negauit, an teneatur pœnam ſoluere, quam ſoluiſſet veritate detecta d.1 q.1. pun. 7. §. 2.nu 21 100

Reus quas pœnas teneatur poſt ſententiã Iudicis ſubire ibid n 29 103

Reus tenetur ſi petatur ſoluere pecuniam ad quam fuit condemnatus ibid.nu.30. 103

Reus an teneatur ſecuta ſententia per ſe ipſum bona fiſcho deferre, an ſatisfaciat non impediendo ibidem num.31. 104

Reus tenetur ſecuta ſententia in exilium proficiſci, perſiſtere in carcere, aſcendere ſcalas patibuli &c. ibidem num.32 105

Reus an poſſit ſibi venenum propinare, vel abſtinere à cibo &c. iubente iudice ibid.nu.34 105

Reus, qui iniuſtè eſt condemnatus ad ſoluendam pecuniam, poteſt compenſationem facere d.1.q.1.pun.7.§.3 nu.6. 109

Reus læſæ Maieſtatis in perſonam principis priuatur Eccleſiaſtica immunitate d 3.q.7.§ 4 nu.22 637

Reus, qui ob aliqua delicta priuatur immunitate; ob aliqua verò non, non poteſt capi in Eccleſia ob delicta, quibus non eſt adiuncta immunitate priuatio ibid nu.23 637

Reus per vim extractus ab Eccleſia, cui Eccleſiæ reſtituendus ſit d 3.q.7.§.5.n. 3 640

Reus, qui ad locum immunem confugit, an ſit tradendus Curiæ ſeculari d.3.q.7. §.7.nu 1 646

Reus qua cautione conſignandus ſit Curiæ ſeculari ibid.nu 2

Reus exiſtens in loco, vbi dies feſtus non celebratur licet celebretur, in loco Iudicis, vel è contra, an poſſit citari, diſp. 5.q.

5.q.vnica pun.2.nu.19 876
Reus an teneatur ad reſtitutionem fracti carceris, in quo iniuſtè detinebatur d. 10.q.3.pun.2.nu.17 1059
Reus non tenetur ad reſtitutionem Reipublicę, vel Actoribus, dum carcerem frangendo occaſionem præbet alijs fugiendi ibid.nu 18
Reus in quibus caſibus licitè decipere poſſit cuſtodem carceris, vt poſſit fugere d. 10.q.3.pun.2.nu 20.& 21 1060
Reus non tenetur in conſcientia obedire ſententiæ iniuſtæ ibid.n.22 1061
Reus negans veritatem in Iudicio non tenetur pœnam ſoluere, quam ea detecta non ſoluiſſet ibid.nu.23 1062
Reus qui crimen ſuum cōfeſſus eſt in quibus caſibus poſſit de crimine ſociorum interrogari diſp.10.q. 2.pun.5.num.17. 1013
Reus, ſi è loco ſacro extrahatur, quandonam ſit cauſa vt extrahentes ſacrilegiū committant d 3.q.7.§.1.nu.10 612
Reus an capi poſſit à Satellibus dum amplexatur Sacerdotem deferentem Euchariſtiam ibid.nu 11 614
Reus iuridicè non interrogatus, nō tenetur veritatem in Iudicio aperire d. 10. q.3.pun.2.nu.1 1052
Reus an teneatur veritatem fateri, ſi dubitet an ſeruato iuris ordine interrogetur ibid.nu.4 1053
Reus in quibus caſibus teneatur in iudicio veritatem aperire ibidem num.5. 6.& 7.
Reus non eſt cogendus à Confeſſario ad retractandam veritatem in iudicio, quā prius negauerat, ſi hoc prēſtando damnaretur ad mortem ibid.nu.8 1055
Reus non peccat contra iuſtitiam aperiendo crimina teſtium ad infirmanda eorum dicta ibid.nu.10 1056
Reus an peccet contra iuſtitiam dum accuſatori mendacij, vel calumniæ notā impouit, & quandonam hoc præſtando teneatur ad reſtitutionem ibid.n.11 & 12
Reus etiam poſt ſententiam poteſt è carcere fugere, illum etiam frangendo, niſi iurauerit ibi manere ibid.nu.13 14.& 16 1057
Reus qui è carcere licitè fugere poteſt, poteſt etiam fugere ne capiatur, neque comparere tenebitur, ſi ei malum immineat ibid.nu.15 1058
Rex poteſt pro ſuo Regno leges ferre d.1. q.1.pun.3 n.7 19
Rex non poteſt Epiſcopos conuocare, ne Eccleſiaſtica libertas minuatur d.10.q. 2 pun.1.§.1 nu.14 967
Ridens immoderatè peccat venialiter ex ſuo genere d.2.q 3.pun 3 nu.8 341
Ritus Infidelium an licitè permittantur d.3.q.2.pun.7.nu.4 318
Rœthi, qui nouum Calendarium non acceptarunt, ſi ſe transferant Mediolanum quo tempore in proprio loco non eſt perfecta Quadrageſima, Mediolani verò ſit completa, carnibus, & lacticinijs veſci poſſunt d.1.q. 1.pun.6. nu. 64 85
Ruſticus faciens aliquid contra legē conſulto parocho, non peccat d.1.q.8.pu. 3.nu 16 464

S

SAbbatum quid ſignificet diſp. 5. quæſt. vnica nu 2 866
Sabbatum cur Eccleſia mutauerit in diem Dominicam ibid. num.3
Sacerdos deferens Euchariſtiam an gaudeat immunitate, ita vt reus illum amplexans capi nequeat diſp. 3. q. 7.§ 2.n. 11 614
Sacerdos non poteſt abſque licentia in votis diſpenſare diſp.4 q.2.pun.7.§.4.num. 26 859
Sacerdos latinus tranſiens per Græciam, & Græcus tranſiens per Eccleſiam latinam, poſſunt tam in Azymis, quam in fermentato conficere diſp.1.q.1. pun.6. num.63 85
Sacerdos vnica recitatione diuini officij ſatisfacit tam obligationi beneficij, quā ordinis diſput.1.quæſt.1. pun.9. num. 6 153
Sacerdotem occidens cōmittit plura peccata diſp.2 q 4. pun.3. num.8 384
Sacramenta adminiſtrans an poſſit opinioni probabili adhærere relicta probabiliore diſput.2. q 4 pun.9. num.18.& 19 432
Sacramentum Pœnitentiæ recipiens ſine dolore, non ſatisfacit præcepto confeſſionis diſp.1. quæſt 1. pun.9 numero 3. 152
Sacrarum rerum nomine, quarum violatione ſacrilegium incurritur, quænam veniant d.3.q.6.pun. vnico num.4. 608

Sa-

Sacrilegium quid ſit diſp.3.q.6. pun.vnico num.1 608
Sacrilegium per quas res ſacras læſas incurratur ibid.nu. 2
Sacrilegium per quas perſonas lęſas incurratur ibid. num.3
Sacrilegium, & excommunicatio incurritur effringendo, & ſpoliando eccleſias, & quomodo explicetur hæc excommunicatio ibid.nu. 0.11.12. & 13 609
Sacrilegium committitur per iniurioſam ſanguinis, vel ſeminis effuſionem ibid. num 15 610
Sacrilegium committit, qui perſonas è loco ſacro extrahit exceptis aliquibus caſibus ibid.num.16 610
Sacrilegium committit qui aliquid in eccleſia quomodocunque exiſtẽs, furatur ibid.nu.17
Sacrilegium non committit qui in eccleſia exiſtit animo furandi, vel aliquem occidendi, modò non intendat delictũ ibi committere ibid.nu. 18 611
Sacrilegium eſt peccatum mortale ex ſuo genere diſp. 3. q. 6. pun. vnico num. 19. 611
Sacrilegium quandonam ſit explicandum in confeſſione ibid.num.20 611
Sacrilegium contra loci ſacri reuerentiã, & immunitatem in quibus caſibus committatur diſp.3.q.7.§.2. num.10 622
Sacrilegium committit qui per vim delinquentes extrahit è loco ſacro diſp. 3. q. 7.§.6.num.1 641
Sacrilegium committit qui furatur in eccleſia, quamuis non intendat iniuriam inferre eccleſiæ diſp.2. q 4. pun.1.num. 10 362
Sacrilegium in quibus caſibus committatur diſp 3.q.6. pun.vnico num. 5.6.7.& 8 608
Sacrilegium ob quænam loca prophanata incurratur ibid.num.9 609
Solus aliâ dicitur prima, alia ſecunda diſp. 3.q.2.pun.2 nu.3 495
Sancti adoratione ſunt digni vide litteram A.verbo Adoratio.
Sancti nondum in numerum Sanctorum relati digni ſunt adoratione reſpectiua non verò publica diſp.3. quæſt.1.pun.2. num.2 474
Sancti huiuſmodi poſſunt oſculari, priuatim inuocari in orationibus &c. ibidem
Sancti huiuſmodi reliquias non licet publicè adorandas exponere ibid. 475
Sancti nondum canonizati non poſſunt in officijs, & orationibus publicis inuocari ibid.num.2 475
Sanguinem voluntariè effundens in eccleſia duplex peccatum committit d.2. q.4 pun.3.num.9 385
Sanguis qui aliquando apparet in Sacramento, adorandus eſt adoratione latriæ diſp.3.q.1.pun.2.nu.8 478
Satellites an poſſint capere reum amplexantem Sacerdotem Euchariſtiam deferentem diſput.3.quæſt.7.§.2.num.12. 614
Satisfactio à quo prius ſit exhibenda, quãdo duo ſibi inuicem iniuriam intulerunt diſp.3.q.4.pun.3 num.6 530
Saxum proijciens per feneſtram nihil aduertens ad periculum peccati, non peccat diſp.2.q.2.pun.3.num.6.pag.de peccatis. 329
Saxum proijcienti, quod putat eſſe pomũ, non imputatur homicidium ſi quem occidat ibid.,num.7
Scandali cauſa quandonam quis dicatur diſp.2.q 4.pun.2 §.vnico nu.17 374
Scandalum quotuplex ſit diſp. 2. q. 4.pun. 2.§.vnico num 1.2.3 4.5 6.& 7 370
Schiſma quid ſit diſp.3.q.4.pun.vlt.§.5.nu. 1 571
Schiſma eſt mortale grauiſſimum ex ſuo genere diſput.3. q.4.pun.vlt.§.5.num.3. 574
Schiſma an vnam tantummodo malitiam habeat ibid.num 5
Schiſmatici quinam dicantur diſp. 3. q. 4. pun.vlt.§ 5.num.2 572
Schiſmatici à quibus poſſint abſolui ibid. num.6 575
Schiſmatici quibus pœnis afficiantur ibid. num.7.9. & 10
Schiſmatici an amittant iuriſdictionem antequam nominatim denuncientur ibid.num 8
Schiſmatici an incurrant ipſo facto priuationem beneficiorum, quæ ante Schiſma poſſidebant ibid.num.11 578
Schiſmatici non ſunt irregulares, niſi ſint notorij ibid nu.12
Schiſmatis peccatum quinam committãt, ſeu quinam dicantur Schiſmatici diſp.3. q.4.pun.vlt.§ 5.num 2 572
Scholares, qui ſe aliquò transferunt ſtudiorum cauſa, ibi non contrahunt domicilium diſp 1 q.1.pun.6. num. 41 76
Scholares ſepeliendi ſunt in loco vbi ſtudiorum cauſa manent, niſi alibi ſepulturam

ram elegerint ibid num 47 77
Scientia quid ſit,& quotuplex diſp. 2. q. 4. pun.6.num.7 403
Scientia, vel mandatum illius, pro quo diſpenſatio, vel priuilegium obtinetur, nõ eſt de eſſentia ad valorem diſpenſationis &c.diſp.1.q 3.pun.3.nu.1 172
Scientia ope Dæmonis ſemel acquiſita, an deinceps poſſimus vti diſp.3.q.5. pun.4. num 6 595
Scriptura regulariter non eſt de ſubſtantia legis diſp.1.q.1.pun.4.num.49 52
Scrupuli vndenam naſcantur diſp. 2. q. 4. pun.8.num.2 419
Scrupuli quibus remedijs curentur ibid.n. 3 420
Scrupulis depoſitis, vel etiam perſeuerantibus non eſt peccatum aliquid facere diſp.2 q.4.pun 8.num.5 422
Scrupulos habens circa primam diſpenſationem valide ſecundam obtinet etiam non facta mentione prioris diſp. 1. q. 2. pun 8.num.2. 245
Scrupuloſus quinam dicatur diſput. 2. q.4. pun.8. num. 1 419
Scrupuloſus quomodo curari debeat à cõfeſſarijs ibid num.4 410
Scrupulus quid ſit diſp 2.q.4. pun. 6. num. 3 402
Semen voluntariè effundens in eccleſia duplex peccatum committit diſput. 2.q.4. pun.3 num.9 385
Seminatus ſi quis fuiſſet ante peccatum Adæ, non contraxiſſet peccatum originale diſp.2. q.1. pun.3. num. 10. pag. de peccatis 315
Senatus Mediolanenſis poteſt leges condere diſp.1.q.1.pun.3.num.33. 33
Senes ſeptuagenarij excuſantur à ieiunio diſp.vlt q 1.pun.vlt. num 4 1206
Sententia tutior quænam dicatur diſp. 2. q 4 pun. 9.num 2 425
Sententia lata à miniſtro Iuſtitiæ à Tyranno conſtituto valida, & licita eſt diſp. 1. q.1.pun.7.§ 3.num.13 114
Sententia qualibet cum ſtrepitu iudiciali exercenda, eſt illicita diebus feſtis diſp. 5 q.vnica pun.2. num.12 873
Sententia lata in die profeſto non poteſt exequi in die feſto ibid.nu. 22 878
Sententia ſine iuriſdictione lata eſt inualida diſp 10.q.2.pun.1 num 1 954
Sententia contra Clericum gaudentem priuilegio clericali facta à Iudice ſeculari eſt inualida diſp. 10. q.2 pun.1.§.1. num 6 963
Sententia iniuſta quotuplex ſit,& an obliget in conſcientia diſp. 10. q.2. pun.4 à nu.3.vſque ad 7 1002
Sententia iniuſta, quæ non obligat in rebus ſecularibus, an obliget in beneficijs eccleſiaſticijs, vel officijs publicis ibid. num.7 1003
Sententia iniuſta non obligat reum ad ei parendum diſp. 10.q.3. pun. 2. num.22. 1061
Sententiæ Sanctorum Patrum per ſe vim legis non habent, quamuis reperiantur in Decretis Gratiani diſp 1.q.1.pun.3. num.37 34
Serui laborantes in die feſto ex obedientia,& coactione excuſantur diſput. 5.q. vnica pun.3.num.16 889
Seruiliter laborãs in die feſto ſpatio vnius horæ mortaliter peccat diſp.1. q.1.pun. 7.§.4.num.17 120
Seruiliter laborans per vnius horæ quadrãtem in die feſto, non peccat mortaliter diſp.2.q.3.pun.5. num.25 353
Seruus non tenetur Domini vitam defendere cum periculo propriæ diſput. 6.q. vnica pun 8.num.15
Seruus quis dicatur ibid.num.16 939
Sexum mentiens habitu,& veſtitu an peccet mortaliter diſp.10.q.1.pun.2. num. 10 953
Signis proteſtatiuis falſæ fidei an liceat aliquando vti, & an poſſit ille, qui eſt miſſus apud Turcas in vtilitatem Reipublicæ Chriſtianæ fidem ſimulare vide litteram F.verbo fides
Silẽtium aliquãdo poteſt præcipi ſub mortali diſp.1.quæſt.1.pun.7.§.4.num.21. 121
Symboli nomine quid intelligatur diſp. 3. q.2.pun.1.num.17 500
Societates an habeant poteſtatem ferendi leges diſp.1.q.1.pun.3.num.31 32
Somnia à quibus cauſis proficiſcantur diſ. 3.q.5.pun.3.num.6 585
Somnia quomodo cognoſcantur eſſe à Deo, vel à Dæmone ibid. nu 7 586
Somnijs à Dæmone immiſſis non eſt præſtanda fides diſput 3. q.5. pun 3.num.8. 586
Sors conſultoria, vt plurimum illicita eſt diſp.3.q.5.pun.3.num.14 590
Sors diuinatoria eſt omnino illicita ibid. num.15
Species iniuriæ alteri illatæ an ſit explicanda

Digitized by Google

canda in confeſſione diſp.2.q.4.p.2 nu. 13. 367
Species infidelitatis quot ſint d.3.q.2 p.6. nu 1. 516
Species huiuſmodi differunt inter ſe ibid. num 2.
Species infidelitatis eſt exprimenda in cõfeſſione ibid. nu.3.
Specifica peccatorũ diſtinctio vndenam deſumatur diſp. 2. quæſt. 4. toto puncto 3. 382
Spei obiectum quodnam ſit diſp.3.q.3.p. 1.nu 3. 519
Spei opponitur Præſumptio ibid. nu. 4.
Spei actus aliquando ſunt ex pręcepto eliciendo diſp.3.q.3 pun.2.nu.1. 521
Spem an etiam habere poſſit ille, qui reuelationem ſuæ damnationis habuit d.3.q.3.p.2.nu.4. 521
Spes datur, & quid ſit d.3.q.3. p.1. nu.1. & 2. 519
Spes non eſt in Beatis diſp.3.quæſt.2. p.1. nu. 8. 492
Spes non eſt in Dœmonibus,& Damnatis ibid. nu 9.
Spõgia,q̃ Chriſti paſſioni inſeruierit, adoratur,non verò cæteræ illam repreſentantes d.3.q.1.p.3 nu.8. 481
Sportulę quid ſint,& à quo Iudice poſſint accipi diſp.10.q.2.p.8.nu 1. 1119
Spuriæ filiæ an teneatur pater, vel mater dotem tradere diſp.6. q. vnica pun. 6. §.2. nu 8. 913
Statum Clericalem aliquem aſſumpſiſſe in fraudem fori ſecularis, vnde dignoſcendum ſit diſp.10.q.2. p.1. §.1. num. 17. 969
Statum Clericalem, vel religioſum in fraudem fori ſecularis aſſumens,etiam lite iam incepta coram ſeculari, non poteſt a laico iudice corporaliter puniri ibid. nu. 18.
Status virginitatis præſtantior eſt matrimonio diſp.8. quæſt. vnica. p.vnico nu. 5. 943
Statutum nullum ferri poteſt quo vnus pro altero puniatur diſp. 2. quæſt 7. p. 3.nu.4. 443
Statutum inferioris a ſuperiore confirmatum, nequit ab inferiore derogari d.1.q. 2.p.1.nu.15. 192
Stipendium, quod poteſt recipere Aduocatus,vel Procurator,quodnã ſit d. 10. q.3 p.4. nu 9 1074
Stipendium quotannis aſſignatum habẽs pro aliquo officio exercendo, an poſſit totum ab eo exigi, qui eo dimidio tradito alterum ſubſtituit ibid.n.12. 1076
Stipendiũ quodnam poſſit à Cliente exigi ibid nu.13.
Stipendium an poſſit finita cauſa ab eo recipi, qui cauſam ſponte ſine pretio ſuſcepit ibid.nu.14 1077
Stipes quandonam ſit exprimendus in diſpenſatione obtinenda d.1. q.2. pun. 5. nu. 16. & 17. 237
Stuprum committit qui virginem ab alio nunquam defloratam, carnaliter cognoſcit d.8. q.vnica p. vnico n.4. 943
Subditi ſuis ſuperioribus honorem, reuerentiam, & obedientiam præſtare tenentur,& in quibus caſibus peccent eis non obediendo,diſp.6 quęſt.vnica p.8. nu 13. 938
Subditi non tenẽtur Prælato diſpenſanti in ſua regula ſine iuſta cauſa, obedire diſp.1.q.1.p.3 nu.17. 14
Subditi poſſunt compelli à legiſlatore intra decennium ad ſeruandas leges d. 1. q.1 p 4.nu 46. 51
Subditis an liceat ſupplicationem legiſlatori porrigere, & interim ſuſpendere legis obligationem ibid. nu. 41. 50
Subditus non tenetur ſoluere iniuſta Vectigalia d.1.q. 1.p.7.§ 3 nu.5. 109
Subditus Papæ peccat non obediendo legi promulgatæ in curia Romana,quãuis promulgationem ſciat reuelatione tantum diuina d 1.q 1.p.4.nu.18. 42
Subditus tenetur legem promulgatam obſeruare, cuius promulgationem miraculosè nouit ibid.nu. 19. 42
Subditus non peccat non obediendo legi humanæ nondum promulgatæ ibidem nu 23. 43
Subiectum peccati tam habitualis,quam actualis quodnam ſit d.2.q 6.toto pun. vnico 439
Subiectũ legis eſt homo ſubditus capax rationis iuxta tenorem legis d.1.q.1 p. 6. nu. 1. 61
Subiectum peccati Originalis quodnam ſit diſp.2. quæſt.1 p.3.nu.1. pag.de peccatis 311
Subreptio an, & quomodo vitiet, & irritum reddat Reſcriptum quoad eam partem in qua eſt,diſp.1.q.2.p.4. num. 14. 225
Subreptionis vitium an ſuppleatur per clauſulam, motu proprio, in Reſcripto poſitam

poſitam diſp.1.q.2.p.4.nu.21. 227

Succeſſores eorum, qui Principi poteſtatem condendi leges contulerunt, ligãtur legibus ab ipſo Principe latis d. 1. q.1. p.6. nu.27. 70

Succeſſores Communitatis an teneantur ſeruare ipſius vota diſp.4. q. 2. p.5. §. 2. nu. 20. 782

Superior poteſt cum ſuis ſubditis diſpenſare diſp.1.q.2. p.1. nu.3. 189

Superior, qui conſenſit in Iuraměta ſubditorum, non poteſt illa abſq; iuſta cauſa licitè irritare diſp.4.quæſt.1.pun.17. num.5. 713

Superior poteſt irritare vota Religioſi etiam poſtquam in ea ipſe conſenſit, quamuis peccet hoc ſine cauſa faciendo diſp.4. quæſt.2. p.7. §.2. num.28. & 29. 829

Superior an cenſeatur conſentire in votũ per taciturnitatem, vel diſſimulationẽ ibid. nu.30. 830

Superior an cenſeatur diſpenſare in voto illius, quem ſcit facere contra votum d.4.q.2.p.7.§.4.nu.34. 862

Superior, qui cum ſubditis diſpenſare poteſt, quinam dicatur diſp. 1.q. 2. p. 1. num. 4. 190

Superior poteſt in legibus ab inferiore latis diſpenſare ibid.nu.6. 190

Superior confirmando ſtatutum ſui inferioris, efficit, vt inferior nequeat in illo diſpenſare ibidem num.15 191

Superior an peccet diſpenſando in lege, ſi dubitet cauſam eſſe ſufficientem diſp. 1.q.2. p.3.nu.7 209

Superior non tenetur ad validitatem diſpenſationis iudicialiter cauſam cognoſcere ibid.nu.17. 213

Superior non ſemper tenetur poſita iuſta cauſa diſpenſare ibid. nu.22. 216

Superiores famulorum, & omnium ſibi ſubditorum curam habere tenentur diſp.6.q. vnica p.8. nu.1. 934

Superiores tã ſeculares, quã Religioſi an poſſint verberare ſubditos ib. nu.9. 937

Superſtitio quid ſit, & quotuplex diſp. 3. q 5.p.1.nu.1. 580

Superſtitio in quibus caſibus committatur d.3 q.5.p.4.nu.8.9 & 10. 595

Superſtitio quo pacto caueatur in imaginibus, & ſacris characteribus ib.n.11

Superſtitio committitur, dum proijcitur dum imago in flumen, vt pluuat, vel ſacra putatur tot orationes prodeſſe, & non plures, vel tot candelas, & non plures, vel longiores, &c. eſſe adhibendas ibid.nu.13. 596

Superſtitionem an committãt hi, qui dãt operam curandis quibuſdam morbis d.3.q.5. p.4. nu.20. 600

Superſtitioſa non videtur ars inueniendi aquas adhibita virga ſalicea, vel amigdalina d.3. quæſt.5.p.4.nu.14. 596

Superſtitioſus eſt modus curandi vulneratos in loco diſtanti exiſtentes, applicato remedio vittis ſanguine infectis d. 3. q.5. p.4.nu.17. 597

Supplicationem an liceat ſubditis legiſlatori porrigere, & interim legem non ſeruare d.1.q.1.p.4 nu 41. 50

T

TAciturnitas alicuius rei, qua cognita ſuperior non diſpenſaſſet, inualidã reddidit diſpenſationem d. 1. q. 2. p. 4. num. 3. 210

Temperantiæ virtus quandonam tranſgrediatur diſp. vlt. quæſt. 1. puncto 1. num. 2. 1083

Tẽpus, intra quod poteſt legiſlator ſubditos compellere ad legem ſeruandam quodnam ſit d. 1. q.1. pun.4. n.46. 51

Tempus dubitandi an valida ſit aliqua diſpenſatio quodnam ſit diſp. 1. q 2. p. 10.§. 1.nu.1. 250

Tempus requiſitum ad priuilegium conſuetudine introducendum diſp. 1.q. 3 p.1.nu.4. 266

Tempus requiſitum ad præſcriptionem priuilegiorum quodnam ſit diſp 1. q 3. puncto 8.§.6.n.13. pag.de Legib. 332

Tempus requiſitum ad hoc vt quis dicatur peccatum ommiſſionis, & ipſius malitiam incurriſſe diſp.2.quæſt.4.p.4. nu. 3. 4. & 5. 388

Tempus vnius horæ ſufficit ad mortale, ſi quis laboret tantum temporis in die feſto diſp. 1. q. 1. pun. 7.§. 4. n.17. 120

Tẽtatio Dei, quæ ſit quotuplex, & cui virtuti opponatur diſp.3.quæſt.9.pun. 1. nu. 1. 2. & 3. 659

Tentatio Dei quale peccatum ſit ibidem num. 4. 660

Tentatio Dei manifeſtãda eſt in confeſſione exprimẽdo an fuerint tacita, vel expreſſa d.2 q.9.p. vnico n.8. & 9. 661

Tẽtationis Dei peccatũ in quibus caſibus cõmittatur d.3.q.9.p.vnico n.5. 660

Tentationibus non reſiſtens non peccat mortaliter, ſi leuem negligentiam admittat in ijs repellendis diſp.1.q.2.pun. 3.nu.17 pag.de peccatis 331
Terminus aliquid agendi duobus modis poteſt apponi diſp.4.q.2.pun.5.§.1.nu. 13 771
Teſtamenta, vel legata facta ſine debita ſolemnitate ab eo, qui poterat diſponere, an valeant d.1.q.1.pun.7.§.3.num.9. 110
Teſtamentum conficiens illius, qui caret vſu rationis, grauiter peccat & tenetur ad reſtitutionem diſp.10.q.3.pun. vlt.n. 4 1080
Teſtes cur adhibeantur in correctione fraterna, vide litteram C. verbo Correctio
Teſtes non poſſunt in die feſto recipi, & examinari diſp.5.q.vnica pun. 2. num. 20 877
Teſtes an poſſint examinari in die feſto, ſi die profeſto præmiſſum fuit iuramentũ ibid.nu.21
Teſtes vt aliquid in iudicio plenè probent, quid requiratur diſp. 10. q.3.pun.3. nu. 2 1064
Teſtes minus idonei quinam dicantur, ſeu quinam repellantur à iure ibidem numero 3
Teſtes tenentur veritatem Iudici legitimè interroganti aperire ibidem numero 4. 1065
Teſtes in quibus caſibus excuſentur non aperiendo veritatem in iudicio diſp.10. q. .pun.3 à nu.5.vſque 9 1066
Teſtimonium ferre an teneantur aliqui ex iuſtitia in fauorem alterius diſp 10. q.3. pun.3.num.9 10.& 11 1067
Teſtimonium ferre debens an peccet, & teneatur ad reſtitutionem, ſi fugiat, vel ſe abſcondat tam ante, quàm poſt citationem ibid.num.12.& 13 1068
Teſtis, qui negauit veritatem in Iudicio, an teneatur ad reſtitutionem diſp. 1.q.1 pun.7.§ 2.num.22. 101
Teſtis an teneatur veritatem fateri in iudicio, quando dubitat an iuridicè interrogetur diſp. 10. quæſt. 3. pun.2.num.4 1053
Teſtis non tenetur ex iuſtitia reſpondere, vel iurare, ſe veritatem in iudicio dicturum, & an peccet, & teneatur ad reſtitutionem, ſi ſe abſcondat ne teſtimonium ferat tam ante, quàm poſt citationem diſput. 10.quæſt.3.pun.3.num. 12.13.& 14 1068
Teſtis non tenetur ad reſtitutionem damnorum, quæ alter eſt paſſus, ſi nullam culpam admittat teſtando ibidem numero 15
Teſtis, ob cuius falſum dictum inferenda eſt alteri mors, vel mutilatio, an teneatur ad retractandum ſuum dictum cum periculo ſimilis pœnæ incurrendæ ibid. num.16 1069
Teſtis an teneatur ad reſtitutionem pecuniæ acceptę pro teſtimonio ferendo ibi. nu.17 1070
Teſtis proficiſcens extra ſuum Domiciliũ ad teſtandum, licitè poteſt expenſas accipere ibid.nu.18
Teſtis, ſi contraria dicat, an ſtandum ſit primo, an ſecundo dicto ibidem nu. 19. 1070
Thus deferri poteſt laicis in Eccleſiæ, d.3. q.1.pun.2.nu.3 479
Timor non excuſat peccantes contra ſextum, & nonum Decalogi præceptum d 8.q.vnica pun.vnico nu.8 944
Tyranni legibus an teneamur obedire d.1 q 1.pun 7. §.3.nu.12 112
Tyranni nomine quinam appellentur ibidem.
Tyrannorum miniſtri licitè ſententias ferunt d.1.q.1.pun.7.§.3.nu.13 114
Tyrannus non peccat ſpoliando reos bonis, aut eos morti adiudicando ſeruato iuris ordine d.1.q.1.pun.7.§.3.num.14. 114
Titulus coloratus an ſuppleat iuriſdictionis defectum diſp.10.q.2.pun.1.num.2. 954
Tridentinum Concilium an liceat interpretari d.1.q.1.pun.8.nu.3 138
Tridentinum explicans quandonam clericale priuilegium amittatur, quomodo ſit explicandum d.10.q.2.pun.1. §.4. à nu.9.vſq; ad finem. 987
Trinitatis vna tantum perſona poteſt diſtinctè ab alijs adorari d.3.q.1. pun. 1. nu.3 475
Tutores poſſunt eleemoſynam facere de bonis eorum, quorum curam gerunt d. 3.q.4.pun.6.nu.16 549

V

VAgi obligantur legibus, & conſuetudinibus locorum, in quibus repe-

riuntur d.1.q.1.pun.6.n.54 80
Vana obſeruatio quid,quotuplex, quandonam contingit,an licita ſit &c.vide l. O. v.Obſeruatio.
Vaſa ſacra non poſſunt conuerti in vſus prophanos d.3.quæſt.1.pun.4.num. 14. 489
Vectigalia non ſoluens ob ignorantiam inuincibilem non peccat d.2.q.8.pun.3 nu.14 463
Vectigalia iniuſta non tenetur ſubditus ſoluere d. 1.q.1.pun.7.§.3. n. 5. 109
Venationi laborioſæ dans operam in die ieiunij, vt fiat impotens ad ieiunandu an excuſetur diſp. 2.q.8.pun.1.num.16. 411
Venditores amphibologicæ iurantes in contractibus quandonam peccent d.4. q.1 pun.12 nu.8 695
Venenum an poſſit ſibi Reus propinare iubente Iudice d.1.q.1.pun. 7.num.34. 105
Veniale peccatum poteſt inueniri cum ſolo originali d.1.q.1.pun.1.nu.3.pag. de peccatis. 307
Veniale peccatum quid ſit d.2.q.3.pun.2. nu.1 338
Veniale peccatum non dicitur eo quod ſit contra conſilium, vel quia ſit præter legem ibid.nu.2 339
Veniale peccatum quotuplex d.2.q.3.pu. 3.nu.1 340
Veniale peccatum ex genere quomodo dignoſcatur ex mortali ex genere ibidem nu.5
Veniale peccatum differt à mortali, & in quo differat d.2.q.3.pun.4.num. 1. & 2 344
Veniale peccatum quandonam fiat mortale ex circumſtantijs, & è contra d.2. q.3 pun.5.nu 1.& 2 346
Veniale peccatum manens idem in genere moris, nunquam poteſt fieri mortale, vel è contra ibid.nu.21 351
Venialia multa non poſſunt facere vnum mortale ibid.n.22 351
Verba illa Decalogi, vt ſis longæuus ſuper terram, quomodo intelligantur d. 6.q.vnica pun.1 nu.4 895
Verba determinata an neceſſaria ſint in concedenda diſpenſatione d.1.q.2.pun. 2.nu 9 205
Verba duplicem ſenſum habentia proferens non eſt mendax d.4.q.1.pun.12. 691
Verba quænam ſint adhibenda ad abrogandam conſuetudinem contrariam legi d.1.q.1.pun.vlt.§.3.nu.43 185
Verborum proprietas ſeruanda eſt in explicandis Priuilegijs d.1.q.3.pun.7.§.1. nu 2 286
Verborum proprietas vna eſt naturalis, ciuilis altera d.1.quæſt.1.pun.8.num.1. 137
Verbum otioſum ſemper eſt malum d.2. q.1.pun.4 nu.2. pag. de peccatis 313
Verbum otioſum proferens, quamuis illud à Prælato prohibitum ſit ſub mortali, non tamen peccabit mortaliter d. 2.q.3.pun.3.nu.13 343
Veritas tacita, aut falſitas expreſſa quandonam diſpenſationem non inualident d.1.q.2.pun.4.nu.19 226
Veritas requiritur in Iudice præter iuriſdictionem d.10.quæſt.2.pun.2.num.1. 595
Veritas ad iuramentum requiſita in quo conſiſtat d 4 q.1.pun.3 nu.5 671
Veſtes, & reliqua, quæ vſibus ſacris inſeruiunt, non poſſunt conuerti in prophanos vſus d.3.quæſt.1.pun.4.num.14 489
Vetula, quæ aliquid illicitum facit conſulto Parocho, non peccat d.2.q.8.pun.3. nu.16 464
Vicarius Capituli non poteſt commiſſiones, ſeu delegationes expedire, niſi aliter colligatur de mente Papæ, quando in litteris exprimitur Vicarius Epiſcopi, vel officialis Epiſcopi d.1.q.3.pun.8. §.1.nu.7.& 8 301
Vicarius poteſt de cauſa ſibi commiſſa tēpore Vicariatus, cognoſcere poſtquam ab officio fuit amotus, modò illi delegata non fuerit ratione dignitatis ibid. nu.13 304
Vicarius inualidè agit, quę poſt mortem Epiſcopi agit ibid.nu 30. pag. de peccatis. 313
Vicarium cuſtodes ſe abſcondentes, vt deprehendant viatore, quandonam peccent diſp.2.q.4.pun.2.§. vnico num. 28 378
Vinum vendens ijs, quos probabiliter credit lapſuros in ebrietatem, mortaliter peccat d 2.q 4 pun 2. §. vnico num. 32. 378
Violatio voti eſt ex ſuo genere mortaliter peccaminoſa d.4.q.2.pun.5 §.4.num. 3. 788

Digitized by Google

Virginitatis ſtatus præſtantior eſt Matrimonio d. 8. q. vnica pun. vnico num 5. 943
Viri probi an digni ſint adoratione. Vide l. A v. Adoratio.
Vis altera eſt abſoluta, altera ſecundum quid d. 2. q. 8. pun. 2. nu. 1 451
Vis abſoluta excuſat à peccato ibidem nu. 2
Vita noſtra poteſt periculo exponi pro vita temporali amicorum, quamuis id præſtare non teneamur d. 3. q. 4. pun. 4. nu. 6 533
Vngues ſcindere ſolum tali tempore an ſit ſuperſtitioſum d. 1. q. 5. pun. 4. nu. 12. 596
Voluntarium aliquid dicitur voluntate propria, & voluntate aliena d. 2. q. 1. pun 2 nu. 11. pag. de peccatis 310
Voluntas furandi eſt eiuſdem ſpeciei cum furto d. 2. q. 4. pun. 5. nu. 4 400
Voluntas interna furandi poteſt prohiberi ſub cenſuris d. 1. q. 1. pun. 5. n. 13 58
Vota multa leuia faciens ſingulis diebus præſtanda, peccat mortaliter, ſi vno die notabilem votorum quantitatem omittat d. 2. q. 3. pun. 5. n. 29 354
Vota fiunt ſoli Deo d. 4. q. 2. pun. 1. nu. 17. 730
Vota non obligant niſi ſint de materia bona, & honeſta ibid. nu. 18
Vota an ſint præferenda legatis, & debitis ex iuſtitia d. 4. q. 2. pun. 5. §. 2. nu. 16. 781
Vota facta à parentibus pro infantibus, non afficiunt ipſos infantes ibid. nu. 18. & 19 782
Vota à Communitate, ſeu à populo facta, an obligent ſucceſſores ibid. nu 20
Vota donantis non ſunt adimplenda à donatario; etiamſi ob donationem ipſi factam; fiat ad ea perſoluenda impotens ibid. num. 21
Vota ſubditorum poſſunt irritari diſp. 4. q. 2. p. 7. §. 2. num. 1 820
Vota ſeruorum an, & in quib. caſibus poſſint à Domino irritari ibidem à num. 7. vſque ad 10 821
Vota vxoris an, & in quibus caſibus poſſint à marito irritari, & è contra ibid. à num. 10 vſque ad 18 822
Vota omnia mariti non poſſunt ab vxore irritari ibid. nu. 17. 824
Vota omnia tam realia, quàm perſonalia, vel mixta filiorum impuberum poſſunt irritari ſaltem ad tempus ibidem nu. 18
Vota realia non poſſunt irritari ab eo, qui falsò putabatur pater vouentis ibid. num. 23 827
Vota filiorum minorum puberum an poſſint à Curatore irritari ibid. nu. 25
Vota omnia religioſorum, excepto voto arctioris religionis, poſſunt à ſuo ſuperiore irritari ibid. nu. 26 828
Vota religioſorum poſſunt à ſuperiore irritari etiam poſtquam in illa conſenſit, quamuis peccet hoc fine cauſa faciendo ibid. nu. 28. & 29 829
Vota religioſorum an poſſint irritari, ab ijs, qui vices ſuperiorum gerunt ibid num. 31 830
Vota nouitiorum non poſſunt irritari à Prælato, quamuis poſſit in ipſis diſpenſare ibid. num. 32 & 33
Vota poſſunt à ſuperiore irritari etiam inuito vouente diſp. 4. q. 2. pun. 7. §. 2. n. 35 831
Vota quænam poſſint emitti à religioſo inſcio ſuperiore ibid. num. 34
Vota an reuiuiſcant poſtquam vouens fuit exemptus à poteſtate irritantis ib. num. 36 831
Vota commutare quid ſit diſp. 4. q. 2. pun. 7. §. 3. num. 1. 833
Vota poſſunt à quocunque in melius commutari ibid. num. 3
Vota dicuntur in melius commutari, quando præſtatur id, quod eſt Deo gratius ibid. num. 4 834
Vota tradendi eleemoſynam eccleſiæ, poſſunt propria auctoritate commutari tradendo maiorem eleemoſynam alteri eccleſiæ ibid. num. 5
Vota dandi eleemoſynam pauperi poſſunt commutari propria auctoritate illam pauperiori tradendo ibid. nu. 6
Vota realia poſſunt ex iuſta cauſa commutari in perſonalia ibid. nu. 7 835
Vota poſſunt etiam probabiliter commutari propria auctoritate in euidenter æquale ibid. nu. 8
Vota à quibuſnam poſſint commutari ib. nu. 9 836
Vota poſſunt commutari ab habente facultatem in ijs diſpenſandi ibidem nu. 10.
Vota ex priuilegio commutata poſſunt in minus commutari ibid. nu. 11
Vota etiam poſt conceſſionem facta poſſunt

ſunt

ſunt ab ijs diſpenſari, vel commutari, qui ad hoc facultatem tantum delegatam habent ibid nu.12 817
Vota commutandi facultas non extenditur ad reſeruata Papæ, niſi hoc ſpecialiter exprimatur ibid.nu 13
Vota, quæ tempore Iubilæi per obliuionẽ non fuerunt commutata, an poſſint cõmutari eo tempore tranſacto ibi.nu.14 838
Vota poſſunt tempore Iubilæi extra confeſſionem commutari ibidem num. 16 840
Vota Caſtitatis, & Religionis Papæ reſeruata non poſſunt tempore Iubilæi commutari ibid nu.17
Vota tempore Iubilæi commutata non reuiuiſcunt, quamuis qui commutationem obtinuit non præſtet ea, quæ ſunt neceſſaria ad Iubilæi conſecutionem ibid.nu.18 841
Vota, in quæ præcedentia fuerunt commutata, poſſunt iterum, & iterum commutari ibid nu 19
Vota prima poteſt vouens ſeruare relictis ijs, in quæ præcedentia fuerunt commutata ibid.nu.20 841
Vota diſpenſare quid ſit, & apud quos reſideat facultas diſpenſandi diſp. 4. q 1. pun. 7. § 4 nu.1.2.& 3 844
Vota an poſſint ab Epiſcopis diſpenſari. Vide l. E. v Epiſcopus.
Vota Cathecumenorum à quibus poſſint diſpenſari, vel commutari ibid.num.8 845
Vota Religioſorum à quibus poſſint tolli ibid.nu.9. & 10
Vota Papæ reſeruata quot ſint, & quænã ibid.nu. 11 848
Vota Papæ reſeruata non comprehendũtur in generali conceſſione diſpenſandi in votis ibid num.12 849
Vota caſtitatis, & religionis diſpenſandi facultas non cenſetur conceſſa dum à Papa excipiuntur ea, quæ longè minora ſunt ibid num 13 850
Vota an licitè poſſint commutari in melius ab eo, qui nullam commutandi facultatem habet, vel certè limitatam ad vota non reſeruata ibid.num 14 851
Vota caſtitatis an poſſint aliquando ab Epiſcopis diſpenſari ibid. num 15
Vota non reſeruata commutandi, vel diſpenſandi facultatem habentes, non poſſunt reſeruata diſpenſare etiam in ijs caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus ibi. nu.16 852
Vota diſpenſandi facultatem habentes, poſſunt quamcunque pœnam etiam incurſam ob fractionem votij, tollere ibi. num.18 854
Vota non cenſentur reſeruata, quamuis mens vouentis fuerit illa Papæ ſolum reſeruandi ibid.num.19 856
Vota emiſſa de materia reſeruata poſſunt ab Epiſcopo tolli, ſi vouens voluit ſe tantum ſub veniale ad illa obligare ib. num. 20
Vota religionis in quibus caſibus poſſint diſpenſari ab Epiſcopis ibid. num. 21
Vota ſolemnia caſtitatis, & religionis poſſunt aliquando à Papa tolli, ibid.nu.22. 857
Vota in fauorem tertij emiſſa an poſſint tolli ab Epiſcopo ibid.nu.25 859
Vota nõ poſſunt tolli à Parochis, vel alijs Sacerdotibus abſque expreſſa licentia ibid.num.26
Vota nouitiorum an poſſint à Prælatis diſpenſari ibid. num. 27 860
Vota monialium non poſſunt tolli ab Abbatiſſa ibid.num.29 861
Vota non poſſunt diſpenſari ab habente tantum facultatem ea commutandi ibi. num.30
Vota propria an poſſint diſpenſari ab habente facultatem aliorum; vota diſpenſandi ibid. nu.31
Vota illius an cenſeantur tolli à ſuperiore ſciente votis obſtrictum, contra illa facere ibid.nu.34 862
Vota an cenſeantur diſpenſata, quando qui illorum diſpenſationem obtinet, dubitat an diſpenſans ſit legitimus ſuperior, & an illius facultas extendatur ad hunc caſum ibid.num.37 853
Votij commutatio non valet antequam acceptetur diſput. 1 q.3. pun. 3. num. 10. 275
Voti diſpenſatio obtenta ab eo, qui ſe finxit virum probum, doctum &c. tenet d. 1.q.2.pun.4.num.4 221
Voti non nubendi in fauorem tertiæ perſonæ facti, diſpenſatio non tenet, niſi hoc in ſupplicatione exprimatur ibid. num. 10 223
Voti caſtitatis, vel religionis diſpenſationem obtinens, vt nubat ob incontinentiæ periculum, tenetur votum adhuc ſeruare mortua prima vxore diſput. 1. quæſt.2.

Digitized by Google

quæſt.2.pun.10.§.1.num 9 253
Voti obligatio an tranſeat ad hæredes defuncti vide litt. H. verbo hæres.
Voti materia vndenam cognoſcatur grauis, vel leuis diſp 4.q.2.pun.5.§.4.nu.5. 789
Voti materia, ſi ſit debita ex alio præcepto, violans illam duo ſaltem peccata committet ibid. num.11 791
Votis pluribus æqualibus detentus, quibuſnam ſatisfaciat vnum eorum adimplendo diſp.1.quæſt.1.pun. 10.num.17. 160
Voto caſtitatis an aſtringatur ordinatus, qui tempore ordinationis renuit vouere caſtitatem diſp. 4. q. 2.pun.1.num.8. 727
Votum diſiunctiuum emittens dandi rem vnam ex pluribus in eleemoſynam, poteſt quamcunque eligere diſput. 4. q. 2. pun.6.num.32 815
Votum habens adeundi limina Apoſtolorum, ſi tantùm partem itineris conficere poſſit non tenetur ad eam partem d. 2.q.8.pun.1.num 5 447
Votum quid ſit, & quid ad illud requiratur diſp.4.quæſt.2.pun.1.num.1.2. & 3. 725
Votum emittere non poteſt amens ibid. nu.4 726
Votum an teneat ſi fiat cum deliberatione tantum virtuali ibid.num.5
Votum factum abſque intentione ſe obligandi an inducat obligationem ibid. n. 12 728
Votum factum cum animo negatiuo ſe obligandi an pariat obligarionem ibid. num.13
Votum factum cum animo vouendi, & ſe obligandi, ſed cum intentione illud nō ſeruandi, obligationem inducit ibidem num.14 729
Votum inualidum defectu alicuius cauſæ fit validum per ratificationem, ibidem num. 16
Votum quotuplex ſit diſp.4.q.2.pun.2.nu. 1 734
Votum conditionale an validum ſit, & an obliget ibid.num.2.& 3 735
Votum factum ex metu illato à cauſa extrinſeca valet, & obligat diſp.4.quæſt.2. pun.3.§.1.num.3 740
Votum factum ex metu graui incuſſo à cauſa extrinſeca, ad aliumfinem quàm ad votum extorquendum, valet ib.nu.4
Votum factum ex metu graui incuſſo & cauſa extrinſeca iniuſtè ad extorquendum votum, inualidum eſt ſaltem iure eccleſiaſtico ibid. nu. 5.6.& 7
Votum factum ex metu iniuſtè in quibus caſibus valeat, & è contra ibid num.8. vſque ad 11 742
Votum eſt adimplendum quoties dubitatur an factum ſit ex metu iniuſtè incuſſo ibid n.11. 743
Votum metu graui emiſſum, & Iuramento confirmatum non obligat ratione Iuramenti ibid.nu.12.
Votum ſæpius repetitum violans non cōmittit plura peccata diſp. 2. q. 4. p. 3. nu.12. 385
Votum per metum grauem adimplens ſatisfacit præcepto diſp.1.q.1 p.10.num. 8. 157
Votum purè internum poteſt diſpenſari, ſi manifeſtetur diſp. 1. quæſt. 1. pun. 5. nu. 12. 57
Votum Caſtitatis, vel Religionis, vel non ineundi matrimonium, habens, ſi velit contrahere cum conſanguinea debet exprimere impedimenta conſanguinitatis, voti, &c. diſp. 1. quæſt.1. pun. 9. num. 2. 149
Votum diſiunctiuum, cuius vna pars eſt apta materia voti, altera verò non an validum ſit diſp.4. quæſt. 2. p. 4. §. 5. nu.1. 765
Votum tradendi in eleemoſynam equum vel bouem, non erit ex obligatione ſeruandum, ſi tempore voti equus perierat ibid.nu.2. 766
Votum tradendi eleemoſynam, aut fornicandi eſt inualidum ibid.n.3.
Votum factum contra prius votum an valeat d ſp.4 quæſt.2 pun.4.§.6. 767
Votum ſtatim eſt adimplendum, quando vouens nullum ſibi præfixit terminum d.4.q.2 p.5.§.1.n.1. 768
Votum ingrediendi Religionem poteſt differi donec vouens aptus erit ad labores Religionis ibid n.2. 769
Votum ieiunandi in vigilia vnius Sancti obligat in ipſius vigilia proxime futura ibid. nu. 5.
Votum an adhuc obliget, quamuis non fuerit adimpletum tempore ſibi præfixo ibid nu 6. 770
Votum quomodo ſit explicandum quando non conſtat an factum ſit in honorem alicuius dici, an potius ad non vl-

tra differendam obligationem ibidem num. 11. 772
Votum ieiunandi vno anno integro an ſemper ſit iterandum à vouente, ſi illud per aliquos dies interrupit ibidem nu. 12.
Votum quod non poteſt termino præfixo adimpleri, an poſſit preueniri ibid. nu. 13. & 14.
Votum quotuplex ſit d. 4. q. 2. p. 5. §. 2. num. 1. 775
Votum ab vno factum non poteſt alterũ ex vi voti obligare ibid. nu. 2.
Votum perſonale non poteſt per alium adimpleri diſp. 4 quæſt. 2. pun. 5. §. 3. nu 1. & 2. 785
Votum reale poteſt per alium adimpleri ibid. nu. 2. 3. 4. & 5.
Votum mixtum an poſſit per alium adimpleri ibid. à nu. 6 vſq; ad 9. 786
Votum emittere eſt opus bonum, & obligat ſub mortali diſp 4. quæſt. 2. pun. 5. §. 4. nu. 1. & 2. 787
Votum violans peccat mortaliter regulariter loquendo ibid. nu. 3. 788
Votum non obligans ad vllam culpam non datur ibid. nu. 4. 789
Votum violare in quibus caſibus ſit veniale peccatum, & è contra ibid. nu. 6.
Votum violans in materia graui peccat tantum venialiter, ſi habuit intentionẽ obligandi ſe tantum ſub veniali ibid. nu. 7. & 8. 790
Votum non eſt adimplendum quando dubitatur vtrum illud ſit emiſſum ibid. num. 9.
Votum Caſtitatis habens, vel virginitatis tenetur abſtinere à matrimonio d. 4. q. 2. pun. 5. §. 5. nu. 1. 793
Votum Caſtitatis habens in quibus caſibus peccet contra huiuſmodi votum ibid. nu 2. & 3.
Votum caſtitatis habens, ſi matrimonium ineat, non tenetur religionem ingredi ante matrimonij conſumationem, vt caſtitatem ſeruet ibid. nu. 4. 794. & nu. 7. 796
Votum caſtitatis non æquiualet voto ſimplici religionis ibid. num 5. 795
Votum habens non nubendi peccat nubẽdo, quamuis poſſit debitum petere matrimonio contracto ibid nu. 6
Votum non fornicandi non æquiualet voto non nubendi ibid num. 8. 796
Votum non cognoſcendæ fœminæ quomodo ſit explicandum ibid. nu. 9
Votum religionis emittere, & alios ad illam inducere, eſt opus meritorium, & bonum diſp. 4. q. 2. pun. 5. §. 6. nu. 1. 797
Votum habens ingrediendi certam religionem, tenetur eam ingredi, quando in ea viget regularis obſeruantia, licet tempore voti ea non ſeruaretur ibid. num. 3 798
Votum habens determinatæ religionis poteſt aliam ęquè arctam ingredi ibid. num. 4
Votum habens religionis non ſatisfacit quamlibet religionem aſſumendo ibid. num. 5
Votum religionis habens an teneatur illã ingredi ad quemcunque ſtatum admittatur ibid. nu. 6. 799
Votum moriendi in religione quomodo ſit explicandum ibid num. 7
Votum religionis, vel continentiæ an poſſint coniuges emittere ibid. num. 8
Votum habens alicuius certæ religionis, ſi ad illam non admittatur, liber eſt ab obligatione voti ibid. nu. 10 800
Votum religionis habens, ad quam non admittitur ob inſitiam, an teneatur literas ediſcere, vt admittatur diſp. 4. q. 2 pun 5. §. 6. num. 12 801
Votum religionis ſimpliciter habens non eſt liber ab obligatione voti, ſi aliam nõ quærat, poſtquam ad aliquam non fuit admiſſus ibid. nu. 13
Votum habens religionis determinatæ, ad quam credit ſe admittendum patefacto voto, tenetur illud patefacere ibi. num. 16
Votum habens religionis, vel profeſſionis ſi à religione expellatur non tenetur ex vi illius voti ad Caſtitatem, vel ad alia religiunis onera ibid. nu. 17. 803
Votum huiuſmodi habens poteſt poſtquã è religione fuit eiectus matrimonium contrahere ibid. nu. 18
Votum habens religionis qui matrimonium inijt antequam omnimodam repulſam tuliſſet ab ijs, ad quos ſpectat admiſſio, quid præſtare teneatur ibid. num. 9
Votum habens religionis in genere antequam ingrederetur, vel profiteretur, nõ tenetur aliam ingredi, poſtquam ab vna fuit expulſus ibid. num. 20 804
Votum habens religionis ſtrictioris non tenetur eam ingredi poſtquam à laxio-

Digitized by Google

ri fuit expulſus ibid.num.21
votum religionis habens ſimpliciter liber eſt ab obligatione voti, ſi poſt ingreſsũ exeat, modò de profeſſione nihil cogitarit ibid.num.22
votum huiuſmodi habens quomodo ſit explicandum, quando non conſtat an vouens habuerit intentionem profitendi ibid.num.23 805
Votum habens profitendi in religione qd teneatur in ſeculo præſtare, ſi à religione ſua culpa expellatur ibid. à num. 25. vſque ad finem 806
Votum quomodo ſit explicandum diſp.4. q.2.pun.6.num.1 808
votum explicãdum eſt iuxta communem verborum intelligentiam ibid.num.2.
votum habens dandi eleemoſynam pro miſſis celebrandis, non ſatisfacit ſi curet huiuſmodi Miſſas celebrari ab eo, qui alio titulo tenetur celebrare ibid. num.6 7.8.& 9 809
votum habens ieiunandi quolibet die ſabbati tenetur ad ieiunandum, etiamſi in eam diem incidat dies Natalis Domini ibidem num 9 810
votum ſtrictè eſt explicandum ibidem nu. 10 811
votum habens non bibendi vinum poteſt vtramque ablutionem in miſſa ſumere ibid.nu.11
votum habens ieiunandi pluribus diebus, ſatisfacit ieiunando duobus diebus ibi. num.14
votum habens abſtinendi à lacticinijs, nõ tenetur à carnibus abſtinere ibidem n. 17 812
votum non ingrediendi talem domum quomodo ſit explicandum ibid.nu.19
votum in dubio ſeruandum eſt ad modum legis diuinæ, vel humanæ diſput.4. q.2. pun.6.num.21 813
Votum habens recitandi officium, tenetur illud cum attentione recitare ibid. nu.22
Votum habens abſtinendi à carnibus, tenetur etiam abſtinere à iure ibidem numero 23
Votum habens ieiunandi toto vno menſe non tenetur ieiunare diebus Dominicis niſi aliter conſtet de vouentis intentione ibid.nu.25
Votum habens tradendi eleemoſynam certo pauperi, tenetur alteri eam tradere, ſi ante traditionem deſignans moriatur, niſi aliter conſtet de ipſius intentione ibid.nu.29 814
Votum de re indeterminata valet ibid.n. 31 815
Votum ceſſat ſublata cauſa finali, & quoties ſuperueniat notabilis mutatio d. 4. q.2.pun.7.§.1.nu.1.& 2 817
Votum in quibus caſibus ceſſet ob enumeratas cauſas, & è contra ibid. à num.3. vſq; ad 6
Votum an ceſſet in totum, quando ipſius materia facta eſt inpoſſibilis, vel indifferens ibid.nu.6 818
Votum non ceſſat, neque ſuſpenditur quoties ſuperuenit notabilis mutatio, quæ ſi à vouente fuiſſet præuiſa, adhuc vouiſſet ibid.nu.7 819
Votum contra prius validum factum, non obligat d.4 q.1.pun.6.nu 1 679
Votum non ludendi quomodo in dubio ſit explicandum d.4.q.1.pun.16.num.4 706
Votum factum per dolum, vel errorẽ verſantem circa rei ſubſtantiam non obligat d.4 q.2.pun.3.§.2.nu 2 745
Votum ſimplex factum per errorem, vel dolum circa cauſam finalem, & motiuam inualidum eſt d.4.q.2. pun.3.§.2. nu.5 745
Votum Religionis a puella emiſſum eo quod falsò credat ob aliorum aſſertionem aperiendos eſſe ſponſo tactus impudicos cum alio ſponſo habitos, inualidum eſt diſp. 4. q.2.pun.3.§.2.num.7. 746
Votum ceſſat ceſſante ipſius cauſa finali, non verò impulſiua ibidem nu.10.& 11 747
Votum eſt ſeruandum quando dubitatur an ipſius cauſa finalis ceſſarit ibid. n.12 748
Votum factum per dolum, vel errorem circa cauſam tantum impulſiuam tenet ibid.nu.13
Votum emiſſum per errorem, vel dolum vnde cognoſcatur factum circa cauſam tantum impulſiuam d.4.q.2.pun.3.§. 2. nu.17 749
Votum factum de re mala inualidum eſt d.4.q.2.pun.4.§.1.nu.1 751
Votum factum de re à ſuperiore prohibita inualidum eſt ibid.nu 2
Votum factum ex amore continentiæ nõ amplius peccandi niſi cum tali fœmina validum eſt ibid.nu.3

Votum ieiunandi toto anno,& diebus Dominicis videtur validum d.4 q.2. pun 4. §.1.nu 6 752
Votum eſt inualidum quando materiæ de ſe bonæ adiungitur malus finis,& quot modis hoc contingat ibid.num.7. & 8. 753
Votum de re indifferenti non eſt ualidum d.4.q 2.pun.4.§.2.nu.2 755
Votum in quibuſnam caſibus ſit de re indifferente, & quandonam in his caſibus obliget nec ne ibid.n.3.& 4
Votum eſt adimplendum quando dubitatur an materia voti ſit res indifferens, vel bona ibid.nu 5 758
Votum rei bonæ factum ob finem indifferentem, vel ad obtinenda bona temporalia, validum eſt ibid,nu.6.7.& 8
Votum de qua materia eſſe debeat d.4.q. 2.pun.4.§.3.nu 1 760
Votum de nunquam peccando ſimpliciter, an teneat ibid.nu.4.& 5 760
Votum de re partim impoſſibili, partim poſſibili,partim turpi, partim honeſta, partim indifferēti &c.an obliget d.4.q. 2.pun.4.§.4 763
Vouens ſufficienter votum adimplet,dum nihil cogitans de voto, illud adimplet d.4.q.2.pun.5.§.4.nu.12 792
vouens, quem pœnitet voti emiſſi an peccet mortaliter ibid.nu.14
vouens an teneatur ſeruare votum, ſi poſt mortem ad vitam reuocetur d. 4. q. 2. pun.5.§.2.nu.22 783
vouens quomodo ſe debeat gerere circa prima vota commutata, quando priorem materiam de nouo vouet d. 4. q. 2. pun.7. §.3. à num. 21. vſque ad finem. 841
Vouens quomodo ſe debeat gerere,quando res determinata vouetur quam poſtea ab alijs diſcernere nequit d.4.q.2.p. 6.nu.33 815
vouens diſiunctiuo modo tenetur integrū ſuperſtitem tradere, ſi omnes res pereant ibid.nu.34 816
vouens adire limina Apoſtolorum, quæ credit non multum diſtare, non tenetur poſtea ad votum ſi longius diſtent quàm putarat d.4.q.2.pun.3.§.2.num.3 745
vouens eleemoſynam eo quod credat ſe inſtitutum hæredem, non tenetur ad votum, ſi hæres non inſtituatur d.4. q. 2.pun.3.§.2.nu.6 746
vouens per errorem, metum, vel dolum in quibus caſibus validè voueat & è contra ibid.a nu.6.vſq; ad 10 746
vouens eleemoſynam ob paupertatem, ſed libentius ob virtutes,eam non daturus,ſi cognoſceret pauperem improbū, votum ſeruare tenetur d 4.q.2.pun.3.§. 2 nu.14.& 15 749
vouens per errorem, vel dolum circa cauſam impulſiuam, in quibus caſibus teneatur votum ſeruare, & è contra ibid. nu.14.& ſeq. 749
vouens dare talem eleemoſynam pauperi hac expreſſa inteutione non ſatisfaciēdi voto, ſi aliam ſimilem det, validè vouet d. 4.q.2.pun.4 §.1.nu.4 751
vouens immoderatas corpori ſui macerationes inualidè vouet ibidem num. 5. 752
vouēs opus malum,vel bonum ad malum finem quot peccata committat ibid. n. 9 754
vouens aliquid,quod ab initio erat indifferens, vel malum, quod poſtea fit bonum, an validè voueat d.4.q.2.pun.4.§. 2.nu.9 759
vouens audire miſſam, dum exiſtit in mari, vel in excommunicatione, tenetur eam audire ſublata impotentia ibidem nu.10
vouens prius nihil cocti tali die comedere,& poſtea eodem tempore nihil aliud ſumere præter panem, an teneatur ad vtrumque votum d.4.q.2.pun 4.§.3. nu. 6 761
vouens duo incompoſſibilia eodem tempore præſtanda, ad nihil tenetur ibid. nu.8 762
vouens an teneatur ad acceſſorium,ſi principale adimplere nequeat d.4.q.2.pun. 4.§.4.nu.6 764
vouens ſe daturum eleemoſynam, ſi luſerit, tenetur, ſi ludat, ſtatim eleemoſynam pauperi tradere d.1. q.1. pun. 7. §.2.nu.28 103
vouēs ieiuniū in vigilia omniū Sāctorū ſatisfacit eo die præcepto Eccleſiaſtico, & obligationi voti ieiunando d. 1. q. 1. pun.9.nu.5 153
vouens inuiſere Sepulchrum D.Caroli ſatisfacit viſitando Sepulchrum ſine intentione adimplendi votum diſp.1.q.1. pun 10.nu.11 157
vouens perſeuerantiam in Religione inualidè obtinet diſpenſationem, ſi egre-

di

di velit, niſi perſeuerantiæ circumſtantiam exprimat diſp.1.q.2.pun.5.num.21 239
vouens cum animo non adimplendi votum, aut non ſe obligandi, an peccet mortaliter d 4.quæſt.2.punct.1.num.15. 729
vouens in quibus caſibus validè voueat, & è contra d.4.q.1.pun.1.à nu.19.vſq; ad 29 731
vouens, vel iurans ſe non amplius luſurum, & ſi luſerit non poſſe abſolui niſi à Papa, adhuc poteſt ab Epiſcopo abſolui d.4.q.2. nu 1.nu.29 733
vouens ſub pluribus conditionibus an teneatur votum adimplere ante conditionum omnium adimpletionem d.4.q.1.pun.2.nu.4 737
vouens ſub conditione futura non poteſt aliquid præſtare, quo ſe reddat ineptum voti adimpletioni ibid.nu.5
vouens ſub conditione an teneatur ad votum, ſi conditio pendeat ab ipſiuſmet vouentis voluntate ibid.nu.6.& 7 738
vſuram committens inaduertenter in contractu excuſatur à peccato d.2.q.2.pun.3. nu.8.pag.de peccatis. 329
vſuræ iuramẽto promiſſæ per metum an ſint ſoluendæ d.4.q.1.pun 9.nu.2 685
vſus materialiter, & formaliter contrarius priuilegio, efficit vt priuilegium amittatur d.1.q 3.pun.8.§ 6. nu. 2. pag. de Legibus. 328
vſus ſacrarum Imaginum licitus eſt d.3.q.1. pun.3.nu.1 478
vulnerans lethaliter in Eccleſia an gaudeat immunitate, ſi vulneratus extra Eccleſiam moriatur d.3.q.7.§.4.nu,9 632
vulneratos in loco diſtanti exiſtentes curare, applicãdo remedium vitris eorum ſanguine infectis, an ſit ſuperſtitio diſ.3.q.5. pun.4.nu.17.& 18 597
vxor an poſſit elemoſynam facere. vide l. E. v. Elecmoſynam.
vxor, quæ vota mariti poſſit irritare d.4 q.2. pun.7.§.2.nu.17 814
vxor gaudet priuilegio nobilitatis obtento à viro d.1.q.3.pun.7.§.2.nu.7 296
vxor Clerici coniugati non gaudet priuilegijs Clerici ibid.nu.9
vxor, quæ ob viri ſæuitiam receſſit non debet à marito ali, ſi depoſita ſæuitia ad illum redire recuſet d.6.q.vnica pun.7.nu.4 923
vxor an debeat à marito ali, dum ab ipſo ob vtriuſque culpam recedit ibidem num. 5. 924
vxor an debeat ali à marito, dum abſque vllius coniugis culpa facta eſt ſeparatio ibi. num.6
vxor an debeat à viro ali, dum is, qui Dotem promiſit, eſt in mora, cum tamen ſit ſoluendo ibid.nu.7
vxor tenetur amorem, honorem, & obedientiam marito exhibere ibidem nume. 11. 926
vxor in quibus caſibus peccet contra honorem marito debitum ibid.nu.12
vxor an teneatur ſoluere marito debita ex propriis bonis dotalibus ibid.nu.13
vxor, quæ aliquid à primo marito accepit an teneatur illud reſeruare filijs prioris mariti, ſi ipſa tranſeat ad ſecundas nuptias ib d.nu.15 932
vxor quandonam excuſetur à ieiunio ratione debiti d vlt.q.1.pun.vlt nu.14 1209
vxores laborantes in die feſto ex obedientia & coactione, excuſantur d.5.q. vnica pu. 3.nu.16 889

X

Xenia quid ſint d.10.q. 2. pun.8. num. 1. 1019
Xenia accipi poſſunt à quocumque Iudice, tàm Eccleſiaſtico, quàm laico ibid.num.5 1020

FINIS.

INDEX

Notabilium erratorum, quæ in vniuerſo tractatu continentur.

Errores	*Correctiones*
Oppidę	Oppida n. 11. pag. 22
Vationalibus	Nationalibus nu.14 23
conſtitiones	conſtitutiones nu. 29. 38
priuilegijs	priuilegij nu.49. 53
Senchuz	Sanchez ibidem
nulſo	nullo num. 15. 58
yrbis	verbis nu.5. 116
autem	aut nu.17. 120
vtrum	verum nu. 22. 121
deferent	deferens nu. 32. 125
malam	malem nu. 1. 126
legislator	legislatoris nu. 16. 144
eade	eadem nu. 26. 148
con	non nu.2. 152
ſotendi	oſtendi nu.13. 159
generarij conceſſione	generali conceſſione n.43.186
ſiue latē	ſiue latę nu. 7. 190
depentia	dependentia nu. 16. 193
de lebibus	de legibus nu. 19. 196
imperatio	impetratio nu 21. 229
ueridicè interrogatus	iuridice nō īterrogat⁹ n.14.236
materia	in materia nu 1. 248
expenſal	expenſas nu.9. 263
cupam	culpam ibidem
ytrum	vtrum ibidem
inualid	inualidè n.21 in ſummar. 231
impementi	impedimenti n.1.in ſum. 247
Ariſtoteles	Ariſtotele nu. 1. 335
veniale eſt contra præceptum	veniale non eſt contra præceptum nu. 3. 339
motis	moris nu.21. 351
ſe	ſeu nu. 5. 389
maulitiam	malitiam ibidem
elici o	elicito nu. 16. 395
nouum	nouam ibidem
tutta	tuta nu.6. 423
ſiante	ante nu.4. 440
legem	legum nu. 8. in ſummario 459
ſcit	neſcit nu. 27. lin.44. 466
velle	nolle num.21. 228
Valentia	biſcitatur ideò ſemel eſt delendus 533
verſ. Ad ſecūdū, & alij	& alijs nu. 9. 540
Rem conſumit	rē cōmunē cōſumit n. 16.545
pagina 545. nu. 17. deſunt nonnulla verba ita enim legendum eſt	Ratio eſt quia dānatus vt fame pereat, poteſt oblatū ſibi cibū capere; ergo etiā alter poteſt illi cibū dare mō &c.
ingerar	ingerat nu. 6. 555
on⁹ incūbit corrigēdi	Adde, ex officio, nu.11. 558
Dei	Deo num. 3. 562
excuſent	excuſant nu. 8. 565
interno	externo nu. 18. 566
indebiliter	indelebiliter nu. 7. 575
in delicto	ex delicto nu.10. 578
præſtat	præſtet nu. 18. 598
pater	ſit nu. 19 611
aduertentur	aduerſentur 616
conceſſa	conceſſo nu. 10. 628
liquidi	liquidæ num. 1. 629
de pec.	de pœna legat. num. 1. 629

L. Quotieſcumq; §. Deniq; Hęc verba ſunt delēda ibi.

Errores	*Correctiones*
non ſequeretur	ſequeretur nu. 2. 630
Lion	Leo nu. 4. 630
Tum quia infidelis	Adde, ſtrictè loquēdo, n.15.634
Viccius	Viuius nu.19. 636
contingerit	contigerit nu. 1. 640
Clericum	Laicum nu.1. 642
daturq; locus	detiq; locum nu. 2. 650
irrationabilibus	rationabilibus nu. 5. 657
Nauarrus	deleatur nu. 8. 659
pro voto	pro iuramento nu. 4. 686
& non in genere	& in genere nu. 2. 689
quo	quem nu. 2. 692
dū alter iuri ſuo cedit	dum iuri ſuo cedit nu. 2. 704
Concedendam	Concedendum nu. 12. 710
cap.4.deciſ. 8.	cap.quanto nu. 9. 715
dignitati	dignitate nu. 14. 716
Tyrſo	Thyreo nu.9. 720
vt	& ibidem
cooperaretur	cooperatur nu. 13. 728
infimum	infernum ibidem
rum quia	prætereà nu.15. 728
vel	vt nu. 21. 731
includit	includat nu. 1. 734
L. aliquam	L. aliquando nu. 5. 738
votum,	votum ſimplex nu. 5. 748
nec recta,	& recta ibid.
nam facit	dum facit nu. 10. 743
potius ſit	potius exiſtimādū ſit n.2. 764
cap.37.	cap.15. nu 37. nu.4 776
& de contractibus	& alij, quos retuli de cōtract. ibi.
ſi hæres	ſi religioſus nu. 9. 778
per ſe ipſum aut	nec poteſt nu.6 786

vt patet ex dictis de contractibus. Hæc verba transferenda ſunt poſt duas lineas, ibi, In materia graui, vt patet ex dictis de contractibus nu.3. 788

Errores	*Correctiones*
præ verecundia	præ verecundia petere n.3.794
ergo poſito	ergo eo poſito nu. 4. ibid.
perpetuam	perfectam nu. 6. 795
ſicut &c.	ſicut etiam nu. 25. 806
& apud	& alios apud nu. 27. 807
votis factis	votis alteri factis nu.15. 828
iterandi	irritandi nu. 16. ibidem
dubitatur	dubitetur nu. 19. 825
alij	alijs nu. 23. 827
Prælatos	Prælatas nu. 26. 829
poteſt irritare	poteſt etiam irritare n.35.838
obtineri	obtinere nu. 14. 838
incapaces iuriſdict.	incapaces ſint iuriſdict. nu. 3. 844
poſſunt	poſſent nu. 4. 845
vnde	dele hanc particulā n. 10. 846
ſuperiori	eſſe Sūmo Pontifici nu.11.849
quia	qui nu.18. 854
conſurgunt	conſurgit nu. 20. 856
ſub obligatione	ſub nulla obligatione ibid.
propter	propriè nu.21. 857
quæ	quod ibid.
hoc tamen	hoc etiam nu.26. 860
poſtea	poteſtas nu. 32 862
Butium	Butrium nu. 12. 874
& iterum	iterum nu. 18. 876
co mmoratur	commorantur n.19. 877

existen-

Digitized by Google

Errores	*Correctiones*
exiſtente	exiſtent i ibid.
dicendum eſt	dicendum non eſt nu. 28. 882
ſpatium	hoc ſpatium nu.2. 885
illi	ille n.1.894
ſequitur	ſequentibus nu. 2.ibidem
longior	longiore nu. 4. 895
filium	ſecundo filiũ(pone à capite)n.1.898
alios	alias ibid.
ſpirituale	ſpirituali n. 2. 900
ſubueniti	ſubuenire ibid.
puer	Pater nu. 1. 902
prædictis	prædictis ibid.
ad lib.	ad L.nu.7.ibid.
ſi mileſuè	ſimiliſuè nu. 10. 908
perſoluerit	perſoluerint ibidem
alijſq;	alijq; nu.1. 910
famæ	fame nu. 1. 911
Riminaldum nu.22.	Regigaldum nu.32. nu.4.912
tradiſſe	tradidiſſe nu.7. 913
dictaminæ	dictamine nu. 1. 914
Tabiena	Tabienam ibid.
poſt 35.annos	poſt 25. annos nu. 6. 917
& alij	& alijs nu. 11. 920
ſcripta	ſcriptam nu. 12. ibid.
Nau.lib.2.	Petri Nau. lib.2.nu.2. 923
ob propriam	ob propriam culpam ibid.
ſeueritate	ſecuritate nu.4.ibid.
a i debet	ali debeat ibid.
ſi vir	vir ibid.
Reginaldus	Reginaldum nu.7. ibid.
creditoribus	cum creditoribus n.13. 927
reuocationem	reſtitutionem nu.13 928
acta	actu ibid.
ratione	rationes ibid.
nolle filijs	nolle gratis filijs ibid.
habentens	habeant nu. 13. 929
reſtitutione	reſtitutionem nu.14. 930
poſſunt	poſſint ibid.
reciperet	recipere ibid.
rem indigentes	non indigentes ibid.
in proprijs	ex proprijs ibid.
ad ab	ab nu. 15. 932
alijs	alios ibid.
alij	alijs ibid.
priori	prioris ibid.
Roderius	Rodericus nu. 15. 933
vſurarius	operarius nu.7. 936
Molinæ	Molina nu. 11. 938
Non fuiſſet	Non fuiſſe nu.10. 345
Cecallus	Ceuallus nu.3. 961
Prælati	Præfati nu.4. 962
Alijsque	Alijque ibidem
Reuelatum	Reuocatum ibid.
Has vero	Nos vero nu.5. ibid.
Preſtent	Præſtet nu.12 966
Violationibus	Violatoribus ibid.
Ne ſubreptiuiæ	An ſubreptitiæ nu.15 967
Viſcio	Victio nu.18 970
Ita alij citatis	Ita alijs citatis ibid.
Vt detur	Ne detur nu.21. 971
Pateret	Pateat nu.22. ibid.
Eſſet	ſit ibid.
Faciunt	Faciant nu 22. 972
Poteſt iuridicè	Non poteſt iuridicè n.27 973
Ambroſino	Ambroſinus nu. 31 975
Bis iud cate	Bis iudicati nu. 32. ibid.
Secularibus perſonis	Singularibus perſonis n.4 981
In ſimule	In ſimili nu.20. 993

Errores	*Correctiones*
Libertas verò exemptionem loci ſacri.	Hæc verba ſuperfluè appoſita ſunt ab impreſſore.n.1 994
Offerendæ	Afferendæ nu.5 998
Iuris naturalis	Ius naturale ibid.
Ne otio	Notorio nu.5 999
Monachum	Monarcham ibid.
Debitam	Debitum nu.6 1000
Non per accidens	Nam per accidens nu.3 1091
Legis	Leges nu.1 1002
Vtatur iudicandum	Vtatur ad iudicandum ibid.
Sententiam autem	Sententia autem nu.4 1003
Soto	Sotus nu.6. ibid.
Occidentalis	Accidentalis nu.4. ibid.
Barbarius de officio prætoris	L.Barbarius ff. de officio prætoris nu,10 1005
Et publica pęna	Vt publica pęna nu.2 1006
Crimen aliquando	Crimen aliquot nu. 5. ibid.
Huiuſmodi indicium & cęt.	Huiuſmodi indicium ex nu. 4. 1007
Alij in dictum	Alijs eſt dictum ibid.
Leſſium dub.3.nu.15	Superflue apponitur ibid.
Cap.1.de officio	Ex cap.p.de officio nu.7 1008
Informari	Infamari nu.8.ibid.
Facere conuincere punire	Facere, in carcerem conicere & punire ibid.
In quib. precedēti In	quib. abſq; preced. n.15.1011
Fuit notorium	Facit notorium nu.15 1012
Quod ad condēnandũ	Quot ad condēnādũ n. 1 1013
Accuſato rei	Accuſator nu. 3. 1014
& ſola denuntiatione	ex ſola denũtiatione n.5. 1015
Lege quid ergo de ijs	L.quid ergo ff.de ijs n.1.1016
Alij ibidem citati	Alij iam citati ibid.
Iudicium componere	Iudicium imponere n. 4. 1017
multam pecuniariam	mulctam pecuniariam ibid.
diſcernitur	decernitur num. 5. 1020
excipiendi	accipiendi num. 6. 1021
audientes	audentes num.1. 1024
ff.ne iuſtitia	ff.de iuſtitia num. 2. 1025
permittunt	promittunt ibid.
quia fingit	quia qui fingit nu.8. 1030
diſp.2.	diſtinctione 2.nu. 12. 1033
obligationis pęnæ	obligationis,& pęnę n.12.1034
pa has pęnas	Ad has penas ibidem
omnia idem	omnia vbi idem, ibid.
iniuſtam venationem	iniuſtā vexationē nu. 14. 1036
ſupplius libellos	ſupplices libellos nu. 14. 1038
voluiſſe tam grauem	noluiſſe tam grauē n.16. 1040
aliorum	& aliorum ibid.
cum enim ipſo	cum enim ipſos n 16. ibid.
rationes ſententiæ	rationes primæ ſententiæ ibi.
maioribus innixam	maioribusq; innixam ibid.
multi doctoribus	multis doctoribus ibid.
ſed maiorem excommunicationem	Sed maior, nā verbũ excōmunicationis abſolutè prolatum importat maiorem excommunicationem.
ſe rem traditam	ſed rem traditam nu. 18 1041
reliquam criminam	reliqua crimina nu.19 1042
Molinam	Molina ibid.
commodè poſſet	commode poſſunt ibid.
contendit	extendit ibid.
&c.locus	quarto loc.cit.num.2. 1046
Scatia	Scaccia ibid.
taeitum habet	tacitam habet nu.6.1047
tenebatur	teneamur num. 6. 1048
quia violarunt	quia violauit iuſtitiā n.8. 1049
conſtituere	conſtitutæ ibid.
obtinuerunt	obtinerent ibid.

nollent

Digitized by Google

Errores	*Correctiones*
nollent	nollunt ibid.
non inducat	non inducatur num.9. 1050
vt videro	vt iudex ibidem
quæ nec	quia hæc ibid.
appoſuerit	oppoſuerit ibid.
aut iuidere	aut iudex ibid.
ttendatur	oſtendatur nu. 10. 1052
conſtat	conſtant nu.2. 1053
Laſonio	Salonio num.6. 1054
iuxta	iuſta ibid.
P. Nauarri	P Nauarrus ibid.
iuramētū de re licita	iuramētū.n.de re licita n.8.1056
Farinacius praſi crim. pun.3.quæſito 81.	Farinacius in praxi crimin. pun.3.quæſtione 81.ibid.
occultum iuridicò	occultū & iuridicè n.11. ibid.
imponenda	imponendo nu.11. 1057
capiat	capiatur nu.13. ibid.
in carcerem detineatur	in carcere, detineatur ibid.
ob ipſins	ob ipſius num. 13. 1058
& alios, quos	& alii, quos nu.17 1070
cauſam dubium	cauſam dubiam n. 16 1070
& ſequitur Panormitanus	& ſequentibus, Panormitanus nu.1. 1072
dum nullius	dum nullus ibid.
ideò ne cauſa	ideò ſi cauſa nu.3 1073
facere	feciſſe nu.4. 1073
pro tota lege	pro tota lite n.11 1076
pront	fuit nu. 12. ibid.
ſolum tacito	ſaltem tacito ibid.
repondeat	rependat ibid.
Farinello	Fraxinello ibid.
& alij	& alios ibid.
qui acta	qui acta nu.13. ibid.
plures emiſſe	pluris emiſſe nu.14. 1077
dum hac	dum hoc nu.15 1078
alios ad ipſos	alias ad ipſos ibid.
proportionatè	proprio marte nu.1. 1079
opponi	apponi nu.1. 1079
ſi partes	ſi dum partes nu. 2. ibid.
medicum	modicum ibid.
ablatum	oblatum ibidem
Hortenſium	Hoſtienſem nu. 8. ibid.
præcipere	præcipit ibid.
hac enim	hic enim nu. 2. 1084
perfruamus	perfruamur nu.4. 1084
appoſitum	oppoſitum nu. 4. 1089
priuilegijs	peruigilijs ibid.
orationis	rationis nu. 6. 1090
modibus vtentium	moribus vtentium nu. 1092
exiguam	exiguum nu.4.ibid.
Reginaldus	Reginaldum n. 5. 1093
Conſilio Prouinciali	Cōciliū Prouinciale n.18.1[illegible]
accipere	præcipere n. 3. 1216
locis citatis	locis citandis ibidem
qui iam	qui eam ibidem
deciſ.63.	concluſione 63. nu. 2. 1217
in pinguedine	ex pinguedine nu. 3. 1218
ex furno præcipitur	ex furno percipitur ibid.
inſpiciendum eſt	inſpiciendum eſſe nu. 1. 1219
vt communiter	communiter ibid.
ad eum	ad eam ibid.
fructum parte	fructuum parte nu. 8. 1222
qui ius	quæ ius nu. 10. 1223
non tenetur	non tenentur nu. 11. 1224
in alin	in alios ibid.
æſtimaſtionis	exemptionis ibid.
& alij	& alijs nu.12. 1225
Molfeſius cap.4.	Moneta cap. 4. ibid.
iure de hac	fusè de hac ibid.
& decimis improbis	& decimas improbis n.15.1226
quia ex Card.	ex Card.n.16. 1226
Molfeſius	Molfeſium nu. 1. 1229
& ius commune	& cum ius cōmune n. 3. 1229
Moneta nu.12.c.6. nu.66. Moneta n. 128. cum Panormitano, Nauarro Toletus loco citato, & Caetano 10230.	ita Suar.cap.28.n.6. Molfeſius
peculiaris	particularis nu. 4. 1230
vt elocet	aut elocet nu. 5. ibid.
titulo præſumptionis	titulo præſcriptionis n.6. 1232
agendæ	agenda 1233
Azor 1.par.&c. ſuperfluè ponit ſecūdo loco n.3.1235	
actare	altare nu. 4.1236
vt colligitur	& colligitur ibidem

HAec ſunt præcipua errata, quæ ſub prælo me abſente irrepſerunt, queq; ego ex folijs ad me per veredarios, & curſores Romam tranſmiſſis raptim inter legendum collegi, non adnotatis quampluribus mendoſis litteris, infinitis virgulis, & punctis, quæ Impreſſorum iniuria prætermiſſa, vel in alienos locos translata fuerunt. Candidus, & ſtudioſus lector ea ſuo ingenio dignoſcet, ſuaq; induſtria ſuperabit; impreſſorum enim honos plures paginas errata percenſendo repleri non patitur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IHS

Digitized by Google